CONSILIORVM MEDICINALIVM, CONSCRIPTORVM

à

Præſtantiſs. atque Exercitatiſs. noſtrorum temporum Medicis

LIBER SINGVLARIS.

Opus cùm ad grauiſſimorum affectuum curationem; tum ob doctrinæ varietatem, omnibus Medicinam exercentibus ſumme neceſſarium, ac maxime fructuoſum.

Adiuncto Indice rerum omnium memorabilium copioſiſſimo.

Nunc primum ſtudio & opera.

LAVRENTII SCHOLZII à Roſenaw Med. Vratisl. hoc modo in lucem editus.



HANOVIÆ

Typis Wechelianis apud hæredes Ioannis Aubrii.

M DC. X.

Cum priuilegio Cæſa. Maieſt. ad annos Decem.

22

REVERENDISS. ILLVSRISS. Q.
SILESIÆ PRINCIPIB.
CÆTERISQ.

JLLVSTRIB. GENEROSIS. MAGNIFICIS, AC AMPLISS. EIVSDEM
ORDINIB.

PATRIÆ PATRIB. SALVT. AC TRANQVILLITATIS PVB. ASSERTORIB.
ET VINDICIB.

RELIGIONE, IVSTITIA, SAPIENTIA,
PRVDENTIA, FORTITVDINE, CLEMENTIA DECORATISS.

LITERAR. ET LITERATOR.
FAVTORIB. MVNIFICENTISS.

DOMINIS SVIS CLEMENTISS. ET BENIGNISS.
VNIVERSIS AC SINGVLIS, A DEO, VT BONOR. OMNIVM
DATORE, SIC VITÆ, ET SANITAT. TVM AVTORE, TVM SERVATORE VNICO,
OPTIMA QVÆQ. ET OPTATISS. CORPORIS, ANIMIQ. COMMODA.

EX ANIMO PRECATVS,
HVNC

CONSILIOR. MEDICINALIVM
LIBRVM,

CVM SALVTARIB. ANTIDOTIS ADVERSVS CRVDELES OMNIS GENERIS MORBOS,

VITÆ HVMANÆ CARNIFICES;

)(2

TVM PLVRIMIS NATVRÆ ARCANIS,
SCITV APPRIME DIGNIS,
REFERTISS.

EX
IPSIVS HYGIEIÆ PENETRALIB.
ET
CELEBERRIMOR. APOLLINIS, ÆSCVLA-
PIIQ. MYSTARVM ADYTIS DE-
PROMPTVM,

VSVI BONOQ. PVBL. NON ABSQVE
LABORE A SE CONCIN-
NATVM,

LAVRENTIVS SCHOLZIVS
A ROSENAW, MED.
VRATISL.

SINCERI IN OMNEM VITAM
HVMANAM STVDII,

ERGA PATRIAM TAMEN
INPRIMIS

FIDELIS AC DEVOTI OBSEQVII
MONIM. PERPET.
L. M. Q.

D. D. D.

LAVREN-

LAVRENTII SCHOLZII A ROSENAW, MEDICINÆ DOCTORIS,

Ad Lectorem æquum & candidum

PROOEMIVM.

QVEMADMODVM vniuerſa docendi ratio duplicem viam habet, vnam, quæ viua voce ac oratione ad præſentes vtitur; alteram; quæ ſcriptis erudit: ita in hominum quoque valetudine, cum præſeruanda tum curanda, medendi ratio duplex eſſe ſolet. Aut enim Medicus, cognita morbi natura, ac conſideratis omnibus, vt decet, circumſtantiis, quid ex vſu ſit, quæ fieri, quæque non fieri oporteat, præſentibus ex arte coram præcipit; aut ſcripto, in quo & de morbo ipſo, & de illius curatione iudicium & ſententiam ſuam explicat, abſentibus abſens ſuccurrit. Hoc docendi in Arte noſtra genus poſterius recte CONSILIORVM nomen obtinet, quamuis eodem modo præſentibus quoque interdũ, ad morborum, periodicorum præſertim, ac frequenter recurrentium, aut eorũ, quos metuimus, præcautionem, à Medicis præſcribantur. Duo autem præcipue horum Conſiliorum fines ſunt; vnus cum iis, qui longius abſunt, ſi noſtrum de ſua præſente in valetudine iudicium requirunt, gratificamur; alter, cum in chronicis & diuturnis, ac periodicis morbis, de earum rerum, quæ impedire, & interci-

pere nouas inuaſiones poſſunt, obſeruatione aliquid monemus. Neutrum vero, licet aliqui hoc genus operarum noſtrarum, cum nimirum aliis conſilia mittimus, reprehendant, mihi improbandum videtur. Pro confirmatione huius ſuæ opinionis primo hanc rationem adferunt, quod niſi omnia ſymptomata equiſite à Medico perpendantur, mutationes etiam quotidianæ exploratæ fuerint, ac multa artificioſe rogando ab ægrotis didicerimus, recte ægro conſuli non poſsit, præſertim cum ea etiam, quæ abſentes ſcribunt, non ſufficere ad Medici informationem videantur. Recte enim ac vere Ariſtoteles dixit; quod ii, qui ad pauca reſpiciunt, facile fallantur. Deinceps vtuntur Galeni autoritate. Nam cum is a quodam Cæciliano amico, vt filio ſuo epileptico adeſſe vellet conſilio ſuo, rogaretur, grauate id fecit, hocque ſui moris non eſſe prætendit. Cum enim (inquit) puerum hunc nuncquam viderim, neque a principio qualis ipſius natura fuerit, qualiſque nunc ob ægritudinem ſit, cognouerim; ſed à vobis tantum eùm Epilepſiæ acceſsionibus infeſtari audiuerim, facile decipi poſſem. Tandem tamen hoc addit, ſe quidem nũquam antea id facere ſolitum fuiſſe; verũ ne negligẽs potius, quam rei veritate ductus, non obſequi videatur, ſe hac in parte illius petitioni ſatisfacturum eſſe. Præter has duas cauſas, tertiæ quoque cuiuſdam idem Galenus mentionem facit, nimirum, quod

licet ipſe Medicus non erret, & accurate omnia moneat; ſingula tamen in ipſo vſu etiam ab intelligentibus, adminiſtrari non poſsint. Nam & Hippocrates noſter dicit; tum omnia recte fieri, ſi etiam ab aſtantibus nullum erratum commiſſum fuerit. Licet autem his, & aliis de cauſis conſilia, quæ à Medicis non tantum in præſentium, verumetiam abſentium vſum interdum etiam futurum ordinantur, vt in aliis etiam optimis rebus fieri ſolet, reprehendi à nonnullis poſſe videantur; numquam tamen rationes iſtæ, vel ſi plures etiam ſint, tantum valuerunt, vt Medicos ſuperiorum ętatum, ac noſtros quoque, à Conſiliorum vtriuſque generis communicatione abſterrere potuerint. Rem ita ſeſe habere multa præclara ſcripta â diaerſis in hoc genere edita, vtpote: BAVERIO, MONTAGNANA, CHERMISONE, HVGONE GENTILI, MATTHÆO DE GRADI, MONTANO, FERNELIO, MERCVRIALI, ERASTO, & aliis quampluribus, abunde teſtantur. Iſti vero huius ſui inſtituti minime contemnendas, tum alias, tum iſtas, quas ſubiiciam breuiter rationes habueruut: Prima eſt, quod ſicuti Conſilium, ſecundum græcum prouerbium, diuina quædam res eſt: ita illi, qui ſua prudentia aliis ſubueniunt, laudari numquam ſatis poſſunt, tantoque magis, quo vita omnibus iſtius mundi fortunis cæteris carioreſſe ſolet. ſecunda? quod in pleriſq; morbis,

vel mediocris rerum neceſſariarum cognitio, non omnium etiam leuiſsimarum circumſtantiarum indicatio ſufficiat. Tertia: quod conſilia ſæpe hoc fine, vt plurium Medicorum ſententiis inter ſe collatis, rectius, quid in præſentia vtile ſit, ſtatui poſsit, in morbis præſertim raris & inſolitis, ac coniunctis cum nouis quibuſdam ſymptomatibus, præſcribantur. Plures enim oculi plus vident, quam vnus. Quarta; quod plerique, in quorum gratiam alibi conſilia conſcribuntur, Medicos ſuos à quibus omnia, quæ ab abſentibus ordinantur, rite gubernari poſſunt, domi habere ſolent. Quinta; quod multa conſilia non amplius ægris, ſed vel cõualeſcentibus, aut iis, qui morbũ aliquem metuũt, vt præſeruationi cõtra morbos inſeruiant, præſcribantur. Sexta, quod interdũ, vel vtcunque conſulere, quam rogantẽ plane deſerere ſatius ſit. Septima deniq. quod ipſa experientia, plurimis conſilia Medicorum profuiſſe, & felici euentu ea comprobata fuiſſe, ſatis ſuperque cõuincat. Quæ vero Methodus in conſiliis conſcribendis potiſsimum tenenda ſit, ipſa exempla Artificum abunde demonſtrant. Cumque hac de re doctiſsimus MONTANVS in eruditiſsimis ſuis conſiliis, à DOMINO JOHANNE CATONE, Medico III. Cæſarum, piæ memoriæ, olim diuulgatis, quodam loco, vbi de Montagnanæ etiam, ac Brocardi, conſultandi ratione deprauata, libere pronunciat, pluribus verbis agat, Lectorem eo remittendum eſſe duxi. De Conſiliis vero Medicis, à multis hincinde publicatis

catis iudicium ſuum ferre velle, cũ ſit admodum periculoſum, non parum etiam odioſum, omiſsis aliis, nunc tãtum de noſtris, quæ publicamus hoc tempore, aliquid in medium adferam. Qui vir fuerit CRATO noſter, cuius conſiliis primam manum admouere ante annos aliquot cœpi, quique fuerint reliqui, quorum conſilia foras damus, quanta prudentia, doctrina, felicitate ornati fuerint: quanta autoritate, non tantum in diuerſis Aulis, iiſque præcipuis, ſed etiam celebriorib. Rebus publicis, quibus magno cum fructu, ac laude ſua ſeruierũt, indeque gloriam immortalem conſecuti ſunt, floruerint, etiam me tacente notiſsimum eſt. Vere quinetiam hoc affirmare poſsum, quod conſilia iſta tanti hactenus apud illos, à quib. ea magno labore, à nonnullis etiam vix prece, ac precio conſecutus ſum, habita fuerint, vt quo quiſque plura apud ſe hoc in genere aſſeruaret: tanto maiorẽ Theſaurum ſe poſsidere arbitratus ſit. Quia vero boni ea eſt natura, vt dicatur eſſe κοινωνικὸν, & quo plures inde participant, eo ſubinde euadat tum illuſtrius tum perfectius, ego ne Theſaurum iſtũ, hoc modo comparatum, mihi ſoli ſeruare, & abſcondere velle viderer: conſilia iſta, quibus, vt verum fatear, plurimum ſæpenumero his octodecim annis, quibus, Dei gratia, Medicinã facio, adiutus ſum, quæque haud mediocriter in commune poſita, aliis etiam Medicinæ ſtudioſis, quia ea legerint, & cognouerint, non dubito profutura, cum vt publicæ hominum ſaluti cõſulerem: tum vt ſtudium meum be-

ne de multis promerendi poſteritati teſtatum facerem, liberali pectore communicare volui. Et hoc quidem habui, LECTOR amantiſsime, quæ præfationis loco monere paucis volui, quæ vt ab animo bono, ac Reipublicæ literaræ modis omnibus gratificandi cupidiſsimo, profecta ſunt: ita vt æqua & beneuola mente, atque in bonam partem accipiantur, amanter & diligenter peto. Bene ac feliciter vale, candorem in iſtis iudicandis adhibe, meq; commodis tuis addictiſsimũ amare perge. Quod ſi iſta vſibus tuis vlla ratione inſeruire, & proinde grata & accepta tibi fuiſſe cognouero, vt id mihi gratiſsimum erit, ita operam etiam deinceps ſedulo daturus ſum, vt in aliis quoque, Deo auxiliante, tibi in poſterum gratificari queam. Datum Vratislauiæ in Ædibus noſtris, die 26. Martii, Anno ſalutiferi partus 1598.

AD
LAVRENTIVM SCHOLZIVM
A' ROSENAW, MED. VRATISL.

INGENIO Magnus, doctrina, conſilioq;
Iudicii mirus dexteritate CRATO.
Pæoniæq; Artis felici nobilis vſu
CAESARIBVS merito cultus honore tribus.
Dotibus his memori clarus celebrabitur æuo,
Si modo quid grata poſteritatis erit.
Quod tanti viri SCHOLZI fragmenta latebris
Eruis, atque tuis tradita rite typis.
Tranſmittis ſero quoque cognoſcenda Nepoti,
Te dignum, ac docta poſteritate facis.
Quantum præſtiterit deſerto fidus amico,
Et quibus afflictum iuuerit officiis.
Inuicti oppreſſo quam CÆSARIS ille fauorem
Auxerit, hæc mecum ſæcla futura canent.

CASPARVS PEVCERVS D.
Illuſtriſs. Ducis Electoris Palatini; & Principum Anhaltinorum Archiater & Conſiliarius, &c.

ALIVD:

AD LECTORES CRATONIANORVM CONSILIORVM;

ROBVR ineſt ſcriptis, quæ Dia Minerua CRATONIS
Contulit in medium, credite, robur ineſt.
Credite Pæonia vos qui ſudatis in arte,
Quosque iuuat ſancti diſcere verba ſenis.
Quot ſunt verba viri, tot ſunt oracula, quæ dat
SCHOLZIVS, & mundo nobile ſacrat opus.
SCHOLZIVS, æternos tribuit cui Laurus honores,
Hortus & Elyſiis nomina clara dedit.
SCHOLZI. Pro meritis quæ præmia digna reponat,
Si qua manet mundo viuida poſteritas,
Vin' dicam? Elyſiis vt tu das nomina campis,
Si vehet Elyſium te ſuper aſtra ſolum.
Perge, decus Medicum, Medicis ſeruire. Coronam
LAVRVS, & æternum det tibi FLORA decus.

FRANCISCVS HILDESSHEIM,
Doctor, Illuſtriſs. Electoris Brandeburgici Medicus, &c.

ALIVD.

Dum recolo Muſam, ac monumenta fidelia, SCHOLZI,
Quæ tuus in lucem, promens abſtruſa, benigne
Candidus impertit dudum labor, vtilis orbi,
Ante alios: tum venturo quoq; frugifer æuo:
Abſentem, inuiſumque licet, te pectore toto
Ardeo, & amplector, communi nomine certus
Pœnidum (via ſi qua foret, ſi copia nobis)
Hu tibi pro meritis iuſtas perſoluere grates.
Hoc homini eſt hominem (niſi me ſententia fallit)
Eſſe DEVM: cumulare bonis: & publica longe
Commoda priuatis ante omnia ponere lucris:
Arboribuſque ſatis ſeclo prodeſſe futuro.
Hac iuere via, genuit quos Teutona tellus,
Magni Aſclepiadæ, fidi inuictique laborum.
GESNERVSQ. & ANANCASTES: hac pergit eadem
SCHENCKIVS, & CAMERARIADES IOACHIMVS, vterq;
Ingeniorum Itala terras MERCVRIALES,
BVCEPHALOS, CECCAS, ALDROVANDOS, & ARANTII
Non illuſtre minus, quam viui, à funere nomen:
Dignaq; te dudum meditantem plurima Phœbo,
Ingenioſe faber naſorum, TAGLIACOTI.
Nec venit in partem tantæ non Gallia laudis,
FERNELIO inprimis, Hippocraticoq; DVRETO,
RONDELETO, HOLLERIO, CORDÆO, animaq; Galeni,
Te SYLVI, & calamo IVBERTI, & voce ſuperba.
Adde illos gentis magnos heroas Iberæ,
VALLESIVM, VEIGAMQVE, VEGAMQVE MENAMQVE
PEREDAMQVE,
Et MERCATI obitos longa ſuper arte labores:
Quos, SCHOLZI, quantoſq; viros? Laudabile certe,
Ac facinus palmare facis, qui tanta ſecutus
Exempla in medium recte tum conſulis ipſe,
Tum conſulta aliorum, ac ſcita ſalubria ponis.
Per te Caeſareus viuit CRATO, redditus orbi
Poſt cineres: viuunt alii, ſolertia quorum,
Auſa modis augere nouis inuenta piorum,
Hoc aui enituit, medica ſpectabilis arte.
Illa adeo dignanda quidem maiore corona,
Quo magis errorum ſurgentib. vndiq; monſtris
Pugnauit, Medicinæ ipſam inuadentibus arcem
Antiquæ, & ſummi laudata voce tonantis:
Ac docuit ſapiendum aliquid, quod prodeat vltra
Carbones, cineresq; & olentes ſulphura furnos.
Aſt ſacra conſtabit honos ſuus integer arti
(Sat ſcio: nec metus eſt) dum, SCHOLZI, teq; tuiq;
Aſsimiles pia fata dabunt: Germania dumq;

Cum

Cum ſene MVNGZIGERO, per Boiæ fertilis urbes.
MERMANNOS, FABROSQ. feret chariſsima nobis
Pectora: & illa duplex Rhenani gloria Phœbi,
Dilectus ſocio, modulanti dulce MELISSO,
POSTHIVS his auris, hac ſolis luce fruetur.
Perge dehinc igitur magnis non degener orſis:
(Namque tibi florens, integraque ſanguinis ætas
Ingenium viuax acuit: ſtant robore nerui:
Mi vero in tenui tenues ſunt corpore vires:
Et capiti furtim obrepens, caua tempora ſignat
Nuncia canicies ſenij, mortiſque propinquæ;)
Hanc inſiſte viam, pede quæ tibi trita ſecundo eſt
Hactenus: & patriæ, & creſcenti conſule famæ.
Quod te Aſclepiadum per ſacra ſalubria, & ipſum
Hippocratis genium, SCHOLZI dilecte, precamur.

PHILIPPVS MENZELIVS,
Philoſ. & Medic. Doctor, ac
in inclyta Academia Ingol-
ſtadiana Profeſſor, &c.

β)(

CATALOGVS

PRÆSTANTISS. VIRORVM,

A quibus me in hoc propoſito meo plurimum adiutum eſſe ingenue fateor, ipſisq́; pro hoc officio gratias, quas mente concipere poſſum, ago maximas: Relaturus etiam ſi quando idonea ſeſe mihi obtulerit occaſio;

D. Abrahamvs Schwalbivs, Phyſicus Oppolienſis.
D. Abrahamvs Sannecivs Freiſtadienſis.
D. Achilles Cromervs, quondam Marchionatus Morauiæ Medicns.
D. Bartholomævs Schwalbivs, Gorlicenſis, Aulæ Cæſareæ Medicus.
D. Bartholomævs Hvbnervs, Academiæ Erphordienſis profeſſor.
D. Carolvs Grevsservs, Phyſicus Leobergenſis.
D. Casparvs Schvvenckfeldivs, Phyſicus Hirſchbergenſis.
D. Christianvs Heinricvs Schvvidnicenſis.
D. Christophorvs Rvmbavm Iaurauienſis.
D. Daniel Schepsivs, Phyſicus Schvvidnicenſis.
D. Daniel Rinnfleisch Vratislauienſis.
D. Elias Kvntschivs Bilicenſis.
D. Franciscvs Hilnesheim, Illuſtr. Electoris Brandeburglci Medicus.
D. Franciscvs Tidicævs Dantiſcanus, Phyſicus Thorunienſis.
D. Franciscvs Ioel, Phyſicus Siralſundenſis.
Dn. Frinericvs Seyller Vratislauienſis, Medicinæ ſtudioſus.
D. Georgivs Florschvtz Vratislauienſis.
D. Georgivs Rvmbavm Vratislauienſis.
D. Heinricvs Schmint, Senator Vratislauienſis.
Dn. Iacobvs Monavivs, Patricius Vratislauienſis.
D. Iacobvs Seinelivs, Academiæ Gryphiſwaldenſis Profeſſor.
D. Iacobvs Zvvingervs, Baſilienſis Academiæ Prof[illegible]or.
D. Ieremias Gesnervs, Phyſicus Greiffenbergenſis.
D. Ieremias Kvntschivs Bilicenſis.
D. Ioachimvs Camerarius, aliquot Germaniæ Principum Medicus, ac Phyſicus Reipublicæ Norinbergenſis.
D. Ioachimvs Bavnisivs Vratislauienſis, quondam Phyſicus Lignicenſis.
D. Iohannes Posthivs, quondam Illuſtriſs. Electoris Palatini Medicus.
D. Iohannes Schenckivs à Graſenberg, Friburgi in Briſgoia Phyſicus.
D. Iohannes Hermannvs, Principum Sileſiæ Medicus.
D. Iohannes Matthesivs, Phyſicus Dantiſcanus.
D. Iohannes Frinericvs Schroetervs, Academiæ Ihenenſis Profeſſor.
D. Iohannes Francvs, Phyſicns Camicenſis.
D. Iohannes Hartmannvs Beyer, Phyſicus Francofurti ad Mœnum.
D. Iohannes Weinnervs, Phyſicus Gurauienſis.
D. Iohannes Mencelivs, Phyſicus Glogouienſis.
D. Iohannes Heinzivs Vratislauienſis, In valle Ioachimica Phyſicus.
D. Iohannes Antonivs Nævivs, Phyſicus Elbingenſis.
M. Iohannes Faber, quondam Monſterbergenſium, ac Francoſteinenſium Phyſicus.
Dn. Iohannes Knipkavv, ciuis, ac Pharmacopæus Vratislauienſis.
D. Ivstvs Mollervs, Parchemenſis, in Ducatu Megapolitano Phyſicus.
M. Martinvs Weinrichivs, Vratisl. M. C.
D. Matthævs Sebicivs, Principis Lignicenſis Medicus.
M. Nicolavs Steinbergervs, P. C. ac ſcholæ Eliſabethanæ in vrbe Vratislauienſi Rector, ac reliquarum Inſpector.

M. Nico-

M. Nicolavs Lvdovicvs, ſcholæ Lignicenſis Rector.
D. Pavlvs Fridewaldvs, Vratislauienſis.
D. Petrvs Monavivs, Vratislauienſis, quondam Aulæ Cæſareæ Medicus.
D. Petrvs Rotvs, Freiſtadienſis, quondam in patria ſua Phyſicus.
D. Philippvs Scherbivs, Academiæ Altorfianæ Profeſſor.
Dn. Sebaldvs Lavrea, Ciuis, ac Pharmacopola Vratislauienſis.
D. Severinvs Goebelivs, Illuſtriſ. Ducis Boruſſiæ Medicus.
D. Tobias Fischervs, Suidniceenſis.
D. Wenceslavs Raphanvs, Vratislauienſis, Phyſicus Oppauienſis.

Vt autem horum veſtigiis inſiſtentes, alij quoq; in hoc liberali, & , vt puto, laudabili instituto, quod à me profecto de publica magis, quam de priuata vtilitate ſollicito, & quidem poſthabito inuidiæ, ac obtrectationis metu, bono animo & ſtudio ſuſceptum eſt, pro virili in poſterum quoq; non tam me iuuare, quam commune bonum promouere, non dedignentur, etiam atq; etiam oro. Ea certa omnia, quæ in hoc genere hinc inde ab Amicis ad me poſthac tranſmiſſa fuerint, ſuo tempore, ſi vitam DEVS Opt. Max. mihi conceſſerit, APPENDICIS loco, conſiliis, ac epiſtolis iſtis, quæ iam proferuntur, ſubnexa, fideliter publicare, & quidem cum honorifica illorum, qui mihi hac in parte gratificati fuerint, mentione, decreui. Quantum vero hoc meum institutum & conſilium ad Medicinam, Artem omnium præclariſſimam quæq; omnibus ſeculis glorioſa & diuina (& merito quidem, niſi me fallunt omnia) fuit habita, exornandam, atq; amplificandam directum, ſtudioſis Artis noſtræ vtilitatis allaturum ſit, iis, qui æquo animo ad hoc æſtimandum acceſſerint, diiudicandum relinquo. Tanti certe apud me eſt Artem Medicam, (quam & per DEI gratiam à non malis Præceptoribus mediocriter didici, & per eundem, cum nonnullo hominum commodo non paruos annos facti to) ſtudium iuuandi, vt ſi modo quippiam, quod multis ex vſu eſſe queat, moliri ac proferre poſſim, nihil vnquam laboris, in hac mea licet occupatiſſima vita, intermiſſurus ſim. Sed ne videar præter rem, aut vino ſatis vendibili hæderam ſuſpendere, aut per ſe currentibus ſine neceſſitate calcaria admouere, aut deniq; de me ipſo plura, quam conueniat, dicere, plus verborum nunc quidem facere nolo. Vos & valete feliciter, & diu viuite, LECTORES humaniſſimi, meq́ue commodis veſtris tam addictum, vicißim beneuolentia veſtra complecti pergite.

β)(2

ELENCHVS AVTORVM,

Ex quorum ſcriptis hunc Conſiliorum Medicinalium Librum congeſſimus;

D. Abrahamvs Setler, Sil. Illuſtriſſ. Ducis Bregenſis Medicus.

Andreas Vesalivs.

D. Andreas Gallvs, Medicus Tridentinus.

D. Antonivs Fracanzanvs, Medicus Patauinus.

D. Balthasar Scheider, Vratiſl. Phyſicus in Patria.

D. Bernhardvs Paternvs, Medicus Patauinus.

D. Casparvs Hoffmannvs, Sil. Illuſtriſs. Electoris Brandeburgici Medicus.

D. Casparvs Nævivs, Phyſicus Lipſenſis.

Gvlielmvs Rondeletivs, Profeſſor in Monte Peſſulo.

Helidævs de Padvanis, Medicus Bononienſis.

Heinricvs Stabedivs, Medicus Lugdunenſis.

Hieronymvs Capivaccivs, Medicus Patauinus.

Hieronymvs Donzelinvs, Medicus Venetus.

D. Horativs Reserivs.

Iacobvs Sylvivs, Medicus Pariſienſis.

D. Ioachimvs Curævs, Sil. Phyſicus Glogouienſis.

D. Ioachimvs Bavdisivs, Sil. Phyſicus Lignicenſis.

Iohannes Crato à Krafftheim Vratiſl. III. Cæſarum Medicus.

Iohannes Petrvs Merenda, Ferdinandi Rom. Regis Medicus.

Iohannes Nævivs Illuſtriſs. Electoris Saxoniæ Medicus.

Iohannes Tagavltivs.

D. Iohannes Pfeill.

D. Iohannes Sigismvndvs, Sil. Phyſicus Schwidnizenſis.

D. Isaac Schaller, Medicus Norinbergenſis.

Ivlivs Cæsar Arantivs, Medicus Bononienſis.

Ivlivs Alexandrinvs, Medicus Cæſareus.

Martinvs Acacia.

Matthævs Cvrtivs, Medicus Patauinus.

D. Matthævs Razenberger.

Matthias Stoivs, Phyſicus Regiomontanus.

Petrvs Andreas.

Mathiolvs, Archiducis Auſtriæ Ferdinandi Medicus.

D. Petrvs Monavivs Vratiſl. Aulæ Cæſareæ Medicus.

Petrvs Sibillenvs, Reip. Egranenſis Phyſicus.

Rembertvs Dodonævs, Medicus Cæſareus.

D. Sta-

D. STANISLAVS WEISKOPF. Sil. Reuirendiſs. Epiſcopi Vratiſl. Medicus.

D. THEODORVS ZWINGERVS, Medicus Baſilienſis.

D. THOMAS ERASTVS, Medicus Heidelgerganſis.

D. THOMAS IORDANVS à Clauſenburgo, Marchionatus Morauiæ Medicus.

D. VICTORINVS SCHOENFELDT.

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CAVTVM eſt S. Cæſ. Maieſt. Decreto, ne quis Typographus, vel quocunq; modo negotiationẽ librariam exercens, hoc CONSILIORVM MEDICINALIVM opus, quod nunc primũ à LAVRENTIO SCHOLZIO, Philoſophiæ & Medicinæ Doctore, foràs datur, per x. annorum ſpacium, à prima editionis die computandum, intra fines ſacri Romani Imperii, Regnorumq; & Dominiorum Cæſ. Maieſt. hereditariorum, ſimul vel ſeparatim, eodem aut diuerſo charactere, formaue recudere, aut alio recudendum dare, vel alibi expreſſum importare, vendere quouis modo diſtrahere, aperte, vel occulte, abſq; prædicti LAVRENTII SCHOLZII, eiuſq; hæredum, volũtate ac conſenſu præſumat. Qui ſecus fecerit, is non ſolum libris impreßis: ſed etiam decem, auri puri Marchis, ſine vlla venia mulctabitur, vt latius declaratum eſt in ipſo Diplomate Cæſareo. Datum in ciuitate noſtra Imperiali Ratisbonæ die 20. Menſis Iulii. Anno Chriſti 1594.

RVDOLPHVS

Io. W. FREYMONIVS.

Ad mandatum S. Cæſ. Maj.
proprium

Jo. BARVITIVS.

ELEN-

CONSILIORVM MEDICINALIVM IN HOC LIBRO CONTENTORVM.

QVORVM ea, quæ Aſteriſco ſunt notata, ac numeroſuo prius edita longe ſuperant, plane noua ac rara ſunt, pauciſque viſa, imo nunquam antea typis expreſſa, luce atq; lectione omnium ſtudioſorum Medicinæ digniſſima Reliqua vero antea quidem ſub DOCTORIS IOHANNIS CRATONIS, piæ memoriæ, nomine, à me euulgata fuerunt: verum Editio præſens priore multo emendatior & locupletior, nonnullorum quoque locorum reſtitutione melior, atque præſtantior eſt.

Prior numerus conſilium, poſterior cuiuſq; paginæ columnam deſignans.

MORBI VIRORVM, ET IVVENEM:

IN * Catarrho, & dolore capitis, cum pectoris grauitate, & pedis ſiniſtri tumore, pro quodã Barone Morauo, D Jo. CRATONIS conſ.1.col.1.

In Hemicrania, per conſenſum ventriculi, & Epatis, pro quodã Generoſo Domino D. JOHANNIS CRATONIS 2.4

In catarrho, cum varijs ſymptomatibus, ventriculo & cerebro frigidis, ac Epate & Renibus calidis, pro quodam Nobili viro, D JOH. CRATONIS 3.5

In catarrho pro quodam Nobili viro, D. IOHANNIS CRATONIS 4.10

In catarrho, pro alio quodã Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS 5.21

In catharrho, pro quodam Theologo D. CASPARIS HOFFMANNI 6.22

In catarrho, pro quadam Illuſtri perſona, D. IOAN. CRATONIS 7.31

In catarrho, D. JOHANNIS CRATONIS 8.36

* In catarrho, D. HIERONYMI DONZELLINI 9.ib.

* Præſeruatio annua à morbis in ſene catarrhoſo. 10.38

* In inueterato catarrho, pro Nobili quodam viro. 11.40

* E catarrho varia ſymptomata, Arthritis præcipue. D. CASPARIS NÆVII 12.41

* In eodem caſu, D. JOHANNIS NEVII. 13.45

* Idem ad eundem, eodem caſu 14 50

* In catarrho ſalſo, pro quodam Nobili viro, D. HIERONYMI DONZELLINI 15.51

In catarrho ſalſo, pro Generoſo quodam Domino, D. IOHANNIS CRATONIS 16.53

* In catarrho, ſeu ſalſa deſtillatione, cum frigida & humida ventriculi intemperie, ac calida Iecoris & Renum, D. HIERONYMI CAPIVACCII 17.ibid.

In catarrho ſuffocatiuo, pro quadam Illuſtri perſona, D. IOHANNIS CRATONIS 18.56

* In catarrho ſuffocatiuo 19.57

In catarrho ſuffocatiuo, pro viro quodam Nobili, D. IOHANNIS CRATONIS 20.59

* In catarrho cum periculo ſuffocationis, pro Conſule quodam Argentoratenſe, D Jo. CRATONIS 21.60

* In deſtillatione à Capite, memoriæ diminutione, vertigine, ſpatulæ ac pectoris dolore, ventriculi debilitate, & vrinæ ſabuloſitate. D. HIERONYMI CAPIVACCII 22.63

* In catarrho, ex ventriculi frigiditate pro quodam Theologo, D. JOHAN. CRATONIS 23.66

* In catarrho, ex ventriculi vitio, D. JOH. SIGISMVNDI 24.67

* In catarrho, cruditate, & flatibus, calore innato diminuto, cum præſeruatione à

morbo Vngarico, dyſentia, atque venenis pro quodam conſiliario Cæſareo, D. Ioannis Cratonis 25.68

* In deſtillatione à capite, anhelitus diſficultate, febre hectica in ſecunda ſpecie, & Atrophia, ſeu macie ſecundum totum corpus, D. Hieronymi Capivaccii 26. 72.

In catarrho, cum compreſſione diaphragmatis, pro quodam Nobili viro, D. Ioannis Cratonis 27.75

* In catharrho ad pectus delabente, D. Ioh. Cratonis 28.76

* In catarrho ad pectus delabente, D. Caſparis Hoffmanni 29.77

* In catarrho delabente ad pectus, & vētriculum, D. Ioh. Nævii 30.82

* In catarrho à capite delabente ad os ſacrum, ac inibi dolorem intenſum faciente, D. Hieronymi Capivacci 31.83

In catarrho, cum torpore pedum, eructatione ventriculi, & aliquando etiam dolore Renali, pro quodam Nobili, D. Abrahami Seilleri. 32.86

In debilitate capitis & vētriculi, pro quodam Nobili, D. Ioh. Cratonis 33.90

* In debilitate capitis, & ventriculi, pro quodam Nobili Germano, D. Hieronymi Donzellini 34.92

De præſeruatione ab Apoplexia, pro quodam Nobili viro, D. Iohan. Cratonis 35.ib.

In præcautione ab Apoplexiá; pro alio quodam Nobili viro, D. Ioh. Cratonis 36.94

Pro præſeruatione ab Apoplexia, pro viro quodam Conſulari, D. Ioan. Cratonis 37.97

* In Epilepſia è crure altero, D. Hieron. Donzellini 38.104

* In Epilepſia, D. Gvlielmi Rondeletii 39.108

* In Epilepſia, deq; Ligni Guaiaci vſu in hac affectione: item de Tinnitu aurium, D. Andreæ Vesalii 40.109

* Idem de eodem caſu. 41.117

In Epilepſia nocturna, pro quodam Nobili Iuuene, D. Joh. Cratonis 42. 119

In Epilepſia nocturna pro alio quodam Nobili Iuuene, D. Thomæ Erasti 43. 124

* In vertigine, cum ingenti capitis grauedine, dolore ventriculi, a cibo capitis calore, & faciei rubedine, nephritide, cum vrinis calculoſis, nec non quandoque dolore podagrico, pro quodam Illuſtri Domino, D. Hieronymi Capivacii 44.127

* De affectu quodam ſoporoſo, qui caro eſt finitimus, D. Hieron. Capivaccii 45. 133

* In ſpaſmoſa digitorum, manus, & pedū contractione, cum dolore brachiorum, & tibiarum, maxime poſt cibum magna debilitate corporis, itemq; vertigine, D. Abrahami Seylleri 47.142

In vertigine, per conſenſum à ventriculo, pro quodam Nobili viro, D. Jo. Cratonis 47.142

In paralyſi, D. Iohannis Cratonis 48. 143

* In paralyſi, D. Abrahami Seylleri 49.144

* In paralyſi, pro illuſtriſſimo quodam Principe. 50.145

In paralyſi, pro quodam honeſto viro, D. Theodori Zwingeri 51.157

* In paralyſi alterius lateris, pro quodam Magnifico viro, D. Iohannis Cratonis 52.158

* In paralyſi cruris, pro Nobili quodam Argentoratenſi, D. Iohannis Cratonis 53.160

* In paralyſi infernarum partium, nec nō conuulſione, & dolore grauatiuo circa regionem Renum, & lumborum, pro quodā Nobili Bergomate, D. Hieronymi Capivaccii 54.161

In obtuſione, ſeu hebetudine oculorum, pro quodā Jureconſulto ſene, D Joh. Cratonis 55.165

* Jn debilitate viſus, pro quodam Magnifico Domino, D. Johannis Cratonis 56.168

Jn debilitate oculorum & auditus grauitate, pro quodam Jlluſtri viro, D Jo. Cratonis 57.170

* Jn læſa viſione, pro quodam Nobili, vigintiquinq; annorum, D. Hier. Capivaccii 58.172

Jn tenebricoſa affectione oculorū, amiſſione odoratus, ex catarrho deſcendente ad nares, & guſtus etiam diminutione, pro nobili quodam viro, D Jo. Cratonis 59.174

Jn rubore, & dolore oculorum, pro quodam Iureconſulto, D. Johan. Cratonis 60.179

Jn rubedine, & oculorum dolore pro quodam Magnifico viro, D. Joh. Cratonis. 61.180

* Jn ophthalmia, cum initio ſuffuſionis, D Jacobi Sylvii 62.182

Jn ſuffuſione oculorū, ex cōſenſu oris vētriculi, cum dentium ſtupore, pro quodam Ludimo-

Ludimoderatore, D. PETRI MONAVII. 63. 183.

* De imaginibus oculo ſiniſtro obuerſantibus, D. HIERONYMI CAPIVACCII. 64. 185.

* In difficultate auditus, D. CASPARIS NÆVII 65.187

* In difficultate auditus, & tinnitu Aurium, D. VICTORINI SCHOENFELDT. 66. 188

* In tinnito Aurium, è ventriculi & cerebri vitio, D. IOANNIS NÆVII. 67.190

* In tinnitu Aurium, è ventriculi vitio, D. CASPARIS NÆVII 68.191

In diminutione ſenſus audiendi in aure ſiniſtra, cum defluxu ad coxendicem, & genu, quem in ſuris atque ſoleis pedum ſtupor eſt conſecutus, D. IOANNIS CRATONIS. 69 192

De materia catarrhi per nares excernēda, aliuoque turbata ſiſtenda, D. IOANNIS CRATONIS 70.194

In fluxu ſanguinis nariom, pro quodam Illuſtri Domino, D. IOANNIS CRATONIS 71. ibid.

Ad gingiuas tabeſcentes: pro quodam Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS. 72. 195

* In ſcorbuto, pro Nobili quodam Polono, D. ABRAHAMI SEYLLERI. 73.196

* In dolore dentium. 74.198

In dolore, & vermibus dentium, nec non gingiuarum putredine, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS. 75. 201

* In inflammatione faucium 76.204

In caſu columellæ, ſeu vuluæ, pro quodam Illuſtri perſona, D. IOANNIS CRATONIS 77.205

In catarrho ad pectus delabente, D. IOANNIS CRATONIS 78.206

In catarrho illabente in pectus, quem difficultas ſpirationis conſequitur, cardialgia, Lienis obſtructione, capillorum defluuio, & faciei rubedine, D. IOANNIS CRATONIS 79.207

In catarrho ſalſo delabente ad pulmones, pro quodam Magnifico viro, D. HELIDÆI DE PADVANIS 80.215

In pectoris affectionibus, atque tuſſi, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS. 81.216

In diuturna tuſſi, aſthmate, & tabe, atq; ad Phthiſin diſpoſitione, pro quodam Nobili Iuuene, D. IOANNIS PETRI MERENDÆ 82. 218

* In ſputo ſanguinis, D. BERNHARDINI PATERNI 83.223

* In ſputo ſanguinis, pro quodam Nobili, D. ABRAHAMI SEYLLERI. 84. 224.

* In reiectione magnæ copiæ ſanguinis cum tuſſi, D. ABRAHAMI SEYLLERI. 85. 225

* In vlcere pulmonis è catarrho, epate calidiori, pro quodam ſenatore reipublicæ Vratiſlauienſis, D. IOANNIS CRATONIS. 86. ibid.

Pro præſeruatione à phthiſi, pro quodam Magnifico viro, D. HELIDÆI DE PADVANIS 87.230

Pro phthiſicis, D. THOMÆ ERASTI. 88. 231

* In phthiſi & tuſſi, pro quodam Nobili viro 89.233

* In phthiſi, pro quodam Philoſopho eximio, D. GVLIELMI RONDELETII. 90. 235.

In Aſthmate, D. IOANNIS NÆVII. 91. 236

In aſthmate, pro quodam Conciliario Electoris Brādeburgenſis, D. CASPARIS HOFMANNI. 92.238

* In orthopnœa, D. HIERONYMI CAPIVACCII 93.254

* In orthopnœa, & viſione deprauata, D. HIERONYMI CAPIVACCII 94.256

In diſpnœa, D. IOANNIS CRATONIS. 95. 258.

In grauitate pectoris, & ſpirationis difficultate, ac metu phthiſeos, D. IOANNIS CRATONIS 96.260

* In interpolata anhelitus difficultate, pro illuſtri quodā viro, D. HIERONYMI CAPIVACCII 97.263

* In anhelandi difficultate, cauſata à pituita ſalſa, occupante bronchiam pulmonis, in Iuuene viginti duorū annorum, D. HIERONYMI CAPIVACCII 98.265

* In anhelitus difficultate, pulſu frequentiſſimo, & inæquali, D. HIERONYMI CAPIVACCII 99.267

* Epialtes in ſomno, cum dolore capitis periodico, debili, pedum calore, pro quodā Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 100.269

* In dorſi grauitate, è commotione, & caſu, cum Renum calculo, pro Generoſo quodam comite, D. IOANNIS CRATONIS. 101. 271

In palpitatione cordis pro quodam Theologo, D. CASPARIS HOFMANNI. 102. 271.

In cordis palpitatione, pro quodam Comite, D. THOMÆ ERASTI. 103.275

In cordis palpitatione, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS 104.279

In ven-

In ventriculi affectionibus, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 105.281.

In affectu ventriculi, pro quadam Illuſtri perſona, D. IOANNIS CRATONIS 106. 286.

In eodem affectu, pro eadem perſona, D. IOANNIS CRATONIS 107.288

* De imbecillitate ventriculi, ob pituitam in ipſum defluentē, D. GVLIELMI RONDELETII 108.290

* In ventriculi imbecillitate, obſtructione cerebri, dolore colico, intemperie Renū, ac aliis nonnullis ſymptomatibus, D. HELIDÆI DE PADVANIS 109.291

De annuis purgationibus in ventriculi imbecillitate, catarrho, & peſte, pro quodam Barone, D. IOANNIS CRATONIS 110. 295

* In ventriculi, & Iecoris imbecillitate, cachexia, narium hæmorrhagia, dolore dētium, atq; podagra, pro Sereniſſimo quodam Principe, D. IOANNIS CRATONIS. 111. 297

* Nocturni calores è difficultate coctionis, & diſtributionis cibi 112.305

In Cardialgia, & vertigine, pro quodam Principe, D. CASPARIS HOFMANNI. 113. ibidem.

In dolore oris vētriculi, D. IOANNIS NÆVII 114.319

* In dolore, & inflatione ventriculi, D. HIERONYMI CAPIVACCII 115.322

In ventriculi dolore, cum vomitu, D. IOANNIS NÆVII 116.324

In compreſſione oris ventriculi, & ſpiritus quaſi interclusione, pro quodam Nobili Iuuene, D. IOANNIS CRATONIS. 117.326

De flatulenta affectione, pro quodam Illuſtri viro, D. IOANNIS CRATONIS. 118.328

* In flatulenta affectione, D. IOACHIMI BAVDISII 119.329

De flatulenta affectione, & doloribus dorſi, pro quodā Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS. 120.331

In dolore à flatib. pectoris anguſtia, cōſtipatione ventris, capitis, & articulorum dolore, pro quodam Generoſo Domino, D IOANNIS CRATONIS 121.334

De expuitione frequente, pro quodam Nobili Adoleſcente, D. IOANNIS CRATONIS 122.335

* In vomitu ſanguinis, propter ſplenis obſtructionem, D. GVLIELMI RONDELETII 121.338

* In vomitu ſanguinis, duritie ſplenis, tumore ventris inferioris, febre, & extenuatione corporis, cū colore cutis pallido verſus citrinum, pro quodam Nobili Viceutino, D. MATTHÆI CVRTII 124.340

In Epatis caliditate, pro quadam Illuſtri perſona, D. IOANNIS CRATONIS 125.344

* Intemperie Epatis calida, & obſtructione, cum ventriculi imbecillitate pro quodam Honeſto viro, D. IOANNIS CRATONIS 126.345

* In laſſitudine, dolore lateris, nimia cibi appetentia, cum ſudore multo & calculo renum, pro Norico quodā, D. IOANNIS CRATONIS. 127.346

* Pro Cancellario quodam ſæpe ſudante corpore cacochymico, virtute debili, cū capitis grauitate, & dorſi læſione, D. IOANNIS CRATONIS 128.348

In perturbatione, & intēperie ſpinæ dorſi, D. IOANNIS CRATONIS 129.350

* In Ictero, cum nauſea & vomitu, pro quodam honeſto viro, D. MATTHÆI RATZENBERGERI 130. ibid.

* De Hydrope, D. HORATII RESERII. 131. 352

* In hydrope. 232.387

* In hydrope, pro quodam Lunæburgenſi. 133.388

* In Anaſarca, & catarrhis vehementib. D. HEINRICI STAPEDII 134.391

In Renum obſtructionibus, & catarrho, pro quodam Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS 135.393

In dolore dextri lateris, ex intemperie calida Renis dextri, pro quodam Generoſo Domino, D. IOHANNIS CRATONIS 136. 394

* In affectione vaporoſa, Renum forte cū debilitate totius recurrente, pro quodam Magnifico viro, D. IOANNIS CRATONIS 137. 395

* In Nephritide, D. MARTINI ACACIÆ 138.396

* Canones obſeruandi in Rhenum affectibus, D. MARTINI ACACIÆ. 139 398.

In Renum affectionibus, atq; calculo pro quodam Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS. 140.399

In Renū affectione, & calculo, pro quadam Generoſa perſona, D. IOANNIS CRATONIS. 141.400

In Renum affectionibus & calculo, pro quodā Barone, D. IOANNIS CRATONIS 142, 404

De præſeruatione à calculo, pro quodam Nobili, D. IOANNIS CRATONIS. 143. 406

In calculo Renum, pro quodam Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS. 144.407

* In calculo, D. HORATII RESERII 145. 408

In cal-

In calculo pro quodam Barone, D. Ioannis Cratonis 146.411.

* In Calculo, D. Casparis Naevii. 147 417.

* In renũ calculo, D. Hieronymi Donzellini. 148.418

* In calculo, pro Marchione quodam, D. Ioannis Cratonis 149.420

* In calculo renum, & ſanguine è renib. fluẽte, D. Gvlielmi Rondeletii. 150.422

In renum dolore, calculo, podagra, & ſpaſmo, pro quodam Barone, D. Ioannis Cratonis. 151.423

* In dolore Renali, pro Generoſo quodã Comite, D. Ioannis Cratonis. 152.425

* In dolore, & generatione calculi, pro Sereniſſimo quodam Principe, D. Ioannis Cratonis. 153.426

* In dolore Renali & coxendico, Itemq; de doloribus per totum corpus vagantibus, D. Hieronymi Capivaccii. 154.428

* In affectione Renum, & Veſicæ exceoriatione, pro Magnifico quodam viro, D. Petri Sibilleni 155.430

* In pulſus frequentia, vrinæ ardore, cum ſabuloſitate etiam, tumore Lienis, Iecoris obſtructione, & Ictèritia nigra, D. Hieronymi Capivaccii 156.442

* In ardore Vrinæ, & Nephritide, cũ exulceratione Veſicæ, & Vreterum. 157.445

* In ſtranguria, & Vrinæ ardore, pro Generoſo quodam Barone Germano, D. Hieronymi Capivaccii. 158.448

In præſeruatione, & curatione calculi Renum, D. Andreæ Galli. 159.451

* In mictu ſanguinis, cum Renum, & Iecoris intemperie. 160.456

* In apoſtemate, & vlcere colli Veſicæ: D. Ioannis Naevii. 161.458

* In Gonorrhæa virulenta, pro quodam Magnifico viro, D. Ioannis Cratonis 162. 459.

* In reliquiis & puſtulis gallicis, pro Magnifico quodam Domino, D. Ioannis Cratonis. 163.461

* In obſtructione meſenterii, pro Capitaneo quodam Vratislauienſi, longo tempore valetudinario, D. Ioannis Cratonis. 164. 464

In colica, pro quodam Theologo, D. Caſparis Hofmanni. 165.465

* In colica, D. Ioannis Naevii. 166. fol. 474

* In colica, pro quodam Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis. 167.475

In colicis, & aliorum inteſtinorum doloribus, pro quodam Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis. 168.477

In præcautione colici doloris, pro quodam Nobili viro D. Ioannis Cratonis 166. ibidem.

* In colico dolore, cum Ictero, & cachexia, pro quodam Generoſo Barone, D. Ioannis Cratonis. 170.480

In colica & paralyſi ex colica, pro quodã Nobili viro, D. Ioannis Cratonis. 171. 481.

In paralyſi ex colica, D. Ioannis Cratonis. 172.483

In paralyſi ex colica, pro quodam Theologo, D. Caſparis Hofmanni. 173.484

In Melancholia per eſſentiam, D. Ioannis Cratonis 174.490

In eodem affectu, pro eadem perſona, D. Ivlii Alexandrini 175.498

In eodem caſu, pro eodem, D. Remberti Dodonæi 176.501

* In Melancholia, pro quodam Nobili viro, D. Matthiæ Stoii 177.504

* In affectu Melancholico. 178.510

* In Melancholia, capitis dolore, & imbecillitate totius corporis, D. Hieronymi Capivaccii 179.511

In Melancholia hypochondriaca, pro quodam Nobili viro, D. Ioannis Cratonis 180.514

In hypochondriaca, ſeu Melancholia flatulenta, D. Ioannis Naevii 181.515

In eadem affectione, pro eodem, D. Petri Matthioli 182.517

* In melancholia hypochondriaca, D. Ioannis Naevii 183.535

* In Melancholia hypochondriaca, podagra, cerebri debilitate & humiditate, ventriculi frigiditate, fruſtratione concoctionis, & oculorum ſuffuſione, pro quodam Nobili Germano, D. Hieronymi Doncellini 184.540

* In Melancholia hypochondriaca, pro quodam Cancellario Ducis Bauariæ, D. Ioannis Cratonis 185.548

* In Melancholia hypochondriaca, pro quodam Archigrammateo, D. Ioannis Cratonis 186.551

* In Melancholia hypochondriaca, cum rubedine faciei, D. Balthasaris Scheideri 187.554

* In Melancholia hypochondriaca, qua tentabatur vir complexionis Melancholicę, annorum quadraginta, D. Hieronymi Capivaccii 188.555

* In Melancholia hypochondriaca, anhelitus difficultate, & vrina ſabuloſa, D. Hieronymi Capivaccii 189.557

* In hypochondriaca paſſione, pro quodam conſiliario Marchionis, D. Abrahami Seylleri 190.562

* In Melancholia, vertigine, & muſcis ante

ante oculos apparentibus, D. HIERONYMI CAPIVACCII 191.563

* In ſcirrho Lienis, D HIERONYMI CAPIVACCII 192.565

* In reiectione ſanguinis Melancholici per ſedem, & vomitum, pro Generoſo quodam Comite, D. GVLIELMI RONDELETII 193.566

In fluxu alui, D. IOANNIS CRATONIS 194.569

* In aluo fluida, & flatulenta, pro quodam Norico, D. IOANNIS CRATONIS 195. ibid.

* In aluo fluida, cum variis ſymptromatibus, D. HIRONYMI CAPIVACCII 196. 571

* In fluxu ventris immodico, cum nephritide, & vlcere veſicæ, D. GVLIELMI RONDELETII 197.574

In aſtricta aluo, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 198. 576

In aſtrictione alui, & moleſtiis, quę à flatibus oriuntur, ac de calore nocturno præternaturali, pro quodam illuſtri viro, D. IOANNIS CRATONIS 199.ibid.

* In conſtipatione alui. 200.578

In dyſenteria, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS 201. 579

In dyſenteria, pro quodam Nobili, D. IOANNIS CRATONIS 202.582

* In dyſenteria, D. IOANNIS PFEIL 203. 583

De præſeruatione à Lumbricis, & eorum curatione, nec non de Podagra, D. IOANNIS CRATONIS 204.585

De hæmorrhoidibus, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 205.588

In hæmorrhoidum dolore, pro quadam Illuſtri perſona, D. IOANNIS CRATONIS 206 589

In immoderato fluxu hæmorrhoidum, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS 207.ibid

In fluxu hæmorrhoidum, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 208.590

* In excreſcentia in ano, pro Nobili quodam viro, D. IOANNIS CRATONIS 209. 591

* De imminuto teſte, & de Hernia inteſtinali, D. HIERONYMI CAPIVACCII. 210. ibid.

* In eodem caſu, D. HIERONYMI DONZELINI 211.594

* In ruptura, pro quodam Conſule, D. IOANNIS SIGISMVNDI 212.597

* In eodem caſu, ſed ſudore nimio accedente prius ſublato, D. ISAACI SCHALLERI 213.598

* In Bubonocele, pro quodam Gallo, D. IOANNIS CRATONIS 214.600

De præſeruatione, & curatione podagræ, pro quodam Epiſcopo, D. IOANNIS CRATONIS. 215.601

De podagra nodoſa, pro Barone quodam Polonico, D. IOANNIS CRATONIS 216. 604

* De præſeruatione à Podagra, pro quodam Illuſtri Domino. 217.611

* In eodẽ caſu, D. ANDREÆ GALLI. 218. 616

* In eodem caſu 219.630

* In eodẽ caſu, D. PETRI ANDREÆ MATTHIOLI 220.631

De Podagra, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 221.650

In Podagra, pro quodam Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS 222.652

In eodem affectu, pro eodem, D. IOANNIS CRATONIS 223.653

* In podagra, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS 224. 654

* In eodem caſu, pro eodem, D. CASPARIS NÆVII 225.655

In præſeruatione, & curatione Podagræ, pro quodam Nobili viro, D. HIERONYMI CAPIVACCII 226.658

In podagra, & dolore lateris dextri, pro quodam Magnifico viro, D. IOANNIS CRATONIS 227.667

In podagrico dolore, pro quodam Magnifico viro, D. IOANNIS CRATONIS 228. 668

In Arthritide, pro quodam Nobili viro, D. HIERONYMI DONZELINI 229. 670

In Arthritide, pro quodam Generoſo Domino, D. IOANNIS CRATONIS 230 677

* In dolore articulari, & ſcabie, ſeu impetigine, D. HIERONYMI CAPIVACCII. 231. 680

* In Arthritide, D. HIERONYMI CAPIVACCII 232.683.

* In podagra, D. GVLIELMI RONDELETII 233.687

* In podagra confirmata, D. IOANNIS CRATONIS 234.691

* In præſeruatione à podagra, D. ABRAHAMI SEYLERI 235.692

* De podagra D. ABRAHAMI SEYLERI 236.696

* Pro

* Pro quodā podagrico, & calculoſo D. Hieronymi Donzellini 237.697
* In eodem caſu, D. Henrici Stapedii 238.700
In podagra, pro quodam Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis 239.702
De præſeruatione, & curatione morbi articularis, pro quodam Clariſſimo Iureconſulto, D. Ioannis Cratonis 240.709
* In arthritide, pro quodam Theologo, D. Casparis Hofmanni 241.711
* In Arthritide, pro generoſo quodā Domino. 242.716
* In Arthritide, pro Generoſo quodam Comite, D. Abrahami Seylleri. 243. 719.
In Arthritide, pro quodam Magnifico viro, D. Casparis Hofmanni 244.725
Io Arthritide, pro celeberrimo quodam Iureconſulto, D. Ioannis Cratonis. 245. 729.
* In Arthritide nodoſa, Melancholia hypochondriaca, atque renum affectione, pro quodam Epiſcopo, D. Ioannis Cratonis 246.736
In affectionibus, & dolorib. articulorum, ac humoribus in articulos defluentibus, D. Ioannis Cratonis 247.742
In debilitate articulorum, vigiliis, & alui conſtipatione, pro quodam Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis 248.747
In dolore Iſchiadico, pro quodam Barone Vogaro, D. Ioannis Cratonis 249. 748
* In Iuuene Iſchiade laborante, luxatione imperfecta pedis dextri, & eiuſdem ſtupore, D. Hieronimi Capivaccii. 250. 755.
* In dolore circa os ſacrum, D. Hieronymi Capivaccii 251.758
* In tumore œdematoſo, à podagra reſiduo, pro quodam Generoſo Domino, D. Thomæ Iordani 252.760
Conſolatio Medica in articularis morbi doloribus, D. Ioannis Cratonis. 253. 761
In quartana pro quodam Nobili, D. Ioannis Cratonis 254.767
In quartana, pro alio quodam viro Nobili, D. Ioannis Cratonis 255.768
In quartana, pro quodam Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis 256.769
In quartana, cum palpitatione cordis & tumore in ſura, pro eodē, D. Ioannis Cratonis 257.771
* In febri quartana, D. Casparis Nævii 258.773
* Pro eodem quartanario eiuſdem, 259. 776.
* Pro eodem quartanario, D. Balthasaris Scheideri 260.778
* Io quartana, D. Ioannis Sigismundi. 261 779
* In duplici quartana, D. Iacobi Sylvii. 262.780
* In febre nocturna pituitoſa, cum Ictero, Epate obſtructo, pro quodam Comite, D. Ioannis Cratonis 263.781
* In febre Tertiana continua, pro quodā Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis 264.782
* In hectica Maraſmode, D. Iacobi Sylvii. 265.783
De præſeruatione à morbis peſtilentibus, D. Ioannis Cratonis 266 784
De febrib. malignis, D. Ioannis Cratonis 267.786
Io febre peſtilenti, ſeu morbo quem vocant Vngaricum, D. Ioannis Cratonis 268 788
De præſeruatione à peſte, quibuſdā Morauiæ Procerib. præſcriptum, D. Ioannis Cratonis 269.789
* Præſeruatio à peſte, D. Gulielmi Rondeletii 270.794
De præſeruatione à peſte, D. Ioannis Cratonis 271.795
De præſeruatione, & curatione peſtis, D. Ioannis Cratonis. 272. ibi.
* De præſeruatione, & curatione Peſtis, D. Ioannis Cratonis 273.797
De præſeruatione, & curatione ſynochi, ſeu morbi Vngarici, cum Angina, & delirio, D. Ioannis Cratonis 274.799
Io febre peſtilenti, pro quodā Illuſtri Domino, D. Ioan. Craton. 275.800
De Peſtis curatione, pro quodam Barone, D. Ioannis Cratonis 276.810
* In peſte, pro quodam Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis 277.811
De Lue Vngarica, ſeu Febre per totā Germaniam graſſante peſtilente, D. Ioannis Cratonis 278.813
* In Febre peticulari, pro quodā Generoſo Domino, D. Ioannis Cratonis. 279.814
In petechiis, pro quodam Barone, D. Ioannis Cratonis 280.816
In Alopecia, pro quodā Nobili, D. Ioannis Cratonis 281.817
De prurituin cute, quodam Nobili, D. Ioannis Cratonis 282.818
De Furfuribus, ſcabritie frontis, rubedine faciei, & excoriatione digiti, pro quodam Nobili, D. Ioannis Cratonis 283. 819.
In rubore faciei poſt cœnam, cum ſudore, pro quodā Nobili viro, D. Ioannis Cratonis 284.820

In rubore faciei, pro quodam Nobili viro, D. IOANNIS CRATONIS 285.822

In rubedine faciei, & defluuio capillorũ, D. IOANNIS CRATONIS 286.823

* In faciei rubore, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS. 287. 824.

* In puſtulis, rimulis, & denudatione labiorum, pro quodam Illuſtri viro, D. HIERONYMI CAPIVACCII 288.825

In Eryſipelate, Phlegmonode Nephriticis doloribus, ac morphaica facie, cum leui tumore, & puſtulis, pro quodam Canonico, D. IOANNIS CRATONIS 289.827

In Eryſipelate, pro quodam Nobili, D. IOANNIS CRATONIS 290.832

* In ſcabie fœda manuum, D. STANISLAI WEISKOPF 191.834

In ſcabie ab aduſtis humoribus, D. IOANNIS CRATONIS 292.836

* In Elephantiaſi, pro quodam Nobili viro, D. GVLIELMI RONDELETII. 293. 837

* De Meliceride, D. HIERONYMI CAPIVACCII 294.842

In tumore Oedematoſo, pro quodam Barone, D. IOANNIS CRATONIS 295.844

De affectu manuum, humerorum dolore, ac tumore pedum, pro quodam Magnifico Domino, D. IOANNIS CRATONIS 296.847

De tumorib. articulorum, D. IVLII CÆSARIS ARANTII 897.848

De ſcirrhoſo tumore ſupra pubem, circa ventriculi regionem, & circa latera, pro quadã illuſtri perſona, D. CASPARIS HOFMANNI 298.853

* De ictu ex lapide, in ſiniſtra capitis parte, quem ſecuta ſunt varia ſymptomata, D. BALTHASARIS SCHEIDERI 299.857

* Ad Brachium à fractura tabeſcens, & Gonorrhœam, D. IACOBI SYLVII 300.865

* In extenuatione brachii, pro conſiliario quodam Palatino, D. IOANNIS CRATONIS 301.866

* In macie, & magnitudine diminuta cruris, ac læſa deambulatione, D. HIERONYMS CAPIVACCII 302.ibi.

In tumore vtriuſque cruris, & colore ſecundum totius corporis partes defœdato, ac Lienis ſcirrho, D. HIERONYMI CAPIVACCII 303.868

* In relaxatione inteſtini, ſiue Enterocele, D. GVLIELMI RONDELETII 304.871

* In relaxatione peritonæi, & principio Enteroceles, D. GVLIELMI RONDELETII. 305.873

MORBI PVERORVM.

* In Cephalalgia ex cruditatibus, & variis aliis ſymptomatibus, pro puero quodam decem annorum, D. IOANNIS CRATONIS. 306.874

* In Epilepſia, & amentia pueri, agentis annum ſeptimum, D. HIERONYMI CAPIVACCII 307.ibid.

* In ſiniſtri oculi viſionis obſcuritate, pro Nobili quodam puero, D. IACOBI SYLVII. 308.876

De catarrhis puerorum ſtrangulationem minitantibus, cum Epilepſia, D. IOANNIS NÆVII 309.881

* In tuſſi ex catarrho, quandoque ſuffocatiuo, ex cibo ſuſpecto aſſumpto, pro quodã Generoſo puero, D. IOANNIS CRATONIS 310.884

* In amiſſa appetentia dolore capitis, vertigine à cibo, & diminutione imaginationis, & memoriæ, D. ANTONII FRACHANZANI 311.887

* In duritie hypochondrii dextri, pro Filio cuiuſdam Procancellarii, D. IOANNIS CRATONIS 312.889

* In calculo pro quodam puero 313. ibi.

* In calculi præcautione, pro quodã puero, cui è veſica euulſus fuit calculus aſper, & cornutus ingens ſatis, D. IOANNIS TAGAVLTII 314.890

* In dolore Nephritico, cum excoriatione, atq; carnis excreſcentia in extrema glandis parte, pro generoſo quodã puero, D. IOANNIS CRATONIS 315.894

* In dolore colico, & vreterum, pro generoſo quodam puero, D. IOANNIS CRATONIS 316.896

* In febre tertiana intermittente, pro Generoſo quodã puero, D. IOANNIS CRATONIS 317.897

De vermibus, variolis & morbillis puerorum, D. IOANNIS NÆVII 318.898

In tumore in genu poſt febrem difficilem, catarrhis, tuſſi, & ſopori coniunctã, pro puero Nobili, duodecim annorum. D. IOANNIS CRATONIS. 319.900

* In vlcere vermicnloſo, pro puero quodam Nobili, D. CASPARIS NÆVII. 320. 903

MORBI MVLIERVM

In periodico dolore capitis, pro quadam Nobili matrona, D. IOANNIS CRATONIS 321.907

In capitis debilitate pro quadam Nobili fœmi-

fœmina, D. Ioannis Cratonis. 322. 908.

* In vertigine, Epilepſia, Melancholico delirio, tremore cordis, macie totius corporis, & nonnullis aliis ſymptomatibus, pro fœmina quadam Germana Styria, D. Hieronymi Capivaccii 323.909

* In dolore capitis, & aliis ſymptomatibus præter naturam, pro quadam Nobili fœmina, D. Albertini Bottoni. 324. 915.

* In comate, paralyſi, & Apoplexia, pro quadã Nobili fœmina, D. Gvlielmi Rondeletii 325.910

In Paralyſi dextri lateris, cum ſpaſmo & tremore, pro quadam honeſta matrona, D. Casparis Hofmanni 326.922

In conuulſione flatulenta, pro honeſta quadam Matrona grauida, D. Casparis Hofmanni 327.926

* In catarrho, vna cũ aduſtis & ſalſis humoribus, pro quadam Generoſa Domina, D. Ioannis Cratonis 328.928

* In catarrho, ad pedes in primis, ob cerebri conſtitutionem calidam, & crudorum ciborum appetitum, pro ſereniſſima quadã Regina, D. Ioannis Cratonis. 329. 929

In hæmorrhagia narium, pro quadam Generoſa fœmina, D. Ioannis Cratonis. 330.931

In dolore dentium, pro quadam Nobili Matrona, D. Ioannis Cratonis 31.933

* In Phthiſi, à catarrho, pro Matro. 2 quadam Nobili, D. Ioannis Sigismvndi. 332. ibidem.

* In Phthiſi, ex retentis menſibus, D. Ioannis Sigismvndi 333.938

* In anhelitus difficultate, capitis deſtillatione, & raucedine, D. Hieronymi Capivaccii 334.938

* In raucedine à catarrho, pro quadam Nobili Matrona, D. Ioannis Nævii. 335. 942

In dolore ſtomachi, febre colliquante, virium imbecillitate, & animi deliquio, vrina farinacea, vnde exulceratio Vreterum colligitur, pro quadam Nobili fœmina, D. Hieronymi Stromaier, D. Petri Monavii, et D. Diomedis Cornarii. 336. 943.

In cachexia, & anaſarca, pro quadam magnifica Domina, D. Casparis Hofmanni 337.947.

* In extenuatione corporis cum tuſſi, & tumore pedum, ex multis præcedentibus affectibus diuturna febre, Ictero, & Matricis imbecillitate, pro illuſtri quadam Matrona, D. Ioannis Cratonis 338.952

In hydrope mõſtroſo, D. Ioannis Acholzii 339.955

In fluxu ventris, & vomitu grauidæ, pro quadam honeſta Matrona, D. Ioannis Nævii 340.957

In nimia alui lubricitate, & mẽſtruis, tum rubris, tum albis immodice fluentibus pro quadã Generoſa Domina, D. Ioannis Cratonis. 341.958

* In cõſtipatione alui, D. Casparis Nævii 342.960

In aſtricta aluo, vſu ambræ, & præſeruatione à peſte, pro quadam Nobili fœmina, D. Ioannis Cratonis 343.961

In nimio menſtruorum fluxu, cum inflatione Matricis, & pallore corporis, pro quadam Magnifica Fœmina, D. Ioannis Cratonis 344.962

* In nimio menſium fluxu, pro quadam comitiſſa, D. Casparis Nævii 345.964

* In immodico ſanguinis menſtrui pro fluuio, D. Avgvstini Schvrfii 346.969

* In profluuio menſium rubro, & aliquãdo cum rubedine apparente flauitie, aliquãdo pallore, D. Hieronymi Capivaccii 39.971

In menſium fluxu pauciſſimo, pro quadã Nobili Matrona, D. Ioannis Cratonis 348.974

* In ſuppreſſione menſium, & capitis dolore, deque remediis quibuſdam ad conceptum conferentibus, pro quadã Nobili Fœmina, D. Gvlielms Rondeletii. 349.975

* In retentione menſium, D. Ioannis Sigismvndi 350.978

* I[illegible] ...uis albis, flatib. ventriculi, vtero frigido, & humido, Lienis obſtructione, ac ruptura Vmbilici, D. Ioannis Nævii 351.979

De præcautione abortus, pro quadam Nobili Fœmina, D. Ioannis Cratonis 352. 982.

De Impedimentis impregnationis, pro quadam honeſta Matrona, D. Abrahami Satleri 353.985

* De intermiſſa conceptione, D. Hieronymi Capivaccii 354.988

* In inflatione Matricis, mola, & ſterilitate, D. Tagavltii, & D. Iacobi Sylvii, 356. 990

De præſeruatione à mola, & abortu, pro Nobili quadam Matrona, D. Ioannis Cratonis 356.995

In dolore, & ſuffocatione Matricis, cum fluxu ventris, pro quadam Nobili Fœmina D. Ioannis Nævii 357.997

In Melancholia hypochondriaca, pro quadam Fœmina Nobili, D. Ioannis Cratonis 358.999

In ardore vrinæ, cum exulceratione colli veſicæ, & pudendi, ac mictu cruento, pro quadã honeſta Matrona, D. CASPARIS NÆVII 359.1000

* In Ardore vrinæ, pro quadam Comitiſſa, D. CASPARIS NÆVII 360.1002

* In cruenta ſanguinis mictione, pro quadam Nobili Fœmina, D. ABRAHAMI SEYLERI 361.1004

* In dyſenteria, pro qnadam honeſta Matrona, D. PHILIPPI MICHAELIS. 362.1005

De morbis Mulierum ante partum, in partu, & poſt partum, D. IOANNIS CRATONIS 363.1007

* In imbecillitate Matricis, cordis, atque ventriculi, pro Nobili quadam Domina, D. IOANNIS CRATONIS 364.1013

In debilitate vteri, & podagrica affectione, pro quadam Nobili Fœmina, D. IOANNIS CRATONIS 365.ibid.

Præſeruatio à Podagra, pro quadã primaria fœmina, D. IOANNIS CRATONIS. 366.1014

* In podagra, pro quadam Nobili fœmina, D. IOANNIS CRATONIS 367.ibid.

* Io pedum debilitate, pro quadam Nobili Matrona, 368.1015

In Arthritide, pro quadam Nobili Matrona, D. IOANNIS CRATONIS 369.1016

* In febre dinturna, pro quadam Magnifica Domina, D. IOANNIS CRATONIS 170.1017

* In febre tabida, pro Magnifica quadam Domina, D. IOANNIS CRATONIS. 371.1019

* In febre hectica, cum iofigoi ventriculi imbecillitate, pro Magnifi... ...dam fœmina, D. IOANNIS CRATONIS 372.1023

* In febre hectica, cum catarrho, pro quadam Magnifica Domina, D. IOAN. CRATON. 373.1024

* In priocipio Gibboſitatis, pro quadam Muliere, D. IOANNIS NÆVII 374.1026

* Idem in eodem caſu, 375.1028

MORBI VIRGINVM;

* Paralyſis in Moniali, D. IOANNIS SIGISMVNDI 376.1029

* Retentio Menſium in virgine Generoſa, D. CASPARIS NÆVII 377.1030

In Menſium retentione, & catalepſi, ex Epatis, venarumq; oppilatione, pro quadam virgine, D. IOANNIS SIGISMVNDI 378.1033

MORBI PVELLARVM;

Io Epilepſia, & febre quartana, pro quadam Nobili puella, D. IOANNIS CRATONIS 379.1035

In febre quartana, & Epilepſia, pro qoadam puellula quatuor Annorum, D. IOACHIMI CVRÆI 380.1038

De morbo Gallico, D. IOANNIS CRATONIS 381.1042

In morbo Gallico, pro quodam Nobili viro, D. IOANNIIS CRATONIS 382.1056

De vſu Thermarum Carolinarum in exulceratione renum, & veſicæ, pro quodam magiſtro, D. CASPARIS NÆVII 383.1057

DE THERMIS HIRSCHBERGENSIBVS, D. CASPARIS HOFMANNI 1061

De vera præcauendi, & curandi FEBREM PESTILENTEM cootagioſam ratiooe, conuerſa ex Germanica lingua in Latinã, à DN. M. MARTINO WEINRICHIO VRATISL. SIL. M.C. D. IOANNIS CRATONIS 1069

Af...rtio D. IOANNIS CRATONIS, pro tractatu procedente de PESTE, in quo Peſti...tem febrem putridam ab ea, quæ à contagione oritur, lateque diſſeminatur, diſcernit. Adiuncta eſt breuis de contagione & putredine, vera etiam curandi, & præcauendi contagioſam febrem peſtilentem ratione commentatio, & commenefactio 1128

D. HIERONYMI CAPIVACCII de recta Cauteriorum adminiſtratione 1138

IOAN-

IOANNIS CRATONIS, A KRAFTHEIM, ARCHIATRI CÆSAREI.

Μικροτέχνη, ſeu parua ars Medicinalis.

TRES ſunt præcipuæ Medicorum ſectæ: Empirica, Methodica, & Dogmatica, quæ rationalis dicitur. Eius vero omnium bonorum autor (vt à Galeno veriſſime appellatur) princeps eſt Hippocrates.

Hippoc. tria conſiderat.

Is medicã artem conſtituturus, tria in corpore humano, tamquam in ſubiecto, circa ꝙ ea verſatur, conſideranda monet, videlicet, ſubſtantiam, facultates & actiones.

I. Subſtantiã in tribus.

In conſideratione ſubſtantiæ ad tria principia ſenſibus obuia, videlicet, membra ſolida, humores, & ſpiritus reſpiciendum: ea ille τὰ ἴσχοντα, τὰ ἐνισχόμενα, καὶ τὰ ὁρμῶντα τοῦ σώματος, ideſt, continentia, cõtenta, & impetum facientia corpora nominat.

I. Solida.

Membra vero ſolida: vel quatenus ſunt ſimplicia, & ſimilaria, vt nerui, venæ, atteriæ, membranæ, caro, &c. vel quatenus ſunt compoſita, ſiue organica, vt caput, brachia, manus, pedes, medico conſiderãda docet. Actiones, vſumq; ſimilariũ variis in locis exponit: triũ autẽ præcipue, neruorũ videlicet arteriarũ & venarum.

Actio neruorum.

Neruorũ actionẽ eſſe tradit, inſeruire facultati animali, & deferre vim animalẽ, ſeu ſenſum & motũ, adminiſtrantib. ſpiritibus, in vniuerſum corpus.

Arteriarum.

Arteriarũ vero, vitali virtu[illegible] famulari, dum quaſi per canales colorem, ſe[illegible] ſpiritus vitales è corde acceptos in vniuer[illegible] corpus diſtribuunt, vt is det actum ſeu ἐνέργειαν calori in ſingulis partibus, in quibus eſt τῇ δυνάμει, id eſt, a potentia, & ἔμφυτος ſeu innatus dicitur.

Venarum.

Venarum, ſeruire virtute & facultati naturali, & per vniuerſum corpus nutrimentum, quo animal nutriatur, augeatur, & conſeruetur deferre.

Actiones Organicorum.

Organicorum actiones, tamquam notas ſuo more (vt qui maxime neceſſaria veterum conſuetudine breuiter complectitur) Hippocrates præterit,

Lis de ortu ſolidarum.

& ortum ſolidarum omnium partium ex quatuor humoribus eſſe aſſerit. Contra quã ſententiam cæteri Medici diſputabant; vt videre eſt apud Galenum.

II. Principium corporum.

Humores quot & quid.

Humores 4. ſimul, ſed affectionib. differentes.

De humoribus autem hæc Hippocratis eſt ſententia. Quatuor reperiri in corpore: eoſque non excrementa, ſed ſuccum, ſine quo animal non poſſit ſuſtentari, aſſerit. Ac ſanguinem bilem, melancholicum ſuccum, & pituitam nominat. Hi licet in maſſa ſanguinea perpetuo ſimul contineantur: tamen peculiares affectiones habent, propter quas & hoc modo diſtinguuntur, & ab excrementitiis humoribus in quantitate & qualitate peccantibus diſcernuntur.

Sanguis.

Nam ſanguis nutrit corpus, & calori, cum is in ſpiritus tranſeat, quaſi pabulum præbet; inde enim primum calor ſeu ſpiritus in corde gignitur: qui deinde per arterias delatus, in reliquis membris ſuas vires ſuſcipit. Ex hoc corpus vniuerſum & robur, & colorem floridum accipit.

Bilis.

Bilis vero calorem acuit, ſenſum quaſi, & motus excitat; diſtributionemque humorum, ac excrementorum expulſionem adiuuat.

Melãcholia.

His affectionibus humoris Melancholici, ſeu bilis atræ actio quaſi contraria eſt: Eſt enim veluti frenum duorum humorum calidorum, videlicet, ſanguinis ac bilis: atque vt calor & ſpiritus in reliqua maſſa ſanguinis contineantur, humoreſquo in officio (dum modo ſit hic humor integer) maneant efficit.

Pituita vſus triplex.

Pituitæ actiones ſecundum Hippocratem ſunt; nutrire membra frigidiora: humectare partes quæ mouentur, ne ſiccitate impediatur motus, vt in iuncturis & lingua videre eſt, denique nutrimento deficiente, ſanguinis partes explere.

Analogia ad elementa & ætates.

Analogiam autem quatuor humorum ad quatuor elementa ſic oſtendit: vt bilis ſit calida & ſicca, tamquam ignis, ſanguis calidus & humidus, veluti aer, pituita frigida & humida, vt aqua, humor melancholicus, veluti terra, frigidus & ſiccus. [illegible] humores ex quatuor ſilis p[illegible] [illegible]rporibus, videlicet elementis affirmat generari.

Ætates & anni tempora.

His vero proportione reſpondere quatuor ætates hominum: quatuor item anni tempora & augeri, minui, atque mutari humores, ſecundum ætatum & temporũ mutationem.

Pueritia, veris & ſanguinis analogia.

Docet enim in pueritia & vere, (hoc enim tempus pueritiæ reſpõdere propter temperiem calidam & humidam cenſet) ſanguinem præcipue augeri, deinde pituitam; humorem vero melancholicum primum minui, deinde bilem.

Æſtatis, iuuentutis & bilis analogia.

In æſtate autem & iuuenture, ſeu conſtanti ætate, corporibus calidis & ſiccis bilem augeri primum, ſecundo ſanguinem, minui vero magis pituitam, minus humorem melãcholicum.

Ætas ingrauescens, autumnus, Melãcholia.

In ætate ingraueſcente atque autumno cum eorum frigida & ſicca temperatura ſit, humorem melancholicum primum abundare, deinde pituitam: diminuique ſanguinem præcipue, minus bilem.

Senium & hiems, pituita.

In extremo ſenio atque hyemis conſtitutione humida & frigida, maxime augeri pituitam, deinde humorem melancholicum: minui vero ſanguinem & bilem. Hæc de humoribus tam-

III. Principium corporis.

quã de altero principio in ſubſtãtia corporis obſeruanda, Medicũ Hipp. docet. Tertium vero principium, quod ad conſtitutionem corporis humani requirit ſunt ſpiritus: quos Hipp. ἐνορμῶν τε σώματα, i. impetum facientia corpora appellat: horũ vero fons eſt ille quẽ naturalem vocamus. Is. n. materia vitalis eſt, quẽadmodũ vitalis rurſus animalis.

Spiritus naturalis.

Spiritus autẽ naturalis, qui nihil aliud eſt, quã vapor ſubtilis ex ſanguine expreſſus: in epate à Medicis tamquã ſua ſede, in qua generatur ſanguis, collocatur. Non libet bic, cum Hippocratica recitem, attingere diſputationẽ: Generetur ne ſanguis in corde, epate vel venis. Illud de ſententia Hippo. tyrones moneo: hũc ſpiritum è maſſa ſanguinis expreſſum vt dixi, in corde elaborari: atq; virtutem, eiuſq; actionem duplicem eſſe, vnam in corde, vnde, affectuum varietas: alteram à corde, vnde motus arteriarum pulſuſque, & caloris vitalis in totum corpus diffuſio, qua videlicet in ſingulis partibus innatus calor foueatur & excitatur.

Vitalis.

Calor innatus.

De calore innato, quem dixi à ſpiritu ſeu calore influente foueri atq; excitari, qui humido primo genio in omnibus corporis partibus inſidet, & omnium actionum naturalium opifex eſt: hoc in loco dicere multa non debeo. Saltem illud moneo: Hipp. 6. Epid. 5. hũc ψυχὴν. i. animam appellare: quod ad mortem vſque corpus ſua mediocritate ſuſtentet: cuius copia nunquã in vitio ſit, eum mediocritatem nõ excedat. Is vero ſi bene temperati modum in toto, vel in aliqua corpo... parte excedat, morbum conſequi. Sicut cum ... matur, atq; ad igneam naturam accedit: febres ... tumque ſua dignitate à calore illo fluxibili, quem ſpiritum vel calorem vitalẽ dicimus, diſtat.

Eius duo χρεῖα ... morbos sig.

Plurimus in creſcentib. calor.

Hipp. huius caloris plurimũ in iis, qui creſcunt, ineſſe dixit. Nam humido primogenio, cui hic calor inheret, abundat. Ideoque quatenus illud ætatis progreſſu diminuitur: eaten⁹ & hic calor infirmatur. Quod Hipp. declarat, cum iuuenes maxime, ſenes febribus acutis minus corripi, aſſerit. Quia in ſenib. calor ille imminutus, & extinctioni vicinus ſit. Licet & fluxibilis ille calor: qui à corde defertur, & in febribus non minus, quam fixus & innatus afficitur, (etiamſi tum primum febris, cum innatus & congenitus læditur, dicatur) in ſenibus infirmior, & propemodum extinctus videatur, Sed hæc longiorem explicationem deſiderant. Fluxibilis vero calor, ac potius ſpiritus, eum defertur per arterias in cerebrum in eo contẽperatur, atq; diuinam quaſi vim acquirit. Animaliſq; quia præcipuis actionibus animalib. ſenſui & motui inſeruit, dicitur. Hinc recte Ariſtoteles ait: Cerebrum datum homini ad contemperandã caliditatem cordis videtur, cum ſpiritus vitales in eo ſuam tẽperiem cõſequuntur & conquieſcunt.

dum Ariſtotelem.

Vnde idẽ Ariſt. 7. Phys. inquit. Animã quieſcendo fieri prudentem. Ex his intelligimus, quæ ſit ſpirituũ origo, quæue ſingulorum actiones. Ac naturalem, etiamſi in prima origine à ſemine & ſanguine initium acceperit, vitalis atq; animalis baſin & fundamentum eſſe. Cum vero ſpiritus ſint proximum facultatis inſtrumẽtum: vel ipſa facultas de ſecundo principio, quod Hipp. circa corp⁹ humanũ, quod ſubiectum artis Medicæ eſt, cõſiderauit: hæc ex doctrina Hippocratica tenenda ſunt.

II. Principiu Facultates.

Quid ſit.

Triplicem iſtum ſpiritum, tres quoq; facultates & actiones, inuicem ſibi reſpondent. Porro facultas non eſt ipſa anima, quam vnicam eſſe in corpore humano ſtatuimus, ſed vis ſeu principiũ agendi.

Quot.

Harum facultatum vnam in epate collocant, tamquã in ſua propria ſede, & naturalẽ appellant eam nutritioni auctioni & generationi præeſſe ſtatuunt. Alteram, quæ vitalis dicitur, in corde ponunt: ea tamquam inſtrumento, ſpiritu, quem vitalẽ appellamus, vtitur. Tertiam facultatem omnium nobiliſſimam, quæ per ſpiritũ animalem, mediantibus neruis vniuerſo corpori ſenſum & motum diſtribuit: cerebro inſidere Hippocratica doctrina tradit.

III. Actiones duplices.

Actiones intrinſecæ & extrinſecæ.

Facultas animalis.

Ab his trib. facultatibus prodeunt actiones diſtinctæ, & quidẽ a qualibet earum duplices. Quædã intrinſecæ, quędã vero extrinſecæ. Sic facultatis animalis in cerebro intrinſecæ actiones ſunt ...s imaginatiua, cogitatiua, & memo... extrinſecæ à cerebro prodeuntes, ſenſus quinq; exteriores: & motiua vis in neruis, ita & virtutis ſeu facultatis in corde intrinſecæ actiones ſunt, affect⁹.

Vitalis.

Extrinſecę ſeu a corde progrediẽtes, arteriarũ motus, qui pulſus dicitur, & calor, ſeu potius eius in reliquũ corpus diffuſio.

Naturalis.

Facultatis vero in epate intrinſeca actio eſt αἱμάτωσις quę vulgo ſanguificatio dicit̃. Extrinſecę ſeu ab epate prodeũtes: Diſtributio ſanguinis in corpus p̃ venas mediãte ad ſpiritu ad nutriendũ augendum, & conſeruandũ corpus. Hæ facultates, cũ ſunt integræ: proficiſcuntur ab his integræ actiones, & ſanitas partis vel totius cõſequitur: cũ vero male affectæ, ita vt vitioſam actionẽ edant? corpus vel membrũ morbo tentari dicitur.

Vnde morbi oriantur.

Itaque qua ratione corpora humana à morbis afficiantur, ſeu (vt Medici loqnũtur) ad patiendũ diſponãtur ex doctrina Hippocratis conſiderandũ eſt. Primum autem hoc tenẽdum.

Corpus ſanum quando ſit.

Corpus humanũ tunc cenſeri ſanum, atq; integra valetudine præditũ: cum vel temperies 4. humorum eſt iuſta: vel cõpoſitio partiũ ad organi rectam ſtructuram faciẽs, integra, proportionata, atq; illæſa, vel

vnitas

Sanitas quid. vnitas atq; continuatio partiū conueniēter cohærens, & minime ſoluta. Itaq; ſanitatem eſſe & dici optimā ſimilariū partiū temperiem, organicarū ſymmetriam, & vtrarumq; vnionē. Cum vero vnūquodq; à ſuo contrario patiatur atq; afficiatur: conſequitur primam corporis cōſtitutionē, videlicet 4. humorū tēperationē lædi: quādo eorū tēperies *Temperies ad pondus imaginaria potius.* contraria oppugnatur atq; opprimitur. Eſt autē vna temperies maxime temperata: in qua 4. primarū qualitatū, calidi, frigidi, humidi, & ſicci eſt ſumma conuenientia. Hanc cogitatione magis complecti, quam in vllo humano corpore demōſtrare poſſimus. Deinde ſunt 4: ſimplices, cal. frig. hum. & ſicca, & totidem compoſitæ cal. & hum. cal. & ſic. frig. & hum. frig. & ſicca. hæ immutātur ſuis *Alteratio duplex.* contrariis. Alteratio vero ſeu immutatio in his fit, vel per qualitates oppoſitas tantū ſine materia, vt quādo caliditas a frigiditate ſim*Intemp. ſine materia vix inuenitur.* pliciter, vel nō per qualitatē ſolā, verū etiam accedente materia contraria, oppugnatur, licet imaginariè potius q̃ reuera qualitates *Materia duplex.* ſine materia eſſe videantur. Ea autē materia vel vaporoſa eſt, vel corpulenta. Vaporoſam materiā flatus, dū intus: & exhalationes ſeu ἀποφορὰς cū foras è corpore ſeſe efferūt, appellamus. Corpulentā 4. humores, ſanguinē, bilē flauā, nigrā, ſeu humorē melācholicū, & *Humores quomodo peccent.* pituitam dicimus. Iſti vero humores nō tātū ſua multitudine: verū etiā qualitate varia, q̃ cū ab aëre, tū à praua victus ratione: tū vero a putredine acquirūt, alterant: ac à p[…]edine tot modis corrūpuntur humores, vt i[…]itæ pene alterationes ac immutationes in hu[…] *Monſtra morborum.* no corpore & morbi conſequi poſſint. Hinc nihil mirū, ſi quotidie noua morborū quaſi mōſtra & Medici cogitationē pturbātia, cōſpiciant̃. Accedūt ad has cauſas, effectiones ſyderū, de q̃b. alii aliter exiſtimāt; ad hęc hominū intēperātia & ingluuies, & mira in luxu varietas: alia itidē errata, atq; ēt flagitia, quæ *Morbus.* ſingulares pęnas diuinas merēt̃. Hinc cū malę διαθέσεις, i. diſpoſitiones aliq̃ actionē, ſiue in toto corpore, ſiue in parte lędāt, (nō. n. morb. *Tria morborum genera.* cēſetur niſi actio lędat) morbi appellāt̃. Tria vere sūma morborū genera cū Hip. atq; veteres ſtatuerint, nō libet ab horū doctrina diſcedere, atq; de morbis, quos toti⁹ ſubſtātiæ *Morbi ſubſtantia.* appellāt, & p̄ter intēperiē in partib. ſimilarib. ponūt, dimicare. Formæ. n. corruptio vel in numero morborū non eſt, vel certe niſi læſa tēperie cōſiderata, inane atq; imaginariū. An n. à cōtagione læſus & à putrido vapore affect⁹ nulla intēperie laborat? Licet nō à quouis putrido vapore cōtagiū cōſequat̃, ſicut nec diſſipatio ſpirituū, caloris extinctio à quauis *Symptomata.* venenata qualitate. Hos comitāt̃ ſymptomata tāq̃ vmbra corpus, quorū tria ſūt genera: videl. Actiones læſæ, excremēta debito modo ſeſe nō habētia, ſiue exeāt, ſiue detineāt̃, & immutatę qualitates. Sed de his paulo poſt.

Scdo corporis rectā διάθεσιν, quā ſanitatē dicim⁹, in mēbrorū diſſimilariū, ſeu organico- *II. Morbi Inſtrumentorum.* rū cōpoſitione cōſiſtere ſtatuimus. Ea quot modis in ſua integritate eſſe videt̃, tot etiā à contrario ſuo alterari atq; euerti pōt. Specta- *Compoſitio eſt in 4.* tur autē debita cōpoſitio quatuor potiſſimū modis: vel in recta formatione ſeu figura, iuſta quātitate, numero cōueniēti, ſitu partiū accōmodato. Forma ſeu Figura mēbri orga- *Figura quæ 1. 2. 3. 4.* nici recta eſt, cū primū eſt tale, quale eſſe cōuenit, & vtile atq; actioni accommodatū in corpore ſit: 2. ſi habeat debita vaſa: 3. cōuenientes cauitates, videl. vt ſit cōuacuū, ſi eiuſmodi eſſe oporteat. Itē vt in ſuperficie ſit læue, ſi lęuitas in eo requirat̃, & è cōtra aſperū, *Quantitas.* ſi aſperū eſſe expediat. 2. in quātitate, vt habeat eā magnitudinē, qua aucta, vel diminu- *Numerus.* ta mēbri ſanitas lædat̃. 3. ne numer⁹ mutet̃, videl. eo modo vt accedat aliquid, vel decedat, vt ſi q̃s habeat ſex digitos. 4. ne ſitus va- *Situs.* riet̃ in vllā cōtrariā partē naturę & actiōi in- *3. Solutio vnitatis, quam quidam ad conformationē referunt.* cōmodā atq; aduerſā. Poſtremo, cōſtitutio corporis ſpectatur in vnitate, & cōtinuitate partiū. Ea cū ſoluit̃, habit⁹ pręter naturā, qui morb. appellat̃, cōſequit̃. Sūt qui hoc 3 gen⁹ ad 2. morborū referāt: q. mēbri vnitas, & cōtinuitas ad ei⁹ cōformationē ſpectare videatur. Hoc cōcedi pōt: quaten⁹ diſſimilare eſt: nō autē quaten⁹ ſimilare. ſed cū his nūc non diſputo. Vnūquodq; autē gen⁹ morborū iſtorū habet denominationē à ſubie[…] at ſi tēperatura lædi[…] […]atura dicit̃ […]atuu, videl. frigida, quanti[…] numer⁹ vel ſit⁹, morb⁹ in cōpoſitione appellat̃: ſi cōtinuitas ſoluitur, vt p vulnus, aut vlc⁹, morb⁹ συνεχείας λύσις, cōtinui ſolutio, au- *Morbi complicati.* tore Gal. nominat̃. Sæpe autē hæc morborū genera cōplicantur. Nā humores nō tātū in qualitate alterāt̃, atq; κακοχυμία. i. redūdātia vitioſi humoris, q̃ morbis in tēperatura annumerat̃, comitat̃, verū quādo aucti obſtructiōes faciūt, morb⁹ in cōpoſitiōne, videl. vtarū obſtructio, orit̃. Interdū & vaſa abrūpūtur, & συνεχείας λύσις cōſeq̃t̃: humorū multitudine vel corruptione. Quādo autē oēs, aut plures humores æquali ꝓportione ſupra modū augēt̃, vitiū illud plenitudinē ſeu πληθώ- *πληθώρα.* ραν voeāt, cū vero vn⁹ humor auct⁹ immodice, vel plures ſimul malā διάθεσιν affetūt; κακοχυμίαν appellāt̃. Cæterū ſi penes qualitatem humores tātū alterāt̃: ęgritudines iuxta qualitatū naturam diuerſitatemq; conſequunt̃. cauſæ vero alterantes multum ad malitiam morbi faciunt: vt de putredine diximus. De *Spiritus quid in morbis patiantur.* ſpiritibus res eodem modo, vt de humorib. ſeſe non habet. Aucti quidē ſpiritus nullam noxam afferre vidētur: ſed alterati, corrupti,

Animalis. vel diminuti. Sic dum ſpirituum animalium integritas illæſa eſt: ſenſuum tam interiorũ quam exteriorum actiones & virtus motiua viget. Si corrupti vel diminuti ſunt, ſenſus aut motus corrumpitur, vel certe diminuitur. *Vitalis.* Ita & ſpiritus vitalis dum conſtat, vitalis virt⁹ ſalua permanet. Si exhauſtus diminuitur, aut à mala aliqua qualitate afficitur, animi deliquium conſequitur. *Naturalis.* Simili modo & de ſpiritu naturali æſtimandũ. Is enim cum diminuitur, *Flatus.* flatus, qui multorum morborum cauſæ ſunt, vt Hipp. in libro de flatibus explicat, conſequuntur. Iſtæ autẽ alterationes, ſiue διαθέσεις ſiue habit⁹, quos morbos appellamus, qui huiuſmodi alterationes comitantur, non ſine cauſa accidunt. Eſt enim hoc principium methodi: NIHIL FIERI SINE CAVSA. *Cauſæ morborum. Duplices extrinſeca.* Cauſarum igitur conſequitur conſideratio: quas duplices eſſe conſtat extrinſecas atq; intrinſecas. Extrinſecarũ, quæ προκαταρκτικαὶ, Latinis vero primitiuæ, præincipientes internæ, prægreſſæ ſeu euidentes dicuntur. Aliæ neceſſario humano corpori occurrunt, idq; alterant; Vt aër, cibus, & potus, accidẽtia animi, Motus & quies, ſomnus & vigilia, repletio & inanitio, atq; hæ à Medicis τὰ οὐ φύσει, *Res non naturales.* res non naturales appellantur. Quia licet ad vitam animalis neceſſario requirantur, tamẽ naturæ & prodeſſe & obeſſe, niſi in ſua mediocritate cõſiſtant, poſſunt. Cum enim ſe ſecundum naturam habent, ac κατὰ φύσιν, i. ſecundum naturam alterant & [illegible]uent, ſalubres & cõſeruatrices dicuntur, quia [illegible] cauſæ. Atq; tunc quantum neceſſe eſt, quando, v[illegible] quomodo oporter, corporib. efferuntur. Cum [illegible] excedunt & παρὰ φύσιν alterant atq; mouẽt, morbificæ cauſæ fiunt. Itaq; & πάθη, i.e. paſſiones in corpore conſequuntur, quæ ſi perdurant, βλάβην inducunt, lædentem actiones, quæ a facultatibus animalibus vel vitalibus, vel naturalibus procedunt Hæc vero affectio, à qua primo & per ſe læditur actio, Morbus dicitur. Qui vel εὐήθεις vel κακοήθεις, i.e. benigniores, & maligniores ſecundum cauſarum intenſionem, vel remiſſionem exiſtimantur. *Non neceſſaria οὐ προκαταρκτικαί.* Προκαταρκτικαὶ autem ſeu exteriores cauſæ nõ neceſſario alterantes ſunt: quia extrinſecus corpori aduenlunt, vt plagæ, ictus, caſus ex alto, deſtructiones, diſtorſiones, vel alia huiuſmodi, quæ adurũt, rodunt, exedunt, &c. Nam talia non neceſſario corpori offeruntur: ſed ſæpe in illa caſu incidimus. *Intrinſeca.* Intrinſecę vero cauſę ſunt, quatuor humores non ſeruantes debitã temperaturam, proportionem, locum. *Morbi triplices.* Morbi autem qui conſequuntur alterationes modo dictas, triplices ſunt: vel acuti, vel chronici, vel ſalubres vel inſalubres, aut primario affectu lædentes, aut per conſenſum, neque hæ differentiæ à morbo, quoad morbi ſunt, ſumuntur: ſed ab accidente. *Acuti.* Acuti dicuntur Hippocrati, à quib. periculum in propinquo eſt: ita vt ad vitæ exitũ, niſi ſit natura valentior, ſubito tendant. *Vnde.* Atque hi vel ab humoribus calidis, vt ſanguine aut bile: vel qualitate calida: vel in membro organico præſtantes actiones habente: ſicut ſunt cerebrum, cor, epar, fiunt. Qui vero ab humoribus calidis, vel à calore oriuntur: maxime iuuenib. tempore æſtatis, & in regione calida accidunt. Sed ſi ratione nobilitatis membri organici conſiderantur, ſenibus etiam accidere poſſunt. imo ad eos procliuiores eſſe, cum eorũ membra ætate debilitate, & exhauſta virib. minus reſiſtera poſſint: *Chronici qui.* Chronici morbi, ſeu tardi & longi, opponuntur acutis, & fiunt ab humoribus frigidis, pituita ſcilicet, & humore melancholico, ac ſub autumnũ hyemem vel in regione frigida, his ſenes plurimũ conflictantur. Altera differentia morborum eſt. *II. Salubres.* Quidam ſunt ſalubres, fiuntq; cum humores non multum à natura ſua, vel qualitate, vel quantitate, vel ſubſtantia recedunt: aut non occupant partem aliquam nobilem: vel quando aliqua qualitas pura, vt calor, frigus ſine materia alterat quidem membrum, verum non intenſe: aut ſi intenſe: membrum tamen illud ignobile eſt. *Inſalubres.* Inſalubres vero oppoſitas cauſas habenr. Quod autem de vno genere morborũ, ſcilicet, de morbo in temperat[illegible] diximus: idem de morbis in compo[illegible]ne & continui ſolutione tenendum. [illegible] enim membrum nobile amittit ſuam conſtitutionem naturalem, continuitatem: morbus inſalubris, & lethalis conſequitur. Si vero membrum ignobile patiatur: ſanabilis morbus, & minime periculoſus cenſetur. *III. Primarius.* Tertia differentia morborum eſt, Quoſdam primario ſeu primo genito affectu aliquam partem corporis afficere: videlicet, quando membrum eſſentialiter & per ſe habuit, & habet cauſas malæ affectionis, actionisque læſę in ſeipſo, neque aliunde afficitur. *Per conſenſum.* Quoſdam vero per conſenſum lædere, vt cum membrum in ſe nullam morbi cauſam habet: ſed à vicino, ceu affini patitur. *Pars vicina. Affinis.* Vicinum dicimus, quod loco proximum eſt: Affine, quod etiam remotum: cum eo tamen quiddam commune & conſentiens habet. Sic vterus quamuis remotus ſit à cerebro: tamen ratione ſubſtantiæ membranoſæ, quæ ex neruis conſtat: magna inter cerebrum & vterum ſympatheia eſt. *Vterus non neruoſus ſed membranoſus. Vterus conſentiens cerebro [illegible] vtero [illegible]. Affinitas vnde.* Sed iſta quidem medica potius opinio, quam ſcientia, cum nerui in vtero non ſint, videtur. Reuera autem fumi aſcendunt, qui capitis grauitatem efficiunt. Affinitas vero val ratione ſubſtantiæ

ex qua

ex qua conſtat membrum: vel materiæ ſeu ſimplicis qualitatis alicuius ſpectatur. Ratione ſubſtantiæ membri affinia ſunt ea: quæ vel ſimili ſubſtantia conſtant, aut vniuntur, vt cum ex cerebro in ventriculum nerui tēdant, cerebrum à ventriculo per conſenſum afficitur. Ita & affecto vētriculo cerebrū interdum laborat, vel partium cōſenſus eſt, non quidem quod materia aliqua transfcratur de membro vno ad aliud: vel ſeſe mutuo illa contingant, ſed quia membra ſimilis naturæ, ſeu ſubſtantiæ ſunt. ſic veſica & vterus muliebris inter ſe conſentiunt: quia vtrumq; membrum ſimili ſubſtantia, ſcilicet membrana neruoſa præditum eſt. Sic omnes partes ſubſtantiæ neruoſæ cum cerebro communicant, & ſympatheia quadam cum cerebrum fons neruorum ſit, laborant. Ratione autem materiæ, vel qualitatis illius conſenſus oritur, cum materia vel qualitas ſucceſſiue partes vicinas alterat. Hanc ſympatheiam Galen. cum de puero Epileptico agit, qui per conſenſum à pollice dextri pedis Epilepſia quæ cerebri paſſio eſt, laborabat plenius, declarat. Inter pollicē quidem & cerebrū, cuius Epilepſia eſt affectio, nulla eſt affinitas: ſed ratione illius malignæ qualitatis aſcendentis à pollice, i. continue ſeu ſucceſſiue partem vnam poſt alteram alterantis: donec tandem ad cerebrum pertingat affectio in ipſo cerebro, i. e. ſpaſmus vniuerſalis conſequitur. Materia autem quæ aſcendit vel de membro in membr[illegible] trāſfertur, eſt duplex: vel corpulenta, ve[illegible]roſa. Materiam corpulentam, humorem [illegible]cimus, vaporoſam flatus appellamus. Vtraq; autem cum fertur de parte ad partem: ita vt intermedias alteret: per conſenſum materiæ membrum illud, ex quo peculiarē morbum adducit, affici dicitur.

Materia duplex.

Recenſuimus tres præcipuas morborum differentias. Vt vero in morborū rectam cognitionem deueniamus: ſignorū fontes inueſtigādi ſunt.

Signa.

Cognitionem enim ſignati, ſigni cognitionem præcedere neceſſe eſt: cum ſignum alicuius ſignati impreſſio vel accidens ſit. Eſt autem ſignū duplex: aliud vniuerſale, quod cognoſcitur ab intellectu: aliud particulare, quod ſenſu percipitur. Sic fumum ſequi flammam cognoſcit intellectus. Vbi igitur ſenſus percipit flammam: reminiſcitur illius conuenientiæ, quæ eſt inter flammam & fumum, & ex particulari ſigno, vniuerſalis illa cognitio [illegible] Flammam fumo proximam eſſe confirmatur. Medicus autem qui ſenſibus obuia conſiderat: particularia ſigna obſeruat: q[illegible]orum tres ſunt fontes, primus actiones l[illegible], ſecundus excremēta, tertius affectus c[illegible]oris ſeu accidentia peculiaria quæ ſumuntur, vel à qualitate, vel à quantitate mutata.

Signum duplex.

Treſ fontes ſignorum.

Ab actione læſa ſumuntur ſigna firmiſſima. Quia illud membrum ſanum eſt: cuius actiones ſunt ſanæ ac ſecundum naturam ſe habent. Cum vero ante dictum ſit: triplex eſſe actionum genus, quæ à tribus ſcilicet facultatibus, Naturali, Vitali & Animali, progrediuntur: triplex etiam læſionum genus cōſequitur. Videlicet, vt læſa naturali actione βλάβην naturalium inſtrumentorum, læſa vitali, cognoſcamus vitalium facultatum inſtrumēta, læſa animali, inſtrumenta facultati animali deſeruientia, offenſa iudicemus. Hic autem vt inſtrumenta vniuſcuiuſque facultatis memoria teneamus neceſſe eſt.

1. Actio læſa ſignum firmiſſimum.

Obſeruandum etiam hoc: Actionem lædi tripliciter: vel vt diminuatur, id quod diminute appellant: aut corrumpatur, quod corrupte: vel vt prorſus auferatur: quod in ſcholis ablate dicimus. Diminuitur autem, atque aufertur, vel ab immodica frigiditate, vel obſtructione, vt cum ſpiritibus, qui membris calorem & vigorem præſtāt, negatur tranſitus. Corrumpitur à caliditate immoderata, vel ſpiritibus maligna qualitate perturbatis.

Actio læditur tripliciter.

Alter fons ſignorum ab excrementis deducitur. Excrementa autem vel ſunt naturalia: vt egeſtio alui, vrina, vel præter naturam: vt pus, ſanguis excretus, & ſimilia: Vbi igitur excrementa naturalia à naturæ debito modo non gubernantur, & vel mutata in ſubſtantia, vt ſi egeſtiones alui & vrinæ ſint f[illegible]nolentæ: vel in qu[illegible] nimium, & mordican[illegible] [illegible]el in quantitate modum [illegible]unt: vel non debito tempore, ſed frequentius, vel rarius, quam oporteat, emiſſa. Hæ mutationes cum fient, indicabunt illorū membrorum naturalem βλάβην læſam eſſe, à quibus excrementa prodeunt. Vt egeſtiones alui indicabunt ventriculi, epatis, vel inteſtinorum temperaturam mutatam, atque in iis affectum aliquam præter naturam, ſiue per ſe, ſiue per conſenſum eſſe.

2. Excrementa.

Sic vrinæ immutatæ ſiue in ſubſtantia, ſiue in qualitate, ſiue in quantitate, ſiue tempore excretionis, videlicet, cum vel frequētius emittitur, vel prorſus ſupprimitur: vitium vel in renibus: vel in venis emulgentibus ſeu vreteribus, vel veſica, vel in epate, in quo ſeroſitas ſanguinis, quæ eſt vrinæ materia, primum conficitur, eſſe indicabunt. Hoc modo cum inter accidens & ſubſtantiam cui inhæret, ſeu in quam ſit impreſſio, ſit quædam (vt in ſcholis loquuntur) habitudo: ex ſudore de mēbris ſolidis iudicamus.

Vrina.

Sudoris enim materia ſeu humiditas illa ex partibus ſolidis, quibus inhæret, profl[illegible]it. E ſputo vero, quod tuſſiendo excernitur, de

Sudor.

Sputum.

affectionibus pectoris ſen membrorum (vt appellant) ſpiritualium, quę ſunt trachæa arteria, ſubſtantia pulmonis, concauitas pectoris, muſculi, & membranæ thoracis, iudicium facimus. Hac ratione ſecundum doctrinā Hippocratis de excremētis naturalib. exiſtimandum, quæ cum naturæ terminos egrediuntur, morborū indices ſunt: & tempus eorum, quo coquuntur & ad ſuam quaſi maturitatem deueniunt, videlicet, ſit ne morbi principium, augmentum, ſtatus, vel declinatio, deſignant. Priuſquam enim excrementa concocta appareant: morbum nō finire recte poſſe, Medici (cum ante coctionem morbi declinatio vera, multo minus perfecta atq; integra ſanitas non ſit ſperanda) exiſtimant. De excrementorum vero coctione ſeparatim inſtituendi ſunt Tyrones: & à communi errore, in quo artifices etiam magni verſantur, qui cum ſuis ſyrupis ægros & naturam defatigant: dum non coctioni, ſed humorum præparationi (ſi tamen hoc ſyrupi præſtant) inſeruiunt, ac non potius, dū matutinis poculis ex aquis in æreis vaſis deſtillatis, quę grauiſſime ventriculum lædunt, concoctionem turbant, abducendi.

De excrementorum coctione. Communis error deprehenſus.

Vbicunque autem excrementa toto genere præter naturam apparuerint: perpetuo mēbrum, à quo excernuntur, præter naturam eſſe affectum indicāt. Fit vero iudicium de excrementis præter naturam: ſicut de naturalibus, videlicet, ex ſubſtantia, quantitate, [illegible]te, & temporibus excretionis. Sic pus ex[illegible]m, æquale, & ſine fœtore graui, probu[illegible]r. Ita & ſecundum Quantitatem, minus [illegible] mamus: ſi ad loci ex quo emanat proportionem excernitur, quam cum redundat, vel plus ęquo deficit. Item ſi qualitate nulla moleſta ſit præditum, quam ſi acre & erodens. Denique ſi iuſto tempore excernatur. Hæc de excrementis in genere. Nam peculiaris doctrina de ſingulis hoc in loco inſtitui non poteſt.

Pus con[illegible]

3. Accidentia.

Tertium fontem ſignorum Accidētia poſuimus. In qualitate igitur primum ſpectatur Color, an ſecundū naturam membri, vel partis ſeſe habeat. Si enim quod album eſſe debet, ſit liuidum vel nigrum, aut immodice rubens: affectio præter naturam eſſe indicatur. Simile iudicium de qualitatibus, quæ tactui offeruntur: vt ſi ſit frigidum quod calidum eſſe debeat: & aſperum quod leue eſſe conueniebat. Idem de qualitatibus ſentiendum, quas olfactus percipit: vt ſi ſiot fœtida: quæ bene olere oportebat. Sic & de his, quæ guſtatu percipiuntur, vt amara, vel ſalſa: quæ dulcia & inſipida eſſe debebant. Item ſi in parte aliqua ſonus & rugitus præter naturam exaudiatur. Similiter cum quātitates naturæ modum excedunt. Vt cum humores in aliqua parte augētur. Item cum laſſitudines, dolores fiunt: & amiſſio ſenſus accidit: vel ſenſus diminuitur, & membra ſtupent. Fiunt item motus, ſaltus, atque vibrationes præter naturam, atque omnia iſta accidentia, quæ ex ſingulis prædicamentis deducuntur, Medico doctrinam Hippocratis ſequendi, conſideranda ſunt: atque vniuerſalia particularibus applicanda. Hæc autem de ſignorum fontibus, quos Medicus plane exhaurire debet, monuiſſe ſat eſt. Diuiſio vero ſignorum talis eſt. Quædam ſunt perpetua, quædam ſequentia: quædam aſſidentia.

Signa duplicia.

Perpetua Græcis παθογνωμονικὰ, id eſt, morbis ſemper adiuncta dicta. Ea vbicunque ſunt, neceſſario affectum, quē indicant, adeſſe conſtat. Semper enim illum comitantur, tanquam vmbra corpus. Vt dolor pungitiuus in latere pleuritici, ſemper indicat inflammationem eſſe in membrana, ſeu membro neruoſo, eſtq; perpetuum ſignum pleuritidis.

Perpetua.

Signum ſubſequens ſeu ἐπιφαινόμενον, id eſt ſuperueniens non ſemper comitatur: Sed prout ſignatum fuerit affectum, apparet. Sic pleuriticum non poſſe iacere in latere dolente ſignum eſt inflammationē eſſe in mēbrana exteriore tegente coſtas. Nā ſi in interiori eſſet, melius in latere dolente, quam in oppoſito quieſceret.

Signum comitans.

Aſſidentia vero ſigna, ſeu comitātia, Græcis τὰ συνεδρεύοντα dicta interdum ſimul cum morbo vna adoriun[illegible]r, interdum ſuperueniunt: nonnunqu[illegible] omnino abſunt. Neque enim eſſen[illegible] morbi conſtituunt, ſed proprias differentias efficiunt, vt ſputū familiare eſt pleuritico: eſtq; ſignum proprium: non tamen ſemper apparet, neque pleuritidis eſſentiam conſtituit. Siquidem in principio pleuritidis nihil exſpuitur: cum tamen pleuritis non abſit.

Eſt & alia ſignorum diuiſio: Nam quædam indicant præterita, quædam futura, quædam præſentia.

Signa triplicia.

Præterita non multum ſpectat Medicus, licet aliquādo, exemplo Hippocratis primo prognoſti. intueatur, ſed præſentia atque futura.

Præterita.

Præſentia quidem quæ διαγνωστικὰ, i.e. quæ ſunt cognitionis præſentium appellantur: vt in certam cognitionem morbi deueniat.

Præſentia.

Futura, quæ προγνωστικὰ id eſt, quæ ſunt cognitionis futurorum: dicuntur tribus de cauſis, quarum prima eſt, vt ſe peritum ſuæ artis declaret: altera ne in lethali ægritudine in infamiam incurrat: tertia, vt ægro proſpiciat, & curationem ſuā recte inſtituat. Alter enim in breui morbo, aliter in lo[illegible] medicandum: ſicut lethali ne manus [illegible]idem admouenda: vt Hippocrates monet. Ægrum de quo nulla ſpes eſt, ſolis pr[illegible]oſticis relinquendum (ne bo-

Futura. 1. 2. 3.

ſi ne bona remedia infamentur, & vt prudentes nos præſtemus, neque in dedecus, & reprehenſionem incurramus) iubemur. Loca autem ſeu fontes ſignorum indicantium præſentem affectum, & prognoſticorum: Sunt prorſus eadem quæ ſuperiorum: aliter tamen conſiderata. In ſignis enim prognoſtici collatio fit magnitudinis morbi & virium, cum vires valentiores morbo ſunt, ſemper in ſpem bonam erigimur. Spectatur etiam vtrum ſigna præſentis morbi, ſeu diagnoſtica ſint intenſa vel remiſſa, maligna vel benigna. Si enim intenſa vel maligna ſunt, malum denunciant. Si remiſſa & benigna, bonum. Sed inſignis prognoſticis Hippocrates κρίσιμα, id eſt, decretoria ponit, quæ ſi coctionis tempore ſe prodiderint, ſemper ſunt bona: cruditatis vero mala, vt vel iudicatu difficilia, vel malifera, conſiderat: de quibus hoc in loco breuitas, quam ſequimur, dicere non ſinit. Habitis igitur & conſideratis ſignis, quæ morbum indicant: eoque recte per ſuas cauſas cognito vt eius Curationem aggrediamur, reſtat. Principio vero illud tenendum: Medicum ex arte tantum recte facere: quantum recte cognoſcit. Eſt autem Hippocrati Curatio, remotio eius quod lædit, & quod contrarium eſſe videtur, id eſt, vel morbi, vel cauſæ permanentis (Procatarcticæ enim cum non permaneant, nihil indicant) per contrarium. Hic apparet, ſcopum vniuerſalem artis curatiuæ, remouere contrariu[m] [illegible]contrario, à quo vniuerſalis naſcitur indic[atio], quæ eſt ἔμφασις τῆς ἀκολουθίας, id eſt, Collat[io] conferentis ſeu remedii, cum nocente, ſeu morbo, quorum hic ſcopus videlicet, vt tollamus vel remoueamus ex humano corpore, quod ei nocet, & grauiter fertur, demonſtrat. Cum autem hic ſcopus (contraria contrariis remouenda) generaliſſimus ſit, eo vſque dum ad particularia omnia deueniamus: & quid primo, quid ſecundo faciendum ſit, appareat, diſtinguendus eſt. Et quia ſcopus & indicatio, tanquam duo correlatiua, ſibi correſpondent, conſequitur, vt diſtincto ſcopo generali, diſtinctæ indicationes emineant, quæ eo certiores ſunt, quo diligentius ſcopi ſpeciatim ponuntur: & conſiderantur. Actio enim Medici verſatur circa ſingularia & indiuidua: eamque gubernat indicatio, quæ vt dixi, à ſcopo, quem ſtatuit Methodus, petitur. Itaque ſemper, ſcopum iſtum generalem, contraria contrariis curari, in omni morbo, qui [no]bis offertur, diſtinguere debemus, vt [di]ſtinctas indicationes operandi habeamus. [Ill]a vero generalem

Prognoſtici fontes.

κρίσιμα.

Curationis methodus.

Scopus curationis vniuerſalis.

ſcopum recte diſtinguemus: ſi conſiderabimus quot modis poſſint remoueri contraria contrariis. Remouentur autem contraria conſiderata vel ſubſtantia, vel qualitate eius quod eſt remouendum, vel qualitate, vel tempore, in quo hoc fieri debet, denique quo in loco. ſubſtantiam hic non intelligimus proprie: ſed de forma aut materia morbi. Illi occurrimus remotione ſcilicet eius, quod nocet, forma tantum, ſeu qualitate. Vt in ephemera, in qua ſola qualitas calida peccat, & hinc ſola alteratione in contrarium medemur. Formaliter enim (vt ſic loquar) ſubſtantiam morbi intelligimus, alterationem eius ex quo ſequimur nocumentum. Sublato igitur illo ſuo contrario formaliter, id eſt, alteratione ad oppoſitum, conſequitur ſanitas. Subſtantia vero morbi materialiter intellecta: eſt ipſa materia immediate faciens morbum: quæ cum ſua præſentia noceat: remouenda eſt per euacuationem. Atque hinc oriuntur circa ſubſtantiæ conſiderationem duæ ἐνδείξεις ſeu indicationes, id eſt, collationes artificioſæ nocentis cum iuuante, quæ demonſtrant nobis cohærentiam conſecutionis (vt Galeni verbis vtar) in actione. Videlicet quid primo, quid ſecundo, quid tertio (niſi aliquid quod vrgeat, id quod κατεπεῖγον appellant, interueniat) agendum. Eſt autem hoc primum in medicatione præceptum. Illud quod in reſolutione ſeu cognitione vltimo offertur, pri[mu]m in actione eſſe debere. Quæſt[illegible] Quid etſi (vt in [illegible]) de ſub[illegible] [n]on de accidente: tamen hic non proprie de ſubſtantia accipitur: Morbi enim ſunt accidentia. Itaque, quid, de morbo & eius cauſa quærit. Nam hoc ὁρμητήριον, id eſt, id vnde Methodus progreditur, methodi eſt: nihil fieri ſine cauſa. Cum vero cauſa eſt præſens, ea in primis tollenda. Exempli loco ſit febris putrida: In hac cum calor innatus cordi in præternaturalem à putridis vaporib. ſublatis ad cor (non enim calor afficiens cor vere febris eſt, niſi innatum calorem illius alteret,) ſit mutatus: putredo vero ſit in humoribus: (licet illa non de corruptione ſecundum omnes partes, neque de putredine quam definit Ariſtoteles, dum naturali generationi eam opponit: ſed de ea quæ κατὰ μέρος, id eſt, ſecundum partem ſiue particularis eſt, intelligitur, quamuis illius quæ καθόλου, id eſt, vniuerſalis dicitur, naturam ſemper recipit, cum in febribus putridi vapores, vbicunque ſit eorum focus, ad cor ferantur. Sicut in peſte ſeminaria contagii ſeu ποτὶ ἐνστάσεις extra ſuum ſubiectum effuſa & ſpiritu medi-

Quomodo remoueantur contraria.

1. Subſtantia.

Indicationes circa ſubſtantiam.

Febris putrida.

Peſtis.

ante aëre in quo hæret hauſta, ſubito cor & inſitum ſpiritũ & calorem lethaliter oppugnant: Humores autem putreſcant: propter probibitam tranſpirationem: Tranſpiratio, vel propter craſſitiem, vel copiam humorum prohibeatur: hinc inſurgunt indicationes: Copiam humorum minuendam, craſſitiem attenuandã: tranſpirationẽ ſi continua febris, in vaſis magnis, ſi intermittens in paruis atque per carnes corporis ſparſas, cum in his ſit tanquam focus, procurandam, ita & putredo ceſſabit: & febris curabitur. Habitis indicationibus à forma & materia morbi deſumptis, ad ſecundum eſt progrediendũ: & pro ſecunda indicatione alius ſcopus ſpe-

II. Quantum ſit agendum.

ctandus, videndumque, quantum ſit agendum, id eſt, quo vſq; alterandum vel euacuandum. Actionem moderatur virtus ſubiecti, ſeu virium ægri conſtantia, & ea quæ his connexa videntur, vt Ætas, regio, in qua viuit æger: tempus anni. Conſtitutiones quas Hippocrates καταστάσιας τοῦ ἐνιαυτοῦ, id eſt, cataſtaſes anni appellat; & conſuetudo. Hæc enim virtutem ſeu robur ægri augere, vel minuere, morbique vim debilitare atque frangere poſſe notum eſt. Cum vero ea via progredi in medicatione poſſumus: vt vires ægri cum ſuis connexis nobis nihil impedimenti afferant: hæc præcipua cura

Virtus tuenda.

Medico incumbit: ne vires, quarum conſeruationi ſemper ſtudere debent: ſua culpa concidiſſe videantur, ſed conſeruen- [illegible] Virtute enim & viribus ægri firmis: omnia [illegible] Medico ſunt. collapſis iis vnica ſpes in recupe[illegible] ſita. Natura enim morborum eſt curatrix [illegible] adminiſter naturæ, qui minime recte officium ſuum feciſſe exiſtimatur: cum non tam vi morbi, quam medicatione imperita vires fractæ atque debilitatæ ſuccumbere cenſentur. Tantum igitur vacuandum eſt, quantum virtus tolerat: diligenterque opera danda, ne vnquam vires ægri exhauriamus. Abiectis enim viribus, nullus amplius medicationi locus relinquetur.

Prudentia medici maxima.

Eſt ergo hæc præcipua & difficillima indicatio, videlicet, conſideratio quantum ſit agendum: In qua cum præcipuè elucere debeat prudentia Medici opera danda vt minus potius quam nimium (ſiue alterandum, ſiue vacuandum ſit) egiſſe videatur. Præſtat enim viribus integris, morbi materiam aliquam in corpore ſupereſſe: quam iis fractis & debilitatis de morbo, qui facile vires ſumere rurſus queat auferre.

III. Qualitas.

Tertius ſcopus ad qualitatem directus eſt: videlicet, qua ratione curatio perfici debeat, id eſt, quomodo ſit operandum, vt cum corpus refrigeratum, calefaciendum eſt, hoc eſt, forma morbi tollenda: vel vſu calidorum actu vel potentia talium, vel frictione, vel motu: Item ſi materia peccat, videndum an inedia hoc fieri oporteat: An miſſione ſanguinis, an vero pharmaco, vel aliqua diuerſione per ligaturas, frictiones, vel per enemata. Sumitur autem indicatio modi agendi, à multis coindicantibus: Præcipue vero à conſuetudine ægri, vt quidam facilius potionibus: alij aliis medicamentis curantur. Deinde proprietatibus indiuidui, quas Græci ἰδιοσυγκρασίας, id eſt, proprias temperaturas vocant, vt quod nonnulli natura abhorrent à Rhabarbaro: vel aſſumentes enemata in ſyncopen incidunt. Item à conditione ægri. Aliter enim tractatur ruſticus robuſtus, aliter delicat⁹ aliquis.

4. Tempus morbi.

Scopus autem, quem tempus operandi præſcribit (cum occaſio ſit præceps) diligenter Medico attendendus: ne quid intempeſtiue egiſſe videatur. Obſeruandum igitur tempus morbi: ſitne morbus in principio, augmento, ſtatu, vel declinatione. Tot enim ſunt morborum tempora, tam vniuerſalia, quam particularia. Et ſciendum, auxilia quæ in principio proſunt: in ſtatu vel declinatione locum raro habere, imo in ſtatu, præſidiis Medicis, ſicut in vniuerſali declinatione nihil turbandum eſſe. Scopus vero, quem locus affectus monſtrat ſeu à quo: in quo: & per quem fiat operatio: ſumpta indicatione à ſitu & connexione, ſeu c[illegible]ligantia vnius partis cum altera recte pe[illegible]ur. Situm ſpectamus, cum an hæreat [illegible]orbus, vel materia morbum faciens in ſuperficie vel in profundo, obſeruamus. Ac ſic indicatione ſumpta ab eo, qui affectus exterius vel interius lædant, remedia adhibemus. Hic quoque colligantia, connexio, & ductuum ratio ſpectatur. Sic cum gibba pars Epatis connexa ſit venæ cauæ deſcendenti: ea affecta expurgare materiam volentes, vrinam prouocamus. Concaua vero læſa ope venarum Meſaraicarum tendentium in inteſtina: per ventrem euacuamus. Habemus igitur methodo monſtratos quinque ſcopos, à quibus totidem indicationes curandi generales petuntur. Cum ſcilicet rationem medicationis ſeu applicationis remedij, conſiderata ſubſtantia, id eſt, forma & materia morbi ſine quantitate, ſiue qualitate ac modo agendi: ſiue occaſione atque tempore ſiue conuenienti loco à quo, in quo, & per quem operamur, petimus. Et quando circa ſubiecta indiuidua verſamur: generalibus ſcopis diſtinctis, ad diſtinct[illegible] & certas indicationes animum aduertim[illegible]. Inſtrumenta autem, quibus actio Me[illegible]i perficitur cum præſi

Inſtrumenta curandi via.

xo ſco-

xo ſcopo ſanitatem conſequi, indicationib. vt dixi, prælucentibus, ſtudet. Tria ſunt generalia, videlicet, recta victus ratio, pharmacia, & chirurgia. Atque de iis ſingulis cum Hippocrates tam aphoriſticè, quam propoſita doctrina perſpicua eaque multis in locis exemplis declarata, agat: ad Hippocratem & eius interpretem Galenũ, Medicinæ ſtudioſos ablegamus. Hoc ad extremum admonentes, ſemper Medico illud Hippocraticum, quod ſupra poſui tenendum: φύσιες νούσων ἰητροί id eſt, Naturæ morborum curatrices, & naturam, id eſt, vim illam quæ motus actiones in corpore ciet, tanquam, intrinſecam cauſam, principem locũ, in tuenda atq; recuperanda ſanitate habere, Medicum naturæ adminiſtrum eſſe, Et ſi ille integre partes ſuas exequi poſſit, ita ſpectatorem, ne quomodo res non naturales & extrinſecus aduenientes impedimentum afferat. Vbi vero natura ſuccumbit à Medico erigenda,

Anima medicans.

certoque ſtatuendum, niſi ea medicamenta ad actu deducat, vt loquũtur Medici, actum acturum. Imo in fracturis, rupturis & membris luxatis ac emotis nihil, natura opem nõ ferente, recte & feliciter ſuccedit. Quo magis eorum ſtultitia admiranda, qui in certis & expertis, vt aiunt, medicamentis atq; chymica induſtria præparatis omnem ſpem morborum curandorum ponunt, & in iis adhibendis tam audaces ſunt, vt ne quidem arte medica & præceptis, quorum autores & interpretes vituperãt, opus putent. Sed cum iſtorum hominum inſania non libet rixari. Hæc autẽ pro typo, vniuerſam doctrinam Hippocratieam, per ſynopſin oſtendente, propoſuimus. Is ſi diligenter Medico in conſpectu fuerit, & ad illius, quaſi abſolutionem, omne ſtudium, diligentiam, & operam conuerterit; haud dubie fœlices in arte progreſſus, Deo ſtudia & actiones benigne fortunante eſt facturus.

Chymica.

)(

ANALOGISMVS, SIVE ARTIFICIOSVS TRANSITVS A' GENERALI METHODO AD EXERCITATIONEM PARTICVLAREM

DOCT. IOHANNIS CRATONIS à Kraffthein, Medici Cæſarei.

CVM Galenus ſub finem XIII. libri polliceatur, Lectori attento & curioſo, modo prudentia prędictus ſit, cum ex ſuperiori doctrina (licet iſto in loco tantum de affectis oculis agere videatur) non modo generalem methodum, verum particularium affectionum curandarum rationem nullo negotio inuenire poſſe: conabimur & nos demõſtrare, in his generalibus præceptis, omniũ fere morborum curationis ſcientiam contineri, & Galenum earum [illegible], curationis atq; [illegible], quaſi digito in his libris oſtendiſſe.

E methodo medendi Galeni omnium particularium affectuum curam colligi.

Primum autem de doctrina illius hoc repetemus cum ad curationem morborum omnis cogitatio atq; actio Medici directa eſſe debeat, oblato morbo, rationali Medico, à ſummo genere ad imam ſpeciem, vel à cauſis ad effectus, vel è contrario procedendũ, ad q genus morbi quælibet affectio referatur. Tria autem ſumma eſſe morborum genera de doctrina Galeni cognouimus, quorum vnum atque primũ ſimilaribus ſeu ſim[illegible]ibus corporis partib. ineſt, alterum organicis [illegible] inſtrumentalibus, tertium vtriſque communem [illegible] tria genera inde conſtituuntur. Quia corpus [illegible] eſſe ſanum cenſetur, cum vel temperies elementorum, calidi videlicet, frigidi, humidi, & ſicci, quibus proportione quatuor humores reſpondent, in co eſt iuſta vel cõſtructio atque compoſitio partium debita, & omnia quæ ad organi ſeu inſtrumenti alicuius, perfectionem faciunt integra atque illæſa, nec quicquam ſuperuacaneum. Denique cum vnitas & continuitas partium rite inter ſe ſecundum naturã connexa eſt atque cohæret. Nihil hic moror reprehenſorẽ, qui ſolutionẽ continui partib. ſimilarib. atq; inſtrumẽtalibus communem negat, & de cõtinuitate atque contiguitate litigat, cum contiguitas vere in inſtrumentalib. partib. reperiatur. In ſimilaribus autem vnitas & continuitas: Atque ita rectius de ſimilarib. quã inſtrumẽtalibus ſoluta vnitas dicatur, licet & continuitas lædi nequeat, quin ſimul contiguitas & actio inſtrumẽti lædatur. Cæterum cũ vnũquodq; à ſuo cõtrario afficiatur, cõſequitur primum corporis conſtitutionem, quã dicimus conſtare ex temperie primarum qualitatum, lædi, cum à contraria intemperie oppugnatur aut opprimitur. Eſt autem vna temperies quaſi canõ reliquarum, quam temperatã appellamus, in qua calidi videlicet, frigidi, humidi, & ſicci (ſiue materiam remotam, videlicet elementa, ſiue proxima, ſ. quatuor humores ſpectemus) ſumma eſt cõuenientia. Hæc imaginaria cenſetur, & quæ facilius cogitatione complecti, quam re ipſa conſpici poſſit. Deinde ſunt quatuor temperaturæ, ſecundũ ſimplices qualitates excedentes, videlicet calida & humida, calida & ſicca, frigida & humida, frigida & ſicca, quarum ſingulæ mutantur a ſuis contrariis. Fit autẽ mutatio ſeu alteratio, vel per qualitates oppoſitas tantum ſine materia, vt quãdo caliditas læditur a frigiditate, vel accedẽte materia, quæ vel eſt vapor ſublatus de humore, vel humor ipſe, qui non tantũ qualitate, verum quãtitate etiam ſeu multitudine ſua alterat, ita vt conſequatur διάθεσις ſeu affectio, quam morbum in intemperie dicimus. De hac [illegible], vt oſtendimus, varie diſputant, & pri[illegible]um recte [illegible] dici negat, fortaſſe vt ſe A[illegible]totelicum eſſe oſtẽdat, cui [illegible] qua[illegible]te ſignificat, quæ à ſubiecto facile dimoueri poteſt. Verum perſpicuum eſt, Galeno [illegible] ſeu [illegible] permanentem affectionem nihil aliud quã [illegible] ſignificare, vt ex lib. 2. [illegible], & I. de diff. ſymptomatum atque methodi, inprimis vero ex com. 2. tex. 26. lib. Hipp. de humoribus declarari poteſt. Scimus autem hanc vocem [illegible] pro omni, q in corpore eſt [illegible], vſurpari. Sed [illegible], ſeu permanentia quoque nomen flagellat, quod Gal. contra Olympicum, vt audimus, diſputans id excludat, libro vero de Diff. ſymptomatum recipiat, cui hoc reſpondemus, Galeno morborum permanentiã eſſe alterationis motum firmatum aliquo modo, etiamſi momento temporis poſſit naturam ſuam amittere. Itaq; cum certa circumſcriptione definiri nequeat, illam deſcriptionem in Olympico reprehenſam eſſe, morbumq; definitum, affectionem offendentem actionem, etiamſi [illegible], vt idem inquit perduret illa affectio.

Tria morborum ſumma genera.

Contiguitas in diſſimilaribus. Continuitas in ſimilarib.

[illegible] Ariſtotelis qualitas Galeno [illegible].

Morborum permanentia qualis.

Porro

Porro quod libro primo de loc. affectis [illegible] illi dicatur affectus durans, ceſſante, à quo orta eſt, cauſa, non ignoramus, atque illud quoq; ſcimus, [illegible] a Græcis appellari. Rixas autem de nominibus omittamus, & ſtatuamus morbum [illegible] eſſe [illegible] non quamuis, ſed quæ ſit [illegible] ſeu [illegible] actionem primo lædens. Hic igitur cum ſpectamus, quæ ad iuſtam temperiem faciunt, & quo pacto ab ea diſceſſerit corpus, vel corporis pars, quantumque diſceſſerit, non difficile erit inuenire, quibus modis reduci debeat.

2. Morborũ genus.

Sic & de ſecundo morborum genere, ſub quo comprehenduntur affectiones, quæ compoſitionem partium ſimiliarum in organo vitiant atque lædunt, exiſtimandum eſt. Spectatur autem debita compoſitio in quatuor, in recta conformatione, in quantitate ſeu magnitudine iuſta, in numero conuenienti atque in ſitu partium accommodato. In conformatione conſideramus primum figuram membri organici an eiuſmodi ſit, quæ actionibus conuenientiſſima videatur. Secundo meatus & cauitates, an habeat debita vaſa: an ſit cauum vbi eſſe debet, vel contra. Tertio ſuperficiem, an ſit in ea aſperum, ſi ita eſſe debet, vel leue, &c. Poſtremo, an cum aliis ſit recte compoſitũ. In quantitate ſeu magnitudine ſpectatur debita moles partis in numero, ne quid accedat vel decedat, quod numerũ eorum ex quibus conſtat pars & quæ ei vſum præſtant, atque actioni conferunt, accedat vel decedat. In ſitu, ne is varietur in vllam partem contrariam naturæ & actioni incommodet.

Sub tertio genere eos morbos collocamus, qui vnitatem partium inter ſe vitiant, atque ita actionem earum lędunt, de quibus cum prolixe egerit Gal. in priorib. lib. Meth. hic plura verba fieri a nobis nõ debent. Illud autẽ monendum eſt, cum de ſententia. Gal. ſtatuamus, morbum eſſe διάθεσιν ſeu affectionem præter naturam, à qua primo & per ſe læditur actio, cauſam vero huius lædere per aliud, videlicet per morbũ quẽ conſequũntur συμπτώματα, quæ vel ſunt actiones læſæ, vel qualitates in corpore mutatæ, ſeu læſorum corporum affectiones, vel excrementa, retenta, aut immodice fluentia: perſpicuũ eſſe, trium iſtarum rerum præter naturã, videlicet cauſæ, morbi, & ſymptomatis nomina nõ poſſe redigi in prædicamentum abſolutum, ſed πρός τι dici. Morbos quidã referri primum ad actiones, quæ à facultatib. præcedũt & lędũtur, [illegible] illa præter naturã per ſe. Cauſas etiã ad actiones offenſas referri, ſed ita, vt per aliud, videlicet [illegible], lædant. Symptomata vero habere relationem ad morbum tãquã vmbra, corporis vmbra dicitur. Cum autem in iis, quæ dicuntur πρός τι poſſit mutari relatio, atq; ita & nomen conſequitur, reſpectu diuerſo vnam rem & cauſam & effectum eſſe poſſe, atq; eundem morbum ſæpe diuerſo reſpectu non ad idem genus referri.

Idem morbus ſub diuerſis generibus.

Poſſet hoc multis exemplis declarari: in quę ſi intuerentur quidam mirifice de nominibus contendentes, & contemnentes conciliationem diuerſarum (vt primo intuitu videntur) ſententiam purioris vetuſtatis (quæ fons eſt omnis boni, ex quo nos, quod in ſcientia noſtra optimum eſt, hauſimus, atque hauſiſſe lætamur) non eam tanquam infrugiferam, & vſque adeo deſpectam, vt illius tractatio nomen quoq; labefactare debeat, exiſtimarent, ſeque ſolos animo libero, ingenio perſpicaci, in diſciplinis ita verſatos putarent, minusque inepte verba ſapientiæ atque elegantiæ ſuæ funderent. Sed omiſſis his, ad id quod propoſitum eſt, veniamus.

Vetuſtas fons boni.

DE AFFECTIONIBVS CVTIS CAPITIS.

GALENVS noſter in poſtremo lib. Meth. vbi de amiſſione particulæ vtilis agit, ſcopumque [illegible] curationis eius regenerationem eſſe docet, alopeciæ atque ophiaſis meminit, haſque affectiones ad compoſitionem deprauatam ſeu morbum in numero referre videtur. Hoc Reprehenſor Galenicus tanquam inſigne erratum notat. Primum quod curatio aliud indicet, quam Galen. in medium adferat, cum medic[illegible] adhibeamus ſubiectæ intemperatur[illegible] morum corruptio[illegible] quod pili non [illegible], neque aliquid agant, neque nutriantur, verum ab affluxu excremẽti impellantur, & quaſi appoſitione extendãtur. Hæc quin veriſimilia videantur, non poſſum ire inficias. Verum ſi cum his ea, quæ vir ſummus, excellens ingenio, iudicio recto, doctrina erudita & rerum vſu D. Iulius Alexandrinus Archiatrus Cęſareus ſcripſit (qui apud omnes doctos & ſynceros rerum æſtimatores veram magnamque laudem tulit, quod conciliare potius, quam cõuellere ſententias eruditæ antiquitatis ſtuduit) conferamus, impugnatoris ineptias deteſtabimur, qui ea quæ vſum præſtant, & ad commodam actionem faciunt, dum adſunt, abſentia incommodare non videt: Capillos autem non ſolum capiti pro tegumento eſſę, vt functiones ſuas rectius exerceat, quemadmodum prolixe & erudite Galenus de vſu partium nos docet: verum etiam vt aliquid affluentis humiditatis, ne ea partibus ſubie-

Alopecia. Ophiaſis.

Iulii Alexandrini encomium.

Pilorum vſus.

Pilorum quaſi nutritio.

ctis pernicioſa ſit, ebibant atq; exhauriant. Deinde quod ab excremento quaſi nutriãtur, dum incrementum ſumunt, perſpicuũ eſt. Sed omiſſis his, ad quę prolixe reſpondet Cl. D. Iulius Alexandrinus, illud potius tyrones moneo, vt quod Gal. XIIII. Methodi tradit, cum inquit: Experi quædã ſecundũ naturã, quædã [illegible] & toties repetitũ præceptum, de ſapientiſſima ſententia Platonis, non eſſe de nominibus litigandũ: ſed rerum naturam & veritatem inquirendam, conſiderẽt. Hanc quidẽ ob oculos quaſi ponit cap. 19. Vbi oſtenſa generatione pilorum manifeſtam [illegible] ſeu notionem huius affectionis tradit, eamq; à ſuccis in corpore vitiatis prouenire oſtendit, & ſigna quibus humores corruptos cognoſcamus, declarat. Cum autẽ nullus affectus poſſit curari, manente cauſa vnde ortus eſt (vt docuit nos lib. 7. atq; quod corruptum eſt euacuandum ſit: ptimum ſcopum curationis vacuationẽ corrupti humoris ſtatuit, & I. de Comp. Med. [illegible] & de purgantib. medicamentis, ſe ſola purgatione Alopecias & defluuium capillorum ſanaſſe affirmat. Secundum ſcopum alterationẽ monſtrare, videlicet vt digerentibus id quod affluxit diſcutiatur. Tertium, vt reſtituta temperie partis capillorum nutrimentum (ſic enim rectè & cum Gal. quidẽ appellamus) attrahatur. Hic [illegible] quoque ſeu auxilia mõſtrat, videlicet, purgationes, balnea, inunctiones, frictiones, & totam curationis methodum perſpicue ex natura rei (quam ſimilitudine à ſtirpium generatione ſumpta pingit) ob oculos ponit.

DE CAPITIS DOLORE.

DOLOREM capitis, ſicu[illegible] eſſe ſymptoma in ſenſu, quod morbum aliquem conſequitur, nõ ambigimus. Conſequi autem duo morborum genera, videlicet morbum in intemperie, quæ [illegible] propter [illegible] qualitatum primarum atq; ſecundarũ efficit, & ſoluta vnitate, cum hæc faciant mutationẽ confertim & violenter in partib. ſenſu præditis, libro 12. cap. 7. oſtendit. Scio de his varie diſputari à Medicis, ſed non libet attingere argumentationes. Cæterum cum morbi cauſæ ſymptomatũ ſint, atq; quemadmodum li. 1. & 12. docet, ſymptomata quatenus ſunt ſymptomata curationis rationem non indicent, aliquando tamen, vt viribus ſubueniamus, mitigationem poſtulare: ideo in hac affectione primum ſpectandum, an aliquid ſoluat continuitatem, & laceret neruos vel membranas (quod rarius accidit) ruptione, contuſione, vel eroſione: aut adſit multitudo humoris pergrauans, vel ſpiritus [illegible] cui non pateat exitus, diſtendens: vel intemperies, violentam alterationem faciens in ſenſu tactus, qui in moderata temperie qualitatis tactui ſubiectus conſiſtit. Quæ omnia copioſe perſequitur cap. 7. & 8. vbi cauſas doloris tradit, [illegible] autem illuſtrat 1. lib. artis curatiuę ad Glauconem, cum admonet videndum eſſe, num caput doleat per ſe, ſeu per affectũ proprium, an vero per conſenſum. Affici per ſe à multitudine, huiusq; indicem eſſe grauitatẽ, nonnunquam diſtenſionẽ, vel à multis vaporib. ſeu ſpiritu flabili, quam diſtenſio conſequatur. Hæc autem plerumq; concurrere. Itaq; grauitatem comitari diſtenſionem, vel ab inflammatione, præſertim in membranis oriri, atq; hanc pulſatoriũ dolorem indicare, vel qualitate acri & mordaci, ſiue propter humoris, ſiue vaporis acrimoniam, atq; tunc in dolore acredinẽ ſentiri. Animaduertendum vero eſſe, an dolor ſit in toto capite, quę affectio [illegible] & [illegible] dicitur: an vero in parte aliqua, quam ſi mediam partem capitis occupat [illegible] Si vero exiguum locũ, vulgo clauum vocant. Etiam hoc ſpectandum, an interius vel exterius doleat, an repente vel ſenſim ortus ſit dolor, an recens, vel inueteratus, quia vel ad tenuitatem humorum vaporumue, vel ad craſſitiem id referendũ eſt, an continenter affligat, an per interualla, q[illegible] fluxionis, vel motu humoris eſt indicium. Deniq; an ab intẽperie ſimplici, vel cõpoſita, originem ducat. Hæc Galen. [illegible] ad tria quaſi capita redigit. Varietatẽ videlicet cauſarum efficientium, partiũ laborantium naturam, & qualitatem propriam.

Diverſitas cauſarum.

Cauſas eſſe v[illegible] intemperiem ſimplicẽ, vel humorum [illegible] vaporum copiam, cum mala qualitate [illegible] obſtructione.

Partium.

Partem laborantem eſſe ſpectandã, vtrũ vel totũ caput ſit affectũ, vel partes eius ſiue interiores ſiue exteriores.

Qualitatum.

Qualitatẽ propriã vtrũ dolor ſit grauis, diſtẽdat, pulſet, erodat ſeu mordicet. Si vero per conſenſum doleat, ac ſi (quod plerumque fit) ventriculus mittit exhalationes, eas vel à pituitoſo, vel à bilioſo humore oriri. Pituitam indicare faſtidium, bilem ventriculi dolorem vel morſum, primo ad Glauconem aſſerit. Interdum etiam vt in febribus, atq; viſcerum præſertim hepatis caliditate, ſucci in vapores diſſoluũtur, caput exhalationib. ſi ſit debile, afficitur. De his autem agemus, cum doctrinam de catarrho & fluxionib. explicabimus. Cognita doloris cauſa, facile eſt monſtratis ſcopis generalibus (vt vacuationis, cũ adeſt multitudo, reuulſionis vel deriuationis, cũ affluxus materiæ, repercuſſionis, (vt loquũtur) cum materia nondum plane affluxit: alterationis,

cum acris

Digitized by Google

cum acris eſt, firmamenti atque roboris ſeu tenoris, vt appellant Græci, cum caput debile atq; infirmum) ad particularia indicantia deſcendere, quæ vel morbus, vel natura ægri monſtrant, atq; ab his indicationes, quæ actionem Medici ſeu curationem gubernãt petere. Nam nos quidem indicantia monſtrare poſſumus: indicationes autem, h. e. rectas collationes nocẽtis ſeu morbi, & iuuãtis ſeu auxilii repire, eruditi Medici propriũ eſt, in generali methodo, quæ indicantia ſeu [illegible] tradit, diligenter verſati. Ac ſi is noticiam medicamentorum ſimplicium, & rectam hæc componendi methodum habeat, ſitq; mediocriter exercitatus, facile recta auxilia ſeu præſidia inuenire poteſt. In horum vero vſu diligenter obſeruandũ eſt, quod Galen. præcipit, Terminum medicationis dolorum [illegible] eſſe debere. Proponitur autem à Galeno miſſio ſanguinis, quæ in plenitudine, inflammationibus & grauiſſimis dolorib. conuenit: item arteriotomia, purgationes, reuulſiones & deriuationes per ſicyas, vincula infernarum partium, frictiones: item ea quæ reprimunt humorẽ vel vaporem, & membrum roborant, vt oxyrhodinum & roſaceum. Item, quæ alterant & digerunt, vt calidum oleũ, in quo anethum ebullierit: Item ſpondylium & ſerpyllũ atq; caſtoreum, quo in aliis inflammationib. non vtimur, vt docemur 5. Methodi. Item in flatibus fomentum ex milio. Deniq; & de opiatorum vſu nos docet, in quo vt præceptum illud [illegible] diligenter teneamus, monemur.

Auxilia.

DE AFFECTIONIBVS CAPITIS LÆDENTIBVS CEREBRI ACTIONES ET FACVLTATEM ANIMALEM.

Græcus Galeni textus abſque capitibus.

Etsi Galenus lib. 13. cap. 21. (libet enim Latinam interpretationẽ ſequi, cum Græcus textus in capita non diſtinguatur) præcipue de Phrenitide & Lethargo agat: tamen & reliquas affectiones his vicinas cõplectitur, ac earum dignotionem, indicantia curationem, & præſidia mõſtrat. Sed id tanquam [illegible]. Cum autem hæ in minime facili cognitione ſint poſitæ, diſtincte eas proponemus. Diſcernit vero Galen. hoc modo Phrenitidem à Lethargo, vt eam [illegible] calidam eſſe pronunciet. Cęterum notionẽ perſpicuam illius tradit, ſecundo de cauſis ſymptomatum, cum inflammationẽ ſecundum cerebrum & membranas illius eſſe aſſerit. De hac quidem notione Gręci, Aëtius videlicet, Paulus & Trall[illegible]us, non ſatis inter ſe conſentiunt. Porro hanc affectionẽ ſemper cum febre continua & ardente eſſe, atq; ita diſtingui ab ea, quam [illegible] vocant, è primo Prorrhet. apparet, quo in loco Galenus eam in parte, in qua princeps anima quaſi reſidet oriri, ſiue afficiatur cerebrum ipſum, ſiue tenuis illius membrana, oſtendit. Licet & Phrenitides quædam ſpecies reperiatur ex diaphragmatis inflammatione, vnde [illegible] cerebrum afficitur. Sed de ea quæ [illegible] ſeu per ſe in cerebro eſt, nunc agimus. Hæc licet ad morbum in intemperie referri poſſit, tamen cum phlegmone in quantitate ſeu magnitudine morbus ſit, rectius ad [illegible] in compoſitione, ſicut & hic à Galen. refertur. Tres autem Phrenitidis differentias ponit, quarto de locis affectis, quæ indicationes curatiuas variant. Cæterum cum vt diximus, in Phrenitide cerebrum phlegmone ſeu Eryſipelate laboret, atq; hic affectus ab affluxu ſanguinis cum reliquis humorib. in primis autem bile oriatur: conſequitur, primum & præcipuum ſcopum eſſe, à quo indicatio curatiua petitur, vt quod affluit repellamus aut reuellamus. Deinde vt alteremus partẽ affectam, quemadmodum hic monſtrat. Deniq; cum æger nihil quietis habeat, ne vires delabantur, vt quieſcat, operam demus. Atq; h[illegible] Galenus docet, vrgentis ſcopus eſt. De præſidiis varie diſputant Medici, ac de miſſione ſanguinis, quæ in hac affectione inprimis neceſſaria eſt. Aſclepiades ita ſeuere pronũciauit, vt ſanguinem mittere, hominem occidere dixerit, quia hæc affectio ſit [illegible] ſumma & continua febre, ſanguinem [illegible] non niſi in remiſſione febris [illegible]ndum. Contra hanc ſen[illegible]am ſtatuerunt Medici, [illegible] Celſus, ſanguinem eſſe mittendum, præſertim cum facies rubet, venæ tument, & vel poſt quartum diem, coſtantibus viribus. Bis etiam potius, quam ſemel nimium detrahendum. Ac cum æger non quieſcat, caute occludendum vulnus. Mittendum vero primum ex vena brachii media ſecundum Aetii præceptum: deinde, vt Paulus vult, venam frontis incidendã. Diocles etiam eam, quæ ſub lingua eſt, aperiendam cenſuit. Nonnulli ſanguiſugas fronti, temporibus, & naſo adhibuerunt, auriculas ſcarificarunt, & cucurbitulas in occipitio, vacuato iam corpore affigendas putarunt. Inprimis autem alterationi opera danda, atque aër contemperandus. Hic diſceptant Medici veteres, vtrũ in luce, an vero obſcuro loco collocandus ſit ęger. Ac Aſclepiades in luce collocandos vult, ne terrore afficiãtur. Verum cum tenebræ ad ſomnũ & quietem faciant, reliqui (habita tamen ratione

Phrenitis quædam ex Diaphragmatis inflammatione.

Tres differentiæ.

Scopi. 1. 2. 3.

Auxilia. Vtrum vena ſecanda.

Vena frontis incidenda. Item ea quæ ſub lingua.

An in luce, aut tenebris Phrenitici collocandi.

affectus) tenebras præferunt. Nam in iis, qui cum quadam mœſtitia inſaniunt, & quibus vires validæ ſunt, luce potius conſulendũ eſt. Sed cum hoc rarius accidat, & mœſtitia cõſequatur [illegible] frigidas (quas affectiones [illegible] & [illegible], i. deſipientias, licet & hæ à calidis humoribus oriantur, vel [illegible] & [illegible], & melancholias appellamus) omnino in phrenitide, vt quieſcat ęger ſtudioſe enitendum eſt. Tertio concertant inter ſe, an caput radẽdum ſit, vel non. Exiſtimãt enim raſo capite plus humoris affluere. Verũ cum alterantia & reprimentia vapores, quale eſt Oxyrodinum (aceto enim Gal. 11. Methodi vim reprimendi tribuit) & alia frigida, quæ commẽdat, facilius raſo capiti applicari poſſint, & materia detenſo pilo magis exhalet, auferendũ omnino cenſent.

Vtrum caput radendum ſit?

Purgationum etſi Græci autores non meminerint, fortaſſe quod exiſtimarent humores motos inflãmationem augere: tamen cum bilis vt diximus, ad furorem in phrenitide multum faciat, & in magnis morbis (quemadmodum lib. 4. Galen. oſtendit) non ſolum ſanguinis miſſione, verum purgatione vti rectiſſimum ſit: non tantum enemata adhibere, verũ etiam purgantib: medicamentis minus tamen calidis, medicari oportet, priuſquã ad ea quę alterant, diſcutiunt, & vapores tranſpirare faciunt, deueniamus. Pleraq; Galenus commemorat, ad quæ intentus eſſe ſtudioſus artis debet. Medicamenta autem iuxta capitis commiſſuram coronalem applicanda: licet ea, quæ ad ſomnum faciunt, temporibus & [illegible]ibus quoque admoueantur.

An purgandum.

[illegible] LETHARGO.

CONTRARIAS eſſe in ſpeciem affectiones Lethargum & phrenitidem, quod hæc à calido, illa à frigido humore originem ducat: Vterq; vero morbus principem facultatem, quę in cerebro reſidet, eiuſq; affectiones lædat: Phrenitis quidem ita, vt homo nihil quietis habeat. Letharg' vt inexpugnabili dormiendi cupiditate, eorũ quæ dicuntur, vel fiunt, meminiſſe vix queat, principe ſcilicet parte animæ à pituita labefactata & ſenſu motuq; oppreſſo: atq; non tantum memoria, ſed & ratione læſa, ex Galeno patet. Is vero Lethargum aliquando [illegible], aliquando [illegible] appellat: Ac ego ſecutus (haud ſcio quã rectè) Linacrum, [illegible] vitium conuerti. Oriri vero ex pituitoſo humore citra inflammationẽ ex pituita in cerebro putrefacta, cum febre, & citra febrem, quamuis plerũq; lenta febris adſit, Galenus teſtatur. Arabes autem inflammationem [illegible], à pituitoſo nimirum humore, eſſe arbitrantur. Eſt autem reuera ſymptoma functionum animalium læſarum, in quo alias memoria tantum, interdum mens & cogitatio, non raro vtrumque etiam afficitur, & ſimul ſenſus cõmunis ſeu imaginationis vis infirmior eſt, vt tertio de locis affectis, & libro de differentiis ſymptomatum docemur. Nonnunquam hoc malũ oritur à vaporibus craſſis & frigidis, à viſceribus & præcordiis ſublatis, interdum etiam à frigidiorib. medicamentis.

In Lethargo num inflammatio.

Cognito affectu, eiuſq; cauſis, indicantia (ſeruato recto ſcopo generaliſſimo cõtrarietatis) non difficile eſt reperire, etiamſi Medicinã huic morbo facere non æque facile ſit, cum propter præſtantiã loci affecti inter lethales morbos ab Hipp. & Galeno, & à Latinis quoq; in genere acutorum numeretur.

Prognoſticum.

Recta igitur victus ratione, quæ pituitę (quam cauſam illius eſſe diximus) generationi aduerſetur, pręſcripta, & rebus non naturalib. debito modo adhibitis, de auxiliis etiam atq; etiam cogitãdum eſt. Ac ne hoc in ſingulis morbis repetendum ſit, ſtudioſos iſto loco monebimus. In nulla vnquam curatione victus rationem & moderationem accuratam rerum non naturalium negligendam, ac potius ita obſeruandam, vt, (teſte Galeno) optimam medicinam pręſcribere ſuperuacaneum, neglecta victus ratione exiſtimemus. Huic admonitioni & illud addo, poſteaquam [illegible] morbi (quæ ſola nos ad indicationes veras perducit, cum natura morbi principale ſit indicans, &c. Indicantia, & ab his deductæ indicationes ſcripto explicari nequeãt, propterea quod circumſtantiæ ſubinde eas varient, & iudicium Med[illegible], q; rectam rationem gubernat, inpri[illegible] [illegible]quiratur, qui vires, temperamentum, [illegible]tatem, anni tempus, conſtitutionem aëris, atque alia ſpectet, & inter ſe conferat) ſemel perſpicuũ propoſuero, me indicantia omnia ſeparatim non explicaturum, verum ſtudioſos ad generalem doctrinam, quę in methodo tradita eſt, & DEO dante à nobis alias in noſtra Therapeutica Methodo proponetur: (non enim de abortiuo libello, qui in meo nomine apparet, hoc dico) ablegare, vnde facile diſcere poterunt, quo pacto in ſingulis morbis ex naturæ, morbi & loci affecti demonſtratione (cum hæc [illegible], videlicet à cauſis ad effectus, vel [illegible], videlicet à ſignis, quæ [illegible] & [illegible] appellantur; progrediatur) vera indicantia, ſeu ſcopi [illegible] qui in actione ſeu medicatione [illegible], i. indicationem regunt, inſurgant, atq; petantur: quęq; ſit recta auxiliorum adhibendorum ratio, quę indicatur. Hic de vocabulis non diſputo, illud ſtudioſos moneo, vt inter ſcopos (quos indicantia quoq; appellamus, li[illegible] et in curatione vnicus

Diæta.

curandi

Inter ſcopos & indicationes differentia.

curandi ſcopus à natura morbi ſumatur) & inter indicationes, id eſt, rerum faciēdarum ſignificationes, ſeu declarationes diſcrimen teneant, nec à nobis hic remediorū formulas, quæ à Practicis recenſentur, expectent; atq; [illegible] nos appellare ſciant, quæ indicantur, i. quæ ſunt facienda, vt naturæ auxilium feramus. Gal. vero inter auxilia Lethargi, venæ ſectionem lib. 13. cap. 21. præcipue commendat, niſi adſint quæ ſanguinis miſſionem impediant, crudus videlicet humor, puerilis ætas, anni tempus, in quo ſit extrem⁹. calor & frigus, vbi ad clyſteria acria veniendum, Paulus admonet. redundantem etiam pituitam coquendam & expurgandam præcipit, & thymum, pulegium, origanum, quæ calefaciunt, diſſecant, & roborant, in aceto coctum naribus admouendum. Palatum acribus & valentib. medicamentis, & Mithridato cum pipere, pyrethro, ſinapi inungendum. Vtēdum & iis, quę ſternutamēta prouocant. Poſtremo capiti [illegible] atq; cucurbitas adhibendas, quemadmodum in principio (cum repellendum eſt) oxyrhodinum. Caſtoreum etiam, quod probe concoquit, & magnopere in iſtis affectionibus adiuuat, odorandum. Hæc auxilia cum hoc in loco reliquis affectionib. ſomniculoſis conuenire oſtendat, atque ita indicationes curatiuas eorum deſignet, notionem autem non ſatis explicet, vt ea ſtudioſis illuſtrior fiat, operam dabimus, &c.

Auxilia.

DE CATAPHORA ET RELIQVIS AFFECTIONIBVS SOMNICVLOSIS.

GALENVS appellatione Cataphoræ, Apoplexiam, Caron, & Catochen lib. cap. 12. complectitur. Hæc diſtincte explicare conabor. Calidi eſt ad motum excitare, Frigidi ſtuporem inducere. Humidi ſomnū conciliare, ſicci vigilias. Itaq; iuxta diuerſam humorum calidorum, frigidorum, humidorum & ſiccorum commixtionē, morbi ſymptomataq; diuerſa proueniunt. In phrenitide (vt diximus) ſuperat calidus humor. Ideoque in ea affectione eſt [illegible]. In Lethargo frigidus, vnde [illegible]. In Cataphora (quam Hipp. [illegible], vt teſtatur Galenus, appellat) calidi & humidi humores cerebrū occupant, vnde perpetuo ad ſomnium ſic affecti, ſunt propenſi: ſuperante quidem calido & humido exhauſto, fit phrenitis, vel certe [illegible]: humido vero ita abundante, vt calidum ſuccumbat, Caros ſeu grauis ſopor vel veternus, quem Arabes ſubeth appellant, oritur. Hæc affectio cum leuis eſt, quandoquidem ea in anteriorib. cerebri partib. fieri cenſent, fatuitatem inducit. Porro in poſteriorib. partib. cerebri Catochen & Catalepſin fieri aſſerūt. Paulus li. 3. cap. 1. Catochen atq; Catalepſin diſcernit, & Catochen ſoporem vigilantē appellat, q. ex duab. contrariis affectionibus, videlicet Lethargo & Phrenitide conſtet: vt teſtatur Hipp. lib. 4. Epid. vbi hanc affectionem peſtilentię familiarem eſſe oſtendit, cumq; ſuperat materia frigidior, Coma dici: cum calida, [illegible]. Catalepſin autem eſſe congelationem ſpirituum, qua correpti, in eodem habitu ſtatuq; permanent, eoq; deprehenſos, Detentos, & congelatos Latini vocant. Verū Græci ſæpe appellationes iſtas commiſcent. Ceterum Catalepſin à Caro ſic diſcernunt. In caro anterior pars, vt dixi, cerebri affecta eſt, cum clauſione oculorum, ſpiratione non læſa, finiturq; plerumq; hic morb. ſine periculo. In Catalepſi autem poſterior pars cerebri à pituita oppreſſa eſt, atq; licet ęgri bene ſpirēt oculos tamen continuo apertos habēt, & epilepſia conſequitur. Videdum igitur in his affectionib. quales adſint humores, & in quibus partib. obſtructiones faciant, ac remedia, quę humorem tam educant, quàm alterent, quęque caput & primum ſenſitiuū, cerebrum videlicet roborant, adhibenda. Sic vacuatis humorib. recte indicationes à morbi natura petendæ. In Catalepſi vtimur moderate calefacientib. & humectantib. in Caro exiccantibus & calefacientib. In Cataphora miſcemus hæc, pro vt affectio eſt miſta. Remedia, vt monui, non recitantur. Quia vero eiuſmodi affectiones plerūq; precedit vertigo, conſequitur autem Epilepſia apoplexia, de his quoque agemus.

Congelati.

DE VERTIGINE.

VERTIGINIS Galenus in his libris non meminit. A Græcis autem [illegible] appellatur, videlicet cum eſt inordinatus motus ſpirituum ſeu vaporum in cerebro tantum: [illegible] cum ad motum inordinatum repētina viſus obtenebratio accidit. Itaq; in vertigine vis imaginatiua afficitur, in tenebroſa vertigine, ſeu vt barbarē loquuntur ſcotomia, viſionis ſenſus diminuitur. Hæc vero ſymptomata & intemperiem cerebri, & obſtructionem ex flatuoſo, vt vulgo loquuntur, ſpiritu comitantur, & cerebrum vel per ſe, vel per conſenſum laborat. Per ſe ex intemperie per conſenſum, cum vel ab ore ventriculi (vt in his, quib. cruditas moleſta eſt, quando calore innato male affecto, vt teſtatur Galen. in com. de rat. victus, humores diſſoluti in vapores & [illegible], ſpiritum diſſoluūtur) vel propter calidam intemperiem lecinoris, aut bi-

lem regurgitantem in ventriculum, aut arterioſum genus intemperatum ac venis ſeruido & ſpumoſo ſanguine plenis, ſpiritus atque vapores ad caput efferuntur. Vbi in capite primum malum generatur, haud dubie ſenſus aliquis hebetior eſt, præſertim ſi à pituitoſo humore affectio originē ducit. Præcedit igitur dolor grauis, & diſtendēs ac ſonitus aurium. Hic igitur ad indicantia propoſita in dolore capitis à pituita atq; auxilia recurrendum. Cum vero calidus humor (vt bilis, quod plerumq; fit, vbi reliqua corporis conſtitutio biliosa eſt) cauſa fuerit, ſenſus eſt acrior: adeſt dolor rodens & pungēs. Ideoq; contraria indicātur remedia, vt diximus. Vbi vero arteriarum intemperies ad vertiginē facit, propter feruidū ſpumoſumq; ſanguinem, & vehemens pulſatio ſequitur, reprimentium vſus indicatur. Veteres etiam arterias ſecuerunt, cum videlicet per exteriores arterias vapor aſcenderet, cum vero per interiores (quandoquidem non conferret, vt Galen. 3. de locis affectis & in com. de vict. ratione in morbis acutis teſtatur) arteriotomiam non adhibeant. Cum autem malum hoc per conſenſum eſt, atq; à crudo humore in vētriculo collecto oritur, is concoquēdus & educendus ſi à flaua bile ex epate regurgitante, vacuantibus bilem, tempeſtiue ſubueniendum. Nonnunquam etiam cum ſuppreſſæ purgationes naturales, vel certe conſuetæ (vt muliebres ac hæmorrhoides) hoc malum excitant, hæ promouendæ ſunt.

Arteriarū ſectio.

DE EPILEPSIA.

[illegible] Epilepſia.

V[illegible] apud Cælium Aurelianum, vertiginem, p[illegible] Epilepſiam vocabant. Hunc autem affectum, vt [illegible] author eſt, [illegible] & [illegible] etiā, quod pueris familiaris ſit, appellarunt. Eſt vero conuulſio omnium partium corporis, propterea quod cerebrum, materia craſſa & frigida id obſtruente, vel malignitate ſua lędente, eam expellere nititur. Quam expulſionem noxa omnium ſenſuum & facultatum animalium conſequitur. Hæc affectio alias grauior, aliás mitior eſt. In qua ſtertor, ſtridor dentiū, peruerſio partium faciei, vehemens iactatio totius corporis, multa ſpuma, ſeminis effuſio, & in ipſo caſu acclamatio: ea admodū grauis cenſetur, raroq; curatur. Vbi vero vel multa, vel plurima ex ſignis commemoratis abſunt, leuior exiſtimatur. Cōuulſio eſt ſymptoma, eumq; totum corpus æqualiter concutiatur, & ſenſus lædatur, principium motus & ſenſus, videlicet cerebrum affici minime dubium eſt. In cerebro autem tria ſpectantur, membranæ, cauitates ſeu ventriculi, vt vulgo Medici appellant, & ipſa ſubſtantia. Afficiuntur autē ventriculi, ita vt lędātur actiones motiuæ quidem corrupte, ſenſitiuę ablate, vt loquuntur. Illud igitur quod lædit, morb. erit, vt quidem vnus ex trib. generib. Eſt autem mala compoſitio, quam morbum in cauitate ſeu via, vel obſtructionem vocamus. Ea ſecundum Galen. accidit vel ab humoribus craſſis, vel cum vaſa contrahuntur. Hoc autem poſtremum fit duplici de cauſa, vel à natura, vt cum ventriculus cibum concoquens contrahitur, vel propter nocumēti præſentiam, ſiue ob manifeſtam, ſiue occultam qualitatē naturę aduerſam. Oritur vero hic affectus vel p ſe, ſeu per [illegible] in cerebro, vel per cōſenſum, vtpote à qualitate aſcendente à quauis alia parte corporis, cum videlicet in iis materia virulenta latet, vt in abſceſſu diuturno, in ſubiectis carnib. oſſeue corrupto, vel ſpiritus q dā venenoſus aſcēdit in cerebrum, vnde contractio & obſtructio, hancq; conuulſio conſequitur. Dum per ſe cerebrum à cauſa faciente obſtructionē afficitur, caput plerumq; debile eſt, quod repletur ex qualibet leui occaſione, vt cum iraſcitur homo. Secūdo adeſt grauedo, quia materia craſſa & frigida adeſt, videlicet humor pituitoſus aut melancholicus, vel ab his ſubtilari vapores. Tertio, ſomnia terribilia & Ephialtes noctu moleſtant. Quarto triſtitia & mœſtitia, quę non modo à melācholico humore, verum etiā pituitoſo oritur, ſine cauſa angunt, quia materia craſſa cerebrum obſedit. Quinto eſt ſubitus timor, q tenebræ ſpiritibus [illegible] tus m[illegible]ſcentur, item obliuio. Sexto pal[illegible] faciei, & viriditas venarum ſub lingua [illegible]pter frigiditatem. Hic igitur tam intrinſeca, quam extrinſeca efficientia remotionē atq; alterationē indicant, caputq; debile ſui corroborationē. Cum malū per conſenſum à vētriculo eſt (id q mordicatio, nauſea, cibi inordinati appetentia, oſtendit) ventriculo ſubueniendum. Curationem autem tradit Galenus quinto de locis affectis, cum hiſtoriam de Grāmatico recitat. De Epilepſia vero per conſenſum à reliquis partib. vel vapore, vel maligna qualitate aſcēdēte ad cerebrū & contractionē eā, quā ſequitur obſtructio & cōuulſio, vibrāte neruorū origine, vt Gal. loquitur, efficiēte, 3. de loc. aff. prolixe agit, vbi & indicatiōes curatiuas & auxilia tradit. Facile autē eſt Medico, qui doctrinā generalē Meth. tenet, indicātia videre, & ab his indicationes petere, verū cū in hoc morbo diuinū quiddā ſit, q [illegible] nō admittat, ſæpe in optima etiā victus ratione & medicatione naturalia præſidia atque auxilia,

Vaſorum contractio.

Signa cerebri per ſe affecti.

Per conſenſum.

In Epilepſia diuinum quid.

parum

Superſtitioſa remedia vitantur.

parum adiumenti adferũt. Hoc tamen cum dico, neq; ſuperſtitioſas neq; Homericas, vt vocant, curationes omnes, aut mirifica quędam remedia ex putrida carne humana cõfecta, atq; his ſimilia probo. Curatio quidem ipſa eſt triplex, in paroxyſmo, cum iis quæ aſcenſum vaporum prohibent, quæue reuoluunt: vt ſunt enæmata, ligaturæ, frictiones, quæ dolorem afferunt. Item quæ diſſecant, vt ſuffitus, & alia naribus apponẽda. Alia ante & poſt paroxyſmũ, cum videlicet vacuationi & alterationi operam damus, atq; capiti robur addere ſtudemus, eaq; remedia quę à tota ſubſtantia auxiliantur, exhibemus.

DE APOPLEXIA.

HÆC quoque affectio accidit circa cerebri ventriculos, quam Galen. 2. Aph. com. 45. vicinam morbo comitiali ſeu epilepſiæ eſſe dicit. In hac autem totius corporis ſenſus & motus principalib. virtutis animalis actionibus læſis aboletur, vt teſtatur Gal. 3. de locis affectis, & 4. & non ſolum cerebri ventriculos ſed ſubſtantiam ipſam lędi affirmat. Huius autẽ affectionis magnitudinem reſpirationis noxa indicat quæ quo maior eſt, morbũ eo grauiorem magis, magisque periculoſum eſſe oſtendit. Atque ſic etiam Carus ab Apoplexia diſcernitur, Galenus vtriuſq; affectionis in his libris verbulo ſaltem meminit. Cæterum cauſas obſtructionis (nã & hic morbus eodem quo epilepſia genere comprehenditur) alias explicat, & non tam huius ratione, quam caloris & ſpirituum eliſorum ac ſuffocatorum, atque virtutis impeditæ, ne poſſit in vniuerſum corpus [illegible]ire, Apoplexiam accidere oſtendit, licet [illegible] affectionem rectius ſuffocationem dicere poſſumus. Porro calor & ſpiritus obruuntur multitudine & ſtrangulãtur vel in toto corpore, & ſubita mors conſequitur, vt teſtatur Galenus, 1. Aph. vel in cerebro, de qua cauſa egit Galenus in libro de ſanguinis miſſione cap. 6. Hæc vero catalepſin afferre quibuſdã potius, quam apoplexiam videtur. Sed de nominibus non litigemus. Aut virtus animalis impeditur, ne in partes inferiores defluat. Aut propter affectionem calidam, quæ Galeno cõ. 2. Aph 42. [illegible] appellatur, oritur. Aut cerebri vẽtriculis pituitoſo humore aut melancholico obſtructis, quæ affectio proprie apoplexia dicitur. Cognita cauſa, videlicet plenitudine, vel in toto, vel in capite ſolo, aut obſtructione, à frigido ſcilicet vel etiam calido humore, oſtẽdentibus hanc ſignis, principale indicans eſt, vt catollatur. Cumq; adeſt plenitudo, atq; hic morb. magn' exiſtimetur & [illegible] fit, inter omnes

Apoplexia recte ſuffocatio dicitur.

Medicos conuenit, præſentiſſimum eſſe auxilium ſanguinis miſſionem. Itaq; vena ſecãda. Cæterũ ſi præceſſit magna inanitio, propter quam excrementa frigida in cerebro collecta ſunt, vt in ſanguinis profuſionibus, immodico vſu veneris, &c. accidere ſolet, meritu phlebotomia ſuſpecta eſt. Tunc igitur ad clyſteria fortiora, aſperas frictiones, deniq; cucurbitulas deueniendum. Quod ſi tunc pulſus & ſpiratio ac faciei color melior ſeſe oſtendet nec partiũ frigus vehemẽs fuerit, ad alia auxilia quæ euacuant & alterant cerebrum atque calefaciunt, videlicet cum craſſus humor & frigidus obſtruit, accedendum, atq; in iſto morbi ſtatu inprimis cucurbita ſummo capiti (quemadmodum xr. Methodi docemur) admota, & ea quæ naribus atq; Palatini applicantur, conducũt, Hic vero inter [illegible] Galenus recẽſet Caſtorium, ac vulgo nos vti herbis calidis & Theriaca atq; Mithridato, non ignotum eſt.

Vena ſecta præſtantiſſimum remedium.

Cautela.

Clyſteres fortiores.

Cucurbita vertici imponenda.

DE PARALYSI.

APOPLEXIAM plerumq; conſequitur Paralyſis, ſeu neruorum reſolutio, cum ſenſus & motus amiſſione in aliqua parte, licet, vt 3. de locis affectis oſtẽdit Galen. interdũ ſenſus, interdũ mot' amittatur, ſed exquiſita & vera paralyſis eſt, in qua partes ſenſu & motu priuantur. Cur autem aliquando, perdito motu ſenſus remaneat, & ſtupor plerũque Paralyſin præcedat libro 1. de locis affectis, & primo de cauſis ſymptomatũ declaratur. Porro cum tam ſenſitiua quã motrix facultas, à cerebro per neruos delab[illegible] ſpicuum eſt, paralyſin [illegible] quod læſas has facu[illegible] conſequitur. Cauſæ igi[illegible] ſpectãdæ ſunt, quæ ad tria morborum genera, videlicet intemperiem, morbum in compoſitione, & ſolutam vnitatem referũtur. Nam nerui vel immodice humectãtur & refrigerãtur, vt in frigidiſſimo aëre vel humor craſſus reſolutus in principiũ eorum incũbit quo replẽtur, vt poſt apoplexiã: vel fit obſtructio circa vertebras colli, aut inferiores partes: vel afficiũtur ab aliqua cauſa extrinſeca, vt percuſſione vel inciſione, qui affectus eſt incurabilis. Conſideratis autem cauſis, niſi extrinſecus aduenięs ſit, prima iudicatio curatiua ab ea petitur: & remotis è corpore humoribus (miſſione videlicet ſanguinis cum plenitudo adeſt, & purgatione, vbi cacochymia pergrauat) ne in alteratione maior fiat affluxus, facultati atque principio neruorum ſubuenitur. Pars etiã reſoluta nõ negligenda eſt. Remedia vero ad paralyſin videre eſt ſeptimo ſecundum genera, & ſecundum locos.

Cauſa paralyſis.

DE SPASMO.

Galenvs lib. 2. de cauſis ſymptomatum paralyſin, ſpaſmum, tremorem, & torporem, voluntariæ functionis læſæ ſymptomata ſtatuit: ac ſecũdo Methodi nomen ægritudinis à ſymptomate deductum eſſe oſtendit. Eſt autem actionis motiuæ læſio, ita vt propter breuitatem nerui mouentis muſculum, pars ſeu membrum cõtrahatur. Licet vero muſculus, atq; chorda in cõtractione afficiantur, tamen neruus proprie lęditur ideoque & motus & ſæuiſſimus dolor comitantur. 1. Prorrh. com. primo. Cum autem morbi ſint cauſę ſymptomatum, malã compoſitionem in neruo conſequi hanc affectionem ſtatuimus, idque vel per ſe, vel per

Cauſa. conſenſum. Per ſe, quando neruus repletur, & fit breuior, vel inanitur, fitq; ſiccior ac cõtractior. Atq; hæc quidem affectio (quemadmodum lib. 12. cap. vltimo Galen. oſtendit) inſanabilis eſt. Per conſenſum læditur,

Cauſa ſpaſmi per conſenſum. propter humorem tenuem atq; acrem atq; [illegible] ſeu æruginoſum in ventriculo, vt exemplo declarat Galenus lib. 12. Methodi ca. vltimo. Secundo, vel à potu aquæ frigidæ, vt eſt in 9. libro cap. 5. Tertio vel ab ingurgitatione vini potentis, & à crapula, vt eſt de temp. item comm. 50. Aph. 50. vel ab vtero, aut diaphragmatis inflammatione, 3. de morb. vulg. comm. 2. Item 6. de morb. vulg. comm. 1. Quarto, vel ex medicamenti maligna qualitate prædicti atque aſſumpti, vt comm. 7. Aph. primo. Quinto vel à forti ali- [illegible] frigore, & copia humoris craſſi conge- [illegible] nguinem, vt com. 3. Prog. 27. Sexto, vel cum [illegible] capitis patitur principium, & nerui contrahu[illegible] com. 3. Aph. 2. Galenus 12. Methodi paucis ita compr[illegible] ſtitur, cum ex repletione neruoſarum partium, vel ex mordẽti & tenui humore, vel ingenti frigore aut ſiccitate, prouenire ait.

Conuulſio vna. Porro conuulſio illa, in qua neruus vna cũ chorda & muſculo præter voluntatem ad ſuum principium contrahitur, morbus in cõpoſitione eſt, quia neruus patitur in ſubſtantia, videlicet nimia humiditate eum replente, vel ſiccitate contrahente atque vi-

Spaſmus nõ proportionatus ad materiam. brante: fitque tunc ſpaſmus verus. Aut ratione ſenſibilitatis ſuæ, non quidem ſimpliciter [illegible], ſed quia neruo occurrit qualitas frigida vel maligna, vel humores acres, ſeu malitia ſua mordicantes, non tamen fixi in neruo. Hunc ſpaſmum non proportionatum ad materiam vocant, qui plerũque conſequitur mordicantem humorem, vt bilem

Species veri ſpaſmi. vel vaporem malignum. Cæterum veri ſpaſmi tres ſpecies à Galeno atque aliis recenſentur: [illegible], videlicet cum caput vna cum ceruice reliquiſque partibus ad anteriora tẽditur: [illegible] cũ ad poſteriora: [illegible] cũ diſtẽſio in recta fit. Locus affect⁹ interdũ eſt caput, vt diximus, ſeu cerebrũ, interdum ſpinalis medulla. Et nota affecti cerebri hæc traditur 3. de locis affectis, cũ muſculi faciei cũ reliquis partib. diſtẽdũtur. Cauſę, vt audi- *Cauſa.* uimus, duæ recẽſentur, repletio & inanitio. Repletio à pituita & ſanguine oritur: nam bilis ſpaſmum nõ proportionatum ad materiam excitat: humor autem melancholicus craſſior exiſtimatur, quam vt poſſit penetrare neruum. Ideo & qui molles neruos habẽt, vt pueri, ad hãc affectionem ſunt procliuiores. Proximæ cauſæ ſunt vel apoſtema, vel affluxus materiæ, à qua impletur neruus vt vibretur vel contrahatur, atque cum eo caput muſculi & chorda. Remotæ ſunt omnia quæ humores augent, & ad eorum prouentum faciunt. Inanitionis autem cauſæ perſpicue apparent, euacuationes ſcil. vel purgationes, vt fluxus ſanguinis vel ventris, vomitus, item labores, vigiliæ, animi accidentia immodice exiccantia, &c. Item febris ardens maligna. Vbi autẽ ſpaſmus ab inanitione eſt, nunquam ſubito fit, & cum membrum emaciatur atque areſcit, raro humectatione etiam diligente curatur. Spaſmus autem ex repletione, atque inflammatione contrarias indicationes curatiuas habet, videlicet vt ſuccorum redundantia ſubtrahatur, attenuante victus ratione. Auxilia ſunt *Auxilia.* ſanguinis miſſio, modo corpus non plane ſit pituitoſum. Vbi vero adeſt plenitudo, atque inflammatio, non tantum ſemel ſed bis, & ſi neceſſ[illegible]s requirat, ſæpius detrahẽdus. Purgati[illegible]es non intermittendæ, præſertim per [illegible] clyſteria & catapotia. Deinde parti affectæ phlegmone medendũ, vt 13. Methodi docemur. Cum autẽ à frigido humore obſidentur nerui ſpinæ dorſi & colli, calefaciẽtia adhibenda ſunt, perſeueranteque malo ad balnea atque frictiones deueniendũ, pręſertim ſi morbus à frigidiore humore originem duxerit, non neglectis iis, quę intra corpus ſumpta neruis conferunt. Aurelianus etiam cucurbitis vtendum cenſet. Cæterum de febre ex autoritate Hippocratis 2. Aph. 28. excitanda veteres Medici diſputarunt. *Febrem [illegible] eſſe excitandam.* ſed cum Hippocrates de ea, quæ ſponte accedit ſpaſmo à viſcidis & frigidis humoribus, quibus etiam nerui aluntur, orto loquatur, minime tutum eſſe putant, etſi Herophilo, Aſclepiadi, ſicut & Arabibus, tectum videatur febrem excitare: Nam morbo non niſi vehementem febrem auxilio eſſe, leuem vero non modo nihil adiumenti afferre, verum etiam nocere, conſentaneum videtur. P[illegible]rro cum magna fe-

bris

Digitized by Google

bris viribus p[illegible]ulum afferat, quam recte atque tuto ea quoque poſſit excitari, facile ii, qui rationem in medicatione adhibent in conſilium, intelligunt. Hippocrates etiam perfuſiones ex aqua frigida (quæ κατ' ἀντιπερίστασιν, videlicet quod calor, ſi modo in corpore fortis fuerit, intro repellitur) conſulit. Verum hoc auxilium Paulus non vacare periculo oſtendit. Cum vero per conſenſum oritur conuulſio, vt ex rodentib. ſuccis in ventriculo vomitus (quemadmodum docet Galenus libro duodecimo) prouocandus, ſic cum ex ictu venenatarum ferarũ, vincula membro iniicienda, vel neruus præſcindendus, vt teſtatur 3. de locis affectis. Ac ſi æger hoc non admittat, cucurbita affigenda, partique eſcbara vt 13. Methodi docet, inducenda. Theriaca non modo intra corpus danda, verum etiam parti affectæ, vt ex libro de Theriaca ad Piſonem cognoſcimus, applicanda. A frigore autem vehementi læſis, balneis, frictionibus, atq; vnctionibus calefacientibus, ſubueniendũ. Sed de ſpaſmo ſicut in reliquis affectionibus capitis, legant ſtudioſi diuinas Methodos ſummi Mõtani. Tyrones hoc ſaltem, quod initio dixi, obſeruent. Spaſmum ſemper eſſe cum motu ac ſæuiſſimo dolore, & ab hac affectione diſtenſiones muſculorum, quæ interdum à Paralyſi proficiſcũtur, ſicut & ſpaſmus Cynicus & eã q̃ Gramphum vocat, quæ à flatibus oritur craſſis, diſcernãt.

Perfuſio aqua frigida quando admittenda.

Krampf.

DE CATARRHO.

OSTENDIMVS hactenus ſtudioſis breuem methodum cognoſcendi atq; curandi affectiones capitis, quibus v[illegible] ſymptomatum nomina plerumq; tribuũtu[illegible] ſumũtur vel a ſenſu, vt Κεφαλαίαν atq; Κεφαλαλγίαν, vel a læſis functionibus τῶν ἡγεμονικῶν, quas temperamento ſuo cerebrum intra ſe efficit, vt Gal. ἔργα τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν vocat, atque vel abolent, deprauant, vel hebetant τῶν φανταστικῶν actiones, vel τῶν διανοητικῶν, vel τῶν μνημονευτικῶν. Aut ἔργα τῆς ψυχῆς κοινὰ lædunt, videlicet αἰσθητικάς, vel κινητικάς, vel vtraſq; ſimul, in toto corpore, aut parte, aut etiam pro vtrarumq; functionũ læſione, principum videlicet ſeu τῶν ἡγεμονικῶν, ac ſenſus & motus inter ſe miſcentur, atq; pro ratione cauſarum complicãtur. Reſtat, vt de his quę cerebro ſuperfluum excernente, per defluxionem generantur, agamus. Hæc generali nomine catarrhi vel deſtillationis (licet peculiariter Medicis dicatur catarrhus & deſtillatio, cum materia ad os vel vicinas partes defluit) comprehenduntur, quẽadmodum Galenus in lib. de humorb. Hipp. com. 1. declarat. Etſi vero in libris Methodi doctrina de Catarrho abſolute tradita non ſit, ac breuiter ſaltem monſtretu[illegible], cum fluxionum curatio lib. 5. & 13. Methodi pręſcribitur: tamen quia latiſſime patet, & ad omnem fere morborum rectam curationem (quẽadmodum Montanus in ſua methodo demonſtrauit) facere videatur, nos hic ea quæ Montanus fuſe lateq; de doctrina Hippocratis (quæ in libello de glandulis eſt) dixit, in pauca, quantum res ipſa feret, conferemus, ita tamen vt hic noſtras explicationes quoq; addamus, & Montanicam prolixitatem noſtra breuitate quaſi illuſtremus. Catarrhum eſſe defluxionem præter naturã alicuius humoris in ſubiectas partes, conſtat. Habet autem omnis expulſio ſeu fluxio præter naturam, harum quatuor conditionum vel vnam, vel plures, vel omnes. Primum, vt id quod expellitur, quantitatẽ naturalis effluxionis ſuperet. Secundo, vt qualitate non conueniente ſit pręditum. Tertio, vt non fluat debito tempore. Quarto vt feratur per loca inconuenientia. Hic autem memoria illud repetendum eſt, in quolibet membro quatuor eſſe virtutes, attractricem videlicet, retentricẽ, coctricẽ, & expultricem, quæ plurimũ ad fluxionem facit. Cum enim in membro multiplicatur vitio coctricis excrementum, idq; vel qualitate vel quantitate pergrauat colorem, natura, vel per vaſa atq; meatus & loca conuenientia conatur expellere vel ad exteriora tranſmittere. Cur autem ad loca debilia matèria fluat, exponendum eſt atq; tenendum, imbecillum membrum reddi, vel à primo ortu atq; intrinſecam ægritudinem, vel extrinſecam læſionem, vt à percuſſione, frigore, &c. Ad id vero humor cum defluit, ſicut cum a[illegible] cutim ſiſtitur, nec poteſt vlterius p[illegible]: & ſi calidus eſt, fit ph[illegible], [illegible] aliquis tu[illegible] [illegible], ſecundum naturã humoris, quemadmodum Gal. in poſteriorib. duob. libris Methodi expoſuit, aut abſceſſus ſi vero non fuerit imbecillitas in aliqua parte, ſed humor aliquis in toto, & virtus expulſiua non poſſit ratione multitudinis expellere, obſtruũntur etiam tenues meatus, & prohibetur trãſpiratio; ac conſequitur putredo, fiuntq; febres periodicæ ſeu intermittentes, quarum focus eſt in carnib. per vniuerſum corporis habitũ. Ac ſi tunc abundauerit humor pituitoſus, isq; putreſcat extra venas, orietur febris quotidiana. Si bilis, tertiana: Si humor melãcholic9, quartana. Eſtq; (vt cętera indicia omittã) huius rei, rigor (quẽ motũ muſculorũ deprauatũ, à natiui caloris & ſpirituũ, quibus natura vtitur ad expulſionem vi ortum cum refrigeratione partium externarum eſſe ſcimus) ſatis certus index, vt de laſſitudine (quæ pleriſq; febres intermittentes antecedit, ac pro diuerſitate humoris varia eſt, in tertianis quidẽ febrib. quaſi cum

Definitio.

Quatuor conditiones fluxionum.

1. 2. 3. 4.

Membri imbecillis cauſa.

Digreſſio febrium externa.

Fomes febris intermittentium.

Rigor quid.

Laſſitudo prochronica febrium intermittentium.

ſenſu rei pungentis, in quartanis cum ſenſu contuſionis, &c.) nihil dicam. Porro magni ingenii homines in errore verſari, cum aſſerunt, focum intermittentium in ſpaciis circa membra interiora, vel in ipſis membris eſſe, vel ex eo perſpicuum eſt, q; & ipſa membra sũt plena venis, & cauitates, venas vicinas habent, ita vt ſi in iis eſſet focus & locus, in quo primum igneus calor præter naturam accẽditur (qui tamẽ calor prius nõ dicitur febris, quam ad cor, q; proprium ſubiectum febris eſt, pertingat) vix fieri poſſet, quin febres cõtinuæ, quorum focus in venis eſt, generẽtur.

Focum intermittentium non circa mẽbra interiora.

Focus continuarum.

Nam plane continuæ, i. quæ vere ſine periodis exiſtunt, fiunt, cum materia putrida eſt, in vicinis locis cordis & magnis vaſis. Continuę autem, quę tamen intermittunt, & quaſi periodos habent, generantur, cum in minorib. & remotiorib. venis focus eſt. Atq; hinc apparet, cur ex intermittentib. cõtinuę, & ex cõtinuis intermittẽtes fiant. Quãdo enim in continuis materia minuitur atq; coquitur, & à natura extra venas pellitur, ſæpe intermittentes has conſequuntur. ſicut è contrario in mala victus ratione atq; errorib. Medicorum, cum obſtructio & materia augetur, ac extra venas in muſculos, qui habitũ corporis conſtituunt, excuti nequit, non raro ex intermittentibus continuę fiunt.

Cauſa trãſmutationis febrium.

Obiectio refutatur.

Quod autem obiiciũt nobis, qui aduerſantur huic ſententiæ, curationem non dirigi, (præcipue in intermittentib.) ad materiam, quæ in habitu corporis eſt: item multos liberari vomitu, purgationibus, ſanguinis fluxion[illegible]in[illegible]tum eſt, illos minime conſiderare cura[illegible] Methodum, cuius ratio eiuſmodi eſt, vt quen[illegible] teſtatur. Nullus affectus poſſit vel debeat c[illegible] manẽte eius vnde ortus eſt cauſa. Cum igitur in pituitoſis febribus prima & præcipua cauſa abundantis pituitæ ſit ventriculus, ſicut in bilioſis ſeu tertianis (quæ tamen raro ſunt exquiſitæ) iecur atq; veſica fellis, in quartanis lien neceſſe eſt vt iis membris, quæ materiam & fomitem malo ſuppeditant, non tamen focus ſunt, ſuccurramus: ſicut in continuis, ne ſanguinis miſſionem negligamus: Sed longius progredior aliud agens. Quia vero de febribus deinceps plura dicere, quam Galenus nos docuit, non eſt propoſitum, & in his libris doctrina de foco atque febribus intermittentibus deſignata verius, quam explicata ſit: hæc iſto loco propter Tyrones, qui ſæpe ſine iudicio applaudunt nouis ſententiis, volui referre. Pleniorem autem de his tractationem alibi inſtituemus. Nunc vt ad doctrinam de Catarrho ſeu fluxionibus in genere redeamus. Perſpicuum eſt ex iis, quæ modo diximus, in omni fluxione primum conſiderandos eſſe [illegible] terminos videlicet à quo oritur fluxio, & ad quẽ tendit: quorum prior vulgo dicitur membrum mandans, poſterior membrum recipiens. Obſeruandæ ſunt & viæ, per quas fluit: denique ipſa materia quæ fluit, qua ceſſante neque mandante tranſmittet per vias aliquid, neque recipiens pergrauabitur. Materiæ autem tanta eſt diuerſitas, quanta humorum in corpore. Cumque in humoribus putredo conſequitur, tum variè afficiuntur homines, vt nemo omnes differentias affectionum explicare poſſit. Itaque non mirum, ſi infinitæ morborum ſpecies oriantur.

Duo termini in fluxione conſyderandi.

Catarrhalis materiæ diuerſitas inexplicabilis.

Cauſæ efficientes.

Secundo ſperanda ſunt efficientia, alia quidem in mandante ſeu tranſmittente membro, alia in recipiente. Mandans vel aliqua intemperie laborat, vel in eo cõpoſitio læſa eſt, ita vt non poſſit conficere bonum alimentum, & neceſſe ſit excrementa prouenire: vel quia defertur eo alimentum vitioſum maligna qualitate præditum impetu quodam, vel propter imbecillitatem aliquam recipit excrementa à vicinis partibus. Hæc poſtrema cauſa etiamſi & in recipiente ſpectetur, tamen duæ alię accedunt, videlicet quia vel calor in eo eſt, vel dolor attrahens, id q; non debet attrahere. Non attingam hic diſputationes, quo pacto hęc trahãt.

Natura ſuperior.

Porro in omni fluxione vel natura eſt ſuperior, atq; vincit humorem, vel ab eo ſuperatur. Cum ſuperior eſt materia, vel diſſipatur per halitum, vel cum fit abſceſſus, ſupputatur, vel tranſit in duritiem & ſcyrrhum, vel critice per vrinã, aluum, ſudorẽ, orificia venar[illegible] quæ in narib. & hæmorrhoidib. ſunt, [illegible]pellitur.

Succumbit.

Si fluxio vincit naturã & temperiem membri, vel ſuffocatur calor, & ſequũtur gangrenæ, vel contingit putrefactio & arefactio: vt cum ad pectus deſcendit fluxio, fiũt vlcera pulmonis, & phthiſis. Sic propter defluxum ad coxendices, membri conſumptio comitatur. Interdũ & mors ſubita cõſequitur, vt cũ cor triſtitia, iracũdia, aut aliquibus de cauſis reſolutis ſpiritib. fluxione tentatur. Morbus autẽ ipſe à catarrho vel defluxione ortus ſpectatur, nõ in membro mãdãte ſed recipiente. Ideoq; mandãti præſeruatio debetur, ne cumuletur in eo materia, quã expellit, atq; vt roboretur, quo illã concoquat.

Recipiens morbum.

In recipiente autem ſequitur vel intemperies, vt inflãmmatio vel mala cõpoſitio, vt tumor aliquis præter naturam, vel alia, vt variolæ, morbilli, ſcabies in cute, atq; omnes cutis affectiones: vel alia ſymptomata, vt coloris mutatio in ictero. Dupliciter vero recipitur nocumẽtũ in mẽbro, vel vt à ſano, & q; nullam [illegible] præter naturam in ſe habet, atq; hic morb[illegible] dici poteſt per cõſenſum:

vel aſfe-

vel affectum aliquo modo, & tum difficilis eſt curatio, cum præſertim materia affluentis eſt contraria affectioni priori, ita tamen vt nihil adiumenti ad curationẽ morbi, qui per ſe adeſt, afferat: vt ſi mala intẽperies calida ſit in vẽtriculo, & is recipiat à capite fluxionem frigidam. Cæterũ vix vlla fluxio timenda, membro mandante ſano exiſtente, quia ſanum vel non curabitur, vel materia cõcoquetur: niſi forte κακοχυμία in toto corpore, vel in venis fuerit, ratione cuius nutrimentum vitioſum delatum cõfici nequeat, atq; neceſſario pellatur. Tunc igitur ad totũ corpus reſpiciendũ, vel certe ad illud membrũ, vnde præcipue copia humoris mali ſuppeditatur. Oritur autẽ iſto modo plerumq; κατὰ συμπάθειαν, ſicut in illis apparet, quibus propter vitioſos humores in ventriculo caput afficitur, ita vt vertigine & epilepſia tententur, qui vbi aliquod vitioſũ nutrimentũ ingeſſerint, ſtatim deterius valẽt. Sed cũ per ſe affectum eſt caput, vel oculos, vt deterius videant, vel aures, vt grauius audiant, vel nares ſimul affectas videmus, vel palatum plenum pituita, ita vt de repletione capitis non poſſit dubitari: Etſi autem repletio iſta ſit morbus, tamen niſi tranſmittatur ad membrũ aliquod recipiens, & in eo affectionem præter naturam inducat, fluxio dici nequit.

Fluxio non timenda membro mandante ſano.

Signa capitis repleti.

Conſideremus vero hic differentias fluxionum, quarum quædam ſumuntur à ſeptem meatibus, per quos materia fertur, quædam à materia, quędã à cauſis efficientib. Septem vero meatus monſtrauit nobis Hip. in lib. de Glandulis, videlicet aures, oculos nar[illegible] palatũ, gulam, & trachæam arteriam, ven[illegible] & arterias, vertebras ſpinæ & neruos. Hi ad [illegible] quaſi generales deducũtur, cum in foramina, vt ſunt aures, oculi, nares, palatum: & vias amplas, i. aſperã arteriam, & Oeſophagum: atq; anguſtiores, videlicet venas & arterias, neruos capitis & ſpinæ dorſi diſcernuntur. quælibet autẽ fluxiones per tres vias ſingulas morborũ ſpecies, vt deinceps declarabimus perduerũt. Materia vero ipſa catarrhi (ſi propria illius appellatio, h. e. de fluxione materiæ in capite generatę, ſumatur) eſt pituita. Cum. n. cerebri tẽperatura ſit frig. & humida, tantum hunc humorem generat. Verum pro varia intemperie ſua, & varietate humorum atq; vaporum, qui in caput deferuntur congerie, materia quoq; ipſa varia eſt: Si caput per ſe calidius tenuem pituitã generat. Si vero propter caliditatẽ hepatis putreſcat, & adurantur partes tenuiores, vt ſit in aqua marina, ſalſa pituita prouenit. Sed de putredine materiæ ante monui. Nunc illud repetendum eſt, catarrhum communiſſima appellatione poſſe dic[illegible] de omni materia, etiam ſanguine ad fauces deſtillãte: ſicut fluxionis vocabulum de omni humore, qui defertur de loco in locum vſurpamus. Hic autem de fluxione à capite ad partes ſubiectas agemus.

Differentia fluxionum.

A meatib.

A materia.

Pituita ſalſa.

Huius cauſæ efficientes vel ſunt à cerebro ipſo, vel à membris inferioribus. Quæ in cerebro ipſo ſunt & immediate dicuntur, proueniũt vel ob eius intemperiem calidam aut frigidam. Calida quidem per accidens efficit catarrhum, quia calor plus attrahit, quam poſſit concoquere, & in halitum digerere. Frigida per ſe catarrhi cauſa eſt, quia alimentum ad cerebrum delatum, non conficitur, nec per halitum difflatur. Cum autem à membris inferioribus oritur, & efficientis intrinſeci rationem habet, vel ventriculus intemperatus, vel iecur calidum, à quo eleuantur plurimi vapores, reperitur: atque tunc morbus per conſenſum dicitur. Extrinſecæ vero cauſæ ſunt, primo intemperies aeris calida, in qua plerumque ſalſi catarrhi & excoriantes, vt loquuntur, vel frigida, in qua craſſi proueniunt. Secundo affectiones animi requirantur ſpiritus vel eos reſoluentes. Tertio ocium, in quo excrementa cumulantur & ſpiritus torpeſcunt. Quarto vigiliæ quæ abſumunt ſpiritus. Quinto ſomnus nimius, qui refrigerat, & maxime à prandio, qui tunc violento motu calor ad interiora retrahitur, ac ſpiritus craſſiores & frigidiores fiunt. Sexto inanitio & repletio: quia crapula & ebrietas plurimum facit, vt pergrauetur caput, cum crapula inde nomen habeat. Immodicæ enim inanitiones, vt M[illegible] ci loquuntur, vire[illegible] frigidiora corpora reddu[illegible]. Ac cum per [illegible] venereum multum exhauriãtur ſpiritus, id quod concauitas oculorum indicat, venus ſuperflua non parum catarrhoſis nocet, etiamſi interdum adiuuare videatur. ſed intrinſecas cauſas, & cur in capite potiſſimum generetur catarrhus, perſequamur. Prima autẽ eſt intemperies cerebri frigida & humida. Secunda raritas illius, vt apparet quoq; in glãdulis, quæ prompte ſuſcipiunt pituitam. Et Hipp. inquit, cerebrum tanquam magnam glandulam eſſe, atq; caput ἄνωθεν ἐπικεῖσθαι τοῦ σώματος incumbere, ideoq; ῥίζαν τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος eſſe. Tertia, magnitudo viarum in cerebro, videlicet foraminum & vaſorum interiorum & exteriorum. Quarta locus cerebri, ad quem aſcẽdunt vapores, atq; in eo quia laxum eſt, figuntur, eiusque frigiditate denſantur, vnde poſtea, niſi coquantur à natura, & ad benignum redigantur, deſtillant. Nam cum materia catarrhi ad caput fertur, vel in ipſo prouenit, principio eſt cruda, i. tenuior vel acrior, quam vt naturę accommo-

A cauſis efficientibus.

Cur in capite potiſſimũ generetur catarrhus.

data ſit: Veruntamē quia nondū ad eā malignitatē peruenit, principio eſt cruda, i. tenuior vel acrior, quam vt naturæ accōmodata ſit: Veruntamen quia nondū ad eā malignitatē peruenit, vt prorſus natura eam nō poſſit ferre, craſſefaciēdo & contēperando reddit benigniorē, ac ſuperfluū expellit ꝑ loca cōuenientia. Sin minus & materia vel multitudine, vel malignitate ſua ferıur, natura quoq; in officio eſt, & ſi expellere poteſt id ꝙ eam pergrauat, plane reiicit. Vt exempli gratia: Catarthus ad ventriculum delapſus vel vomitu reiieitur, vel per inferiorē ventrem deſcēdit, & reliquū concoquitur, i. à calore ſuperatur, vel ſi humor plurimus ad aliquod membrū delapſus expelli nequit, nec meliorē formam, à natura accipere, mediū quiddā inter alimentū & excremētū producit, ſicut ſaniē albā, leuē & æqualē, cum materia delabitur ad pectus, vel in aliis vlcerib. Si vero natura ꝓrſus multitudine & malignitate fluxionis ſuperatur, mēbrū emoritur, & fit gangræna, vt dixi. Sin abeſt malignitas, & ſola multitudo pergrauat, induratur materia in mēbro, & ſcyrrhus cōſequitur. Verū hęc per ſigna rectius explanabimus. Materiam autē in cerebro cōtineri indicat grauitas capitis, actiones cerebri diminutę, atq; ſępius virtus motiua aggrauata. Si autē iam fluit, & per oculos fertur, morbi oculorū conſequūtur, alii quidē à materia calida, & ophthalmia, Latine Lippitudo dicitur: eſtq; inflāmatio in tunica agnata oculis: vel fit ἐπιφορὰ, videl. omniū humorū impetuoſior flux⁹ ad oculos, [illegible] ituitæ curſū nominat, vel ὑπόχυμα, i. ſuffuſ. [illegible] nter coronā & cryſtallinū cōcreto: aut alię an [illegible] ne humoris diuerſi in partes diuerſas oc[illegible] incūbētis.

Ad aures.

Si ad aures materia fluxionis delabitur, ὠταλγία, i. auriū dolor cōſeqtur: vel fiūt aures purulētę, aut oritur ἦχος καὶ συριγμὸς, i. tinnit⁹: vel κώφωσις, i. ſurditas.

Ad nares.

Si ad nares fertur, ꝓprie κόρυζα appellatur, dū videl. μύξα, i. mucus elabitur. Interdū retēta materia ὀζαίνας, i. vlcera profunda & putrida nariū facit.

Ad palatū.

Cum ad palatū fluit multitudo ſputi moleſta eſt. Non raro etiā nauſea, quia catarrhi materia inficit ita initium Oeſophagi, vt quaſi bolū in faucib. habere videamur. Si illa eſt calida & acris, fiunt ſæpe vlcera, quę Græcis ἄφθαι dicuntur, palati eroſiones, itē gingiuarū & fauciū. Sin frigida, dētes quaſi vacillāt, & gingiuæ laxātur atq; lāguidiores fiūt.

Angina non fit à fluxu ad palatum.

Nec angina, vt quidā arbitrantur, dū materia per palatū fluit, generari poteſt.

Ad aſperam arteriam.

Cū autē per ſecundū genus meatuū, h.e. per aſperā arteriā deſcendit catarrhus, & βρόγχος repletur viſcidis humoribus, difficultas ſpirandi, quia ſpiritus libere tranſire nequit, ſequitur. Item raucitas, quia aer per materiam catarrhi delatus, tanquā per aquā ſonitū edit.

Ad Oeſophagum.

Per Oeſophagū vero cū delabitur, cōſequitur nauſea & vētriculi imbecillitas, cruditas καρδιαλγία. Si trāſit vētriculū, fiūt obſtructiones in meſaraicis, vel aucto catarrho lienteria ſeu leuitas inteſtinorū cōſequitur: vel ſi acut⁹ ſalſus atq; mordicans eſt δυσεντερίαν atq; exulcerationē inteſtinorū facit. Generatur & colicus dolor à materia pituitoſa, & cū ea retinetur atq; putreſcit, lūbrici: itē τεινεσμὸς, i. deſidēdi cupiditas. Cum ad hepar tranſit, illud frigidius redditur, obſtructiones fiūt, inde ὕδρωψ, vel Icterus, obſtructo meatu fellis. Renū etiam vitia ſæpe à catarrho augentur.

Per arterias.

Cū materia catarrhi per arterias deſcēdit, fiūt molliores, & pulſus parui, ac ſuboritur παλμὸς, i. palpitatio cordis, & λειποθυμίαι, i. animi deliquia, quia arterię cōmunicāt vapores cordi.

Per venas.

Sin vero per venas deferatur in halitū totius corporis, oriūtur vel laſſitudines, vel cachexiæ. Refrigeratur. n. ſanguis ab humore crudo, & intumeſcit quaſi corp⁹, aut obſtructis exiguis venis nutriri nō poteſt, ideo ſequūtur febres τυφώδεις: Cōtinuæ quidē, ſed tamē erraticæ, cū inæqualitate pulſus, vrinis crudis, pallentib. atq; ſpumantibus, ita vt ſpuma non ſuperficiē tantū (ꝙ fit, cū a renib. oritur, [illegible]intq; tūc etiā vrinæ craſſiores & flauę) verū ipſā ſubſtātiā occupēt.

Vrina tota ſpumoſa.

Interdū febres ὑγρώδεις, i. humidæ, in quib. ſtatim prima die ægri ſudant, ſudore nihil adiuuāte fiunt, quæ tenui diſtātia à Typhode febre diſcernuntur, nec res lite digna videtur. Cæterū ſi materia tenu[illegible] eſt, pruritū excitat, ſi craſſior ſcabiē. Cō[illegible] quūtur etiā aliæ cutis affectiones & tumores præter naturā, quas Gal. diligēter in poſterioribus libris, vt dixi, explicat.

Ad fauces per venas intrinſecas.

Si per intrinſecas venas ad fauces deſcendit, pro diuerſitate locorū diuerſæ affectiones fiunt, ἀντιάδες quidē, cū ad tōſillas, cū ad columellā, κιονίς: cum ad locū mediū inter columellā, & tonſillas, παρίσθμια i. fauciū inflāmationes. Si ad muſculos laryngis, anginæ ſpecies, de quib. odioſe magis quam neceſſario, vt oſtendit Gal. lib. 4. de loc. aff. & 3. Prog. com. 20. litigatur. Curatio autē, videlicet ꝙ ægri in hac affectione plurimū venæ ſectiōne iuuentur, indicat materiā per venas non per foramina fluere.

Per venas extrinſecas.

Vbi vero ꝑ extrinſecas venas deſcendit, abſceſſus ꝓueniunt, parotides, i. inflāmatiōes ad aures, ſtrumę &c. ſi ad pulmonē atq; thoracem per venas dela[illegible] tur fit difficultas ſpirādi & cum materia putreſcit: φθίσις conſequitur. itē αἱμοπτοΐς, i. cruētū ſputū, ἐμπύημα, i. purulēta excretio. Nam ſi humor ille tenuis fuerit, ſanguinem tenuiorem reddet; & orificia venarum aper[illegible], ſi craſſior ſtatuabitur in venis, & ſic tum[illegible] antur ſæpe venæ. Pituita

etiam

etiam ſalſa facit eroſionē, maxime quæ noxa eſt, propterea quod ad ſolutionem cōtinui, intemperies etiam accedit. Si per venas ad infimas inteſtinorum partes deſcendit ſæpe per hæmorrhoides, exitum molitur, ac pruritum, & ſimiles affectiones efficit. Si ad articulos delabatur, arthritidē atq; podagram progenerat. De hoc vero deſcenſu, quia diſputant Medici, deinceps aliquid agemus. Cum autem per neruos & ſpinalem medullam fertur, eas affectiones, de quibus paulo ante dixi, videlicet ſpaſmum, paralyſin, &c. producit. Nonnunquā etiā laxationis cauſa eſt, vt in iſchia, ꝓpter humorū deſcēſum fieri ſæpe videmus. Conſequūtur vero grauiſſimi interdū dolores, quia materia ꝑ partes ſenſibiles trāſit. præterea κατ᾽ συμπάθειαν affectis neruis ipſum cerebrum afficitur, & homines in apoplexias atq; epilepſias incidunt.

Ad infima inteſtinorū. *Ad articulos.* *Per neruos & ſpinalem medullam.*

Indicatis hoc modo fontib. atq; viis fluxionum omnium, cum cognitio materiæ plurimum ad curationem faciat, illius quoq; dignotionem perſequemur. Etſi vero vt dixi, plerumq; pituitoſa eſt, atq; pituitæ differentiæ, videlicet an ſit ſalſa, an acida, &c. ab exeuntibus deprehēduntur, tamen interdum quoq; calidā minime obſcuris indiciis, caliditate videlicet capitis ſiti, &c. eſſe animaduertemus. An vero cruda vel concocta ſit, inprimis conſiderare nos oportet. id hac ratione inueſtigabimus. Si quæ exeūt, fuerint vel tenuia, vel minus craſſa, vel inæqualia, h. e. partim craſſa, partim tenuia, cruda cenſetur materia catarrhi. Si vero fuerint alba, lenia atq; æqualia, coctionis indicia habemus. Si viridia, & nigra, aut ſubnigra, corruptionis notas cenſebimus. Sapor etiam coctio. is index eſt Cruda enim catarrhi materia acidum vel ſalſum habet ſaporem. Cocta, ſubdulcis vel inſipida eſt. Nonnihil & facilitas expellendi per ſputum, nares, &c. ſine ardore vel cum ardore, nos admonebit. His ita obſeruatis veram διάγνωσιν catarrhi habebimus, atq; cōſiderata natura rei, videlicet fluxionis, quæ eſt expulſio ab vno membro ad aliud, occurret primum generaliſſima indicatio, fluxionem eſſe ſiſtendam.

Conſideratio materiæ var. *Indicationes.*

Deinde reſpiciemus ad duos terminos, videlicet vnde fluxio oritur, & in quē deſinit. Prior, vt dixi, membrum mandans appellatur, quod præbebit duas indicationes, videlicet vt afferamus excrementum quod expellitur: deinde, vt vitium, ex quo proueniunt excrementa, in eo corrigamus. Recipiens etiam duas, videlicet vt roboremus ne recipiat, & id quod fluit ad aliam partē trahamus. Galenus lib. 5. Methodi tria ſpectanda docet in curatione catarrhi ſalſi, ne æger ſanguinem eroſo pu[l]mone reiiciat. Primum, vt expurgetur materia. Deinde, vt roboretur recipiens membrū, & materia corrigatur. Tertio vt capiti proſpiciatur. Itaque mittit aliquib. initio ſanguinem, præſcribit etiam catapotia ex aloë, ſcammonio, colocynthide, agarico, bdellio, & gummi Arabico, ac muliere Romana clyſtere iniicit, rectamq; victus rationem, quo diminuatur & corrigatur materia, oſtendit. Exhibet Theriacam & Diaſpermaton: poſtremo ea quæ exiccant caput. Atq; hi ſcopi in omni curatione catarrhi, quæcunque ſit ſpecies, nobis tenēdi erunt. Cum igitur in qualibet fluxione & materia multa ſit, & eum impetu ruat, conſequatur etiam propterea dolor: ideo rectiſſimum auxiliū eſt, non ſolum ratione reuulſionis, verū etiam euacuationis materiæ mittere ſanguinem, niſi humores plane ſint craſſi, & à natura ſanguinis multum diſtantes. Tunc etiam ἀντισπάσεις faciendo per ligaturas, frictiones & clyſteres, ac materia præparata medicamentis conuenientibus expurganda. Victus etiam ratione & medicatione alterandum corpus & membra deinceps roboranda, tam propriæ quam impropriæ corroborationis (vt vulgatis verbis vtar) vocabulo ſumptis. Nam proprie corroborari membrum dicitur, cum ad naturalem habitum deducitur, ita vt calor innatus in eo ſuas effectiones habeat. Minus proprie ſeu κατ᾽ συμβεβηκὸς, cum illud denſum ſolidū efficere, laxitatem & viarum amplitudinem in eo corrigere ſtudemus, atq; ita fluxionis occaſiones prohibere conamur: Id vero fit aſtringentibus, i. refrigerantib. & exiccantib. Proinde Galen. 13. Methodi rela[t]um v[i]ſum in Ameth[...] [...] nec[...] [...]probat, & [...]orum influxionibus diligenter tuendum monet. Caput autem alias puluеribus exiccantibus, alias dropacibus, ſinapiſmis, & cauteriis exiccamus, atque in omni fluxione hos ſcopos tenebimus primum, vt totum corpus & membrum mandans euacuetur. Secundo vt reuellamus fluxionem ad oppoſita. Tertio, vt vitium in mēbris corrigamus & recipientes corroboremus. Auxiliorū vſus variatur, pro vt ſunt varia loca, per quæ fluit, diuerſa item materiæ & efficientia. In membro, per quam fluit, obſeruemus eius ſubſtantiam, i. an ex carne, neruis, venis & arteriis ſit confectum. Secūdo; modum ſubſtantiæ, an laxum vel ſolidum. Tertio temperaturā. Quarto εὐαισθησίαν καὶ δυσαισθησίαν. Quinto, ſitū an in ſuperficie ſit, vel in profunditate. Sexto operationes. Sic alia remedia adhibemus, cum fluit ad oculos, quā aures, nares, palatū, licet plerumq;, niſi materia ſit nimis multa vel corrupta, tuto per foramina inferatur. Si per ſecundum genus

Roboratio vera. *Roborat. in accidentaria.*

vlarũ tranſit, videl. venas, modo nõ ſit cruda prorſus optimũ auxiliũ eſt miſſio ſanguinis: Cum per canales, aſperam videlicet arteriã fertur, becbica adhibemus. Cum per Oeſophagum, vel vomitu vel purgante medicaméto, pro vt requirere morbus videtur, ediſcimus. Si vero ad neruos delabatur, digeretib. medicamentis vacuato corpore vtimur. Cæterum in alterantib. naturam quoq; partiũ inprimis ſpectamus. Sic affectũ neruum validius exiccamus, quam muſculos, ventriculo ſubuenimus abſinthio, &c. Cũ autem repellentib. materiã medicamentis vtimur, inprimis hoc cauendum, ne ab ignobiliori mẽbro ad nobilius & præſtantius pellamus: quanquam repellendum eſt ad interiora, ne cor, pulmo, vel Diaphragma lædatur. Sic rene dextro laborante minus refrigerandum, ne materia ad hepar reprimatur. Quãdo vero ad cutim, ad renes, aut per alias vias conuenientes natura ducit, nequaquã repellentib. eſt vtendum. Materia quoq; auxiliorum vſum variat. Peccat autem ea qualitate vel quantitate. Si quãtitate humores exuperãt, larga miſſio ſanguinis conceditur. In qualitate ſpectamus vel tenuitatem vel craſſitiem humoris aut admiſtionẽ alterius. Si ſanguis ..t tenuis, videlicet cũ rubore multo, quia eiuſmodi corpora facile reſoluuntur, nequaquam multus mittendus. Si craſſus, ne tunc quidem, ſed cõtemperãdus prius, quam extrahendus. Sic ſi bilis multa fuerit admixta, parũ detrahẽdũ, vt ardor illius reſtinguatur, vel prius contemperanda. Si pituita plurima cõmixta fuerit, coquẽda & pręparanda moderat... ..lefacientib. quia à moderato calore fit coctio: Si... ...is, ...ſus vel mordax ſit, tunc materia nõ aggreditur ... ...que contemperandũ. Cum vero multa ſanguinis fex eſt, vt melancholici humoris abũdãtia, vtendũ eſt calidis tẽperate & humidis, fugiendaq; calida & ſicca, itẽ acetoſa, p...ſertim initio, quemadmodũ prolixe & erudite de his diſputat Montanus. Efficientia autem ſemper poſtulans contraria remedia, cumq; ea ſint varia influxionib. ſicut & effecta. βοηθήματα oĩa cõpendio recenſere planè nõ poſſumus. Ad Galenica igitur noſtra redeamus.

DE OCVLORVM AFFECTIONIBVS.

De Ophthalmia, quę eſt inflãmatio tunicæ oculi, illius videl. quæ os capitis & caluariæ ambit: & vulgo cõiunctiua dicitur, prolixe agit Gal. lib. 13. c. 22. atq; de fluxione ad oculos, q̃ in eis dolorem excitat, perſpicuam doctrinã proponit. Doloris autẽ cauſas tres recenſet, vehemẽtem acris humoris confluentis morſum: ſecundo tunicæ diſtẽſionem. tertio, craſſorũ humorũ vel flatuoſi ſpiritus extenſionẽ. Paulus & Ætius differẽtias inflãmationis ponũt, ac ταραξιν vocãt, cũ ab aliqua cauſa externa fit cõturbatio in oculo, quam cõſequitur calor, cũ humiditate & rubore huic affectioni facile medemur. ὀφθαλμίαν, ſeu lippitudinẽ, cũ malũ ab interna cauſa oritur, nẽpe ab affluxu humoris, χύμωσιν, cũ ea inflãmationis vis eſt, vt vtræq; palpebræ ita inuertantur, vt oculos nequeãt tegere, albũ etiã oculi eminet, & nõ ſolũ rubere, verũ nigricare cũ ſummo dolore eos apparet. *Taraxis.* *Ophthalmia.* *Chymoſis.* Cũ igitur adſit plenitudo & inflãmatio ea tollenda, atq; deinceps digerẽtib & lenientib. vtendũ eſt. Hos ſcopos ἐνδεικτικῶς proponit Gal. & copioſe explicat. Ac primũ hoc monet nõ ſolũ in omni phlegmone, verum affectione vidẽdum vt in corpore humores ad mediocritatẽ quandã reducantur, & ſi à capite defluant, atq; vitiũ ſit à diſcraſia, huic ſubueniendũ. Interdum & cerebrũ ipſum τὸ ῥεῦμα tranſmittere, aliquãdo τὴν ἀγγείων, ſeu vaſorũ πάθος & vitiũ eſſe, venis ſcil. atq; arteriis imbecillioríb. Hic quid faciendũ ſit: ſupra de ſententia Gal. expoſui. Nunc ad indicãtia redeamus. Vacuationẽ nobis per pharmaca & phlebotomiã præſcribi, 13. Meth. legimus. At Gal. 1 r. c. oculorũ phlegmonẽ purgatione vno die ſanatam ſe vidiſſe affirmat. Eſt autẽ ea inprimis conueniẽs, quando cõfluens humor dolorẽ cum morſu atq; punctione facit. Id. n. bilis abundãtis indiciũ eſt, ſuntq; tunc cholagoga exhibẽda, atq; deorſum reuellendo, & vacuando materia trahẽda. Cũ vero eſt diſtenſio atq; grauitas & repletionis notæ, ſanguis detrahẽdus, pri⁹ quã διαφορητικὰ medicamẽta adhibeamus. Porro h... Gal. generale præceptum tradit, ſemper ante vſum τῶν διαφορητικῶν, ne quid affluat, obſeruãdũ: nẽpe, vt redũdãtiã ex toto corpore tollamus, nec prius ad ea q̃ digerunt perueniam⁹. Inter digerẽtia vero numerat balnea, vbi ſcil. ſunt acres humores, fomẽta ex aqua dulci mediocriter calida, & decoctũ fœnu Græci. At cũ initio lenientib. vtendũ præcipit, ſũpta indicatione ab ἀναισθησίᾳ partis, inprimis albumen oui ad ἀνωδυνίαν cõmendat, q a hoc minime mordẽs, lenite humores poſſit, atq; adhęrere, quia glutinoſũ: tertio, q. lẽtum ſine morſu ſit. Duodecimo eſt lib. in iis quib. ſanguis craſſus & φυσώδης venulas diſtẽdit, & dolorẽ facit, niſi ſit plethorica corporis cõſtitutio, ex ſentẽtia Hipp. vini potionẽ cõmẽdat. Sed vt lenientib. cum dolor adeſt, rectè vtimur, ita fomẽta digerentia tunc vt dixi, demũ adhibemus, cũ nihil amplius affluit. Nã ſi prius applicẽtur: exiguã leuationẽ adferunt ac paulo poſt dolorem augent, quemadmodum comp. ſexto Aphor. 31. Galenus declarat. Ad dolorem vero ex flabili ſpiritu

ſpiritu medicamentũ διὰ κασσορ[?]ίε item collyria quæ calefaciunt, in fine duodecimi libri cõmẽdat, & διὰ κινναμώμου nominat. Ad ſæuiſſimos etiã dolores eodẽ loco διὰ ὀπίου κολλύρια, dum maxima neceſſitas requirit adhibẽda: ſalutẽ qdẽ hominis ἐν τῷ παραχρῆμα εἰς ὕστερον ἀπολλυμένης βλάβης præferentes. Πτερύγιον Gal. 14. Meth. inter morbos in numero recenſet. *Vnguis.* Eſt autẽ affectio oculi in qua mẽbrana neruoſa à magno plerumq; angulo iuxta naſum exorta, vſq; ad nigrum oculi extẽditur, & interdũ pupillã tegit & viſum impedit, Celſo vnguis dicitur. Oritur à craſſorum humorum affluxu. Itaq; ſcopi curationis duo ſunt, videlicet vt amoueatur id quod affluit, & recta victus ratio inſtituatur: illud vero quod præter naturam enatum eſt, manu artificioſe tollatur, præſertim ſi inueteratũ eſt. Nam initio emollientibus & aſtringentibus medendum, à Galeno 4. κατὰ τόπους docemur. περὶ ὑπωπίου eodem lib. 14. agit. *Sugillatio.* Latini ſugillationem & maculam appellant. Hac affectione agnata tunica ſeu cornea afficitur, dum ſub ea pus, quemadmodum hic ait Gal. colligitur, interdum etiam ſanguis ſeu cruentus humor. Cauſa plerumq; eſt externa. Indicatur autem poſt ſectionem venæ atq; purgationem διαφορητικῶν vſus. Iuſtum etiam medicum, oculorum concuſſione hypopios ſanaſſe ſcribit.

Suffuſio. Eodẽ loco ὑποχύματος meminit, quod vitium Latinis ſuffuſio dicitur. Eſt autẽ morbus in compoſitione ſeu in numero, cum videlicet aliquid toto genere præter naturam adeſt. In hac autẽ affectione ſeroſus humor inter cryſtallinum humorem & corneã tunicam colligitur, qui paulatim denſatur & concreſcit, itaq; vt Galen. monet, incipiens aliquando digeritur, vbi vero diu conſtiterit malũ, & quaſi limus factus fuerit humor, punctione curatur. In qua, quemadmodum inquit Gal. dum πρῶτον σκοπὸν, videlicet vt ſanetur affectus, attingere non licet, δεύτερον aſſequimur, atq; materiam quæ obſtat viſioni in locum minoris momenti transferimus. Porro corniformem tunicã, vbi inter ſe tunicę cõmittãtur, qui Græcis ἰρις καὶ στεφάνη dicitur, diuidi docet. *Vlcera oculorum.* Meminit quoq; hic Chalatij, i. tuberculi in ſuperiori palpebra, & Trachomatici medicamenti, i. quo aſperitates palpebrarum curantur: & quinto libro vlcera oculorum collyrio ex thure curãda docet. Verum cum vlcerum curatio ab eo prolixe ſit tradita, compendij ratio vetat hic eadem prolixe perſequi. *Depilatio palpebrarũ.* Πτιλώσεως etiã, i. cum palpebrarum pili decidunt, vnico verbo bis mentionem facit lib. 14. Affectio autem ſimilis alopeciæ eſt. Itaq; & curatio, licet medicamenta ratione particulæ affectę varientur. ἐγκανθίδας quoq; inter morbos in magnitudine recẽſet. Eſt autẽ ἐγκανθὶς affectio cum in maiori angulo oculi, qui Græcis κανθὸς dicitur, caro naturæ modum excedit. Curationis indicatio eſt manifeſta, ſcilicet vt id remoueatur, quod abundat. Medicamenta κατὰ τόπους recitantur: opponitur autem huic affectioni altera, quæ ῥυὰς à Gal. appellatur, cum ſcil. imminuta ac deperdita carne in maiori angulo, oculus lachrimas (nam anguli oculorum πηγαὶ, i. fontes lachrimarum dicũtur) continere nequit. *Oculorum lachryma.* Minuta carne intẽtio curatiua eſt modice adſtringentibus, & iis quę carnem regenerant, prius purgato corpore atq; capite, vti. Recenſetq; Gal. lib. 14. c. 16. medicamẽta è glaucio. vbi vero prorſus deperdita eſt, inſanabile vitiũ relinqui docet.

DE AVRIVM AFFECTIONIBVS.

DE purulentæ auris curatione, ſeu vlcere aurium, prolixe Galen. 5. Methodi agit, cum Theſſalici medici ignorantiã patefacit. Vtinam autẽ noſtri Theſſalici, qui à facultatibus medicamentorum diſquirẽdis abhorrent, vt nihil primis atq; ſecundis qualitatib. eorũ tribuunt, aut Methodici monoculi, qui ad manifeſtã experientiã nos cæcos eſſe volunt, & proprias medicamentorum vires contẽnunt, ſuã corrigerent inſcitiã. Sed de purulẽta aure agimus. *Vlcus auriũ.* Cum vlcus auris affectio humida ſit in loco ſicciſſimo, atq; morbus cõtraria ſibi indicet remedia, partis vero tẽperatura ſimilia, ſumme ſiccantia hanc affectionẽ deſiderare videmus. Aliquot autẽ medicamẽta Gal. nunc in iſto loco, quinto nimirũ libro recenſet, & in tertio libro ſecundum locos repetit, atq; alia quædam tradit. Formulas vero vel facultates medicamentorũ exponere, vt aliquoties dixi, nõ eſt propoſitum. Illud monemus ſtudioſos, quod & Gal. ſemel atq; iterum præcipit, ante lectionem horum librorum Methodi neceſſario libros de ſimpliciũ medicamentorũ facultatib. cognoſcẽdos. *Facultates ſimplicium ante lectionẽ Methodi medendi cognoſcendæ.* ὠταλγίας ſeu aurium doloris bis quoq; lib. 12. meminit, & 2. lib. nomẽ à parte affecta hanc affectionẽ accepiſſe ſcribit. *Aurium dolor.* Eſt autẽ ſymptoma non tam aurẽ ſeu auriculam externam, quam internum meatum, ad quem neruus auditorius peruenit, affligens: ideo quo magis in profundo malum eſt, eo vehementius, vt Galenus tertio Prognoſtic. aſſerit. Cauſæ hic duæ recitantur, frigida intemperies & φυσώδης ſpiritus. Frigida quidem intemperies calefaciẽtium vſum indicat. Proinde Galenus tanquam præſtantiſſimũ βοήθημα caſtoriũ commendat, & ratione ingentis doloris ſedandi (licet initio libro 12. ſe à ſapientium medica-

mentorum vſu, quę Opiata dicimus, abhorrere profiteatur) cũ caſtorio papaueris ſuccum miſcet. Cataplaſma etiam è capitibus papaueris in aqua coctis, fœnugræci hordei, atq; lini farina admiſta adhibendum cenſet, oleumq; ex caſtorio probat. Cæterum cum à flabili ſpiritu dolor excitatur, fomentum ex milio tanquam leuiſſimum & maxime ſiccans, à quo etiam quicquid defluit innoxium experſq; morſus ſit, commendat. Notionem vero harum affectionum, & auxilia, quibus inter ſe collatis methodica agendorum indicatio facile elicitur, tertio ſecundũ locos vberius perſequitur. In auris vero inflammatione acetũ cum roſaceo infundendum decimotertio Methodi præcipit.

DE NARIVM AFFECTIONIBVS.

Vlcus. DE vlcere narium agit Galenus quinto methodi, cumque vlceris naturam ſatis ab eo explicatam habeamus, ſumpta ab ea indicatione, ſiccis medicamentis vtendum eſſe intelligimus. Moderatur autem ſiccitatis gradũ membri temperatura: quod cum ſit ſiccius oculis, minus autem ſiccum quam aures, medicamentum quod magis ſiccet, quam vt oculis cõueniat, minus vero quam vt auribus, adhibendum monet. Talia autem κατὰ τόπους deſcribuntur. *Polypus.* Polypi, quem in 2. Methodi à ſimilitudine polypi carnis nomen accepiſſe oſtendit, mentionem facit libro 14. & curationis morbum præſcribit. Ea vero oſtendit eſſe affectum præter naturam in quantitate ſeu magnitudine, & in genere tumorum præter naturam, qui à craſſis & viſcidis humoribus originem ducunt. Indicatur itaq;, vt auferatur illud quod eſt præter naturam. Medici auxilia exiccantia præſcribunt, & ea recitat Galenus tertio ſecundum locos. Hic vero ſectionis author eſt.

Περὶ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας.

SYMPTOMA hoc continetur ſub genere immodicæ excretionis ac conſequitur (vt Galenus quinto Methodi docet) aut cum venæ tunica diuiſa eſt, aut reſerato ore vaſis, aut ſudoris modo ſanguine tranſmiſſo. Diuiditur ipſa tunica, ſeu fit διαίρεσις vel ex vulnere, vel contuſione, vel ruptione, aut eroſione. Ἀναστόμωσις accidit aut ꝓpter vaſis imbecillitatem, aut ſanguinis impetũ ad os vaſis ruentẽ, aut acrem quandam, quæ illi extrinſecus accedit, ſanguinis qualitatẽ. Διαπήδησις vero ex tunica ipſa rarefacta, ſanguine vero attenuato oritur, nonnunquam etiam ex gracilium vaſorũ apertione. Cum ab externa cauſa vas afficitur, facile eam inueſtigamus. Internam vero inuenimus, cum conſideram an molliora ſint vaſa (q; declarat abundans humiditas) vel aridiora (q; ſiccitas) *Signa.* vel tenuiora à natura constructa. Vbi ratione vaſorum ſanguinẽ fluere animaduertimus, videndum an in corpore ſit ſanguinis redundantia, an acrimonia vel ſpiritus flatulentus. Quod ſi nec illæ quidẽ cauſæ adfuerint, facultatem ipſam ad expulſionẽ illius, quod moleſtum eſt (vt in morbis acutis accidit, inſurgere exiſtimabimus. Ac ſi in tempore hoc fiat, non modo nullam noxam affert, nec medicationem requirit, verum ſalutaris eſt ſubleuatio. Cum vaſis eſt διαίρεσις, ſiſtetur ſanguis, ſi vel non amplius confluet, aut diuiſio ſeu apertio occludetur, atq; ſi vtrumq; ſimul (quod eſt tutiſſimũ) fiat. *Indicationes.* Affluxiones prohibet, vel παροχέτευσις, i. deriuatio: vel quod rectius eſt, ἀντίσπασις, i. reuulſio, quę fit ad contraria, (ſic 14. Methodi hypochondriis cucurbitas magnas affigendas præſcribit) vel ſanguinis miſſione, vel artuum frictione deuinctioneq;. Porro in hæmorrhagia narium duplicem ἀντίσπασιν præſcribit, videlicet quæ totius eſt ad inferna, quæ capitis ad poſteriora. Ideoq; non modo hypochondriis, verum etiam ceruici cucurbitam affigendam docet. *Cucurbita hypochondriis & ceruici imponenda.* Vas autẽ clauditur, ſi vel conttahatur, vel obſtruatur. Contrahitur aſtrictione, refrigeratione, deligatura, atq; vinculo exceptum. Obſtruitur, vel intrinſecus vel extrinſecus. Intrinſecus quidẽ à ſanguine concreto, linamentis ex medicamentis emplaſticis, quæ lentitia craſſitie ſua meatus obſtruunt, vel ἐσχαρωτικοῖς, & cauteriis, ad quę non niſi in maxima neceſſitate deueniendum. Atq; hæc auxilia nõ modo διαίρεσις, verum etiam ἀναστόμωσις & διαπήδησις adhibenda in curatione indicat. Veruntamen cum acris qualitas ἀναστόμωσιν efficit, ea victus ratione & medicatione corrigenda eſt: ſicut cum διαπήδησιν à tenuiore ſanguine oriri animaduertimus, non modo refrigerantibus & aſtringentibus, verum etiam craſſiore victu Galenus vtendum monet. Quod autem ad auxilia attinet, illud obſeruandum, in hęmorrhagia non temere niſi poſt auerſionem refrigerandum, nec fronti atq; capiti illico refrigerantia adhibenda. Inter ea, quæ lentitia meatus obſtruunt, Galenus inprimis cõmendat linamentum confectum ex thure atq; aloë cum oui candido liquore, & molliſſimis pilis leporis exceptum. Recenſet etiam quædam aſtringẽtia & ἐσχαρωτικὰ, ac de ſententia veterum multa remedia in fine libri tertij, κατὰ τόπους recitat.

Περὶ ὠταλγίας.

Sæua & multis modis moleſta eſt hæc affectio, qua (vt Celſus inquit) maximis tormentis

mentis annumerari poteſt. Eius integram methodum hic perſequerer, niſi breuis eſſe laborarem. Reſeruabimus igitur iſtam interpretationi libelli Hippocratici περὶ ὀδοντοφυΐας. Nunc illud monendi ſunt ſtudioſi diligentiæ atque methodi eſſe, ex vnico dicto veterum rectas colligere ſententias. Sic cũ Galen. 12. Methodi dicat medicamẽto Ἀρχιγενείῳ non ſolum aurium dolorẽ ſedari, ſed etiam oculorum & dentium, ſi auribus inſtilletur, notionem ſimul morbi atque ſcopum ἐνδεικτικὸν, commonſtraſſe videtur. Non enim obſcure declarat, huic dolori humorem frigidum, interdum φυσώδη ſpiritum, quem diſcutit caſtorium, cauſam præbere, aut á defluxu calidorum humorum, quem opium compeſcit, oriri. Verum curationem pleniorem videant ſtudioſi lib. 5. ſecundum Locos, vbi multa, quæ delectabunt, & iuuabunt, legent. Methodi 14. dentis perforati meminit, huncq; cum ad naturalem habitũ reduci nequeat, auferendum monet. In Euporiſtis autem melãthium frixum tritumq; cum aceto acri applicandum monet, atq; ita dentem veluti eſſe permanſurum, nec eroſioni amplius obnoxiũ futurum ſcribit. Cæterum vt hoc obiter moneam, gingiuis affectis acetum, vt hoſtilem gladium fugiendũ Aetius præcipit.

DE LINGVÆ AFFECTIONIBVS.

Acetum gingiuis noxiũ.

CVm 13. Methodi ἀντισπαστικὰ auxilia declarat, lingua phlegmone laborante pituitam per os apophlegmatiſmis minime euocandam monet. Libro vero decimoquarto, hiſtoriã de ſexagenario recitat cui lingua tumefacta fuerat, vt ore cõtineri non poſſet, cumq; is nec venam incidiſſet, nec per ætatẽ atque tempus ſanguis mitti poſſet, purgauit cum pilulis ex aloe, ſcammonio, & colocynthide. Deinde reuulſis humorib. ad inferna, ſomnio hominis admonitus, refrigerantia & reprimentia, videlicet lactucæ ſuccum adhibuit. Notionẽ morbi ex his habemus manifeſtãm quod magnitudo partis ſit aucta propter affluxum humorum. In inflãmatione ſanguis detrahendus, & ne maior affluxus fieret, attacta materia cauendum fuit. In inflatione, quia humor miſtus erat, bilem at[que] pituitam euacuantib. vſus humoris affluxu repreſſit. Auxilia autem quæ adhibuit Galenus, in conſpectu ſunt.

Περὶ φλεγμονῆς γαργαρεῶνος.

Gurgulionem γαργαρεῶνα Galenus 14 Methodi nominat, vſitate autem κίονα, id eſt, columella dicitur. In hac accidit morbus in cõpoſitione, cum inflammatur propter affluxũ ſanguinis & aliorum humorum. Quid autẽ affluxus indicet, non neceſſe eſt repetere toties, & vbique de miſſione ſanguinis, reuulſione, & purgatione, quæ tum per clyſteria fit, tum per medicamenta alia, monere, cum de his atque recta victus ratione 6. de Comp. med. κατὰ τόπους docemur. De deriuatione etiam cum cucurbitas ceruici admouemus, & de ſectione venæ ſub lingua, ex ſententia Archigenis præcepta traduntur. Hoc vero in loco illud nobis ex Hipp. autoritate, quæ eſt 3. Prog. præcipitur, ne ad ſectionem illius properemus, niſi ſtrangulationis adſit periculum, atque columella iam in ſuperiori parte gracilis, & ad tenuitatem loci redacta fuerit, quã affectionem Medici σταφύλην appellant, licet Hipp. 2. de morbis aliter deſcribat. Cæterum ea, quæ γαργαρεῶνος χάλασις, Latinis luxata columella dicitur, eadem remedia propemodum, quæ inflammatio requirit. Topica auxilia 6. κατὰ τόπους, vt dixi, recitantur: ἀντιάδες atque παρίσθμια inflammata vel exulcerata eandem curationem fere requirunt. Nam quia affluxus humoris eſt is, qui affluit, detrahatur & reuellatur, & ne humores augeantur, recta victus ratione prouideatur. Atque hæc auxilia ante vſum adſtringentium & repellentium cõuenire, ſemel atque iterum cognouimus, eſſetque ſuperuacaneum iſta repetere niſi neceſſaria illa exiſtimarem. Quæ quidem artifici & doctori fido ex ſententia Galeni com. 4. Aph. 22. ſunt repetenda. Medicamenta recẽſentur lib. 4. Methodi, & inprimis gargariſmata præſcribuntur, atque copioſe de his tota doctrina explicatur initio κατὰ τόπους, vbi Galenus dignam obſeruatione hiſtoriam de hortulano à ſe curato, medicamento è nucibus recitat, & […]iam illius compoſitionem ([…]admodũ & Diamori, quod in primis faucium affectionib. prodeſt) tradit. Reuulſionis vero ratio 13. Methodi docetur. Cum autem abſceſſus ſit aut exulceratio, ad alia remedia, recta indicatione monſtrante viã, deueniendum. Quæ cum ſæpe in his libris repetantur, commemorare non oportet.

Περὶ συνάγχης.

De hac affectione, quæ latinis angina dicitur, agit Galenus XIII. Methodi. Eſt autem muſculorum internorũ gutturis ſeu fauciũ inflãmatio, in qua nullo exiſtente in thorace vel pulmone vitio, ſpiratio difficilis redditur. Afficiuntur etiam ea externi muſculi, & t[…] παρασυνάγχην appellãt. In hac color muſculorũ mutatur, neq; tanta eſt anguſtia vel dolor, vt internis muſculis affectis: in quib. coloris non apparet inſignis mutatio, ſpiratio tamen difficilis eſt, ita vt aer non niſi recta ceruice (q. Orthopnœam vocant) trahatur, dolor maxim⁹ cũ febre adeſt. Si vero ſic affectis ne tumor q. dẽ cõſpicuus ſit, eodẽ die

aut ad ſummũ quarto ex autoritate Hippocratis ſtrãgulãtur, ſicut & ſecuriſſima eſt, cũ rubor maxime foras vertitur 6. Aph. 37. Affectio ipſa morbus eſt in compoſitione, ſeu in magnitudine, cum ſit inflammatio, hæc igitur minuenda. Et quia affluxio humoris non tantum calidi, ſed etiam interdum frigidi (in quo minor eſt dolor, & tumor laxior) cauſam præbet, indicatur non tantũ detractio humoris, verumetiam reuulſo atq; purgatio. Itaq; Galenus primum venas in manibus; videlicet eam, quæ in cubito eſt, & humeraria dicitur (niſi corpus ſit plethoricũ, vbi media magis conuenit) primo ſecat, deinde eas, quæ ſub lingua ſunt, 4. etiam de ratione victus in morbis acutis, ſecta vena corpus vacuandum, & clyſteriis vtendum præcipit. Topicum quoq; medicamentum Muſæ, quo ſe nullũ fortius cognouiſſe teſtatur, ex ſtercore videlicet canino albo (cuius præparationem 10. de Med. ſimp. facul. tradit) cum melle diluto 6 κατὰ τόπους affert, atq; aliud quoddam ex forano, de quo periculũ ſe feciſſe ſcribit. Ac de hac affectione 4. de Locis affectis prolixe agit, vbi ſpecies atque differentias tradit. Methodum etiam pulcherrimam à Montano inſtitutam legimus, & ab Hipp. 3. de morbis vulgaribus (vbi multa hiſtorica & de notis Hippocraticis docentur ſtudioſi) curationem petere poſſumus.

Stercus caninum cum melle appropriatum in angina

DE VLCERE ASPERÆ ARTERIÆ.

VLCERIS notionem & curationem Galenus copioſe, vt oſtenſum eſt, proſequitur, ac hanc affectionẽ hiſtoria illuſtrat, Iuuenis Medici Empirici vid[illegible]cet, qui cruſtulã, quæ Græcis ἐφελκὶς dicitur, tuſſi eiec[illegible] Huic Galenus indicatione, à natura vlceris ſumpta, foris medicamentũ quod ſiccaret, impoſuit. Cubanti autem humidum, quod tamquam ros paulatim in arteriam delaberetur, vt vlcus ſiccaret per os, exhibuit. Deinde ipſe lac Fabiarum bibit. Hoc in loco de Aſthmate, Dyſpnea, & Orthopnea aliquid dicẽndum eſſet. Sed horũ morborum notio ex methodo de catarrho patet, & cum Galenus in libris his eorum non meminerit, ſtudioſi quartum librum de locis affectis & ſeptimum de Compoſitione med. ſecundum locos conſulant.

DE PVLMONIS VLCERE.

HOc quoq; catarrhum conſequi, & ſi ex vitioſa ſucci eroſione proueniat (cuius ſalſum ſputum perdurans index eſt) inſanabile eſſe Galenus teſtatur. Itaq; ad naturam catarrhi, & quæ ab ea petuntur indicatione, atque auxilia tria, quæ Galenum propoſuiſſe diximus, videlicet purgationem, medicamentum quod Diaſpermaton dicitur, & curam capitis videlicet exiccationẽ, cum cerato & thapſia reſpiciẽdum. Humor autem, vt præcipit, recta victus ratione contemperandus, ſanguis mittendus, vlcus abſtergendũ & ſiccandũ. Porro cũ per tuſſim expurgetur pulmo, & quæ tuſſim excitant, ſubinde pulmonẽ lacerant, malum hoc δυσίατον efficitur. Curationẽ vero non omnino niſi phlegmone adſit, deſperandã, ſed operam dandam, vt ſiccemus vlcus. Ita.n. callo inducto longiori vita hominẽ frui poſſe. Huius autẽ affectionis curationes indicatiuas & auxilia ſequẽtium affectionum declaratio illuſtrabit.

Περὶ αἵματος πτύσεως.

Non de quauis ſanguinis reiectatione, verũ de ea, quæ ex thorace atq; pulmone prouenit, Galenũ lib. 5. agere manifeſtũ eſt. Ceterũ ex aliis quoq; partib. vt primo de Locis affectis teſtatur, reiici, vt è gula videlicet & vẽtriculo, hepate, ſplene manifeſtũ eſt. Nõnunquã etiam ex aliqua parte oris, gingiuis, faucibus, & gurgulionis partib. in os cõfluit, dum is qui per nares purgãdus eſt ad palatũ deſcẽdit. Itaq; ne de loco, vnde fluit ſanguis, Medicus incertus ſit, etiã atq; etiam videndũ: vomitu eiicitur non tantũ ex ſtomacho ſeu gula & ipſo vẽtriculo, in quo cum ſint graciles venæ, minime copioſa ſanguinis reiectatio eſſe poterit, & nõ abſq; nauſea. Ex iecinore autẽ & liene cum prodit, tumor vel dolor in alterutro viſcere præceſſit, ac ſanguis qui reiicitur niger & concretus appareat, minus quidẽ ſi ex hepate, magis ſi ex ſplene. Hic q̃ imperitè agant, qui nõ viſceri conſulunt, ſed temere refrigerantibus atq; adſtringentibus (prætendentes ſuæ incõſiderantiæ autoritatẽ Hipp. quę eſt 7. Aph. 37. vtuntur, pręſertim ſi grumus & ſanguis cõcretus diſſoluẽdus eſt vel copia nondũ vacuata, poſſem exẽplo) q; quaſi in oculos incurreret) declarare, verum Galenica ſcribere propoſitũ eſt. Is autem, vt ſupra oſtendi vel venarũ oſculis apertis, vel vaſis ruptis, vel eroſis, ſanguinis profluuiũ fieri docet. Cum vas apperitur, morb. in via meatu videlicet aperto, qui clauſus eſſe debebat, cenſetur. Cũ rũpitur, vel ab intrinſeca vel extrinſeca cauſa, ſub genere ſolutæ cõtinuitatis cõprehenditur. Externas cauſas ruptionis recitauimus li. 5. c. 2. Abundãtia vero vel per ſe, vel cum crudo humore ac frigido & flatuoſo ſpiritu ad rupturã facit. Ac cũ ab iſtis cauſis fit, profuſe & repente effluit. Cum vero eſt, eroſio internã cauſam habet, videlicet vel catarrhum à capite acriorem, & initio parum ſanguinis reiicitur. Proceſſu vero temporis multum ſanguinis erumpit, vt teſtatur Galen. lib. 5. Methodi, & ſecundo de

Locis affectis. Ac rupto vaſe vel eroſo in pulmone plerumq; lethale malũ vt teſtatur Galenus in lib. de venæ ſectione aduerſum Eriſiſtratum: licet 5. Methodi nondum inueteratum curet. Vaſis vero oſcula aperiuntur & reſerantur in plenitudine, & humidiori atq; calidiori victus ratione, omniq; tẽpore multo vſu, balneorum motu, vino, &c. Cognitis cauſis, nõ difficilis eſt indicationis curatiuæ inuentio. Cauſæ externę cum iam deſierint, nihil indicant. Abundantia autem quamprimum vacuanda: deinde ſanguis ſiſtẽdus obturato eo, q̃ eſt apertum & dilatatum, quod vero ruptũ eſt, conglutinatur, quod eroſum, per renutritionem corporũ, vt eſt apud Galenum 7. κτ' τόπυς, ad quæ ſtudioſos remittimus, Sed cum Gal. & lib. 5. σκόπους ἐνδεικτικούς, atq; auxilia, prolixa doctrina atq; exemplis declaret, non debeo hic ea, quæ ſupra recenſuimus, omnia repetere: Illud moneo, vt quę de miſſione ſanguinis in adoleſcente, qui refrigeratis ſpiritus inſtrumentis ſanguinẽ reiiciebat, docet, quę de acrib. clyſteris in muliere Romana, de vinculis & frictionibus, de vſu Theriacæ & opiatorũ, confectione Diaſpermaton, lactis & mellis, de madefaciendo pectore, de cerato ex thapſia, denique de dropacib. ſinapiſmis, & columbarũ ſtercore capiti admouendis, vt exiccent materiã, & foras trahant, deniq; de victus ratione docet, diligenter atq; accuratæ cõſiderent. Videntur Græci atq; Arabes interdum contra dicere Galeno, verum cum Galeni doctrina euidens ſit, hac in parte non libet diſputationes attingere: Methodum vero, cum vomitu ex ſtomacho (è quo minime multus) vel ex hepate, liene, atq; vicinis ſanguis reiicitur (cũ & multus & niger atq; grumoſus apparet) alio loco reſeruabimus. Nunc pulmonis & pectoris affectiones perſequamur, illud admonentes iuniores, cum ex pulmone reiicitur tuſſi, flauum, tenuem, & ſpumoſum (vt Gal. 4. de Locis affectis declarat) ſanguinẽ excerni. Cum ex pectore, craſſiorem, feruidum, & nõ ſine doloris ſenſu excuti. Minus autẽ periculi habere, ſicut cum ex faucib. ſcreatu educitur, vel ex gingiuis leui ſpuitione, cũ ex capite defluit, ac cũ plerumq; multus eſt ſanguis interdum niger atq; concretus, ſed qui facile eiicitur. Ruptis conuenire conglutinantia citra morſum, dilatatis & apertis adſtringentia, eroſis ſarcotica atque cibos boni ſucci, à Galeno, vt oſtendi docemur. Auxiliorum materiam atq; vſum tum in his libris, tũ κτ' τόπυς atq; alibi monſtrat. Porro de hac affectione cognoſcant ſtudioſi. 2. Cõ. in Gal. in Hipp. de humorib. & tex. 31. 32. 33. Item quomodo ſiſtatur com. 7. in 6. Hippoc. de morbis vulgaribus tex. 111.

Sanguinis è pulmone nota.

DE TABE.

Tabis tres ſpecies recenſeri à Medicis, nõ eſt ſtudioſis obſcurum. Prima dicitur ἀτροφία, in qua affectis membris naturalibus, reſolutis neruis aut propter intemperiẽ, vt eſt Methodi 14. Altera, in qua alimentum, quod ingeritur, corrumpitur, ita vt paulatim abſumatur corpus, defectu boni nutrimenti, & καχεξία inducatur. Tertia φθίσις ſeu φθόη dicitur, quę ab vlceroſa pulmonis diſpoſitione eſt, vt teſtatur Gal. com. 5. Aph. 11. & plerumque ſputum ſanguinis ſequitur. Hippoc. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν tres quoq; tabis ſpecies recẽſet. Vnam quę a fluxione pituitæ à capite in pulmones oritur, alteram quæ à labore, tertia à ſpinali medulla, qua inprimis luxurioſi laborant. Verum nos de ea loquimur, quæ a pulmone exulcerato oritur, quam febris conſequitur: licet & hæc exulceratis vicinis partibus non abſit. Ad διάγνωσιν facit primum ipſe ſenſus. Nam cum in pulmone eſt vlcus, ſine dolore reiicitur purulenta materia: cum in thorace vel aſpera arteria, dolor in loco affecto ſentitur, ſputũ autem in vera phthiſi grauiter olet, pręſertim carbonib. impoſitum, & cum curuantur vngues, capilli defluunt, & facies illa quam cadaueroſam Hippocrates deſcripſit, cõſpicitur, malum plerumq; incurabile eſt. Cum vero morbus ſit exulceratio, nemo dubitat quin ad ſolutam vnitatem referatur: inducatur igitur vnio. Quæ cũ fieri nequeat, niſi abſtergatur vlcus, & reficeretur, facile apparet, qualia remedia requirantur. Quia vero dũ hæc fiunt, inſtauratio corporis nõ negligenda eſt. Gal. vſum lactis, & quidẽ à muliere lactante lib. 5 cõmendat. Pulmonem nõ indigere aſtrictione 11. Methodi docemur. De aſtrengentib. autem & exiccantib. tum in Methodo (vbi & modũ exhibendi tradit) tum 7. κατὰ τόπους agit. Plurimũ vero, niſi malum ſit immedicabile, recta victus ratio prodeſt. Ad caput etiam cũ id fluxionem tranſmittit reſpiciendum, quemadmodum 5. Method. cauteria præſcribit. Præcedit vero tunc deſtillatio, ſicut etiam affectionem, quæ ex pulmone originem ducit, ſanguinis reiectio: nõnunquam etiam ſuppurationes, peripneumonia aut pleuritis. Difficilia omnino ſunt curatu pulmonis vlcera, propterea quod pulmo tuſſi expurgatur, vt ex 5. Methodi & 8. de Locis affectis patet, niſi in valde ſicca corporis conſtitutione. Sed quæ in thorace fiunt, facilius curam recipiunt.

Περὶ ἐμπυήματος, ſeu de ſuppuratione.

Ἐμπύυς, quos Latine ſuppuratos vel purulẽtos vocamus, Gal. 5. atq; 14. Methodi appellat, quib. inter pectus & pulmonẽ pus cõtinetur. Eſt igitur loc⁹ affect⁹ thorax: Affectio

autem morbus in numero, quia quidã præter naturam adeſt. Ex ſententia etiam Galeni 14. Methodi morb. in magnitudine cenſetur, quia fit abſceſſus, cum in inflãmatione materia collecta in pus conuertitur. Huius notas habemus apud Hipp. 2. Prog. & Galenum videlicet dolores & febres interdiu remiſſiores, noctu vehemẽtiores, pectoris grauitatem, tuſſim validam aliquando ſiccam, aliquando humidam. Cum rumpitur Apoſtema ſeu abſceſſus, horrores fiunt, ac effuſo pure inter ſpacia pulmonis & thoracis febres remittunt. Notas etiam, quæ ex pulſu ſumũtur, tradit Galenus quarto de cauſis pulſuũ. Item in lib. ad Tyrones. Sudor quoq; multus eſt, oculi caui, genæ rubent, quorũ omnium cauſas Galenus 2. Prog. explicat. Anginam quoq; conſequitur hæc affectio, vt 3. Aphoriſmorum 10. Hippocrates docet, & Galen. declarat. Item à pleuritide vt 5. Aph. 15. oritur. Ex ſanguinis etiam eruptione atq; catarrho à capite, vt aſſerit Paulus & Aetius, qui ex ſeroſo quoq; & pituitoſo humore, ex reliquo corpore, in cauitatem thoracis delato fieri dicunt, & ex autoritate Hipp. 7. Aph. 38. Item primo de morib. confirmatur. Concocta vero materia catarrhi puri ſimilis eſt: ideoq; nõ vere ἔμπυοι tunc vocari poſſunt. Hęc ad notionem. Curatiua indicatio eſt, cum quiddam præter naturam ſit collectum vt educatur, id autem fit tuſſiendo. Quare materia præparanda ſeu diſſecanda, & viæ, vt pateat aditus, præparandæ, Galenus 14. methodi tenuiora medicamẽta ad hoc perſcribit, & dum phlegmone adeſt mediocria, vt ptiſanæ cremorem, & mulſam eligenda: cum iam ceſſauerit, valẽtiora. Nominat autem hęc auxilia, vrticæ videlicet ſemen cum mulſa, origanum, hyſſopum, calamintham pulegiũ, & radicẽ Illyricam. Quæ cum recipiat oxymeli, cuius deſcriptionẽ ad me miſit clariſſimus atq; doctiſſimus vir CONRADVS GESNERVS (bonorum remediorũ propter ingenii, iudicii atq; induſtriæ excellentiam, & quod vt Plutarchus Varronem in hiſtoria, ita hunc ἐν ἰατρικῇ βιβλιακώτατον & literatiſſimũ appellare poſſumus, inueſtigator maximus (cumq; in grauiſſimis morbis auxilio fuerit, præſertim vero in aſthmate, diligenter ſtudioſos hũc locum Galeni, & cõpoſitionem oxymelitis è marrubio, obſeruare velim. Περὶ πνευμονίας lib. 2. verbulo meminit, cum à loco affecto nomen inditum huic morbo dicit. Affectus ipſe, quia eſt inflãmatio in pulmone, morbus eſt in cõpoſitione. Cuius διάγνωσις primo de Locis affectis, & 2. Prog. a Galeno traditur vbi & ſigna prognoſtica declarantur. Curatio multa cum pleuritide habet communia. Ideoque cum in his

Oxymel Geſneri cõmendatur.

libris nihil ſuppeditet nobis amplius Galenus ad methodicam Pleuritidis curationem feſtinabimus.

DE PLEVRITIDE.

LIB. 12 Methodi de hac paucis verbis agit, notionem nullam certam tradit, curationem autem, vbi de internis inflammationib. lib. 13. docet, perſequitur. Quia vero hęc affectio frequens eſt, & diſputationes de his longe & difficiles, quantum licebit paucis veras ſententias proponemus. Quod ad notionem attinet, nomine admonemur de loco affecto, videlicet de membrana quæ coſtas cingit, vt ſup. de locis affectis ait, & ſigno hoc declaratur. Quia cum mẽbrana iſta ſpirationi ſubſeruiat, ea lęſa, ſpiratio fit frequẽs, pania & tuſſis conſequitur. Item locus doloris & ſpecies eius, videlicet pungens, teſtãtur malum membranam obſidere. Eſt autem id phlegmone, atq; ad tria morborum genera referri poteſt. Quatenus tumor ad morbum in cõpoſitione, quatenus inflammationem ſequitur calor & tenſio, quæ in membranis (propter quam etiam pulſus duriores, quã in febrib. aſſolent) fiunt ad intemperiem reducitur. Quia vero tuſſis ab hoc affectu ſeparari nõ poteſt, dum abſceſſus rumpitur, ſoluitur vnitas. Hic igitur ſputa in cognitionem materiæ nos deducunt. Sputi autem notas Hippocrates explicat, cũ inquit, ſputũ in omnib. doloribus qui pulmonẽ & coſtas obſidẽt, cito & facile excerni debet, quodq; flauum & admodum permixtũ reliquo ſputo apparet, tutũ: non flauum & quod ſincerum eſt, periculoſum. Album vero glutinoſum & rotundum, inutile cenſeri. Si vero admodũ viride & ſpumeum, malũ eſſe, ſed grauius, cũ nigrum, vt hæc Galenus copioſius in com. 1. lib. de Humorib. ſecundũ Hipp. perſequitur: vbi ſputum flauum, aut pallidum, bilioſum ſanguineum: ſpumeum & candidum pituitoſum, nigrum aut liuidum, melancholicũ indicare aſſerit. Cum autem integra Methodo notionẽ & curationẽ huius morbi Mõtanus (quę à me eſt edita) perſequatur, & diſtincte exquiſitam pleuritidem à nota diſcernat, eã ſtudioſos, vt cognoſcant, moneo. Cæterum quia intelligimus fluxionis eſſe ſobolẽ, & ex doctrina Galeni didicimus, ſemper fluxionis motũ ad contrarium (quod ἀντίσπασις eſt Gręcis) trahendum, atq; indicationem inflãmationũ, quæ ſunt νόσημα γιγνόμενον, ſeu (vt in ſcholis loquũtur) morb. in fieri, inhibitionẽ materiæ affluẽtis priorẽ eſſe vacatione, vt 13. Methodi oſtenditur, quo illud quod futurũ eſt, ſeu in generatione præcaueamus, quod factum eſt, curem', auerſio ſeu reuulſio, quæ fit per ſanguinis miſſionẽ, ab euacuationi ſeu ἀποκενώσει præfe-

Digitized by Google

Vena à latere affecto ſeca nda.

præferenda eſ atque dum plenitudo adeſt, præmittenda. . æc ſiquidem attente conſiderabimus, in i s concertationib. quibuſdã odioſis quorun. am dé miſſione ſanguinis, in hoc motbo mouebimur. Nam vt in ctiſi, cum natura ſeruat rectitudiuem, expulſio plurimum adiumenti adfert. Sic etiam in reuulſionibus cum κατ' ἴξιν, i. obſeruato partis è directo ſitu ſanguinem mittimus, non recte facere minime dubium eſt. Itaq; de ſententia Hipp. & Galeni lib de ratione victus 2. & 4. internam cubiti venam recto à latere affecto ſecabimus, quia & refellit talis ſectio, & vacuat, vt teſtatur Gale. atq; ſic phlegmoni tutiſſime ſuccurrimus. Sanguinem vero vſq; ad coloris mutationem detrahendum, niſi vel malignitas inflammationis, vel vires hoc denegent, & ægri facile (propter calidã atq; humidam temperiem, qualis eſt in pueris, & iis quib. mollior corporis habitus) reſoluantur. Cæterum magna plenitudine in corpore exiſtente, cum humores ferũtur ad affectam partem, & ex ſectione venæ eiuſdẽ lateris haud dubie maiur affluxus ſequatur, atq; ita pro reuulſione atq; abuacnatione ſectiu venæ eiuſdem lateris adhiberi nequeat, perſpicuum eſt primum vel ex oppoſito brachio, vel (vt Arabes volunt) venis pedum inciſis, ſanguinem, quam è directo vſq; ad coloris mutationem ſemel atque iterum (ſi res requirit vt refellamus & vacuemus) mittendum. Poſſem hanc ſententiam authoritate Galeni declarare & manifeſte oſtẽdere, ſententiam illam, quæ in libro de curatione per ſanguinis miſſionem eſt, vbi obſcuram vtilitatẽ afferre dicit ſi ex oppoſito mittatur, nobis non aduerſari. Verum cum hoc factum ſit à doctioribus, & mihi breuitas ſequenda, huic operæ ſuperſedeo. Illud moneo, Galen. vt eſt com. 3. tex. 33. in li. Hipp. de humorib. in placida, ac miti pleuritide etiamſi homo ſanguinem expuat, ne quidem ſanguinem mittere neceſſariũ, ſcripſiſſe, ſed aliis remediis accommodatis morbum curari poſſe. Ego vero moneo ne in vera pleuritide ſanguinis miſſionem negligamus, ac niſi adſit plenitudo, ſemper ex vena lateri affecto vicina mittamus. Attente tamen eos morbos (qui pleuritidem quaſi imitãtur, vt cum materia ad fibras, quib. coſtis inferiorib. hepar coniungitur, allabitur: ita cum in membranis flatulenta materia dolorem facit, vel in muſculis ipſis eſt inflammatio & dolor grauis quidem, ſed non pungens, atq; mollis pulſus) a pleuritide diſcernant. Membranæ etiam thoracis ſæpe inflammantur. Interdum & in coſtis inferioribus, quæ quidem affectio veræ pleuritidi ſimillima eſt. Omnia igitur diſtinguenda ſunt, & vbi ſanguinis miſſione opus ſit, quo pacto etiam non tantum ad eius colorem, ſed pulſus quoque mutationem reſpiciendum, vbi purgatione ſeminentis, & aliis topicis vtendum, quando & qua ratione ſputa promouenda, videndum eſt.

In plethora ex oppoſito ſanguis aut è brachio mittatur, aut è pedib.

Pleuritis ſpuria.

DE CORDIS AFFECTIONIBVS.

NOn multa de his tradit, niſi quis doctrinam de Febribus quæ citra cordis intemperiem, eſſe nequit. Quam repetere non eſt animus, huc referre velit. Lib. 2. cum de ſiccitate agit, cordis corpus leuiter ſiccatum ſenectutem accelerare, plures tamen annos homines ſuperuiuere poſſe, aſſerit. Ad grauiorem autem ariditatem, Maraſmum conſequi, atque à Philippo ex morbo ſenium dici monet. Vt autem ſenium non curatur, ita & hæc affectio curationem non admittit. De facultatibus etiam cordis læſis agit. Secundo libro dum intemperiem ſimilaris partis affectæ declarat, & quo modo naturalis calor per reſpirationem ſeruetur, in aliis autem partibus per tranſpirationem, libro 9. oſtendit.

Περὶ συγκοπῆς.

Vires in quibus conſiſtunt.

Prolixe lib. 12. agit de ſyncope, & eam præcipitem virium delapſum definit. Vires autem conſiſtere in ſolidorum corporum ſubſtantia, temperamento atq; ſpiritibus. Proinde ſi ſpiritus qualitate vel quantitate ſe naturaliter non habeat, vel ſolida corpora fuerint mutata, vel temperamentum læſum, ſyncope conſequitur. Etſi autem videmus ſenſu & motu priuari affectos, tamen facultatem vitalem. vel cordis in hac affectione præcipue affici exiſtimemus. ſ: ſolidorum corporum ſubſtantiæ reſolutionem non niſi in longiſſimis morbis incidere animante ex frequente atrophia extenuato, vel in febrib. acutis, quæ corpus liquant, teſtatur Galenus. Temperiem autem ſubſtantiæ mutari, cum immodice corpora calefiunt, refrigerantur, humectantur, aut ſiccantur, ſcimus. Spiritus vero alterantur vel à vitioſis humoribus, vel ab aeris ambientis malitia, & iis quæ venenum ſpirant, aut eiaculantur. Subſtantiam quoque ſeu eſſentiam eorum corrumpunt affectiones & motus vehementes animi, & labores immodici, ſed ſpiritibus alteratis διάγνωσις minime difficilis eſt. De ſyncope vero ab ore ventriculi, crudis videlicet vel pituitoſis humorib. eo affecto, multis verbis nos docet. In hac quidem cor per conſenſum afficitur, vomituſque atque nauſea illius index eſt. Mordicatio etiam & ſtomachi vellicatio atq; dolor à bile & tenui humore ſuboritur. Quod ſi ſic affecti inflammatione ventriculi vel iecinoris laborent,

στομαχικῶν anima deficiat, exitioſa erit ſyncope Curatio in vtraq; directa eſt, ad τὸ κατεπεῖγον, quemadmodum declarat Galenus, tum in 12. lib. Methodi, tum ad Glauconē: cumque βοηθήματα nobis explicata ſint, non debeo prolixe a Galeno tradita prolixius repetere.

DE VENTRICVLI AFFECTIONIBVS.

ETſi ſuperſedere huic complexioni poſſem, cum à Galeno abundanter notiones & curationes harum affectionum ſint libro .demonſtratæ: tamen vt ordini ſeruiā, breuiter quædam attingam. Octo tradit laborantis ventriculi intemperie notiones, & totidem tropos curationis, quæ habent cōmunem ſcopum alterationis, iſto nimirum modo, vt pro eo, quod exuperat, contrarium inducamus eouſq;, donec vētriculum ad ſymmetriam & naturalem habitū reduxerimus. Sic calida intemperies eſt refrigeranda βοηθήματα vero recenſet Galenus capite 4. Frigida calefacienda inter auxilia recitatur vinū vetus, & nutrimentum cum largo pipare. Humida ſiccanda, id recte fieri probe aſſatis & cibis natura ſiccis ait. Tandem per tria integra capita de curatione ſicci ventriculi, & qui ab hoc eſt maraſmi, agit. Ac deinceps vſque ad finē fere libri, συζυγίας δυσκρασιῶν prolixe proſequitur. Quemadmodum ſtudioſos qui hæc legent, de ſuperiorib. expoſitionib. cognouiſſe, atq; quę de intemperie cum materia & defluxione nos docet, percepiſſe, nō ſine magno fructu, ſpero.

DE INFLAMMATIONE VENTRICVLI.

QVÆCVNQVE pars ventriculi inflammatione laborat morbus in compoſitione, intemperie, atq; ſoluta vnitate adeſt. Quia tumor præter naturam, calor etiam præternaturalis manifeſtus, atq; ardor plane cum plus bilis, quam ſanguinis adeſt. Signa non ſunt obſcura, febris dolor, ſitis vehemens, tumor & grauitas. Vna autem ſalus in eiuſmodi affectionib. virum robur, quemadmodum Galenus docet 10. Methodi. Quia vero eſt affluxus materiæ, oportet à parte longiſſime reuellere. Sanguis igitur detrahendus largius, cum is abundet parcius, quam bilis: vtendumque quemadmodum 13. Methodi docemur. Ligaturis, quibus artus vincimus. Nequaquam vero purgantib. medicamentis per ſuperiora. Victus autem ratio exquiſitiſſima eſſe debet, vt tt. Methodi quoq; tradit: quia cum munus ventriculi toti corpori ſeruiat, niſi probe concoctum alimentum fuerit, maxima noxa ſequetur. Indicatio quę à natura phlegmones ſumitur, διαφόρησιν præſcribit, quæ ab effecta parte ῥώμῃ, id eſt, robur conſeruātia remedia dicuntur: ſunt igitur hæc conuenienter miſcenda, vt docemur 13. Methodi.

Περὶ ἀπεψίας.

Cruditas eſt priuatio alterationis, cui vitio cognata eſt aliquādo δυσπεψία, in qua deprauatur coctio, aliquādo βραδυπεψία, in qua diminuitur. Cauſæ vel à facultate ſunt, vel externæ. Facultas læditur, propter intemperiem aliquam calidam, frigidam, humidam, vel ſiccam, cuius notæ ex ſeptimo Methodi petendæ: vel ab inſtrumentali morbo, vt phlegmone, eryſipelate, abſceſſu. Nonnunquam vtrumque genus morborum concurrit. externæ cauſæ ſunt crapulæ, ingurgitationes, intempeſtiuus cibi vſus, eiuſq; varietas. Nidoroſa & fumoſa cruditas in picrocholis noxia eſt, vt docemur 8. Methodi, minus autem, ſi aluus lubrica ſit. Si adeſt materia pergrauans, & quæ coqui nequeat, illa vt deſcendat, glande vel enæmate promouenda, vt eſt in octauo Methodi. Purgatur autē ventriculus per ſuperiora vel inferiora, vt eſt in quinto. Deinde coctioni conſulendum, recta, victus ratione, ſomno & quiete. Indicatur igitur vſus moderate calidorum medicamentorum, eaque 8. Methodi monſtrantur.

IN INFLATIONE VENTRICVLI.

HÆc affectio frequens eſt, facileq; ἐμφυσήματα ab œdemate per ſonitū, ac quod preſſa non relinquunt veſtigium, diſcernūtur. Conſequitur autem intemperiem frigidam, licet per ſe ſit mala compoſitio. Nam cum inſitus calor fortis eſt, per halitum tranſpirat illa humiditas: cum vero imbecillior, & humor ſemicoctus, craſſus, & glutinoſus, craſſior excitatur halitus, quam vt tranſpirare poſſit, itaq; in flatum conuertitur, vt docemur decimoquarto Methodi. Indicatione à natura affectionis ſumpta, intelligimus calorem inſitum corroborandum, & diminuendū humorem craſſum, calidis & ſiccis, quæ ſunt tenuium partium. Galenus præſcribit oleum rutaceum, & ſeminum calidorum vſum, atq; cucurbitę magnæ abſque inciſione bis terve adhibitæ.

DE HEPATIS AFFECTIONIBVS.

INDICATIONE à natura mēbri (cuius ſubſtātia, vt Eraſiſtratus appellauit, παρέγχυμα eſt) ſumpta, Galenus 13. Methodi pręcipit, vt in omnib. medicamentis ſiue per os aſſumptis,

ptis, ſiue foris adhibitis, in curatione harum affectionum aliquid de adſtringẽtibus, quo viſceri robur conſeruatur, adhibemus: laborat antem interdum morbo inſtrumentali, qui non in ſubſtantia, ſed venis illius obſtructis, oritur. ἐμφράξεως cauſa ſunt craſſus & tenax humor, vt docemur octauo & vndecimo Methodi, crebroq; hoc malo afficitur, propter copiam permeantis ipſam ſubſtantiã, & anguſtos meatus, vt eſt octauo Methodi. Magnitudinẽ autẽ affectionis, febris magnitudo indicat: facile enim obſtructis iſtis meatibus ſequitur putrefactio, vnde febris continua. Indicatio ſemper eſt morbo contraria: Cum igitur adſit obſtructio, apertio per abſtergentia & incidentia craſſos ſuccos præſcribitur. Obſeruata igitur recta victus ratione teneamus illud, quod Galenus octauo & vndecimo Methodi præcipit, vt priuſquam remediis, quæ obſtructiones ſoluunt, vtamur, abundantiam vacuemus. Nam niſi id factum fuerit, non modo nihil proficiemus, ſed affectum maiorem pugnantib. ſcilicet inter ſe indicationibus, faciẽus. Proinde etſi 13. Methodi atque ſæpe à Galeno doceamur, laborantibus gibbis partibus hepatis per vrinam educẽdum eſſe, concauis per alui excretionem, indicante illud ſitu & cõnexu partium: tamen vbi vitioſi ſucci abundantia eſt, etiam per καθαρτικῶν & alui deiectione gibba hepatis expurgãtur, vt 7. Meth. docemur.

Abundãtia ſubducenda ante obſtructionum apertionem.

DE INFLAMMATIONE HEPATIS.

GALENVS decimo, 13. & 14. Medici de natura & generatione inflammationũ agit, oſtenditq; à ſanguinis affluxu eam fieri. Itaq; cum is in hepate redundat, mittente aliqua parte multitudine, qualitate, aut vtroque pergrauata, & recipiente membro, calore, & dolore moleſtato, etſi per ſe hepar propter ſuam ſubſtantiã non dolet, tamen dolor ad nothas coſtas, in quib. hepar alligatur, pertingit, magiſq; in magna ſpiratione moleſtus eſt, tuſſi arida ſpiratio crebra, lingua primum rubra, poſtea nigricans, ſitis vehemens, cum cibi faſtidio & vomitu bilioſo ac ſuppreſſa aluo, &c. Cauſam cum intelligamus eſſe affluxum ſanguinis, indicantia curationem (videlicet vt reuellamus, & ſanguinem educamus) in conſpectu ſunt. Itaq; niſi quid ſanguinis miſſionem vetet, ſtatim eam adhibendam Galenus 13. Methodi conſulit, interna in dextro cubito vena ſecta, atq; hac nõ apparente media vel humerali τὸ ποσὸν vacuationis, redundantiæ modum atq; alia oſtendere docet. Victu vtendum tenuiſſimo 11. Methodi præſcripſit, & cauo viſceris inflammato, procedente tempore, vacuandũ quoq; eſſe per ſuperiora. Initio autẽ per clyſteres, vt eſt 13. Methodi. Cæterum cum per ſuperiora vacuamus, miſcenda medicamẽta cibo. De vſu vero Topicorũ, & qualia conueniant, prolixe in curatione Theaginis, & 2. ad Glauconem monemur. Phlegmonem ſæpe præſertim cũ membro laborante calore non adhibentur ea quæ tepent, vel cum in principio humore affluente χαλαστικὰ admouentur, atque nimium humoris attrahitur) ſcirrhoſa durities conſequitur. Huius duplicem differentiam tradit Galenus 2. ad Glauconem. Exquiſitus ſcirrhus dicitur tumor ſine ſenſu, qui non curatur. Non exquiſitus, qui nondum eſt inſenſibilis. Hunc Galenus ſe in principio ſæpe ſanaſſe ſcribit. Eſt vero morbi in compoſitione cauſa lentus & craſſus humor. Cõmunis indicatio ſeu ſcopus indicatiuus, vt id quod eſt in partie. euacuetur, 14. Methodi traditur: Methodũ autem βοηθήματα ibidem, atque 2. atq; ad Glauconem prolixe docet. Hic vero obſeruetur, etſi ea quæ extergendi vim atque aperiendi habent, conueniant tamen vehementer calefacientia, & exiccantia fugienda, eaque quæ molliendo digerere poſſunt, adhibenda, atque his aliquid, quod incidat admiſcendum.

Scirrhus. Ieteria.

DE LIENIS SCIRRHO.

Natura morbi eſt eadem. Proinde & διάγνωσις non differt, neq; curationes indicatiuæ, cum eadẽ conferant remedia, & maioris ſaltem minoriſq; habenda ſit ratio, vt 13. Methodi docemur. Curationem autem tum in iſto loco, tũ ex 14. Methodi & ex 2. ad Glauconem, prolixe cognoſcimus, & inter Topica inprimis ammoniacum cum aceto liquato, non tamen ſine emollientium vſu, commendari intelligimus.

DE HYDROPE

CVM has affectiones, quemadmodũ teſtatur Galenus, plerumq; ſequatur aqua inter cutem, hoc loco de hydrope agemus. Tres autem recitantur huius morbi differẽtiæ. Quarum prima τυμπανίτης dicitur, altera ἀσκίτης, tertia ἀνὰ σάρκα vel ὑπὸ σάρκα interdũ etiam λευκοφλεγματία. Conſequuntur autem ad iecoris intemperiẽ frigidam, ſiue per cõſenſum aliarum partium, dum videlicet non amplius nutrimentum in ſanguinem tranſmutatur, ſed vel in pituitoſum humorem (quem & flatus conſequitur) vel in ſeroſum Anaſarca oritur à pituitoſi humoris in vni-

Anaſarca.

uerſo corpore collectione, in qua totũ corpus intumeſcit inſtar ſpongiæ, ita vt carnes ſint emortoo corpori ſimiles, & preſſæ, digito cauitas oriatur. *Aſcites.* Aſcitis, cum aquoſus vel ſeroſus humor inter peritonæum & inteſtina tranſiens per venas meſaraicas, quæ terminantur ad inteſtina, colligitur & ingraueſcente malo ad fœmora tumor progreditur, ſuntq; in ventre fluctuationes veluti in vtre. *Tympanites.* Tympanitis eſt, cum eadem ventris loca ſpiritu flatuoſo replentur, & cum flatu quaſi nebuloſus humor eſt, vt teſtatur Aetius, ita vt percuſſus venter veluti tympanum ſonet. Conſequitur hydrops multas ægritudines, maxime vetuſtas, vt quartanam, etiam podagram, vt eſt apud Aetium, & cum acutos morbos ſequitur, mala atq; lethalis eſt, vt teſtatur Hipp. 2. Prog. *Hydrops à morbis acutis letalis. In qua hydropis ſpecie maior frigiditas.* Diſputant autem Medici, cum omnes ſpecies eius à δυσκρασίᾳ frigidiore ortum habeant, quęnam a maiori proficiſcatur. Ex ſententia Gal. 4. Aph. 11. concludũt aſcitem deteriorem tympanite, quia in hac intemperantia maior, cum flatus non niſi à calore rarefaciente materiam oriatur. Anaſarcam etſi his non comparant, tamen hanc frigidiorem intemperiem cõſequi arbitrantur. Quia in aſcite ſanguis veluti in ſeroſam humiditatem colliquatur. Hipp. autem 4. de ratione victus in acutis, Anaſarcã non niſi cum ſumma difficultate curari aſſerit. Hancq; ſententiam cum Galenus Hippocratis eſſe neget (ait enim Hipp. Aph. 20. forti ventris fluxione ſuperueniẽte, ægros à leucophlegmatia liberari) ac totam rem ſilẽtio inuoluar, fortaſſe rectum erit cum Aëtio concludere, qui tympanitem difficilimam curatu eſſe exiſtimat: vel anaſarca à leucophlegmatia diſcernere. *Raro vna ſpecies ſola.* Sed raro vna ſpecies ſola eſt, & plerumq; huię parti alia membra conſentiunt, vt in tympanite ventriculus, in anaſarca totius corporis intemperies, nõ tamen inducunt flatus in hydropem, vt Hipp. loquitur, ſiccam, niſi hepate fouente, vt in colico morbo apparet. Galenus 14. Methodi aſcitis meminit, & eam in numero tumorum præter naturam collocat. Indicationes curatiuas non tradit, victus autem ratio, quę contraria ſit cauſæ, & detractio materiæ per purgationes indicantur. Nã in aſcite & tympanite non mittendus ſanguis: In Anaſarca tunc, cum ex ſuppreſſo ſanguine, vt menſibus, hæmorrhoidib. &c. (vt eſt apud Galenũ 4. de Ratione victus) oritur. Semper autem purgantibus roborantia admiſcenda: Auxilia multa docent practici, rectum autem auxiliorum vſum Methodus. Cum παρακέντησιν adhibemus, vniuerſam vitioſi humoris euacuationẽ periculoſam 6. Aph. 27. docemur.

DE DOLORE COLICO, ET INTESTINORVM morbis

DE huiꝰ affectꝰ dign[...]ne atq; curatione, ita luculenter [...] Gal. 12. Methodi, vt propemodum ſuperuacaneum ſit aliquid hoc in loco repetere. *Cauſa.* Quatuor autem cauſas tradit. I. Pituitoſum humorem intra coli membranas collectum, qui ventrem excruciat & tormina facit. vnde aluus ſuppreſſa eſt, & nauſea atq; vomitus moleſtus. II. Spiritum φυσώδη, à quo tẽſio atq; rugitus ſentitur. III. inflammationem, cum qua adeſt febris, dolor pulſans in ventre, vrinæ retentio, bilis vomitiones, qui nihil leuant, atque internus feruor. IV. mordentiũ humorum collectionẽ, quam ſimilia propemodum ſymptomata conſequuntur, ſed tamen mitiora, quam in phlegmone: Vrina in ſic affectis acris eſt, & alui deiectiones bilioſæ, agnito malo indicationes curatiuæ patent. Ac cum à craſſo & pituitoſo humore oritur curatio, à Galeno per ea, quæ calefaciunt atque digerunt, traditur. In his autem vitanda monet ea, quæ non vere digerunt, ſed tantum in flatum diſſoluontur, & malum augent. Conueniunt igitur clyſteria ex oleo, in quo adeps anſerinus ſit liquatus, & rutæ ſemen coctum, item caſtoriũ, vbi ſpiritus φυσώδης cauſam pręber, ſimilis fere eſt curatio. Cucurbita autẽ magna cum flamma copioſa admota inprimis commendatur. Si ab inflaminatione malum oritur & ægri vires valẽtes ſint, ſanguis mittendus & curatio per digerentia medicamẽta perſequenda. Laudat autem fomentum ſiccum ex milio, & ea quę prius recitauimus clyſteria. Doloris vero, qui à mordentibus ſuccis oritur, curationem duarum hiſtoriarum curatione illuſtrat, & vſum ſeui (quo non vnquã abſq; oleo vtantur, Medicos moneo) docet. *Sevum abſq; oleo in clyſteribus non vſurpandum.*

DE DYSENTERIA.

DE alui fluxionibus Methodus Montani, quæ in expoſitione ſecundæ partis Aphor. traditur, diligenter cognoſcenda eſt. Sunt autem duplices, vel humorum pituitoſorum atque corruptorum, qui vitio ventriculi atq; inteſtinorum, etiam capitis excitãtur, vel cruentæ. Harum vero quatuor differentias tradit Galenus 3. de cauſis ſymptomatum. *Fluxus ſanguinis tum differentia 1. Plethora.* Quarum prima eſt, in quibus ipſe ſanguis nõ per hæmorrhoides, ſed ventrem eiicitur. Hoc autem corporibus, quæ nõ exercitantur, item mulieribus quib. menſtrua retinentur, vel membrum aliquod mutilatum eſt, vt 5. de Locis affectis videmus, accidit. Hæc fluxio periculo vacat, niſi modum exceſſerit. *2. Imbecillitas ſp[...].* Altera, cum propter hepatis imbecil-

becillitatem ſa guis, loturæ carnium ſimilis profluit. Hoc alum noctu inprimis moleſtum eſt, cum n gis incaleſcit hepar, quia ex caliditate in mperies oritur. Tertia cum melancholicus atq; craſſus ſanguis excernitur. Quarta cum alias ſincerus ſanguis, alias concretus minutim exit cum pure & interioribus inteſtinorum tunicis a pituita ortis: In hac poſtrema affectione cũ inteſtina ſunt exulcerata. 2. Methodi dyſenteria nominatur, eſt & illa ab atra bile, ſed lethalis, vt Hip. 2. Aph. 24. & Galenus nos docent. Porro exulcerantur, vel ſuperiora inteſtina, vel inferiora. Si pingue quiddam cum abraſioribus excernitur, craſſiora inteſtina affecta eſſe monſtrat, vt tradit Galenus 5. de Locis affectis. Item: Si ſanguis ſupernatet in excremẽtis. Vbi vero excremẽtis mixtus eſt, gracilia inteſtina læſa iudicamus. Semper autem hæc affectio ſolutæ vnitati aſſcribitur, hancque præcedunt mordaces dolores & humores; excernitur autem, vt dixi, non modo ſanguis & ſanies tenuis, vt in hepatica affluxione, verum etiam in progreſſu mali inteſtinorum abraſiones. Atq; ſic quaſi tres gradus huius mali conſtituimus. Cauſæ ſunt aliquando externæ, nonnunquã internæ. Externæ facile patent, Internę vel pituitæ ſalſę, vel bilis prouentus. Nam eam, quæ ab atra bile oritur, lethalem de ſententia Hippoc. eſſe audimus. Hic autem monendi ſunt ſtudioſi, ne quibuſuis nigris deiectionib. deterreantur. Obſeruandum enim eſt diſcrimen inter atram bilem & ſuccum melancholicũ, præſertim coctum, qui ſine periculo excernitur. Ideo ab Hipp. 4. Aph. 48. lienoſis ſuperuenientem dyſenteriam, bonum eſſe docemur. Curatio in recta victus ratione magna ex parte cõſiſtit. Fluxio autem ipſa auertenda eſt: Itaq; ſanguis mittendus, præcipue in inflãmationibus & magnis doloribus. At vbi bilioſi humores abũdant, vel ſalſa pituita, purgandum eſt. Vomitus etiam neceſſarius ex Galeni autoritate, atq; vrina promouenda. Deinde ad vlceris abſterſionem & conſolidationem veniendum. Indicatione autẽ à parte affecta ſumpta, Galenus 4. Methodi inferioribus & craſſiorib. inteſtinis affectis per ſedem medicamẽta iniicienda eſſe ducet: Gracilioribus vero ea quæ superne aſſumuntur, & per ſedem infunduntur. Medicamenta autem ad interna vlcera Galenus recitat, ex quibus prudenti Medico facile licet conuenientia eligere.

5. Melancholica. 4. Solutionis.

Signa exulcerationis ſuperiorum & inferiorũ inteſtinorũ.

Succi Melancholici deiectio.

Vomitus & vrina promotio probatur.

DE LVMBRICIS.

Ἕλμινθας ſeu lumbricos inter ea, quæ toto genere ſunt præter naturam Galenus 12. Methodi recenſet. Ac triplex eorum ſtatuitur differentia, teretes videlicet, quos στρογγύλας, qui & longi ſunt: latos, quos πλατείας & κηρίας nominant, atq; ἀσκαρίδας. Oriuntur autem omnes ex putredine humoris crudi in locis humidis, à calore extraneo, qui corruptionis autor eſt, frequenter quidem in pueris & adoleſcentibus, rarius in ſenibus & infantibus. Teretes eſt longi plerumq; in illo gignuntur, quia in ieiuno eſt meatus fellis etiã deſcendant, atq; aſcendant, ſicut in recto aſcarides: Non enim multũ materiæ humidum fertur, ad rectum, & in extremo inteſtino calor præternaturalis minus fortis eſt. Quo maiores ſunt lumbrici, eo magis noxii. Ideo teretes & longi plurimum obſunt: lati, quos cucurbitinos a ſimilitudine ſeminis cucurbitę appellant, atq; ita coherentes & in longitudinem protenſi, vt vnus vermis eſſe videatur minus: minime aſcarides, cum etiã à membris principalibus procul abſint, & in extrema parte inteſtinorum prope muſculũ σφιγκτῆρα generentur. Color quoq; malignitatẽ arguit. Si enim albi & vnius coloris fuerint, minus cenſentur mali. Si diuerſi coloris, deteriores, quia in his putredo maior eſt. Habent autem vermes interdum rationem morbi, interdum cauſæ, vt cum alii morbi eos conſequuntur: interdũ cum plane ſine omni noxa expelluntur, ſolius ſymptomatis. Cum morbi cenſentur quiddam toto genere præter naturam, quod eſt auferendũ adeſt. Cum cauſæ rationem obtinent, conſequuntur morbi, videlicet febres, epilepſiæ cõſentiente cerebro, id interdum ita grauiter læditur, vt ſpaſmoſo periculoſo & non raro exitiali corripiantur. Interdum tantum vertigo & ſtridor dentiũ conſequitur. Symptomata exiſtimamus, cum vt excrementa cõſiderantur, & ſigni rationem habent. Sic cum in febrium initio eiiciuntur, malũ indicant, videlicet putridæ materiæ multitudinẽ. Sicut & in vigore ſymptomatice expulſi, eius malignitatem. In declinatione autem cum expulſio critica eſt, ſanitatis ſpem præbent. Oſtendi διάγνωσιν per cauſas: ſigna ſunt varia, cum ab illis aſcendũt maligni vapores, conuelluntur nonnunquam atq; contrahuntur, interdum quædã partes. Is motus ſi eſt in toto læditur principiũ, videlicet cerebrum, ſi in parte, vt cum crura conuelluntur, nerui inferiores. Turbatur ſomnus atq; vociferãtur, quia fit perturbatio in cerebro, & moleſtia ſentitur. Pueri etiam dormientes, quaſi cibum vel lac ore attrahunt, quia vermes humiditatem exugunt. Tuſſis adeſt ſicca, propter conſenſum ſpiritualiũ membrorum cum naturalibus à quib. putridi vapores attolluntur, qui cum lædunt os ven-

Teretes & longi plerumque in ilio, Aſcarides in recto.

In initio febris formes generari malum.

triculi adeſt ſingultus: cum ad caput aſcendunt, pruritus narium oritur, rubent genæ, & quia calor facile renocatur, mox iterum pallent, interdum quaſi deliquium animi ſuboritur. Indicatio communis eſt, vt quod præter naturam adeſt, remoueatur. Vnde alia inſurgit, vt præpareretur materia & viæ. Præparabimus, ſi efficiemus vt deſcendant ſtupefacti aut ſemimortui, vel prorſus emotiantur. Deorſum pelluntur acribus & acetoſis per os aſſumptis. Inimica enim vermibus quale eſt oleum non ſunt inicienda per clyſteria, quia retrocedunt elminthes ad ſuperiora & grauiora ſymptomata inducunt: Ad teretes necandos Gal. lib. 14. abſinthium præſcripſit, latos autem & aſcarides vehementiora medicamenta, cuiuſmodi eſt filix, deſiderate ait. Sedis inflammatæ curationem 13. Methodi attingit, cum non aluum in ea mouendam monet, quia per locum affectum non ſit vacuandum: ſed dignotio facilis eſt, & curatio quoq; cauſa cognita, per ea quæ refrigerant cum quadã aſtrictione: Vlceris vero hac in parte medicationem 5. Methodi tradit, eam repetere ſuperuacaneum eſt.

C… ſteres … que oleis … vermib.

Sedis inflãmatio.

DE RENVM AFFECTIONIBVS.

INFLAMMATIO renum cognoſcitur à loco dolente. Dolor autem eſt pulſatorius, quem (vt Aetius inquit) ſtupor propinqui cruris conſequitur. Vomitus etiam bilis, & vrinæ difficultas, cum aſſiduo mingendi deſiderio, ventriſque aſtrictione. Scopos curatiuos inflammationis non repetemus. Gal. 13. Methodi venam circa poplitem ſecandam monet, niſi inflammatio ſit recens, vbi reuellendum eſt, & cubiti vena ſecanda, & quę vrinas prouocant vitanda, quibus locus eſt, cum quieuerint inflammationes, ne inflammationem ſcyrrhus incurabilis aut vlcus ſequatur.

DE CALCVLO RENVM.

SERVNT hic λογομαχίας, qui negant affectionem hanc eſſe morbum in numero abundante, eo quod toto genere præter naturam eſt, & lædat actionem. Ac ſcio, quo pacto controuerſari docti ſoleant, ſed res, quibus medemur, conſideremus. In hoc libro notio huius affectionis abſolute non traditur, verum 6. de locis affectis patet, vbi à colico dolore, in quo neque ſabulum ſubſidet, neque lapis, neque ſanguis, ſed humor quem Proxagoras vitreũ appellat, vt in com. lib. de humorib. Hippocratis docemur, diſcernit. Modus generationi Galeno quoq; 6. de morbis vulgaribus, v… elicet dũ quod in renes recens influit, p… circumdatur, oſtenditur. Hi vero vt ſc… ho facile deprehenduntur (quemadmo… m 13. Methodi docemur) ita & in nephritidas, ſic enim dolorem à calculo ortum appellant, ægre ſolubiles incidunt. Materiam etſi præbet victus ratio, vt oſtenditur 14. Methodi tamen plerumque naſcitur cum hominibus huic affectioni obnoxiis quoddam vitium, vnde mali prima origo eſt. Effectrix autem cauſa eſt renum caliditas, vt docemur 6. de morbis vulgaribus. Indicatio communis manifeſta eſt: proprie iis, quæ incidunt, propellunt, vias dilatant, corpore prius euacuato perficitur: Sed quia in vſu diureticorum ſæpe erretur, hic quædam monebo. Diuretica triplici ratione dicuntur, vel quæ ad copiam vrinæ faciunt, vt vinum tenue, vel tenuitate ſubſtantiæ ſuę abſtergunt, vt ſi mel meloponum: vel quæ colliquando vel incidendo ſeroſitatem a ſanguine ſegregant. Et hæc cum ſint calida & ſicca, proprie diuretica cenſentur. Illa vero an in renum affectionibus conueniant, quæritur. Scieodum autem eſt, in præſeruatione nullo modo conuenire, neq; proprie neque impropriedicta, niſi forte quatenus alterant, aut alterando corroborant. Nam ſi fuerint renes calidi aut frigidi, per accidens, quia deducant medicinã alterantem, conuenire dicuntur, atq; ſi tunc materia calida fuerit, diureticis frigidis vtendum. Cæterum hic obſeruandum, in medicatione nunquam ea exhibenda, niſi corpore prius expurgato, præſertim ſi materia ſit frigida atq; craſſa. Quod ſi non fuerit intemperies in renib. ſed vitium in compoſitione, & viæ nimis amplæ, adſtringentibus potius quam diureticis vtendum. Si ſtrictæ nimium, per accidens ſaltem, id eſt, ratione materiæ, quam incidunt, conuenire exiſtimamus. Itaque in obſtructione, dum ſcilicet aperientia & incideotia requirimus, illis locus erit. Tutiſſimus autem eſt balnei & lenientium vſus, poſt quæ extergentia & ſiccantia adhiberi poſſunt, vt 10. de com. med. docemur. Calculus autem veſicæ à renibus ducere originem, conſentaneum eſt. De cuius in puris generatione, videant ſtudioſi Galen. 3. com. de Humoribus.

Diuretica triplicia. 1. 2. 3.

Diuretica in præſeruatione nullo modo cõferunt.

Calculi veſicæ à renib.

περὶ Πνευματωσμοῦ

Ex inflationum genere eſt hæc affectio. Eius notionem tradit Galenus libr. 14. Cauſa duplex eſt, vel naturalis calor imbecillior, vel humor craſſior. Curationem & remedia non difficile eſt ex Galeni textu elicere. Eſt autem hic obſeruandũ commune præceptũ

ferme

Digitized by Google

ferme omnium affectionum, quos vitioſus ſuccus creat, in fine calefacientib. & ſiccantib. (quo re quum humoris prorſus abſumatur) vtam . Sarcocœlen autem & hydrocœlen chir. gia curandam monet.

DE VTERI AFFECTIONIBVS.

INFLAMMATIONIS vteri bis 13. Meth. meminit. Com. autem primo in lib. Hipp. de humoribus notionem per cauſas atq; ſigna ſuccincta breuitate docet, dum inquit, vteri inflãmatiu ex multis cauſis excitatur, vt ex ictu, vt ex mẽſtruis ſuppreſſis, vt ex refrigeratione, vt ab inflammatione, vt ex abortu, vt ex partu ægræ edito. Sequitur autem inflammationem febris acuta capitis, oculorum ac ſedis dolor, colli conuulſio, inclinatio in aductſum, ſtomachi ex conſenſu dolor: tum vero os vuluæ conniuet, pulſus parui crebriq; reddũtur. Cum vero inflammatio in abſceſſum tranſit, inordinatæ cum horrore acceſſiones inuadunt. Exulcerantur etiam ſæpe vterus ex difficili partu aut fœtu extracto, aut corrupto, vel ab acribus medicamentis, aut à fluxu, aut à ruptis abſceſſibus, atq; interdum in cancrum deſinit. Indicationes curatiuę reliquis inflammationibus communes ſunt. Cum proueniunt & ſanguis affluit, is reuellendus eſt: Reuulſio autem fit, ad partes longinquas. Ideo 13. Methodi Galen. nequaquam inflammato vtero vel pudendo menſes prouocandos monet, verum eam, quæ circa poplitem eſt, vel malleolum. & perpetuo venam è directo aperiendam. Eſt autem in omni curatione inflammationis, non ſimplex, ſed compoſita ἐπιμέλεια, vt teſtatur Galenus. Topica tradũtur 7. de com. med. ſecundum genera, verſibus Democratis conſcripta, & in libro de ſimpl. med. facultate.

DE IMMODERATA VTERI PVRGATIONE SEV hæmorrhagia.

INTERDVM ſine noxa hæc affectio accidit, in ocio & victu abundantibus, nec indiget curatione. Nonnunquam autem hic affectus eſt ſymptoma, ex genere immodice excretorum, non toto genere præternaturam, ſed multitudine vel qualitate. Cauſæ fluxionis ſanguinis 5. Methodi recenſentur, & ſunt à nobis alias relatę. Ad tres autem reduci poſſunt, videlicet vt vel ratione virtutis fortis, cum vterus natura ſit factus ad expurgandum corpus, vel ratione humoris, quia vel multitudine, vel mala qualitate, acri videlicet & ſtimulante, vel membri propter vaſorum nimiam imbecillitatem, vel compoſitionem læſi, videlicet apertis vel reſeratis aut eroſis oſculis venarũ, accidere ſtatuamus. Magnæ autem noxæ ex eroſis venis conſequuntur. Cum vero immodice fluens ſanguis ἀντισπάσεως indicationẽ præbeat, Galenus ſurſum reuellẽdum, cucurbita magna ſub mammis defixa, lib. 5. & 13 docet. Quo pacto vero vterus cum mammis communicet, declaratur 6. de morbis vulg. & 3. com. de humoribus, tex. 30. Variantia humores, præſertim acres, repellentia & adſtringẽtia, item quæ robur addunt, alibi tradũtur. Proſunt & ea quæ prouocant lotiũ & ſudorem, vt teſtatur Galenus lib. 1. de Præcognitione ad Poſthumum. Fieri hoc deriuationis cauſa manifeſtum eſt. Sed Medici, qui tuentur ſentẽtiam Auerrhois, quod diuretica mẽſes prouocent, reclamant. Ad dubitationẽ vero eximendam hoc obſeruetur, Non eſſe deriuandum priuſquam ceſſarit fluxio. Ac Gal. differẽtiam nos docet, inter generantia lac, prouocantia menſes, & diuretica, quod proprie diuretica calida & ſicca ſint. Hęc autem curatio, nempe per diuretica, recte ad alium morbum muliebrem diſtinctum ab hęmorrhagia, qui ῥοῦς γυναικεῖος dicitur, in quo ſeroſa, nõ raro corrupta, alba, vel diuerſi coloris excunt, refertur. Hic igitur vitiũ humoris inquirendum, atq; huic ſuccurrendũ & videndum, an retentrix facultas vel expultrix ſit læſa. Videant ſtudioſi curationem Galeni in Bœthi coniuge, pro qua aureos quadringentos accepit.

Fraternitas vteri cum mammis.

Auerrhois vult Diuretica menſes prouocare.

Fluxus albus.

DE RETENTIS ET SVPPRESSIS MENSIBVS.

SICVTI Thucydides in bellis & motibus ciuilibus, quæ conſilio carent, conſequi dicit, vt ἐξ ὀλίγου τὰ πολλὰ oriantur: ita ex breuitate ſapientię ſæpe nobis de paucis multa ſunt colligenda. Galen. vero verbo ἐπισχέσεως ἐπιμηνίων in his libris meminit, dum rationẽ, quo pacto ſanguis ad vterum cucurbita in pube & inguine defixa deferatur, monſtrat. Cæterum ſuppreſſionis illius quod debet expurgari, cauſam triplicem erudite ſecundo com. in lib. Hippocr. de Humoribus explicat. Ac primam eſſe dicit, expurgantium partium imbecillitatem: alteram, anguſtiam viarum: tertiam, excrementi ipſius vitium. Imbecillitatis cauſam eſſe intemperiem: anguſtiæ obſtructionem vel tumorem præter naturam à defluxione humorum: obſtructionis, craſſitudinem aut tenacitatem humoris, vel cum aliquid velut germen vaſi annatum eſt. Cum autẽ tot ſint τρόποι ἰάσεως.

Cauſa triplex.
1.
2.
3.

quot morborum ideæ, cognito morbo per ſuas cauſas nõ difficile erit indicatiooes curatiuas atq; medicamentorum ὕλην ex aliis libris, inprimis 5. de ſimpl. med. facultate petere.

DE MOLA.

QVASI ἐν παρόδῳ molæ 14. Methodi meminit, dum affectum in numero eſſe dicit, toto genere præter naturam. In quibus πρῶτος σκοπὸς, videlicet vt auferatur, reoendus ſit. Id veto cum manu fit βραχύτης τῆς χειρουργείας, ἀνωδυνία, & ἀσφάλεια obſeruanda, atque vel omnino quod præter naturam eſt auferendum, vel ſi id cooſequi non poſſumus, ægrum non lædendum, deniq; opera danda, na malum reuertatur. Dignotio huius affectus 14. de vſu partium traditur, vbi ouo ſubuentaneo molam comparar, & carnem inutilem & infotmem eſſe ſcribit. 11. de ſimpl. med. facultate, ioter ea quæ adnaſcuntur recenſet. Cauſam effietenrem eſſe caloris imbecillitatem ſimilitudo de ouis ſubuẽtaneis oſtendit, & ab Ariſt. 4. de Generatione animalium docemur. Materialem autem explicat Hipp. lib. de Motbis mulierum, & ſterilibus, videlicet menſes plurimos cum pauco ſemine commixtos. Errant igitut Medici, qui mulietes aceuſant, cum Hippoctates de virili ſemine modico & morboſo agat, & ioepte practici multiplices differentias molæ tradunt. Curatio quoq; ex Hippocrate petatur.

DE ARTHRITIDE ET PODAGRA.

ARTHRITIS ſeu morbus articularis nomeo generis eſt, à parte læſa ſumptum, vt docemur 2. Methodi. Sic Podagta dicitur, cum pedes afficiuntur. Chiragra cum manus. Iſchias cum coxa vel coxendix, &c. Oriri autem has affectiones à fluxione, & referendas ad inflãmationes, docemur 6. Aph. 49. Vtimur vero nomine inflammationis generaliter, cũ tumor à frigido humore ortus, aſciticio calore præditus eſt, vt docemur 2. ad Glauconem. Porro etſi κατὰ τύπους ea perſpicuitate dignotionem atq; curationem harum affectionum tradat, vt plane ſuperuacaneũ videatur, hoc in loco aliquid referre, præſertim cum nihil pene è libris Methodi præter pauca, quæ de victus ratione 13. docentur, atq; de balnei vſu lib. 10. cap. 20. elicere poſſimus: tamen cum præſtantes Medici de fluxione iſta digladientur, vt tyrones ſe rectius ex illorum tricis expedire poſſint, quædam monebimus. Eſt autem initio duplex cauſa obſeruanda. Vna à loci affecti cõſideratione, altera à materia fluente ad locũ. In loco affecto ſemper eſt ἀσθένεια quia infirmus & laxus, vel à prima o[r]igine, vel ab aliis cauſis, vt labore nimiaq; ex[e]rcitatione. Materia plerumq; eſt pituito[ſa], cui admiſcetur calida quædam, à qua li[qu]atur quaſi, vt ſit fluxioni commoda. Ea vero facile digeritur, ſiue ſit bilis, ſiue ſanguis, remanente frigida, ex qua tophi generantur. Locus à quo fluit frequenter, eſt cerebrum, interdum tamen à veotriculo quoq; & inteſtinis oritur. Vnde in affectis doloribus ventriculi, quieſcere hoc malum videmus: item dolores colicos articularem morbum ſequi. Ioterdum & ab vtero propelli, vt cum non purgantur mulieres poſt partum, vel ſupprimuntur purgationes. Fluit autem materia alias per vias patentes, alias obſcuras, de quibus non anxie cogitandum, cum ex doctrina Hippocratis ſciamus in corporibus omnia eſſe confluxibilia. Vir ſummi ingenii & iudicii cenſet, à capite tantum, & quidem partibus extra caluariã poſitis, humores pituitoſos & ſeroſos expreſſos è venis iugularibus aſcẽdentibus, atque ibi collectos defluere, & per ſumma corporis deorſim ad articulos decurrere, & articulorum membranas, vincula, tendines implete atque obſidere. Rationes affert, primum quia tumor atq; dolor plerumq; percipitur in ſummitate capitis, & cũ deſcẽdit, hoc ſentire in dorſo laborantes. Etſi autem hoc interdum, imo ſæpe fieri non negemus, tamen certo conſtat, multos ſine vlla grauitate capitis incidere in morbos articulares, & non raro materiam expelli, ſuperioribus partibus capitis non affectis. Neque ſemper per iſta loca, cũ vt diximus, omnia ſunt confluxibilia, ac nullus ioterdum honor vel rigor ſentiatur. Iuuari etiam miſſione ſanguinis, Ergo non eſſe ſolam pituitã vel ſeroſum humorem. Alios etiam dolores miteſcete à calefacientibus, alios à refrigerantibus, vt Hippocrates 5. Aph. 27. & Galen. oſtẽdunt, Animaduertimus quoq; ſemper in partibus, quæ doloribus corripiũtur, venas tumidas, quæ eo fieri confluxionem, atq; exprimi iode materiam, commooſtrant. Rubet & locus, non à dolore, ſed ab humore, pulſa videlicet materia foras, & orto tumore miteſcit dolor. Nec licet tendines atque neruos per cõſenſum affici dicamus, propterea malum in cauitate articulorũ non eſt. Nequaquam autẽ ab neruis abſorberi materiam Indicio eſt, quod conuulſione nõ corripiantur. Cæterum quod tophi repetiuntur in mẽbranis eo fit, quia partes calefactæ protruduot humores ad membranas, calidis quidẽ erumpentibus, remanentibus craſſis. Ex his vt arbitror, dignotio vera harum affectionũ perſpicua eſt, & manifeſtum, nequaquam eas ſua natura eſſe incurabiles: Verum quod

Cauſa duplex. *Locus affectus.*

Materia.

Locus à quo.

Via ſiue locus per quẽ.

Fernelii opinio non ſemper vera.

Materiam non eſſe in neruis.

Tophi in membranis.

Podagram ſua natura incurabilẽ, ſed vitio ægrorum & imperitorũ.

raro

raro curant vel propter intemperantiam ægrorum fie vel quod mala fortuna vtuntur & ad imp os Theſſalos, qui nunquam vſurpantes illu quod Plato dicebat τὸ ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, vno remedio ex Ciconia aut Alchymicis fumis petito, ſi forte ſemel atque iterum tempeſtiue adhibitum ſucceſſit, ſe omnes ſanare poſſe iactitant, atque ſe magiſtros huius curationis, ignari naturæ fluxionis & humoris profitentur. Verum non facile eſt, vt Galenus ait, reuocare ab errore eos, qui ſe ſectæ alicuius ſeruituti addixerunt, & experientiam atque rationem ex æquo arti conferre neſciunt. Falſæ enim opiniones animos hominum præoccupantes, non ſolum ſurdos, verum etiam cæcos faciunt, vt idem inquit.

Concluſio. Nos hæc bonis ingeniis non ambitione aut κενοδοξίᾳ elatis ſcripſimus, atque iis grata & vtilia futura ita optamus, vt ſperemus & confidamus. Ne autem inualeſceret temeritas & vanitas ſupra veritatem, τὸ ἐμὸν μέρος, vt puto præſtiti. Quod effecerim haud ſcio. Voluiſſe me, & quod habui optimum dediſſe, certus ſum, atque ſi bonitas aliorum iſta ſuperabit, vt non dubito, ex animo lætabor, & communi bono gratulabor. De vulnerum, vlcerum, tumorum præter naturam, & febrium dignotione, & curatione, cum doctrinam integram & abſolutam in his libris habeamus, non debuimus, ſemel ſtudioſis recte propoſita, mutata quaſi forma Orationis repetere. Et Deo volente in noſtra Methodo Therapeutica hæc diligentius explicabimus, ac morborum partium curationem, ſi vita ſuppetet, peculiari libro tractabimus.

FINIS.

MORBI VIRORUM ET IVVENVM:

In catarrho, & dolore capitis, cum pectoris grauitate, & pedis ſiniſtri tumore, pro quodam Barone Morauo,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM I.

Cauſa catarrhi.

VT multi alii graues morbi; ita & hæ affectiones, de quibus Magnificus Dominus conqueritur, à catarrho dependent. Is vero cauſam habet læſam temperiem cerebri, vel a graui illa febre peſtilenti, vel vaporibus, qui conſumi & diſſipari non potuerunt caput prægrauantibus, vel aliis de cauſis. Itaque prima & præcipua indicatio curatiua eſt, vt cerebro ſua temperies, ſi vllo modo fieri poſſit, reſtituatur, & partes ſubiectæ, ad quas catarrhus defluit, corroborentur. Quam vero difficile ſit cerebro diu affecto & debilitato ſuam temperiem atque robur reſtituere, ſciunt omnes Medici, & ægri conqueruntur. Cæterum in hoc corpore non valde magnum eſſe lapſum, indicio eſt, quod natura per loca maxime conferentia, videlicet nares, materias expurgat, & Magnificus Dominus, cum vacuatio illa ſupprimitur, deterius ſe habet. Nam tum maior dolor capitis, maior etiam in pectore affectio, & haud dubie cruditates maiores, ac coctiones debiliores, quas tumor ſiniſtri pedis conſequitur.

Difficile renouare cerebro diu affecto ſuam temperiem.

Lapſus non magnus indicium.

Hoc modo ſymptomatibus ad ſuas cauſas deductis, in conſpectu eſt, nihil acturum Medicum abſq; optima ſex rerum non naturalium moderatione. Nam ſi in nulla harum exceſſus fiet, non lædetur cerebrum, multo minus inferiores partes, quæ materiã catarrhalem ſuppeditant, prægrauabuntur, ſicq; haud dubie catarrhus & cruditates diminuentur, & ſi nõ prorſus atq; ex toto, magna tamen ex parte ſymptomata & accidentia ceſſabunt. Bene autẽ ſecum actum æger exiſtimabit, ſi à Medicina hoc conſequatur, vt tolerabile ſit malũ, quod inſanabile forſan videri poterat. Aër igitur humidus & frigidus cauendus, & in hyeme arte contemperandus, videlicet ſuffitu ex ſtyrace Calamitha, quæ prunis iniiciatur.

Prognoſticum.

Aeris frigidi & humidi correctio.

In cibo cauenda varietas & à piſcibus, ac omnibus fumoſis, vt oleribus crudis, allio, ac cæpis præparatis, fumo maceratis, ſale conditis, leguminibus, lacticiniis abſtinendum. Potus ſit purus, cereuiſia bene & mature defecata, præſertim cum à vino potentiore caput ſibi grauius affici ſentiat, & cereuiſiæ potum recte ferat. Non tamen obſto, quin propter ventriculum debilem, & præſertim cum piſces comedit, vinum bibat. Singula autem cauenda in cibo & potu præſcribere difficile eſt. Prudentes & ſuæ valetudinis diligentes cuſtodes, quo in numero Magnificum Dominum eſſe animaduerti, facile obſeruare poſſunt, à quibus cibis offendantur, quibus iuuentur; quæ errata in victu bonæ valetudini noceant, quæ non admiſſa proſint. Dolendum eſt autem homines plerumq; ita viuere, vt iumentis, inprimis equis ac canibus, plus quam ſibi ipſis pareant. Proinde vera eſt admonitio Arabis illius, quam in conſilio ſuo, Regi ſuo præſcripſit, homines ſi ſic ſe ipſos gubernarent, vt ſuorum equorum curam habent, minus ægrotaturos. Sed de his plura non neceſſe eſt. Affectiones animi, & cerebri, labores, iis, quorum morbi à catarrho & debilitate cerebri pendent, in primis cauendę, maxime à cibo. Itaque Celſus præcepit? Quibus caput infirmum eſt, iis, ne cogitationem quidem à cibo tutam. Maxime autem à cœna ab iis temperandũ, nec in multam noctem lucubrandum, multo minus inter commeſſationes ſedendum. Poſt cœnam deambulatio, qua non defatigetur corpus, duabus horis vel tribus, modo non fiat in aere nocturno, loco humido & paludinoſo, conuenientiſſima: Nam exercitia grauiora à cibo, ſiue prandio, ſiue cœna ſumpta; ſicut etiam ſomnus vel Venus maxime noxia, replent enim caput, & coctiones turbant. Matutina vero ſanitati conferunt, modo corpus, ac in primis caput & pedes aduerſus cœli iniurias muniantur. Interdum matutinis horis pedes abluat decocto betonicæ, & roriſmarini, & vino, cui parum aceti affundatur, atq; ſale ſoleas pedum cõfricet. Nam hoc modo & tumor ſiniſtri pedis minus moleſtus erit, & caput etiam iuuabitur. Mane autem cum lecto ſurgit, eluat os aqua Saluiæ, & interdum hoc gargariſma adhibeat:

Regula diæta vniuerſalis.

Equi accuratior, quã homines diæta.

Exercitia corporis.

Lotio pedũ.

Gargariſmata.

℞. Origani.
Saluiæ.
Roriſmarini an. m. j.
Roſar. rub. p. j.
Pyrethri.

MORBI VIRORUM ET IVVENVM:

In catarrho, & dolore capitis, cum pectoris grauitate, & pedis ſiniſtri tumore, pro quodam Barone Morano,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM I.

Cauſa catarrhi.

VT multi alii graues morbi; ita & hæ affectiones, de quibus Magnificus Dominus conqueritur, à catarrho dependent. Is vero cauſam habet læſam temperiem cerebri, vel a graui illa febre peſtilenti, vel vaporibus, qui conſumi & diſſipari non potuerunt caput prægrauantibus, vel aliis de cauſis. Itaque prima & præcipua indicatio curatiua eſt, vt cerebro ſua temperies, ſi vllo modo fieri poſſit, reſtituatur, & partes ſubiectæ, ad quas catarrhus defluit, corroborentur.

Difficile renouare cerebro diu affecto ſuam temperiem.

Quam vero difficile ſit cerebro diu affecto & debilitato ſuam temperiem atque robur reſtituere, ſciunt omnes Medici, & ægri conqueruntur.

Lapſus non magnus indicium.

Cæterum in hoc corpore non valde magnum eſſe lapſum, indicio eſt, quod natura per loca maxime conferentia, videlicet nares, materias expurgat, & Magnificus Dominus, cum vacuatio illa ſupprimitur, deterius ſe habet. Nam tum maior dolor capitis, maior etiam in pectore affectio, & haud dubie cruditates maiores, ac coctiones debiliores, quas tumor ſiniſtri pedis conſequitur.

Prognoſticum.

Hoc modo ſymptomatibus ad ſuas cauſas deductis, in conſpectu eſt, nihil acturum Medicum abſq; optima ſex rerum non naturalium moderatione. Nam ſi in nulla harum exceſſus fiet, non lædetur cerebrum, multo minus inferiores partes, quæ materiã catarrhalem ſuppeditant, prægrauabuntur, ſicq; haud dubie catarrhus & cruditates diminuentur, & ſi nõ prorſus atq; ex toto, magna tamen ex parte ſymptomata & accidentia ceſſabunt. Bene autẽ ſecum actum æger exiſtimabit, ſi à Medicina hoc conſequatur, vt tolerabile ſit malũ, quod inſanabile forſan videri poterat.

Aeris frigidi & humidi correctio.

Aër igitur humidus & frigidus cauendus, & in hyeme arte contemperandus, videlicet ſuffitu ex ſtyrace Calamitha, quæ prunis iniiciatur.

In cibo cauenda varietas & à piſcibus, ac omnibus fumoſis, vt oleribus crudis, allio, ac cæpis præparatis, fumo maceratis, ſale conditis, leguminibus, lacticiniis abſtinendum. Potus ſit purus, cereuiſia bene & mature defecata, præſertim cum à vino potentiore caput ſibi grauius affici ſentiat, & cereuiſiæ potum recte ferat. Non tamen obſto, quin propter ventriculum debilem, & præſertim cum piſces comedit, vinum bibat.

Regula diæta vniuerſalis.

Singula autem cauenda in cibo & potu præſcribere difficile eſt. Prudentes & ſuæ valetudinis diligentes cuſtodes, quo in numero Magnificum Dominum eſſe animaduerti, facile obſeruare poſſunt, à quibus cibis offendantur, quibus iuuentur; quæ errata in victu bonæ valetudini noceant, quæ non admiſſa proſint. Dolendum eſt autem homines plerumq; ita viuere, vt iumentis, inprimis equis ac canibus, plusquam ſibi ipſis parcant. Proinde vera eſt admonitio Arabis illius, quam in conſilio ſuo, Regi ſuo præſcripſit, homines ſi ſic ſe ipſos gubernarent, vt ſuorum equorum curam habent, minus ægrotaturos.

Equi accuratior, quã hominum diæta.

Sed de his plura non neceſſe eſt. Affectiones animi, & cerebri, labores, iis, quorum morbi à catarrho & debilitate cerebri pendent, in primis canendę, maxime à cibo. Itaque Celſus præcepit? Quibus caput infirmum eſt, iis, ne cogitationem quidem à cibo tutam. Maxime autem à cœna ab iis temperandũ, nec in multam noctem lucubrandum, multo minus inter commeſſationes ſedendum.

Exercitia corporis.

Poſt cœnam deambulatio, qua non defatigetur corpus, duabus horis vel tribus, modo non fiat in aere nocturno, loco humido & paludinoſo, conuenientiſſima: Nam exercitia grauiora à cibo, ſiue prandio, ſiue cœna ſumpta; ſicut etiam ſomnus vel Venus maxime noxia, replent enim caput, & coctiones turbant. Matutina vero ſanitati conferunt, modo corpus, ac in primis caput & pedes aduerſus cœli iniurias muniantur.

Lotio pedũ.

Interdum matutinis horis pedes abluat decocto betonicæ, & roriſmarini, & vino, cui parum aceti affundatur, atq; ſale ſoleas pedum cõfricet. Nam hoc modo & tumor ſiniſtri pedis minus moleſtus erit, & caput etiam iuuabitur.

Gargariſmus.

Mane autem cum lecto ſurgit, eluat os aqua Saluiæ, & interdum hoc gargariſma adhibeat:

℞. Origani.
Saluiæ.
Roriſmarini an. m. j.
Roſar. rub. p. j.
Pyrethri.

A

Zingib.an.ʒj.ß.

Decoquantur in ſ.q.aquæ puræ addatur.

Aceti acerrimi ℥j.Miſc.

Hoc gargariſma pituitam per os extrahet,& cerebrum roborabit. Cum autem rectiſſime cerebrum per nares euacuetur, & natura eam viam ſequatur, mane per nares hanc aquam attrahat.

Errhinon.

℞.Guaiaci comminuti ℥j.

Aquæ puræ.℔iij.

Affundatur aqua calida, & per noctem macerentur, deinde coquantur ad medietatis conſumptionem,& iniiciatur:

℞.Maioranæ.

Roſar.rub.ana p.j.

Colentur & detur in vitro.

Vbi non ſatis materia expurgatur, proſunt, quæ magis euacuant, prius tamen ſoluta aluo pillulis, de quibus paulo poſt monebimus. Poteſt vero, quod per nares euacuat, ſic præparari:

℞.Maioranæ.p.j.

Zingib.

Nigellæ an.ʒj.

Agarici albiſs.ʒj.ß.

Decoquantur in ℔j. aquæ ad tertiæ partis conſumptionem, & naribus, vt dixi, infundatur, vel vola manus attrahatur. Mundatis ſic ore palato & naribus, caput quoq; mundandum & leuiter confricandum pectine humectato iſto oleo:

℞.Ol.amygdal.recent.in quo folia roſar.ebullierint.℥j.

Ol.garyophyllorum gutt.iij.

Macis ℈ß.Miſce.

Medicorum præceptum generale.

Sic (vt ſpero) caput & vacuabitur, & roborabitur. Cum autem generale præceptum Medicorum ſit, ne partis alicuius vacuationem, priuſquam totũ corpus perpurgatum ſit,tentemus, & compertiſſimum ſit, ſenam omnia ſenſuum inſtrumenta atque caput etiam vacuare, velim Dominum iam,& deinceps in Autumno iſto infuſo ſenæ vti, poſteaquam ter horis matutinis cochleare vnum de ſyrupo tali ſumpſerit:

Fol.ſenæ vis.

Syrupus.

℞.Syr.de betonica.

de ſucco cardui.

Mellis roſati an.℥j.Miſc.

Subiicio deſcriptionem ſenæ:

Decoctum ſenæ.

℞.Peſſular.ʒvj.

Betonicæ.

Meliſſæ.

Maioranæ.

Flor.violar.

Borrag.an.p.j.

Galangæ ʒß.

Fol.ſenæ Alexan.ʒ.v.

Fiat horum infuſio l. a.in ſ.q. aquæ puræ, poſtea decoq.

℞.Colaturæ ℥iiij.

Syr.roſ.ſolut.

Mannæ calabrin : an.℥j.Miſce.

Hoc infuſo vtatur bis in anno, Vere ſeu ineunte æſtate, & in Autumno. Si forte alias aluus eſt aſtrictior, ſumat hora dimidia ante cœnam drachmam vnam pillul. Maſtichinarum. Ad roborandum autem caput de ſequenti Electuario ſingulis diebus accipiat:

Electuariũ caput roborans.

℞.Conſeruæ roſar.℔ß.

flor.anthos.

borrag.an.℥j.

Spec.aromat.roſat.ʒij.

Ambræ,Moſchi an.g.vj.

Succini albi pulueris ℈j.Miſc.

De hoc,vt dixi,capiat ad magnitudinem caſtaneæ, & in hac curatione, præſertim cum ea nihil, vel priuatas, vel publicas occupationes poſſit impedire,perſeueret: Tũ haud dubie id conſequetur, de quo Deo, à quo hanc Curationem benigne fortunari opto, gratias agere poſſit,& debeat.

In Hemicrania, per conſenſum ventriculi & epatis,pro quodam Generoſo Domino.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM II.

MVltæ ſunt ſpecies doloris pro cauſarum varietate, & loci affecti. Hemicrania autem eſt dolor mediæ partis capitis, anteriorem magis, quam poſteriorem affligens. Hac affectione aliquoties S. G. laborare animaduerti. Cauſa non eſt in capite, ſed in ventriculo, vel epate, maxime tamen in ventriculo. Aſſumpto enim cibo S. G, ſemper leuari obſeruauimus. Itaque cum haud dubie, vel à chylo corrupto in ventriculo,vel ab humore prauo in ventriculo genito, vel bilioſi humoris affluxu oriatur, opera danda eſt, vt quam minima moleſtia vomitu materia reiiciatur, niſi natura hoc tentet, ſin minus, aquæ hordei ℥x. cum ℥j. oxymellis, ac pauco oleo oliuarum adiuuari poteſt, ſi fortiori medicina opus eſt, ſucci expreſſi è raphano contuſo ℥j. vel ſeminis raphani contuſi ʒj. Iuli quoque iuglandis, dum floret,mox collecti, ac torrefacti, & in puluerem redacti, vomitum abſq; moleſtia cient. Euacuatis humoribus in ventriculo contentis, cæteri, qui ad venas meſeraicas, & ad epar hærent, vt deſcendant contemperandi & abſtergendi ſunt. Id fit recta victus ratione, videlicet, hordeo probe cocto & contuſo,& cum iure capi mixto. Item radicibus cichorii in iure capi, vel galliuæ coctis.

Vomitoria.

Iuli iuglandis.

Contemperatio humorum.

ctis. Deinde aſſumpto grauatorum ſucco, ad tria vel quatuor cochlearia. Præcaueri autem hoc malum, ſicuti alia multa, in S.G. corpore poſſet, ſi interdum mane horis duabus vel tribus ante cibum, vnum vel alterũ orbiculum, quorum deſcriptionem ſubiiciam, aſſumeret:

Rotula de Rhabarb. Polycreſta.

℞. Sacchari in aq. roſar. & cinnam. diſſol. ℥ iiij.
Rhabarb. opt. pul. & aq. cinnam. aſperſi ʒ ij.
Extracti Rhabarb. ℈ ij.
Succi roſarum ʒ j.
Conſeruæ roſarum parum.

F. confectio in orbiculis, quorum ſinguli pondo ſint ʒ j. ſumatur de his vnus, vel duo, vt monui, præſertim ſi aluus vel aſtrictior fuerit, vel corpus humoribus grauatur. Affirmare auſim, ſi S.G. morem gerens hoc faceret, non ſolum catarrhũ mitiorem futurum, verumetiam calculũ renum, doloresq; podagricos, rarius atq; mitius afflicturos, minusq; epar (cum Rhabarbarum ſit anima, vt Medici loquuntur, epatis) per fluxum hæmorrhoidum periclitaturum. Denique aliis medicamentis purgantibus, quæ ratione præſeruationis ab impendentibus morbis exhiberi ſolent, minime opus futurum. Ideo huius medicamenti leniter euacuantis hoc loco mentionem feci. Nullam autem prorſus nauſeam inducit, nec ventriculum lædit, quin potius eum roborat, & appetitum excitat. Præſeruat ab affectionibus capitis, maxime vertigine, ab hydrope, pedum tumore, à febribus omnis generis. Idque S. G. experta credet, ſi bis vel ter in menſe vno aſſumpſerit.

Rhabarbarum calculoſis & podagricis commodiſſimum.

In catarrho, cum variis ſymptomatibus, ventriculo & cerebro frigidis, ac epate & renibus calidis, pro quodam Nobili viro,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM III.

Vitæ valetudinariæ cauſa.

IN hac morum & iudiciorum corruptione, educationis negligentia, vitæq; intemperantia, vix vllum hominis corpus inuenitur perfecte atq; integre ſanum. Multi enim morborum originem ex ipſo ſemine quaſi trahunt, non paucos mala educatio, & ineuntis ætatis labefactatio corrumpit, plurimorũ valetudinem, intemperantia, & morum cõmunium peruerſa imitatio, debilitat atq; frangit. Sunt etiam qui cum in imperitos Medicos incidunt, importunis atque intempeſtiuis medicationibus grauiter affliguntur. Siquidem pharmaca exhibita plus damni illis afferunt, quam ex morbo, cuius cauſa medicamentum inſtitutum fuerat, eſſe poterat. Sed hoc quidem, vt in malis ferendum eſt, illud culpandũ, cum homines in quadam perſuaſione perfectæ & integræ ſanitatis conſequẽdæ corpus perpetuo medicamentis vexant, & non potius naturam quadam diligentia adiuuant. Graui enim cum periculo iis medicamentis auxiliũ adferimus, quos recta victus ratio curare poterat. Cum vero T.H. propter dubiam & vacillantem valetudinem ſæpe ſit confugiendum ad Medicos, & ab his auxilium petendum, pro mea erga te beneuolentia, tuoque rogatu, ſerias cogitationes & valetudine tua curanda atq; confirmanda ſuſcipere volui, & eas ſcripto explicare. Primũ igitur, quod in recta curatione fieri neceſſe eſt, deducam omnia ſymptomata ad morbum ipſum, deinde horũ cauſas oſtendam, atq; quo pacto iis recta victus ratione & medicatione ſit occurrendum, per ſua contraria declarabo.

Corpora medicamentis non oneranda.

Diæta medicina optima.

Hiſtoria ſymptomatum.

Symptomata autem literis atq; ſermone mihi commemorata hæc ſunt: primum conqueritur tua humanitas, te affligi catarrho, eoq; grauius laborare annis climactericis atque enneaticis, & æſtate eum quieſcere, hyeme, præſertim ſub initiũ veris, grauius moleſtare, tum memoriã eſſe diminute læſam, ſtomachum interdum dolere, appetentiam amittere, eamq; potu quaſi excitari. Aluum eſſe adſtrictam, & poſt largiorẽ potum ſolui. In Polonia, id eſt, in locis humidioribus reſpectu tuæ habitationis, & melius dormire, & aluum fluidam eſſe, cæterum tenſionẽ in dextro hypochondrio, & punctiones quaſdam in ſplene tibi moleſtiam exhibere, & horis matutinis in pedibus quaſi ſpaſmum te ſentire. Hæc fere ſunt ſymptomata omnia ad me perſcripta. Etſi autẽ familiare Medicis in humanis corporibus, quorum valetudo infirmior eſt, accuſare hepatis caliditatẽ & ventriculi frigiditatem: tamẽ in T.H. vere hoc facere licet. Nam ructus acidi, item ſitis nonnunquam longe poſt paſtũ, certiſſima indicia ſunt debilis caloris ventriculi, & tardæ coctionis. Epar vero calidũ indicant omnia pene ſymptomata. Recte enim catarrhos & ſimiles affectiones capitis Galen. ad epatis caliditatem retulit. In tua vero humanitate non tantũ epar, verũ & renes calent, & ab omnibus venis multum vaporum calidorũ ad caput perpetuo tranſmittitur. Inde nil mirum cerebro exiſtẽre frigido & ſicco, quin multæ fluxiones concitentur. Sunt autem huius temperaturę cerebri notę nõ obſcuræ, videlicet offenſio prompta à cauſis frigidis, inæqualis & parũ firma ſanitas, excrementorũ inconſtans euacuatio, ſomniq; paucitas. Item quod interdum plane caput videtur bene affectum, mox catarrhis a le-

Signa frigidi ventriculi.

Epatis calidi.

Cerebri frigidi & ſicci.

uiſſimis cauſis tentatur. Hæc ſigna omnia Galenus,& reliqui Medici temperaturæ frigidiori & ſicciori cerebri tribuunt. Etſi vero ſiccioris cerebri homines fideli atq; cõſtanti memoria, & ſenſuum perſpicuitate prædíti ſunt: tamen formarũ non facile ſuſceptiuũ cerebrum habent, vnde diſcendi difficultas oritur, nec niſi ſæpe multumq; inculcatis rebus memoria firma eſt.

Siccum cerebrum memoriam non facilem ſed firmam efficit.

Accedit his vaporũ aſcenſus perpetuus, inde haud dubie cerebrum ſuperflua quadã humiditate male afficitur, quæ memoriæ obeſt, & grauedinum atq; diſtillationum cauſa eſt.

Humiditas memoriam debilitat.

Quod vero his maxime vexatur annis climactericis & ennearicis, familiare eſt omnibus hominibus, indigetq; explicatione longiore, quę ad Mathematicos magis, quam Medicos ſpectat. Cęterum catarrhũ hyeme pręcipue infeſtare, minime mirum, cum, vt Galen. inquit, etiam in corpore tẽperato pituita hyeme abundet.

Cur catarrhus hyeme præcipue infeſtare ſolent.

Eſt autem ſub initiũ veris fluxionum motus vehementior, & per hyemẽ collecti humores in capite reſoluuntur atq; diffluũt, ideoq; opera danda (quemadmodũ oſtendemus) vt cauſæ excrementorum quantum licet vitentur, membra roborentur, tam demandantia, quam ſuſcipientia, collecta præparentur, & tempeſtiue educantur. Sed redeo ad ſymptomatum explicationẽ. Dolor ſtomachi, exigua appetentia, humidi largioris tolerãtia, & ingeſto cibo cupiditas edendi, hæc frigidiorem atq; humidiorẽ ventriculũ indicant; Nam humidioribus gaudere & famem tolerare, humiditatis indicia ſunt.

Nota frigidioris & humidioris ventriculi.

Debiliorem, autẽ coctionem efficit debilior calor, inde flatus, qui ventriculum diſtendunt, chyli deſcenſum remorantur, & non raro grauiſſimæ tenſiones, & obſcuri quaſi ventriculi ab hac dolores excitantur. Cum autem epar ſit calidius, ſæpe ad ſe trahit imperfecte coctum chylum in ventriculo, atq; inteſtinis, fiuntque in eo obſtructiones, magna etiam copia feculentorũ humorũ tranſmittitur ad ſplenẽ, inde non mirum, ſi tẽſionem & punctiones interdum in hypochondriis ſentiat, & aluus ſiccior exctementa difficilius deiiciat.

Symptomata calidi epatis.

Imo hoc magis mirandum eſt, nõ ſuccedere eiuſmodi diſpoſitioni Melancholiã, quam hypochondriacam & flatulentam, de ſententia Dioclis Galenus vocat. Humiditas autem aëris, & ratio victus in Polonia facit, vt melius dormiat atq; egerat. Tenſio matutinè in muſculis pedum, quam ſpaſmũ tua humanitas eſſe arbitratur, eſt familiare ſymptoma debilis coctionis primæ, & indiget lõga explicatione.

Tenſio muſculorum pedum ſymptoma debilis coctionis.

Et haud dubie eum nõ ſolum vapores, verumetiã materiæ ad cerebrũ deferantur, ad pedes etiam eius materiæ catarrhoſæ aliquid defluit, atque in panniculis muſculorũ iſtas tenſiones matutinis horis efficit, niſi per ſudorẽ atq; halitũ euacuetur, poſtea vero motu diſcutitur. Ne autem dolores articulorum, aut ſpaſmus ſequatur, optimi remedii genus eſt, cruditatẽ atq; euaporationes vitare, id quod nõ ſolum fit medicatione; ſed recta etiã victus ratione. Itaq; cum cauſas morborũ atq; ſymptomatũ in hoc corpore arte inuentas explicauerim, de curatione nunc agemus.

Prognoſticon.

Illud primum monendum, cum membrorũ, videlicet ventriculi, epatis, cerebri, addo etiã ſplenis, & renum magna ſit inæqualitas, & ad æqualitatem quandam perfectam vix poſſint reduci, integram & plane inculpatã ſanitatem non me debere promittere, ſed ne ſæpe grauiter & periculoſe labores, te diligentia tua, & Medico recte viam monſtrante poſſe conſequi. In eo vero ſequemur Medicorum præſcriptum illud, de ſententia Hippocratis atq; Platonis monentes, omnia prius ad valetudinem rectam cõſequendam tentanda eſſe, quam corpus medicamentis laborioſe cõmouendum.

Diæta ſecuriſſima curatio.

Nam licet ea innoxia videantur; perpauca tamen ſunt, quæ nõ ſumere difficile atq; laborioſum ſit, tum quia naturæ, quæ materiam ad membra trahit, contrarias affectiones detrahendo habent; tum quia rariſſime tantum mali humores eorum vi euacuentur; quin etiam bonorũ aliquid, & interdum ſpiritus ipſi, aliqua ex parte decedant. Quare vt recte valeas, omnis exceſſus aeris vitandus, quantũ in nobis eſt: ventorum & imbriũ violentia fugienda.

Cura.

Etiamſi vero omnes cœli atq; aeris iniurias effugere difficile ſit; tamen aliquas poſſumus mediocri diligentia declinare. Lædit autẽ præcipue omnis aeris intemperies eos, quibus caput infirmũ eſt, & catarroſis maxime vitandus nocturnus aër, & flatus auſtrales atq; occidentales.

Aer nocturnus catarrhoſis vitandus.

Sed de his non libet iam plura pręcipere. Victus ratio recta tuæ humanitati nota eſt, & cum ſciam te nihil facere in ea immoderate atq; intemperanter, pauca monebo. Nam ſingula, quæ ſalubria atq; inſalubria cenſentur, recitare ſuperuacaneũ eſſet, cum ea ex omnibus ſcriptis cognoſcere poſſis.

Regula diæta generalis.

Primum tua humanitas vtatur cibo ſimpliciſſimo. 1.

Nam veteres, vt teſtatur Galen. ita ſimplicitati ciborũ ſtudebant, vt vno paſtu carnes, altero ſolum palum ederent, ſed nos conuenientius pane atque carne veſcimur.

Simplex veterum victus.

Si vero iam aliter conſueuiſti viuere, non temere aut ſubito, ſecundum præceptum Hippocratis, conſueta mutabis. Illud exiſtimabis veriſſimũ, vix aliud æque ad vitandam cruditatem, quæ maxime noxia eſt, facere, quam ſi cibo ſimplici vtamur, eo etiam interdum pro conſuetudine deteriore.

Cruditatis remedium.

Secun-

Digitized by Google

2 Secundo, etſi ventriculus humidus eſt, & humida appetit; tamen rectius meo iudicio aſſatis, quam elixis carnibus vteris. Vitabis autem vſum præſertim pinguedinum, & humida, quæ ventriculum relaxant, quantum poteris, & pro humorum redundantia cibis conuenientibus vteris. Sunt vero duo admodum contrarii humores, nempe crudi & aduſti in tuo corpore. Sed ſub initium veris crudi magis mouentur, ſicut ſub initium hyemis aduſti. De aduſtorum vero moleſtia cum nihil admodum conqueſtus ſis, nunc non aliud addam, quam calculũ, item cogitationes melancholicas eorum ſobolẽ eſſe. Optimũ igitur erit, ſub exitum autumni eos contemperare atq; expurgare, ſicut pituitoſos ſub initium veris, vt deinceps monebo.

Pinguia ventriculum laxant.

Aduſti humoris ſoboles.

3 Tertio, ordo ciborum is ſit, vt faciliora primum ſumantur, vt oua ſorbilia ante carnes, quia hac ratione facilius cibus deſcendit: verum lubricãtibus, vt prunis, aut aliis fructibus ſæpe ac multum ſubducenda aluo vti minime rectum eſt. Relaxant enim ventriculum, quod cum fit, nulla concoctio proba effici poteſt. Siquidem tum ventriculũ probe coquere cibũ aſſumptũ edocemur, cum is corrugatur, atq; in ſeſe cõtrahitur, totamque maſſam amplectitur, atq; cõtinet, donec coquatur. Tempus autẽ coctionis quantitate & qualitate ciborũ, item caloris naturalis ventriculi variat. Hinc vero incõmoda prolixarũ comeſſationum, itẽ ingurgitationum conſpicua ſunt, & manifeſtum bibones atq; crapulatores perpetuis cruditatibus obnoxios. Sed poſteaquam cibus è ventriculo egreſſus fuerit atq; coctus, vtile erit humanitati tuæ, atq; etiã omnibus, quibus epar calidius, bibere, præſertim bene coctam & defecatam cereuiſiam. Ita enim ventriculus, vt teſtatur Auicenna, abluitur, inteſtina, quæ humido ab epatis caliditate exhauriuntur, humectantur, aluusq; laxa efficitur. Chylus etiam in venas rectius penetrat, ſiquidẽ potus nihil aliud eſt, quam nutrimenti vehiculum. Vinũ, præſertim meracius, propter epatis caliditatem, & capitis infirmitatẽ ſcit T. H. ſibi non prodeſſe. Quare non plura de his monebo.

Lubricantium ciborũ noxa.

Hepate calentibus cibo concocto, defæcata cereuiſia bibenda.

4 Illud vnum addam, ne cibus ingeratur alius, eo, qui prius eſt ſumptus, nondũ cocto. Nam hoc cruditates auget, quemadmodum vſus fumo maceratorũ, ſalſorum, & immodice conditorum, humorum aduſtionem. Diuretica etiam cibo miſcere noxium eſt calculoſis, & tibi ſummopere vitandum. Atq; hæc de victus ratione ſatis. De ſingulis enim monere non eſt noſtri inſtituti. Proximũ eſt, vt de exercitio dicamus, in cuius opportuno atq; cõuenienti vſu præcipua pars conſeruationis ſanitatis, vt Medici omnes monent, conſiſtit. Nam hoc innatũ calorem fouet, totiusque corporis vires inſtaurat, ſuperfluitates diſcutit, membra ad ſuſcipiendum alimentũ incitat, atq; ita vires & valetudinẽ conſeruat. Genus exercitii conueniens quilibet ſibi facile poteſt eligere. Nam alium deambulatio iuuat, alium ea, quæ per manuũ laborem fiunt. Ac velim T. H. ſingulis diebus ante paſtũ, cibo prius bene cõcocto, horulam vnam aut dimidiam manu ducere ſerram, atq; ligna ſecare, aut ſimile aliquod opus facere. Id profecto meo iudicio plus conferet, quã frequens etiam laudatiſſimorũ medicamentorũ vſus. Cæterum ea exercitia, in quibus caput valde atq; totum corpus concitantur, & incaleſcunt, minime iudicauerim cõuenire. In exercitiis vitetur immodicus calor, & matutinũ frigus, & non obeat illa, niſi prius depoſitis excrementis, quieſcat deinde horã vnam, priuſquã comedat. A cibo tutiſſima eſt quies, ſed vitandus ſomnus pomeridianus; quia caput replet, & catarrhoſis ſupra modum nocet. Nec dormiat ſtatim à cœna, verũ tribus aut quatuor horis poſt cœnam ſumptam, & vtatur quantum fieri poteſt, ſomno prolixo, cauſasq; vigiliarũ, vt curas atq; moleſtias, & reliquas animi perturbationes, quãtum poteſt, deponat. Nocturnũ aërem prorſus à ſe arceat. In cubiculo, in quo dormit, coquat aquam roſaceam, vt vapore exhalante contemperetur aër cubiculi. Pedes omni ſeptimana bis abluat ſequenti decocto, præſertim cum vigiliæ ſunt moleſtæ:

Cibo non concocto alius non ingerendus.

Diuretica cibus non miſcenda.

Exercitiũ.

A cibo tutiſſima quies: ſed ſomnus non bonus.

Lotio pedum ſomnum conciliant.

℞. Fol. violar.
Salicis.
Nymphææ. an. m. j.
Chamæmel. m. ß.
Capit. papauer. n. iij.

Decoq. iſta in ſacculo, & ex decocto nõ admodũ calente abluantur manus atq; pedes, quatuor horis poſt cœnam. Iuuat etiam, vbi valde acres vapores aſcendunt in caput, intingere nares oleo roſato completo, aut vnguento roſato Meſ. Frequentẽ vſum diacodii, vel confectionis de papauere, propter ventriculi intemperiẽ non probo admodũ; multo minus ſyrupi de papauere, niſi catarrhus tenuis vrgeat. Nam cum vẽtriculus ſit frigidus & humidus, & contrariis ad ſuam temperiẽ reducendus, ſummopere eſt frigidorum & humidorum frequens vſus vitandus. Ideo autem diapapauer minus lædere videtur, quia accipit T. H. in forma ſolida. Syrupus de papauere offendit magis ſua humiditate. Cæterum cum tenuis iſte catarrhus nimium moleſtus eſt, detineas ſub lingua noctu hos trochiſcos:

Diapapauer.

Trochiſci in tenui catarrho.

℞. Nucis muſcatæ ʒ j.

Gummi Arabic.ʒß.

Redigantur in puluerem,& miſc.cum aq.roſar.ac f.trochiſci parui.

Frictiones.

Hi & caput roborant, & plurimum præſertim in catarrho tenui iuuant. Poſt ſomnum, priuſquam lecto ſurgat, primum tibias, deinde brachia,& quantum poteſt,corpus fricet. Indutus, diu & leuiter caput pectine mundet, & partes ceruicis, præſertim poſt aures,abluat hac aqua:

Aqua ad abluendam ceruicem.

℞. Aq.roriſmar.℥iiij.
Euphraſiæ ℥ij.
Roſar.℥j. Miſce.

Hyeme ſub carbones ponat lignum aloës,& fumũ naribus immittat. Os etiam diligenter mundet, primum linguam, deinde palatum & dentes; vtaturq; folio ſaluiæ ad mundandos dentes. Detineat etiam in ore matutinis horis exiguã portiunculam radicis galangæ, & interdum galangam comedat. Cæterum ientacula prorſus fugiat; & ſi pro abſterſione ventriculi, & humectanda aluo velit iuſculo vti, vel ad contemperandos humores aduſtos,ſumat ius gallinaceũ; aut è tenui cereuiſia intrito pane modico cum butyro & ſaccharo fiat iuſculũ, cui imponat nouẽ aut decem grana piperis integri, & hoc, præſertim frigido tempore, ſorbeat. Balneis non velim te frequenter vti,præſertim calidioribus, quia humores in capite colliquant, & fluxiones in toto corpore excitant. Verum hic concedo aliquid conſuetudini, nec de balneis prolixe diſputo. In aqua dulci lauare non eſſet inconueniens,ſi modo nõ læderetur vẽtriculus. Caput vt ſingulis ſeptimanis ſemel ſibi ablui curet,moneo. In lixiuio autem decoquat maioranam, roſas, & interdum folia ſenæ. Roborant enim eiuſmodi lotiones caput,moderate calefaciunt, & ab excrementis liberant. Atq; hæc etſi ad tuendam & confirmandã ſanitatem ſatis eſſe poterant; tamẽ quia in hac membrorũ intemperie excrementa plura colliguntur, quã vt ab iis natura ſua vi liberari poſſet, interdum medicamentis adiuuanda eſt, & membrorũ intemperies quantũ licet corrigenda. Porro inter medicamenta ſolutiua præcipue (id q; ſæpe T.H.ſignificaui) cõmendo ſenam: nec cum illis ſentio, qui exiſtimant, ſenam perturbare ventriculũ, & imbecillum reddere. Nam cum ſicca ſit, & amaritudinis non nihil, atq; adſtrictionis habeat manifeſtum eſt eam ventriculo prodeſſe. Quod vero (præſertim muliebria & pituitoſa corpora) epoto ſenæ infuſo torminibus vexantur, id bumotum pituitoſorũ vitio fit, non medicamenti, & interdũ etiam propter viarum anguſtiam. Præparanda igitur ſunt talia corpora, priuſquam eis ſena exhibeatur. Cæterum cum ſit manifeſtum, ſenam & aduſtos & pituitoſos humores purgare, nullũ medicamẽtum tuo corpori cõuenientius poteſt inueniri. Hinc Actuarius, Meſue, Serapio ſenam, cerebrũ, cor, lienem, pulmonem, & omnes corporis ſenſus mundare, eorumq; incommodis cõferre teſtãtur. Quin hoc quoq; addunt,eam viſcerum obſtructiones expedire, ſeniũ retardare,& animi bilaritatem adferre. Sed hoc de ſena ſatis. Propter epatis caliditatem interdum vſum Rhabarbari,& præſertim in ſubſtantia,vt vocant, probauerim. Nam ita valide epar roborat,& renes expurgat,denique, vt Meſues inquit, omni noxa vacat, vt quouis tempore, & omni ætati poſſit exhiberi. Agaricus,quia,vt Medici docent,eſt *medicina ſecuritatis*, atque,vt Democritus dixit,*familiaris*, cum ad omnes corporis partes conformitatem habeat, & à longinquo trahat, maxime ſub veris initium purgantibus medicamentis admiſcendus eſt. Cæterum hoc quoq; monendũ, quibus imbecillus eſt ventriculus,atq; frigidus & humidus,iis magis conferre medicamenta in forma ſolida, quam potiones, proinde eas ad purgationes annuas concedo quidem. cæterum ad ſubducendam aluum præſcribam ſolida medicamenta, vt arbitror,tuta & innoxia. Purgetur autem ſub initium Octobris, hoc modo: primum vtatur aliquot diebus horis matutinis iuſculo caponis, in quo decoquantur radices petroſelini,& parce cœnet. Deinde bibat hoc decoctum alternis diebus bis aut ter horis matutinis, quatuor ante prãdium:

Balnea in catarrho vitanda.

Lexiuium.

Sennam ventriculo prodeſſe.

Tormina poſt ſenam vnde fiant.

Rhabarbarum.

Agaricus.

Forma ſolida medicamentorum quibus conuenientior.

Purgationes & præparationes hyemales.

℞. Paſſular.min ℥j.
Rad.bugloſſæ ℥ß.
Herb.ſcolopendr.
Ceterach.an.m.ß.
Flor.violar.
Borrag.an.p.j.
Galangæ ʒj.

Decoq.in ℔ j.ß.aquæ hordei ſ.a.ad tertiæ partis conſumpt. colaturæ fortiter expreſſæ.

℞.℔.j.huic add.
Syr.de pomis ℥iij.
Miſce pro tribus potionibus.

Syrupus de pomis.

Hęc vero potio non tantum aduſtos humores educit; verumetiam viſcera omnia roborabit,& capiti plurimum proderit. Porro ne quis error in vſu ſyrupi de pomis cõmittatur, ſubiiciam deſcriptionem:

℞.Succi pomorum dulc.℔.j.

Coq.lento igne ad medietatem; deinde imponatur vaſi vitreo, donec facta fuerit reſidentia,coletur poſtea,& adde:

Succi borrag. ex tota planta expreſſi & defecati ℥iij.
Syr.de corticib.citri ℥ij.
Sacchar.q.ſ.f.ſyrupus,& ſeruetur vſui.

Hic

Hic ſyrupus mire iuuat Melancholicos, & ab aduſtis humoribus male affectos. Si forte deinceps aluus eſſet adſtricta, cenſerem his pilulis recte eam poſſe moueri, quę haud dubie ſoluent abſq; moleſtia, & humiditatem ventriculi aliquo modo corrigent, non autem nocebunt inteſtinis vel epati:

Pilula pro humido ventriculo.

℞. Bdellii alb. mollis & pinguis.
Aloes infuſ. trib. diebus in lacte an. ʒ j.

Incorporentur ſimul, & reformentur pilulę mediocres. De his pilulis capiat ante cœnã, cum aluus adſtricta eſt, drachmam dimidiã. Quod ſi non contulerint, me de eo certiorẽ reddat, & ego aliud medicamenti genus reperiam, ne toties potionibus ſit vtendum. Aloen ſcio vobis moleſtam eſſe, ſed hoc modo præparatam vtilem futuram minime dubito. Poſt purgationes vero vtatur hoc electuario hora decubitus ad magnitudinem caſtaneæ:

Electuariũ poſt purgationem.

℞. Conſer. roſar. Damaſ. ℥ ß.
Spec. aromat. roſat. ℈ ij.
Nucis moſcb. ℈ ß.
Thuris albiſſ. ℈ ij.
Miſce, & f. electuarium.

Huius electuarii vſus non ſolum ad roborãdum caput & ventriculum, atq; catarrhum minuẽdũ prodeſt; verumetiã in primis memoriæ conſeruandæ conducit. Ac ſunt qui præcipue affirmant, iuuari memoriam vſu thuris, ſi præſertim Luna in ſcorpione, ſumantur ter in die, hoc eſt, mane, hora veſperarum, & antequã ſe quis cubitum conferat, tria grana thuris. Sed hic vſus mihi ſuperſtitioſus videtur. Porro ſi propter epatis & renum caliditatẽ acres humores deferãtur ad cerebrum, & ſomnum turbent, vtilem atque gratam hanc potionem futuram arbitror:

Thus memoriæ conducit.

℞. Hordei mundi diutiſſ. cocti ℥ iij.
Amygdal. infuſ. in aq. roſar. ℥ ij.
Sem. Melon.
Papauer. alb an. ʒ j.
f. horũ emulſio in aq. hordei ad ℔. ß.
cui add.
Iulepi roſac. ℥ j. Miſce.

Emulſio acres vapores demulcens.

Bibat hoc hordeatũ in introitu lecti. Tũc enim ſomnũ facit, & ſtomacho, epati, & renib. prodeſt. Porro ſi T. H. moleſtabit dolor renũ atq; calculi, vteris, prius expurgato corpore, hoc puluere ad ʒ ij. aut iij.

Puluis ad calculum.

℞. Milii Solis ℥ ß.
Pinearum lotar. & mundat. ℥ j.
Sem. portulacæ,
Lactucæ,
Endiuiæ an. ʒ ij.
Papaueris alb. ʒ iij.
Sacchar. alb ad põd⁹ omniũ. Miſce.

Accipiat vel horis matutinis, vel veſperi, ſi modo vel nihil, vel parciſſime cœnauerit. Nam omnia, quæ renes purgant, & calculũ pellunt, longiſſime poſt paſtũ ſumenda ſunt. Etſi autem in literis, quibus à me conſilium petis, nullam calculi mentionẽ facis: tamen ſcio te antea de hoc conqueſtũ, & in iſta corporis diſpoſitione plane eſt metuendus. Niſi capitis atq; ventriculi rationẽ haberem, de vſu terebinthinæ monerẽ; ſed abſtinendum ab ea iudico, niſi euidens vrgeat neceſſitas.

Terebinthina non ſemper vſurpanda.

Nunc redeo ad purgationem vernam, quæ ſub finem Ianuarii, aut initium Februarii, vtilis atque neceſſaria eſt. Licet vero aliquot formulas medicamentorũ antea præſcripſerim: tamen hanc nunc quoq; probo:

Purgatio verna.

℞. Paſſul. minor. ℥ j.
Sem. aniſi.
Rad. filipandulæ an. ʒ ij.
Galangæ ℥ j.
Flor. botrag.
Violar. ana p. j.
Zingiber. ℈ j.
Agarici trochiſ. ʒ ij.

Decoq. in ℔. j. aq. puræ ad tertiæ partis conſumpt. In decocto infund. per noctem.

Fol. ſenæ Alexand. ℥ j.
Colaturæ fortiter expreſſæ, ℞. ℥ viij.

Cui adde ſyrup. de betonica ℥ j.

De corticibus citri ℥ ß. Miſce.

Hac potione duobus dieb. vti poterit horis quatuor ante prandium. Deinde ſumat horã matutina hoc electuarium, quo roborabuntur omnia membra.

℞. Conſer. roſar ʒ ij.
Mithridat. el. ℈ ij.
Miſc. detur in aurora.

Bolus tempore æſtiuo.

De purgatione mẽſe Maio, & ſanguinis miſſione, exponam T. H. meam ſententiam. Nõ enim ſatis ſcio, an cõſueueris mittere ſanguinem, & docebo te de ſyrupo violaceo ſolutiuo, quem ſcio tibi plurimum, pręſertim æſtiuo tempore, profuturum. Eſt etiam vtilis ad ſoluendam aluum æſtiuo tempore:

Syr violac. ſolutiuus.

℞. Conſer. roſar.
Cichorii an. ʒ ij.
Rhabarb. el. & pulu. ʒ j. Miſc. f. bolus, quo vtatur duabus horis ante prandium.

Ad expurgandum caput vero, prius corpore purgato, vtiliter per nares hunc humorem vel ſuccum trahes:

Errhinum.

℞. Pulu. nigellę quatuor diebus in aceto roſac. infuſ. atq; pulu. ʒ j.
Aq. maior. cũ ſuc. herb. expr. ℥ iij. miſc.

Hoc non tantum caput purgabis; verumetiam roborabis. ſed, vt monui, non eſt adhibendum, niſi corpore purgato. Habet etiam H. T. vnguentum, epatis caliditatem corrigens atq; roborans, quo cũ ſis feliciter ſæpe vſus, illud nõ mitto, & porro te recte vti poſſe exiſtimo. Fluor ſanguinis exiguus è naribus,

de quo poſtremo ſcripſiſti, nihil admodum me mouere poteſt, cum acriores vapores aſcendunt, & caput petant, non mirum ſi venæ aperiantur, & arbitror eius aliquas fuiſſe cauſas. Quare de valitudinis tuæ euratione nunc non ſeribam plura. Deum vitæ & omnis ſalutis fontem & autorem precor, vt te benigne conſeruet, & medicationes meas gubernet, Amen.

Reſpondetur in ſequenti epiſtola ad quadam dubia præcedentis conſilii.

Dubia veſtra non modo nihil mihi ad dubitationis adferunt; verumetiam meam ſententiam confirmant. Nam ego de temperatura ventriculi & epatis, vt nunc, id eſt, de præſenti loquor, nec omnes cauſas procatarcticas, quibus fortaſſe mutata eſt, & longe alia facta, ac prima cõſtitutione fuit, inquirere poſſum. Ab vſu Hellebori valde læſum eſſe ventriculum non dubito, & præſertim facultatem attractricem, quę à talib. vehementibus medicamentis, & fortiter humores cõmouentibus ac trahentibus præcipue læditur. Inde fit, vt cum ventriculum nutrimentum trahere naturaliter conueniebat, imbutus mala qualitate medicamẽti, vitioſos humores atque viribus medicamẽti conuenientes ad ſeſe alliciat, & prompte his repleatur. Quare, niſi deinceps per interualla rurſus expurgetur, multorũ morborum hæc vitioſa ventriculi attractio cauſa eſt. Atq; hinc eſt, quod ſcripſi, ventriculum frigidiorẽ eſſe & humidiorem. Frigidiorem, quia naturalis calor ventriculi eſt debilior. Humidiorem, quia propter iſtam debilitatẽ cruditates generantur, & ventriculus non tam prompte cibum, quam vitioſos humores ad ſe trahit.

Helleborus noxius ventriculo. Facultas attractrix præcipue vehementib. medicamentis læditur.

Dubium. 1.

Nunc ad primum tuum dubium reſpondeo: *An non calor epatis ſubueniat frigiditati ventriculi?* Reſpondeo: etſi epar eſt calidum, tamẽ illius calore non iuuari calorem ventriculi, cum non ſit temperatus. Omnis enim actio naturalis, vel coctio, fit à calore proprio, mẽbroque inſito. Atqui hic inſitus calor iuuatur quidem ab alterius membri calore, ſi is ſit temperatus; ſin minus, offenditur. Ita in tuo corpore cum leuibus de cauſis calor epatis fiat immoderatus, dupliel modo ventriculo obeſt: primo, quia calorẽ eius naturalem ſua immoderatione debilitat atq; diſſipat: ſecundo, quia omentũ, quod præcipue iuuat & conſeruat calorem ventriculi, & in eo quod plurimũ prodeſt, abſumit, & ipſum fundum ventriculi, cum eſt immodicus, extenuat, ita vt propterea corpora cõtabeſcãt.

2. Ad ſecundum dubiũ: *Cur præcipiam vſum piperis integri, item galanga, cum ſciam ſtatim te offendi vſu vini meracioris?* Reſp. cum Galenus affirmet, à confectione diatrion pipereon non offendi epar, quod piperis calor non tranſeat primas venas, & tuto in frigiditate ventriculi exhiberi poſſe ſentiat, rectius nos præſcripſimus vſum piperis integri, item galangæ maſticatæ. Nam in vtroq; aromate eſt calor in partib. tenuibus, qui facile à calore naturali euocatur, eumq; excitat atq; iuuat, vt non modo pituitam eã, quæ in ventriculo eſt, alteret, mutando partim in nutrimentũ, partim extenuando; verumetiam expellat. Hoc autem vinũ meracius nullo modo pręſtat. Nam non ſolum prõpte ad epar fertur, verum ab ipſo trahitur, & ſecum crudos humores deducit. Vnde obſtructiones fiunt, augetur calor præternaturalis, diminuitur naturalis; hinc flatus, tenſiones, & torſiones. A pipere autẽ integro, à galanga maſticata, nihil eſt eiuſmodi metuendũ. Nam piper cũ calorem ſuũ amiſit in ventriculo, poſtea deſcenſum etiã in inteſtinis ſecũ adiuuat. Galanga ſpiritus refocillat, & cordi fonti caloris vitalis amiciſſima eſt. Inde omnes operationes actioneſq; iuuantur. Exiſtimarem autem modicũ vſum vini etiã meracioris, quale eſt *Vipachũ*, aut *Pucinum*, quod vulgo *Reinfal* vocant, ſi modo cibo miſceatur, ſanitati etiam nõ omnino aduerſum futurum, cum quidã Liuiæ Auguſtæ (vt refert Plin.) octuaginta duos annos vitę Pucino vino acceptos retulerit, nec alio ſit vſa. Verũ hoc, & multo magis Cretica, Vngarica, aut Auſtriaca vina ſine cibo ſumpta, vel etiam cũ cibo immodice, grauiſſima valetudinis pericula tibi allatura eſſent. Sed Pucinum vinum ad nos raro adfertur genuinũ, ideo nec clarũ fit, & grauiter tentat caput.

Diatrion piperon.

Piper.

Galanga.

Reinfal, vinum Pucinum raro apud nos genuinum.

Ad tertiũ dubium: *An non rectius calor ventriculi poſſit iuuari per medicamenta forinſecus adhibita, ita vt nõ lædatur epar, & an hæc non ſint tutiora?* Reſp. piperis vſum eſſe tutiorem, imo tutiſſimum, contra calida minus poſſunt applicari fundo ventriculi, ne ſimul lædant epar, id quod patet ex anatomia, & ſitu mẽbrorum. Sed ego inunctiones non protſus reiicio, imo me tibi quaſdã formulas præſcripſiſſe puto. Non autem tutum eſt, niſi euidens vrgeat neceſſitas, ad iſtas aſſuefacere membra, atq; hoc modo ea vexare. 3.

Ad quartum dubium: *Arbitraris propterea aluum eſſe adſtrictam, quia bilis nõ fertur ad inteſtina: ſed cum vrina excernatur.* Reſp. etſi verum eſt bilis officio exturbari feces ex inteſtinis; tamen & hoc veriſimile eſt, quibuſcumq; epar eſt calidum, iis aluũ eſſe ſicciorem & adſtrictiorem, propterea quod extrahitur è chylo omne humidũ, & ita excrementa ſiccantur, difficiliuſque deiiciuntur. Nam etſi feratur bilis ad inteſtina; tamen ſi feces ſunt duriores, ſtimulus qui ineſt bili ad expulſionẽ, ſatis non eſt; verum humidi- 4.

ras

taſ aliqua requiritur, ideo cum T. H. vtitur largiore potu, aluus eſt fluida. Quintum dubium: Hic tamen mihi obiicis: *Cur igitur vſum humidorum vetas?* Reſp. non eo inficias aliquomodo quoq; concoqui cibum iam alteratum, & aliqua ex parte coctũ, ac in chylũ transmutatum in inteſtinis: verumtamen ſi intempeſtiue feratur è ventriculo, nec in eo probe concoquatur, cõſequitur illud, quod Medici dicunt; errata primæ coctionis non emendari in ſequentibus. Vt autem cibus in ventriculo probe concoquatur, nec ante tempus deſcendat, requiritur hoc, vt (quemadmodum vulgo loquuntur) ventriculus ſeſe clandat, hoc eſt, corrugetur ac contrahatur in ſeipſum, & aſſumptum cibum amplectatur, atq; ita vnito calore foueat alimentũ, & concoquat. Humidorum autem vſus relaxat ventriculum, hancq; corrugationem, & hunc complexum impedit. Ergo hoc ſequitur, vt & alimentũ imperfecte coquatur, & ante tempus in inteſtina delabatur. Vnde quidem iſta humectantur, & aluus fit humida & fluida; verũ reliquũ corpus minus boni ſucci accipere poteſt. Aſſa vero elixis ideo præfero, quia plus humidi proprii in ſe cõtinent, elixa vero plus alieni. Deinde quia potus rectius admiſcetur aſſis, qui eſt nutrimenti vehiculum, atq; propterea iis, qui largiore potu vti conſueuerunt, minus nocumento eſt. Neq; tamen aſſis ſolis, aut ſemper vtendum cenſeo.

Aſſa cur elixis præferantur.

6. Sextum dubiũ: Quæris à me, *cum ego tibi conſulam, vt potius cocto cibo in ventriculo, humectandi inteſtinorũ cauſa, & epatis iuuandi bibas, quod ſit tempus coctionis, quæ indicia?* Reſp. Medicos quoſdam illud quidem certis horis deſcribere, at in re dubia atq; incerta minime inter ſe de his cõuenire. Nam Auerrhoes ſedecim horas requirit, Gentilis decem, & alii de his aliter ſentiunt; verum maxima Medicorũ pars cum Auicen. quatuor horas ſatis eſſe putat. Sed iſta melius poſſunt conſideratis cauſis iudicari. Vna eſt communis cauſa coctionis, videlicet, ipſa facultas naturalis, quæ eſt debilis, debilitato calore, ideo tarde coquit; fortis, calore aucto. Hinc coniungendæ cauſæ effectrices moderantes & alterantes calorem. Nam ſi alimenta ſint bonæ qualitatis, & adhibeantur in debita quantitate, quæ non grauet vẽtriculum; item ſi ſit vſus tempeſtiuus, ita vt vel potus vel cibus nouus non ingeratur, niſi priore confecto, teneatur bonus ordo, ita vt ſolida poſterius edantur, haud dubie duabus aut tribus horis mediocris coctio in vẽtriculo veſtro fieri poteſt, vel etiam citius; verum ſi cibi nec boni ſucci, nec in debita quãtitate ſumantur, nec modus & ordo ſeruetur, neceſſe eſt ſequi ſigna concoctionis malæ, videlicet, grauitatem, tenſionẽ, rugitum, multũ ſputum, item ructũ nidoroſum, & acidum. Nidoroſum quidem à calidiorib. & bilioſioribus: acidum, à frigidiorib. & pituitoſis corruptis; tenſionẽ à flatibus.

Tempus coctionis.

Signa crudæ coctionis.

Cum autem cibus bonus in quantitate mediocri, tẽpore opportuno, ordine recto, eſt aſſumptus, cum mediocri potu, eſtq; eius ſine moleſtia tolerantia in ventriculo, ſapor in ore inconſuetus nullus, nec tenſio, aut grauitas vlla, appetitio autem potus modica, cõceditur præſertim illis, quib. epar eſt calidius, & plus humidi ad ſe trahit, ventrẽq; inferiorem ſicciorem reddit, duab. horis poſt ſumptum cibum, prçſertim ante ſomnũ, leuiter & paulatim aliquid ſuperbibere, propter eas cauſas, quas in conſilio noſtro poſui. Verũ poſt prandium neq; potione, neq; exercitio intẽpeſtiuo coctio eſt turbanda. Quia ſi nulla ſit poſt cœnã ſitis, ſi potus etiã proportione debita ad cibũ ingeſtum in cœna ſumptus, nihil quam aliquid bibere conſultius eſt, multoq; conuenientius illis tantũ poſt cœnam vti, quç & coctionẽ iuuant, & euaporationem prohibent, & ventriculo robur addunt.

Signa concoctionis cibi.

Potus ante ſomnum.

7. Septimũ dubium. Eſt itaq; iam facilis reſpõſio ad ſeptimum dubium, cũ quæris, *quo pacto cõſerua roſarum, ſuccus cydoniorum cum ſint frigida, non obſint ventriculo?* Reſp. Non eſſe ſimpliciter frigida, & iuuari iſtum complexũ cibi in ventriculo ab iſtis, nõ frigiditate, ſed vi temperata adſtrictoria, qua ſunt prædita. Itaque non tantum impedire aſcenſum vaporum; qui remoratur corrugationem ventriculi & caput vaporib. replet; verum incitare quaſi ventriculum, vt in ſeſe cõtrahatur, & totum cibũ amplectatur, ita vt nulla eius parte vacua, nulla hiante, vnico calore perficiatur coctio. Hac autem perfecta, aperto pyloro, id eſt, infimo ventriculi orificio, cibũ quaſi depreſſum facilius deſcendere, nec longiorem moram, quam par eſt, in ventriculo trahere, neq; humidiorem chylum, qui in inteſtinis quoq; coqui nequit, (vt crapulatorib. & bibonibus accidit) in ventriculum regurgitare, & matutinum vomitum conciliare. Porro ad exſiccandum ventriculum, quo promptius claudatur, & in ſe contrahatur, & minus vaporum ad cerebrum tranſmittat, vtimur maſtiche & thure, vt T. H. à me eſt edocta.

Maſtix & thus exſiccant ventriculum.

8. Ad octauum dubium, de modo exercitii & termino dubitas propter ſudorem. Veriſſimum eſt, quod Hippocrates inquit: *Immoderatum omne naturæ inimicum.* Exiſtimant autem Medici ſudorem & laſſitudinem terminũ eſſe exercitii, nec ad laſſitudinem perueniendum. Hæc quidem opinio non eſt perpetuo vera. Nam corpora rariora facillime ſudant abſque vlla laſſitudine,

Sudor non ſemper laſſitudinis index.

Compactiora & denſiora nunquam. Quare ſudor non poteſt eſſe exercitii terminus, ſicut etiam nō ſemper mutatio anhelitus; ſed temperata defatigatio, quæ ſcilicet ad eum modum deueniat, vt nec defectus vtilitati detrahat, nec exceſſus vires imminuat, & ſpiritus reſoluat. De liguorum ſectione grauiori nihil præcepi in meo cōſilio, imo cum

Exercitii terminus.

de frictione matutina dixi, oſtēdi immoderata exercitia vobis fugienda. Ad nonum

9. dubium, de vſu myrobalanorum, & miſſione ſanguinis, hæc reſpondeo, virtus valida efficit operationes perfectas. Ea autem conſiſtit in membri firmitate, & ſpirituum bonitate.

Myrobalanorū vſus.

Myrobalani chebuli ſubſtantiam cerebri iuuant, ſpiritus recreant & expurgant, ideoque medici horis matutinis myrobalanos ſacchato conditos aſſumendos cenſent, & nucleum diu in ore tenendum. Porro chebuli pituitam à ventriculo & capite educūt, ſenſuum organa emundant & conſeruant, vt auctor eſt Meſues. Excellunt in chebulis, qui colore nigro purpurante, & cortice craſſo præditi ſunt.

Noxa myrobalanorum.

Arabes multa præclara iuuamenta illis attribuunt: verū quidam non immerito hoc noxiæ adſcribunt, quod obſtructiones & viſcerum infractus augent. Hæc de myrobalanis.

Sanguinis. miſſio.

De ſectione venæ neſciebam te ſingulis annis bis mittere ſanguinem. Scio hac in re multum tribuendū conſuetudini; ſed ingraueſcente ætate profecto minime tutum erit toties per phlebotomiā ſanguinē detrahere. Nec neceſſe erit, præſertim cum non ſit magna plenitudo in corpore, & moderatus victus, atq; exercitia poſſint huic ſubuenire. Cacochymia autem, & humorum vitia annua medicatione tollentur. Nunc reformido miſſionem ſanguinis. Nec vero cum morbi ratio hoc exigit; ſed præſeruationis cauſa toties mittere, niſi in corpore plane plethorico minime ſuadere velim, ideoq; vt ſingulis annis deinceps ſemel tantum mittas, niſi euidens vigeat ne-

10. ceſſitas moneo. Ad decimū dubium: Quæris de ſyrupo ex ſucco endiuiæ, atq; deſcriptione diapapaueris. Syrupi de endiuia nulla eſt peculiaris formula; ſed conficitur modo aliorum ſyruporum, qui ex ſuccis fiunt, & extat ratio eius cōficiendi in diſpenſatorio Cordi. Diapapauer vero tale exiſtimo vobis vtile fore:

Diapapauer.

℞. Capit. papauer. n. x
Paſſular. enucleat. ℥j
Liquirit. incif. ℥ ß.

Decoq. in ℔. ij. ß. aq. puræ ad medietatis conſumpt. & exprimatur fortiter, & ponatur in loco frigido iamdiu, donec poſſit reſidere; deinde coletur cum diligentia, & colaturæ adde ſacchar. puriſſimi ℥ viij. f. confectio in rotulis. Habes reſponſiones meas, vt ſibi rror, perſpicuas ad tuas dubitationes; in quibus ſi quid tuam humanitatem deſiderare cognouero, non deerit tibi meum officium. Vale.

In catarrho, pro quodam Nobili viro,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM IIII.

VETVS ſum conſultor valetudini viri præſtantiſſimi adhibitus, fateor. Sed quo ætas ab ipſo tempore, quo ſcripſi conſilium longius eſt progreſſa, eo maior & corporis temperaturæ, & iudicii mei facta eſt mutatio. Quid igitur in conſilio meo probandum vel improbandum ſit ignoro. Medicus catarrhi cauſam præcipuam ad intemperiem eparis refert. Non repugno. Sed cur vapores calidi & humidi potius illi per ventriculum ab epate ad cerebrum, quā per venas ad caput deferri videantur, cauſam non reperio. De his vero nullam controuerſiam moueo. Nam vtrumq; fieri poſſe conſentaneum eſt. Si tota cauſarum vis ex ſubiectis partib. pendet, illarum intemperies mutanda. Si, quod magis exiſtimo, caput infirmum eſt, illud roborandum. Vera roboratio eſt temperamēti reſtitutio. Poſſit ne reſtitui, neſcio. Conatus perpetuo vtilis. A cibo ſumantur ea, quæ aſcenſum vaporum remorantur. Eſt puluis pepticus Syluii, ſunt coriandri præparata ſemina. Eſt cōfectio diacydonites ſine ſpeciebus. Huic poteſt ſaccharum roſatū cum bolo armena admiſceri.

Aſcenſum vaporum prohibentia.

Vacuationes in morbis pectoralib. à catarrho non probo. Et mediocri doctrina præditi, atq; vſu artis præſtantes Medici cauſas intelligunt. Quid enim faciūt ad coctionē, quid ad vacuationē materiæ in pectore? Quid ad deriuationem, cum magis commoueant? Quid ad capitis & ventriculi robur? Quid ad epatis temperiem corrigendam? Poſſe quædam contradici ſcio. Verum in morbis pectoralib. tutiſſimum eſſe abſtinere à medicamētis purgantibus, re ipſa cōperi.

Vacuationes in morbis pectoralib. à catarrho improbantur.

Pillulæ de aloe roſata ſunt ἀκινδυνώτατον medicamentum, roborant & ſiccant. Manna cum ſyrupo roſatū ſeroſos humores ducit. Aloen miſcere cū diureticis calidis, inſcitiæ eſt. Neq; lauatur ſucco feniculi, præſertim ſena infuſa, quæ viſcidū quiddā in ſe habet atq; ob hoc tormina excitat, niſi medicamentis quæ ſunt tenuiſſimarum partiū, neq; tamen diuretica corrigatur. Non libet de his plura ſcribere. Si catarrhi cauſa à ventriculi & eparis intemperie depēdet, & acidulæ vtriq; medentur, non dubito earum vſum rectū eſſe. Sed cū meo iudicio intemperies capitis præcipue ſit morbus, à quo ſymptomata illa procedunt ea, ſi vllo modo fieri poteſt,

Aloe & ſena quibus commendanda. Sena.

Acidulæ. poteſt, curanda. Acidulæ autẽ quid ad hoc valeant, neſcio. Nocere non poſſe arbitror. *Inſeſſus.* Inſeſſus ad diuerſionẽ materię catarrhi probantur. Si per hos epatis intemperies calida corrigenda, cur non potius fomenta adhibemus? Abſynthium præſertim noſtrum frigidum exiſtimare non ſolemus, & cum ſiccitas ad caliditatem faciat, atq; roſę etiã admixtæ ſiccent, quam erit hoc medicamentũ *Inunctiones.* vtile? Itaq; poſt inſeſſus in aqua dulci, oleo potius, cui ſantali, roſæ, & parum etiam abſynthii incoqueretur, cum vino in vaſe duplici epar inungerem. Olea enim minus ſiccãt. Quod inſeſſus adiuuant, eo fit, quia materia catarrhi his in vniuerſo corpore contemperatur, & à pectore deriuatur. Verum *Sacculi capitales.* niſi me omnia fallunt, ad intemperiem capitis præcipue reſpiciendum. Adhibendi igitur capiti foris ſacculi ex roſis, ſantalis, cui admiſceatur puluis ſuccini, parum maſticis, macis, & caryophyllorum, atq; fiat, vt appellant, cucupha. In ore, præſertim nocte, teneat parum de nuce muſcata toſta. Mane ad craſſos ſpiritus, qui agitati ad vertiginem fa- *Orbiculi.* ciunt, parum carui aſſumat. Vtatur orbiculis confectis cum oleo carui, item aniſi, feniculi, ſæpe carui odore. ſuffitũ faciat ex ſtyrace. Vtatur matutinis frictionibus, lotionibus *Frictiones & lotiones matutinæ.* pedum, in quibus Magnum eſt iuuamentũ. Hæc poſſent iſta hyeme fieri. Præcipue vero recta victus ratio obſeruetur, & caput, pedes, atq; pectus à frigore muniantur. Non poteram in feſtinatione ſcribere plura, nec debebam. Indicationes curatiuas eſſe collationes morbi & auxilii, nemo dubitat. Morbus eſt intemperies capitis, à qua dependent ſymptomata. Non inficior aliquid ad eã intemperiẽ eparis & ventriculi facere. Itaq; ad eam quoq; reſpiciendum. Materia, quæ in pectore & pulmonibus collecta eſt, tuſſi, non *Pectus roborantia.* medicamentis aluum ducentibus, expurganda. Pectus roborandum, tam iis, quæ foris adhibentur, tam quæ intus aſſumuntur, inter quæ bolus armena, in hyeme etiam theriaca cum ſaccharo roſato primas obtinent.

In catarrho, pro alio quodam Nobili viro.

D. IOH. CRATONIS

CONSILIUM V.

Simpliciſſima Medicina optima. AMPLISSIME vir, ſimpliciſſimus medicamentorum vſus rectiſſimus eſt: & legimus apud ſcientiæ noſtræ magiſtrum pręclarum: ſcelus eſſe vti compoſitis, cum ſimplicia ſatis adiumenti afferre poſſunt. Itaq; quod ad purgationem attinet, etiam nunc rectum videtur, ne à formula illa, quam pręſcripſi, diſcedas. Ad mixturam roborantem caput atq; ventriculum, quod attinet, magis mihi ſimplex hoc electuarium probatur. *Elect. ventriculum & caput roborans.*

℞ Conſer. borrag.
Cortic. citri condit. an ℥ß.
Conſer. roſarum ℥ iiij.
Spec. aromatic. roſat. ʒ j. ß.
Caryophyl. inciſor. ʒ j.

Miſc. de hac matutinis horis ſumat tua præſtantia ad magnitudinem nucis caſtaneæ: ad catarrhum autem ſedandum, hora decubitus tantundem de ſequenti electuario accipiat:

℞. Conſer. roſar. ℥ j. *Elect. ad catarrhum.*
Thuris maſcul. ℈ ij.
Nucis muſcatæ toſtæ ℈ j.
Syr. aromatic. roſat. ℈ ß.
Miſc. & f. electuarium.

Si epar roborandum eſſet, acciperem de confectione iſta duos orbiculos, qui leuiter ventrem ſoluerent:

℞. Sacchar. in aqua cinamom. diſſol. ℥ iiij. *Rotulæ ad epar de Rhabarbaro.*
Rhabarb. ſubtiliter puluer. & electi, ʒ ij.
Extractionis rhabarb. ʒ ß.
Miſc. & f. l. a. f. confectio in rotulis.

Lotiones capitis proſunt in primis iis, qui fluxionibus tentantur. Sed in iis quoq; ſimplicitatem amo, & ſatis eſſe puto, ſi lixiuio *Lixiuium.* maiorana atq; roſæ rubræ imponantur. Sudare etiam in lecto matutinis horis maxime *Sudorifica.* iuuat, & facilime prodibit ſudor, ſi tua præſtantia aliquid de ſucco cardui ſumpſerit. *Succus cardui.* Hæc nunc inter occupationes varias potui monere, vbi plus vacui temporis habuero, meo me officio in cæteris non defuturum polliceor.

In catarrho, pro quodam Theologo.

D. CASP. HOFMANNI

CONSILIUM VI.

QVOD Horatius ludens, de quodam ait: Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt: id de te vere dici poteſt. *Symptomata pituitæ.* Quicquid enim hactenus querelarum de valetudine afflicta audiui (quales fuerunt de catarrhis, de languore ventriculi, de appetentia deiecta, de inflatione ventris, de colicis dolori bus, de tumore ſupra inguina, &c.) omnia illa ex pituitæ originem trahunt. Generatur autẽ pituita his potiſſimum de cauſis: *Quibus ex cauſis pituita generetur.* calor ventriculi iuſto languidior eſt, nec exuſcitatur quotidiano exercitio, atque etiam auocatur à ventriculo ad caput, ſtudiis, cogitationibus profundis, vehementia actionis in cõcionibus. Vbi olla per ſe non eſt firma, & circum ponitur ignis, qui plus fumi, quam *Ignis plus fumi, quam flammæ prabens.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

flammæ ex ſe reddit, nec flamma exuſcitatur flabello, & prunæ inſuper auferuntur ab olla, atq; ad alia coquenda adhibentur, quæ poteſt inde ſequi coctio: Cum igitur ad coquendum non adferatur calor ſufficiens, nec flammæ eius excitentur flabello exercitiorum, non poteſt in officina primæ concoctionis exquiſita fieri ciborum elaboratio. Sed quemadmodum, quæ in foco coquuntur, ſi igne iuſto deſtituantur, lenta & tenacia euadunt, ac magna ex parte cruda remanent: Ita cibi, ſi non eo, quo oportebat, calore conficiantur, in viſcidam quandam humiditatẽ degenerant, & cruditates pariunt. Inde nimirum tantus eſt excrementitiarum humiditatum prouentus. Præterea in corporibus noſtris nunquam concoctiones & excretiones tam exactæ fiunt, quin ſemper relinquatur aliquid ſuperflui, euius acceſſione augetur pituitæ copia. Hæ ſunt potiſſimæ in te pituitę redundantis cauſæ. Nam in aliis valido ventriculo præditis, pituita procreatur à cibi & potus vſu largiore, qui hic calcaribus magis, quam freno indiget. Præcipua autem pituitæ loca, in quibus cõtinetur, & membra, quæ ab ea affliguntur, ſunt ventriculus, inteſtina, & caput. Caput nimio ſtudio & intentione animi in res graues debilitatum eſſe, negari non poteſt, & ſpiritus animales per multam cerebri defatigationem ad paupertatem redigi neceſſe eſt. Ita affectũ caput non poteſt penſum ſuum abſoluere, hoc eſt, non poteſt alimentum alendo cerebro deſtinatũ conficere & concoquere, nec rurſus ſuperflua inde nata, vi natiui caloris & ſpirituum conſumi, aut diſſipari poſſunt, præſertim cum ſæpe ab inferiore parte corporis noua & copioſior, quã expediat, materia ſubminiſtretur. Nam plerumq; ex ventriculo crudo exhalant, & per ſtudia & negotia ſtatim à cibo ſuſcepta, attrahuntur ad caput vapores & fumi craſſi, quos cerebrum, quia nec arcere aduentantes, nec diſſipare receptos poteſt, iure hoſpitii retinet. Hoc modo repletur caput vaporibus, qui facile in humores condenſantur, veluti in foco apparet, vbi vapores ex olla elati ad operculum, in aquam conuertuntur. Idem quoq; in nubium procreatione in aere fieri cernitur. Sed quemadmodum nubes in aere aliquandiu detinentur, & niſi à calore Solis, aut vi aſtrorum conſumantur aut diſcutiantur, in pluuias aut imbres diſſoluũtur, fitq; copioſior aut parcior aquæ delapſus pro magnitudine cauſæ: ita cum caput debile, deſtitutũ caloris innati & ſpirituum robore, humiditates ſuperfluas cerebri abſumere, abigere, aut diſcutere non poteſt, retinentur ſane aliquandiu, & in priores ſinus cerebri reconduntur, ſed poſtea impetum nactæ per foramina cerebri deſtillant, plus minus ve pro materiæ ratione. Primum autem cum humiditates immoderatius exſuperant, fit fluctuatio quædam in capite, quæ eſt quaſi quoddam catarrhi prę̨ſagium. Poſtea cum materia vel copia grauat, vel qualitas aliqua irritatrix accedit (quales ſunt, frigus exprimens, æſtus colliquans, aut impetuoſa aliqua animi perturbatio (tum initio è capite deſtillat pituita tenuis & aquoſa lentorem obtinens, deinde maturitatem ſuã nacto catarrho mucus prodit craſſior, flauo aliquantulum colore imbutus. Ac primum quidem pituita in cerebro exiſtens inſipida, vel dulcis eſt: verum ſi diu in ventriculis cerebri hæreat, ſalſa & acris euadit. Hæc eſt catarrhi è capite decidentis ratio. Sunt porro ſua defluxionibus loca, per quæ iter ſuum tenent, cum à cerebro protruduntur. Innocentiſſime catarrhus per oſſa ἠθμοειδῆ in nares delabitur & emungitur, & quanquam præter emungendi moleſtias caput inde ingraueſcit, & reſpiratio difficilior euadit, nec vox vt ante ſonora eſt: tamen quia per meatum cerebro expurgando deſtinatum, pituita prodit & abiicitur, minus inde metuendum periculi, quam cum per alias vias exitum quærit. Maius autem diſcrimen imminet, ſi in partes ſubiectas interiores catarrhi irruant. Protruduntur etiam interdum excrementa capitis ad partes exteriores, vt tubercula & puſtulæ in cute excitentur, ac tum humore expulſo caput quodammodo ab onere moleſto leuari videtur. Hactenus de pituita caput occupante. Nunc ad ea, quæ in ventriculo & inteſtinis continẽtur. Pituita, quæ in ſtomacho gignitur, tenax & viſcida eſt, etiamſi initio tenuis appareat. Lentorem autẽ acquirit ex caloris defectu. Calor enim corporis imbecillior eſt, quam vt cruda concoquat, & pituitam gigni prohibeat, ac deſunt calori flammæ, quibus iam genita attenuetur, & ad frugem aliquã perducatur. Itaque cogitur & redigitur ad muci conſiſtentiam. Porro ſi orificium ventriculi redundet pituita, imminuitur appetentia, ac propter conſenſum cerebri & cordis, animus vireſque languent. Si vero in fundum ventriculi deſederit, calor eius à frigiditate pituitæ obtunditur, vt minus concoctioni ſufficiat. Sequitur igitur cruditas & huius ſoboles flatulenta ventris diſtenſio, murmura alui, ructus, fluctuatio aſſumpti cibi, &c. Augeſcente pituita oritur nauſea, ab ore profluit aqua pellucida, ſed lentorẽ habens, frequens adeſt ſputatio, interdum etiam irriti accedunt vomendi conatus. Quod ſi prætetea alui dejectiones ſupprimantur, & flatus

Calor non analogus quid faciat.

Ortus excrementorũ.

Pituitæ locus.

Vapores cur copioſi ſurſum exhalent.

Catarrhi præſagium.

Catarrhus per nares innocens.

Catarrhi motus ad exteriora.

Signa pituitæ exiſtentis in ventriculo, ipſius orificio & fundo.

flatus in ventriculi capacitate coarctati exitum non inueniant, dolore non modico cruciatur ventriculus. E ventriculo pituita in inteſtina deuoluitur, quæ quia laxa, & anfractib. multis ſeiuncta ſunt, hoſpitium nocituro hoſpiti præbere coguntur. In inteſtinis vero pituita ſatis alioqui per ſe tenax, tantum acquirit lentorem, tantamque craſſitudinem, vt inteſtinis adhæreſcere poſſit,

Pituita vitrea.

atque hæc eſt, quæ vitrea pituita dicitur, eo quod vitri in modum concreta, & prodiens vitro fuſo ſimilis ſit. Deliteſcit illa aliquandiu in inteſtinis, & quieta eſt, atque interim ſemper copioſior materia colligitur, & firmius inteſtinis adhæreſcit, donec vel aſſumpto aliquo aduerſæ qualitatis cibo irritetur, vel temporis progreſſu continuis acceſſionibus aucta, inteſtinorum capacitatem repleat. & quaſi infarciat. Quod ſi ſimul obſtructio alui à craſſis reſiccatisque fecibus coincidat, tum vitreus ille humor atrociſſime ſæuire incipit, præſertim agitatus tempeſtate congeſtorum & concluſorum flatuum, violenter (negato exitu) erumpere tentantium. Inde fit miſerabilis in ventre diſten-

Colica.

ſio, contorſio, dilaceratio, & quacumque ſe flatus tamquam erupturi conuertunt, illic immani cruciatu inſtar perforantis terebelli ventrem lancinant. Hæc quia fiunt in colo inteſtino, quod proprium eſt flatuum receptaculum, proinde dolores illi colici vocantur. Atqui nonnunquam etiam accidit, vt pituita congeſta in tumorem attollatur, qui ſpecie externa turgidus, Medicos in errorem inducit, & curationes eo-

Tumor à pituita vitrea in inteſtinis.

rum eludit. Nam conſpecta tumoris duritie, protinus ad emollientia decurrunt, iisque inſiſtunt, cum curatio vertenda eſſet ad ablationem cauſæ, hoc eſt, ad pituitæ ex inteſtinis detractionem. Ac res tandem loquitur ipſa, deducta aliqua pituitæ parte, tumorem ipſum deſidere & minui. Libet

Hiſtoria.

hic referre, quod Fernelius recitat de legato quodam Caroli V. Cæſaris. Is in ventre tumorem ſentiebat à pituita lenta & concreta ortum. Adhibita ſunt toto ſexennio remedia mollientia tamquam ſi ſcirrhus emolliendus eſſet. Tandem iniecto clyſtere quiddam durum pedis longitudine detractum eſt. Re inopinata, & quaſi prodigioſa perculſus legatus, qui nihil ſimile viderat, in magno metu fuit, ne forte inteſtini portio excreta eſſet. Sed cum repente malo tam diuturno leuatus videretur, recepit animum, & ſecundum atque etiam tertium clyſterem adhibuit, ita detracta materia, quæ priori ſimilis erat, priſtinæ valetudini reſtitutus eſt. Alius quidam ſimiliter inte-

A. Colon concretum.

ſtina tenaci pituita oppleta habuit, vnde

ſuppreſſa eſt aluus, & venter intumuit, atque ipſe deceſſit è viuis. In anatome illius inuentum eſt colon inteſtinum pituita concreta, vſque adeo infarctum, vt ſolidum cenſeretur, ac ſimul apparuit ratio, cur nihil fecis per aluum tranſmitti & delabi potuerit. Magno igitur valetudinis incommodo, & præſenti periculo, tenaci pituitæ nidificatio in inteſtinis permittitur, atque indulgentia erga hunc hoſpitem (ſub agnina ſpecie, lupinam ſæuitiam occultantis) ſæpe graui pœna luitur, præſertim cum immaniter graſſanti præcluſi ſunt exitus. Colligitur etiam aliquando, ſed rarius, viridis quædam materia in ventriculo, quæ magnos ſtomachi dolores, perturbationes, & anxietates adfert. Ea fit vel à refluxu bilis ex e-

Bilis praſina.

pate in ventriculum, qua inficiuntur & maligna qualitate imbuuntur, ac vitiantur contenta in ventriculo: vel à corruptione alimentorum, tum eorum, quæ ad corruptionem apta ſunt, qualia ſunt melones, mala

Alimenta in bilem degenerantia.

armeniaca, mora, nuces, amygdalæ, dulcia nimio vſu: (facile enim illa in bilem vertuntur) tum acrium & vitioſorum, vt ſunt cæpe, ſinapi, naſturtium, olus acidum, aromata vehementer calida, &c. Hæc quia nequaquam vinci, concoqui, & in ſuccum bonum mutari poſſunt, corrumpuntur & vertuntur in bilem porraceam, ſeu πρασοειδῆ vulgo praſinam, quæ viridi flauoque colore virulentiam ſuam prodit. Hæc vbi cumulatur, & ſupra modum augetur, ſequi in quibuſdam ſolet morbus, χολέρα dictus, nempe

χολέρα

ingens & truculenta ventriculi perturbatio, vbi viridis illa beſtia intolerabili cruciatu lancinat, torquet, & diſtendit ventrem, & cum impetuoſo & violento tumultu, cum anxietate multa & animi deliquio ſuperne

Signum bilis praſinæ.

& inferne erumpit. Bilis præſentia in ventriculo prodit ſe ſiti ante cibum mendoſa (vt vulgo vocant.) Nam quæ poſt cibum ſi-

Sitis cauſa poſt & ante cibum.

tis vrget, oritur plerumque ex cibis ſalſis, fumo exſiccatis, frixis in butyro, &c. Vbi vero nulla apparet externa cauſa, ſitim ante cibum excitans, coniectare oportet, vel bilem, vel pituitam ſalſam colligi in ventriculo, aut aliunde irrepere. Cæterum quod concionatores & oratores à concione de ſiti ante cibum conqueruntur, id accidit propter reſiccatos pulmones & tracheam arteriam. Nimia enim vocis conten-

Cur oratores ſitiant à concione.

tione areſiunt inſtrumenta loquelæ, vt humectationem deſiderent, & cor propter abſumptos ſpiritus debilitatum refici poſtulat. Ex his iam apparet, præcipuos vobis vſitatorum morborum fontes eſſe pituitam & bilem, & ab his diuerſa hinc inde excitari ſymptomata, tum pro membrorum diuerſita-

te: tum pro humorum illorum quantitate, qualitate, vetuſtate, irritatione, & cet. Quid igitur agēdum, vt obuiam eatur morbis, quos hæc conſtitutio corporis allatura videtur? Mea ſententia nullum certius ad præcauendos morbos compendium eſt,

In imbecillibus molliter agendum.

quam vt auferātur cauſę. ſed ablatio illa cauſarum propter vires minime giganteas, magna cum modeſtia peragenda eſt. Franguntur enim currus, qui nimium onerantur. Quia igitur cauſæ principales ſunt, pituita, cuius officina eſt ventriculus frigidus (nam inde in reliqua membra diſpergitur) & bilis, quam epar calidum ſubminiſtrat, proinde hos humores leniter euacuari expedit, ſed tum, cum ſuo ipſorum iudicio, tamquam ſorices ſe produnt, nempe vſitatis ſignis, ſputatione crebra, ſiti, languore ventriculi, catarrho, & aliis ſupra commemoratis. Neque enim quieta atque otioſa aut ſignorum expers eſt pituita, vel bilis, cum quantitate exuperat, aut mala qualitate imbuta eſt. Hoc rerum ſtatu humores nequaquam exagitari aut raptari, ſed leniter tractari & duci volunt, præſertim in corpore tenero & raræ texturæ. Aliter ſi fiat, furiunt, & magnam corpori inferunt cladem. Ad vtrumque vero humorem blande è corpore euacuandum, vtilis erit domeſtica illa potiuncula proxime vſurpata, quæ ita apparanda eſt:

Formula purgationis domeſticæ.

Sumatur iuris macri è gallina nondum plane cocta, nec dum ſalita, nec aromatibus condita, hauſtulus, iſque maior vel minor pro voluntate, huic, veſperi pridie quā bibatur, feruenti adhuc iniiciantur res ſequentes:

℞. Fol. ſenæ ℥ ij.
Zinzib.
Cinamom. an. ℈ ß.
Fl. roriſmar. p. j

Reponatur ollula (cui hæ res inditæ ſunt) ſuper fornacem, aut in alium locum tepidum, vt per noctem vires ex ſpeciebus iſtis extrahantur, & in ius ipſum deponātur. Mane fiat omnium non iuſta, ſed inchoata ſaltem ebullitio, ne diutina coctione id, quod optimum in iis eſt, exhalet. Eſt enim prædictarum rerum vis omnis in ſuperficie (vt nos appellamus) poſita, & à talibus non extorquenda, ſed elicienda eſt vis, quam quærimus. Eouſque perducta re, nempe ad ebullitionem, materia omnis per linteum mundum colari, & nonnihil exprimi debet. In liquorem colatum & expreſſum iniicienda eſt manna pondere ℥ j. eaque baculo aut cochleari agitanda eſt apud ignem, donec eam diſſolutam eſſe, & in liquorem abiiſſe appareat. Tum denuo percolanda eſt potiuncula, & calide ebibenda, mane hora quinta vel ſexta, & differendum prandium, donec quinque horæ ſunt expletæ. Neceſſe enim eſt euacuationi ſuum tribui ius ac ſpacium. Superfundi etiam paulo antequam bibatur exiguum aliquid aquæ cinamomi poteſt, vt potiuncula naribus, palato, & orificio ventriculi gratior ſit, atque minus infeſtet reuomitio. Hæc potiuncula etſi in ſpeciem exilis videtur, & conſtat materia pauca, rebuſque valde ſimplicibus: tamen ex iis mixtis operatio laudabilis reſultat. Educit enim ſine violentia & incommodo, quæ corpori adempta eſſe expedit, hoc eſt, noxias materias tum pituitoſas, tum bilioſas è ventriculo & inteſtinis, & non nihil etiam ex capite. Ablata materia minus iam periculi eſt à morbis.

Medicamēta iteranda.

Quod ſi forte propter materiæ copiam vna purgatione non ſatis profectum videbitur, poteſt vſus eius repeti, ſed poſt idoneum interuallum, ne frequentia purgandi, vires nimium atterantur, quas receptas prius eſſe oportet, antequam huius aliquid denuo tentetur. Hanc paruam potiunculam, paruo corpori, imbecillo ventriculo, viribuſq; modicis congruam eſſe arbitror, ad exonerationem ſaburræ corporis à prauis & nocituris (ſi relinquerentur) humoribus.

Membra debilia reducenda ad officium.

Ab euacuatione inutilis & noxiæ materiæ, vertenda eſt cura ad membrorum imbecillium & debilitatorum corroborationem, in qua hoc potiſſimum ſpectatur, vt membra, quæ munus in corpore exercent publicum, ad officium reducantur, quo integrius & felicius operas, quibus deſtinata ſunt, obire & perficere poſſint.

Virium habenda ratio.

Deinde vt ſimul etiam amoueantur impedimenta, quæ vires recolligere ſe non ſinunt. Nam ventriculi coctionem, vt minus bene concoquat, impedit frigiditas. itaque noua ſubinde gignuntur phlegmata & cruditates, quæ poſtea inteſtinis communicantur, & ex iis flatus in colo enaſcuntur.

Epatis calor.

Epati ad bonam ſanguificationem interdum obſtaculo eſt calor, qui increſcens pituitæ ſalſedinem conciliat, & bilem gignit, à qua in ventriculum regurgitante, fiunt ardores ſtomachi, fœtores, ſitis, aliàque mala.

Cerebri humiditas.

Cerebri alacritatem deiicit, & præcipuas eius functiones publicas, (ſenſum & motum) hebetat humiditas ſuperflua, mater defluxionum ad externas & internas corporis partes.

Siccitas inteſtinorum

Siccitas autem inteſtinorum & fecum incidens, facit vt inutilia in corpore retineantur onera, vnde non ſolum moleſta grauitate corpus afficitur, & à flatibus venter diſtenditur; ſed grauiter etiam ab aſcendentibus olidis fumis ſuperiores partes percelluntur. Hinc apparet, quam ſit in tuo corpore rerum concordia

diſcors,

diſcors, ideoq; prudenter confortationem inſtitui neceſſe eſt, ne vni membro conſulturi, incommodemus alteri. Igitur exonerato à malis humoribus corpore, *Conditum polychreſtũ.* poſtridie & ſequentibus diebus de condito polychreſto mane circa ſeptimam, ſumenda eſt portio quantitate caſtaneæ vel iuglandis. Hoc ventriculum ſimul & caput confortat, calefaciendo & exſiccando humiditatis reliquias, cordi robur addit, reficiendo ſpiritus, neque tamen epatis calorem intendit, aut vlli parti nocumentum adfert. *Rotulæ.* Eaſdem vires obtinent rotulę, niſi quod paulo magis calefaciunt, & reſiccant ventriculum & cerebrũ, minuſque humectant quam conditum. Sed corroborant efficaciter, præſertim vbi ventriculi & capitis humiditas fortius præſidiũ exigere videtur. *Puluis ſtomachalis.* Reliquis temporibus ſumi interdum de puluere ſtomachali craſſo aliquid poteſt, quantum ſcilic. tribus digitis comprehenditur. Is ventriculum calefacit, humiditates exſiccat, concoctionem promouet propter emendationem frigiditatis, & capiti quoque corroberando vtilis eſt. *Piperis grana.* Egregie etiam ventriculum calefaciunt grana piperis, per medium diſſecta, & pillulularum modo deglutita, 7. aut 8. mane duabus ante cibum horis. Hocque non contemnendum ab iis habetur cõmodum, quod perfuncta calefaciendi officio, ita vt deglutita ſunt, excernantur, & nullum augmentum calori epatis præbeant. *Aniſum & fœniculum pro flatib. ante cibum.* Ad flatus ventriculi aniſum, ad capitis fumos diſcutiendos fœniculum, ſemel tantum ſaccharo incruſtatum prodeſt. *Coriandrũ pro vaporib. poſt cibum.* Ad inhibendam autem euaporationem coriandrum ſaccharo tenuiter veſtitum, vtile eſt. Sed priora duo ante cibum, hoc poſterius poſt cibum vſurpandum eſt, nempe vt corrugetur & claudatur ventriculus. Si vero ceſſator ſit ventriculus in concoctione, & languidius agat ob inualeſcentem frigiditatem, corrigi eius intemperies, & fulciri robur poteſt, externo etiam ſubſidio adhibito ſacculo ſtomachali. Is calefieri debet, vel iuxta fornacem, vel *Sacculus ſtomachalis.* ſuper latere ignito, irrorato aliquot guttis vini, vt herbæ inſutæ caliditatem concipiant. Ita calefactus imponendus eſt regioni ventriculi, ſed ante cibum vna aut altera hora. Nam cum cibi ſumendi tempus appetit, remoueri ſacculum oportet. Neque enim ſimul remediis & cibo concoquendo ventriculus vacare poteſt. Hoc blando & amico fotu reficitur, & vires recipit ventriculus, emendatur frigiditas, augetur calor, promouetur concoctio. Ventriculo bene habente, totum corpus alacrius eſt. Quod ſi epar incaleſcere animaduerſum fuerit, & bilis inde metuatur generatio, vtile in cõtemperando epate, & reprimenda bile operã nauabit *Conditum epaticum.* conditum alterum, quod ita epatis intemperiem emendat, vt interim ventriculum non frigefaciat. Nam quæ ad ſtomachum calefaciendum addita ſunt, vim ſuam in vẽtriculum deponunt, antequam reliqua ad epar pertingant. Vſus eſt quantitas caſtaneę, aut aliquanto amplius. Hæc ſunt potiſſima, eaq; familiaria remedia, quibus tu etiam ſine Medici præſentia tuto & vtiliter vti poteris. Reſpicitur autem in his ad præcipuas morborum tuorum fomites: quibus ad officium reductis, reliqua membra vel ſponte ſe recolligent, vel facili negotio corrigi & confirmari poterunt. Nam plerumque reliquæ partes ex harum præcipuarum conſenſu afficiuntur. *Aluus nunquã dura ſit.* In primis autem aduigilandũ eſt, ne alui durities aut obſtructio æquo diutius duret, & ſi quando ita induruiſſe excrementa videbuntur, vt reddi nolint, emollitio tentanda eſt per cibos lenientes, vt pruna, mala aſſata, &c. aut etiam per mannam diſſolutam in hauſtulo iuris gallinæ. Si quid præterea corporis tui exegerit conſtitutio, quod Medici officium requirat, in eo præſto ſemper erit mea quantulacumq; opera. Oro autem Deum, vt his remediis benedicat, ne illis ingemamus. Croſnæ, 8. Februar. Anno 1574.

SEQVVNTVR MEDICAMENTA, QVORVM IN HOC conſilio mentio facta fuit.

Conditum polychreſtum.

℞. Myrobal. chebul. conditor.
Cortic. citri condit.
Limon. condit. an. ℥ vj.
Rad. bugloſſ. condit.
cichor. condit. an. ℥ j.
Zinzib. condit. ℥ ij.
Calam. aramatic. condit. ℥ ß.
Lactucæ hiſpanic. condit. ℥ j.
Cinam. inciſ. ℈ j.
Macis inciſ. ℈ ß.
Incid. omnia craſſo modo, & add.
Confect. roſar ℥ j.
Rob. de Ribes ℥ iij.
Gelatin. cydonior ℥ j.
Miſc. in formam conditi.

Rotula.

℞. Sp. diaphœnic. ℥ ij.
Rhabarb. el. ℥ ß.
Extract. rhabarb. el. ℥ ß.
Aromatic. roſ. gr. v.
Extract. calam arom. gr. ij.
Sacch. albiſſ. ℥ iij diſſ. in aq. cuſcutę q. ſ. f. confectio in rotulis.

Puluis ſtomachalis.

℞.Glycyrr.raſæ & inciſ.℥j.
Galangæ ʒ ij.
Lig.aloes ℈ iiij.
Calam.Aromatic.℥ß.
Macis ʒ ij ℈ ij.
Cinamom.el.ʒ vj.
Nucis muſcatæ ʒ ij.℈ ij.
Caryophyll.ʒ ij.
Cubebar.℈ iiij.
Zinzib.alb.ʒ v.℈ ij.
Confect.aniſ.℥ iiij
carui,
fenicul.
coriand.probatiſ.& ſemel cõfect.
an.℥ ij.

Incid. incid. & ſemina maneant integra, ac ſint ſaccharo obducta,& f.pul.ſtomach.

Sacculus ſtomachalis.

℞.Herb.abſinth.
mente criſpæ.
origan.
betonic.an.m .j.
maioran.
calamenti,
roſar.rub. amm.ß.
Sem.aniſi ʒ iij.
cymin.℈ ij.
Calam.aromatic.ʒ ij.
Baccar.lauri ʒ j ß.

Conquaſſ.indantur ſacculo lineo,&cancellatim interſuantur, ac fiat ſacculus quadratus ſtomachalis.

Conditum epaticum.

℞.Rad.cicbor.condit.℥j.
bugloſſ.condit.
zinzib.condit.an.℥ß.
Cortic.citri condit.ʒ v.
Arantior.condit.ʒ iij.
Nucis indicæ condit.ʒ ij.
Gelatin.cydonior.℥j.
Cinam.inciſ.ʒß.
Calam.arom.inciſ.℈j.
Macis inciſ.℈ß.
Conſer.roſar.ʒ vj.

Conditis craſſo modo inciſis & aromatibus miſc.in formam conditi.

In catarrho,pro quadam Illuſtri perſona,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM VII.

Catarrhvm Medici tanquam fontem omnium morborum, vel certe præcipuorum ſtatuunt. Id vt in cæteris corporib. verum cognouimus,ita in S. C. veriſſimum. Licet autem vulgus catarrhum tum vocet, cum materia pituitoſa à capite ad vicinas partes, nares, fauces, & cet. defluit tamen proprie catarrhus ſeu deſtillatio appellatur, cum quaſcumq; corporis partes fluxio præter naturam obruit, eaſq; qualitate, vel quãtitate moleſtia afficit, ac actiones in illis vitiat,quemadmodum in Analogiſmo noſtro oſtenſum eſt. Septem autem præcipue viæ abHippoc.oſtendũtur,adquas materia fluit, & per quas fertur, videlicet, aures,oculi,nares,palatum, venæ & arteriæ, vertebræ ſpinę dorſi,& nerui. Cum materia in cerebro propter eius intemperiem & fumorum, vel humorum multitudinem genita, ad aures perlabitur, ſæpe ingentes dolores, purulentæq; aures fiunt, tinnitus, ſurditaſque ſequitur. Cum ad oculos lippitudines,& alii morbi; cum ad nares coryzæ, ſimileſque moleſtiæ; cum ad palatum, multitudo ſputi, ſcreatus frequentes, nauſeæ; atq; ſi ad ventriculum, tranſit,illius cruditas; ſi inde ad inteſtina delabitur, eorum mala alui fluxiones, & dolores colici, atque ſimilis conſequuntur. Obſtructiones etiam in venis meſaraicis & epate fiunt,& renum vitia augentur. Cum vero per venas intrinſecas catarrhus ad fauces deſcendit, pro diuerſitate locorum, videlicet,tonſillarum,quas amigdalas vocant, columellæ,muſculorum, laryngis,in quib. anginæ fiunt, varias affectiones excitat: ſi vero per extrinſecas venas dilabitur, parotides, inflammationes atque tumores ad aures, ac ſtrumæ conſequuntur. Vbi ad pulmonem, ac ad pectus defluit,&ſpiritus libere tranſire nequit, difficultatem ſpirandi parit, denique cum putreſcit, cruentas & purulentas excreationes, & pernicioſam tabem affert. In aſperam autem arteriam quando delabitur, & pulmones irritat, tuſſis, quæ eſt propria pulmonis affectio, in qua nititur expellere, quæ moleſtant, conſequitur. Cum vero in ſummo hæret,& vocis inſtrumenta nimium humectãtur, vt ſpiritus per materiam catarrhi delatus, tamquam per aquam ſonitum edat, rauci efficiuntur. Cum autem deſtillationum materia per venas in habitum corporis defertur,laſſitudines fiunt: cũque exiguorum meatuum à lentore humorum obſtructio ſequitur, & humores difflari nequeunt, atque ita putreſcunt, febres pro diuerſitate humorũ & locorum,in quib. eſt putredo, ſeu focus febris,generatur. Quod ſi vero materia ad cutim extrahitur, eaque tenuis eſt, pruritum excitat; ſi aduſta, ſquamulas; ſi craſſa, ſcabiem, ſimiliter affectiones & tumores præter naturam facit: ſin vero intus hæret circa articulos atque inflammatur, arthritidem & podagram, ſimileſque articulorum affectiones producit. Interdum in aliis locis, & præſertim neruoſis alios grauiſſimos dolores excitat ſin au-

Septem præcipuæ fluxionum viæ Hippoc.
1. Aures.
2. Oculi.
3. Nares.
4. Palatum.
5 Venæ interna.
Externæ.
6. Arteriæ.

ſin autem in ipſum principium neruorum incidit, atq; integram repletionem, vel multum facit, apoplexiam affert, vel epilepſiam. cum repletio non integra eſt, nec materia valde craſſa, propterea magno conatu natura eam repellere nititur, & totum corpus conuellitur, ſicuti in ſpaſmo, & particularibus conuulſionib. accidere videmus. Cum

7. Spina & Nerui. autem materia per ſpinam dorſi delabitur, & nerui nimium humectantur, nec animalem vim ſuſcipiunt, paralyſin & ſtupores

Morbi cerebri à catarrho. conſequi neceſſe eſt. Cum in cerebro materia continetur atque putreſcit, eaque frigida, letargi; Phrenitides verò à calida putreſcente fiunt. Si frigida & humida eſt, neque tamen putrida, caros, & ſomni grauitatem producit, atque etiam catochum, in qua affectione ægri deſtituti ſermonis vſu iacent. Interdum tamen aliquid audiunt & vident, cum ad poſtremam cerebri partem materia delabitur. De memoriæ læſione à catarrho, & Melancholia, quæ à materia craſſiore & ſicciore oritur, nihil hic dicam. Ex his vero, cum perſpicuum atque euidens ſit, quam multi & graues morbi à catarrho proueniant opera danda, vt ſi omnino illum vitare non poſſimus, impetus ſaltem illius declinemus. Id autem fit recte illius natura conſiderata, quam propemodum deſtilla-

Catarrhi generatio. tiones artificiales oſtendunt. A calore enim agente in humidum continuo vapores excitantur, & ad cerebrum tamquam alembicum feruntur, cumque ab eo ſuperari, & per vias communes videlicet per nares, palatum, & os repurgari nequeunt, vel per cutem exhalant, ad ſubiectas partes delabuntur. Cerebrum enim temperatum moderate per ſolas nares expurgatur, immoderatius per os & palatum. Eſt autem cerebrum ſua natura frigidum & humidum, cumque caliditas & ſiccitas (loquor hic de naturali, per accidens enim videlicet repletum excrementis, cerebrum naturaliter ſiccum, quod caluities & vigor ſenſuum declarat) attrahant vapores, (quemadmodum Hippocrates declarat, cum caput reliquo corpori, tamquam magnam cucurbitam impoſitum ait) neceſſe eſt, vt cum non perfluantur, vel conſumuntur, delabantur.

5. Concocti. Deſcendunt autem vel concocti, vel crudi: ſi concocti delabantur, nihil morbi, vel moleſtiæ inferunt, & cum mediocri craſſitie ſaporem abſque acrimonia, vel ardore, inſipidum vel dulcem obtinent, nec magna difficultate per nares, quorum meatus aperti ſunt, per palatum, vel os expurgantur;

6. Crudi. ſi crudi, videlicet vel nimis tenues, vel ſupra modum craſſi atque viſcidi, vel partim tenues, partim craſſi vel corrupti, ita vt ſint, vel acres, vel acidi, vel ſalſi, colore etiam viridi, vel ſubnigro, periculo non vacant. Itaque crudi concoquendi, corrupti vel contemperandi, ſi id fieri poteſt, vel auferendi & expurgandi. Hinc intelligimus, ſi catarrhum, & quæ eum conſequuntur mala vitare velimus, omni ſtudio capitis rationem habendam, & cruditates, atque euaporationes immodicas, (nam quin aliquid vaporis ad caput perpetuo feratur fieri nequit) vitandas. *In catarrhis caput in primis reſpiciendum.* Caput autem debilitant, & obnoxium catarrhis reddunt, omnes immoderatæ, præſertim humidæ & frigidæ aeris conſtitutiones, mora in Sole, vaporariis calidioribus, ſubita mutatio ex loco calido in frigidũ, vel econtra. Auſtrales atq; occidentales venti, exercitiũ corporis vehemens cogitationes etiã animiq; intentiones diuturniores à cibo. Cæterum vt vaporum *Cruditas.* immodica copia à ſubiectis partib. aſcẽdentium vitetur, cruditas fugienda eſt, & repletio omnis, ac varietas ciborum ac potus cauenda. Cruditas autem non tantum ex crudorum eſu, ac pituitoſorum vſu, quales ſunt piſces, lacticinia, in ſartagine cocta, ſed ex intempeſtiua aſſumptione, videlicet, cum cibus priori nondum concocto, ingeritur, prouenit. Item cum nulla exercitia cibum præcedunt, vel vehementiores, vt oſtendi, à cibo ſuſcipiantur. Vbi autem fames vrget, tempus aſſumendi cibum nequaquam differendum: cum vero cruditas & nauſea, non vrgendus appetitus, vt quidam volunt, vel irritamenta quærenda, & corpus exercendum, ſed quieſcendum atque abſtinendum. Concoctio enim omnis in quiete fit, neque rectum eſt, quod plerumque fit, vt cruditati laborioſo exercitio mederi ſtudeamus. *Cruditas laborioſo exercitio non corrigatur.* Hæc in genere de catarrhi ratione monere volui, quę vnię ſententia comprehendi poſſint: *Omnia moderata.* In curatione vero ſemper primum aeris eſt habenda ratio, ac ſi is humidior eſt, arte exſiccandus. Id per *Aeris exſiccatio.* ſuffitus ex ſequentibus trochiſcis, vel pulueribus prunis iniectis fieri poterit:

℞. Benzoi ℥ ij.
Styrac. calamit. ℥ j.
Ligni aloes.
Cinam. an. ℥ ß.
Caryophyll. ℈ j. ß.
Muſci el. gr. vj.

Conſ. roſar. q. ſ. ad incorporand. teforment. orbiculi ſiue trochiſci, & exiccentur. Vehementes autem ſuffitus omnes catarrhoſis, & quibus caput eſt infirmum ſunt cauendi: *Vehementes ſuffitus noxii.* ſolus autem puluis ſtyracis cum ſaccaro, & parum ſuccini albi, carbonibus iniectis, catarrhum exſiccat. Itali ſtuppam cannabis, vel lini, vapore hulus *Mos Italicus prauus.*

pulueris, aut thuris calefactam, capiti ſiue ſuturæ coronali imponunt, haud ſcio quam recte. Nam offendere interdum magis, dum materia catarrhi retinetur, eaque multa & copioſa eſt, quam iuuare, præſertim ſi caput eſt calidum minime dubium. Puluis quidem hic oderatu caput exſiccare poteſt:

Nodulus oderatu caput frigidum roborans.

℞. Roſar. rubear.
Caryophyll.
Sem. nigellæ.
Cortic. citr.
Cinnamo.
Nuſcis muſcat. an. ℈ ij.
Styrac. calamit. gr. iiij.
Muſci gr. ij.

Pulueriſata miſc. & ſerico includantur, fiatque Nodulus, verum in calida intemperie cerebri mihi admodum ſuſpectus eſſet. Quidã ſola nigella, nodulo incluſa, & aqua ſtillatitia maioranæ humectata vtuntur, ſed hoc in ſola coryza fit, nec habet locum in S. C. quæ rarius per nares repurgatur, quam velimus. Cum vero omnis materia catarrhi ad palatum feratur, fit, vt frequentius ſcreatu reiiciatur. In quo tamen expulſionis atq; attractionis nimia vehementia vitanda. Admonita autem S. C. antea, vt portiunculam nucis Muſcatæ in cineribus calidis (prius tamen nuce medullæ panis inuoluta & cocta) toſtam detineat. Commendantur etiam ad eandem affectionẽ iſti orbiculi linguæ ſubiecti.

Nodulus è nigella in coryza.

Intercipientia catarrhum.

℞. Sem. papau. alb.
Portulac.
Lactucæ.
Coriand. præpar. an. ʒ j.
Nuſcis Muſcatæ.
Thuris.
Maſtic. an. ʒ ß.
Styrac. calamit. ʒ j. ß.
Succi glycyrrhi. ℈ ß.

Tragacanth. infuſ. in aq. roſar. q. ſ. f. orbiculi parui, ſed ſemper tutius eſt vti ſimplicibus, quam compoſitis, licet compoſitum illud in vtraque materia catarrhi calida & frigida, (modo materia tenax non ſit, quæ incidenda & attenuanda prius, quam ſiſtenda) valeat. Vbi autem fauces & colli partes infeſtantur, & intumeſcunt, primum collutiones, ne gargariſmata attrahant motu, abſtergentes & reprimentes adhibeantur:

Simplicia tutiora quã compoſita.

Collutio abſtergens & reprimens.

℞. Aq. decoctionis hordei ℔ ß.
Mellis roſac. ℥ vj.
Diamor. ʒ ij. Miſc.

Si dolor non remittit, quæ magis reprimant, vſurpentur.

℞. Aq. plantag. ℔ ß.
Roſar. ℥ iij.
Diamor.
Diacnicum an. ℥ j. Miſc.

Si materia eſt calida, quę exulcerationem minatur, hoc conuenit.

℞. Aq. prunellæ ℔ ß.
Diamor. ℥ j.
Syr. violac. vel de papauer. ℥ ß. Miſc.

Hæc gargariſmata S. C. ſæpe exhibenda ſunt. Totam autem curationem catarrhi hoc in loco proſequi nolo, ſed eius accuratam conſiderationem in aliud tempus mihi reſeruo.

In catarrho.

D. Ioan. Cratonis

Consilium VIII.

De valetudine tua cognoui omnia. Vides quæ in magno mundo, non modo in ſingulos dies; verum horas propemodum mutationes fiant. Quod igitur miramur, ſi eadem corporibus humanis, quæ recte quidam paruum mundum appellarint, accidant? Iſta omnia ſymptomata ſunt à catarrho, quo nunc infimi atque ſummi laborant. Imperator aliquod diebus cubiculum non eſt egreſſus. Epatis & cerebri veſtri intemperies prorſus mutati non poterit. Ideoque eo modo, quem præſcripſi, fouenda, & cauſæ, quæ magis alterent, cauendæ. Pulmoni parcendum eſſe monui. Mitto orbiculos ex calami aromatici extracto, quibus vteris cum voles, modo à cibo non ſtatim ſumantur. Inunctiones pectorales non ſatis probo. Nam etſi ad expectorandam materiam, quæ in præſens adeſt, faciant; tamen laxiores partes, & magis fluxionibus obnoxias efficiunt. Sed illam, cuius deſcriptionem miſiſti, modo non multum & nimis frequenter ea vtaris, non poterit obeſſe. Oxymellite cum aqua cinnamomi, atque iſtis orbiculis, vt vtaris, & capiti interdum puluerem roſarum rubearum in ſacculo adhibeas, conſulo. Si parum ſuccini albi pulueriſati addes, recte facies. Hæc de tua valetudine, & plura quando voles. Viennæ, 3. Febr. Anno 1568.

Orbiculi ex calami aromatici extracto.

Inunctiones pectorales improbantur in fluxionibus.

In catarrho.

D. Hieronymi Donzellini

Consilium IX.

Qvod ſcribis optimum virum eſſe valetudinarium, mihi accidit moleſtiſſimũ. Illum enim, ac patrem virum clariſſimum, atque incomparabilem, amo vehementer,

atque

atq; vt ingenue fatear, cum ego iſthic eſſem, ambo fuerunt delitiæ meæ, & plurima eorum in me beneuolentiæ ſummæ indicia ac documenta extiterunt; ac vero ingratiſſimus ſim, niſi in eorum gratiam quiduis ſim facturus. Non leuem puto cauſam fuiſſe, cur N. in eas, quas mihi indicaſti, affectiones inciderit, nam pulcherrimam ac vere pergratam eius corporis conſtitutionẽ fuiſſe, memini. Duo auxilia indicabo, è quibus ſummam vtilitatẽ illum percepturum eſſe non dubito. Eorum alterum eſt puluis ex oſſib. humanis in fornace ad albedinem cõbuſtis, ac poſtea ad pollinem contuſis, & in porphyreo lapide cum tãtilla aqua roſarum cõfricatis, addito exiguo Cinamomo, hunc in modum:

Puluis nobilis in catarrho ex oſſibus.

℞. Pulueris oſſium combuſtorum ℥ j.
Cinamomi electi contuſi ʒ j.
Sacchari albi q. ſ. miſce.

Doſis ʒ j. ante ſomnum in vino albo q. ſ. exhibenda, aut mane in iuſculo calido. Augeri etiam poteſt doſis ad libitum. Addi etiam poſſunt pro iudicio Medici præſentis.

Bolus armenus orientalis ruber ille ac leuis.
Terra ſigillata.
Santali citrini.
Cornu cerui, &c.

Ebolo etiam armeno, & thure optimo cum ſyrupo de ſtœchade formari poſſunt paſtilli, ad vſum vt ſupra pulueriſandi. Si humana oſſa non placent, ſumant bubula. Horum ego vſum in catarrhis ac omnibus fluxionibus quotidie ſaluberrimũ deprehendo. Thus etiam hora ſomni integrum deglutitum optimum. Ex thure etiam ventriculum, inteſtina, hepar, ac reliqua, corroborari continget. Lixiuium etiam in coctis herbis, ſingula ſeptimana adhibitum, eſt vtiliſſimum. Herbæ illæ ſint capitales, Dictamnus Cretenſis, ſaluia, betonica, maiorana, ſtœchas, roſæ, chamæmælum, agaricus, adhibito & ſapone medicato huiuſmodi:

Sapo.

℞. Saponis Veneti ℥ iiij.
Agarici ʒ ij.
Ireos.
Cinamomi.
Caryophyllorum an. ʒ v.
Camphoræ ℈ v.

Miſce & cum aqua maioranæ q. ſ. fiat ſapo ſecundum artem. Pomum etiam odoratum, quorum multa deſcribuntur cum ambra, moſcho, &c. benefaciet, manu geſtatum, & ſubinde naribus admotum. Guaiaci etiam decoctum, forma ſyrupi ſumptum mane, erit vtiliſſimum, aut cochleare vnum ex electuario ſequenti, aut ante ſomnum in nocte aut mane:

Guaiaci decoctum.

℞. Ligni guaiaci optimi pulueriſati ſubtiliſs. ℔. v.
Mellis roſati collati q. ſ.
Miſce, ad formam electuarii.

Saluia quocunque modo vſurpatur optima. Simeon Sethi laudat ſuffumigium ſacchari ad cerebrum ſtillans: Thuris vero ſuffumigium eſt ſaluberrimum. Vernix etiam ſuffitu deſtillationes ſiſtit, ac diſcutit charabe etiam alba, eodem modo vtiliſſima. Miſcella etiam ſequens parari poteſt, cuius ſemunciam ſumat mane, aut ante ſomnum.

Suffumigiũ ſacchari.

℞. Myrobali. chebulorum conditorum ℥ j.
Corticum citri conditorum ℥ j.
Pulueris nucis moſchat. ℈ ij.
Maſtichis ℈ j.
Mellis roſacei ℥ xv. miſc.

Electuarium.

Nigella vſta pulueriſata, naribus admota ſumme vtilis. Si valde copioſa eſſet à capite deſtillatio probarem, ſi fieret ceratum è ſandaraca & ladano, & capiti raſo in loco commiſſuræ coronalis apponeretur.

Ceratum pro Bregmate.

Dixi initio, me duo auxilia velle adnotare; ſed neſcio, quomodo multa mihi ad calamũ miſit DEVS ille optimus, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, fortaſſis quia optimi viri ſalutem vult promouere. Alterum itaq; quod erat, in animo, eſt vinum abſynthites, vinum meliſſatum, vinum ſaluiatum, quorum parandi rationem noſti. Ex his naturalium membrorum ac ventris inferioris maxima fiet corroboratio, ac hydrops imminens inhibebitur, quod DEVS optimus auertat, à quo ſolo & animi & corporis ſalus eſt exſpectanda. Practicam adſcripſi theoricam tibi relinquo, qui præſens melius iudicare potes; licet ego & abſens aliquid poſſim diuinare. Scopos mihi propoſui a te præſcriptos, quibus pernotata ſatisfieri poſſe ſpero, quod faxit DEVS optimus. Maſticatoria atq; errhina prætermiſi, quæ tu pro tua diligentia poteris parare, nam ad euacuandum caput optima ſunt. Theriacæ optimæ veteris ſemel aut iterum in ſeptimana vſum valde probo, &c.

Vina artificialia.

Præſeruatio annua à morbis, in ſene catarrhoſo.

CONSILIVM X.

DVM Sol libram ingreditur in autumno, puluis hic in aqua rutæ montanæ diſſolutus, aluum leniter ſubducet:

℞. Pul. fol. ſenæ ℈ ij. ß.
Cinam. elect. ℈ j.
albiſs. elect. rec.
Rad. liquiritiæ an. ℈ ß.

Puluis.

Sacchari candi ℥j.
M. fiat puluis.

In poſterum mane & veſperi tres rotulæ ſequent. confection. maſticentur.

Rotulæ pectorales.

♃ Pul. glyc,. hiz. raſæ non ranc. ℈ß.
4. ſem. frig. maior. excoct. an. ℈ß.
Specier. diatragac. frig.
Diapenidii an. ʒß.
Pulu. Ireos albiſſ.
Enulæ an. ℈ß.
Sem. Vrticæ g̃. vij.
Maluæ.
Papau. albi. an. ℈ß.
Sacch. albi. Aq. ſcabioſæ.
diſſolue q. ſ. f. Rotulæ.
Paulo maiores Troch. bechicis.

Quæ & alias, dum difficilis reſpiratio & tuſſis ingruunt, repeti poſſunt.

Circa Galli diem Pilulæ ſequentes ſub noctem deglutiantur:

Pilulæ.

♃. M. Pilul. Aſſaiaret. ℈ij.
Agarici trochiſcat. ℈j.
Diagr. g̃. j.

Cum ſyrupo Iuiubino fiant Pilulæ n. xxvij. aſperſo puluere Cinamomi. Quibus ſeques indies adiiciatur Electuarium:

Electuarium.

♃. Conſeru. betonicæ.
Lauendulæ an. ℥j.
Borrag. ʒ vj.
Rot. Diamoſch. dulc.
Diambræ an. ʒß.
Pulu. Cinamomi ℈j.
Nucis muſc. cond. n. iij.
Zinzib. condit. ʒj.
Cum melle roſato col. q. ſ. fiat Electuarium.

Repetatur idem cum pilul. circa hybernum ſolſtitium, non ſecus ac puluis cum rotulis præſcriptis circa quadrageſimæ initiũ. Circa æquinoctium vernum ſequens decoctum ebibatur:

Decoctum.

♃. Herb. fumariæ. m. j. ß.
Capil. Veneris.
Cuſcutæ an. m. j.
Abſinthii p. ß.
Myrobalanorum Citrinorum.
Chebul. an. ʒ ij.
Thymi.
Epithymi an. ʒj.
flor. Borragin.
Bugloſſæ an. m. ß.
Roſarum p. j.
fol. Sennæ ℥j. ß.
Rhabarb. el. ʒj.
Spicæ ℈ß.
f. horum decoct. ſ. a. in ſero caprino q. ſ. ad ℔. j. ß.

Dulcoretur ſacchar. candi. q. ſ. aromatiſetur cinamomo, fiat potio.

Doſis vj. cochlearia.

Demum vſu Diatrhod. Abbat. & arom. roſ. Gabr. cura concludatur.

In inueterato catarrho, pro Nobili quodam viro.

CONSILIVM XI.

CVRA inueterati catarrhi non ita ſtrenue ſuccedit, ac Medicus & æger exoptat. Quare non ſolum diligens medela; ſed & victus ratio obſeruanda, ne deteriora ſequantur. Syr. ſeq. tribus diebus continuetur.

Syrupus.

♃. Capill. Vener.
Veronicæ.
Flor. violarum.
Scabioſæ.
Maluæ an. p. j.
Rad. Altheæ.
Liquirit. an ʒ j. ß.
Sem. fœnugræci ʒ ij.
Vrticæ ʒj.
Baſilicon. ʒ ß.
Ficuum n. vj.

Decoq. hæc l. a. in ℔. iij. Aquæ puræ ad ℔. ij. ß. & col. ℔. ij. adde:
Mellis violar. ℥ ij. ß.
detur pro tribus potionibus.

Quarto die reſiduo infunde:
Fol. Sennæ elect. ʒ iij.
Agarici recent. trochiſcat. ʒj.
Stent in infuſione.

♃. Colaturæ fort. expr. ℥ v.
Mannæ calab. ℥j.
Oxymell. ℥ß. Miſce.

Mediana in poſterum aut Iecoraria eo ipſo in brachio affecti pectoris aperiatur. Lambitiuum etiam hoc in lingua diffluat, mane & veſperi:

Looch.

♃. Syr. violarum.
De ſucco Veronicæ an. ℥ ij.
Specier. noſtr. bechic.
Diatreos.
Diatrag. ſine camphor. an. ʒj.
Boli armen. orient. præparat. ʒ iij.
Miſce.

Interea donec inſtituatur cura, contentus ſit bechicis noſtris ſine Helenio:

♃. Conſ. bechic. ſine helenio ℥ iij.

Inungatur ol. amyg. dulc. cui gut. j. ol. Aniſi admiſc.

Sacculus etiam ſeq. Vertici imponatur:

Sacculus pro Bregmate.

♃. Coriandri præparat.
Santal. rubr. an. ʒ ij.
Roſarum rubear. p. j.
Ambræ g̃. iij.

Inſpergantur pulu. bombaci, & fiat ſacculus interpaſſatus, naribus attrahatur pulu. ſeq.

♃. Ma-

Errhinum.

℞. Maioranæ pulu. ʒ iij.
Zinzib. puln. ʒ ß. Miſce.

Pectus inungatur ſæpe ſeq. linimento:

Vnguentum pectorale.

℞. Ol. amygd. dulc. recent. ℥j. ß.
Axung gallinæ recenr. ℥j. Miſce.

Vinum ſaccharo dulcorandum.

His accedat exquiſita Diæta, ſine hac omnia medicamenta infrugifera. Præſertim antem vinum ſaccharo dulceſcat, aut miſceatur aquæ, in quo ſaccharum ebullierit.

E Catarrho varia ſymptomata, Arthritis præcipue,

D. Casparis Nævii

Consilium XII.

OMnium malorum, quibus cum vir Nobiliſſime conflictaris, prima cauſa catarrhus exiſtit. Hic enim, ſi in ventriculum & inteſtina irruat, colicam excitat, ſi in iuncturas per neruos feratur, arthritidem, podagram; ſi in pectus, tuſſim & anguſtiam, ac difficilem reſpirationem: Frequenter etiam contingere poteſt, vt colica in arthritidem, & vice verſa arthritis in colicam abeat. Syncope cordis & tremores ſi acceſſerunt, acrimonia humorum per cõſenſum factum eſt, quamuis catarrho ad ventriculum defluente, vapores inde eleuati, & ad cor delati, hæc ipſa excitare valeant ſymptomata. Forma tumoris podagrici ſecundum relationem Cl. Dn. Doctoris, catarrhi cauſam potius è ſeroſis humoribus in corpore furentibus, pro more fere huius morbi, quam frigidis, mucilaginoſis, originem ducere innuit. Accedit imbecillitas artuum, neſcio num natiua, aut errore externo confirmata, quæ vt facilime recipit; ita difficilime receptos diſcutit humores.

Cauſas procatarcticas, ventriculo frigido, iecori calido, cerebroq; præterea humido adſcribo. Huic, præcipue ciborum excrementitiorum eſu fluxiones frequentes, paroxyſmorumque vere & autumno, motis excrementis hyeme & æſtate collectis, exacerbatio.

Durum certe hinc Prognoſticon. Curatio plenaria vix exſpectanda: Sufficiat interim mitigatio: & ne tã crebro irruat præſeruatio. Hoc tribus potiſſimum obſeruatis præceptis & regulis, cum Deo conſequemur.

I. Cibi excremẽtitii omnes exulent. Euchymi vero moderate & debito ſumantur tempore. Idem de omnibus rebus non naturalibus ſit dictum. Excrementa ne cumulentur, blande ſubinde educantur Eccoproticis.

II. Vere & autumno fluxioni nondum motæ accurata totius euacuatione occurratur.

III. Viſcera tranſmittentia & recipientia, ventriculus, iecur, cerebrum, iuncturæ corroborentur, & exſiccentur. Aluus reſtricta hoc Elect. ſollicitetur:

℞. Flor. caſſiæ ext. cum aq.
flor. Sambuci ℥j.
Pulu. Soldanellæ ʒ ß.
Sacch. albiſſ. q. ſ. conſperg. f. bolus.

Si non delectatur ſoldanella, ſubſtituatur Rhabarb. ℈ ß. vel g̃. xv.

Singulis etiam menſibus ne excrementa colligantur, ſemel hora vna ante cœnam euacuetur, ſeq. pillulis:

Pilulæ.

℞. M. pillul. de hiera ʒ ß.
Aurearum.
Aggregat. an. g̃. vij.
Diagr. g̃. j. aut Elaterii,
quod melius.
f. pil. n. xxiiij. cum oxym. ſimpl.

II. Cum vero morbus ſit Periodicus ſemeſtris, veris, & autumni principio exquiſite inſtituatur præſeruatio, decocto hoc longo purgante, aliquot diebus continuato, ſed ita, vt alterãs alternatim præmittatur, & ſanguis tertio ab vſu horũ die hepatica aut mediana ſecta ad ℥ iiij. extrahatur:

Medicamentum alterans.

℞. Aq. flor. ſambuci.
Betonicæ.
Primulæ veris.
Endiuiæ an. ℥ j. ß.
Syr. de betonica ℥ ij.
de endiuia ℥ j.
Mellis roſati col. ℥ j. ß. Miſc.
Doſis coch. 9. aut 10.

℞. Rad. pæoniæ ℥ j.
Betonicæ ℥ ß.
Cappar. ʒ vj.
Aſparagi ℥ ß.
Rubiæ tinct. ʒ iij.
Aſari ʒ ij.
Summit. & fol. betonicæ.
Primnlæ veris.
Iuæ Arthetic.
Aſparag.
Endiuiæ.
Hypericonis.
Clinopodii veri.
Ceterach.
Scolopend. an. m. ß.
Sem. pæoniæ.
Aniſi.
Feniculi an. ʒ ij.
Fl. Cord. temp. an. m. ß.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Paſſul. paruar. enucl. ʒ v.
Polypod. querc. rec. ℥ j. ß.
Fol. ſenæ Alexandr. per noctem in Aq.

Tormentillæ macerator.℥iij.
Agarici albi & leuiſs. ligati in petia & triti ʒij.
Zinzib.albi ℈ij.
Cort.citri non ranc.℥j.
Cinamomi ʒj.
Myrobalan.ʒß.
Incid. & contund. ſtent omnia in infuſ. in ſ. q.aq Betonicæ.
Primulæ veris.
Aſparagi.
Endiuiæ.
Scolopendriæ, pari menſura miſta per diem & noctem in loco tepido.

Poſt bulliant in vaſe tecto, & non euaporante ad caſum medietatis, vt remaneant ℔. ij. Coletur cum expreſſione forti. In colatura iterum infuod. per horam.

Soldanellæ ſplend ℥j.ß.
Spong.Sambuci ʒj.
Dein ℞.Rhab.el.ʒj.ß.
Squinanthi ℈j.

Terantur, f. nodulus ex petia alligatus filo. Bulliat, & inter bulliendum exprimatur ſemper, vſque ad transfuſionem virtutis, dein abiecto nodulo coletur ſine expreſſione.

Colaturæ adde ſyr. de Beton. ℥ij.
de Endiu. ℥j.
Mell. roſ. col.℥ij.
M. fiat decoct. longum, Doſis ℥iiij.ß.

Quod ſi non operabitur 4. aut 5. vicibus, acuatur ſeq. Electuario:

Electuariũ.

℞.El. Diaſebeſt. f. diagryd.
Bened. laxat. an. ʒj ß. Miſc.

Salſa pari. gua. ventri. culo noxia.

Expurgato ita corpore ſalutaris eſſet guaiaci potus, & quidem magis, quam Salſæ, quæ inſignem ventriculo vim infert, quod in guaiaco non animadoerti. Membra generantia & tranſmittentia corroboranda reſtant, vt ventriculus, epar & cerebrum, materiam catarrho ſubminiſtrantes ſequ. confect.

Rotule.

℞.Spec. arom. roſ. Gabr. ʒj.
Diarrh. Abb. ℈ij.
Pliriſarcot.ʒj.
Sem. Peoniæ excoct. ℈ij.
Rad. Enulæ ʒj.
Macis ℈ij.
Nucis muſc. ℈j.
Raſur. eboris ℈ß.
Carab. albiſſ. ℈ij.
Xyloaloës ℈i.
Coral. rub. ʒß.
Roſar. rub. ℈ß.
Cinamo. ℈ij.

Pul. puluerifatis ſubtil. cum ſpecieb. & cum ℥vij. Sacc. albiſſ. diſſolut. aq. Scolopend. f. confectio in Rotulis.

Ad efficaciorẽ etiam cerebri exſiccationem ſuffumigium proderit è puluere ſubſcripto, nec non Empl. præſertim, dum fluxio vrget, vertici imponendum:

Suffumigiũ.

℞.Succini puriſſ. mellei coloris ℥j.
Carab. albiſſ. ʒj.
Thuris maſculi ʒj.
Maſticis ʒij.
Sandarac. ʒj.ß.
Terebinth. ʒj.
Myrrhæ rubr. ʒß.
Styrac. cal. ʒj ß.
Ligni aloës ℈j.

Contund. groſſo modo ad magn. ſem. cannabini, f. pulu. pro fumo, doſis p.j.

Emplaſtrũ vertici imponendum.

℞. Maſticis.
Sandarachæ.
Nucis muſc. toſtæ an. ℈j.
Caryophyll. ſubtiliſ. pulu. ℈ß.

Ladani puriſſ. ʒvj. diducatur cum piſtillo calido in mortario. Incorp. pulueres addito ol. Maſtich. fiatq; maſſa, quæ extendatur ſupra alutam craſſitudine cultri, tegatur ſyndone rubra, & interpaſſetur, f. Empl. vertici imponendum, quod inter edendum remoueatur. Interdum etiam ſpacio bidui nares & lingua inungenda. Ol. nucis muſcatæ per expreſſ. factæ quantitate ſeminis cannabini, quod manifeſto exſiccat. *Inunctionem.*

Artuũ corroboratio.

Artus & iuncturæ non melioribus confortantur, quam abſtinentia ab inordinata Venere, vino, & animi vehementia.

Lotio pedũ.

Conferet & lotio pedum:

℞. Aq. in qua xv chalybs ignitus extinctus fuerit, colat. adde:
Capul. gland.
Salis an. m.ij.
Aluminis ℔.ß.
Bulliant per horam.

Colaturæ immergantur pedes ad genua vſque, inungantur dein ſequenti vnguento, Repetatur in ſeptimana bis vel ter:

Vnguentũ.

℞.Ol. lumbric. terreſt.
Myrtini.
Roſ. compl. an ℥ij.
Verm. terreſt. præpar. ʒvj.
Salis triti ℥j.
Capularum gland. ʒij.ß.
Alumin. crudi ʒj.

Pulu. pulu. miſc. optime ſubigendo aliquandiu in mortario.

Hæc de præſeruatione.

Curatio.

Quod ſi paroxyſmus iam ingruat hac potione ſeroſi humores retrahendi & euacuandi:

Potio purgans.

℞.fl. Caſſiæ ext. in aq fl. ſambuc. ʒvj.
diſſolue in ℥iv. decoct. fl. & fruct.
Adde pul. ſoldanell. ʒß.
Bened. laxat. ℈ij.ß.
Syr. de Beton ℥j. Miſc.

Quod

Anodynon. Quod ſi humores influxi dolorem & tumorem excitent, Anodynon hoc conferet:

℞. Far. fabarum.
Orobi.
Piſorum.
Lentium an. ℥ß.
Lini ℥vj.
Pul. fl. Chamæm ℥ij.
Meliloti citr. ʒij.
Croci opt. pul. ℈j.

Coq. in ſ. q. Aq. fl. Chamæmeli bona coctione ad ſpiſſitud. pultis. Vbi bene perfrixerint adde Vitel. ouorum crudos concuſſos, numero ij. Ol. Chamæm. ℥ij. f. Catapl. tepidum apponatur & exiccatum renouetur. Doloribus ſopitis maior aſtrictio pro corroboratione iuncturarum requiritur:

Emplaſtr. ℞. Spec. Catapl. ſuperioris omiſſis vitellis, Croco, & oleo Chamæmel.
Sed ipſorum loco adde:
Pul. roſat. rub. ʒj. ß.
Capul. gland. ʒß.
Boli armeni. ʒj.

M. f. Emplaſtrum. Aut huius loco Emplaſt. Oxycroc. nigrum Barbitonſoribus notum.

Quarto aut quinto quoque die ſubtrahendam & diuertendam eſſe materiam Pillul. aut potione leniente præſcripta, non ignoras.

Ac quamuis in doloribus Podagr. præſcripta cataplaſmata magnæ ſint efficaciæ & virtutis nihilominus & Pultes, è medulla Panis albi & Croco lacte caprino incoctæ, vitellis quatuor ouorũ additis laudare poſſum, vt & aquam ſequentem magnifacio in lancinationibus & doloribus artuum, inque inflammationibus maximis:

Aqua nobilis ad fluxiones podagricas. ℞. Aquæ Vrticæ ard. ℔ij.
Endiuiæ.
Portulacæ.
Solani an. ℔ß.
Boli Orient. ℈ij.
Mucil. ſem. Pſilii ext. cum Aq. Portul. ℥j. Miſc.

Imbuatur linteum, & apponatur tepide.

In eodem caſu,

D. Ioh. Nævii

CONSILIVM XIII.

EXAMINATIS omnibus ſymptomatibus & circumſtantiis, Vir Nobiliſſ. malorum omnium cauſam primam & originem Catarrbum inuenio. Nam cum cerebrum, partim natura, iure hæreditario; partim ſtudiis & curis, nec non liberiore victu debilius, & humidius habeas; frequenter catarrhis afficitur, qui partim ventriculum &c. partim iuncturas ſeriunt. Hinc illius vitio frigiditas, humiditas, cruditas, &c. Harum vero ſæui Arthritici dolores. Imo & hi ipſi Phlegmatici humores à renibus attracti obſtructiones ibidem, & calculum efficiunt. Ac cum innatum tibi ſit hoc malum, & multorum iam annorum vix aliqua omnimodæ liberationis ſpes appareat: In illo laborandum, vt minuatur flexio, ne tanta cum ferocia & impetu articulos petat. Ventriculus etiam blandis medicamentis euacuandus & corroborandus, ne tantam illuuiem attrahat, collectam vero vt expellat. Quod Dei beneficio venæ ſectione, Diæta, & Pharmacis aſſequemur. Cum corpus potius ſit Cacochymicum, quam Plethoricum, refrigerii hepatis gratia ſecta Iecoraria parum ſaltem ſanguinis detrahatur.

II. Diæta in omnibus rebus non naturalibus exquiſite obſeruanda; imo ſine hac nulla ſpes ſalutis, Galeno teſte lib. de Curatione per ſanguinis miſſionem: Quod intemperantes, vinoſoſque inquit, ventri gulæque deditos Arthriticos, neque purgatione, neque ſanguinis miſſione magnopere iuueris. Nam per vitæ intemperantiam crudorum humorum copiam ocyſſime colligunt; Verum his ne manum quidem admouere tentandum eſt. Ii vero, qui præceptis ſalubribus obſequentur, ſummopere profueris, ſi principio veris primum quidem euacuaris; dein autem ad Exercitia victusq; rationem ſalubrem produxeris. Hæc ille. *Podagrici guloſi non curandi.*

Potus ſit Mulſa è decem Aquæ partibus, & vna mellis optimi; cui nux muſcata, & aliquot ſaluiæ folia incoquantur. *Mulſa podagricis prodeſt.*

III. Euacuatio corporis duplex requiritur; Vniuerſalis & Particularis. Vniuerſalem dico, quæ totius corporis ſentinam exonerat. Talis eſt ſemeſtris illa, Verna & Autumnalis ſub finem Februarii, & Bartholomæi diem inſtituenda; quæ annuatim, corporis conſtitutioni, quod ſingulis fere horis mutationibus eſt obnoxium, à Medico perito accommodanda eſt. Hoc tempore illa quæ à fratre meo in priori ordinata eſt conſilio, accommoda videtur; quod ſi continuo vſu aluum nimium ducat, potus eius per diem ſuſpendi poteſt. *Vnica formula vniuerſalis euacuationis nõ ſemper conuenit.* Euacuatio particularis fit Pillul. communibus, quæ Medicis debiles fortes dicuntur, quorum formulam præſcribo: Doſis numer. v. aut vii. hora ſomni, poſt parcam cœnam, Ventriculum, cerebrum, imo totum blande ſaburra ſua va- *Pillulæ debiles fortes.*

cuabunt, & ab articulis diuertent, ſi ſingulis menſibus bis in vſum vocentur familiarem:

℞.Spec.Hier.pic.ſimpl.
M.pill.Maſticin.concil.an.℈ij.
de Hermodact.maior
minor.
Artheticarum an.ʒß.
Rhabar.el.opt ℈ij.
Agar.trocb.ʒß.
Epythimi eret.℈j.
Maſtic.& g̃.vij
Iuæ Arthrit.gr.iiij.
Diagridii gr.ix.
Squinanthi gr.iij.
Spec.Diatth.Abbat.℈ß.

Pulu.pulueriſatis & cum aq. Betonicæ q.ſ.f. Maſſa, ex qua pro qualibet ʒj. reform. pill.nu.xxj.

Aut ſi horum loco placet Elect. artheticum ſumatur huius ʒj. aut ʒj. horis 4. ante prandium.

Morſuli & Electuarium de die bis ante prandium & cœnam; ſed ſingulis ſeptimanis alternatim vſurpanda:

Morſuli.

℞.Pinearum mund. & lotarum cum aq.Betonicæ ʒiij.
Piſtac. rec. eodem modo lotarum & infuſar.per horas 3.ʒij.
Amygd.d.excoct.ʒij.ß.
Pul.Iuæ Arthiticæ ʒß.
Spec.dianthos ʒj.ß.
Arom.roſati.Gabr.ʒj.
Diarrhodon. Abb.ʒij.
Roſatæ nouellæ Nicol.ʒß.
Sacc. albiſs.in aq.beton. & roſar. odor.diſſ.℥x. f. confectio in Morſulis, ex quibus ſuperiores inaurentur.

Electuariũ.

℞.Conſ.Roſar.
Borrag.
Bugloſſ.an.℥j.ß.
Roſmarin.
Peoniæ.
Betonicæ an.ʒvj.
Zinzib.conditi ℥ß.
Calami arom.cond.ʒiij.
Cort.citri cond.℥j.
Diacori ʒvj.
Chebul.cond.ʒiij.
Nucis muſchat.cond.ʒij.
Pul.Iuæ arthet.ʒj.
Spec.& de gemmis f.ʒß.
Diatrion ſantal.ʒj.

Terantur terenda, & cum ſyr. de cortic. citri q.ſ.f. miſtura ad formam conditi, tegatur folio auri. Vnguento ſtomachali ter de die ventriculus inungatur. Elapſis aliquot diebus ſubſtituatur ceratum, quod, dum cibus capitur, remoueatur.

℞.Vng.ſtomach.Noſtri ℥ij.
℞.Cerati ſtomach.℥ij.extendatur ſuprà corium ad formam ſcuti fact tegatur ſerico, & interſuatur. Catarrhus deniq; cum inferiora, poſſimum thoracem, affligat Empl.ſuturæ coronali impoſito retrahatur:

℞. Maſſ.cerati pro bregm.℥ij.ß.

Diuid. in duas partes æquales, & extendantur ſupra coria duo oblonga forma conſueta, tegantur ſerico, & interſuantur.

Diatrag. frig. cum bolo ſubinde ſub lingua liqueſcens, arteriam aſperam irrigat. Ligaturæ fortes circa nodos articulorum ſubinde repetitæ, magnam etiam auertendi fluxum efficaciam habent. Abſtinentia deniq; in Diæta magna te mole leuabit.

Dolores ſpinæ, renum, & calculi, vng. & empl. mitigabuntur, clyſtere, & balneo ex Maluæ, Altheæ, Chamæmeli, Meliloti, Rad. Petroſelini, &c. decocto, præmiſſis, aut etiam fomento pro ſpina: *Dolores ſpinæ & renũ.*

Clyſter.

℞.Fol.Maluæ.
Biſmaluæ.
Parietar.
Mercurial.
Brane.vrſinæ.
Violar.
Flor.Chamæmeli.
Meliloti lutei an.m.j.
Petroſelini.
Apii an.m.ß.
Sem.Lini conquaſſ.ʒß.
Aniſi.
fenic.an.ʒij.
carui.
cymini an.ʒj.
Rad.Altheæ ℥j.
Petroſelini ℥ß.
Bacear.lauri nu.ix.
g̃.Iuniperi rec.m.ß.

Infund.herbæ cum rad.ac conquaſſ.reliqua craſſo modo, & ſimul omnia coq. in ſ.q. aq.ad caſum tertiæ partis.

℞.Col.℔j.in qua diſſolue.
Caſſiæ pro clyſter.℥ß.
Bened.laxatiuum.
El.de Sebeſt.ſol.an.ʒij.
Ol.liliorum alborum.
Chamæmel.
Viol.an.℥j.
Butyri recentis ſine ſale ʒvj.
Vitelli oui vnius.
Zacc.rub.℥ß.M.f.clyſter.

Fomentum pro doloribus ſpinæ.

℞.Flor.Chamæmel.m.j.
Meliloti lutei.
Summ.anethi.
Braneæ vrſinæ an.m.ß.
Iuæ arthrit.p.ij.

fol.

fol. Plantag.
roſar. rub. & albar.
Solani an. m. j.
Baccarum Lauri n. x.
Gran. Iunip. m. ß.
fol. Hypetic. p. j.
Sem. Aniſi.
fœniculi an. ʒ ij ß.
Rad. Althear.
Hermodact. an. ℥ ß.

Incidantur incidenda & cōquaſſ. & coq. omnia ſ. an. in lb. ij. ſ. Aq. fluuial. ad caſum 4. partis: Colaturæ detur in fictili cui addo in fine vini vſti ℥ j.

Signetur fomentum pro doloribus ſpinę.

Vnguent. ℞. Ol. liliorum albor. ʒ iij.
Violar ℥ ß.
Amygd. dulc.
Chamom. an. ʒ iij.
Scorpionum ℥ ß.
Vng. Dialtheæ ʒ ij. ß.
Ping. Anatis ʒ ij.
M. diſſoluendo f. Vnguentum.

Emplaſtr. ℞. far. fœnugræci.
Lini.
Sem. Althææ an. ʒ iij.
Maluarum ʒ ij. ß.
Pulu. Chamom. ʒ vj.
Meliloti ʒ ij.
Parietanæ ʒ j.
far. hordei.
fabarum.
Mucillag. ſem. Lini.
fœnugræci ext. cum aq. Maluæ an ʒ iij. ß.

Pulueres cum farinis coquantur in Aq. Maluar. & fl. Chamom. q. s. ad ſpiſſitud. vſq; poſtea adde Mucilag. & cum cera ſ. f. Empl. tenax. Vng. iungatur poſt balneum, aut fotum, poſtea ſuperponatur Emplaſtrum.

Externa roborantia. Iunctutæ fomento & vnguento aſtringente corroborari poſſent, ſi cauteriorum fluxus eam concederet, nihilominus periculum fieri poſſet.

Fomentum iuncturas roborans. ℞. Aq. Chalybeatæ aut ferratæ lb. xxx.
Gallarum cupreſſi num. xx.
Gallarum quercuum num. x.
Rad. Hermodact.
Peoniæ an. ℥ j.
Salis communis m. ß.
Roſar. rub ſicc. an m. ß.

Conquaſſ. gallæ, contūdantur radices, & ſimul omnia coq. ad conſ. tertiæ partis, poſtea colentur. Colatura ſeruetur vſui pro fomento.

Linimentū iuncturas roborans. ℞. Sang. Draconis.
Sandaracæ commun.
Boli Armeni.
Acaciæ.
Maſticis.
Thuris.
Myrrhæ an. ʒ ij.
Terræ ſigill.
Amyli an. ℥ j.
Succi plantag.
Roſarum an. ℥ j. ß.

Pul. puluerif. & terantur in mortario longo tempore, donec omnia bene commiſc. & f. linimentum.

Diuina Medicamentis præſto ſit benedictio.

Idem ad eundem de eodem caſu,

CONSILIVM XIV.

IAM dudum, Vir generoſe, de valetudinē tua certior fieri deſideraui: præſertim de Cauteriorum, & medicamentorum proxime præſcriptorum ſucceſſu; Cognoſcere id certo ab aliis non potui; quod literæ demum tuæ ſignificant. Et lætor & gratulor ex animo cauteria feliciter cedere, neque dubito in poſterum idem expectandum eſſe, præſertim cum ſtopor & ſpaſmus remiſerint, & ſerum notabili excernatur quantitate; Ne vero conſidant & conſolidentur omni cura prohibendum. Efficio id Vng. Apoſto. vel cera virginea; Carnem excreſcētem Alumine vſto, aut præcipitato conſumo abſq; inſigni dolore. Verum forte Chirurgis veſtratibus præſtantiora ad manus. *Cauteria.* *Vnguēt. Apoſtolorū cōſolidationem cauterii prohibet. Caro alumine vſto & præcipitato conſumitur.*

Pillul. debiles fortes humores exagitare credo, paulo cum fortiores ſint, cum humores à iuncturis, & ab imis corporis partibus, elicere debeant. Verum ne irritemus Crabrones, vt ſcribis, merito illas omittes. Ac cum liquor tenuis luteus per fontanellas excernatur, infuſum Rhabar. ſubſtituatur; *Pillulæ debiles fortes irritare podagram.*

Infuſum Rhabarbari. ℞. Rhabar. craſſ. contuſ. ʒ ij.
Cinamomi pul. quātum cuſpis cultri capit.
Infunde per noctem in Aq. Endiuiæ cochl. v.
Vini puri cochl. tria.
Stent in loco calido per 13 horas.
In colat. expr. diſſolue.
Mannæ elect. ℥ j.
f. potio leniens.

Tumor pedum. B[illegible]lioſa ēgregie excret excrementa. Pedis ve pe[illegible] intumeſcere nihil abſurdi, ob peregrin[illegible]nes & fatigationes frequentes Fit is tumor potius meo iudicio à vaporibus, qui facile quiete nocturna diſcutiuntur, quam humoribus.

A nimio motu abſtinendum erit in poſterum, ne pedes, antea ſatis diuturna Arthritide debilitati, magis lædantur; cumque tumor ita manifeſte apparuerit, merito To-

C

pica præſcripta differuntur, non tam ob vitandam repercuſſionem, quam maiorem attractionem. In excitandis cauteriis, ob Cantharidum admiſtionem, pedem cum dolore incaluiſſe puto; quod, vt vitem, cum defenſiuo fœliciter lapidem ruptorium adhibeo. Vale vir Nobiliſſ. & valetudinẽ tuam diuino fauente numine, cura diligenter.

Cauteria non è cantharidibus, ſed lapide ruptorio.

In catarrho ſalſo, pro quodam Nobili viro,

D. HIERON. DONZELLINI

CONSILIVM XV.

NESCIO quo fato in tuis literis bina paria virorum mihi nominaris, à quibus multa ego ac magna beneficia accepi, quos etiam ſummopere amaui, colui, ac reuerenter obſeruaui, ſed illud mihi iogratiſſimum fuit, quod illorum filios nuncias non leuibus affectionibus conflictari, ac potius vt aliquid pro eorum ſalute velim ad te perſcribere: Quid pro alterius ſalute putem faciendum iam annotaui. Idem pro altero pro viribus conabor efficere, nam æque illos amo ac veneror, ac ſcio iſtius Reipublicæ ſalutẽ his baſibus fulciri. Si ſalſus iſte catarrhus iunctus eſt cum febri, & ſi ex Epatis calore nimio originem ducit, ſanguinis miſſionem probo ex baſilica, aut communi vena. Euacuatio fiat cum manna caſſia, melle ſolutiuo. In ore ſemper ſit diacodion in forma ſolida, aut diatragacanthum cum bolo. Detur aliquãdo ſcrupulus vnus pillularum de Cynogloſſa, aut in forma pillulæ, aut cum Saccharo roſato aut violato. Lac amygdalinum ſæpe bibatur, pręſertim ante ſomnum, additis & ſeminibus melonis, aut papaueris albi, ſi ita expediens videatur. Vinum ſit obligophorum, bibat aquam bordei cum iulepo violato, aut ſacchari decoctum cum pauxillo cinamomo. Cibi ſunt ptiſana, malua, beta, cucurbita, ſpinachia, panis in iure coctus cum farina amyli, ſaccharo, ſeminibus melonis, ſalis vſus ſit moderatiſſimus, aues paruæ, vitelli ouorum, Maſſa panis, pinei nuclei ſint in frequẽti vſu. Pomorum dulcium ac redolentium caro cum melle coquatur ad formam Electuarii, cuius frequens ſit vſus cum cochleari. Amygdalæ dulces, auellanæ, pyra, oliuæ conditæ, lactuca, bugloſſum, borago, piſces friabiles, optima. Myrobalani chebuli conditæ: Diacitoniten ſine ſpeciebus, ſaccharum roſarum, ſaluberrima. Vini potentis, cœnæ plenioris, compotationum pręſertim à cœna, coitus frequentioris, hypocauſti calidioris vſum fugito, Lixiuium dulce ter in menſe adhibeatur cũ agarico, ac roſis, & ſapone camphorato. Ante ſomnum ſumat cochleare vnum conſeruæ Nenupharis. In commiſſura coronali aſpergatur puluis farinæ in modum tenuiſſimus, ex roſis, ſantalis, ſumach, gallis, cornucerui, bolo armeno, coralliis, raſura Eboris. Parari etiam poteſt ſaponea vocata bune in modum.

Pillulæ de Cynogloſſa.

Diæta.

Fugienda.

Saponea.

℞. Sacchari albiſſ. ℥ iij.
Amyli.
Aquæ roſaceæ. an. ℥ j.

Miſce apud lentum ignem, donec mediocrem capiat conſiſtentiam, & formentur globuli, aut morſelli. Vſus erit ante ſomnum, atq; etiã per diem. Probo etiam vſum Trochiſcorum, quorum deſcriptionem vide apud Aëtium, Tertiæ tetrabili, ſermone primo, cap. x. cuius titulus: De nauſea ex Galeno, ad Aſclepiadem autorem relati, inſuperabiles vocantur, ſeu Aſter. Saluberrimum etiam auxilium expertus ſum, decoctum mellis in aqua impoſitis roſis, hunc in modum, præſertim ſi adeſt vſus.

Mulſa.

℞. Aquæ optimæ menſuras 4.
Mellis menſutam mediam.

Fiat decoctio & deſpumatio, deinde imponatur Sacculus plenus roſarum ſiccarum, & bulliant ad iuſtum tempus. Bibatur mane loco ſyrupi. Sed duo potiſſimum remedia puto fore efficaciſſima, quæ in me ipſo, ac multis aliis fuerunt, vt dixit Aſclepiades. χεῖρες τῶν θεῶν.

Bolus armenus orientalis, ruber ille, & leuis, ſolus, ac ſimplex, in lingua poſitus, & palato admotus, in nocte præſertim, quo tempore ſolet fieri deſtillatio, ſiſtit ac ſiccat catarrhum, & capiti robur addit mirum in modum, vt videatur γοητεία, incantamentum. Vim habet Theriacalem admirabilem.

Bolus armenus ſub lingua detentus.

Alterum eſt Theriaca recẽs optima, quæ vires habet inſignes ad acres deſtillationes. De hac lege Gale. de Theriaca ad Piſonem. De bolo lege eundem Galen. 9. de ſimplic. medicament. capite de terra Samia. Tertiũ addo oſſa humana combuſta, craneum tamen eſt præſtantius;

Theriaca recens.

Oſſa humana combuſta.

℞. Puluer. oſſium humanorum combuſtor. ℥ j.
Corall. alb.
Raſuræ Eboris. an. ʒ j.
Camphoræ. ℈ j.

Miſce, fiat puluis ſubtilis. Doſis ʒ j. in vino aut iure. Poſſunt parari rotulæ cum Saccharo, aut cum Saccharo roſarum, aut violato miſceri. Hoc calamo currenti propter occupationes, tum omnia præſens moderate. Faxit DEVS, vt optimo viro, ac mei amiciſſimo ſint ſalutaria, à quo ſolo ſalus omnis expectanda.

In catarrho ſalſo, pro Generoſo quodam Domino,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM XVI.

Salſedo vnde?

CATARRHVS ſalſus, ſiue ex putredine pituitæ, ſiue, vt Arabes ſenſerunt, ex adusti humoris commiſtiooe, generetur, maxime victus ratione contemperatur, videlicet frigidi, & humidi. ſi ea non ſatis eſt omnino aliqua euacuatione leui, quæ fit cum Mannæ ℥ j. ß. in iuſculo diſſoluta, corrupta ſunt expurganda. Deinceps Diacodio vtendum, & orbiculi iſti frequenter in ore tenendi:

Orbiculi interſpientes.

℞. Papau. alb. ʒ j.
Aq. roſaceæ ℥ iij. f. emulſio.
Et addatur pul. Tragacant. ℈ ß. vt quaſi gelatina fiat.

Aſſumatur etiam interdum ſaccharum roſaceum, cui bolus armena admiſceatur. Orbiculi etiam de Rhabarbaro, ſupra in conſilio de Hemicrania deſcripti paulatim corruptos & ſalſos humores euacuant.

In catarrho, ſeu ſalſa deſtillatione, cum frigida & humida ventriculi intemperie, ac calida iecoris & renum.

D. HIERON. CAPIVACCII CONSILIVM XVII.

CVM deſtillatio ſit fons omnium malorum, nec infimas partes obtineat, quia ſalſedinis eſt particeps. Iure merito Illuſtriſſimus Baro ſalſam expertus deſtillationem, hanc vinci optat & petit. Cui vt obſequio ſimus, primum putamus, Illuſtriſſimum Baronem à generis primordiis decenter procreatum, mox iam viuendi rationem ſibi ipſi vſq; adeo aduerſam extitiſſe, vt ventriculum humida & frigida diſcraſia corripiat, hincq; chylus pituitoſus nō modo ob errorem externum progignatur; verumetiam alteratrix vi propoſitæ intemperantiæ labefactata ſuppetias ferat. Hinc dum pituita petit iecur, hoc feruido ſuo calore ſalſam reddit pituitā, quæ vt à calidioribus renibus allicitur, in arenulas, & quandoq; in calculos ob efferueſcentiam renum mutatur. Vt vero à frigido cerebro ſuſcipitur, & hinc ad pectus & ſubiectas partes depellitur, deſtillatio oboritur. Hæc mala cum ita habeant, partes Medici dogmatici haud aliæ eſſe debent, quam vt ventriculus calefiat, ſiccetúrq́. Iecinoris & renum incendium corrigatur, capitis frigiditas deleatur, & materiæ morbificæ, ac potiſſimum pituitoſæ auertantur, deriuentur, & prorſus extirpentur. Quos ſcopos maiori ex parte perfici poſſe confidimus, tum quia mala malignitatis apicem nondum attigere, tum quia virtus mediocre robur adhuc habeat. Cæterum cum hæc vitia non exiguam magnitudinem ſint adepta, & virium robur per ætatem ad refractionem aliquantiſper tendere videatur, quanquam tuto ſcopos perfici poſſe, haud ambigamus. Non tamen vel celeriter, vel admodum feliciter amotionem pollicemur, vt opus ſit, & temporis diuturnitate aliqua, & valentibus præſidiis, nec minus Illuſtriſſ. Patientis obſequio. Vnde hac ſalutis ſpe concepta ſuademus, vt quamprimum ineunte vere, quod ipſi noxium ſeſe offerre ſolet, præſidiorum materias amplexetur, & primum quoad chirurgica. Cum deſtillatio ſit ſalſa, & potiſſimum corporis habitus ille ſit, qui non eſt expers ſanguinis, rationem ſaltem cauſæ, ſine qua non adepti, cenſemus, ſanguinem eſſe inaniendum. Siquidem & cauſæ, ſine qua non occurrimus, & ex accidenti iecinoris & renū feruorem compeſcimus. Sanguinem autē vacuandum ideo indicamus, per dexterā iecorariam, cum ſanguis ita poſtulet, nec virtus diſſuadeat. Medicus autem præſens ſanguinis copiam vacuandam pernoſcet.

Præter venæ ſectionem probantur fonticuli: alter quidem ſecundum brachium ſiniſtrum, reliquus ſecundum crus dextrum. Siquidem horum beneficio, nec cerebri, nec iecinoris ſuperuacanea torquere poterunt. Quo autem ad materias medicinales. Leniatur aluus vel Caſſia cum exiguo Diacatolicone & Manna: Et ſi potionem magis exoptat, vel Manna cum melle roſaceo ſolut. vel melle violato ſolut. neque ſyrupum roſatum ſolut. nec violatum ſolut. improbamus. Quemadmodum aluo ſtyptica perſeuerante, mediocres clyſteres, vt admittat, ſuademus. Materia autem purgationi obtemperans reddatur. Medicamento compoſito ex melle roſato acetoſo ſimpl. vel etiam oxymel. ſimplici, ſyrupo de pomis ſimpl. de Borragine, additis cichoraceis. Et poſt primam purgationem etiam Betonica. Cuius vſus inter initia, ob vim calculis aduerſariam, ſuſpicionē quandam nobis tribuit. Hinc materia iam ſoluentibus cedens, potiſſimum Agarico deiiciatur, addito Rhabarbaro, vel infuſis cum decocto pectorali cum foliis ſenæ, additis melle roſat. ſolut. & Manna, vel mixtis cum Caſſia, ſi magis potio arrideat. Quæ autem propoſitorum accommodata ſit adminiſtratio, vt ſolum præſenti Medico eſt

Betonica calculo aduerſa.

perſpecta, ita à nobis ſilētio abuoluitur. His ergo cauſa totius præ curatione celebratis, expedit materiam cerebro infenſam deſtillationis cauſam ad nares deriuare; Medicamento ſane confecto ex ſucco Betonicæ, Sambuci, Nigellæque, additis pro tolerantia mitioribus, vtpote Manna, vel maxime aqua hordeacea. Hinc confugiendum ad medicamentum, quod prorſus materiam morbificā ſiccare & abſumere ſit idoneum, neque viſcerum intemperantias augeat, vt confici poſſet decoctum ex opt. Chyna & tertia parte rad. Saſſafras, additis Cichoraceis, Tuſſilagine & Betonica, & potiſſimum proderit, ſi per XL. dies potet, ſiquidem ſalſæ pituitæ actio eſt adeo efficax, vt decocti tanta copia indicetur, ita vt non niſi pluribus vicibus ſit propinanda. Hortamur etiam Illuſtiſſimum Baronem, vt tempore decocti & poſt, antequam ambiens æſtuoſus reddatur, capiat Electuatium confectum ex mithridato, Stœchade, & Betonica, permixtis cum Conſerua Cichor. & roſarum, quæ ſane conſeruæ etiam ſolæ per æſtatem mirifice proderunt. Cæterum cum operæ precium ſit, viſcerum intemperantias corrigere, præſertim autem capitis, Ventriculi, Iecinoris, ac renum, gratia capitis mirifice iuuaret ſtillicidium in futuram coronalem ex aquis medicatis moderate calefacientibus. Cuiuſmodi ſunt aquę Diui Petri in agro Patauino ſcaturientes, quibus etiam emolumentum afferrēt medicamenta ei parti applicata, quæ ex ſtœchade, & Betonica, Hyſſopo, & ſimilibus parantur.

Particularia remedia.

Decoctum Chyna & ſaſſafras.

Stillicidiū.

Cuius claſſis eſt quoque Ceratum ex Betonica. Nec nōn capitis ablutio, cum propoſitis, addito Agarico. Merito autem ventriculi medicamentum nulli poſtponendum erit, ſi componatur ex oleo de ſpica, de abſynthio, de menta, nuce myriſtica, maſtichino, additis Cinamom. Mace, ligno aloës & Caryophyll. in Maluatico, vel alio vino generoſo infuſis. Et per horam celebrata in duplici vaſe coctione, emergat, & reſultet oleum, quo ſi ventriculus foueatur, eius diſcraſia omnibus numeris ſuperabitur. Cauſa autem Iecinoris, Cichoracea cum exiguo aceto mixta & applicata, eius feruorem remittent. Quibus etiam & conſimilibus ad debellandum renum incendium vti licebit. Cæterum cumulatiſſime & Iecinoris & renum immoderatū calorem caſtigabit, ambiente calido exiſtente, potus & aquarum Lucenſium, & ſeri lactis caprini, in ſummo depurati. Nec horum vſum inhibebit ventriculi frigiditas, ſi ante & eodem tempore, & poſtea calorificis multifariam adminiſtratis foueatur ventriculus.

Oleum ſtomachale.

Cæterum cum materiæ tam chirurgicæ, quam medicinales multo efficacius indicantia vincunt, ſi apta materia Diætetica accedit (vt inepta & proportione deſtituta, cauſæ morbificæ vim adipiſcitur) propterea ſancimus neceſſarium eſſe, quælibet in victu errata eſſe arcenda. Et merito omnē aëris inclementiā & impuritatem euitet. Cibus ſit moderatus, & moderate attenuans, probi ſucci, vt à coctrice ſine multo labore ſuperetur, ac ab expultrice diſtribuatur, vt pateat infenſum fore alimentum, ſi ex lacte, paſta, leguminibus aromatis caput petentibus, & iecinoris incendiū augentibus, & ſimilibus formetur, ſiue ſint carnes, ſiue piſces, ſiue fructus, ſiue olera, & quælibet alia eſculentorum genera.

Potio ſit compar, vt nec vina generoſiora nec acerba, nec auſtera, ſint futura vtilia. Et dū capit decoctū ex Saſſafras, vinū vel intermittendum, vel exigua quantitate bibendū, cū ſecunda decoctione permixtū, pręſertim ſi ventriculus ſecundi decocti potū non facile ferat. Adhæc & ſomnum diurnum non vehemēter amet, imo prorſus deſpiciat, niſi ſtrenue cogat cōſuetudo. Nec poſt cœnam, niſi duabus horis tranſactis, ſomno fruatur. Aluus ſingulis diebus, vel quod plurimū eſſe debet, alternis reſpondeat, vel ſponte natura operante, vel mediocriter adiuta, vel prunis, vel paſſulis conditis ſaccharo, & poſtulante natura, etiā Manna in prima menſa aſſumptis, neq; vrgente neceſſitate mitiora Enemata, vel glandes improbamus, vel minus oportet modum in motionibus corporis ſeruare, & vt cibo repleto vētriculo quieſcere conducat; Ante cibum exercitatio ſit ſalutaris. Expedit denique, vt mentis munia mediocritatem ſeruent. Et hæc, &c.

In catarrho ſuffocatiuo, pro quadam Illuſtri perſona,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM XVIII.

QVt frequenter de fluxionibus laborāt, in catarrhum ſuffocantem interdū incidere ſolent, qui non minus periculoſus eſt, quam Apoplexia, ſanguis vero de conſilio Medicorum ſtatim mittendus, frictiones in ſpatulis, collo, brachiis; item ligaturæ fortes faciendæ. Veſicatorium apponendum ſupra commiſſuram coronalem ex fermento, cantharidibus & aceto. Loch de ſcilla cum oxymellite & ammoniaco dandum, ſi materia eſt craſſa, vel ſi tenuis, ad pillulas de cynogloſſa, tamen ne vnum ſcrupulum in doſi excedamus, perueniendum. Hæc ideo moneo, quia in ſubitis

Catarrhi ſuffocatiui Remedia.

ris morbis ſæpe animi Medicorum ita conſternati ſunt, vt de remediis cogitare nequeant.

In catarrho ſuffocatiuo,

CONSILIVM XIX.

SECVNDA hora noctis iacuerat nudo pectore diu, tandem cepit ſtertere, & anheloſe reſpirare, adeo vt ſpuma nares & os palmæ latitudine tegeret. Apoplecticus videbatur, oculis apertis, ſine ſenſu, ſine motu, ſine mente, ſola reſpiratione à mortuo diſſidens, cum ſtertore grauiſſimo. Excitabimus cum ſuffitu Carabæ, & aq. ſtillaticia contra apopl. Eleſtoriſſæ noſtræ. Poſt curabamus, illum deferri in calefactum hypocauſtum, ne phlegma continuo delabens, frigore incraſſaretur, fieretque ad expulſionem contumacius. Redierat interea temporis ad ſeſe, per vices etiam propinabimus hanc aquam:

℞. Aq. infuſ. lauend. ℥ j. ß.
liliorum conuall. ℥ j.
Pul. Caſtorei ℈ ß.
Aq. Cinamomi ʒ j. Miſc.

Aures & tempora inungebamus, ol. nuc. moſch. iuſculũ datum è cereuiſia cum butyro, exſpectorata hinc pituita mediocriter.

Hora quinta mane appl. Enema.

Enema.
℞. Maluæ m. j.
Biſmaluæ.
Parieiatiæ.
Origani.
Maioranæ an. m. ß.
Rad. & g. Pæoniæ an. ʒ ij.
Flor. ſtæch. Arab. p. j.
Centaur.
Rutæ.
Iuæ arthetic.
Herbæ Paralyſ.
Hyſſopi an. m. ß.
Sem. Lini.
Fœnugræci.
Maluæ.
Aniſi.
Feniculi an. ʒ ij.
Agar. eand. ʒ ij.
Coq. in ſ. q. ad medias, Col.
℞. ℥ xj. adde Hieræ comp. ſeu Logadii.
Diaphœn. an. ʒ iij. ß.
Ol. Chamæm.
Anethi an. ℥ j.
Cherini.
Rutæ an. ℥ ß.
Sacc. rubei ℥ j.
Vitelli ouor. nu. ij.
Salis ℈ j. M. pro Clyſtere.

Poſt Enema, quod non poterat infundi, cum ſpiritum ob ſtrangulatus periculũ continere nequiret, de die alternatim aliquid de ſyr. ſeq. ſorbendum. Poſt interuallum vnius horæ aliquid ſimiliter de Electuario ad quant. dimidiæ auellanæ.

℞. Syr. de hyſſopo ʒ vj.
de ſtœch. comp. ℥ ß.
Oxymell. Scill. ℥ j.
Simpl. ℥ ß.
Aq. infuſ. lauend. ℥ j.
Hyſſopi ℥ ß. Miſc.

Syrupus iſte optime linguæ affricabatur, & eum ſucceſſu fœliciter ſublatus ſtertor, & reſpirationis difficultas:

℞. Conſ. Saluiæ.
Anthos.
Beton. an. ʒ vj.
Loch. ſani & expert.
de ſquilla an. ℥ ß.
Mithrid. opt. ʒ j.
Spec. Diapraſſii.
Dianthos.
Pliriſarc. an. ℈ j.
Diacaſtor. ℈ ß.
Syr. de hyſſopo q. ſ. fiat Elect.

Ad horam tertiam pomeridianam, vel poſt eo am duabus horis vſurpandam exhibuit potionem ſeq. ex incidentibus & abstergentibus:

℞. Rad. feniculi.
Petroſelini an. ʒ iij.
Ireos Illyr. ʒ ij. ß.
Pæoniæ ʒ ij.
Enulæ camp. ʒ j. ß.
Liquir. raſæ ℥ ß.
Sem. aniſi.
feniculi an. ʒ iij.
Carthami excor. in pecia ʒ ij. ß.
Gran. pæoniæ ʒ iij.
Hordei mundi m. j.
Prunor. vng. nu. vj.
Iuiubarum nu. iij.
Paſſular. ℥ ß.
Herb. hyſſopi m. j.
Praſſii.
Tuſſilag.
Maioran.
Origani.
Beton. an. m. ß.
Saluiæ.
Stœch. Arab. an. p. j.
fol. ſenæ Alex. ʒ viij.
Agarici in oxymell. infuſi ʒ v.
Zinzib. ʒ ij.
Coq. in ſ. q. aq. ad mediet.
℞. Col. ℥ xiiij. dulcoretur additis:
Mellis deſp. ʒ j ß.
Syr. de hyſſopo ℥ j. ß.
de ſtœch. compoſit.
Oxym. ſimpl.

Scyllit.an.℥.ß.
Cinam.elat.pul.ʒ.j.

Suſpendatur in petia, & ſæpe poſt vnam aut alteram ebullitionẽ exprimatur; & fiat potio longa pro 4.doſibus.

In catarrho ſuffocatiuo, pro viro quodam Nobili,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM XX.

CATARRHVS ita illi moleſtus fuit, vt inter cibum ſumendum, item noctu aliquoties ob compreſſionem ſpiritus cogeretur ſurgere, & deambulando materiam diſcutere, quod ni faceret, in maximam difficultatem anhelitus, & quaſi ſuffocationem incidere videbatur.

Diuerſionem catarrhi in conſtantiſſimo viro natura nos docet, cum minus male habeat, cum podagrica mala adſint. Quomodo autem diuertendum ſit ambigo, præſertim cum interdum brachia poſt ſomnum quaſi deſtitui conqueratur. Etſi vero cauteriorum vſu ad curationem nihil videtur melius, quæ non ſolum in crure; ſed etiam in brachiis adhibenda cenſerem; tamen ob hyemem interea fortiſſimo lixiuio, & panno aſperiore cubitum confricarem, atq; hoc modo exulcerarem iſtas partes, quæ ne cõſolidentur; ſed plurimum materiæ efflueret operam darem. Non abſq; dolore fit; ſed ob vtilitatem ęquo animo ferat. Quum vero ob fluxionem ad pectus, ſit aucta intemperies in ipſo, neque decoctum guaiaci, à præſenti Medico exhibitũ, frigiditatem illam, & humiditatem præter naturam tollere potuerit, duobus remediis præcipue vtendum cenſerem. Primum eſt:

Remedia duo, frigid. & humid. in temp.

℞. Succi veronicæ. Vel:
Syrupi de betonic.℥ iiij.
Extract.calam.aromat.ʒ j. Miſce.

Sumat mane cochlearia duo vſq; ad dies decem. Hoc medicamentum ſi prodeſſet parum, aliis decem diebus decoctum cardui benedicti cum ſyrupo de ſucco cardui ſumeret, & cum mane calide bibiſſet, lecto ſe per duas horas contineat. Hæc dua remedia ſeruata optima victus ratione ſi nõ prodeſſent integre, expurgato corpore ad cauterium deuenirem, quod etiam fieri debet ante illa duo remedia. Ad purgandum nihil melius eſſet oxymelle cum agarico. Oxymel compoſitum Geſneri quoq; conduceret. Sed omitterem helleborum album, & agarici pondus augerem. Valde aſthmaticis cõperi prodeſſe, eoq; omnino cum manna & ſyrupo roſato ſolutiuo vtendum cenſeo. De Termis eſt quæſitum. Cum autem ad calorem naturalem reuocillandum, ad diuertendam quoq; materiam catarrhi, trahendo illam foras, & abſumendum nihil illis videatur conuenientius, ſane ego quoq; hoc auxilium minime negligendũ arbitror. Vellem autem eiuſmodi eſſe, quæ calefaciant & ſiccent, cutim exulcerent, & potari etiam poſſint.

Purgatio.
Oxymel. Geſn. Aſthmaticis prodeſt.
Therm.

In catarrho, cum periculo ſuffocationis, pro Conſule quodam Argentoratenſi.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM XXI.

DIFFICILE quidem eſt curare catarrhos, qui in pectus decumbunt, idque multis de cauſis, quarum prima eſt, quia capitis temperies plurimum mutata, & pectoris omnia vitia per ſe grauiora ſunt. Altera, quod propemodum indicationes curatiuæ diuerſæ incurrant: Materia enim quæ fluit, cum tenuis ſit, refrigerantia & incraſſantia requirit: Ea vero quæ exſpectoranda ſunt, & ipſos pulmones iuuent, incidentia & abſtergentia cum dulcedine quadam requirunt. Deniq; diuturni catarrhi plerumque Melancholicos faciunt, quia vel de recuperanda ſanitate deſperant, vel varia, ac propterea non perpetuo recta, vel tuta medicamenta tentant: Vtcunque autem ſit, natura morbi atq; ægri recte conſiderata, huic viæ, quam ratio monſtrat, inſiſtendum eſt, atque illud Hippocratis tenendum; ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedat ſecundum rationem, non eſt ad aliud tranſeundum, dum manet, quod à principio viſum eſt rectum. Poſſem vero de natura ægri atque morbi mihi perſpecta & explorata recitare; ſed omiſſis prolixis commentationibus, tria mihi in hac curatione præcipue neceſſario
obſeruanda videntur. Primum, vt tempe- 1
ries cerebri, quæ haud dubie calida & humida eſt, corrigatur, & opera detur, ne vel
ab internis cauſis, vel externis lædatur. Se- 2
cundo, vt tenuitas materiæ fluentis corrigatur.
Tertio, vt pectori, ad quod catarrhus 3
fluit, ſuccurratur, ne vel catarrhus ſuffocet, & ſpiritum aliquãdo cum periculo intercipiat, vel pulmones offendat.

Catarrhi pectorales cur difficulter curantur.
Exſpectorãtia qualia.
Diuturni catarrhi plerumq; Melancholicos faciunt.
Canon Hippocratis.

Quod ad primum attinet, plurima quidem apud omnes Medicos reperiuntur remedia; verum quæ cum nimia caliditate exſiccant, minime tuta ſunt: Itaq; lotiones etiam ex decocto frigidarum atque ſiccantium herbarum, cum in abſterſione plerumque peccetur, parum probandæ. Verum cum vel conſuetudo, vel neceſſitas requirit, lixiuium, in quo folia roſarum rubearum, & folia myrthi ſint cocta adhiberi

Intemperiẽ calidam & humidam capitis corrigentia.
Valde exſiccantia nõ ſunt tuta.

poteſt,

poteſt, modo poſtremo aqua frigida caput abluatur, & pannus calidus fumigatus pul. roſar. atque ſtyrace applicetur. Poteſt & ſacculus ex roſis & myrtho fieri, atque pulueres corallorum addi, qui ſuturæ coronali frequenter applicetor. Si maior exſiccatio requiritur, ſacculus è furfuribos hordei materis, & gummi hederæ paretur, & poſteriori parti applicetur. Cum vero nimiom vehementi impetu ruit, accipiatur fermentum, & cum puluere Santalor. rubeorum, atque aceto ſubigator, & capiti tamquam Emplaſtrum imponatur. Non velim (quod quidam faciunt) ſpiritum vini adiicere. Vnam ſpem plerique habent in veſicatoriis, & fermento aceto humefacto, inſpergunt poluerem cantharidum, ac abraſis capillis in ſutura coronali applicant. Sed hoc remedium, nō arbitror prius adhibendum; quam extrema neceſſitas, hoc eſt, ſpiratio intercepta boc poſtulet. Cum enim ea actio, per quam vita ſuſtentatur, ceſſat, fortiora omnia ad ſeruandam vitam ſubminiſtranda ſunt, vt tutum ſit, non modo veſicatoria, ſed etiam cauteria, frictiones fortes ligaturas, & omnia, quæ diuertunt materiam, adbibere. De cauſis vero tam internis, quam externis lædentibus cerebri intemperiem, & præcautione, longus futurus eſſet ſermo, ſi ſingula perſequi velim; Aerem bumidiorem, ſiue calidus ſit, ſiue frigidus, oportet vitare, nec ex calido loco (quod non parum obeſt) ſe ſubito in frigidum conferre debet; ſubterranea omnia loca, item cubicula humida, vt ſunt ea, quæ teſtudine tecta ſunt, & concamerata vitanda; non admittendus aer nocturnus, nec apertis feneſtris dormiendum. Noctu atque interdiu in ore geſtet hos orbiculos:

Sacculi exſiccantes & ſuſpendentes.

Veſicatoria quando adhibenda.

Rotula interciptentes.

℞. Boli armeni præpar. ʒ ij.
Gummi Arabici.
Tragacanthi an. ℈ ij.
Sem. papau. albi.
Nucis moſch. toſtæ ʒ ß.
Sacchari penidii ℥ j.
candi ℥ ß.

Cum mucilagine ſem. cydoniorum ex aqua roſac. f. orbiculi parui. Vtatur optima victus ratione, & omnia, quæ caput fumis replent, vitet. Ea cum baud dubie prolixe monuerint Medici, à quibus conſilia Magnificus Dominus habet, recenſere ſuperuacaneum eſſet. Hoc vnum non eſt prætermittendum, vt à cibo ſumpto puluere, qui euaporationem prohibeat, vel carne, aut ſucco cydoniorum vtatur. Puluis hoc modo fieri poteſt:

Puluis poſticus vel morſuli.

℞. Coriandri præparati ʒ vj,
Corallii rubri,
Roſarum rubear. an. ʒ j.
Margarit. ℈ j.
Sacchari ℥ v. Miſc.

Si puluere vti non velit, diſſoluatur ſaccharum in aqua roſacea, & addatur parum ſucci cydoniorum, ac fiat confectio in morſulis. Capiat vnum poſt cibum, vel cochleare paruum de puluere ſumat. Hæc, quæ modo relata ſunt, ad ſecundam etiam noſtram intentionem, videlicet ad interceptionem, & tenuitatem materiæ inhibendam faciunt. Cæterum vbi ea materia paulo vehementiori impetu ruit, vel coqui nequit atque difficultatem ſpirationis facit, continuandus interdum eſt vſus ſyruporum refrigerantium, vt ſyr. de papauere, de iuiubis violarum, qui vel miſceri, vel ſeparatim dari in aliqua aqua, cui decoctum Sebeſten addatur, poſſunt. Item diacodion, cuius iſta eſt deſcriptio:

Diacodion.

℞. Capitum papaueris albi, nu. x.
Siliquatum pinguium ℥ j.
Myrtillorum ʒ vj.
Bulliant in ℔. iiij aquæ
ad remanentiam ℔. j.
Additis ſacchari penidii ℥ iij.
ad ſpiſſitudinem ſufficientem.

Sumat vel de ſyrupis, vel de diacodio iſto cochleare vnum, vel duo, hora decubitus. Si magis vellet catarrhum exſiccare, accipiatur ſcrupulus vnus pillular. de cynogloſſa, atque de eo reformentur pillulæ nouem. De quibus ſumat hora decubitus tres, maxime cum hoc malum, ſicut ſuperioribus diebus factum eſt, Magnificum virum vrget. Poteſt tuto etiam integer ſcrupulus pro vna doſi ſumi. Scio iſto vno remedio non paucos, qui grauiſſimis catarrhis infeſtati ſunt, ſanatos.

Pillula de cynogloſſa.

Tertia intentio etiam ex ſecunda pendet, ſed cum in omnibus morbis pectoralibus plurimum adiumenti à bolo armena eſſe, periti Medici ſciant, meum eſt conſilium, vt interdum cum diacodio, à me præſcripto, bolos adhibeatur, & interdum etiam lambendo buius pauxillum aſſumatur. Poteſt vero ad ℥ j. diacodii ʒ j. boli addi: Pectus autem ſæpe inungatur ſequenti vnguento:

Pectoralia.

Bolus armena.

Vnguentū pectorale.

℞. Ol. amygdal. dulc. ℥ j. ß.
Pinguedinis gallin. ʒ j.
Croci ℈ j. Miſc.

Geſtet linteolum triplicatum ſupra pectus, idque ſemper muniat. Interdum etiam bibat decoctum Raparum hoc modo; Accipiantur Rapæ, iiſque cortices adimantur ac incidantur, & affuſa aqua, coquantur parum, abiiciatur primum ius, deinceps tur-

Decoctum pectorale raparum.

ſus alia aqua affundatur; exprimatur ſuccus, cui addatur parum butyri recentis, & ſacchari candi. Quantũ hoc decoctum in morbis pectoralibus proſit, ac materiam in pulmone collectam ſoluat, te ipſa comperi. Itaque Magnifico Domino diligenter commẽdo; & ne ſæpe mutet Medicus & Medicinas, cum in eo graue ſit periculum, moneo. Vt autem hæc à benigniſſimo Deo fortunentur, præcor.

Medici & Medicina non ſæpe mutanda.

In deſtillatione à capite, memoriæ diminutione, vertigine, ſpatulæ ac pectoris dolore, ventriculi debilitate, & vrinæ ſabuloſitate.

D. Hieron. Capivaccii consilivm XXII.

Conqveritvr Reuerend. Patiens de quadam capitis deſtillatione, memoriæ diminutione, ac dum cibus concoquitur, præter alia tempora, de vertiginoſa affectione, de leui quodam ſpatulæ & pectoris dolore, præterea de ventriculi debilitate, & deinde de vrinæ ſabuloſitate. Quorum malorum, ne ea gratis relata eſſe videantur, quædam indicia in medium ſunt proponenda. Vt autem à deſtillatione incipiamus, dicimus eam manifeſtari ex eo, quia noſter patiens aſſidue ferme exſpuere cogitur, doloremque quamquam leuem, in humero & pectore per interualla percipere ſolet. Aliquando autem, ſed potiſſimum, dum celebretur concoctio, caput velnti circumagi videtur, neque quemadmodum antea ſolebat, præterita facile memoriæ ſuggeruntur. Ventriculi vero imbecillitas, ex difficili ciborum coctione, facili cruditatum generatione, perſpicua facile redditur. De vrinæ vero ſabuloſitate nihil in præſentia dicendum, cum intuentium oculis clariſſimam ſeſe præbeat. Vnde omni cum diligentia horum affectuum cauſæ ſunt indagandæ, vt his inuentis, vtiles indicationes hauriantur, ac remediorũ materiæ inueniantur. Dubiũ nõ eſt deſtillationẽ illam generari labefactata facultate alteratrice ipſius capitis, ob intemperiem humidam, nec non aliquo modo frigidam, cuius ratione plurima pituita generatur, à qua cum expultrix cerebri aggrauetur, inſurgit ad expellendum, portionemque craſſiorem per ſolita naturalia profluuia, per os ſcilicet & nares impellendo extra protrudit. Portionem vero tenuiorem ad ſpatulas pectusque demandans, eſt in cauſa, vt ſui præſentia partes illæ tendantur, ex quarum tenſione fit ſolutio quædam vnitatis, vnde leuis ille dolor oboritur. Si autem ad memoriæ diminutionem oculos dirigamus, facile nobis apparebit, eam ab iiſdem intemperantiis ortam eſſe, à quibus ipſammet capitis deſtillationem, paulo ſuperius, genitã eſſe determinauimus. Quod ſi ventriculi debilitatem conſideremus, non erit difficile eius quoque cauſam inuenire. Patet enim huiuſcemodi affectionem eſſe genitam, labefactata facultate alteratrice, ipſius ventriculi ob intemperiem frigidam & humidam cuius merito fit, vt cum cibus non probe concoqui poſſit, cruditates aliquæ in ventriculo generentur, à quibus aliquando flatus quidam excitantur, qui cum ad inteſtina deſcendunt, per ſedem ſenſibiliter euacuantur. Cum autem ſurſum tendunt, in caput deferuntur, & ſunt in cauſa, vt ſpiritus animalis inordinate moueatur, caputque veluti circumagi videatur. Neque eſt vt vereamur hos vapores in capite generari. Cum materia, & agens, vt diximus, in eo reperiantur. Hæcque fiunt dum cruditates in ventriculo detinentur. Cum autem ad iecur deuoluuntur, ſunt in cauſa, vt leues quædam obſtructiones in eo oriatur, quarum ratione fit, vt iecur aliquo modo calefiat. Calefactum autem in materiam illam pituitoſam agens arenulas illas, in vrina apparentes producat. Quibus hunc in modum conſtitutis, neceſſarium eſt, caput in primis exſiccare, & aliquo modo calefacere. Ventriculum item calefacere & exſiccare. Materiam in iecore obſtructionis cauſam elidere, iecurque leuiter refrigerare, pituitam illam craſſam attenuare, viſcidam detergere, frigidam calefacere, ruentem ad pectus & humerum intercipere, derinare, reuellere, & euacuare, flatus diſcutere. Virtus vero & tonus harum partium vna cum virtute totius eſt conſeruanda, habita prius de toto prouidentia. Quibus ſcopis ſatisfacere non eſt quidem impoſſibile, eſt tamen ad ſummum difficile. Nam ſi conſideremus vehemẽtiam ratione dignitatis, eam ſatis inſignem reperiemus, ſiquidem læditur caput, quod eſt mẽbrum principaliſſimum; Cuius actio confert non modo gratia vitæ, verumetiam melioris vitæ. Ventriculus autem etiamſi non ſit pars principalis: Principales tamen ęmulatur, cum eius actio nutritioni totius inſerulat, vnde ratione huius, vahementia non ſpernenda emergit. Si autem conſideremus vehementiam ratione propriç eſſentię, eam intenſiſſimam reperiemus. Nam viſcerum relatorum intemperantiæ plurimum à naturali ſtatu recedunt, cum in habitum quaſi conuerſæ eſſe videãtur. Pituita quoque deſtillans, ab hoc ſtatu naturali valde aborret, cum ad locos indecentes moueatur, copioſior gignatur, frigida, craſſa, ac viſcida exiſtat, vt horum omnium

Cauſa deſtillationis à capite.

Cruditates in ventriculo, & quæ ex his ſequuntur ſymptomata.

Indicationes curatiuæ.

Prognoſticon.

ſinnium ratione difficilis admodum curatio reddatur. Cæterum de hoc caſu non eſt omnino deſperandum, poſtquam virtus ſecundum quantitatem & qualitatem in hoc ægrotante ſatis robuſta exiſtat. Eſt enim iuuenili ętate conſtitutus, bono ſatis corporis habitu præditus, vt hac ratione ſit optime ſperandum. Quo ergo ad curationem, & primo chirurgicam, cum habeat hęmorrhoidas innatas, ſuademus, vt per eum locum ſanguis mittatur, in moderata tamen quantitate. De fonticulis autem nihil in præſentia dicendū eſſe exiſtimamus. Quo ad pharmaciam: Leniatur aluus cum mell. roſar. ſol. in iure, pręparentur humores cum iurib. alteratis, cum beton. ſtœch. calamen. &c. Purgentur deinde cum Agarico & Rhabarbaro infuſis in decocto fructuum & florum cum folio ſenæ, addito ſyr. de Polypodio, purgetur deinde caput maſticatoriis leuibus, aut cum Maſtiche tantum, ſi deſtillatio infeſtet, & non ſit vehemens: quod ſi forte infeſtaret, id pręſtare poterit errhinis paratis. Verbi gratia, cū ſucco maioran. ſaluia, beta', & ſimilibus. Quod ſi manna bis infunderetur, non eſſet à ratione alienum. His peractis probatur decoctum per plures dies aſſumptum paratum cum chyna, cum portione ligni Saſſaf. addit. borrag. ſtœch. calmen. iuo, & ſimilibus. Hoc eodem tempore vti poterit ſtillicidio ſupra ſuturam coronalem parato ex aquis Aponēſibus, ſi hic erit, ſin minus, parari poterit ex lixiuio alterato cum herbis præſcriptis, nec nō etiam cum aromatibus, vt cum nuce muſcata, macę, cinamom. caryophyl. A ſtillicidio autē caput diligenter exſiccetur: deinde ſupra ſuturas ponantur pulueres ex beton. ſtœch. &c. Et poſtea ceratum ex betonica.

Chirurgia.

Pharmacia.

Decoctum chyna.

Probatur præterea ſtillicidium ſupra ventriculū ex aquis prędictis, vel ex oleo de maſtice, de abſynthio, cum aromatib. prædictis, & vino generoſo, decoctis in duplici vaſe. A ſtillicidio autem diligenter exſiccetur ventriculus, & ſupra eum imponatur ceratum ex maſtice paratum cum pulueri b. ex mace, caryophyl. &c. Poſt hæc aſſumere poterit, per plures dies aquas Thermales Diui Petri. Vti deinde poterit conſeruis ex betonica, ex flor. roriſmarini, & ſimilib. Præterea hac futura hyeme in vſu habebit ſingulis ſaltem 10. diebus, theriacam antiquam, vel mithridatum antiquum. Victus ratio propoſitis reſpondeat, vnde ſit moderata, & moderate attenuans. Vinum probatur medicatū, quod parari poterit tempore debito cū ligni portione, beton. ſtœch. calam. maioran. meliſſa. Notandum autem q ratione æſtus, qui actu adſunt, nihil omnino in pręſentia agendum, quia virtus nō poſſet ſuſtinere vim medicamentorum & æſtuum, & ideo prædicta omnia facienda erunt aduentante autumno. Et hæc, &c.

In catarrho, ex ventriculi frigiditate, pro quodam Theologo.

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM XXIII.

DIFFICILE eſt inueteratas fluxiones tollere; ſed tamen difficilia etiā attentanda eſſe cum ratione monemur. In hoc corpore vſitatus Medicorum circulus obſeruandus, quoniam à partibus ſubiectis, maxime vero ventriculo caput læditur, caput nimirum eſſe roborandū, & prouentum pituitæ in ventriculo prohibendum, operamq; dandam, vt cruditates vitentur. Ab hoc quidem faciendum curationis initium, & recta victus ratio in primis obſeruanda. De illa autem agere nimis prolixum foret, & minime neceſſarium, præſertim cum Reuerendus Dominus, quæ noxia ſint, iam vſu comperit, & ea cum diligentia vitet. Vt autem prouentus pituitoſi humoris impediatur, velim ſingulis ſeptimanis, aut ſaltem ſingulis menſibus bis dimidia hora ante cœnam ʒj. pillul. maſtich. ſumere: Matutinis vero horis iſto vnguento ventriculum inungere.

Fluxiones inueteratæ difficulter tolluntur.

Pillulæ Maſtichinæ.

℞. Maſtichini olei ℥j.
Nardini ℥ß.
Ol. nuc. moſch. ʒj.
Maſtichis pulueris ʒß.
Cæræ parum, miſce fiat linimentum.

Vnguentum pro ventriculo.

Cæterum vt ventriculus ipſe, atque caput quoq; adiuuentur, mane de hoc Electuario ad magnitudinem caſtaneæ ſumat:

℞. Diacori ℥iij.
Calami aromatici conditi & inciſi ℥j.
Caryophyll. inciſor. ʒij.
Spec. aromat. roſat. ʒj.
Miſc. fiat Electuarium.

Electuariū ventriculū roborans.

Mane autem, priuſquam hoc electuariū ſumat, os aqua ſaluiæ eluat. Sed cum Reuerendus Dominus ligno atq; ſarſaparilia propter catarrhum & puſtulam in pede vti decreuit: primum erit neceſſarium, vt optime corpus euacuetur; nam medicamenta illa parum adiumēti, niſi exacte expurgato corpore afferunt; Imo ſępe magis lædunt, quam proſunt.

Præparentur autem humores primo iſto ſyrupo per dies quinque:

℞. Rad. cichorei ℥j.
Herb. betonicæ.
Cardui benedicti.
Veronicæ. an. p. j.
Decoquantur in q. ſ. aquæ puræ.
℞. Colaturæ ℥iiij.

Præparatio humorum ante vſum ſalſæ.

Syr.de betonica ℥j.
Mellis Roſati ℥ß.Miſce.

Vbi humores præparati fuerint, tandem alternis diebus hanc potionem purgantem ter ſumat:

Potio purgans.

℞.Paſſular.℥j.
Scolopendriæ.
Veronicæ.
Cardui benedicti.
Betonicæ.
Meliſſæ an.m.j.
Flor.borraginis.
violat.an.m.ß.
Agarici albiſſimi ʒ vj.
Rhab.electiſſ.ʒ iij.
Epithymi.
Fol.Senę ſelector.an.℥j.

Fiat horum decoctio in q. ſ. aquæ puræ, & fortiter exprimatur, ac decoctum vſui ſeruetur.

℞.pro vno hauſtu ℥iiij.
Syr. roſat.ſolut.
De pomis cum helleboro an.ʒ vj
Mannæ calabrinæ ℥ß.
Miſc.ſic pro vno,& reliquis.

Vbi ita fuerit expurgatus, tandem ſumat:

Decoctum ligni & ſarſę.

Limaturę guaiaci ℥ j.ß.
Sarſę pariliæ inciſæ ℥j.
Aq.℔.iiij.

Decoquantur ad medietatis conſumtionem l. a. ita vt vno die prius macerentur, & ſumat,℥ vj.pro vna vice. Hic potus ad dies quatuor ſatis eſt.

Itaque ſingulo triduo nouum decoctum paretur,eoque ad 25.vel 20.dies vtatur,cum debito ſudoris, & victus regimine. Semper autem bis decoquat lignum, & radices, & nouum lignum,ac radices alias priori addat. Si in potu quoq; ad cibum ligno vti volet ad ℔.j.ligni ℔ xv. aquæ affundat, decoquat ad tertias, decocto feruenti adhuc inicia.t paſſulas. Cum aluus eſt ſuppreſſa huic decocto folia ſenæ ſelecta imponat, atque de eo ante cœnam bibat.

Aluo ſuppreſſa deco. & guaiaci ſenę imponenda.

In catarrho ex ventriculi vitio.

D. IOAN. SIGISMVNDI

CONSILIVM XXIIII.

FLVXIONES vobis vt frequentes ; ita moleſtæ, ventriculi intemperati vitio proueniunt. Ab hoc enim vapores eleuati caput petunt, qui ibidem condenſati in diuerſas partes.pectus præcipue & humeros defluūt, ac ne grauiora excitent mala, tempeſtiue ſequentibus præcauendum:

I.Potione digerente, quæ præterquā quod fluxionem coerceat, acrimoniā etiam mitigat, ne pulmoni aut pectori quid mali inferat, imo vna deterget, ne adhæſu ventriculum lędere poſſit:

Potio digerens.

℞.Syr.iuiubini ℥ ij.
Mellis roſati colat.℥j.ß.
Aq.menthæ.
Betonicæ.
Bugloſſæ an.℥ ij.ß.Miſc.
detur tribus matutinis.

II. Quarto die ſub veſperam ante ſomnū pill.ſeq.blande ingerantur:

Pillulæ

℞.M.pill.de Agaric.
Aſſaiaret.
De Hiera ſimpl.an.℈j.
Rhab.el.℈ß.
Spicæ Indię.gr.j.
Diagridii gr.iij.ß.
Cum aq. viol. f.pill. inſtar granor. piperis.

III. Rotul. quatuor ter de die maſticentur:

Rotula.

℞.Spec.diatr.frig.ʒ j.ß.
Aromat.roſ.Gabr.el.ʒß.
Cinamomi elect. ℈j.
Nucis moſchat ℈ß.
Cum ſacc. albi aq. roſarum redolente diſſ.℥ iiij.f.conf.in Rotulis.

IV. Cibus ſemper Elect.concludatur ſeq.

Electuarium pepticum.

℞.Conf.roſar.℥j.
Diacydon.ſimpl.ʒ vj.
Nucis moſchat.cond.n.ij.
Coral.rubr.præpar.℈j.
Manus Chriſti perlati.℥j.
Cum Mina cydon.f.Elect.

In catarrho,cruditate, & flatibus, calore innato diminuto, cum præſeruatione à morbo Vngarico, dyſenteria, atq; venenis, pro quodam Conſiliario Cæſareo,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM XXV.

RECTE quidem præcepiſſe Celſus mihi videtur, cum inquit: Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis ſe obligare Medicorum legib. debet. Sed cum ii, qui Reipub. ſeruiunt, & itinerum atq; peregrinationum moleſtias ſuſtinere coguntur, minime ſuæ ſpontis ſint, cum ex ſalutari ſolo in grauem, & ex graui in ſalubrem tranſire, a labore ad otium ſubito, ab otio ad laborem ſe conuertere, denique in vniuerſa victus ratione & vigiliis, multa intempeſtiue facere ſoleant, ſane vt præceptis Medicis interdum admoneantur, ne in periculum incurrant,

Politici valetudinis rationem habere vix poſſunt.

Leges pro peregrinantib.

curat, neceſſarium videtur. Scripſerunt autem multi ea, quæ iter agentibus neceſſaria ſint, ſed ita vt ſine prudenti conſideratione, vix vtilia ſcripta videantur. Conſideranti autem conſtitutionem corporis Nobiliſſ. viri, & ſi omnia integra eſſe videantur; tamen cum catarrhis & flatibus moleſtetur, aliquã eſſe caloris innati, qui eſt opifex omnium actionum naturalium, diminutionem factam neceſſe eſt. Et cum haud dubie cruditates interdum oriantur, nõ mirum ſi excrementis abundet. Itaq; duo potiſſimum mihi neceſſario obſeruanda videntur: primum vt corpus excrementis vacet. Deinde vt calor innatus, idoneis medicamentis, præſertim cum otioſus eſt, iuuetur, & ab aeris iniuria ſpiritus vitalis, totumque corpus ab iis, quæ venenata qualitate prædita ſint, muniatur.

Diæta quo ſimplicior eo melior.

Quod ad primum attinet, optima victus ratio plurimum conducit. Ea autem erit melior, quæ ſimplicior. Varios igitur cibos non miſceat, dum foris prandet, vel cœnat in locis ſuſpectis, nimia condita, dulcia, acetoſa fugiat. Aſſis potius, quam elixis vtatur, & vno cibo ſit contentus. Cæterum cum inter domeſticos eſt, mollia ſemper reliquos cibos præcedant, ita enim aluum humidiorem reddet. Vbi eſt obſtructio, interdum vuas paſſas ex iuſculo gallinaceo, cum ſaccharo in prima menſa comedat. In cœna atripticem manducet, quam & vulgo ſpinachiam appellamus. Raphano etiam tum vtetur: Nam is venenis reſiſtit, & aluum ſoluit. Piſces & carnes ne miſceat, à lacticiniis abſtineat, ſolis piſcibus elixis, vel aſſatis vtatur. Et vt potus ſit purus, videlicet vinum, neque annoſum nimis, neque valde recens operam det. Medicamentis vllis ad ſoluendam aluum non velim temere vti: ſed ſi res poſtularet drachmam vnam pillularum Maſtichinarum, quadrante horæ, ante cœnam aſſumere poſſet. Sed iſto quoque medicamento, cum cœlum calidius eſt abſtineat. Ad prouentum vero vitioſorum humorum facit non ſolum cibus & potus, verum aer quoque, proinde quantum poteſt intemperiem illius vitare ſtudeat. Aduerſus autem nocturnum, in primis ſeſe muniat, & dum poteſt, noctu eum ad ſe non admittat. Muniat bene corpus, nec aperto pectore, vel capite, dum calefactus eſt, auram excipiat. In ore, præſertim cum ieiunus eſt, cortices citri geſtet. Mane cortices citri conditos aſſumat: Somnum à meridie, quantum poteſt, fugiat Calefactus admodum, & de via feſſus abſtineat à potu, vel panem ſaltem ex vino ſumat. Non refrigeret valde vinum, & ab aquis ignotis ſibi temperet; pectus triplici & quadruplici linteo muniat, pedes nõ hume-

Raphanus.

Pillulæ maſtichinæ.

Cortices citri.

[illegible]

ctet. Interdum mane vino & ſale abluat, vel aceto atque ſale ſoleas confricandas curet. Vbi ventriculus vel ex cruditate, vel aliis de cauſis dolet, hoc vnguento inungatur:

Vnguentum ſtomachale.

℞. Olei oliuar. recent. ℥ iij.
Roſ. rubear.
Abſynthii Romani an. p. j.
Maſtiches.
Caryophyll. an. ʒ j.
Vini optimi ℥ ij. Decoquantur ad vini conſumptionẽ, & exprimantur fortiter. In æſtate ſimplici, tantum oleo iſto vtatur; vbi vero cœlum eſt frigidius, ad vnciam vnam iſtius olei addatur olei nucis moſchatæ ʒ j.

Modus roborandi caloris natiuum.

Vt autem ad ſecundam propoſiti noſtri partẽ deueniamus, & medicamenta illa, quę calorem innatũ roborant, oſtendemus. Primum hic ordinata ſunt, tria videl. Electuariũ & duæ confectiones ex oleis deſtillatis, iis vtatur, donec calores ingruant, & matutinis horis de Elect. ad magnitudinem caſtaneæ, de orbiculis autem vnũ vel alterum ſumat: Singulis vero dieb. mutet. Ingraueſcentibus autem calorib. mane ſaccharum roſatum ſic præparatum aſſumat ad caſtaneæ magnitudinem: ℞. Conſer. roſ. Damaſ. ℔ j.
Spec. aromat. roſat. completi & fideliter diſpenſati ʒ ij.
Margaritar. præpar. ʒ j. Miſc.

Saccharum roſatum.

Morbus Vngaricus ſynochus putrida.

Hoc electuar. ſicut & alia, præſeruabunt quoq; à ſynocho putrida, quod genus febris vulgo morb. Vngaricus dicitur, præſertim ſi lotionem illam pedũ ex aceto & ſale non neglexerit. Cæterum vbi de hac metus eſt, etſi tutiſſima pręſeruandi ratio eſt à crudis abſtinere; tamen ad Elect. præſcriptũ addat ʒ ij. ter. ſigil. & paulo pl⁹ nuce caſtanea aſſumat.

Aluus adſtricta.

Si aluus in æſtate eſſet adſtrictior, myrobalanum vnum conditum mane comedat, & cum lecto ſurgit, deſidere aſſueſcat. Multũ enim conſuetudo naturam adiuuat, & in vtramq; partem valet. Hæc etſi ad præcautionem monuiſſe ſatis videatur: tamen quædã particularia addam. Ea licet vix ſcribi poſſint propter circumſtantias corporis & cauſarum, quę curationẽ variant; tamen quæ vt plurimum prodeſſe videntur, breuiter attingã. In morbo Vngarico, ſeu in ſynocho putrida, cum materia plerumq; ad caput repat, omnib. modis diuertẽda. Initio igitur ſtatim decoquãtur rad. cichorii in iure macro pulli; & in decocto percolato diſſoluãtur; Mannę Calab. ℥ ij. ebibat calide 2. horis ante cibũ. In ſequenti die mittatur ſanguis, atq; id ante 4. diem fiat. Recte quidẽ primo ex pede, deinceps ex brachii vena, vt appellant Medici, mitti exiſtimãt. Miſſo ſanguine pedib. applicetur raphanus cõminutus, & ſæpe is mutetur. plurimũ ex applicatione raphani adiu-

Methodus curationis ſynochi putridæ.

Digitized by Google

menti eſſe in multis animaduerti. Materia omnib. modis è corpore ad ſuperficiem eſt trahenda. Itaque Hungari frictionib. ex allio & ſale vtuntur, ſed rectius datur decoctũ ſcordii cum radicibus Taraxaci, ſi poſt illud ſudare poteſt, præſertim quarta die exacta, plane videtur extra periculum. Interdum magna eſt faucium ariditas. Tunc lac è ſeminib. melonum efficitur, & eo fauces eluuntur. Interdum inſignis eſt debilitas, & putredo longius progreditur, tunc margaritarum præparatarum in ſucco limonũ aliquid diſſoluitur, atque aquæ borraginis additur, deque eo ſæpe ægri bibunt. Ad ſomnum datur veſperi decoctum aquæ hordei, in quo dactyli duo ebulliant, & fit cum ſem. papaueris albi. emulſio, vel ſyrupus de papauere, atque violatus additur hoc modo:

Faucium ariditas.

Pro ſomno conciliando.

Emulſio.

℞. Aquę hordei probè coctæ ℥iiij.ß.
Dactylor. enuclear. n. ij.

Ebulliant & colentur. Colat. adde ſem. papaueris albi. ℥j. fiat emulſio, cui adde ſyr. de papauere.

Violacei an. ℥ß. Miſce.

Prodeſt etiam, vt tempora & nares, item volę manuum & pedum inungantur medulla ceruina. Sed in ſomniferis exhibendis diligens eſt adhibenda cautio. Tutiſſimum eſt oxyrrhodino vti hoc modo:

Oxyrrhodinum.

℞. Aquar. lactucæ.
roſarum an. ℥.
Olei roſat. complet. ℥ij ß.
Aceti roſati ℥ß. Miſce.

Dyſenteria quomodo caueatur.

Hæc de ſynocho putrida. Dyſenteria bene caueri poteſt, ſi quis à fructibus abſtineat, & excrementa laborantium, maxime ventris, vitet. Vtatur quotidie Conſerua roſarum veteri cum bolo, vel terra ſigillata. A potu aquæ abſtineat, nec vinum nimium refrigeret. Curatio præcipue per Clyſteria: primum, abſtergentia & mundificantia: deinde, conſolidantia & roborantia perficitur: Ea præſcribere nõ neceſſarium videtur. Ad præcautionem veneni quod attinet, primum illud, quod quidam dixit, obſeruandum; venenum ex auro bibi. Ad menſas enim pauperum minor de veneno ſuſpicio. Varia itaque in diuitum menſa, ſplendide condita, dulcia, & acetoſa nimis, cauenda. Si poſt cibũ nauſea, vertigo, vel ſimilis quædam affectio, vt anxietas & ſopor oritur, ſtatim decoquatur ſtercus gallinarum, & addatur butyrum vel oleum, atq; tepide bibatur, rurſuſq; euomat. Si venenum mordicet, atq; vellicet ventriculum, ſicut fit, cum Adamas aut ſimilia propinantur, vtatur multũ butyro, cui admiſceatur terra ſigillata. Ad reliqua venena valet Theriaca, Mithridatium, maxime autem ſuccus è paſtinaca illa, quam nos Gelberüben appellamus. Item ſuccus Raphani commendatur. Ad frigida venena plurimum vtimur bono vino, item ſpiritu vini. Ad præcautionem autem nihil conuenientius vulgari illo Electuario è nucibus iuglandibus, ficubus & ruta. Fit autem hoc modo:

Venenum ex auro bibi.

Vomitorium in ſuſpicione veneni.

Succus paſtinaca aduerſatur venenis.

Electuarium contra malignitatem è nucibus.

℞. Nucum iuglandium excorticatar. partem vnam,
Salis &
Foliorum rutæ partem ſextam.
Ficuum quantum ad incorporandum ſatis. Miſc.

Poteſt etiam hoc modo paulo valentius fieri:

℞. Nucum n. xx.
Ficuum n. xv.
Rutæ m. j.
Rad tormentillæ ℥ iij.
Salis ℥j.
Mellis q. ſ. fiat Electuarium.

Eo vtatur mane ad nucis caſtaneæ magnitudinem. Interdum nucleos ſeu ſemina citri aſſumat, & ſe præpotenti Deo, in cuius manibus noſtra vita, & cuius Diuina prouidentia reguntur omnia momenta illius, commẽdet. A quo & ego hæc, quæ ſcripſi, & Nobiliſſimi viri profectionem, atque vniuerſam vitam benigne fortunari ex animo precor.

In deſtillatione à capite, anhelitus difficultate, febre hectica in ſecunda ſpecie, & atrophia ſeu macie ſecundum totum corpus,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM XXVI.

CONQVERITVR Vir clariſſimus de capitis deſtillatione, anhelitus difficultate, de febre hectica in ſecunda ſpecie, & vltimo de atrophia ſeu macie, ſecundum totum corpus. Deſtillatio etenim ex eo manifeſtatur, quoniam Clariſſ. Patiens ſemper exſpuere cogitur. Non eſt autem ſalſa materia pituitoſa, quæ exſpuitur, nec alio ſapore prædita, neque etiam eſt craſſa, ſiquidem nullum inter ſpuendum in ore ſaporem percipit, vt ſit potius inſipida ſtatuenda. Quod autem ſit tenuis, oculis apertiſſime patet, nam vndique fluit, nullaq; eius portio coaleſcit. Anhelitus autem difficultas perſpicua redditur, quoniam aſſidue in reſpirando defatigatur, etiamſi decumbat Si autem vel ſedeat, vel ſurgat, vel ſtare velit, adeo hæc difficultas augetur, vt eo inuito decumbere cogatur, alioquin ſuffocationis periculum imminet. Quo autem ad febrem, eam eſſe in habitu & in ſecunda ſpecie, non eſt dubitan-

Signa caloris hectici.

bitandum; nam pulſus debilis & frequens perſentitur, eſt vacuus, durus, & ab ægro hæc febris non perſentitur: Tangentibus calor mordax apparet, qui quidem eſt vniformis, à ciboque augetur, ac ab ægro non cognoſcitur. Corpus eſt ad ſummum emaciatum. Facies adeſt Hippocratica, cutis eſt facta rugoſa, & corium refert, vt non modo rorida humiditas cordis efferbuerit, ſed iam iam ex toto cõſumpta ſit. De macie autem ſecundum totum non eſt, vt quicquam quæramus, quoniam ex ſe oculis manifeſtiſſime, vt diximus ſubiicitur. Vnde omni cum diligentia horum malorum cauſæ ſunt indagandæ, vt inueniantur & Indicationes vtiles, & præſidia neceſſaria, vt ſi fieri poteſt, æger ſanitati reſtituatur. Dubium non eſt, deſtilationem illam ex eo ortam, quoniam cum ob quendam affectum à Medicis eſſet perſuaſus, vt iter ſuſciperet, ad aquas Lucenſes, eas aliquoties potauit, quæ cum non euacuarentur, imo ex toto detentæ eſſent, factum fuit, vt caput ſit redditum humidum, vnde deſtilatio hæc initium habuit. Anhelitus autem difficultas à quadam ſatis latente cauſa dependere videtur: Neque eſt, vt dicamus, hanc eſſe orthopneam, quoniam qui hac vel ſimili affectione correpti ſunt tãtum abeſt, vt decumbere cogantur, vt potius recta ceruice tantum reſpirationem emittere queant. Cuius effectus ea eſt ratio, quoniam dum decumbunt, cum pulmonis bronchia, & pulmones etiam ipſi in ſe ſubſideant, fit vt maior reſpirandi neceſſitas oboriatur, vt proinde ſurgere, ceruicemq; erigere coacti ſint. In quo ſtatu arteriæ illæ magis apertæ manent, vt facilius fiat reſpiratio. In noſtro autem patiente contrarium ſuccedit, vnde pro certo habendũ eſt, in Diaphragmate tuberculum aliquod, vel etiam aliquem tumorem ex materia dura concretũ exiſtere, cuius ratione fit, vt ſeptum tendatur. Tenſo autem eo cum non poſſit, quemadmodum opus eſſet, ſeſe mouere, difficultas anhelandi excitatur, quæ quidem eo magis augetur, cum ſedere vel ſtare deſiderat, quoniam cum in hoc ſitu eſt poſitus homo, Diaphragma magis tẽditur, quam dum decumbit. Cum autem magis tendatur, fit, vt minus moueri poſſit, imo immobilis quaſi reddatur, vt tunc ſuffocationis periculum immineat. Fouetur etiam hæc anhelandi difficultas, ab aſſidua capitis deſtillatione materiæ pituitoſæ, quæ in bronchia pulmonis ſe recipiens, eſt in cauſa, vt diximus, vt anhelitus difficultas orta ob tuberculum ſiue tumorem, foueatur. Ab hac vero anhelitus difficultate factum eſt, vt cum pulmones præter naturam moueri cogerentur,

Signa orthopnoea.

Cauſa difficilis reſpirationis.

plus iuſto ob hunc motum incaluerint, quę caliditas cordi communicata, auctaque ob inopiam aeris externi, quo cordis calor euentatur, factum fuit, vt febris illa hectica in hoc corpore ſuas radices fixerit, auctaque ſemper ſit, & ad hunc ſecundum vſque gradum peruenerit, ob cauſæ diuturnitatem & perſeuerantiam. Semper enim illa anhelandi difficultas fuit, & in præſentia adhuc adeſt, vt hac de cauſa carnes indies imminutæ fuerint. Hinc autem factum eſt, vt cum totum redditum ſit diſtemperatum, & præſertim iecur, bonus ſanguis non ſit genitus, quo prauo alimento, cum corpus per longum temporis ſpatium, per octo ſcilicet mẽſes nutritum ſit: Hinc maciei intenſæ occaſionem etiam manifeſtiſſimam præbuit. His ergo hunc in modum conſtitutis, ſtudium noſtrum eo tendere debet, vt capitis dyſcraſiæ corrigantur, tumoris materia in Diaphragmate exiſtens, emolliatur, digeratur, & diſſipetur. Item pituita deſtillans, vt frigida calefiat, vt moueatur ad locos non decentes, intercipiatur, deriuetur, reuellatur, & euacuetur. In pulmonibus exiſtens elidatur: Febris hectica, vt paſſio calida, indicat refrigerans, vt ſicca humectans. Macies totius, & virtus partium præcipuarum vna cum earum tono eſt conſeruanda, habita prius de toto prouidentia. Quibus ſcopis ſatisfacere eſt omnino impoſſibile. Læditur enim caput, læditur cor, offenduntur pulmones, noxa eſt in toto, & omnia ſummam quaſi apicem iam attigere. Vnde ratione horum omniũ, cum vehementia quadam ratione dignitatis emergat, facile apparet, vt non niſi mors exſpectetur. Intemperantiæ capitis, cordis, epatis, & totius, in habitum ſunt conuerſæ & confirmatæ manẽt, vt augeantur indies. Vt vehementia ſecundum eſſentiam ſummum gradum attigerit. Habitus præterea corporis eſt totus emaciatus: Facultates omnes naturales & vitales in hoc ægro ſunt debiles, vt hac ratione vehementia ratione virtutis ſit in ſummo. Neque facile tolerat hæc, vt ſępe ſuffocationis periculum immineat, vt ratione facultatis corpus gubernantis, non ſit exigua vehementia, vt non niſi mors tot tantiſque malis finem imponere queat. Quod autem fieri poſſet, eſſet vt ſetaceum fieret ferro ignito in ſutura coronali, vt deſtillatio reuellatur & euacuetur. De ſetaceo in occipitio, nihil dico, quia manet ſemper ſupinus, vt hac ratione fieri non poſſit. Et quia pauci dies tranſiere, ex quo aſſumpſit Bolum Caſſiæ, & bona facta fuit euacuatio, modo vtile erit ei exhibere parum Mannæ in ſure diſſolutæ. Poteſt præterea accipere per aliquot

Prognoſtica.

Curatio. Setaceum.

dies decoctum ex panes chyna, cum althea alteratum, vt fiat emollitio tumoris ſepti, & ratione ſiccitatis totius cum malua, & ratione febris cum cichoreo. Inungatur totum cum oleo amygdalino dulc. ſine igne facto, ſed torculari expreſſo, cui permiſceatur aq. acetoſæ ad penetrationem, & etiam ad infricationem. Vt autem emolliatur tumor ſepti imponantur adipes ſeu omenta ſuis vel vituli, in regione ſepti, in vtroq; latere, derelinquendo medium ſpatium ratione ventriculi, quod ſpatium, ne ventriculus nimium laxetur, inungatur oleo Maſtichino, vel etiam ſupra eo ponatur puluis ex Maſtiche. Vt etiam tumor emolliatur, vti poſſumus Dialthea; ſed tutius eſt vti ammoniaco in aceto diſſ. Et hęc vtrinque, vt diximus, admoueantur. Victus ratio his correſpondeat: A vino abſtineat, &c.

In catarrho, cum compreſſione Diaphragmatis, pro quodam Nobili viro,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM XXVII.

TAm neceſſarium eſt laboranti corpori ægro medicinam adhibere, quam ſano cibum. Vires etiam quemq; ſuas agnoſcere æquum eſt, ne grauiora in ſe ſuſcipiat, quam ferre queat. In hac quidem conſideratione ſæpe a Melancholia impedimur, & opiniones vim inferunt. Sed nihil difficile pietati & prudentiæ tuæ. Catarrhus multis nunc familiaris eſt, ac ſola victus ratione, quam Hippocrates tutiſſimam medicinã appellauit, curari poteſt. Decoctum raparum cum butyro & ſaccharo multum iuuat, ac ſi quid flatulenti eſt in rapis, id aniſo adiecto, vel guttula vna olei aniſi corrigi poteſt. Thuris etiam granum vnũ ſub noctem aſſumptum roborat & exſiccat. Crede mihi, & vera affirmanti crede, malum illud in Diaphragmate maxime eſſe ex flatibus. Ac ſuccus cardui, ad modũ ſyrupi facti, oxymel, & extractum calami aromatici corrigent. Magni laboris & induſtriæ ſingularis eſt facere extracta, ac vix præſentes pharmacopæi & deſtillationũ peritiſſimi inſtitui poſſunt. Itaq; non video, quo pacto domi parari poſſit. Mitto hoc, quod mihi erat relictum. Inunctio cum oleo chamomelino non poterit obeſſe, etſi verear, ne minus proſit, quã velim. De purgatione nihil poſſum hoc anni tempore cõſulere. Quæ ſuperiori anno ineũte vere profuit, ea nunc ineunte hyeme haud dubio obeſſet. Omnia ſuum tempus habent. Itaque ver expectandum. Formulam arbitror vos

Decoct. raparum correſpondens.

Flatuum deſcenſio.

Extracta ſingulariis induſtria.

habere. Nam deſcriptionem, ſi recte memini, cum conſilio dedi. Boli vſus eſt in catarrho tenui preparando. Expecto adhuc à meo affine, qui eſt apud Dominum Schvvendium, ſi fuiſſet ad manus mittere, non intermiſiſſem. Accipietis autem hic oleum vitrioli: Aſſumitur mane vna guttula in iuſculo carnium, vel gallinarum. Extenuat humores pituiroſos, atque conſumit, omnesq; vias viſcerum aperit. Putredinem inhibet, & humidiora corpora plurimum adiuuat, ſed ſiccioribus temperaturis raro, & non niſi neceſſitate aliqua vrgente exhibendum. Viennæ, 28. Nouemb. 1567.

Ol. vitrioli facultas.

In catarrho ad pectus delabente,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM XXVIII.

IN curatione catarrhi recta victus ratio in primis neceſſaria; quæ non tantum in cibo & potu conſiſtit, ſed aere, ſomno, ſeu rebus, quas Medici non naturales vocant, quod recte adhibitæ naturę proſint, immoderatæ noceant. In his ſunt & vigilię, exercitia, Venus, & quę è corpore vacuantur: De quibus omnibus ſeparatim monere nimis longum eſſet; Itaque ea tantum, quæ nunc quaſi onere iſto corpus releuent, & caput atque pectus roborent, enumerabo:

Res naturales cur ſic dictæ.

Primum vtatur Dominus aliquot diebus (quatuor vel quinque) his ſyrupis modo cõſueto:

Syrupus.

℞. Aquæ cardui ℥ ij. ß.
Oxymell. noſtri ſimpl. ℥ j. ß.
Syr. violacei ℥ ß Miſc.

Deinde accipiat hoc medicamentum purgans:

Purgans.

℞. Paſſul ʒ v.
Agarici albiſſimi ℈ iiij.
fol. ſenæ Alex elect. ʒ v.
Fiat horum decoctio in q. ſ. aquæ puræ.

℞ Colaturæ ℥ iiij.
Syr. roſ. ſolut.
Mannæ Calabrinæ an ℥ j. Miſc.

Aſſumptis ſyrupis vtatur matutinis horis Bechicis noſtris, quæ & iniungantur oleo amygdalino. Hora autem decubitus ad magnitudinem caſtaneæ de iſto Electuario, quod & caput & memoriam roborabit, capiat:

Rotula.

Electuarium.

℞ Conſer. roſar. ℥ iij.
Thuris maſc. ʒ j. ß.
Nucis moſch. contuſæ ʒ ß.
Cum ſyr. de papau. Miſce.

Quan-

Quando de electuario iſto non vtetur, particulam Nucis Moſchatæ aſſæ noctu in ore detineat,& interdiu etiam,propter ſpirationem aeris corrupti in ore geſtet. Sed ad hanc intentionem vtilius erit de ſequenti Electuario ad magnitudinem nucis caſtaneæ mane aſſumere:

Electuarii à corrupto aere præſeruans.

℞. Conſeruæ roſar. ℥iij.
Succi cydonior. ſaccharo inſpiſſati ℥j.ß.
Boli Armeni Oriental. præparati ʒiij.
Cum ſyr. de ſucco cydonior. q. ſ. Miſc. & f. Electuarium.

Hæc potui in præſentia conſulere, quæ vt à præpotenti Deo benigne fortunentur precor.

In catarrho ad pectus delabente.

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIVM XXIX.

AFFECTIONES tuæ pectorales, Nobiliſſime Secretari, catarrho capitis, in pectus ruente ortum ducunt. hinc gutturis aſperitas, laterum grauitas, difficilis reſpiratio, tuſſis frequens, cum vitiuſæ & lentæ pituitæ reiectione. Et certe ſi huic non occurretur tempeſtiue fluxui, facilime & celerrime veram phthiſin, pulmonum exulcetatione concitare poſſet. In horum autem ſymptomatum ablatione, non ſolum pectoris, putiſſimum afflicti habenda ratio; ſed & fluxionum origo & materia accurate cognoſcenda. Humido & frigido primum omniũ laboras ventriculo, qui cibos non ita; ac debebat, conficit; ſed varias humiditates producit, quæ non modo hepatis ſanguificatiuni officiunt, venoſoque generi communicantur; ſed & vaporibus copioſis caput offendunt, fluxuſque concitant, & augent. Accedit & his quorundam emiſſariorũ & meatuum obſtructio, iecur alioqui per renes, & vreteres ſerum ſecernit, vrinæ excretioni; cerebrum vero per nares purgatur naturaliter, viæ hæ vtrinque obſtructæ. Renibus enim cum meatibus ſuis vitioſis repletis humoribus, imo & calculo, (quorum indicium certum lotium ſuggerit) ſerum non modo retinetur; ſed & in venoſum genus remittitur; ſed & in venoſum genus remittitur, vt viſcera ita inflentur, & infarciantur; Natibus autem ſimiliter obſtructis humiditas excrementicia per decliue in thoracem defluit. Quamuis vero pectori potiſſimum ſit occurrendum; nihilominus & cauſæ antecedentis, & partium tranſmittentium cura ſuſcipienda.

Ind. ...

I. Ventriculus igitur, iecur, venæque totius, variis excrementis, quibus abundant, liberanda ſenſim, & per vices, ne naturæ vis fiat, & quidem lenioribus remediis, quæ nec pectori, nec reliquis partibus debilioribus mali quid inferant, eædemque poſtea corroborandæ.

II. Narium & renum reſeratis viis, materia catarrhi diuertenda.

III. Fluens materia intercipienda, potiſſimum ſub noctem & ſomnum, dum lingua ſui officii immemor, pituitam impune defluere ſinit.

IV. Abſtergenda & incidenda materia affluxa expectorantibus.

V. Putredini & exulcerationi pulmonum occurrendum in tempore.

His intentionibus ſubſcripta ſufficient remedia. Digeſtiuo & lenitiuo ſequente blande viſcoſa illa materia abluatur, & ſubducatur:

Digeſtiuũ.

℞. Herb hyſſopi.
Betonicæ.
Saluiæ an. m. j.
Scabioſæ.
Capillorum Veneris.
Vngulæ Caballinæ an. m. j. ß.
Thymi p. ij.
Rad. Glyzyrrhizæ raſæ.
fœniculi an. ℥j.
polypodii.
Iridis Florent. an. ʒj.
Sem aniſi.
fœniculi an. ʒiij.
Paſſul. min. ℥ij.
Caricar num. x ij.
Coq. in ſ. q. aq. ad tertias ſecundum artem.
Colaturæ adde, ſyr. de liquir. de hyſſopo an. ℥ j.
violar ℥j.
Miſc. f. Digeſtiuum per quatuor continuandum dies.

In hoc ipſo decocto alternis diebus quatuor vicibus, Elect. ſeq. quo materia præparata ſubducatur, diſſoluatur:

Electuariũ.

℞. Elect. lenitiui ʒ x.
de Sebeſten ʒ iij
Diaphœnic. ℥ß.
Bened. laxat. ʒ iij.
Eleſcoph ʒ ij.
Miſc. fiat. Electuar. pro quatuor doſibus.

Ventriculus & cerebrum dein ſequenti pul. ſeq. vſu corroboretur.

Puluis.

℞. Spec. arom. roſ. ſine moſcho.
Diamacis an. ℈j.

D 2

Roſarũ nouellæ.℈ iiij.
Cinamomi.
Calam.arom.
Macis.
Rhabarb.El.
Curiand.præpar.an.℈j.
Sem.fœniculi.
Sacc.albiſſ.ʒ.vi.f.Puluis.

Sacculo ſeq. Ventriculus, vt promoueatur concoctio, foueatur, per duas horas ante cibum.

Sacculus.

♃.Herb.Origani.
Abſinthii.
Calaminthi.
Betonicæ.
Menthæ criſpæ.
Roſar.rub.
flor.Chamom.p.ij.
Sem.aniſi ʒ ß.
Cymini ʒ iij
Galangæ conquaſſ.ʒ ij.
Caryophyll.ʒj.
Nucis muſc.n.j.
Conquaſſ. M. f. faccul. ſtomachalis quadratim interpas.calefiat a latere ignitu vino irrigato.

Interdum ante cœnam 4. pars Pillul. deglutiatur. Caput eç ventriculumq; efficacius mundabunt, exſiccabuntque.

Pillula.

♃.M.Pill.de Hiera.ʒj.
Aſſaiar.
Aggreg.an.℈ij.
Agar.troc.℈j.
Extr.Cochl.g.v.

Cum aq. Betonic. f. Pill. paruæ inſtar Aleophang. diuidatur in quatuor partes æquales.

Euacuato ita corpore, reliquiæ catarrhi diuertantur.

Errhinum.

1.Errhino naribus attracto.
♃.Aq.Maior.℥ vi.
Hordei.℥j.
Sem.nigellæ pul.℈ ij.ß.
Sacc.candi ʒ ß.M.& inf.per noctem, Mane fiat fortis colat. & expreſſio, adde ſucci Betæ depurati ʒ vi. M f. Errhinon.

2.frictionibus dorſi & ſcapularum.

3. Crurum ablutione cum decocto, Beton.& chamumillæ.

Materia ita maxima ex parte auerſa,& diminuta, exſiccetur reliquum Pul.futuræ coronali inſperſo.

Puluis.

♃.Gummi Iuniperi.
Myrtillor.
Coriand.præpar.
Roſ.rub.an ℈ ij.
Santal.omnium an.℈j.
Cort.Thuris.
Maſticis.
Macis.
Caryoph.an.℈ß.

f.Pull pro inſperſione capitis.

Lixiuio etiam incoquantur
Betonica.
Roſmarinum.
Saluia.
Maiorana.
flor.Chamomill.
Rad.Aſari.

Obſtructi renes tam à calculo, quam à viſcoſis humoribus commodiſſ. Terebinthina reſerabuntur, quod & pectori proderit:

Terebinthina.

♃. Terebin.ſexies lotæ exq. Aq.Alkekengi,& vltimo ex Aq.roſar.℥ ij.
4 ſem.frigido.maiorum.
Pul. Glycyrrh.an.℈j.ß. M. f. Terebinthina, Si renes incaleſcerent, inunguntur lumbi:

Vnguentum.

♃.Infrigid.Gal.ʒ.vj.
Vng.Populeon.
Roſati Meſ.an.ʒ iij.
Spec.diatrion ſantal.℈j.
Pul.rad.plantag.aquatic.℈ß.
Aceti roſacei parum.
Ol.Violar.
Myrtini an.q.ſ. ad remol. vnguentũ.

Præſcripta remedia originem fluxionum iam factarum reſpiciunt; Sequuntur ea, quę in poſterum earundem generationem impediunt & prohibent, vna cum appropriatis pectoralibus.

Vaporum aſcenſus à cibo reprimatur eſu pulueris ſeq.frequenti:

Puluis pepticus.

♃.Sem Coriandri præpar.ʒ. vi.
Cinamomi.el.ʒ.j ß.
Maſticis.
Carui.
Nucis moſch.an.ʒ.ß.
Macis.
Ligni aloes an.℈j.
Roſar.rub.
Sem.Meliſſæ.an.℈ ß.
Manus.Chr. perlati.℥ j.
M.f.Pul.poſt cibum.

Catarrhus magno cum impetu fluens intercipiatur.

Trochiſci.

♃.Spec.diatrag.frig.
Sacc.albiſſ.an.℥ß.
Boli Armeni.℈ß.
Cum mucillag. Tragac.ex Aq.roſar.f. troc.bechiarum inſtar.

Aut pill.his paulo fortioribus.

Pillula.

♃.Boli Armeni cum Aq.roſar. abluti.ʒ.ij
Amyli ℈ iiij.

Traga-

Tragacanth.
Gummi Arab.an.℈j.
Sacch.cand ʒ vj.
Syr.viol q.ſ.

F. Pill.compreſſ. inſtar Bechiarum. Silenior ſit catarrhus, ſenſim ſubinde deglutiatur Conſ.roſar.ſpec.diatrag.f. admiſtis. Nucis moſchatæ fruſtulum interdum ſenſim maſticetur.

Materia vero viſcida pulmonibus impacta & imbibita abſtergatur,incidatur,& expectoretur:

Rotulæ.

℞. Spec. Diaireos ſimpl.
Diapenidii an.℈iiij.
Rad.Ireos.
Pæoniæ.
Enulæ an.℈j.
Pulmon.vulpis præpar.℈ij.
Glycyrrh ℈j.
Sacchari candi.ʒ iij.
Sacchari albiſſ.℥ v.in aq.
Hyſſopi diſſol.f.conf.in tabul.

Aut ſi fortius quid requiratur, ſubſtituatur Loch:

Loch.

℞ Loch de pulmone vulpis ℥ j.
Sani & experti.
de pino an.℥ ß.
Spec.diapenidii ℈ iiij.
Diaireos Salam.℈ ij.
Pul.liquiritiæ.
Sem.Vrticæ Romanæ.
Rad.Enulæ campan.
Pulmonis vulp.præpar.an.ʒ ß.
Succi liquirit.
Myrrhæ an.℈ ß.
Cum ſyr.liquir.vel hyſſop.f.Loch.

Si materiæ tenacitas reſiſtet, & externis adiuuetur expectoratio.

Vnguentū. pectorale.

℞.Ol.amygd.dulc.ʒ vj.
Chamomel.
Cheirin.an ℥ ß.
Vng.Dialtheæ ʒ ij.
Pingued.gallin.
anatis.
Butyri recent.non ſaliti.
Mucillag.fœnugræci an.℥j.ß.
Succi glycyrrhizæ.
Hyſſopi.
Storacis calam.an.℈j.
Cymini.gr.vj.
Ceræ parum f.vng.pectorale.

Si tabis adſit periculum, diligenter commendo aſſiduum vſum: Pulu.inter cibum etiam:

Puluis.

℞.Spec.Electuar.reſumptiui.
Diamargarit.frig.
Diarrod.abb.an.℈j.
Sem.Maluæ.
Portulacæ.
Bombacis an.ʒ j.
Papau.albi.ʒ ij.
4.ſem.frig. maiorum.
Cydoniorum mund.an.℈ iiij.
Gummi Arabic.
Tragacanth.
Amyli an.℈ ij.
Spodii ʒ ß.
Succi glycyrrh ℈j.
Macis.
Galangæ an.℈ ß.
Sacc.Penidii ad pond.omnium,f.puluis.

His medicamentis diæta exquiſita accedat, neceſſe eſt. Frigus arceatur à corpore, præſertim hyemis initio,& aeris intemperie. Vitentur conclauia omnia ſubterranea & humidiora: In cibo & potu remoueantur omnia, quæ difficilis concoctionis, quæ excrementoſa,quæ acria,quę aromatibus condita, fumo exſiccata, quæ pinguia,deniq; & vaporoſa, vino pro viribus abſtineat,præſertim à cœna, quæ prandio parcior ſit. Balneum aq. dulcis ante cibum diſtributioni alimenti apprime conferet. Exercitia grauiora cum animi commotionibus vehementioribus exulent ſimiliter. Aluus liquida feruetur cibis mollioribus præmiſſis initio cibi ſequantur ſolidiora.

In catarrho, delabente ad pectus & ventriculum,

D. IOH. NÆVII

CONSILIVM XXX.

E Signis indicatis, & vrina inſpecta colligo fluxiones à capite, partim pectus, partim ventriculum lædere, quæ vt auertantur, imo plane tollantur, ſubſcripta iniungo remedia:

I. Materia diſcutienda,& præparanda digeſtiua trium doſium.

Digeſtiuū.

℞.Syr. de ſtœchade.
Hyſſopo.
Iuiubini.
Oxymell.ſimpl.an.℥j.
Aquæ betonic.
Scabioſ.
Vngulæ Cab.an.℥ iij.Miſc.

II. Quarto die euacuentur:

Pillulæ.

℞ M.pill.de aga. Meſue.
Cochiarum.
Aurearum an.℈j.
Diagridii gr.j.
Reform. pillul. num. xvj. cum aq. betonic.
Repetantur 14. die denuo.

III. Rotulæ pectorales ſub lingua fre-

quenter ſenſim diffluant, & thoracem irrigent. Intercipient catarrhum, expectorationem & reſpirationem faciliorem efficient.

Rotulæ pectorales.

℞.Spec.diaireos Salom.℥ iij.
Diapenidii ℥ j ß.
Sacchar. albiſſ. in aq.ſcabioſ.diſſol.
℥ vj.
f.Conf.in Rotulis.

IV.Vng.ſtomachali ventriculi regionem inungat.

V. Hinc aliquot dies poſt Empl.noſtrum ſtomach.ſuccedat.

VI.Tragæa etiam ſeq. dolente ventriculo non negligatur, p.j. ante cibum deuorato:

Tragæa ſtomachalis.

℞.Cinam.inter.℥ iij.
Galangæ ℥ j.ß.
Zinzib.albi ℥ ij.
Macis ℈ ij.
Caryophyll ℥ ij.
Rad. Enulæ camp.℥ j.ß.
Ind.albæ ℥ j.
Granorum maſticis ℈ ij.
Pellic. inter ventric. gallin. præpar.
℥ j.
Sem.Coriandri præpar.℥ iiij.
Aniſorum.
Fœniculi an.℥ j.ß.
Carui.
Cardamomi an.℥ ß.
Pul.ſingula & miſceantur,miſtis adde:
Spec.Arom.roſ.Gabr.℈ iiij.
Diarrh.alb.℥ j.
Sacch. albiſſ. ad pond. omnium,fiat
Tragæa.

His conueniens adhibeatur diæta.

In catarrho,à capite delabente ad os ſacrum,ac inibi dolorem intenſum faciente,

D. Hieron. Capivaccii
Consilivm XXXI.

AFFECTVS, de quibus Egregius Patiens conqueritur, duo pouiſſimum ſunt, quorum alter eſt dolor quidam circa os ſacrum, ad lumborum fines ſpectans. Reliquus vero eſt aſſidua capitis deſtillatio ad ſubiectas partes decumbens. Quatuordecim enim ab hinc annis, vt ſcriptis mandatum eſt, cum quoddam graue pondus è terra eleuare tentaret, in regione illius oſſis ſtrepitum quendam perſenſit, vnde factum eſt, vt ilico etiam dolorem non mediocrem perceperit, qui continuatis temporibus vſque in hodiernum diem ſemper eundem locum occupauit. Deſtillatio autem inde clara redditur, quoniam egregio huic Patienti os ab ea madet ſemper, aſſidue quoque illam exſpuendo excernere cogitur. Quamobrem omni cum diligentia horum malorum cauſæ ſunt indagandæ, vt ipſis inuentis, materiæ remediorum pateant. Quibus ex arte adminiſtratis, ſi fieri poteſt, ſanitati reſtituatur. Quantum ergo attinet ad dolorem, dubium nõ eſt, hunc, quemadmodum etiam cæteri dolores fieri ſolent, à ſolutione vnitatis ortum eſſe. Hanc autem manifeſtam occaſionem habuit. Nam cum pondus illud oneroſum è terra eleuare niteretur, partes illæ circa os ſacrum cum magis, quam par eſſet, tenderentur, neceſſarium fuit, vt eorum continuum ſolueretur. Ab hac autem ſolutione vnitatis dolor ille ortus eſt. Hinc autem factum fuit, vt partes illę debiles redditæ fluxionem quandam materię pituitoſæ inſipide ſuſcipere inceperint, atq; continue ſuſcipiant, cuius ratione fit, vt partes illæ doloroſæ hac materia pituitoſa imbuantur, imbutæ vero tendantur, quo fit vt vnitatis ſolutio ſuccedat, eaq; de cauſa dolor aſſidue ferme ſentiatur. Generatur autem hæc materia pituitoſa in capite, læſa ipſius concoctione. Concoctio vero læditur labefactata facultate alteratrice ipſius capitis, quæ quidem facultas labefactatur ob intemperiem capitis humidam, & forſan aliquo pacto frigidam. His ergo hunc in modum conſtitutis, partes Medici dogmatici haud aliæ eſſe debent, quam vt caput exſiccetur, & aliquo modo calefiat; materia fluxura prohibeatur, ne fluat: fluens vero diuertatur, deriuetur, reuellatur, & prorſus extirpetur. Fluxa vero à dolente loco elidatur, ac dolor ex toto deleatur. Interim vero virtus capitis & eius tonus vna cum virtute partium dolentium & totius eſt conſeruanda; de toto tamen prius habita prouidentia. Quos ſcopos omnino explere eſt impoſſibile. Nam ſi conſideremus vehementiam ratione dignitatis, eam ſatis inſignem inuenie- mus. Caput enim, quod eſt membrum principaliſſimum, læditur, cuius actiones non modo cauſa vitæ, & commodioris vitæ: ſed etiam cauſa melioris vitæ ſunt neceſſariæ. Læduntur etiam partes ad os ſacrum ſpectantes, quæ etſi non ſint principales, principales tamen æmulantur, cum ſine ipſis impoſſibile ſit hanc vitam ducere. Si autem conſideremus vehementiam ratione eſſentiæ, eam quoque ſatis intenſam reperiemus. Adeſt enim & dolor non mediocris, & intemperies diuturna, longeque recedens à naturali ſtatu, cum iam habitum contraxerit. Nunc etenim annus 14. voluitur, ex quo & deſtillatio & dolor principium habuit.

Cauſa dolorum lumborum.

Indicationes.

Prognoſticon.

bulit. Augetur etiam hæc vehementia: quia materia deſtillans eſt copioſa, frigida, craſſa, lenta, & fortiter adhærens partibus dolentibus, vt non niſi ſumma cum difficultate ab ipſis diſcuti poſſe ſperemus. *Prognoſticon.* Cæterum cum hic æger ſit in virili ætate conſtitutus, in qua virtus & ſecundum quantitatem & qualitatem ſolet eſſe robuſta, ſperare volumus, quod ſi non ex toto ſanabitur, in meliorem tamen ſtatum deducetur. Hac igitur ſalutis ſpe animo concepta, ad præſidiorum materias alacri animo deſcendendum. *Curatio* Et vt in primis de re chirurgica ſermonem habeamus, ſuademus, vt cauterium in ſiniſtro brachio ratione capitis excitetur. Quod ſi alterum quoque eadem de cauſa in dextro brachio molireтur, nō eſſet improbandum. Nihil autem dicimus de ſanguinis miſſione, neq; de totius purgatione, quoniam cum æger iam medicamenta euacuantia & alterantia aſſumere inceperit, hæc omnia diligentiſſime facta eſſe ſupponimus. *Decoctum ligni.* Quoniam autem iam aſſumere cœpit decoctum ligni, probatur, vt illud per plures dies aſſumendo progrediatur, quouſque ſcilicet aderit præſentia iudicantis, & nihil prohibere videbitur. Sed vt ad caput penetret hoc decoctum, alterari debet cum Iua, Beton. Sτœchade, & ſimilibus. Præterea probatur, vt ſemper, antequam ſuſcipiat ſyrupum ex decocto, capiat vnam vel alteram pillulam ex Terebintho cyprio cum puluere iuæ reformatam, hasque pillulas accipere debet, vt materia à neruoſis partibus elidatur. *Therebinthina à neruis trahit.* Terebinthum enim à neruis materiam trahere valet: Sed antequam aſſumat, & pillulas & ſyrupum ex decocto mane & veſperi, vt caput expurgetur, maſticatoriis vti debet, niſi tuſſis, nec aliquid aliud prohibeat. Tunc enim id Errhinis præſtare poterit. Extrinſecus autem, vt caput exſiccetur & corroboretur, probatur ſtillicidium aquarum Thermalium in agro Patauino ſcaturientium. *Thermæ Patauinæ.* Sed cum æger hic eſſe non poſſit, ad eandem intentionem patetur ſtillicidium ex lixiuio alterato cum Agarico, Stœchad. & Beton. & id genus aliis.

A ſtillicidio autem ſemper diligenter exſiccetur caput, & ſupra ſuturam coronalem ponantur pulueres ex Iua, Stœchade, & Betonica. Interim etiam dolentium partium eſt habenda ratio, & propterea probatur nobis, vt ſupra ipſas luta imponantur, vt corroborentur. Materia euacuetur, ac digeratur. *Luti Thermalis emollientis ſuccedaneū.* Sed cum hoc in loco æger non ſit, vt materia emolliatur, probatur, vt ſuperponatur emplaſtrum ex Meliloto, vel ex Diachyllone. Emollita vero aliquo modo materia, mixtis præſidiis vtendum erit, vt portio emollitæ materiæ digeratur & euacuetur, portio vero non emollitæ emolliatur. Id autem præſtare poterunt, Melilotum cum Cerato ſacro inæquali portione mixta. Tandem emollita ex toto materia, vt eradicetur, probatur, ſolummodo Ceratum ſacrum, cui ad maiorem euacuationem admiſceatur Colocynthis, Elaterium, & ſimilia, quæ valent à proprietate occulta materias à cētro ad circumferentiam euocare. Quod ſi adhuc dolor perſeueraret, vt auferatur, & materia penitus aboleatur, ſi tamen fieri poteſt: probatur vt in dolenti loco veſica excitetur & aperiatur. Ad quam etiam intentionem, ſi ibidem inuſtio fieret, non improbaretur. Victus ratio propoſitis correſpondeat. Et hæc, &c.

In catarrho cum torpore pedum, ructatione ventriculi, & aliquando etiam dolore renali, pro quodam Nobili,

D. ABRAHAMI SEYLLERI

CONSILIVM XXXII.

CVM conſidero partium totius corporis conſtitutionem, nō mediocrem membrorum principalium dyſcraſiam reperio. Epar enim & renes mirum in modum excedunt in calore, ventriculus in frigiditate, vt non mirum ſit, Dominum per interualla ſentire grauitatem capitis & dolorem renalem. *Epatis caliditas & ventriculi frigiditas cauſa omnium fluxionum.* Intemperies ſiquidem epatis calida, & ventriculi frigida, omnium fluxionum & deſtillationum principales cauſæ exiſtunt, præſertim ſi intemperies humida cerebri concurrat, quæ etiam non accedentibus his intemperiebus à leui quaque cauſa, præcipue frigida, offenditur, præſertim ſi acceſſerit tempus vel autumnale, vel hyemale. Hæc itaque intemperies humida cerebri materiam à ventriculo ad ſe demiſſam, neque conficere, neque conſumere poteſt, vt neceſſum ſit in capite materiam redundantem capitis grauitatem concitare, quæ poſtmodum ſua mole ad nucham delapſa per ſpinalem medullam partim ad pedes deſcendit, ibique torporem, & in talo lenem dolorem excitat, partim per venas emulgentes deuenit ad renes, ibi talis materia pituitoſa fixa in cauernitate renum permanens, à calore & renum & epatis in arenam, calculumque arenalem adurendo conuertitur, quod facile ex formatione laterum in hoc magno mundo demonſtrari poteſt. *Calculi generatio.* Vnde apparet cauſam horum morborum principalem eſſe fluxionem ſeu deſtillationem à capite, quæ ob diuerſos locos, ad quos delata fuerit, di-

verſos excitat morbos. Propulſa etenim ad pedes torporem pedum, ad renes renalem dolorem, ad ventriculum eructationes perpetuas, ad fauces ſcreatus concitat, ita vt non mirum ſit ſingulo mane per ſcreatum excernt magnam pituitæ copiam. Idcirco cum tot lædantur membra à deſtillatione iſta, timendum ne grauiora ingruant mala, quæ & vitæ periculum minitarentur. Ea propter præueniendum, vt iſti morbi abigantur, & ſi non ex toto, modo diminuantur, ne tam ſæpe reuerſi periculum vitæ intendant. Porro cum horum morborum per interualla inuaſio fiat, duplex propellendi modus requiritur. Alter dum adſunt extirpentur; alter cum non adſunt, prouideatur, ne fiant. A primo ergo inchoans, hoc eſt, deſtillatione, quæ iam actu exiſtens prælibatos exciret morbos, vt pote grauitatem capitis cum torpore pedum, & eructationem ventriculi, aliquando etiam dolorem renalem.

Curatio.

Dico, cum omnis repletio tollatur euacuatione, neceſſum eſt etiam fluxionem & deſtillationē hanc tolli euacuatione cōmoda, cum ſub repletionem cadat. Cum igitur iſta deſtillatio ſeu catarrhus ſit materia pituitoſa ſatis ſubtilis à capite deſcendens, medicamentum conueniens, reſpicienſque talem materiam exhibendum eſt, non tamen neglectis membris, ad quæ defluit. Cauſa etenim ablata tolletur effectus. Verum cum euacuatio moliri non poſſit, niſi materia cōcocta fuerit, ideo primo concoquenda eſt. Sed cum turgeat, hoc eſt, ab vno membro ad aliud feratur, vt fieri ſolet, nulla coctio materiæ expectanda, ſed ſtatim molienda euacuatio materiæ peccantis. Ad euacuandi modum nō eſt forma accommodatior medicamento pillulari. Cum autem videam te adeo abhortere, in potabili forma exhibeatur tali modo:

Turgere quid.

Pill. accommodatæ in deſtillationibus.

℞. Rhabarbar. el.
Troch. de agarico an. ʒ j. ß.
Zinziberis.
Salis gemmæ an. ℈ ß.

Infundantur in ℥ ij. mellis roſacei colati per decem horas, addito parum vini maluatici, deinde bene exprimantur: cui addantur, Decoctionis agrimoniæ, luæ arthreticæ, cichorii, endiuiæ ℥ ij. ß. Miſc. f. potio & propinetur. ego tamen magis conſiderem vſui pillularum, quas ante Domino exhibui. His peractis procedendum, quemadmodum in modo præſeruandi tradetur.

De dolore renali altius agendum, ſiquidem hic vt plurimum à cauſa aliqua externa irritatur, vt pote potu vini rubri, vel penduli, etiam à muſto, vel cereuiſia non bene depurata. In quo caſu neceſſitate vrgente dolori primo occurrendum, ſiue ſolus ſiue cum reliquis morbis inuadat. Quippe virium robur mirum in modum deſtruit. Quapropter ſi cum reliquis morbis cōiungatur, præmiſſa euacuatione exhibeatur poſtea pōdus aurei vngarici pulueris tranſmiſſi in aqua fragorum. Quod ſi ſolus venerit, abſque purgante medicamento præbeatur.

Dolor renalis à cauſa externa excitatus.

Et hæc quantum ad affectus actu exiſtentes ſpectat, dicta ſufficiant.

Præſeruatio.

Reliquum eſt modo, vt de præſeruatione agatur, in qua ſumma diligentia adhibenda eſt, ne eiuſmodi morbi reuertantur. Siquidem quotidie tum ob epatis & ventriculi imbecillitatem, tum ob capitis intemperiem materia pituitoſa cruda & ſubtilis coaceruatur, cuius rei argumento eſt materia mane ſcreatu reiecta. Si enim indies non coagmentaretur, profecto matutino tempore tanta per ſputum copia minime reiiceretur. Ne igitur deſtillationis aduentum formidemus, intemperies dictorum membrorum amouendæ ſunt. His enim non ablatis, neque catarrhus præcaueri, quid dicam ex integro tolli, poterit. Itaque præmiſſa euacuatione, quæ aſſignata eſt, epar, ſtomachus, & caput principaliter roborentur. Robur autem addetur illis, ſi calida intemperies epatis, frigida vero ventriculi, & humida cerebri tolletur. Hoc facto neque materia ſuperflua ad caput aſcendet, neque cerebrum etiamſi aſcenderet materia, eam vel reciperet, vel cito conſumeret, atque ita probe alimentum proprium in ſui ſubſtantiam conuerteret. Verum inſurgit magna difficultas de ſtomacho frigido, & epate calido, quomodo nimirum frigidus ventriculus poſſit calefieri, ne ſimul epar inflammetur. Si quidem quæ ventriculum calefaciunt, eadem plerumque & epar inflammāt, atque cerebrum replent.

Difficultas cura.

Huic autem malo Galenus præuenire ſtudens excogitauit compoſititionem, quam nomine Diatrion pipereon donauit. Hoc equidem medicamentum ſingulari vi præditum eſt calefacere ventriculum, nec eius calor communicetur epati. Nam cum conſtet ex tribus generibus piperis, quarum facultas calefaciendi in ſubſtantia tenui conſiſtit, exoluitur antequam ad epar deueniat. Eſt itaque conueniens & calefaciendi, & tollendi intemperiem ventriculi medicamentum. Vtatur igitur Dominus in ſeptimana bis his rotulis mane ante prandium, per horam videlicet, die ſolis & die mercurii.

Diatrion pipereon.

Ad tollendum vero calorem epatis, ne etiam ſtomachus refrigeretur, accommodatiſſimæ ei ſūt radices cichorii conditæ, quibus vtetur reliquis

Rad. Cichor.

liquis diebus eodem tempore, dum vtebatur rotulis. Hoc ſi ſactum fuerit, ſimul etiam cerebri auferetur, præcipue ſi bona concoctio procurabitur, quæ in optimo rerum non naturalium vſu conſiſtit. Pone & hoe addendum eſt, etiam ſi exquiſitum viuendi regimen obſeruetur, membraque læſa robur acceperint, tamen ſemper aliquid ſuperfluorum humorum coaceruatur, quos equidem adimere oportet. Conueniens tempus eſt Maius & ſeptember, quibus menſibus ſingulis annis ſuperabundantium humorum etiam ex vſu dextro ciborum, reſultantium copia detrahenda eſt, ea denique moderatione exequendum, ne aliqua noxa ventriculo, vel epati inferatur, ſed potius eorum vis augeatur, quod ſubſcripta facient catapotia:

Euacuationis tempus.

Pillula.

℞. Hieræ ſimpl. Gal.
Rhabarb. el.
Agaric. albiſſ. an. ʒj.
Myrobal. chebul. ʒß.

Terantur & ſucco agrimoniæ excipiantur, cumque vino maluatico ſ. maſſa, cuius doſis ʒj. Poſtea ieiunus bibat ſequentem potum:

℞. Herb. agrimon.
Chamepith. an. m. ij.

Decoq. in ſ. aq. ad tertias, ℞. decoctionis ℥iij. add.

Mellis roſac. colat.
oximell. ſimpl. an. ℥ß. Miſc.

Hac potione ter aſſumpta, reiteret doſin pillularum. ſin pillularum vſum abhorreat, loco earum ſumat puluerem, cuius ſupra mentionem feci. Cæterum ſi Dominus aſſuetus ſit mittere ſanguinem, fieri poteſt, vt his præmiſſis, aliqua ſecetur vena, ita tamen vt parce ſanguis exeat. Porro cum nullum medicamentum ita præſtans ſit, quod abſq; dextro rerum non naturalium vſu ſuas exercere vires poſſit: danda eſt opera, vt minimum in his peccatum committatur, Aer ergo ſit temperatus, nun multum declinet ad calidum, neque ad frigidum. Quapropter hoc tempore dum exeundum eſt, muniatur bene caput; in hypocauſto apertum ſit. Vitandus tamquam peſtis aer matutinus, & nocturnus, item nebuloſus. A ventis, & radiis ſolaribus caput immune ſit; & pedes à frigore. Item odorata etiam fugienda, quoniam ſummopere replent caput, Hippocrate teſte. Curet præterea matutino tempore, vt ſe per ſcreatum, & per tuſſim mundet, ſtudeatq; quam fieri poteſt, vt per nares fiat; deinde adhibeat, ſi per tempus licet, frictiones ſcapularum cum linteis aſperis & calefactis. Cum autem caput lauere voluerit, ſit lixiuium ex pluuiali aqua in qua multoties candens ferrum extinctum ſit, paratum, quæ aqua poſtea per ſacculum excoletur, pyramidali forma conſutum, præter modicos ſarmentorum vitium cineres, aſaro, abſinthio, ſaluia, camomilla, & roſis rubeis ſemiplanum, poſt perfuſionem caput linteolis calidis ſæpius fricando exiccetur. Dabit etiam operam ne corpus grauetur crapula, ebrietate, & comeſſationibus nocturnis, quæ equidem ſeminaria ſunt fluxionum. vinum ſit tenue, album, & limpidum, aut huius loco cereuiſia bene cocta, optimeque depurata. Fugiendum vinum rubrum, craſſum, & pendulum, & cereuiſia impura, in qua etiam magna lupuli copia decocta ſit. Somnus diurnus non ſit, neque in loco humido. His diligenter cuſtoditis, etiam calculus renum euitabitur, ad cuius tamen ampliorem cautelam non abs re fuerit renes per vngnentum roſaceum Meſue, adiecto ſi opus fuerit, ſolatri ſucco, refrigerare. Et hæc nunc mihi occurrerunt, quæ breuibus complecti volui, non ea ratione vt te monerem, alioquin ingenio & ſtudio in cõſeruanda valetudine præditum; ſed vt morem tibi gererem, promiſſiſque ſatisſacerem.

Lixiuium.

Seminaria fluxionum.

Renum refrigeratio.

In debilitate capitis & ventriculi, pro quodam Nobili.

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM XXXIII.

DIFFICILE eſt alio mittere remedia, & in caſus futuros præſcribere, cum corpora quotidie ſe poſſint immutare. Verum quia petuntur tantum communes pillulæ ad capitis & ventriculi euacuatiõne, ſuadeo has:

℞. Maſſæ pillul. Maſtich. ℈ij.
Aloes Roſat. ℈j.
Cum ſyr. roſatu reformentur pillulæ mediocres.

Pill. communes capitis & ventriculi.

Has ante cœnam quadrante horæ deglutiat, ſequente cœna moderatiſſima. Cum vero ipſe æger animaduertat, potationes ſibi maxime aduerſas eſſe, neminem patiatur ſua valetudine ſibi clariorem eſſe, exiſtimetque temperantiam remedium eſſe optimum. Aut enim extinguunt, aut inflammant calorem natiuum nimiæ potationes, qui ſemel amiſſus nulla arte recuperari poteſt. Suaſi antea elect. Caryophyllatum, id ſumat mane, quoties deprehendit, ſe minus bene affectum eſſe, magnitudine caſtaneæ. Quicquid præterea acciderit, de eo monere, vel D. Monauium, vel me poterit. Ita enim mihi notus eſt, vt ſciam, tuto ſe ei cre-

Potationum noxa.

Elect. caryophyllatum.

dere Dominum poſſe. Conuenientia exercitia ante cibum non intermittenda ſunt, ſed poſt potationes, vel equitationes ſuſcipere, hoc eſt, nimirum cruditates augere, & ciere multos morbos ſubitos, quos DEVS auertat.

In debilitate capitis & ventriculi, pro quodam Nobili Germano.

D. HIERONYMI DONZELLINI CONSILIVM XXXIV.

CVM primum Patauii commodum nactus fueris hoſpitium, conſulo, vt pro corporis tui prouidentia à primo die horis quatuor ante prandium ſumas has pillulas:

Pillulæ pro mundifi. atione corporis.

℞.pill.aggreg.ʒj.

Fiant pillulæ num.xij deaurentur. Statim vbi ſumpſeris, bibe capi aut Gallinæ iuſculum, quantitate vnius cyathi calidum. Quatuor aut quinque ſequentibus diebus quotidie tribus horis ante prandium, ſume tria cochlearia, ſeq. ſyr. frigide, & ſtatim ſuperbibe iuſculi gallinæ cyathum j.

℞.Oxymell.ſimpl.
Mellis roſar.
Syr de cort.citri an.℥ij.

Miſc. & ſumatur cum cochleari. Poſt illos dies, & ſumptos hos ſyrupos, iterum pillulæ aggregatiuæ ſumantur, ad ʒj. f. pillulæ num. xij. deaurentur, quæ ſi prima vice parum euacuarint, hæ ſecunda vice corpore per ſyrupum præparato, felicius mouebunt.

Ventriculi confortantia.

Hæc ſatis futura ſunt pro corporis mundificatione. Sed ad corroborandum & confortandum ventriculum mane vacuo ſtomacho ſumatur radix Zinziber. condita, quantitate nucis caſtaneæ, per dies octo aut nouem. Et deinde in prandio ac cœna, primus hauſtus bibatur è vino abſinthite. Initio menſæ ſeu prandii comedatur fruſtulum piperatum forte. His ventriculus robuſtiſſimus reddetur.

De præſeruatione ab apoplexia, pro quodam Nobili viro,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM XXXV.

Præſeruatio quid.

RECTISSIMA à morbis præſeruandi ratio eſt, vt cautio adhibeatur, ne morborum cauſę corpus occupent. Cum autem ampliſſimus vir à me rationem, qua ab apoplexia tutus eſſe poſſit, expetat, natura huius morbi ex cauſarum inueſtigatione conſideranda.

Apoplexia quid.

Eſt autem apoplexia ſenſus & motus priuatio, quæ fit, cum ſpiritus exitum è cerebro non habet, & vitalis aditus è corde ad cerebrum intercluditur.

Cauſæ.

Cauſæ ſunt vel intemperies ſubſtantiæ cerebri, vel viſcidus & craſſus humor, ſiue pituitoſus, ſiue melancholicus collectus in cerebro, ſiue etiam ſanguinis nimia copia, vel vapor craſſus obſtruens, vt in ebriis.

Prognoſtica.

A cerebri intemperie præſeruatio quidem locum habet, curationis vero ſemel introducta intemperie ſpes nulla.

Remedia in frigida intemperie.

Cauemus autem frigidam intemperiem vſu eorum, quæ calorem cerebri fouent, & ad ſpirituum generationem faciunt, quemadmodum deinceps oſtendemus.

Humorum remedia.

Ab humore vero cum obſtructionis periculum imminet, primum opera danda recta victus ratione adhibita, ne humor iſte generetur, deinde ſi forte ea in corpore eſt diſpoſitio, vt omnino prouentus iſtius humoris caueri nequeat, cito auferatur.

Vaporibus reſiſtentia.

Vaporis autem craſſi copia ſola temperantia in victus ratione emendatur. His ita poſitis & conſideratis tota præſeruationis ratio patet. Nam quod ad primam cauſam, videlicet intemperiem cerebri attinet, cauenda primum omnis aeris conſtitutio frigida & auſtrina, & contra eam caput muniendum. Victus ratio temperata, & quæ ſpiritus foueat, inſtituenda. Itaque ab vſu vini non abſtinendum, ſed eo temperate vtendum. Somnus nō debet eſſe ita prolixus, vt grauitatem capitis poſt eum ſentiamus, neque omnino breuis. Animi intentiones continuæ, quæ ſpiritus abſumunt, & cerebrum refrigerant vitandæ. Venere rariſſime vtendum. Sed cum ab hac cauſa rarius apoplexia oriatur, & non niſi vel in extrema ſenecta, vel hominibus, in quibus exiguus eſt vigor ſenſuum propter ſpirituum defectum, ampliſſimo viro ab hac cauſa minime metuo, veruntamen cum continua cerebri fatigatio ad intemperiem frigidam inducendam occaſionem præbere poſſit, horum medicamentorum vſu ſubuenire poterit: accipiatur ſpiritus vini optimi & ſuauiſſimi ℔. j. ß. cui infundantur:

Infuſio ſpiritus vini.

Fol.Meliſſæ,
Fl.lauendulæ,
lilii conuallii,
anthos,
borragin.an.m.j.
granor.paradiſ.ʒß.
Cubebar.
Cinamom.
Nucis conditæ an.ʒj.

Stent bene clauſo vaſe, ne quicquam poſſit exſpirare per integrum menſem in loco calido, deinde exprimantur, ac expreſſio vſui ſeruetur. Hyberno tempore, & cum

aer eſt

aer eſt frigidior, ſingulis menſibus in coniunctione Lunæ imbuatur panis albi bucella drachma media huius ſpiritus, eamq; matutinis horis deglutiet, & paululum ſuperdormiet. In æſtate vero ſumat ex aqua lilii conualli, vel card. bened. ſimiliter in bouino, vt de ſpiritu vini dictum eſt, drachmam vnam ſequentis pulueris: Accipiatur ſuccinum album, & teratur cum aqua ceraſorum nigrorum in marmore, huic pulueri adde tantundem diarrh. abbatis. Hęc duo remedia etiam ſequentib. cauſis apoplexiam inducentibus ad præſeruationem vtilia ſunt. Nam & humores ipſos corrigunt, & vaporũ malitiam emendant, & obſtructionem prohibent. Sed cum humorum copia noxia eſt, nihil ad præſeruationem, vel prius, vel melius, quam vt humores auferantur. Proinde ſi ſanguinis copiam veremur, vt tempeſtiue mittatur, Medicus conſuli debet. In hoc autem corpore, cum ſanguinis copiam nõ verear, vacuationem illius multam atque frequentem minime conſulere velim. Pituitæ autem prouentus recta victus ratione caueatur. Proinde pituitoſi cibi, vt multorum piſcium eſus, olerũ, lacticiniorum, coctorum in ſartagine vitandus. Varietas etiam cibi, quæ primum ad cruditates facit, ablegãda, & diligentius ratio caloris ventriculi, cum is ad prouentum pituitoſi humoris faciat, habenda. Interdum aſſumendæ pillulæ alephanginæ vel maſtichinæ, aut ex aloe roſata, quas in iſto corpore maxime probarem. Non tam autem præſtantiſſimo viro à prouentu pituitoſi humoris, quam melancholici metuo. Hunc enim occupatis & excellentibus ingeniis infeſtum eſſe à quadrageſimo ad ſexageſimum annum vſq; ab Hippocrate docemur. Rectiſſima autem eſt præſeruatio animi à curis, moleſtiis & occupationibus continuis abductio. Verum quomodo in iſto vitæ genere hæc poſſit adhiberi non video. Conuenientiſſimum igitur eſt vt primum ſeruetur optima victus ratio, deinde humor melancholicus per loca conuenientia euacuetur, & quantum fieri poteſt, medicamentis idoneis corrigatur. Nulla vero cõuenientior euacuandi ratio, quam per hæmorrhoides. Itaque ſi vel natura vel arte, vt fluant, impelli poſſunt, maximi remedii loco ſunt. Fomenta autem illis ex maluæ atq; lini decocto adhibenda ſunt, & intra corpus ſępe ſcrupulus vnᵒ aloes roſatæ aſſumendus. Humor autem melancholicus contemperatur vſu extracti ſucci meliſſæ & borraginis. ideoque ſæpe iſtius ſyrupi cochleare vnum ante prandium vel cœnam accipiet:

Puluis in æſtate. — *In apoplexia humores tollendi.* — *Pituitæ prouentus vt cauendus.* — *Pillulæ.* — *Ingenioſis & occupatis his melancholia eſt moleſta.* — *Hæmorrhoides.* — *Melancholi. digeſt.*

℞ Syr. è ſucco extract. meliſſ. ℥ ij.
è ſucco borragin. ℥ j.
è corticibus citri ℥ ß.
Spec. Aromatic. roſat. ʒ j.
Diamuſc. dulc. tantund.
Miſc. detur in vitro.

Vapores vero ſola victus ratione cauerĩ oſtendi. Poſt cibum tamẽ ad eos reprimendos hic puluis ſumi poteſt:

Puluis pepticus.

℞ Coriandr. præpar. ʒ j.
Cinamom. el. ʒ ij.
Maſtich. ℈ j.
Macis. ℈ ß.
Panis albi toſti ℥ iij.
Sacchar. albiſſ. ℔. ß. Miſc. f. puluis.

Mane etiam interdum orbiculum ex confectione cum oleo aniſi, ex olei carui, ſuccini: item, confect. ex ſpecieb. diamoſchi dulc. atq; diambræ aſſumere, & interdum theriaca & mithridatio vti plurimum confert. Animi autem affectiones triſtes atque vehementes concitationes & conſternationes fugiendæ, ac loca ſordida, & aer nocturnus vitanda. Hoc ſi diligenter obſeruauerit, plurimum pręſidii ſecundum benignitatem diuinam in his poſitum re ipſa cognoſcet.

In præcautione ab Apoplexia, pro alio quodam Nobili viro,

D. Ioan. Cratonis

Conſilium XXXVI.

Affectus, qui apoplexia nominatur, nihil aliud eſt, quam obſtructio in neruorum principio ſeu cerebro, ita vt animalibus ſpiritibus, qui motum vniuerſo corpori præbent, exitus non pateat, & vitales ſpiritus cor non amplius diſtribuat. Vnde totum corpus ſimul reſoluitur, eſt ſine motu & ſenſu, & cor reſpiratione deſtituitur. Huius affectionis nota potiſſima eſt à reſpiratione, quę vt plus minus ve opprimitur, ita periculum maius vel minus exiſtit. Quoniam igitur præſeruatio ab apoplexia à me poſtulatur, faciliorq; eſt præcautio morbi, quã præſentis remotio: conſiderandum ante omnia, quib. ex cauſis ſpiritus animales in cerebro impediantur, vt principes facultates, motuſque corpori ſubtrahantur. Quod ſi vero vna tantummodo grauiſſime iſtius affectionis cauſa eſſet, facile eſſet præſeruandi modum pręſcribere. Sed quia plures, diuerſæq; concurrunt, non vno modo cauſis illis antecedentibus obuiam eundum eſt. Quatuor autem in vniuerſum apoplexiæ cauſę obſeruatę ſunt: quarum prima eſt intemperies cerebri, quę facit, quo minus ſpiritus animales debito modo conficiantur ac præparentur. Sed iſto modo non ſubito inuadit, ſed ſenti-

Apoplexia à cauſis quatuor. — *1. Intemperies.*

Digitized by Google

ri multo ante imbecillitatem cerebri, & facultatum animalium, intellectus & memoriæ neceſſe eſt, torporem etiam in omnibus actionibus, ſomnolentiam, iracundiam, obliuionem. Sæpe adeſt & capitis grauis dolor, & aurium flatus: corporis etiam totius grauitas, niſi fortaſſe vehemente fœtore, cerebri temperamentum læſum ſit. Iam ſi ex eo fonte metuenda eſt apoplexia, cerebrum roborari & alterari neceſſe eſt, & in primis per nares purgetur ſi id fieri poſſit. Id fit, ſi corpus de conſilio Medici expurgetur, & intemperies conuenienter emendetur, maxime recta victus ratione, deinde & medicamentis. Victus ratio ſit ſimpliciſſima, ne cerebrum per ſe debile vaporibus repleatur, ſed roboretur. Itaque vtile eſt vitare omnes cibos, qui ſurſum euaporant, vt ſunt vina fortia, aut certe parce vti & roriſmarino impoſito. Prætetea cerebrum per apophlegmatiſmum expurgetur. Mane os aqua ſaluiæ & ſale eluatur. Quotidie vtatur hac confectione; quæ ſpiritus refocillat:

Auxilia contra intemperiem.

℞. Spec. diambræ
Diamoſch. an ℥j.
Diſſol. ſacchar. in aq. lauendulæ, & fiat confectio in urbeculis.

Harum rotularum vnam mane edat. Retro aures aqua roriſmar. glandulas fricet, ſæpe maſticet ſemen erucę cum carui. Hoc remedium maxime ſeruit apoplexiæ ex cauſa ſecunda ortæ, nimirum ex obſtructione cerebri à craſſa & viſcida pituita: in eo caſu itidem ſingulis diebus theriacæ vel mithridatii portionem fabę magnitudine deglutiant. Vt autem cerebrum à pituita liberetur, anniuerſariæ purgationes & pillulæ profuerint: quotidianæ itidem frictiones, primum quidem in manibus & pedibus, poſtea etiam in dorſo. Conuenit hoc etiam tertiæ cauſæ, cum ſpiritus à craſſis vaporibus perturbantur & intercipiuntur, quæ quidem cauſa præcipua eſt, qua in tam diſſoluta vitæ ratione cerebrum repletur, ſpiritus corrumpuntur & diſſoluuntur, & hic morbus gignitur. Propterea ebrii, & qui vino nimiũ delectantur, & coctiones non animaduertunt, maxime apoplexiæ obnoxii ſunt, vertigine laborant, turbulenta ſomnia habent, turbatur viſus & auditus, non diu tamen. Præſeruatur autem cerebrum à craſſis vaporibus non aliter quam victus ratione, cum crapulationes & conuiuia, cibi fumoſi & vina vitantur. Semen Carui vapores diſturbat, ſicut & orbiculi cum oleo carui, aut oleo aniſi. Diuertuntur vapores lotionibus pedum matutinis & frictionibus. Cura etiam habenda ventriculi, ne cumulentur in corpore cruditates, id quod ambræ vſus

2. Obſtructio a pituita.

3. Cauſa, vapores perturbantes ſpiritum.

Ebrii apoplectici, vertiginoſi &c.

Contra vapores.

Carui.

quotidianus præſtat. Quarta cauſa eſt à plenitudine corporis ſanguinea, vel pituitoſa, vel melancholica: ſi à ſanguine, cauenda quæ augent ſanguinem, ſecanda vena, affigendæ cucurbitulæ, quæ minuunt plenitudinem. Si ab humore pituitoſo vel melancholico oritur, ii humores expurgentur mature adhibita ſena. Sed tamen & cerebrum roborandum eſt, naribus oleum ſaluiæ illinendum, aut aqua roriſmarini attrahenda per nares, & ſi corpus pigrum, torpidum, ſomnolentum, meticuloſum, ſi procliuitas ad iram, eæ cauſæ irritantes tollendæ ſunt. Hæc pręſcribi ſigillatim non poſſunt, neque ſtatui quicquam debet, niſi a præſente Medico, conſideranti faciem, num colorata, plena, vel pallida, aut macilenta ſit, aut inflata, & quomodo cætera in corpore actiones ſe habeant. Propterea veniam mihi dari volo, quod non omnia peculiariter præſcribo. Si prodeſſe medicamenta debent, victus ratio certa in primis inſtituenda eſt. Cerebrũ nimiis cogitationibus & curis ac negotiis non onerandum. Roborandum autem quotidiano vſu rotularum, quas ſupra deſcripſi. Pituita è naribus detrahatur, etiam hoc gargariſmate:

4. Plenitudo ſanguinea vel pituitoſa aut Melancholica.

℞. Rad. pyrethri inciſ. ℥j.
Zinzib. inciſ. ℥ß.
Coq. in aq. addendo
Roriſmarin.
Rutæ an. m. j. ad q. ſ. medietatis,
Colaturæ add. parum aceti roſac. & eo ablue os & gargariſa.

Gargariſmus.

Odora carui ſemen in nodulum ligatum, intinctũ in acetum roſaceum. Vtere theriaca legitime compoſita. Caput munda ſpongia intincta in aquam ſaluiæ vel roriſmarini. Mane pedes ablue decocto betonicæ, & ſingulis nouiluniis aut pleniluniis ſume drachmam vnam ſuccini albi cum grano ambræ intra corpus in aqua betonicæ vel roriſmarini. Aquæ deſtillatæ, quas vitæ appellant, non omnino reiiciendæ, ſi recte præparentur, de quibus plura huc loco ſcribere non poſſum, niſi quod aquæ vitæ magis curationi proſunt, maxime vbi nulla ſanguinea plenitudo. In hoc enim caſu vena mature ſecanda eſt, adhibenda clyſteria fortia, vt ex centaurio minore, cerebrum liberandum ab obſtructionibus, fumo. Vſurpandæ & fortes frictiones & ſternutationes, operaque danda, vt cerebro quoquomodo ſuccurratur. Doctus quidam Medicus aſſerem è tabula cupreſſi capiti admouit, & multum profuit, quod ſi haberi non poteſt, eius loco placenta dulciaria (German. Lebzeltlein) vſurpari poteſt. Si malum deſinit in paralyſin, tum curatio eius ex methodo inſtituenda eſt.

Aqua vitæ.

Aſſeres cupreſſi in apoplexia.

da eſt. Nam ſi inueteraſcit, nec initio fortia purgantia adhibētur, & ſuccurritur neruorum principio, fruſtra poſtea laboratur. DEVS optimus maximus, hęc quę præſcripſi, bene fortunet.

Pro præſeruatione ab Apoplexia, pro viro quodam conſulari,

D. IOH. CRATONIS
CONSILIVM XXXVII.

PRÆCAVTIO morbi eſt cauſarum illius vel declinatio, vel prius quam lædant remotio. Itaq; cum de cuitatione apoplexiæ agatur, quid ſit, & quas cauſas habeat ordine videndum. Galenus eam affectionem definit: in qua totum corpus ſimul reſoluitur, & principes facultates cohibentur, corpusq; ſenſu & motu deſtituitur, ſola reſpiratione aliquomodo remanēte; quę dum & ipſa opprimitur, homo ſubito quaſi ſtrangulatione extinguitur. Et ſi autem huius affectionis vna cauſa videtur, ac reuera eſt, obſtructio videlicet in neruorū principio, ita vt ſpiritui animali, qui in cerebro elaboratur, & ſenſum atq; motum vniuerſo corpori præbet, exitus non pateat; vel in carotidibus arteriis, vt vitalis ſpiritus, qui animalem fouet, aditu prohibeatur, atq; in cærebrum permeare, & fomentū animali præbere nequeat; huic inquam obſtructioni, ſeu cauſæ coniunctæ morbi, etſi cunti a venite difficile ſit; tamē cauſis antecedentibus obuiam ire, & eas quaſi anteuertere licet. In earum vero cauſarū inueſtigatione, primo occurrit intemperies cerebri, propter quam vel ſpiritus animales debito modo non conficiuntur, vel materia, quæ in principium neruorum, atq; carotides ſubito delabitur, in cerebro ſenſim colligitur. De huius intēperiei cauſis variæ ſunt Medicorū diſputationes. Nam multi in ea ſunt ſententia, cerebri ſubſtantiam non affici; ſed tantum ventriculos, videlicet, medium & poſtremum; ita vt in illis, quēadmodum dixi, fiat obſtructio, quā ſymptoma, quod *apoplexia* dicitur, committetur. Hoc ſi ita eſt, nequaquam iſte morbus malum hæreditarium putandum. Nam ſi cerebri ſubſtantia plane eſt incolumis, apoplecticus, vel epilepticus non poterit apoplexiæ, vel epilepſię obnoxium generare, cum à ſana parte non niſi ſanum ſemen decidatur, & vt morbus hereditarius ſit, atq; communicetur, hoc requiratur, vt is vel actu, vel potentia in membro ſit. Actu apoplecticus nullus generat. Potentiam autem ac potius inclinationem ad hunc morbum difficile eſt demonſtrare. Non enim podagrici generant podagricos, niſi podagra ſint tentati, & partes debilitatæ, neq; contagioſi morbi, vt lepra, morbus gallicus, transferuntur in natorum corpora, niſi contagium in corpore genitoris adſit. Ad hęc apoplexia fit ſubito, etiam in illis qui ſana mente ſunt & operationes cerebri integras habent. Eſt autem illud membrum de ſententia Medicorum ſanum, cuius operationes ſunt ſanæ. Quomodo igitur à ſano membro decidetur inſalubre ſemen? His atque aliis rationibus perſuaſi eruditiſſimi Medici cenſent, neque intemperiem huius morbi cauſam eſſe, neq; illum hæreditariū perhibendum. Ac ſi forte propter intemperiem frigidam totius cerebri huic morbo aliquis eſt obnoxius, cum iſto modo non ſubito; ſed lente eum corripi neceſſe ſit, hoc conſequitur, in eiuſmodi affectione præcautionē minime difficilem eſſe. Vt vero ſingulis diebus temperamentum paulatim in deterius labitur; ita quotidie opera danda, vt lapſus corrigatur. Cum vero frigidius fieri cerebrum in iſta affectione conſtet, itaq; ſingulis diebus aliquid aſſumendum, quod ſpiritus animales, & calorem naturalem reſuſcitet, & temperamentum cerebri conſeruet. Nihil ad hoc ambra conuenientius. Itaque his orbiculis ſingulis diebus vti conuenientiſſimum;

Vera cauſa apoplexiæ.

Cauſa antecedentes apoplexiam.

Vtrum intemperies cauſa ſit apoplexiæ.

Vtrum apoplexia ſit morbus hæreditarius.

Præſeruatio apoplexiæ in intemperie cerebri frigida.

Rotulæ ad frigid. intemp. cap.

℞. Sacchar in aqua roſat. diſſol ℥ iiij.
Ol aniſi diſtillat. gutt. iij.
Ambræ gryſeæ g. iiij.
Miſce, & f. confectio in rotulis.

vel iſtis, cui compoſita magis placeant, aliquis vti poterit:

℞. Specier. Diambræ,
Diamuſci dulc. an. ʒ j.
Sacchar. albiſſ. in aq. borrag. diſſ. ℥ iiij
Ol. aniſ. diſtil. gutt. ij.
Miſc. & f. confectio in rotulis.

Nucem enim muſcatam toſtam & fruſtulatim inciſam, ſæpe in ore detineat. Nam hæc cerebri intemperiem frigidam corrigit. Caput ſingulis ſeptimanis abluat ante cœnam & poſtea aeri ſe nō exponat. In lixiuio decoquatur maiorana, roſmarinus, & roſæ, & adhibeatur ſapo medicatus, hoc modo factus:

Sapo.

℞. Saponis veneti, vel Hiſpan. ℔. j.
Rad. ireos.
Santal. citrini an. ʒ j ß.
Ambræ ℈ ß.
Ol. caryophyllor gutt. iij.

Diſſoluatur ſapo in aqua roſatum, & commiſceantur. Matutinis horis linguam bene mundet, & os abluat aqua roſarum vel lauendulæ, cui aqua communis admiſceatur. Retro aures etiam ſa iſta aqua mundet. Et victus ratione non euaporante vtatur. A lacticiniis igitur, leguminibus, bletibus, fumo maceratus, cæpis & allio conditis abſtineat

Victus ratio non ſit euaporans.

Vino etiam minime potente vtatur. Sed de his cum alias cauſas huius morbi explicabimus, prolixius agemus. In quibus vero temperies cerebri iam mutata eſt, hos torpor quidam membrorum moleſtat, licet à quacunq; plenitudine malum etiam oriatur, is non abſit. Multis etiam vertigo grauis eſt. Iis autem magis qui à vaporibus crudis aſcendentibus corripiuntur. Nam præcedentia, etiamſi diuerſæ ſint cauſæ, congruunt, vt ex ſequentibus patebit. Altera cauſa, eaq; frequētiſſima eſt; pituitoſi humoris copia cerebrum confertim irrigante & ſpiritū, vt diximus, intercipiente. Hæc cauſa plane cum priore cōuenit, atq; propterea ſenes, & multa cruditate laborātes facilius corripiuntur. Nam in ſeniu cerebrum multis iam actionibus debilitatū, pauciores ſpiritus & debiliores generat. Proinde & ſenſus ſtupidiores fiunt, & motus infirmior eſt. Calor autem naturalis debilis, cum neq; bene concoquat, neq; humores ſuperet atq; excernat, euenit vt in cerebro pituita redūdet, quę facit, vt in hyeme, vel conſtitutione hyberna ad hunc morbū procliues ſint, & deterius ſe habeāt, grauitate capitis & ſomni laborēt, etiam interdiu dolores circa ceruicem ſentiant. In his igitur ad remedia prius recitata deueniendū, & ne pituita craſſeſcat, opera danda. Conueniunt vero ea omnia, quæ prius recitata ſunt, & maxime his vtilis eſt in cibo aromatum vſus, qui tamē caput non repleat, id fit ſi à paſtu puluere peptico cibum claudant. Deſcriptio pulueris peptici hæc eſt:

Præſeruatio apoplexia in copia pituita.

Puluis pepticus.

℞. Panis albi toſti ℥iij.
Coriandri præp. ℥ j.
Cinamom. elect.
Galangæ el. an. ʒ j.
Maſtich. ℈ j.
Sacchar. albiſſ ℔ ß. miſc. f. puluis.

Prodeſt etiam ad eandem intentionem plurimū vſus Diacydoniati cum ſpeciebus Galeni poſt cibum. Item ſi in pane, quem comedunt, miſceatur ſemen carui, cuius ſeminis vſus non ſolum comeſtus; ſed & odoratus plurimum cōmendatur. Itaq; in oleum deſtillatum carui imponatur panniculus lineus, vel ſpongia, & ea matutinis horis ſæpe odoretur. Sumat etiam mane ſemen carui & erucæ in puluerē cum ſaccharo redacta, vel vnum de his orbiculis:

Rotula.

℞ Sacchar. in aq. roſar. & lauendulæ diſſolut. ℥iij.
Ol. ſem. carui deſtillat. gutt. iij
Ambrægriſ g̃ iij.
Miſce & f. confectio in orbiculis.

Et ne natura ad vnum medicamentum aſſuefiat, mutari poſſunt remedia, ita vt interdum his orbiculis, & puluere vtatur.

℞. Sacchar. in aq betonic. diſſol. ℥ iij.
Ol ſuccin. gutt iij.
Pul. ſuccini albi ℈ ß.
Miſc. & f. confectio in orbiculis.

Puluis vero iſte ad præſeruationem plurimum valet:

Puluis.

℞. Rad. ſeſeli Cretici (quam vulgo Bertwurtz vocant) ʒ j.
Sem. erucæ.
Cardamomi.
Piperis albi a. ℈ ij.
Miſc. f. puluis ſubtilis.

De hoc capiat ad fabæ magnitudinem mane, vel puluis commiſceatur cum ſyrupo de betonica, fiatq; electuarium, de quo ſumatur ad auellanæ magnitudinem. Plurimum etiam prodeſt interdū vacuare pituitoſum humorē catapotiis, vel pillulis maſtichinis ante cibum ad drachmam vnam ſumptis. Frictiones etiam matutinæ totius corporis his vtiles ſunt, & lotiones pedū mane ex betonicæ decocto. Item gargariſmata matutine facta, quæ cerebrum expurgant, hoc modo.

Gargariſmus.

℞. Roriſmarini,
Vincæ per vincæ,
Rutæ,
Origani,
Saluiæ a. P. j.
Zingiberis,
Pyrethri a. ʒ j. ß
Rad. Lappæ maior ℈ iiij.

Decoq. aq. ℔. ij. ad tertiæ partis conſumptionem, & colaturæ affundatur aceti roſacei acerrimiq. ſ. ſeruetur in vitro. Huius gargariſmatis vſus eſt mane. Nam purgare os & linguam plurimum prodeſt, & non parum pituitę hic gargariſmus extrahit, & cerebrū roborat. A quam etiam malorang, in qua ſemina erucæ contuſæ, & parum Zingiberis ſint macerata, attrahere per nares vtile eſt. Nam pituitam ad nares, quarum vſus pręcipuus eſt, vt cerebrum expurgetur, prouocat. Tertiam cauſam Medici ponunt; ſanguinis craſſitiem & plenitudinem. Huius igitur eruptione implentur vel cerebri ſinus, vel carotides arterię, atq; rete (vt quibuſdam videtur) mirabile. Nam in diſſectione cadauerum apoplecticorū grumus ſanguinis in carotides delapſus, repertus eſt. Qui vero ex hac cauſa laborant, eos intra quadrageſimum, & ſexageſimum annū, quo tempore melancholicus humor maxime viget, corripi Hippocrates teſtatur, his nihil cōuenientius ad præſeruationē ex oraculi ſentētia eſt quā hęmorrhoides ſuperuenietes. Omni igitur ratione opera danda vt fluāt. Nam dū fluxerint, tutos illos eſſe non dubitandum. Cæterum ſi illud effici nequeat, proximum

Præſeruatio apoplexia à ſanguine craſſo & plenitudine.

hoc

hoc, vt per cucurbitulas, & venæ ſectionem ſanguis detrahatur. Ex hac detractione,etſi aliquid eſt adiumenti:tamen cum fœculentus ſanguis non expurgetur, minus, quam par eſt, iuuant. Et frequentior etiam miſſio ſanguinis inciſa vena refrigerat ſanguinem, & ſpiritus exhaurit, itaque caute agendum. Nam Hippocrates non abſolute ad ſanguinem, Melancholiam, vel pituitam,cauſam apoplexiæ refert;ſed humoris craſſitiem reſpicit, proinde ſtudioſe vitanda,quæ copioſiorem &craſſiorem ſanguinem reddunt,vt ſunt vina turbida & dulcia, varietas ciborum, immodicæ repletiones calorem ſuffocantes,exercitia poſt cibum vino cardui benedicti vti vtiliſſimum. Conuenit etiam in his vſus vini medicati,vt ex infuſo ſenę facti.

Vinū Cardus Benedictis.
Sena.

Miſceri autem hoc vinum cibo, ſicut & alia medicamenta,cum coctionem turbent,chylum crudum deiiciant, & ita concitatis plurimis fumis ſpiritus cerebri labefactent ſane probare nequeo. Cæterum ſi hora vna ante cibum ſumatur, quin plurimum adiuuet nō dubito. Nam ſena omnium ſenſuum organa mirifice,& ſine magna noxa expurgat. Ventriculo nullam inſignem moleſtiam adfert, & corroborat. Infuſum autem ſenæ, vel ſyrupus noſter de pomis ex ſena conuenientior eſſet.Infuſum hoc modo fit:

Medicamēta non cibis commiſcenda.
Sena.
Infuſum ſenæ.

℞.Paſſular.min.℥ vj.
Galangæ inciſ.ʒj.
Flo.borrag.
Violar.a.P.j

Decoq. ſ.a. in ſ. aquæ puræ, & infundantur decocto:

Fol.ſenæ Alexand.ſelect.℥ vj
℞.colaturæ expreſſæ ℥ iiij.
huic add.
Mannæ Calabrin.℥ vj.
Syr.conſeruat Zingiberis ʒj.
Miſc.f.potus detur matutine.

Si vero ſyrupo è ſucco pomorum & ſena vti voluerit,accipiat ℥j.atq; huic admiſceat macis ℈ß. Quod ſi corpus lubricum ad iſtum modum expurgetur, moderate cœnet, à vinis turbidis & potentioribus abſtineat, non facile in hoc malum incurret. Lubricum autem corpus fiet, ſi die, quæ præcedit eum diem, quo infuſo ſenæ, vel ſyrupo vti voluerit, enema ex decoctione veronicæ in iure capi, vel galli, cum ſaccharo ſibi iniici curabit. Magis hoc proderit, quam ſi multis diebus ventriculum cum ſyrupis debilitet. Eſt &in hoc caſu hoc obſeruandum,ne poſt cœnam is, qui hoc malum metuit ſtatim cubitum eat; ſed duas, ſi non plures horas à cœna ad ſomnum interponat; ita tamen ne poret. Inter præcipuas Apoplexiæ cauſas quartam Hippocrates recitat, dum à craſſis vaporibus aſcendentibus in cerebrum, virtus animalis, quæ ſenſui & motui præeſt,impeditur, & calor naturalis, qui perpetua euentatione, ideſt,ductu ab extra ad intra, ac econtra intro foras indiget, hoc beneficio deſtitutus opprimitur. Hoc autem maxime iis,qui cruditati & crapulæ obnoxii ſunt accidit, & qui dum crudi ſunt exercere ſe quam quieſcere malunt. Huius cauſæ nuper exemplum viſum eſt. Abſtinentia autem & quiete(quibus Celſus noſter maximos morbos curari ait) hi præſeruantur. Nequaquam autem dormire iis à cibo vtile eſt, & præſertim ſi ſtertere illos familiares deprehendant. Sunt igitur non multo poſt,quam ſedentes dormire cæperint, ſuauiter excitandi, & ne cubent monendi. Os ſimul ac euigilauerint poſt ſomnum meridianum eluant,& in æſtate manus ex aqua frigida lauēt. Modice exerceantur, deinde conſueta tractent. In veneriis non ſint prolixi. Nam ſi quid aliud immoderata venus cerebrum & ventriculum debilitat. Præcedit autem hos plerumque vertigo, ea quidem in propinquo malū eſſe indicat, nondum tamen periculum præſens. Ea igitur medicamenta, quę paulo ante recitaui, ſunt vſui, in primis vero orbiculi,& odoratus deſtillati carui. Nam ne vapores craſſeſcant,& obſtruant opera danda. Ad hoc odore & vapore ſuaui corrigentia eos vapores, qui cerebrum infeſtant, & circumaguntur in eo, atque vt iſti intus voluuntur, ſic foris vertiginem inducunt, plurimū proſunt. Coquere igitur carui & ſuccinum in aqua oportet, & vapores naribus accipere, in ore nucem muſcatam toſtam, cui aliquid ambræ admiſtum ſit, retinere, caſtoreum aceto impoſitum naribus admouere. Volunt quidā in eiuſmodi affectione aquis deſtillatis, quas *vitæ* appellant, vti; verum cum & imperitiſſime fiant, & adhibeantur, abſtinendum(ne accelerent magis mortem, quam auertant)cupio. De experientia multos loqui, æquo animo patior; verum cum imperitiam ſuam manifeſte prodant,& ſtultorum plena eſſe omnia nimium res oſtendat, numerum ne augeam, mihi cauendum puto, ne vapores vel cerebrum petant, vel lędant, in huius cauſæ conſideratione rectiſſimum & tutiſſimū eſt. Id fiet ſi (vt paulo ante dixi) crapulam, cruditatem, ciborum varietatem, poſt cibum exercitia, vehementes animi commotiones, iram in primis,& variā atq; ineptam victus rationem, fugiant. Vno cibo cōuenienti contentam eſſe maximum ſanitatis præſidium. Poſſunt bruta vno cibo replere famem, & homines non poſſunt? ſatis factum iam cauſis omnibus, vel certe pręcipuis apoplexiæ recitatis, & quid ad præ-

Corpus quomodo lubricandum.
Præſeruatio apoplexiæ à craſſis vaporibus.
Odoratus deſtillati carui.
Aqua vitæ.

cautionem fieri debeat constitutum, meoq; officio me perfunctum putabam; ſed obiiciuntur quædam, ac illud in primis, quod Galenus Aph. 42. lib. 2. *Aphlegmonoſa ſeu inflammatoria affectione conſtipante cerebri vẽtriculos, hunc affectum oriri aſſerit.* Si igitur febris continua (intermittens enim mortis præſagatrix) ita vt par eſt, hanc affectionem comitetur, nullo alio præſidio indiget. Si debilior, malum auget; ſi potentior, vires deiicit. Itaque in exceſſu periculum.

Febris quã Apoplexiã curat.

Non enim alias aliam apoplexiam febris curat, quam eã quæ ex ſanguinis refrigeratione, crudis humoribus, & flatulento ſpiritu oritur. Hic vero prudentia præſentis Medici requiritur, non ex præſcripto res agitur. Sunt & aliæ cauſæ in quibus remediis ex medicina petitis non eſt locus; vt cum ex occurſu maximi frigoris, ex valido ictu cerebri ſinus & ventriculos lędente, ex ſubita lætitia, ſumma indignatione, animiq; commotione, fulmine attoniti, apoplectici fiant. Hos ſi comitatur inſignis apoplexia, curationis ratio nõ eſt alia, quam ea quæ à cauſis eſt obſtruentibus. Si in paralyſin ea deſinit, auxiliis, quę reſolutioni ſubueniant, vtẽdum.

Sanguinis miſſio.

Inchoante apoplexia, pleriq; omnes ſubito ſanguinẽ mittunt, ſed hoc certum, occidere miſſionem, cum non liberat.

Cura paroxyſmi.

Suffitum etiam ex ſuccino ſtatim factũ, quidam vehementer probant, rationib. veris eos deſtitui ſatis oſtendere eruditi Medici poſſunt.

Sternutatoria.

Sternutatoria periculoſa quoque ſunt; vtilia tamen ſi in loco adhibeãtur. Cõmendatur puluis ex radice circea cum ruta, caſtoreo & zinzibere, ad partes æquales, ita vt naribus infletur. Concutere partes ſuperiores maxime colli, rectum eſt. Aſſerem è tabula cupreſſi capiti admouere, vel deraſo capillo cucurbitulam vertici imponere, vtiliſſimum eſſe, magnus medicus experientia didicit.

Aquæ vitæ abuſus.

De aquis vitæ mortiferis, nihil dico. Magna eſt varietas, ſumma in vſu vanitas, atque non minus interdum quam ebrietas, quę huius mali mater eſt, cum eodem modo cerebrum afficiant, nocent. Clyſteria acria, & omnia quæ diuertunt, dum ſpes eſt, adhibenda. Spes vero eſt, cum æger ſpirat. Quia ſpiratio ſine vita non eſt, nec vita ſine ſpiratione, & ſemper, dum viuit animal, ſpirat, etiamſi non ſpirare videatur. Itaq; ſpiratio magnitudinem morbi, & periculi imminentis in hoc affectu declarat, atque vt eam probe Medicus conſideret, præceptis Hippocratis & Galeni monetur. Si enim æger non ſpirat, neq; apoplecticus amplius, neque viuus perhibetur. In diuina igitur poteſtate relinquẽdus.

Exploratio vitæ.

Ineptum eſt lana, pilis, plumis, & ſimilib. velle periculum de ſpiratione atq; reſpiratione facere; cum illud in apnœa, aut ſyncope frigida, in qua calor cordis refrigeratur, fiat. Arteriarum, quarum motus ſeu pulſus, exploratio locum non habet.

Differentia pulſus in ſyncope frigida & apoplexia.

Nam in ſyncope frigida languidus plane eſt pulſus, in apoplectico ſpirante plenus & validus, niſi cum iam in propinquo mors eſt.

Curatio apoplexia in paralyſin deſinentis.

Si vero apoplexia in paralyſin deſinit, ſpiratio fit difficilis, & omnes muſculi thoracis grauiter laborãt, obſtructo nimirum principio neruorũ ſpinę dorſi, id cum duos meatus, ſeu foramina habeat, dextro vel ſiniſtro tantum obſtructo, in vna parte paralyſis, quam *hemiplegiam* vocant, conſequitur. De cuius curatione, cum temperamentum corporis & vires Medicum in primis reſpicere oporteat, ſicut de ea paralyſi, in qua ſine offenſione ſenſuum, grauitate capitis, & impotentia ad omnes actiones naturales, ſtupor in aliqua parte augetur, & paralyſis illius partis conſequitur, hoc in loco nobis agendum non eſt.

Apoplexia lethalis ſigna.

Cum vero apoplecticus ſine ſenſu & motu iacet, ſpiratio cum ſtertore violenta & inæqualis, ſudor ſymptomaticus, nihil niſi mors expectanda. Aurelianus in apoplexia valida lõgiſſimum terminum diem tertium ſtatuit. De validiore & validiſſima oraculum Hippocratis in medio eſt. Benignus Deus omnes miſericordiæ ſuæ in morte filii teſtificatæ confidẽtes, in certa fiducia auxilii ac liberationis, ab improuiſa morte, & migratione ex hac vita tueatur.

In epilepſia è crure altero

D. HIERON. DONZELLINI CONSILIVM XXXVIII.

NOBILISSIMVS iuuenis, multos annos Epilepſia laborans à nobis conſilium petit.

Signa Epilepſia.

Affectum eſſe epilepſiam illud docet, quod facultates principes, vna cum motu & ſenſu labefactantur, cum tamen præſentiatur, & parum duret, nec ſæpe inuadat, nec functiones illæ pœnitus aut corrumpantur, aut vitientur, abſolutam eam eſſe; ſed leuiorem, certo ſtatuendum eſt, vt potius ſymptoma medium inter epilepſiam & vertiginem dici poſſit.

Tria genera Epilepſia.

Huius autem cum tria genera ſtatuantur, quorum primum cerebri fit vitio; alterum per conſenſum à ventriculo, tertium ab alia quauis corporis parte; cum hæc non repente fiat, ſed præſentiatur, in primo genere non eſt collocanda, & profecto, cum ante paroxyſmum animaduertat leuem quandam auram & vaporem è crure altero, & maiori pedis digito in cerebro per medias partes paulatim aſcendere, non dubium eſt, in ea parte mali fomitem latere. Cum autem perpetua fere plurimis hominibus eſſe ſoleat,

abin-

ab inferioribus partibus in caput exhalatio, in quibus tale ſymptoma non oritur; manifeſto ſtatuendum eſt, exhalationem eſſe malignam,& venenatam qualitatem in ſe continere, cuius actione cerebrum exagitetur. Huic autem rei illud videtur conſentire, quod crus illud, vnde fit expiratio, fluxionibus & vlceribus diu fuit vexatum; à quibus licet æger fuerit liberatus, veriſimile tamen eſt, in aliqua parte relictam eſſe prauam aliquam qualitatem, cuius cauſa, per certa interualla, materia illic colligitur veneni particeps,quę in cerebrum conſcendens, eius vires labefactat. Sed cum narretur,eum dolore ventriculi & coli ſæpe laborare, non diſſentaneum videri debet,harum etiam partiũ ſympathya ipſum vexari. Cauſam huius morbi eſſe frigidum humorem, inde colligitur facile, quod morb. eſt chronicus, temperamentum frigidum,& humidum aſſiduus etiam tum ventriculi,tum coli dolor iſtud teſtatur.

Indicationes.

Scopi curatiui ſunt, frigidi humoris euacuatio, ventriculi calefactio, concoctionis roboratio, cruris exſiccatio,calefactio & roboratio. Et cum caput aliunde tranſmiſſum recipiat, imbecillitate laborare certum eſt. Quare robur illi conciliandum, vt hoſtium inſultum à ſe poſſit propulſare. Licet autem morbus hic natura ſua ſit grauis, ſalutis tamen optima ſpes eſt concipienda. Nam ſecundum Hippocratem, quicumque iuuenes comitiali morbo laborant, mutatione maxime ætatis & temporum, & locorum,& victus liberantur. Et quibuſcumque comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt.

Curatio.

Quo ad curam; Licet humor euacuandus non leuia medicamenta requirere videatur, ætatis tamen ratione ab illis abſtinendum cenſeo. Quare vno & ſimplici medicamẽto contentus ero; ſed eo repetito. Sumat igitur alternis diebus hora vna ante cœnam, vnam è pillulis Ruffi cum Agarico, quarum hæc eſt compoſitio.

Pillula Ruffi.

℞. Aloes optim.
Ammoniaci.an.part.ij.
Myrrhæ elect. part.j.

Contundantur ſeorſim, & omnibus ſimul miſtis cum vino aromatico f.paſta. Doſis pillula vna, pondere ℈j. Sumantur ordine ſaltem ʒij. Et intermediis diebus ſumantur tria cochlearia oxymellis ſimplicis. Facta euacuatione, & iacto hoc fundamento, flatus diſcutiendi, & ventriculus roborandus,ſumpto per aliquot dies Zinziber. condito, nucis iuglandis quantitate, mane ieiuno ventriculo. Diatrion pipereon. Galeni ſimplex etiam optimum eſt, in menſa quoque. Potus ſit è vino abſinthite. Loco ſalis in cibis omnibus addatur puluis, qui conſtat ſacchari partibus 4. cinamomi parte j. contuſis & miſtis.

Puluis loco ſalis.

Topica.

Crura ſæpe fricentur balneo è lixiuio incoctis maiorana, abſinthio, roſis,ſaluia, betonica, roremarino, lauendula,addito vino. Digitus vnde prodit vapor ille venenatus illinatur noctu ante ſomnum theriaca, diluta in aqua vitæ. Optima etiam erit præcautio, ſi ante paroxyſmũ, dum iam præſentitur, vinculum adhibeatur, aut in digiti radice, aut ſupra talos, aut ſub genu. Capitis vero ſumma eſt habenda prouidentia, adhibito ſæpe lixiuio, incoctis herbis capitalibus, dictamno, ſenę foliis, roſis, ſaluia maiorana, betonica, ſapone, etiam medicato. Cuius hæc eſt deſcriptio:

Sapo medicatus.

℞. Saponis Veneti.℥iiij.
Agarici albi.℥ij.
Cinamomi.
Caryophyllor.
Ireos an.ʒj.ß.
Camphuræ.℈ß.

Fiat ſapo ſ. a. cum aqua maioranæ. Ante lixiuium ſemper duobus diebus maſtiches granum, magnitudine fabæ dentibus teratur, ac pituita in os fluens per horam expuatur. Naribus attrahatur liquor ſequens, & nares emungantur.

Errhinum.

℞. Aq. maioranæ.℥iij.
Iridis pulueris ʒj. Miſce.

Nonnunquam & vtatur gargariſmo ſeq.

Gargariſmus.

℞. Decoct. hiſſop. ℔.j.
Aceti ſcillitic.℥j. Miſce.

Suffumigium etiam in nares recipiatur iniecta in carbones ignitos carabe alba, aut thure puro. Summo capitis vertici in loco ſuturę coronalis noctu ante ſomnum inſpergatur ſequens puluis;

Puluis pro Bregmate.

℞. Sandarachæ Arabum.
Thuris.
Carab.alb.an.ʒj.
Nigellæ.
gran. pæon.
terræ ſigill.an.ʒj.ß.

Contundantur & fiat puluis ſubtiliſſ. Paretur etiam pila odorata, quæ manibus geſtetur, ac naribus ſæpe admoueatur.

Pila odorata.

℞. Ladani veri & puri ℥j.
Styracis calamitæ.℥ß.
Ligni aloes probl.
Galliæ moſchatę.
Caryophyllor.an.ʒj.
Myrrhæ
Thuris an.ʒj ß.
Aq. maioranæ.q.s.f.pila.
addito moſcho q.s. nimirum gran.v.

Tempora quoque & nares ſemper ante ſomnum illinantur theriaca diluta cum aq.

vitæ optima. Quoniam autem epilepſia eſt morbus difficilis, prꝫſertim quia eam in hoc iuuene comitatur dolor colicus; ideo & ſi per dicta remedia putemus, vtrumque extirpari poſſe; addamus tamen & alia remedia præſentiſſima, quib. pœnitus curari poſſint. *Experimenta alia.* In primis probamus, vt per vices ſumat diureticum puluerem, quo totum corpus expurgari, & materia à capite diuerti poſſit, vt:

Puluis diureticus.

℞. Chamædryos.
Chamæpityos an. ℥ß.
Saluiæ.
Beton. an. ʒvj.
Gentianæ ʒij.
Meliſſæ.
Rubiæ tinctor. an. ℥ß.
Sem. Aniſi.
Liguſtici.
Petroſelini an. ℥ij.

Contuſis omnibus, fiat puluis ſubtiliſſ. Doſis ʒj. in iuſculo. Aceti etiam ſcillitici vſus ſaluberrimus. Doſis ad cochleare vnum magnum; deinde ſequatur ambulatio. *Saſſafras.* Decoctum radicis Saſſafras, aut ſolum, aut cum vino ſingulare. *Corii Lupi.* Fruſtulum Aloes perpetuo geſtandum, vt cutim attingat. Lupi etiam corium ea parte deſumptum, qua ſpinæ adhæret, latitudine duorum digitorum in cinguli formam effingendum, ventriq; & lumbis circumcingendum, & ſemper geſtandum, vt corium attingat cutim, pilis exterius poſitis. *Pulli equini vomitus Epilepſia remedium.* Cum primum pullus equinus in lucem prodit, vomitu materiam quandam reiicit, quam niſi quis præripiat, mater ſtatim deuorat. Hꝫc materia ſiccata & pulueriſata, à morbo comitiali liberat certo experimento, & mira quædam res videatur. *Theriaca.* Theriaca vero tam idoneum eſt morbi huius remedium, vt ea ſola quotidie liberentur multi; ea vero ſit optima. *Aqua Philoſophica Theriacalis.* Paratur etiam arte chymica, aqua quædam admirabilis, & virtutis ſingularis, cui nomen eſt aqua theriacalis, ſeu philoſophica, quæ ſudorem elicit copioſum, & totius corporis inſignem quandam in melius mutationem facit, cuius viribus hic etiam morbus expugnatur. Eius deſcriptionē, cum ea vti volueris, mittemus: aut aquam ipſam iam paratam. *Oleum Chalcanthi.* Chalcanthini olei rite præparati guttæ v. in iuſculo mane ſumptæ per multos dies plurimos ab hoc morbo liberant. Oſſa limata, & in tenuiſſimum puluerem redacta, curant; addita tenui portione cinamomi. *Oſſa.* Oſſa debent ſomi è macello, è carnibus, quæ ſunt in vſu, quamuis Galenus præferat humana. Doſis ʒj. mane per multos menſes. Nec enim eſt ingratus puluis.

In epilepſia,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM XXXIX.

℞. Diaprunæ laxat. ʒiij.

Cum aq. betonicæ q. ſ. fiat potio, detur mane. *Syrupus.*

℞. Viſci quercini.
Rad. pæoniꝫ.
Zedoariæ an. ℥j.
Corticum citri ℥ß.
Betonicæ.
Gallitrichi.
Cichorii.
Endiuiæ.
Bugloſſæ.
Boraginis an. m. j.
Prunorum paria xx.
Thamarindor. ℥j.
Agarici ℥ß.
Polypodii quercini.
Senæ oriental. an. ℥ij
Florum trium cordial.
Stœchados an. p. j.
Roſarum recentium p. ij.
Aniſi.
Seſelios an. ℥s.

Fiat decoctio in aqua abſinthii, & aqua fontis, æquis partibus, & in ℔. ij. colaturæ, diſſolue ſacchari q. ſ. fiat ſyr. capiat in quatuor matutinis. Aperiatur vena Cephalica ante vſum minoratiui, extrahantur ſang. ʒiiij. *Phlebotomia.*

Pilula.

℞. Pill. cochiar.
fœtidar. an. ʒß.
Pulu. rad. pæoniæ gr. vj.
Cum ſyr. de ſtœchade, fiant pill. vij.

Potio.

℞. Agarici.
Rhabarb. an. ʒij.

Infundantur in aqua violarum, expreſſioni adde Elect. de ſucco Roſar. & Diacartham.
an. ʒj. ß.
Syr. roſat. laxat ℥ß.

Miſce, fiat potio, capiat finitis ſyrupis. Poſtea ℞. Theriacæ recentis ʒj.

Sequentibus vero diebus Opiata ſubſcripta vtatur. *Opiata.*

℞. Conſeru. flor. cichorii.
Violar. an. ℥j.
Stœchados. ℥s.
Cineris muſtelæ & hirundinum an. ℥ß.
Pulu. diarrhodon. Abb. ʒij.

Cum ſyr. Endiuiæ ſimplici fiat opiata, capiat ſingulis matutinis ad quãtitatem vnius caſtaneꝫ, quinque horis ante paſtum. Proderit etiam oxyrrhodinon ſeq.

℞. Ol-

Oxyrrhodinon.

℞. Ol. roſar. ℥ iij.
Succi hederæ.
Aquæ lactucæ an. ℥ j.
Aceti ℥ j ß.

Infundatur eo caput ante oppoſitionem & coniunctionem.

In epilepſia, deq; Ligni Guaiaci vſu in hac affectione: Item, de Tinnitu aurium,

D. Andreæ Veſalii

Consilivm XL.

De ligni guaiaci vſu ea, quæ illuſtris Tua Dominatio proponi voluit, ſcripturus, neutiquam de affectu illo prolixe diſceptabo, qui iam annis multis corpus tuum meliori valetudine dignum exercuit. In promptu enim eſt, morbum hunc eſſe epilepſiam, ſeu, vt latine dicimus, morbum comitialem, aut ſacrum. Adſunt namq; ipſi, quotieſcunque inuadit, ea ſymptomata & accidentia, quæ ipſum priuatim concomitari ſolent, quæque tam diutino & prolixo morbo nimium es expertus, & à peritiſſimis Medicis non ſemel enarrare audiuiſti. Atque vt morbus haud latet, ita neq; de ipſius eſsẽtia, aut differentiis, vel cauſis deniq; mihi venit ſcribendum. *Cauſa Epilepſiæ.* Conſtat enim ex obſtructione hanc oboriri, quæ in cerebro eſt, ad eos proceſſus, qui neruorum ſunt initia, hancq; obſtructionem illi prorſus ſimilem eſſe, quæ conuulſionem in aliqua corporis parte inducit. Et morbus comitialis, vt eiuſmodi conuulſionis ſymptomatibus quodam modo reſpondet, ita quoque pares cauſas magna ex parte poſſidet, quæ cerebro patantur, aut ex primario ſuo affectu, aut ex conſenſu totius corporis, aut alicuius membri, quod cerebro noxam mittit, cuius nomine vniuerſum corpus ita conuellitur, vt in apoplexiam reſoluatur, quæ à morbo comitiali nonnihil in affectus ſede, & efficiẽtis eam humoris copia potiſſimum variat: *Latens qualitas in Epilepſia.* Quanquam latens aliqua qualitas priuatim morbo comitiali adeſſe videatur, præter humorem, quod vt multa atteſtantur; ita quoque id arguit, quod morbo huic diuinum quid adeſſe omnes religiones ſemper auxerint, quodque nos Medici malam ſubeſſe qualitatem dicimus, cuius naturam vix aliter exprimimus, quam cum in medicamentis quartam facultatem, aut vim ſpecificam recenſemus. Atque vt eiuſmodi quid in comitiali morbo à Medicis narratur; ita quoque huic comitiali morbo, qui Tuæ Dominationi familiaris eſt, id adeſſe credendum venit.

Præſens enim morbus ex illo tertio eſt genere, quod priuatim ab aliquo membro originem ducit, quod malam eam & occultam qualitatem cerebro vaporis cuiuſdam inſtar, mandat. *Tertia Epilepſiæ ſpecies.* Huius rei coniecturam præbet ſiniſtrum crus, quod ſpontaneis vlceribus ſcatere ſolet, quodque ichorem quendam dimittere conſueuit, anteaquam comitialis morbus Tuæ Dominationi moleſtus eſſe cœpit, qui tum primum incepit, dum ab eiuſmodi vlceribus crus omnino redditum eſt liberum. Addo, perpetuo cum morbus eſt inuaſurus, ſentiri auram quaſi quandam, aut vaporem ex crure per coxendicem, dein ſcapulam ſurſum ad caput duci, dein ſiniſtrum crus in ipſa morbi vehementia præ cæteris partibus concutitur & conuellitur, adeo vt primarium præſentis mali autorem ipſum crus ſtatuamus, cui accedit ventriculus ſuo munere cibum ſibi oblatum non recte concoquens, ac crudorum pituitoſorumque ſuccorum copiam parans. Videtur namq; turbidum lotium, & quæ ipſi innatant, in ipſave ſubſident, ac excrementorum abundantia, atteſtari craſſos tales, & pituitoſos humores in corpore abundare, quos, vt dixi, ventriculi imbecillitas & frigus videntur parare. Etſi enim conſtet, Dominationis Tuæ corpus prima conſtitutione nõ admodum à naturali temperie exceſſiſſe, eundemq; exceſſum in calido potiſſimum fuiſſe, adeo vt cum iecore caput & ventriculum haberet calidum, tamen ventriculus in præſentia eam temperiem dimiſit, caputque eſt modo ſubfrigidum & debile, parandisque defluxibus aptum, iecoris interim calore aſſeruato, ac proinde inæqualis vobis adeſt intemperies, quæ ſub annum quadrageſimum ſeſe potiſſimum cœpit oſtendere, cum ſcilicet ex calido ventriculo & iecore iuncti vapores in caput calidum eſſent miſſi, aut ab ipſo quoque attracti, qui ſenſim ita in ventriculum refluxerunt. Itaque in capite abundarunt, vt corporis temperies fuerit prorſus immutata, vt nihil dicam de praua victus ratione, quæ temperiem hanc præcipitauit, ſimulque auxit. Verum non eſt, quod huiuſmodi diligentius examinem, aut, vt rationem ſcribam, quod calidum iecur in cauſa etiam ſit, venas crudo ſucco abundare, cum nimio calore ad ſe trahit, quæ à ventriculo male ſunt confecta, atque author eſt, aluum plerumque eſſe conſtrictiorem. Nam etſi huiuſmodi tractatio aliquid forte commodi adferret ad cauſæ examen, atque ad commune cum aliis Medicis conſilium, tamen Dominatio Tua hoc non aſſequitur, quæ etiam eiuſmodi

à me diligentius præſcribi noluit, verum duntaxat ea, qnæ ad guaiaci vſum ſpectant; quem cum multis aliis Dominationi Tuæ prædicaui, ratione ad ventriculum habita, atque ad capitis imbecillitatem, ac dein maxime ad crus illud, quod præſentis motbi comitialis autorem potiſſimum ſtatuimus. Cum iraque indies diſcimus, quam in eiuſmodi corporibus humorum crudirati lignum id proſpicere ſoleat, & quod maligna & deterrima qualitate prædita vlcera curar, ac occultum quid corporibus infert, prærer alias non exiguas rationes, quæ vſum D.T. commendare deberent, non mirum eſt, ſi illnm audias commendari, atque vt is Dominario. Tnæ familiaris ſit medicos inſtare.

Victum tenuem non ſemper in Decocti Ligni vſu adhibendum.

Quod vero meruis ob tenuem victum vires admodum deiiciendas, hinc fir, quòd nimis exquiſitus & tenuis victus illis inſtitui conſueuit, in qnibus Medici ob gallicum morbum ligni guaiaci decocto primum vti cœperunt. Ad eos enim ſcopos, ad qnos in tua D. decoctum id probamus, non prorſus aut pertinaciter dies certos conſtituimus, quibus decoctum venit vtendum: Habenda enim nobis eſt cura ad tolerantiam, qua eiuſmodi decoctum ferre poteris, & perpetuo liberum erit, quotieſcunque viſum erit, illius vſum intermittere, quanquam tamen plus minus vno menſe eius vſum cuperem continuari.

Quale ligni eligendum.

Verum nunç de ſingulis ordine perſcribam. Eligemus itaque lignum, quam fieri poterit recens, quod ex ipſius denſitate, pondere, & ſucculentia deprehendemus. Quo enim grauius eſt, & in radendo aut ſcindendo pinguius, eo erit laudabilius. Deinde non eſt aſſumendum, quod totum fere flaueſcit, minimumque habet interiorem nigrum orbem, cum id fere ad extremos ſit ramos, & tam tenue ſit, vt vis illius ex longa vectura euaneſcat. Seligemus itaque medium, qund quam maxime ſit acre, & guſtu incendens.

Præparandi ratio.

Hius ligni libræ ſex aut ſeptem, aut lima, qua pectinum artifices vtuntur, aut arte tornabili, qua globos paramus, comminuentur, & deinde in leuiorem ſcobem contundentur. Sunt autem paucæ libræ vno tempore ita in ſcobem redigendæ, ne ſi maior ligni portio comminueretur, eius vis euaneſcat, quæ in ſolido ligno melius conſeruatur, & ſatius eſt lignum toties, quoties opus eſt, contundere, atque ad concoctionem aptum reddere.

Coctionis modus.

Huius ſcobis libra vna ollæ fictili inſtanniatæ, aut inplumbatæ ſeu vitreatæ imponetur, quæ anguſtiore ſit orificio, cuique operculum conueniat, ſuffecerit, ſi ad noſtrum vſum libras aquę plus minus ſedecim continere poterit.

Huic ligno affundentur libræ 12. aq. communis, & nullius malæ qualitatis participis, in quibus lignum horis 24. macerabitur. Conueniret autem, ſi interim calidi cineres ollæ adhiberentur, quo lignum melius infunderetur; facta dein infuſione, olla lucido igni adhibebitur, & continua decoctio fiet ad mediæ partis conſumptionem, nimirum vt ſuperſint decoctionis libræ ſex, quæ facta colatura in lagena quapiam reſeruabitur, ſub prioris aquæ nomine.

Decoctum primum.

Ita enim decoctum hoc primum opportune nominabimus.

Secunda coctio.

Lignum, quod huic ſeruiuit concoctioni, rurſus in eandem ollam, in qua prius elixatum fuit, eſt reponendum, ſuneque ipſi adiiciendæ recentis, & non cocti ligni vnciæ plus minus quatuor, quibus affundentur 12. aq. vulgaris libræ, & infuſio perinde ac prius fiet ad horas viginti quatuor, poſt quas coctio lucido quoque & continuo igne molienda venit, ad euaporationem tertiæ partis, vt ſcilicet decoctionis ſeu aquæ ſuperſint circiter octo libræ, quæ vbi colata fuerit in lagena, etiam ſeruabitur ſub ſecundæ aut poſterioris aquæ nomenclatura. Hic fere erit communior aquarum parandarum modus, quem ex occaſione intendere aut remittere nihil prohibet, prout validius aut imbecillius decoctu ex vſu erit.

Conuenit enim in aſſumptionis aquæ initio, & ſub finem hanc eſſe minus validam, in medio autem tempore fortiorem. Cæterum, quando aquæ hę adminiſtrabuntur, ſtudendum eſt, ne deficiant, & ne etiam diu ante vſum ſint paratæ, vt ſcilicet ſint recentiores, & non diſſolutæ.

Præparatio corporis præcedens.

Priuſquam harum aquarum vſus erit, cõueniet corpus vniuerſum purgare, idq; fere opportune pillulis cochiis & agarico ſelectinri, & nuper, vt diximus, cum zinzibere trochiſcaro, pondus vero, vt eiusq; deberet eſſe duorum ſcrupulorum, ac formari poſſent pillulę ſeu carapotia vij. aut v. prout minora aut grandiora deuorare eſſet animus.

Vt autem humores pituitoſi & craſſi melius euacuationi apparentur, tribus aut quatuor diebus mane ſyrupus aliquis eſſet aſſumendus, qualis iſte eſſet, qui conſtat mellis roſacei colati, & ſyrupi de ſtœchade vtriuſque vncia vna, decoctionis ſtœchados, betonicæ, chamedryos vnciis tribus. Cæterum pillulæ poſt ſyruporum vſum opportune aſſumerentur poſt primum ſomnum noctu.

Quo tempore.

Tempus, quo commodius purgatio eiuſmodi inſtitueretur, erit ver, quando fœlicius curationes omnes aggredimur, prǽterquam quod purior & clementior aura nobis

bis ad manum eſſet, tunc cum decocto ligni vtendum eſſet, & præſens morbus facile admittit, vt hęc decoctionis aſſumptio in illud vſq; tempus differatur, quanquam interim non obſtem, cur minus primo quoque tempore, ſi ita Domino viſum erit, curationem hanc auſpicari debeamus.

Quantum.

Altera itaq; à purgatione die aquæ prioris vnciæ plus minus octo ſunt ebibendæ, quantum fieri poteſt, calentes, idq; hora fere quarta ante meridiem. Tantundem rurſus hora quarta à meridie ebibetur, quamuis magis conueniat paulo plus mane, quam à prandio, aſſumere. Prandii tempus erit octaua hora ante meridiem, vt cœnæ hora octaua à meridie, hac namq; ratione 24. diei horæ ita partirentur, vt octo horæ inter cibum, & primæ aquæ aſſumptionem & cibũ occurrerent. Si tamen hæc interualla interdum non obſeruentur, parua inde eſt expectanda noxa, neq; etiam ita moroſe omnia ſunt obſeruanda, vt non liceat interdum ex occaſione aquæ prioris aſſumptionẽ intermittere, tunc ſcilicet, cum ea moleſtior videretur, ac tædium aliquod obteperet, cupio enim toto hoc aſſumptionis aquæ tempore omnem abeſſe moleſtiam, neque reluctante animo quicquam aſſumi velim.

Quando prima aqua bibetur, in lecto eſt cubandum, & ſudor ſi quis proueniet, duabus plus minus horis eſt expectandus. Vnde etiam conueniet corpus pluribus ſtragulis tegi, quanquam nulla inſignis vis ad ſudoris prouocationem eſt facienda, neque mirandum erit, ſi ſudor interdum non proruperit, qui ſemper eſt poſt horam vnam aut alteram linteis obſtergendus.

Inter ſudandum, fomẽtandũ crus, imo & abluenda facies roboris cauſa.

Interea dum ſudor ita expectabitur, vtile erit linteum primæ aquæ immergere, idque dein toti ſiniſtro cruri calens obuoluere, neque id obiter eſt moliendum, cum id abigendæ prauæ cruris qualitati ſit accommodum, & mirum eſt, quantum robur membris ea aqua induci ſoleat, adeo, vt totius faciei, & frontis potiſſimum lectionem probem.

Cęterum ſecundę aquæ potus erit in cœna & prandio, ita vt nihil præter eam bibatur.

Diæta.

Cibus vero erit panis albus, bene coctus, & modice ſalitus, & ſi forte Dominatio Tua à pane recocto aut biſcocto non abhorreret, illum in primis commendarem.

Conuenient vuæ paſſæ, & potiſſimum minutæ illæ: his accedunt amygdalæ, & pineatum nuclei. Atque hæc fere ſunt, quibus duntaxat in gallico morbo ægros enutrimus, verum Dominatio tua his tanquam bellariis vtetur, & addet illis laudatas carnes, vt ſunt fere auium non paluſtrium: vt perdix, phaſianus, & turdus, & montani, & in dumis viuentes. Paſſerculi debent eſſe commendatiſſimi, hique omnes aſſi, neque excludimus pullos, & capones, vti neque etiam hædum, ſed omnia debent eſſe aſſa, quamdiu ſcilicet aquæ vſus erit. Quantitatem nullam puto præſcribendam. Ea enim tuo iudicio ſubmittitur. Abſit enim, quod fame D. T. enecandam putes, quamuis interim tamen tenuis victus ex vſu ſit, cuius ratio cum viribus eſt habenda. Atq; ita non ſemper par quantitas eſt aſſumenda, ſed prout vires exigent, eſt cibandum. Cubiculum in quo moraberis, ſit amœnum & lucidum, ita tamen vt libero aëri non pateat. Conuenit quoq; vt caminus in illo ſit, vt ex foco calere poſſit, niſi hoc hypocauſto more patrio obtineat.

Neq; neceſſe eſt, vt ſemper impenſe caleat, neque etiam religioſe cauendum eſt, ne feneſtra aliqua vnquam aperiatur, cum id lucente Sole, & aëris conſtitutione calida fieri nihil prohibet. Quod enim in hac cura ægros ita occludimus, hinc duntaxat fit, quod corpus ob ſudores & ligni vſum rarum, intemperato & potiſſimum frigido aëri, haud expoſitum eſſe volumus. Excrementorum ratio ſimilis eſt habenda, qualem alias obſeruas, nimirum vt aluus iuſto tempore eat, & ſi forte cohibetur, & non reſpondet, opportune enemate aut clyſtere ſollicitabitur, qui ex guaiaci ligni decocto cum oleo communi & modico ſale apparari poſſet, aut ſalis loco duas aut ternas vncias mellis roſacei adiicere nihil vetat.

Clyſter in vſu Decocti.

Dein ſingulis fere decem diebus purgatio eſt inſtituenda illi ſimilis, quam ſuperius ſcripſi, niſi occaſio aliqua aliud pharmacum exigeret. Sunt igitur pillulæ illæ media nocte, aut poſt primum ſomnum transglutiendæ & purgationis die prima, aqua non eſt mane aſſumenda, vti neque à prandio. Si corpus vllo pacto eſt redditum ex purgatione imbecillius, alias propter purgationem nihil omittatur, niſi forſitan ea die cibum liberalius ſumere viſum fuerit. Vrina ſolet ſatis copioſe in guaiaci vſu profluere, ita & ſudor quoque ſolet eſſe frequens. In narium autem & aurium recrementis à ſanitatis tempore nihil eſt mutandum.

Pillulæ ſubducentes.

Lotio capitis in vſu Guaiaci omittenda.

Lotiones etiam capitis interim nullæ fieri ſolent, quanquam vt poſtea ſcribam, extra guaiaci vſum ea erit vtilis.

Somnus & quies.

Rurſus ſomni & vigiliarum nulla peculiaris habetur ratio, quanquam vigiliæ ſemper in Dominatione Tua ſunt præferendæ, ſomnusque mox à cibo ſumpto ſit vitandus. Interdum poſt primæ aquæ aſſumptio-

Exercitia. nem obdormire nihil vetat. Exercitia quoque in guaiaci aſſumptione præter deambulationem per cubiculũ nulla præſcribuntur, quamuis etiam ſudoris abſterſio, ac velut fricatio, exercitii cuiuſdam vice erit. Cęterum in vniuerſum, exercitium quieti eſt à tua dominatione præponendum, modo à cibo mox id non fiat. Præ cæteris autem exercitiis fortis inceſſus conuenit: eaque exercitia, quæ corporis inferiores partes in primis exercent. *Animi affectus.* Animi affectus, vt perpetuo illos iucundos, minimeque turbatos eſſe velim, ita quoque in guaiaci vſu neutiquam debent eſſe mœſti aut graues. *Venus.* Venerea in guaiaci vſu tamen prorſus interdicuntur; quanquam alias perpetuo ab illis non eſt temperandum. *Quamdiu continuandum.* Porro tempus, quo his guaiaci ligni decoctis erit vtendum, in D. T. ponitur arbitratu, & tolerandi facilitate, quanquam menſem abſumi, vt minimum velim, quo abſoluto ad conſuetam victus rationem eſſe deueniendũ, quæ commoda iam ſæpius à peritiſſimis Medicis eſt inſtituta.

Quod autem priuatim de potu mecum egeris, cereuiſiam non perinde, ac album & pellucidum, ſed tamen nõ acerbum vinum probo. Dein quia vini vſus interdum ſolet rationibus quibuſdam in præſenti negotio *Mulſa.* præſcribi, potum laudarem ex melle & aqua cum cinamomo paratum, ſi modo ab illius vſu non abhorreres. Occurrunt nunc quoque permulta, de quibus Dominatio Veſtra me eſt percunctata, nimirum de corporis euacuatione purgationeq; , quando ſcilicet, & quibus medicamentis ea potiſſimum ſit molienda. Sane ad minimum ſemel in vere, & item in autumno corpus purgandum ſuaſerim, vt taceam de venæ ſectione, quæ etſi totius corporis conſtitutioni conuenire aliquando videretur, ætas tamen nunc ea occurrit, vt facile ab illa temperare vobis liceat. Verna itaque purgatio talis oppottuna eſſet, qualem ante guaiaci vſum, & in ipſo vſu tentandam dixi. Imo ſi guaiaci vſus videbitur vtilis, corpusque ex illo commode habere ſentietur, non abs re eſſet, etiam menſe Septembris diebus aliquot guaiaci decocta aſſumere. *Purgatio.* Poſſem varias purgandi formulas præſcribere, verum vnam mihi adnotaſſe ſuffecerit, cuius ſuperius eſt facta mentio, nimirum ſyrupi ex roſaceo melle, & ſyrupo de ſtœchade, & betonicæ, ſaluiæ, & ſtœchados decocto, ac dein pillulis cochiis, & optimo agarico. Quamuis interim ſingulis ad minimum menſibus aliquid propinari vellem, quod ventriculum, & primas quaſi venas leniter expurgaret, quemadmodum nuper tentauimus, cum Dominatio Tua tribus diebus mane aſſumpſit mellis roſacei duas vncias, & tertia die ante cœnam pillularum ac hiera picra cum agarico drachmam vnam, ex qua tres pillulæ formatæ erãt, quanquam *Pulpa caſsia.* interdum pulpæ caſſiæ recenter extractæ vncia vna, aut decem drachmæ poſſent, in eundem fere vſum exhiberi, bolorum forma, niſi in iure pulli aut alio liquore caſſiam diſſoluere magis luberet, vt inſtar potus propinaretur.

Terebinthinæ vſus. Rurſus ſi Terebinthinæ aſſumptionem Dominatio tua non abhorreret, putarem, eam quoq; ad præſentem ſcopum apprime fore vtilem, ſi ſcilicet interdum mane eius quatuor drachmæ aut quinq; in hoſtiis inuolutæ deuoraretur.

Conueniret autem præſtantiſſimam Terebinthinam eligere, ac illam diligenter in vino albo & odorato abluere. *Pillulæ alephanginæ.* Neque etiam hoc loco ſunt reiiciendæ pillulæ, quas alephanginas nuncupemus. Sunt enim hæc omnia admodum commoda ad eam, quam prius dixi ventriculi ac inteſtinorum purgationem ſæpius iterandam.

Cum vero aluus interdum plus iuſto retinetur, neque tempeſtiuum eſt, nunc commemoratis pharmacis vti, ſuaſerim mollem aliquem & non medicamentoſum clyſterem immitti. *Herbarum & prunorũ eſus reiicitur.* Nollem enim herbarum eſu, aut multis prunis alui adſtrictioni prouideri, cum eiuſmodi nimis ſint humida & excrementiria. *Ventriculi roboratio.* Cæterum eorum, quæ aut interius ſumpta, aut exterius admota, ventriculi robur concilianr, magnum catalogum liceret facile hic ſcribere, niſi pauca quædam ſufficerent, & potiſſimum probata, ex quorum numero ſunt *Myrobalani emblici.* myrobalani illæ emblicæ, ita vt Venetias aduehuntur conditæ, quorum vſum cuperem eſſe frequentiſſimum, mane ſcilicet vna aut altera hora ante cibum; neq; etiam nuces improbo, *Nuces moſcatæ conditæ.* moſchatas pari modo conditas.

His accedat electuarium aromaticum roſarum, quod aliquando etiam mane eſt aſſumendum. *Emplaſtrũ ſtomachale.* Si ventriculo emplaſtrum adhibendum eſſet, probarem quod maſtiche & irineo oleo eſſet confectum. Capitis robori etiam magna ex parte nominatis nunc medicamentis proſpicitur. *Lotio capitis.* Quod autem de eius lotione dubitas, ſcito me plurimum eam commendare, modo fiat interdum ante cibum, & domi poſt illam aliquamdiu commoretur, & caput diligenter calidis linteis, non cum magna frictione, exſiccetur. Lixiuium conueniet, in quo ſtœchas, & ſaluia, & ſampſuchus ſeu maiorana cum roſis fuerint incocta, dein vt inter lauandum caput non nimium reclinetur, ſed vt cum agarici

rici fruſto confricetur. Quo pituitam, & potiſſimũ poſt corporis euacuationes, per nares prouoces, mihi placet arantii mali cortex. Ita quoq; conueniret interdum maſtichem maſticare, vt per os etiam pituita trahatur. Cruris cauterium ſeu vſtionem vehementer probarem, vt ſcilicet vlcus ſub genu illic cõtinuo ſeruaretur, vti illud commode fieri dixi, in anteriori nimirum tibiæ ſede verſus exteriora, vbi anterior ſedes eſt connexus, quo fibula ſiue minus os tibiæ maiori committitur oſſi. Si vero id non fiet, ſuadeo, vt interdum cucurbitulæ ſeu ventoſæ cruri adhibeantur, interdum cum ſcarificatione, interdum ſine ea. Lorio quoq; aliquando conueniret ex forti & acri lixiuio, cui ſulphur eſſet adbibitum, quo etiam crus ſubinde confricare ex vſu eſſet. Præter hęc cruri emplaſtrum id adhiberem, quod oxycroceum in officinis vocamus, cui interdũ tantum euphorbii admiſcerem, vt etiam veſiculas poſtulas ve in cruris cute concitaret, quo malæ illi cruris qualitati ſubueniretur. Vti etiam tori morbo ſubuentum obnixe cuperem, vt Dominatio Tua diu ſanus & fœlix viueret, cui me quampoſſum maxime commendatum cupio, promptus quiduis quod in me erit exequi, ſi modo quid inſuper mihi iniungere Dominatio Tua dignabitur.

Cauterium. *Cucurbitula.* *Oxycroceũ cu euphorbio miſtum ad excitandas puſtulas.*

Idem de eodem caſu.

CONSILIVM XLI.

QVANDOQVIDEM morbum comitialem, quo Dominũ infeſtari nouimus, ex cruris affectu potiſſimum pendere conſtat, vti in morbi illius cauſarũ enarratione abunde fuit explicatum. Cauterium ſeu vſtionem probaui, quæ fieret in anteriori tibiæ ſede verſus exteriora, fere ad palmę latitudinẽ ſub genu, illic nimirum vbi fibula ſeu minus tibiæ os à maiori incipit dehiſcere. Quæritur vero quanam pręcipue ratione vſtionẽ hanc fieri conueniat; ſolet itaq; nobis in hoc negotio fere duplex eſſe modus. Alter fit igne, ſiue carbone, ſiue candente ferro, is contineatur, vocamusq; eiuſmodi vſtionem ſeu cauterium actuale. Quod nimirum actu ſimul & potentia agit. Alter modus per medicamenta fit, quibus vrendi vis adeſt, quæq; potentia idcirco agunt, ac proinde hunc modũ appellamus cauterium potentiale, quale noſtro propoſito magis quam actuale conueniet, quod ab eius vſu homo minus abhorret. Huiuſmodi medicamento nullus chirurgus quantumuis vulgaris deſtituitur, noſtriq; libri pleraſq; continent deſcriptiones. Alii enim calcem viuam miſcent ſmegmati ſeu ſaponi, alii in fortiſſimo lixiuio coquunt. Alii in fortiſſima tinctorum aqua imponunt ſalem armoniacum, & coquunt ſimul ad mellis ſpiſſitudinem, vt dein refrigeratũ lapidis modo indureſcat. Atq; vt omnes chirurgi ad manum habent huiuſmodi cauteria; ita quoque applicationis modũ norunt, qui omnibus fere eſt communis; extendunt enim in lineo panno aut emplaſtrum diachylon, aut vocatum ipſis Apoſtolicon ad hanc fere formam.

Cauterium. *Vſtionis duplex modus.* *1. Cauterium actuale.* *2. Potentiale.* *E quibus fiat.* *Applicationis modus.*



Et in medio exiguum ſcindunt foramen, vt per id cutis appareat, quæ eſt vrenda, vtq; foramen cauterio locum det, & ipſum extra foraminis circumferentiam non multum diffluat. Ponitur enim cauterium in illo foramine, & dein ſplenio ſeu panno lineo aliquoties inuoluto obtegitur, finiturq; horis duabus aut tribus, prout cauterii vis chirurgo conſtat. Dein ablato cauterio & emplaſtro, butyrum aut pinguedo porci loco vſto cum folio braſſicæ aut betæ apponitur, donec cruſta decidat, foramenq; appareat, cui mox globulus ex cera eſt imprimendus, vt foramen reddatur profundius, & caro ne creſcat, impediatur. Non ab re etiam eſſet medullam ſambuci, aut gentianæ radicem tantiſper imponere, dum foramẽ reſpõdeat voluntati: Solent alii dein aureum aut argenteum inſtrumentum, huius fere formę imponere: verũ mihi magis arridet globus ex cera, qui interdum cum puluere præcipitato poſſit obuolui, vt luxuriantẽ carnẽ comprimeret, aut roderet potius.



Verum huiuſmodi omnibus chirurgis adeo ſunt nota, vt pudeat me hæc conſcribere, potiſſimum cum huiuſmodi abſq; periti chirurgi opera haud ſint tentanda. Secunda propoſitio tinnitus aurium rationem petierat. Is ex humore in cerebro abundante, & in flatus diſſoluto pendet. Quod vero ad curationem attinet, omnia ſunt abſolute & diffuſe prius explicata, cum totum corpus pituitoſis ſuccis euacuari docetur, & ratio ſimul exponitur, quomodo caput expurgetur.

Tinnitus aurium.

Pillularum maſſæ ſeu magdaleones non alia ratione ſeruantur molles, quam quod iubentur in prima compoſitione humidæ fieri, quod quia non cõuenit, nos perpetuo liquorem aliquem addi iubemus, quo portio quę in pillularum confectione à maſſa

Pillularum maſſa molliſicantur vino aut aqua.

diſcutitur, mollior reddatur adeo, vt cum ad manum erit maſſa durior, ab illa tanta portio abſcindi poterit, quanta ſat erit ad pillularum pondus, quæ tum erunt aſſumendæ, & illi portioni, aut vini, aut aquæ guttula poterit adiici, & ſimul in mortario contundi, & dein pillulæ recte conficiantur. Baccarum iuniperi fumus non videtur præſentibus affectibus incommodus, imo inter conuenientia magis eſt reponendus. Cum Norinbergæ myrobalani laudatiores proſtent, ſatius erit, eas illic coëmere; mihi enim non conſtat, vbi hic probatæ vendantur.

Baccarum iuniperi fumum.

In epilepſia nocturna, pro quodam Nobili iuuene,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM XLII.

QVIDAM annos natus circiter 26. habitu corporis humidiori in actiuis, vt videtur ad frigidum tendente; iam ab annis ſex vel octo, affectione quadam tentatur, quæ eum certis interuallis hunc in modum inuadit: in ipſa acceſſione, quæ noctu tantũ ferme ſemper circa auroram fit, ſentit ventriculos cerebri ita conſtringi atq; coarctari, vt inde etiam anxietas quædam animi oboriatur. Motus corporis ſunt inordinatiores cum iactatione aliqua, non tamẽ adeo vehementi, in qua quidem, ſi paroxyſmus auctus ſit, ſpumæ etiam nonnihil ſanguineæ cum dentium ſtridore & ore emanat. Poſt inuaſionem, quæ circiter ſemihorulam plus minus durat, vertigo quædam, & ſenſuum interiorum perturbatio, & veſtigium huius impreſſionis impreſſum, cum capitis dolore tenſiuo, & ex parte velut grauatiuo, conſequuntur: maculæ rubræ punctatim diſperſæ in oculorum regione apparent, in ipſis præcipue palpebris & angulis oculorum: quæ tamen ſecunda aut tertia die poſt, rurſum ſenſim euaneſcunt. Solet etiam plerunque accidere, vt ipſe paroxyſmus in alui fluorem ſic ſatis copioſum deſinat. Ante inuaſionem ferme nullum aliud ſignum præcedere ſenſit, quam vbi in ſomnum ſeſe compoſiturus eſt, capitis quandam grauitatem. Interualla non ſunt æqualia, vt plurimum tamen intercedit menſis integer, aut menſis cum dimidio. Nonnunquam ſpatium augetur aut minuitur pro cauſarũ, tum internarum, tum externarum diuerſitate; ita vt obſeruauerit toto hoc anno proxime elapſo octies paroxyſmum rediſſe, poſtremo tamẽ menſe ipſo nimirum Decembri (quod nunquam antehac factũ fuit) bis Iuuamentum aliquod percipere viſus eſt, ex ſcarificatarum cucurbitularũ vſu, quas aliquoties applicauit, tum ſcapulis, tum etiam brachiis, aut cruribus vtrobiq; binas. Etſi alioqui hæmorrhoidum fluxum in mediocri copia ſtatis temporibus, videlicet, circa nouilunium & plenilunium pati conſueuerit, ipſaque aluus officio ſuo non deſit. Atque hęc ſunt illa ſymptomata, quæ me hactenus non parum infeſtarunt, à V. E. officioſe & reuerenter peto, vt ſuo conſilio & auxilio mihi ſubuenire non dedignetur. Promitto viciſſim debitam obſeruantiam atque gratitudinem in omnibus iis, quæ à me præſtari aut expectari poſſunt.

Spuma ſanguinea.

In Epilepſia ſemper affici cerebrum, ſiue per ſe, ſiue per conſenſum illud laboret, cõſtat: ac ἰδιοσυγκρισίας cauſam in diſpoſitione cerebri ſingulari eſſe quærendam, non dubitamus. Ea in hoc ægro, in quo omnes actiones cerebri vigent, non alia eſſe videtur quam nimia illius ſenſibilitas, propter quã, non tam per ſe, quam per conſenſum læditur. Etſi verò ad illam partem præcipue, à qua conſenſus prouenit, curatio referenda ſit; tamen ad cerebri affectionem ſemper quoq; eſt reſpiciendum. Affectus vero eiuſmodi eſt, vt repleri meatus cerebri velociſſime & rurſus remoueri, atq; excuti id quod obſtruit, videatur. Itaque vaporem eſſe, qui vel obſtruat, vel mordicet, atque hoc modo vim expultricem, cum cerebrum, vt dixi, maxime ſenſibile ſit, irritet: indicio quoque illud eſt, quod ante acceſſionem quaſi vertigo percipitur. Eum vero vaporem à tota maſſa ſanguinea oriri, atque illam grauiter commoueri, maculæ iſtæ rubræ in collo, & maiori oculorum cantho poſt paroxyſmum oſtendunt. Sed vnde illa praua qualitas in ſanguine? ἄρρητον quiddã eſſe videtur. Proinde iam cerebri ratione, quam huius cauſæ, præcipue mihi medicamenta, quæ à totius ſubſtantiæ proprietate auxiliantur, adhibenda videntur; non neglectis tamen iis, quæ ſanguinem mundant, & ne nimium incaleſcat, faciunt. Incidentia & attenuantia medicamenta, quibus Medicus quidam omnia tribuit, ſuum locum obtinent. Porro totam curationis rationem in præſeruatione conſiſtere, eamque & victus ratione, & medicamentorum vſu perpetuo obſeruandam eſſe, aſſerimus. Victus rationem tibi præſcribere non debeo: ſed vt parciſſime potes; & à vino, præſertim veſperi, abſtineas, ac omnem crapulam fugias, moneo. In cubatione, ne in dorſo iaceas, cauendum, cruditates fugiendæ. Nam ex cerebro inimicæ ſunt, & ventriculum, qui haud dubie, etiamſi non doleat, non parum in hoc morbo con-

Senſibilitas nimia.

Vapor à maſſa ſanguinea.

D. Eraſtus.

bo conſentit, affligunt. A cœna non ſtatim dormiendum, multo minus ſtudiis inuigilandum. Vera enim eſt Celſi ſententia: *Quibus caput affligitur, iis ne cogitationem quidem à cœna tutam eſſe.* Neſcio an in paroxyſmis, vt multis accidit, ſemen eiiciatur; quod ſi fuerit, de matrimonio cogitabis. Frictiones non negligas, & cum materiam moueri ſentis, vt ad eas confugias, moneo. Sanguinis miſſionem non omittendam puto. Mittendum autem ex præſcripto veterum è venis crurum iudico. Secta vena, corpus per ſyrupum noſtrum è ſucco pomorum cum ſena purgandum. Cum enim comitiales in melancholiam ſint procliues: ſicut melancholici in comitialem morbum, vt Hippocrates nos monuit, in primis iſte ſyrupus proderit, ſi cum eo ſyrupum de cichorio cum rhabarbaro æſtiuo tempore miſceres, non errares. Nam hunc quidem ſyrupum pro Epilepticis à Nicolao factũ eſſe ſcimus. Sæpe autem vſum iſtorũ repetere oportet; cum ἐπικαθαρσιν requiri in diuturnis affectionibus conſtet. Si iis decoctum corticum guaiaci, & ligni viſci quercini, & florum violarum admiſcueris, rectiſſimũ erit. Poſt euacuatum corpus, verno, æſtiuo, & autumnali tempore decocto radicũ cichorii vti rectiſſimum; hyeme Mithridatica antidotus cum ſyrupo de ſucco cardui, vel ſyrupus cardui conueniens erit. Deſtillatum autem & cardui, & millefolii cum ſyrupo violarum toto anno probo. Decoquere etiã in iis lignum guaiacum cum ligno viſci quercini, & per dies viginti aut quadraginta bibere vere & autumno vtiliſſimum. Medicamentum do cinnabare non præſcribo; cum Fernelius in libello ſuo de lue Venerea, tam dira ſymptomata vſum cinnabaris cõſecuta referat. Mihi, ne quid diſſimulem, non perſuadet, cum bono ſucceſſu me eo vſum eſſe Viennæ vere affirmare poſſim. Stercus pauonis ex deſtillato cardui, vel millefolii magis probo, Epar ranarum & perdicum comeſtum plurimi commendant. Inungunt vmbilicum pinguedine cati ſilueſtris. Caput expurgant puluere lapidis, qui in veſica fellis tauri reperitur per nares attracti, vel per ſe, vel ſucco rutæ. Ceruicem inungunt oleo Iuniperi è ligno deſtillati. Talia remedia plurima in lectione Practicorum occurrent. Ego, vt dixi, nihil carduo & millefolio efficacius reperi. Illa quæ appenduntur, vt minime contemno: ita ſpem in ea, quæ incidunt, attenuant, plane non colloco. Vti & his, & illis rectiſſimum eſt, & totam curationis ſpem in diuina benignitate ponere.

Regula in capitis dolore.
Seminis eiectio in paroxyſmo.
Syr. è ſucco pomorum.
Syr. de cichorio cum Rhabar.
Decoctum Epilepticum.
Medicam. de cinnabare.
Remedia Empirica quædam Epileptico.
Stercus Pauonis ex deſtillato Cardui vel Millefolii.
Epar Ranarum, Perdicum.
Vide eius Syrup. in Antidotario VVeckeri.

Interlocutoria.

In caſu propoſito ad duo præcipue reſpiciendum; nempe, ad id quod recipit, & alterum, quod recipitur, ſeu aliunde tranſmittitur. Pars recipiens eſt haud dubie cerebrum, quod per conſenſum laborat. Huic igitur, quoniam εὐαίσθητον eſt, roborantia debentur, ne ſcilicet tam facile afficiatur, aut noxam prompte repellat; ſiue imbecillitas illa ſit ab intemperie: ſiue, quod potius reor, à vitio conformationis: hoc eſt, à quadam textura membranarum nimis rara, minuſq; compacta, & denſa. Valde autem peto, vt formulam aliquam huic ſcopo conuenientem præſcribere digneris. Id quod recipitur, ſeu in caput tranſmittitur, vaporem eſſe plane ſtatuo, cum breuiſſimo tempore diſcutiatur. Prodit hic vapor potiſſimum quidem à maſſa ſanguinea (hoc maculæ rubræ relictæ aperte teſtantur): ſed tamen etiam aliquatenus à vẽtriculo: ſanguinis, in quantum multitudine ſeu quantitate peccat, euacuationem poſtulat per venæ ſectionem & cucurbitulas, itemque (quæ in ægro iſto naturaliter fluunt) per hęmorrhoides, quib. omnibus motus quoq; inordinatus, ſiue in partem principem impetus inhiberi & auerti poteſt. Quod ſi etiam qualitate aliqua maligna (vt videtur) præditus eſt, ea corrigenda venit per illa, quæ maſſam ſanguineam contemperant, & a vitioſis humoribus admiſtis per interualla certa, mẽſtrua fortaſſe, repurgant. Hanc ſane ad rem cardui, millefolii, & cichorii tum decoctum, tum deſtillatum idoneum iudico. Item ſyrupũ cichorii cum rhabarbaro, & ſyrupum de pomis cum ſena; nonnunquam etiam Mithridatii aut theriacæ vſum, præſertim hyeme. Ventriculi ratione, quandoquidẽ hic per ſe non eſt debiliſſimus, ſatis fuerit opinor præter victus rationem accuratam vſurpare, quę vapores inde in caput ferri, ſomni tempore in primis, prohibent. In quem finem frictiones quoque ceruicis, ſcapularũ, & extremorum idoneo tempore adhibitis, præclare facere experior. Decoctum ligni magis videtur attenuare ſanguinẽ, & ad motũ aptiorem facere, vnde vix notabiliter prodeſſe iudico.

Vitium conformationis.

Reſponſio.

Raritatem partis ad εὐαισθησίαν facere nullum dubium eſt. Conſequitur igitur, vt aliquid, quod denſet, ex Medicorum doctrina adhibeamus. Nihil autem melius lotionibus capitis iudico; ita tamen, vt poſteaquam ex calida laueris, ad extremum frigida vtaris. Nam ita maxime roborari cerebrum, & ratio & experientia docet. In lixiulo decoquãtur; abrotanum, ruta, meliſſa, & roſæ. Saponi ſantali citrini, & parum olei caryophyllorum admiſceri poſſunt. Hæc igitur quo ad membrũ ſuſcipiens. Mandans puto vniuer-

Lixiuium.
Sapo.

ſam eſſe maſſam ſanguineam à qua vapores aſcendunt. In ea qualis ſit corruptio; aut qua qualitate vapor, qui eleuatur, & ventriculis cerebri moleſtus eſt, præditus ſit, difficile eſt dicere. Eſſe humidum ſubito replentem, & prægrauantem, turbantem ſpiritus in cerebro, & motui inſeruientibus ſpiritibus quaſi aditum obſtruentem, conſtat. Victus ratio & curatio vtcunque monſtrant indicationem. Ex Hippoc. 2. Apho. 45. vniuerſa victus ratio patet. Ex eo vero aphoriſmo, quo quartanã huic malo mederi docet, curatio indicatur. *Quartana.* Vt vero quatana totũ corpus à vitioſis humoribus craſſis liberat & expurgat, & puriora ſiccioraque corpora facit, idem medicamentum, quod huic malo mederi debet, præſtare oportet. Meo autem iudicio hoc profuturum ſpero:

Electuarium contra epilepſiam.

℞. Succi millefolii,
Rutæ,
Meliſſæ,
Maioranæ,
Hyſſopi ad ſpiſſitudinem cum ſaccharo coct. an. ℥ j. ß.
Rad. Eryngii minutim inciſar.
Ligni viſci quercini. an. ℥ j.
Rad. Pyrethri.
Pul. tormentillæ an. ℥ ß.
Cornu cerui præp. ʒ vj.
Mithridat. antiq.
Theriac. Andr. opt. an. ℥ j.
Conſer. è floribus roriſmar. ℥ j. ß.

Miſce lento igne. De hoc ſingulis diebus mane accipiat drachmam vnam, & ante ſomnum poſt moderatam, & paucam potius cœnam, drachmam dimidiam. Purgarem autem cerebrum tali apophlegmatiſmo:

Apophlegmatiſmus.

℞. Radic. pyrethri ℥ j. ß.
Zingiberis ℥ ß.
Roriſmarini,
Saluiæ,
Hyſſopi,
Rutæ ana. p. j.

Decoq. in aquæ puræ ſuff. quantit. & colaturæ ℔. ij. add. aceti acerrimi roſarum ℥ ij. Miſce, Prius autem quam eo os colluat, inungatur palatum hoc eclegmate:

Eclegma.

℞. Sem. erucæ ʒ ij.
Staphyſagr.
Cubebar. an. ℈ ij.
Rad. pyrethri,
Zingiberis an. ℈ iiij.
Maſtich. ℈ j.
Piperis ℈ ß.
Cum oxymell. q. ſ. f. mixtura.

Setaceum vel loco eius fortiſſimum lixiuium. Nihil vero eſſet conuenientius, quam ſetaceum ceruici applicare; vel certe ſi fortiſſimo lixiuio è calce & cineribus facto exulceretur. etiam occipitio recte applicantur cucurbitulæ. Trallianus ex vſu pillularum curationem pollicetur, hæc conſtant ex aloe, gummi Arabico, colocynthide, bdellio, ad ęquas partes cum melle ſcillicito miſtis. Scarificatio pedum, & detractio ſanguinis ex malleo omitti poſſunt. Oro Deum, vt ipſe in tam accipiti morbo medicinam faciat, & his benedicat; ita enim benefaciunt.

In epilepſia nocturna. pro alio quodam Nobili iuuene,

C. Thomæ Eraſti.

CONSILIVM XLIII.

Victus ratio in epilepſia. QVOD ad vitæ rationem attinet: hoc vnice cauendum, vt cibi & potus vitentur a quibus ventriculum, pręſertim os ipſius inflari, diſtendi, grauariq́; contingit. Præterea animaduerti debet, qui cibi peculiariter naturæ vel grati vel ingrati ſint. Nam contingit vnum aliquem cibum, qui plurimis eſt ſuauis, certo homini noxium eſſe, vel contra. Poteſt id ex eo cognoſci, quod ventriculi os, eo ſumpto, vel mordetur, vel grauatur, vel inflatur, & anxietas quædam, & veluti animi deliquium inducitur. Præterea nocte ita componere ſe debet in lecto, vt caput ſit ſublimius, & mediocriter tectum, vt nec æſtuet, nec frigeat. Prodeſt etiam pedes veſperi ex aqua calida ſæpe abluere, ita tamen, vt vapor aquæ per nares non trahatur in cerebrum, quod fiet ſi caput ad poſteriora reclinetur. *Vapor à naribus arcendus, dum pedes lauantur.* Sed lotionem præcedere debent fricationes cum pannis calidis tibiarum, præſertim hyeme, donec incaleſcant, & cutis rubefieri incipiat. *Lotionem præcedat frictio.* Aluus quoque lubrica retineri debet, in quo ſane diligentem eſſe conuenit. Nam aluo reſpondente neceſſarium eſt paroxyſmos eſſe rariores. Ad medicamenta quod attinet, ſecanda aliquando eſt malleolorum vena, & ſanguis per eam vacuandus pro iudicio præſentis Medici. Hæc venæ ſectio tanti eſt, vt multi hac ſola liberati ſint ab iſtis inuaſionibus. *In vere & autumno.* Præterea in vſu frequenti habere conuenit ſyrupum de pomis dulcibus, vti ſeorſum deſcriptus eſt. *Syrupus de pomis.* Huius tantum debet vna vice ſumi, vt binas aut ternas ſedes moueat. Incipiendum à duabus vnciis, & progrediendum, ſi non eouſque purgent, ad tres, & tres cum dimidia vncias, & ad ſummum quatuor. Sumendus autem eſt (admiſta aqua, vel vino) hora dimidiata ante prandium, aut, ſi lubet, temporius ſumere, horis ante prandium quinque, mox poſt ſumptum ſyrupum, vel pomum coctum edendum, vel ouum molle ſorbendum, vel ſaccharum roſaceum ſumendum,

mendum, vel aliud tale accipiendum. Præterea poteſt huius loco ſumi ſyrupus ex floribus perſicorum, vel prunorum ſylueſtrium, quomodo hic apud Ezechiam ex noſtra deſcriptione paratur. hoc ſolum addendum eſt, nempe, vt pro doſi qualibet miſceatur puluis rad. pæoniæ, & granorum excorticatorum an ʒ ß. Doſis eadem eſt quæ ſuperioris, tametſi maior etiam obeſſe non poſſit. Item ſyruporum loco aliquando vti licebit pillulis infra ſeorſim deſcriptis. Item confectione Diaturbith cum agarico præparata, ſicut in diſpenſatorio habetur. Doſis eſt ℥ ß. Non minus congruit confectio Diacitri tabulati; ſicut Ezechias parat, pondere ʒ v. Item ſumi poſſunt Agaricus, turpethum, radix mechoaca, folia ſenæ, qualibet quantitate, & in aqua calida per horas xxiiij. aut plures macerare in loco calido vaſe diligenter obturato, tandem expreſſo ſucco, aut ficus, aut pruna, aut paſſulas in illum ſuccum infundere, dum eum totum combibant. Deinde aſperſo ſaccharo, vbi prius exſiccata fuerint, ante reliquum cibum edere, ea quantitate, vt ſedes tot, quot ante diximus, moueat. Hæc ſunt pharmaca purgantia, quæ diebus quinis aut ſenis, aut denis, aut duodenis, &c. repetenda ſæpius ſunt, pro circumſtantiis locorum temporum, &c. In his enim præcipue ratio curationis conſiſtit. Tamen addenda his ſunt etiam alia, vt aquæ, pulueres, olea, poma odorata, veſicas excitantia, denique, ſi res poſtulet, cauteria. Aquarum deſcriptionem dabit pharmacopœus Ezechias. De his primo die poſt nouilunium, poſt plenilunium, & poſt ambas quartas, ſummo mane ſumendum eſt cochlear vnum, aut ad ſummum duo, cum duabus rotulis confectionis noſtræ cum caſtoreo, & ſine eo, apud eundem pharmacopœum deſcriptæ. Præterea vtile eſt eaſdem aquas etiam veſperi ſumere, cum quis paroxyſmũ metuit: præſertim vero hyeme, & cum ſobrie cœnauit. Deſcripſi aliam quoq; aquam ex hirundinibus concinnatam, quæ priore minus quidem eſt ſuauis, at non minus efficax. Poterit ergo qui volet vna ex his omnibus vti, quam ſibi magis conuenire animaduerterit. Ad puluerẽ quod attinet, ſumi debet ʒj. aut ʒj. ß. aut ad ſummum ʒ ij. horis ij. vel iij. ante paſtum mane. Sed hoc illis diebus faciendum eſt, quibus neque de aquis prædictis, neque de aliis medicaminibus, maxime vero purgatoriis, aliquid ſumitur. Item in anno bis, autumno & vere, purgandum eſt corpus, & aliquando vena malleoli, nempe in anno ſemel ad minimum, ſicut antea fuit dictum, aperienda. Poſt autumnalem purgationem profuerit in fine ceruicis, prope ſcapulas veſicatoria admouere, & ruptis veſicis aquam ſinere effluere per dies multos, donec ſponte deſinat. Veſica autem folio braſſicæ molli recenti butyro inuncta, mane & veſperi eſt tegenda. Item olei rutacei, quod per diſtillationem ex ruta elicitur, guttulis aliquot coronalis ſutura inungatur, cum paroxyſmus aut metuitur, aut moleſtus nuper fuit. Prodeſt etiam eiuſdem olei ſingulas guttas veſperi calidas in ſingulas aures infundere, & goſſipio calido, ne ventus aut aër penetret obturare. quod cum factum eſt, vino calido in quo mentha, ruta & radices pæoniæ bullierint, poſtridie mane abluendæ ſunt. Porro pomo odorato vtatur perpetuo, hieme præſertim, cum aër nubilus eſt, & pluuius. Nam æſtate ſufficit roſas, poma cydonia, & redolentes alios fructus, aut flores in manibus geſtare. Denique ſæpe debet mane loco ſupra dicti pulueris edi nucis miriſticæ in India conditæ pars quarta, aut dimidia. Item cum parte pulueris permiſceri poteſt conſerua fl. betonicæ, aut pæoniæ, aut verbaſci odorati, aut florum roriſmarini, aut caryophyllorum noſtratium. Omnes enim hæ conſeruæ etiam per ſe ſolæ ſumptæ plurimum conducunt, quemadmodum & Myrobalani conditi.

Syr. ex flor. Perſicorum. Syr. Prunorum ſylueſt. Pharmaca purgantia.

Confectio Diaturbith.

Diacitrum tabul.

Paſſulæ, pruna, aut ficus laxat.

Confectio cum caſtoreo.

Aqua ex hyrundinibus.

Puluis.

Ol. rutaceum.

Conſerua.

Sequitur medicamentorum quorundam, ex iis, quorum mentio facta eſt, deſcriptio:

℞. Spec. aromatic. caryophyll.
diamoſch. dulc.
Sem. pæoniæ excortic.
Rad. pæon. a. ʒj.
Cinamom.
Galangæ,
Caryophyll.
Macis,
Ligni aloes an. ℈j.
Sem. aniſi,
fœnicul. a. ℈j. ß.
Sacch. roſac. tabulat. ℥ vj. Miſ. f. tragæa.

℞. Roriſmarini,
Maioranæ an. p. j.
Cortic. arantior. aut citri ʒ ij.
Sem. pæon. excortic. ʒj.
Ligni aloes pul. ʒj. ß. Bulliãt in iure carnium.

℞. Syr. de ſucco citri,
de Mentha a. ʒ v. Miſc.

℞. Spec. aromatic. caryophyll. ʒ ij.
Rad. pæoniæ,
Sem. eiuſdem excortic. an. ʒj. ß.
Cinamom.
Zinzib.
Caryophyll. an. ʒj. ß.

Ligni aloes ℈ij.
Sacch.roſac.tabul.℥v. Miſc.f. pulvis.

℞.Ol.rutacei deſtill.gutt.vij.
Matricariæ deſtill.gutt.iij
Irin.
Lumbricor.an.ʒj. Miſc.

℞.Rad.Mechoacan.ʒj.
Turpethi ping.ʒß.
Diagryd.gr.ij.
Macis.
Spicæ an. gr.iij. Miſc.

℞.Fol.ſenæ ʒß.
Turpethi.
Rad.Mechoac.an.ʒiij.
Rhabarb.ʒij.
Lathyrid.gr.xv.
Paſſular.℥ß.
Cinamom.
Zinzib.an.℈ij.
Rad.pæoniæ ʒj.ß.

Contuſa omnia, macerentur in aq. hyſſopi q.ſ. per quartam horæ partem, deinde in infuſione ferueantur bene tecta ſuper calidis cineribus, demum exprimantur forti expreſſione.

℞.huius aquæ q. libet, vt ℥iij.
Syr.de pomis ℥iiij.
Miſc. & bulliant ferme ad aquæ abſumptionem.

℞.Supradicti decocti q.videtur.

Iniiciantur paſſulæ, vt combibant humorem cum totum. Si non poſſunt, iniiciantur aliæ, deinde in vmbra exſiccentur, & cum ferme ſiccatæ ſunt, conſpergantur cinamomo & ſaccharo.

In vertigine, cum ingenti capitis grauedine, dolore ventriculi, à cibo faciei rubedine, nephritide cum vrinis calculoſis, nec non quandoq; dolore podagrico, pro quodam Illuſtri Domino.

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM XLIIII.

Hiſtoria ſymptomatum. ILLVSTISSIMVS Regni Poloniæ Mareſchalcus ab excellentiis veſtris conſiliū auxiliumque petit contra ſua, quæ patitur ſymptomata, quæ quidem vt ex literis excellentiſſimi ſui Medici intelligere eſt, ea ſunt: Primum, ſæpius capitis vertigine laborat, ea autem huiuſmodi, vt quando eum vexare incipit, coniunctam quoq; habeat ingentem capitis grauedinem, ita vt quoties ipſum vexat vertigo hæc, quamcunque in partem caput ille flexerit, in eam veluti cadere ſibi videatur. Cauſam huius, ſymptomatis autumat excellentiſſimus ipſius Medicus eam eſſe, quod Illuſtriſs. Dominus olim ſæpius vini fortiſſimi largiore potu vſus eſt, & nunc aliquando, rarius tamen, quam ante, vtitur. Vnde etiam, quod ſecundum eſt ſymptoma, accidit ipſi fere ſemper, vbi largius bibit. Quod ſupereſt, perueniunt ſibi graues orificii ventriculi dolores, cum grauibus vomitibus. Huius ſecundi ſymptomatis & ipſe Heros & excellentiſſ. Dominus, & ipſius Medicus cauſam dicunt ſuperiorem, quam dixi largiorem vini potionem, & hanc alteram, quod auidiſſime fere ſemper ad cœnam & prandium (cum appetitu quidem) promptiſſime cibos, aliquando fere ſemicoctos, ingerit vinis autē poſtmodum (exiſtimans id ſibi ad digerendos cibos deglutitos fore auxilio) vetuſtioribus (quæ ſcilicet tribus ab annis collecta ſunt) Vngaticis, fuluo colore, ac ſapore auſtero vtitur, quæ omnia, quid ſibi commodi aut incommodi pariant, non opus eſt dicere. Monetur quidem Heros ſæpe ab excellente ſuo Medico, ne plus ingerat, quam poſſit concoquere, quin etiam illud Galeni ipſi aliquando refert, vina vinoſa imbecilli ventriculo magis oneri, quam vtilitati eſſe, ſed fruſtra omnia. Itaq; & tertium hoc ſibi lucratur ſymptoma, ſtatim ab aſſumpto cibo ſemper ipſi facies & caput vehementer incaleſcit & rubet, ad duarum integrarum, vel trium horarum ſpacium. Et hæc ſunt quæ nunc præcipue Illuſtriſſimus iſte Dominus patitur ſymptomata. Vexatus antea quoque eſt aliquoties calculo in veſica, & per vrinam nunc etiam aliquando arenulæ efferuntur, quin etiam aliquando dolores patitur nephriticos verumtamen eos facile demulcet refrigerantibus, quin imo aliquādo quoq; dolores podagricos perſentit, ſed rarius, & horū hæc in promptu cauſa eſt, potus largior, & pedum propter longam in ſtando moram defatigatio, cogitur ſiquidem aliquando per integrum diem in comitiis coram regia Maieſtate, ſuum exequendo munus, ſtare, vnde pedes feſſi imbecilliores facti, defluxus ex largiori cibo & potu contractos excipiunt à membris mandantibus, ita vt inde dolores conſequantur. Itaque hæc omnia in vniuerſum patiuntur ſymptomata; Vertiginem ſcilicet capitis cum grauedine, dolores ventriculi, à cibo capitis calorem, & faciei rubedinem, nephritim, cum vrinis calculoſis, & aliquando dolorem podagricum. *Symptomata.* Si cauſæ eorum procatarcticæ requirantur, excellens ipſius Medicus dicit quam plurimas fuiſſe, præcipuas tamen duas aſſerit: primam, quod ante annos nouem duplici quartana laborauit, cum grauibus lipothymiis alteram, *Cauſa*

ram; quod ante annos quatuor in vniuerſum corpus diffuſas habebat puſtulas nigricantes, quæ maxime ipſum moleſtabant, liberatus quidem ab illis commoda ligni potione, aliquid tamen fortaſſe relinqui potuit. Horum itaque ſymptomatum curationem. Illuſtriſſimus Dominus ab excellentiſſimis viris poſtulat. Quo ad naturalem illius corporis conſtitutionem, illuſtris ille vir, vt ipſius recenſet Medicus, eſt alioquin epate calidiſſimo, corde animoſo, animali facultate acura ſatis & ingenioſa, ætatis autem eſt 45. annorum circiter. Quo ad pulſus, idem ipſius excellens Medicus inquit (etiamſi cordis caliditas pulſus magnos celeres & vehementes pariat) tamen ſe apud Illuſtrem Dominum pulſus languidos, paruos & crebros reperire, ita vt iam ex his omnibus facile poſſint Excellentiæ Veſtræ in cognitionem exterorum ſymptomatum, eiuſque cauſarum deuenire, & eorundem curationem inſtituere.

Habitus ægri naturalis.

Edocti itaq; ſic de affectibus Illuſtriſſ. huius viri, quæ ſequuntur pro ſua ſalute recuperanda, conſultamus.

Primum, quo ad cauſas earum quas patitur affectionum, merito nec ineleganter excellens ipſius Dominus Medicus, fere omnia in inordinatam victus rationem, & vini fortis potionem retulit. Veruntamen vbi internas quoq; cauſas penitius inquiſiuerimus, omnino nullam aliam cauſam primariam omnium eorũ ſymptomatum adinuenimus eſſe, quam humidam & frigidam eius ventriculi intemperiem, & aſcititiã quidem illam, verum tempore iam ſatis confirmatam, & ſatis validam, & idcirco fere perpetuam. Quomodo vero eam intemperiem Illuſtriſſimus hic Dominus ſibi aſciuerit, & aſciſcat, hic modus eſt: Primo, bibit vina fortia & calidiora, quam ventriculus poſtulabat, nempe eiuſmodi, à quorum nimia caliditate ventriculi caliditas obtunditur. Maior enim calor (vt philoſophorum eſt regula) obtundit minorem: Secundo ingeſſit, plurima, & ea aliquando non ſatis cocta. Itaque hoc ſibi accidit, quod videmus euenire in exemplo, ſi quis igni ſtruem lignorum, præcipue vero viridium imponat, non ſolum alit ignẽ, verum eandem ſuffocat. Tertio, ingeſſit auide & celeriter: hoc quoq; nõ parum infirmat futuram concoctionem, ſi quidem ita repente cibos ingerendo plurimum ſimul aëris intus hauritur, qui poſtmodum tunicas ventriculi diſtendendo facit, vt calor eius imbecillius agat in commiſſa, ſi quidem virtus omnis diſperſa imbecillior eſt ſemetipſa vnita. Vel ſi neque hæ rationes ſuaderent, humidum & frigidum in hoc Heroe eſſe ventriculum, hæc quoq; eiuſdem eſſent indicia, vehemens appetitus. Proprium enim ventriculi eſt frigidi appetere, & ob hoc ſcilicet cibos adeo celeriter inglutit. Secundo iecur calidum; habet enim hoc vaſtum, ſi quidem & corpus ſatis magnum, proceræque ſtaturæ eſt. Calido enim exiſtente hepate, fere ſemper ventriculus eſt frigidus. Tertio; ii de quibus quæritur, ventriculi, nephritici item & podagrici dolores idem indicant. Nam cum hæc omnia haud aliunde poſſint effici, quam ex materia craſſa & pituitoſa, quæ maxime in frigido & humido generatur, facile eſt coniecturari, huiuſmodi ventriculum Illuſtriſſ. huius Herois eſſe. Ita quod ex his omnino concludendum ſit, ventriculum in iſto viro Illuſtriſſimo eſſe frigidũ & humida intemperie affectum, ſeu, vt breuius dicam, vehementi confuſione laborare. Quare ſi vnquam fuit verum Hippocratis oraculum, dicentis, ventriculi confuſio, omnium confuſio, plane de hoc id congruit, ſiquidem ex ea, quam explicuimus ventriculi confuſione, plane omnia mala, quæ Illuſtriſſimum hunc Dominum infeſtant, veluti ex fomite quodam ortum ducunt. Atq; vt ſigillatim vniuſcuiuſque mali modum, quod ex hoc fonte oritur, explicemus: Primum dolor ventriculi, quem aſſumpto cibo perſentit, ita ſit, quoniam vt dictum eſt, ob inordinatam viuendi rationem ventriculus frigida & humida intemperie afficitur, exiſtente hac intemperie, copia craſſæ pituitæ in eodẽ generatur, quæ poſtmodum muratur in flatus, qui deinde & copia & qualitate oris ventriculi tunicas diſtendũt, ita vt inde (veluti ex ſolutione continui ſolet) ſequatur dolor, qui primum eſt ſymptoma, de quo Illuſtriſſ. hic Dominus conqueritur. Alterum vero ſymptoma, videlicet, quod à cibo ipſum capitis dolor & faciei rubedo infeſtat eandem cum priori cauſam habet. Quoniam magna, vt diximus, in copia flatus ſeu vapores ex pituita craſſa frigidus generat ventriculus, tũ quoq; quoniam vina fortia multos & calidos admodum euaporant vapores, miſtus vterque hic vapor facile per venas, quæ cum capite conſenſum ventriculi faciunt, defertur in caput tum ſua ipſius natura, quoniam leuia omnia ſurſum feruntur, tum attrahentis capitis calore, ſiquidẽ poſſibile eſt, vt Illuſtriſſ. huic viro, cui tot publica impendent, & ardua negotia, aſſiduis cogitationibus turbatũ caput caleat, quæ capitis caliditas poſtmodum cauſa ſit, vt diximus, vt vapores è ventriculo & plures & celerius in caput trahantur, ita vt ſequatur poſtea faciei rubedo, &

Ventriculus humidus & frigidus.

Epatis caliditas.

Ventriculi confuſio, omnium confuſio.

Symptomata ex vno fonte.

1.

2.

eolor: diſperſis ſcilicet iis vaporibus per eas
3. partes. Quo itidem modo omnino & rer-
tium ſymptoma, quod graue magis, quin
etiam grauiſſimum eſt, capitis ſcilicet verti-
go cum grauedine prouenit. Hoc vno dif-
ferr tantum, quod plures in hac & craſſiores
eleuantur vapores, & vltra magis progredi-
untur, quam in faciei ealore & rubedine,
nempe in ventriculos vſq; cerebri feruntur
& inibi ſpiritibus animalibus eommiſti, eos
in gyrum rapiunt, ita vt exinde praua ſequa-
rur imaginatio, ae ſi res eircumagerenrur.
At quod huic eoniuncta eſt, tam magna, vt
4. ſcribitur, eapitis grauedo, hoc demum de-
terius multo eſt, ſcilicet indicat non ſolum
vapores iam In caput eleuari, verumetiam
humores ipſos eraſſos, ſeu pituitā ipſam craſ-
ſam, eodē deferri, ita vt metuendum ſit ma-
ximū quid vt in prognoſtico dieetur. Nam
ſuadet hoc nobis hæc rario, vapores (ſint vel
craſſiſſimi) leues ſua natura ſunt, quare eam
grauedinem facere haud poſſunt; Itaq; ne-
ceſſariū fore videtur, vt nonnibil ex humo-
ribus eodem feratur, vnde fiat ea grauedo.
Atq; ſic in ſuperiora peceat hæc ventriculi
frigida & humida intemperies ratione dicta.
Modus quo peceat in inferiora hunc dici-
5. mus, quoniā ſurſum leuia, grauia deorſum
feruntur, genita copioſe, exiſtente iam frigi-
do ventriculo, pituita, rapitur à caliditate e-
patis propinqui, & ad renes cum exteris ex-
crementis pellitur, inibiq; à calore renum in
arenulas & ealeulos eoncreſcit, atq; hine al-
tera labes, calculus & arenulæ, quæ per vri-
nam efferuntur. Podagricos quoq; dolores
6. eodem plane modo, eadem hæc materia pi-
tuitoſa efficit, ſcilicet vbi pedes ſtatione lon-
ga labefactati ſunt, quoniam natura mate-
riā peceantē ad imbecilliora pellere ſemper
conſueuit, illuc idcirco banc quoq; deman-
dar, delapſa hac ſoluitur continuum, quo
facto dolor ſequitur, qui podagricus eſt. Ita
vt omnino iam ſatis explicata ſit rario & mo-
dus, quo omnia quæ Illuſtriſſ. bie Dominus
patitur ſymptomata, ex frigida & humida
Indicationes intemperie ventriculi oriuntur & fiunt. Iam
itaq; ad indicationes perquirendas tranſi-
mus, quæ quidem duæ potiſſimum ſunt: pri-
ma, quoniam ventriculus hic frigidus &
humidus, mulros, vt diximus, generat hu-
mores craſſos & pituitoſos, oportet eos eua-
cuare, & efficere, vt nō amplius generentur.
Secunda, quoniam ſingula fere illius mala
eauſas adiuuantes habēt, oportet has eohi-
bere. Horum primum explebitur, ſi ventri-
eulus calefiat, & exiceetur; ſecundum quo-
que habebitur, ſi iecur attemperetur, renes
Prognoſticon. infrigerentur, eapur & artieuli ſiccentur &
corroborentur. Et explere quidem hos ſco-
pos nō omnino impoſſibile fuerit, ſiquidem
& corporis habitus, & robuſtæ vires, quæ
medicamenta facile poſſunt perpeti, maxi-
mum nobis auxilium pollicentur. Præterea
quoniam fere omnis mali origo eſt ex vini
fortis potione, credimus, facilē curationem
fore, ſi Illuſtris hic Dominus à vini potu ſibi
temperabit, ſiquidem ablata cauſa hac effi-
ciente mala, facile etiam effectus ipſe aufe-
retur. Cæterum ſi malum vltro, ſciens vo-
lenſq; fouebit non ſolum omnino non cu-
rabitur, verū etiam metuat & expectet gra-
uiſſima alia ſymptomata, ſcilicet & calculi
maiorem magnitudinem, & maiores vētri-
culi dolores, & demum grauiſſimam (nul-
lum ſit in omine pondus) apoplexiam. Qua-
re ſuppoſito hoc, quod cauebir à cauſis ex-
ternis fouentibus malum, ſperamus omni-
modam ſanitatem. Quocirca ducti hac ſpe
quod ipſe ex ſe curationem ineipiar, nos
quoq; ad ſcopos reuertemur, & quo ad pri-
mum, vt diximus, humores euacuandi ſunt,
ſed quoniam morbi, quos patitur, magni
ſunt vna euacuatione tolli nō poſſunt, qua-
re per tempora partienda curatio. Itaque in-
gruente hoc autumno ſuademus ita facien-
dam curationem, primo quo ad ehirurgica *Chirurgia*
præſidia probamus venæ ſectionem ex bra-
chii dextri vena communi, aut iecoraria,
quam eandem iterare bonū erit in vere. Si-
quidem corpus, plethorieum eſt, probamus
& apertionem hæmorrhoidum, ſi eas alio-
quin habet innatas. Cæterum haud præſen- *Cauteria*
tius aliud eſſet medieamentū, quam ſi fonti-
culos efficeremus, alterum in brachio ſini-
ſtro, qui caput reſpicet et, alterum in dextro
pede, qui renes & iecur. Neque quicquam
obſtar, quod hic alter in pedes parum con-
uenire videtur, idcireo, quod ex eo fortaſſe
pedes antea iam imbecilles, magis imbecilli
fierent, quoniam ſicuti ſerpentes caudā pe-
riculo exponunt, vt caput ſeruent; ita quoq;
ſi nos faceremus, fortaſſe non inconſultum
eſſet. Itaque probamus omnino fonticulos,
vel ſi adeo metuitur maior iſta pedum infir-
mitas cēſemus faciendos in vtroq; brachio.
Vnus enim reuulſioni tam eopioſæ materiæ
haud ſatisfaceret. Hæc itaq; chirurgica re- *Medicamenta.*
media probamus. Quo ad medicamēta pur-
gabitur quoq; corpus temporibus cōgruis,
& primum lenientibus, vt Manna, Caſſia, Ta-
marindis, melle roſat. ſolut. Deinde præpa-
rabuntur humores ſyr. congruis, de Ciebo-
rea, Bethoniea, Stœch. Borag. &c. Purga-
būtur poſt modū Rbabarbaro. Agarieo, de-
coct. ſenæ, &c. Si corpus videarnr requirere
iteratam purgationē; ſecundo, rite præmiſſa
præparatione ex ſyr. comp. purgabitur pillu-
lis vel cochiis, vel de agarieo, vel aliis quę ca
pue

put reſpiciunt. His factis quoniam corpus vaſtum, & crudis referrum eſt humoribus, probamus vt hoc eodem autumno ſumat decoctũ ligni & ſalſæ, cum eichoraceis, ita vt ſimul ſudet, ſiquidem hoc multum poteſt ad ſiccandum ventriculnm. Hoc facto veniendum putamus ad caput, quod iiidem ſiceabitur, vnde congruæ eſſent operi huie aquæ noſtræ Patauinæ, per ſtillicidia adminiſtratæ, ſed quia his vti nõ poterit, quoniam fortaſſe negotia Reip. in tam longinquas regiones ipſum abire non patinntur, idcirco laudamus, vt fiant lotiones ex lixiuio, ex cinere quercus, in qno ſit decoctus Agaricus Scabioſa, Beton. & ſimilia quæ ſiccandi vim habeant, quæ excellens ipſius Medicus facile poterit ordinate. Antequam tamen caput lauetur, bonum erit id purgare ſternutatoriis, naſariis & id genus aliis prę́ſidiis; poſtmodũ deſcendendum erit ad hoc quoq;, vt iecoris caliditas inhibeatur. Itaque pro hoc ſcopo adimplendo, laudamus, vt vtatur ſero eaprino, ne calculo aliquã maiorẽ occaſionẽ præbeat. Hyeme non erit quoq; à remediis abſtinendũ; Probamus ergo tum tẽporis duo inter cætera, alterum, quod ventriculum, alterũ quod artieulus reſpiciat. Pro ventriculo faciet, ſi vtetur vino vel paucifero, vel ſaltem medicato, quod quidem fier eiuſmodi; ex Salſa, Beton. Iua, Mentha, Abſynth. & aliis. Pro articulis optimus nobis videtur vſus Terebinthinæ Cypri: verum ita, vt vbi illa vti debebit, eorpus optime prius purgatum habeat, vel ſemper ante illam aliquas pillulas aſſumat. Quo ad partem affectam, ſeu ipſos articulos, qui ob laxitatem indigent exiccatione, plurimum conferrent ipſi aquæ noſtræ Thermales, vel etiam Lncenſes: ſed quoniam, vt diximus, hue venire non poterit, vt iis vtatur, in eorum loeo poterit adhibere inunctiones ex oleo Maſtichino. Poterunt interim adornari & Cerota, ad deſiccandas & roborandas eas partes, vt eſſet cerotum ſacrum cum diapalmate, Barbarum, &c. Si poſſent haberi vinacea, quoque modo adhibeantur, conferrent quam plurimum autumno adhibita. Verum hæc omnia non niſi optimæ victus rationi iuncta iuuabũt. Si enim in vini fortis potione perſeuerabit, & ea quam huc vſq; fecit, victus ratione, omnino fruſtra omnia adhibebit medicamenta, & indies verget in deterius, quod DEVS Opt. Max. malum omen auertat, &c.

Decoctum ligni & ſalſa cum cichoreis.

De affectu quodam ſoporoſo, qui caro eſt finitimus,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM XLV.

QVAMVIS nobis plurimi caſus quotidie ſe offerunt, nullus tamen vnquam magis cõtemplatione dignus viſus eſt quam præſens. Iuuenis enim nobilis, licet olim quibuſdam epilepticis ſymptomatis tentaretur, in præſentia tamen affectus, qui per nonnulla interualla oriuntur, nullo pacto epilepſiæ naturam ſapiunt. Nam quo tempore ſymptomata inuadunt, non répentinum caſum, non oris ac faciei diſtractionem, non deniq; artuum conuulſionem aſtantes conſpiciunt, ſed clauſis oculis ſtat fere mortuus: quo tempore, ſi quis ipſum excitet, & interroget, reſpondet quidem, ſed inconcinne ea verba profert, quæ ipſum delirare ſatis commonſtrant: quãuis admonitus, rogatuſq; vt exſpuat in manus, aut ſi quid aliud ipſi offeratur, ſtatim iubenti morẽ gerit, & ea ratione (quod mirum dictu eſt) à ſymptomate liberatur; verum quandoq; nihil præteriti recordatur. Cum igitur epilepſia non ſit, & varia ſint mala, quæ ad principales functiones cerebri, & ad motum ſenſumq; pertinẽt; videndum eſt, num hoc vitium ſit apoplexia, catochus, catalepſis, vel carus; aut num his aliqua in parte aſſimiletur, nec enim putandum, eſſe vertiginem. Apoplexiæ quidem mores non imitatur, quia motum & ſenſum tum temporis è toto non amittit. Nec ſimile eſt catocho, vel catalepſi, quia in his malis, etſi ægri vigilantis retineant figuram, nihilominus tamen omnis functio animalis conſopita eſt, quod in præſenti caſu nõ conſpicitur. Reliquum ergo eſt, vt vel carus ſit, vel illius formam referat. Carus non eſt; licet enim motus & ſenſus è toto non tollantur, & tum temporis ſomniculoſus, & clauſis oculis conſpiciatur; non tamen ſomnus ita profundus eſt, vt inſigni vociferatione egeat, ſi quis ipſum excitare velit, blande enim vocatus expergiſcitur, & obloquitur. Præterea quandoq; delirat, & ſymptomate ſuperato prę́teritorum eſt immemor. Quare ex his colligitur, quod magis formam referat cari, quam aliorum affectuum; ideoq; eſt quaſi via quædam in carũ. Hoc ergo vitium eſt ſymptoma in actione deprauata & ablata principalis functioni cerebri, & in diminuta facultate motrice, quæ ambæ impediuntur: illa propter errorem externum, hæc propter morbũ in via. Error externus eſt vapor pituitoſus, qui perfunditur per ſpiritus animales, ac per ſubſtantiã cerebri, à quibus perfecta functio deprimitur. Ideoque tunc temporis à vitio illorũ vaporũ cerebri ſubſtantia deuicta, inſigniter deprauatur. Quæret aliquis, ſi vapores cum ſpiritibus animalibus permiſcentur, quare non fiat vertigo? Reſponſio. Vaporũ tãta turba tum temporis

Rari caſus hiſtoria poſt epilepſiam.

Apoplexia.

Catochus.

Carus.

Cauſa huius affectus.

Dubitatio.

in cerebrum defertur, vt ſpiritus quaſi copioſis tenebris offundantur, ſuffocenturq́;, antequam illis anſa præbeatur, vt huc atque illuc poſſint peruagari, ſicut in vertigine cõtingit. Vnde mirandum quoq; non eſt, ſi ad neruos opticos nequaquam peruenientes, viſum rum auferant. Morbus autẽ in via ille eſt, qui motũ & ſenſum imminutos reddit, qui nil aliud eſt, quam ſemiobſtructio meatuum ventriculorum cerebri, quæ in cauſſa eſt, quo minus ſpiritus animalis ad ſpinalis medullæ initiũ poſſint penetrare. Cauſa obſtructionis eſt vapor humorq; pituitoſus frigidus, qui per cerebrũ effuſus, talia ſymptomata producit, & procul dubio pareret epilepſiam, quemadmodũ antea, ſi parientibus ventriculorum cerebri hæreret. Tunc enim facultas expultrix inſurget et ad expellendũ. Propterea mirum nõ eſt, ſi ſola expuitione ſanetur: Nam cum cerebro materia illa, & vapor inſigniter non adhæreant, ex illa agitatione facillime ad infundibulũ deſcendit, & pars poſt partem deriuata exſpuitur. Porro dum ſymptoma viget, memoria adeo vitiatur, vt deinde nihil præteriti quandoq; recordetur. Hæc ergo aboletur, vel quia ratione imaginationis vitiatæ, ipſi nõ offeruntur phantaſmata; vel quoniam humor ille, vaporq́; pituitoſus frigidus poſtremam cerebri partẽ obſidet, cui frigidam impertiens qualitatem, & memoriam lædit, & tunc temporis ſomnũ adauget. Porro hic humor vaporque pituitoſus in cerebro non generatur, ſed facilime ob imbecillitatẽ, ac humidam frigidam que dyſcraſiam ſuſcipitur, ab infernis partibus prodiens. Has autem partes, vẽtriculum ac pollicem dextrĩ pedis eſſe cenſemus. Ventriculus enim humorẽ pituitoſum procreat, labefactata facultate propter intemperiem humidam. Humiditati enim etiã iungitur frigiditas, id quod indicat difficilis inediæ tolerantia; ideoque hoc affectu tum temporis præcipue corripitur, quando ieiunum ſtomachum fames vrget, exugitque & conturbat, prauoſq; vapores & humores in cerebrũ expellit, & propter errorem externum, videlicet à nimia ventriculi, à cibo potuq; repletione. A dextro autem pede aura quædam per cõtinuatas partes in cerebrum efferri percipitur. Cuius generationis nulla alia eſt cauſa, quam intemperies quædã maligna & venefica qualitas, ex imbecillitate iñ pede contracta. In ea enim parte erodentia vlcera perpeſſus eſt. Hæc igitur mala oriuntur ab hac aura, & ab illis vaporibus & humoribus pituitoſis.

Memoria vitiata.

Scopi.

Indicationes.

Caput & ventriculus exſiccanda & corroboranda, materiæ pituitoſæ euacuandæ, vapores diſcutiendi, deriuandi, in cruribus intercipiendi, imbecillitas pedis à toto remonenda. Dignitatis vehementia nos non terret. Licet enim cerebrum affectum ſit, nihilominus humores & vapores illi non ita hærent in ea parte, vt epilepſiam, vel aliũ huiuſmodi affectũ periculoſum, vt antea, procreent. Nec eſt vehementia facultatis; nam animalis ſola afficitur, & leuiter, quia motus non eſt abolitus, ſed diminutus; & delirium illud paululum perdurat. Vehementia eſſentiæ non leuis eſt; aura enim frigidior humores ac vapores illi inſultantes, & intemperies illæ pedis & cerebri nõ parum faceſſent negotii. Quo ad chirurgiam. Cum corpus ſanguineum ſit, & adminiſtranda remedia calidiora, ſuademus, vt tempore veris, quæ curatio ineunda erit, vena communis ſecetur. Si malũ non ceſſabit, duo fonticuli in duobus cruribus erunt inurendi. Quo ad φαρμακείαν. Leniatur aluus mell. roſ. ſol. & manna. Præparentur humores cum ſyr. de beton. oxymelle, & mel. roſ. Purgentur rhab. agar. polypod. ſena. Iterum præparentur ſyrupis de cich. beton. cum decoct. beton. borrag. & cich. & purgentur pill. coch. & maſtich. Quibus peractis decoctum poteſt parari è china, ligno & ſalſa, & in vltima ebullitione, feruent cichor. borrag. & betonic. Hoc decocto per 40. dies vtatur. Vtatur etiam conſeru. beton. cum pulu. cranei hum. coriandroq;. Hyeme laudatur magnæ antidoti. Lixiuium paretur cum herbis exſiccantibus, beton. agar. quo abluatur caput. Paroxyſmi tempore conuenient ligaturæ ſupra genu adminiſtratæ. Victus ſit attenuans, & ſiccans, &c.

Fonticuli.

Purgatio.

Lixiuium.

In ſpaſmoſa digitorum manus, & pedum contractione, cum dolore brachiorum & tibiarum, maxime poſt cibum, magna debilitate corporis, itemq́; vertigine,

D. ABRAHAMI SEYLLERI

CONSILIVM XLVI.

CONQVERITVR iuuenis de leui quadam ſpaſmoſa digitorum manus & pedum contractione, cum dolore brachiorum & tibiarum, maxime poſt cibum, ac de magna laſſitudine, vel debilitate corporis, poſt quemcunq; motum, maxime ſi ſcalas aſcendat, & in balneis frequenter animo deficit. Item de vertigine, quæ ipſi ſæpius eſt moleſta. Hic fuit temperamento calidiori, habitu mediocri, colore faciei florido & bono. Ex quo apparet, id vitii à natura non fuiſſe contractum, ſed à cauſis aliis. Nunc omnia ſunt ſicciora, nec minus calida, neque tanto

tanta ineſt copia ſpirituum corpori, quanta prius. Vnde licet concludere cauſam omnium ſymptomatũ eſſe ſiccitatem,& paucitatem ſpirituum, & debilitatem neruorum. Licet motu & exercitio mediocri calor natiuus excitetur, & ſpiritus vigorentur ; id tamen ſolum in corpore ad amuſſim ſano contingere ſolet, in corpore debili minus. Idcirco non eſt mirum, ſi ex motu vehementiori ſpirituũ robore vlterius diſſipato, magna accedat laſſitudo, atq; debilitas, quæ aliquantiſper interdũ duret. Quod autem in balneis Laconicis & calidioribus frequenter animo deficiat, certum præbet indicium inopiæ & paucitatis ſpirituum, qui calore externo diſſoluuntur, & vertiginem cauſant. Sed quod poſt prandium & cœnam digiti extremorum leuiter contrahuntur, non facile cauſæ patent. Verum dubium non eſt, quod cum in omnibus etiam perfecte ſanis, plærumq; poſt paſtum calor cũ ſanguine & ſpiritibus colligatur ad ventriculũ, vnde extrema frigidiora apparent. (quod tamen malum ſignũ non omnino exiſtimatur) in hoc corpore eadẽ fiat tetractio caloris & ſpirituũ ad ventriculũ,& eo magis, quo ipſorũ copia minor, vnde partes corporis extremæ calore & ſpiritibus non ſolũ deſtituuntur & refrigerãtur, quod ſanis etiam contingit; ſed etiam quaſi conuelluntur ad principium ſuum; vnde & in extremis partibus debilibus per ſeſe, & diſtitutis ad tempus iis, quæ diximus, dolor aliquis oboriatur, neceſſe eſt. Cauſas conuulſionis ab Hippocrate proditas mitto, cum ex illis facile euinci poſſit. Igitur omnino ad ſiccitatem & paucitatem ſpirituum horum ſymptomatũ cauſam refero, quæ ſub inanitione comprehenditur. Vnde hoc corpori contigerit, diligentius inquirendum. Vtraque qualitas actiua, calida & frigida effectum hunc producere poteſt. Sed à frigiditate inducta ſpirituũ paucitas & ſiccitas, ſenum eſt propria & incurabilis, & dicitur maraſmus, vel ſenectus ante ætatem, cuius in hoc corpore indicia nulla. Relinquitur igitur à cauſa calida potius contigiſſe. Cauſæ calidæ vel internæ, vel externæ ſunt. Inter internas temperamentum cum habitu corporis refertur. Id ſi eſt calidius iuſto, præſertim caliditate acri fundata in ſubiecto ſicciori, omnino exiccabit magis magiſq; corpus. Tale autẽ corpus obtinebit ſpiritus quoq; non ſolum ad motum promptiores ; ſed etiam leui ex cauſa diſſipabiles. Nec eſt extemperamentis in ætate iuuenili imbecillius, id eſt, quod facilius diſſipari & debilitari poſſit, quam hoc ipſum, præſertim ſi tales humores quoq; in corpore abundauerint, nimirum, calidi & ſicci, hoc eſt, biliosi, & amari, vnde corpora pictochola inediam nõ ferunt. Paucitate enim ſpirituum laborant, & calor coniunctus illos magis magiſq; digerit & diſſipat. Quare cibis & alimentis egent vt conſeruẽtur, & in talibus vires nobis ſemper ſuſpectas eſſe debere, monuit Galenus. Ex quibus apparet talem ſiccitatem, vel ex naturali temperamento poſſe produci. Sed quia huius temperamentum non fuit adeo morboſum, vt per ſe, & ex ſua natura talem affectum produxiſſet. Ideo ſymptomata non ad hanc ſolam cauſam referenda, ſed potius ad cauſam aliquam externam. Externæ magis ex relatione ægri, quam ex aliis ſignis cognoſcuntur. Hic vſus eſt victus ratione aulis vſitata, & vino Vngarico & Auſtriaco, quæ certis in locis ex natura Soli, vel quacunque alia cauſa aliquid vitii in ſe contrahunt, vel pernitiem quandam, quæ neruis & corporis articulis valde eſt moleſta, ac non tam manifeſta caliditate & ſiccitate, qua non carent, quam etiam occulta quadam proprietate totum corpus debilitant, & quaſi eneruant, atq; extrema adeo affligunt, vt plures arthritici, reſoluti, & conuulſi vix reperiantur, quam illis in locis, aut apud nos etiam, qui vino illo immoderatius vtimur. Poſtquam enim frequentius & immoderatius vinis iſtis vſus eſt, cum prius quoque calidus & ſiccus eſſet, magis excalefieri & ſiccari vſu vini potuit, accedente neruis occulta illa pernicie, quam pleraque ex illis locis vina habent. Symptomatum horum curatio non eſt negligenda, neque differenda, cum ex primordiis generationis noſtræ ita comparati & conſtructi ſimus, vt naturali decurſu ætatum etiam frigidiores & ſicciores euadamus, calor atque ſpiritus magis magiſque diſſipentur, donec in extrema ætate, omnia illa euaneſcant, quod in cauſa eſt, quod fatum vltimum humana diligentia effugere nequeamus. Maxima ergo diligentia adhibenda, ne ex cauſis non naturalibus in corpore noſtro præter naturam exiſtentibus fatum acceleremus. De curatione in hac ætate non deſperandum, in qua eiuſmudi melius & facilius, quam in reliquis ætatibus corrigere poſſimus. Triplici ingenio & inſtrumento Medici vtuntur ad exſcindendas & remouendas affectuum præter naturam cauſas, nimirum diæta, pharmacia, & chirurgia. Venæ ſectio, quia exhaurit ſanguinem & multum ſpirituum, non eſt adhibenda, niſi in magna plethora, viribus tamen integris, aut morbo ſaltem grauatis & oppreſſis, non tamen reſolutis & extinctis. Tanta copia ſanguinis

Maraſmus.

Vina Vngarica & Auſtriaca vitioſa.

Prognoſticon.

Vena ſectio.

cum in hoc corpore non præſupponatur, & vires ob ſpirituum paucitatem ac promptam reſolutionem, animique defectionem in balneo, & motu corporis ſint ſuſpectæ, non eſt quod de illa admodum ſimus ſolliciti, niſi forſan ſectioni adſueuerit. In hoc enim caſu aliquid dandum eſt conſuetudini, vt & interdum neceſſitati. Sed parce facienda, ne maior ex reſolutione ſpirituum noxa, quam ex ſanguinis euentatione commodum ſubſequatur. Pharmacia ſeu euacuatio magna cum præmeditatione adhibenda. Licet ob caloris naturalis & ſpirituum aliquem defectum excrementa gigni, & in multis locis corporis congeri poſſint: tamen non ſunt vehementibus exturbanda atque euellenda. Omnia enim cathartica furtiora calidiſſima ſunt, & præterquam quod humores & ſpiritus agitant, habent quoque illud in ſeſe, vt neruos lædant, quod de Helleboro manifeſte pronunciauit Hippocrates. Fugienda igitur tum quia nimium mouent, & exagitant humores, & ſpiritus eoſque abſumunt, tum quia ex nimia inanitione, non ſecus ac ex nimia repletione conuulſio accidere poteſt. Sunt ergo neceſſitate poſtulante benigniſſima eligenda, quæ non tam totius ſubſtantiæ proprietate, quam manifeſta quoque lubrificandi facultate purgant, & fundata ſunt in ſubſtantia humidiori. Talia cenſentur Caſſia fiſtularis, manna Tamarindi. Conueniunt autem in forma potabili potius, quam ſolida.

Fortiora purgantia fugienda.

℞. Flor. borrag.
buglоſſ.
Violarum.
Cichor. an. p. ß.
Adiant.
Endiuiæ. an. p. j.
Paſſul. ℥ ij.
Iuiub.
Sebeſten. an. N. ij.
Sem. aniſi ℈ ß.
Fol. Senæ. ℥ ß.
Vini Rhenani q. ſ. Decoq. lento igne, & colentur.
℞. Colaturæ ℥ iij.
Rhabarb. opt. ℈ ij.
Squinanthi gr. iij.
Cinamom. ℈ j.
Macerentur, & calefacta colentur.
℞ Colaturæ ℥ ij. ß.
Syrup. Violac. ſolut. ℥ j.
Mannæ. El. ʒ vi. Miſce.

Victus ratio.

Diæta eſt adminiſtratio ſex rerum non naturalium, quibus in communi vita carere non poſſumus, ſed harum rerum obſeruatio requirit hominem liberum, qui ſibi viuat, & valetudini tuendæ intentus eſt, non occupationibus, neque peregrinationibus, neque aliis negotiis impediatur. Aer ſit temperatus, qualem æſtate vmbra, byeme pypocauſta præſtant. Cibus ſit boni ſucci, facilis coctionis, humectans, excrementis carens, præſertim iis, quæ neruos lædant. Oua tremula, & ius carnium atque caponum promptiſſime reficit ſpiritus, & minorem laborem calori in coquendo affert. Carnes animalium iuuenum facile coquuntur, & alimentum ſatis humidum corpori præſtant. Auicularum montanarum, licet ſint ſiccæ, tamen excrementitiæ minus ſunt, quod exerceantur, & ſibi viuant, quam quæ tanquam in carceribus ſaginantur. Piſces ſquammati dummodo ex aquis ſtagnantibus non ſint, ſed fluuiatiles, concedantur. Ex oleribus humectant borrago, bugloſſa, ſpinachia, lactuca, endiuia. Ideo cocta & butyro condita recenti, conceduntur. Cauendum ab omnibus, quæ difficulter coquuntur, vt fumo indurata, vel ſole exſiccata, & ſale condita. Humiditatem enim natiuam admittunt, & præterea, quod difficulter coquuntur, craſſos, adnuſtos, ſalſos, ſiccoſque humores producunt. Gallinæ domi incluſæ & ſaginatæ excrementitio humore cteduntur refertæ, præſertim annoſiotes. Et videmus gallos & capones tandem conttahi, & nodoſa quoque podagra laborare. Quare & tale alimentum ſuggerere corpori creduntur, & neruos ſpecifica vi lædunt, debilitant & contrahunt. Piſces ex ſtagnis & foſſis concluſis, vt & anſeres, anates, ſimili excrementitia humiditate prædita. Braſſicæ ſale conditæ integra amphora tantum ſanguinis non gignit, quantum vnum ouum. Ideo recte ab Auicenna dicitur, ouum tantum ſanguinis generare, quantum ponderet. Allia, cæpæ, quia caput petunt, & neruos tendant, vitentur. Quæ frigun-tur in ſartagine, ſiccius & difficilius alimentum præſtant. Acetum neruos lædit, quapropter immodicus eius vſus fugiendus. Aromatum vſus ſit moderatus, quia caput petunt, neruos tentant, & male afficiunt, & exſiccant, ſi immoderatius adhibentur.

Gallinarum & caponum ſaginatorum vſus neruo ledit.

Ouum tantum gignit ſanguinis, quantum ponderat.

De Potu.

Triticea cereuiſia nutrit quidem magis, ſed refrigerare dicitur, quod forſan minus habeat lupuli, excrementitio tamen humore non caret, nec hordacea commoda, præſertim quæ multum receperit lupuli, qui caput tentare, & neruos petere ſolet. Sed in talibus conſulenda conſuetudo, & ἀφορία

Vinum

Vioum prompte nutrit, & reficit ſpiritos. ſed moderate debet ſumi. Bene maturum & ſubdulee conceditur, nimis plenum caput grauat: terreſtria & calcaria neruos lædunt atque cootrahunt, quod aliquando & nimis cruda atque aquoſa quoque faciunt. Exercitia moderata vt omni tempore ſanitatis conueoiunt: ita immoderata hic omnino excluduntur. Satis exerceri poterit corpus deambulando leuiter, in reliquis petieulum eſt conſumptionis ſpirituum maioris. Aluus ſit laxa, aut humectetur brodiis paſſularum & prunorum, ioitio paſtus: Vigiliæ nimiæ valde exſiccant corpus, & multum ſpirituum diſſipant; ideo vitentur. Somnus econtra moderatus humectat, & ſpiritus conſumptos inſtaurat; ac coctionem promouet. Animi affectus concitatiores afficiunt corpus, ſpiritibus & calori nonnunquam ooxam non leuem inſerunt; ideo cauendi. Exeludendus mœror & triſtitia, & inſtituenda vita hilaris & tranquilla, cum hoc ad reparationem ſpirituum, illa ad eorundem conſomptionem plurimum obtineat momenti. De balneorum vſu hoc adiiciendum, quod laconica, id eſt, ſudatoria & calidiora non conueniaot, quod calefaciunt, exſiccant, & conſumunt. Balneis autem aquæ dulcis in labro nihil vtilius ad humectandum corpus, hac tamen cautione, vt illis noo niſi corpore mundo, aut tempore vernali & autumnali vtamur. Nam corpore exctementis referto, plus lotione excrementi ad locum affectum attraheretur. Cæterum danda eſt opera, vt calor natiuus & ſpiritus foueantur, augeantur, humectentur, & corroborentur, quæ ſpecifica virtute id præſtant:

Tragea ad promouendam coctionem, robur capitis & neruorum, & gignendos ſpiritus.

℞. Manus Chriſti perlat.
Manus Chriſti aotalat.
an. ℥ j.
Sacchar. roſat. Tabul. ℥ ij.
Carnis Cydonior. vt teri poſſit, ʒ j. ß.
Sem. Coriand. ʒ j.
Anis.
fœnicul.
Liquiritiæ an. ʒ ß.
Santal. alb.
Citrio. an. ℈ ij.
Agalloch. ℈ j.
Corall. vtriuſq;
Margarit. an. ℈ ß.
Cinam. ʒ j. ß. Miſce.

A paſtu capitur, quantum groſſo capi poteſt, nihil poſtea ſuperbibeodum, ſingulis etiam ſeptimanis ante ſomnum cum offa capi poteſt.

Rotulæ, quibus mane vtendum ante paſtum.

℞. Diatrion. Santal. ʒ j. — *Rotulæ ante paſtum.*
Diarrhod.
Aromatic. roſat. an. ʒ ß.
Santali citrin. ℈ j.
albi. ℈ ß.
Agallochi.
Liquirit.
Sem. aniſi an. g̃. vij.
Cinamom. ʒ ß.
Margarit. ℈ j.
Corall. vtriuſq; ℈ ß.
Sacch. albi ſucco roſar. diſſol. ℥ iiij.
Miſce, fiant rotulæ.

Rotularum loco poſſunt etiam ſumi morſuli ſeq.

℞. Sem. frigid. omnium an ʒ j.
Amygd dulc. ou. xv.

Inſundantur io aq. roſar. feruente per horam, poſtea incidantur, & add.

Spec. Diatrion ſantal. ʒ j.
Diarrhod. ʒ ß.
Santal citrin. ℈ j.
Succi liquirit. ʒ ß.
Conſeru. violar. ʒ vj.
Moſchi g̃ j. ß.
Cinamom. groſſi. ʒ j. ß.
Agallochi ℈ j.

Sacch. in aq. roſar. diſſolu. ℔. j. f. confect. in morſulis. Vel ſumatur de Electuario ſubſcripto inſtar auellanæ, bis in ſeptimana.

℞. Conſer. roſar. ℥ j. — *Electuarium.*
violar.
borrag.
bugloſſ. an. ʒ vj.
Cortic. citri. ʒ x.
Nucis moſchat. ℥ j.
Spec. diatrion ſantal. ʒ j. ß.
Moſchi g̃. j.
Syrup. roſati q. ſ. f. Electuarium.

In vertigine, per conſenſum à ventriculo, pro quodam Nobili viro,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM XLVII.

SIMPLICITER admonitus ſum Nobiliſſimum virum laborare vertigine. Fit autem ea, vel per ſe affecto cerebro, ita vt agitatis in eo vaporibus obuia oculis agitari videantur; vel per conſenſum, videlicet vaporibus in cerebrum aſcendentibus à partibus ſubiectis capiti, maxime vero vẽtriculo.

Cum per ſe accidit, Medici eſt caput curare. Cum per conſenſum ad eam partem curationem conuertere, à qua conſenſus oritur. Curationem etiam aliam requirit ſimplex vertigo, aliam tenebroſa, vt appellant, quæ Græcis σκοτόδινος dicitur, & prænuntia apoplexiæ exiſtimatur; ea verò caliginem quandam ſpiritibus & vaporibus affert in cerebro, & aciem oculorū hebetat. Quantum ego exiſtimare poſſum, vertiginoſa illa diſpoſitio in Nobili domino eſt per conſenſum à ventriculo. Itaque is præcipue curandus. Non neglecto tamen capite atque cerebro. Quare habita recta victus ratione, quæ ſimpliciſſima eſſe debet, euacuandus erit ventriculus, hoc modo:

℞. Maſſæ pilul. maſtic ℈ iiij.
Agaric. troch. recent. ʒ ß.
Cum ſyrupo de Zingibere q. ſ. f. pillulæ, n. xxvij.

Accipiat nouem, hora vna ante cibum. Euacuato corpore vtatur iſto Electuario:

℞. Macis ℥ ß. maceretur in aceto per noctem, & incidatur tenuiſſime, ac commiſceatur con ſer. euphraſiæ ℥ j. ß.

De quo mane ſumat ad magnitudinem caſtaneæ. Maſticet ſæpe ſemen carui, eoq; frequenter vtatur in cibo, vino, aut quod bibit, imponat folia cardui benedicti. Hæc ipſe æger monete & dictare potui. Vbi certiora de valetudine Nobiliſſimi domini cognouero, modo valeã, & viuam, quid vis potius, quam ſummum gratificandi ſtudium in me deſiderari patiar.

In paralyſi,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM XLVIII.

QVANTVM ex his, quæ mihi perſcripta ſunt, intelligo, morbus cerebri in neruorum eſt terminatus. Itaque etſi diligens ratio adhibenda ſit, ne cerebrum vllo modo amplius obſtruatur: tamen nunc ad neruos reſpiciendum. Quæ vero pars ſit reſoluta, non poſſum intelligere. Itaque definire, cui parti ſint applicanda remedia, non poſſum. Quod ad euacuationes attinet, non dubito, quin excellentiſſimi Medici in officio fuerint, & præcepti Auicennæ meminerint, qui efficacem materiam medicamenti purgantis in hac affectione præſcribit. *Purgans validius.* De miſſione ſanguinis nihil intelligo, neque ſcribere debeo. *Cucurbitulæ.* Sed ſi cucurbitulæ non ſunt adhibitæ, magnum præſidium eſt neglectum. Velim autem ex vtraque parte ſpinæ dorſi adhiberi. Ac ſi materia multa, quæ ſenſibiliter euacuent, id eſt, cum ſcarificatione. Si pauca, quæ inſenſibiliter, id eſt, abſque ſcarificatione. Atterantia materiam, & roborantia intelligo eſſe adhibita. Nam de antidoto mithridatica cum caſtoreo perſcribitur; commendat inprimis in hac affectione Aetius caſtoreum, ſed doſis, quam ad vnciam mediam extendit, nimis eſt magna. Diligenter autem videndum, ne dum roborare volumus, caput pergrauemus. Tuta eſt conſerua chamæpityos, acori, anthos, meliſſæ. Localia ad ſpinam dorſi multa poſſunt applicari verum inunctio cum axungia taxi, & oleo nucis muſcatæ rectiſſima eſt. Adhibetur deinde emplaſtrum ad ſpinam dorſi ex puluere galangæ, calami aromatici, pulu. lumbricorum miſtis, & ad lentum ignem inſpiſſatis cum melle. Victus rationem, quæ præcipua pars curationis eſt, non dubito, quin Medici præſcripſerint. Ego doctiſſimos Medicos nihil monere debeo. Negligere tamen eos vſum granorum pini, præſertim in panatellis, nolim. *Grana Pini commend. in paralyſi.* In potu autem mulſam, vel cum ſaluia, vel roriſmarino, vehementer probo. Si caput iſtis herbis pergrauatur, anſerina plurimum commendatur. *Anſerina.* Aquam deſtillatam caponum remouendam cenſeo. Plura, cum iam quatuordecim dies præterierint, ſcribere non debeo. Hæc autem vt ſcriberem amore potius, quam quod neceſſe putarem, adductus ſum.

In paralyſi,

D. Abrahami Seylleri

CONSILIVM XLIX.

PRODERVNT Thermæ Hirſchbergenſes, corpore Pillulis ſequentibus prius purgato:

℞. M. Pill. de Sarcocolla. *Pilulæ.*
Aureatum.
Cochiarum an. ℈ j.
Cum aqua Betonicæ. f. Pill. n. xvij.

Si aluus, dum vtitur balneo, ſit adſtricta, ſequens Electuarium quantitate Caſtaneæ, horis tribus ante cibum aſſumatur.

℞. Caricarum pinguium per ſetaceum
transmiſſarum ℥ iiij. *Electuarium.*
Sem. Carthami excort. ℥ j.
Specier. Diaphœnic. ℥ ß.
Caryophyll. ʒ ij.
Cum ſyrup. roſato laxat. fiat Electuarium.

Ad corroborationem viſcerum & artuum 4. ſequent. rotul. 2. horis ante prandium commedantur, &c.

℞. Specier. roſatæ nouellæ aromat. roſ. *Rotulæ.*
an. ʒ ij. ß.

Sem.

Sem. pæoniæ. ℈ iij. ß.
Sacchari fini. Aq. Meliſſæ diſſoluti q. ſ. f. confectio in Rotulis.

Ceruix & articuli brachiorum quotidie calide inungantur ſequenti vnguento:

Vnguentū.

℞. Vng. Martiati.
Arego. an. ℥ j.
Ol. Vulpini.
De Piperibus.
De Euphorbio, an. ℥ ß.
Pingued. leporis ℥ j.
Vini Maluatici ℥ ij.

Miſce & coque ad vini conſumptionem, ac fiat Vnguentum.

In paralyſi, pro Illuſtriſſimo quodam Principe.

CONSILIVM L.

ILLVSTRISSIME ac Reuerendiſſime Domine: Cum nuper à me maiorem in modum contendiſſes, vt quicquid ad Celſitudinem tuam grauiſſimo morbo leuandam, priſtinæq; valetudini reſtituendā pertinere videretur, vndecunq; diligentiſſime colligerem, feci equidem, quod breuiſſimi temporis ſpatio licuit, tāto ſtudio atq; amore, quantum Principi optimo deuotiſſimus ac deditiſſimus Clientulus proprie debet. Suæ igitur Celſitudinis inualetudo, quod quidem ex te potui intelligere, Paralyſis omnino eſſe videtur; Neruorum ſcilicet reſolutio, cum nerui ipſi motu prorſus aut ſenſu carent. Cum vero motu pariter & ſenſu priuantur, vehemens ea Paralyſis dici conſueuit: Leuis autem cum motu tantum. Nec enim ſenſus tanta vi eget, quantam motus ipſe deſiderat. Itaque Paralyſin dixeris vbi motus tantum abſit. Sin autem & ſenſus amittitur, ea grauis ac vehemens eſt paralyſis. Auicenna quidem ſcribit, Paralyſin ſimpliciter eſſe mollificationem quandam proprie, aut mollificationem dimidiati corporis in longum. Hęc vero medietas duplex eſt, vel cum a vertice ad pedes vſque corpus dimetiris, vel cum à nucha ad cor, dein pedes corpus ipſum ſpectas, ſic tamen vt nulla oris pars affecta eſſe videatur. Vtroque vero modo Paralyſis dici poteſt vniuerſalis, quando è practicis cuidam vniuerſalem primi modi appellare licuit. Quam tamen alius ſecundi modi vniuerſalem dixit. Sed vniuerſalis dicitur non quo totum, ſed quo medium corpus occupat. Quemadmodum particularis etiam Paralyſis dicitur, quoties eadem hæc relaxatio partem aliquam tantum corporis occupauit: veluti linguam, ventriculum, inteſtina, veſicam, matricem, pedes.

Medietas corporis duplex.

1. Vniuerſalis.
2. Particularis paralyſis.

Suæ igitur Sereniſſime Celſitudinis morbus Paralyſis vniuerſalis primi modi cenſeri debet, quando partem dextram vniuerſam relaxauit, & ad omnem motum prorſus impediit, deinde etiam oris alteram partem, maxime vero linguā ipſam occupauit, quo factum eſt, vt parum admodum vel omnino nihil, vt intelligo, loqui poſſit. An vero ſenſu ipſe plane obtorpuerit, id non potui ſatis intelligere, nec mihi quidem fit veriſimile. Tanti enim, tamque diuturni mali, natura ipſa prorſus impatiens fuiſſet. Huius vero cauſa Paralyſis Cerebrum ipſum exiſtimandum eſt, ſiue quæ dicitur nucha & ſpinalis medulla, non quidem ſimpliciter, ſed quatenus frigido atque humido redundant humore, qui motiuis & ſenſitiuis ſpiritibus vias obſtruit, quo minus ad membra ipſa peruenire, ac permeare poſſint. Quocunque enim humor ille influxerit atque incubuerit, partem illam, ſiue dextram, ſiue ſiniſtram obſtruendis viis ac meatibus, cerebrique concauitatibus, latus illud omne tum oris, tum corporis relaxatum reddit atque inutile. Inde enim nerui per vniuerſam faciem diſperguntur, inde nerui omnes totius corporis pendent atque originem trahunt, quibus quidem neruis ſuas vires per vniuerſum corpus late diffundit, itaque dimidium corporis relaxatum langueſcit. Quod ſi humor ille cerebri partem vtranque occupaſſet, tum vero ea dicenda fuiſſet Apoplexia, quę, vt ait Galenus, totius corporis eſt quædam paralyſis. Sin autem hic humor vniuerſam Nucham obſederit, tum quidem totius corporis neceſſario ſequitur reſolutio, exceptis tantum ipſius oris partibus. Quod ſi Nuchæ ipſius pars tantum altera, qua patet in longum, eodem humore abundarit, tum certe pars altera ſiue dextra ſiue ſiniſtra corporis Nucha deorſum verſus relaxatur, pro alterutrius partis Nuchæ ipſius læſione. Sin autem hic idem humor partem aliquam medullæ ſpinalis ſub Nucha occupat, relaxantur ea omnia membra, quæ vires & facultates ſuas inde accipiebant. Deinde vero malus idem humor, ſi non in ſpinalem medullam, ſed in aliquem è neruis ſe fuderit membrum ipſum, quod ab eiuſmodi neruo vim facultatemque recipiebat, languidum redditur. Neque vero humor hic idem frigidus atque humidus Cerebrum tantum, Nucham & ſpinalem medullam ſolet occupare, ſed nonnunquam etiam (vt ſcribit Auicenna) ad caua neruorum loca defluit, vbi vel neruorum capita ipſa, vel ramos obſidet, ac permeantem ſpiritum intercludit. Quanquam autem

Cauſa.

Digitized by Google

Paralyſis cauſæ:
1. Frequentior.

humor hic idem frigidus atque humidus Galeno, Auicennæ, cæteriſque authoribus Paralyſin ipſam plerunque efficiat, nihilominus tamen cum cæteris humoribus puta ſanguine, Melancholia, bile nonnunquam coniurat. Etſi vero paralyſis ipſa (vt tradit Auicenna) perſæpe fit ſpiritus influentis retentione, ſine ea retentio aut obſtructione meatuum, aut eiuſdem humoris abundantia, aut apoſtemate, aut continui reſolutione accidat; Aliam tamen idem cauſam adfert, videlicet, prauam membrorum affectionem, quæ influentibus eò ſpiritibus, ad accipiendum apta non ſint. Hæc vero praua membrorum affectio intemperies quædam eſt frigida, nonnũquam humida, interdum ſicca, interdum calida; perraro tamen calida peccat intemperies, vt non niſi nimia ſit, id poſſit efficere. Omnis enim excellens qualitas vſum propriæ virtutis corrumpit. Quidam vero ex noſtris aliam ad has cauſam adiungit, exiguum videlicet ſpiritum, ſiue is craſſus ac denſus, ſiue praua qualitate, aut nota, aut occulta, ſit affectus, quo fit, vt ſenſum ac motum parti ipſi accommodare non poſſit.

2. Rarior.

Quia vero Sua Sereniſſima Celſitudo exquiſitiſſimis epulis aſſueuit, ac Veneris vſum non vſquequaque intermiſit, tum vita ipſa delitiis affluente, & ætate eſt iam ingraueſcente, & cœlo vſa eſt frigidu atque humido, adducor vt credam huius cauſam relaxationis, quæ totam dexteram partem occupauit, ac linguam impedit, ſpirituum ipſorum fuiſſe retentionem, quam humoris frigidi atque humidi redundantia, admixtis etiam, ſanguine & bile nimirum effecerit.

Prognoſticon.

Medici, qui modo aliquid hac ipſa de re conſcripſerunt, in eo omnes plane conſentiunt, difficilem eſſe eiuſmodi curationem, præſertim cum ea pars, quæ ſana eſt, calore abundat, quæ vero infirma, frigidiſſima eſt, quod haud ſatis ſcio, an hic quoq; acciderit. Quamuis autem recentiores nonnulli ſcribant, Paralyſin in ſenibus quidem fere nunquam tolli poſſe, cumq; eiuſmodi relaxationes fuerint plus quam annuæ, plerumque non eſſe curabiles; Auicenna tamen ſcribit: Membrum languens ſi quidem colorem nõ amiſerit, aut exilis etiam factum ſit, non eſſe deſperandam valetudinem. Quamobrem ſi ſe ita res habet, de curatione poſſe agi crediderim, ac de valetudine bene etiam ſperandum puto. Namq; etſi remedia ineunte vere efficaciora & potentiora eſſe ſolent, quam per autumnum; grauiſſimis tamen morbis cum neceſſitas poſtulat, pro temporum atq; ægroti ipſius ratione ſunt adhibenda. Ac quoniam quoduis morbi genus remediis debet curari contrariis, eiuſmodi contraria ex ægri ipſius viribus regenda ac moderanda ſunt. Neceſſe eſt potentibus remediis aperire, euacuare, ſiccare, calefacere. Quæ in efficientibus cauſis reperiuntur, diuiſa trifariam ſunt: in ſex res non naturales, Medicamentorum adminiſtrationem, ac manuum ipſarum operam.

Paralyſis in ſenibus quandoq; curatur.

Diæta.

Ipſa victus ratio omnis, quod ad rem præſentem attinet, ad caliditatem atque ſiccitatem tendat neceſſe eſt, quare aëris temperies eiuſmodi eſſe debet, quæ ſi eiuſmodi ſemper non eſt, noſtro præſertim hoc cœlo, quod per hyemem vbiq; ſupra modum frigidum & humidum eſt, quærenda eiuſmodi temperies, vbi minus eiuſmodi qualitates aduerſentur, vbi non magni montes, non paludes, nec paludum propinquitas. Corrigi poteſt ignibus aridorum lignorũ accenſis, tum etiam pellitis veſtibus, & vitandis exhalationibus, locisque nimium apertis. Adhiberi etiã poteſt eiuſmodi correctio, ſi domi atque intra priuatos parietes fragret ſicca Maiurana, Stœchas, Laurus, Thymas, Rutha, Origanum, Hyſſopus, & eiuſmodi alia. Sunt qui commendent ſuffitus muſci, ambræ, & ligni aloes. Ægineta præcipit, vt ægrotus ad maritima loca deferatur; Etſi Auicenna ſcribit, humidas exhalationes in ipſo cœlo è mari proximo excitari. Credo ego alterum magis extimuiſſe frigiditatis malum, quam humiditatis. Etenim frigus neruorum rigorem ſolet efficere. Eſt enim neruis, cerebro, & ſpinali medullæ vehementer aduerſum. Quamobrem mihi ſane probatur Pauli ſententia: Cœlum enim ipſum maritimum ex calido & frigido (vt ait Auicenna) temperatum eſt. Cibus ſit ipſe modicus, modicus item potus. Auicenna abſtinentiam à potu & cibo laudat, atque omnes quidem Medici vinum improbant, & vtendum aqua mellita ſuadent, cui ego nonnihil etiam cinamomi addendum puto, quæ quo ſit gratior, vtque rubentis vini ſuauem illum colorem referat, tingi nonnihil poteſt vino dulcium granatorum. Panis ſit ipſe lectiſſimus, probe coctus, probe fermentatus, ac nonnunquam etiam bis coctus. Carnes plerumque ſint aſſæ, laudari ſolent galli gallinacei, qui nondum gallinas inierint, & aues præterea, quas montanas vocant, quæ pipere, cinamomo, & eiuſmodi rebus aliis apte condiantur. Oua quoq; pipere & cinamomo cundiantur, modo ne nimis cocta ſint, quorũ vitelli tantum ſumantur. Lac, piſces, caſeus,

Aerem frigidum & humidum corrigentia.

Mulſa in paralyſi.

caſeus, legumina, acria, fructus deniq; improbantur. Pineatum fructus moderatè ſi ſumantur in ſecundis menſis, laudari ſolent, proprieq; paralyticis proſunt. Condimentum ſiue intinctum, quod vulgo ſalſa dicitur, è ſalua, mentha, ſerpillo, pipere, cinamomo, & caryophyllis, vino granatorum temperatum commixtumque etiam probatur, ſomnus ſit nocturnus, non diurnus, nec ſtatim à cibo capiatur. Aluus quotidie excernatur: ſin autem natura repugnet, parentur clyſteres ex decocto ficus aridæ, centaureæ minoris florem retinentis ſumma, non eius, vt aliis placet, radicis, anethi, fœniculi, betæ, additis vncia hieræ picræ, olei anethini, oui vitello & ſale. Venus eſt ipſi inimiciſſima.

Pinea propria paralyticis proſunt.

Motus calefacit & attenuat, quare geſtari ferrique poteſt, quocunque modo velit. Profuerit vehiculo etiam, aut lectica nonnunquam vti. Recens quidam ſcriptor vehementem iracundiam ægroto ſalutem aliquando attuliſſe ſcribit, quod de Tito Veſpaſiani filio, memoriæ proditum eſt. Valde nocet nimirum grauis & attenta cogitatio, animiq; triſtitia.

Ira in paralyſi prodeſt.

Ipſa vero medicamentorum adminiſtratio omnino eò ſpectare debet (vt ſcribit Ægineta,) vt euacuet, quod ipſum (Autore Auicenna) aliter fieri debet in curationis initio, aliter in progreſſu. Namque primum vſque ad decimum & quartum diem elyſteribus vtendum, & remediis quidem facilibus: Licet vnus è recentibus medicis vehementer accuſet eos, qui in frigidis concoctionem expectant, quod in ea expectatione ægrotus vtique perierit. Deinceps vero medicamentis vtendum eſt efficacioribus. Nunc autem quod ad rem præſentem attinet, vt mihi quidem videtur annus eſt iam tertius ſiue quartus morbi ipſius, quare ad rem maxime facere videntur efficacia remedia, & quidem ſæpius repetita, quo nimirum humores ipſi concoquantur ſæpe, ac ſæpe etiam euacuentur, ſiue medicamentis, ſiue etiam vomitu. Poſt duas tresve purgationes, quarum quæque quindecim plus minus diebus, vt ex re eſſe videbitur, durauerit, adhibeantur deinceps quindecim, ſiue viginti, aut quadraginta etiam diebus, vt iis qui aderunt peritiſſimis Medicis videbitur, iuuantia, ac cerebro proficientia; Tum quæ præterea ſudorem prouocent, quod eſt vel vnum in hoc morbi genere, (vt ſcribit Ægineta) maximum remedium. Hæc vero omnia non ſolum ore ſumantur, cuiuſmodi ſunt electuaria, pillulæ, potiones, pulueres, ac ſimilia. Sed extrinſecus etiam adhibeantur remedia quædam, qualia ſunt emplaſtra, aquæ artificiales, ſtufę, maſticatoria, gargariſmi, ſpongiæ infuſæ ſacculi, vnguenta, ſternutatoria, odoramẽta, deſtillationes è naſo, & huiuſmodi alia. Vtendum etiam manuum opera, frictionibus, ligaturis, cucurbitulis, veſicatoriis, capitis raſuris, cauteriis. Nanque ſanguinis miſſio ſi vnquam alias maxime in principio adhiberi debet, vt ſuo poſtea loco dicam. Nec vero improbo, quod recens author ſcripſit, oportere in longis morbis dari ægroto dies ad interquieſcendum decem, pro iudicio, atq; eorum, qui aderunt, ſententia.

Paradoxon cuiuſdam in frigidis concoctionem non expectandam.

Sudorifera in paralyſi ſalutaria.

Exercitia.

Thermæ.

Quieſcendũ interdum à remediis in chronicis.

Quod ſi peractis omnibus euacuationibus ac rebus etiam fouentibus ægrotus tamen nihil proficit, repetenda ſunt eadem omnia concoctiones, euacuationes, & leuantia ſiue confortantia, aut inuentantur etiam alia. Ac poſtremo diu vtendum ſiccis balneis, vel naturalibus ſulfureis, aluminoſis & nitroſis. Ad digerendum pertinet ſyrupus è ſtæchade oxymel ſcilliticum, oxymel compoſitum, ac ſimilia, Decocta vero ſyruporum ſint:

Digerentia.

E ſaluia,
Ruta,
Chamæpityde,
Herba paralyſis,
Bellide,
Hyſſopo,
Thymo,
Origano,
Pyrethro,
Carduo ſancto,
Betonica,
Aſarina,
Vite nigra,
Bugloſſo,
Radice Imperatoria, ac cæteris eiuſmodi.

Euacuando aptæ ſunt pillulæ Euphorbii, Pillulæ fœtidæ maiores, pillulæ Hermetis cum trochiſcis è colocynthide, ac ſimilibus. Vomitus prouocari poteſt vnciis iiij. decocti ſeminis Raphani, additis vnciis tribus Oxymellis ſimplicis. Reddi etiam poteſt hoc ipſum efficacius hoc ſane modo. Perforetur Raphanus, in cuius foraminibus inſerantur fruſtell. Ellebori albi, ac ſic ſub terra defoſſus lateat dies aliquot, deinde abiiciatur Helleborus, lauetur, contundatur, ac de ſucco ſumat ægrotus. Confortando conducit Theriaca & Mythridatium, nec ſupra drachmam tamen, exhiberi poſſunt quotidie ſemel: ſed diuerſis horis & quidem caute.

Euacuãtia.

Confortantia.

Præberi etiam poteſt Sagapenum ſiue Opoponacum, ſiue aſa fœtida. Nonnulli paralyſim medicati ſunt, exhibendo aureo

Hiera in paralyſi ſancita.

hieræ addito etiam piperis aureo. Alii ſingulis noctibus exhibendo aureo caſtorei, ac piperis etiam aureo. Sunt qui per idem tempus drachmas binas confectionis Anacardinæ præbeant, quæ ſudorem ſubito prouocat, febremque adducit: quod ideo poſui, quod à doctiſſimis viris ſcriptum reperio, & quidem expertis, quod mihi tamen non admodum probatur. Vnus è recentioribus Medicis electuarium, quod iam ſubiiciam, magnopere probat, ſi quidem ſumatur ad ſemunciam ter in die, hoc eſt, horis tribus ante prādium, duabus ante cœnam, & cum dormitum ierit.

Confectio Anacardina.

Electuariũ cuiuſdam ſenis Medici.

℞. Cerebri leporini recentis frixi in ſartagine ℔.j.
Succi Saluiæ.
Radicis Acori an. ʒ iij.
Cinamomi.
Caryophyllorum.
Piperis an. ʒ ß.
Terebinthi loti aqua è chamæpitYde ℥ iij.

Saccari aqua è chamæpityde liquefacti q.ſ. fiat electuarium.

Quod quidem ſcripſi, non quia probem, ſed ne videar aliquid omiſiſſe, quod ab homine experiente, ac nonaginta quinq; iam annos nato, ſcriptum reperi. Vnus è practicis poſt enacuationes ſecurius quidem ſtufas ſiccas adhibendas ſuadet, poſt quas Theriacam dari iubet, idq; compluribus diebus. Alius quod mihi quidem maxime ad rem facere videtur, conſulit, vt à ſtufa exeunti collum fricetur, nec non ſpinalis medulla, vel Iridis radice recenti atq; inciſa, vel cæpa lilii donec pars ea fricando rubeſcat, deinde vero longa ſpongia foueatur, quatenus ſpina ipſa in longum patet. Spongia vero in decoctum quod ſequitur, infundatur:

Frictio & fotus.

℞. Flor. Chamomillæ.
Iuæ.
Saluiæ.
Stœchados.
Maioranæ.
Herbæ paralyſis.
Calamenti primi an. ℔.v.
Vini albi ſubtiliſſ. ℔.iiij.
Aceti acerrimi ℔.j.

Bulliant; quæ ſane fomentatio bis in die fieri poteſt, pro ægrotantis viribus. Stufa vero ſicca ex ſimilibus rebus fiat. Item, è ſimilibus rebus admoueri poſſunt ſacculi pro medullæ ſpinalis longitudine. Poſt ſpinæ fomentationem inungatur eadem ſpina vnguento, quod ſequitur:

Vnguentũ pro ſpina.

℞. Olei Euphorbii.
Piperis.
Olei vulpini an. ℥ j.
Maſticis.
Sauinæ.
Nucis cupreſſinæ an. ʒ j.

Ceræ q.ſ. Quo quidem vnguento læſæ partes inungi poſſunt. Eundem vſum haber vnguentum, quod ſubiicimus, ab aliis laudatum:

Aliud vnguentum.

℞. Sagapeni.
Opopanacis.
Bdellii.
Euphorbii.
Maſticis an. ʒ v.
Olei Terebinthini.
Laurini an. ℥ ij.

Gummi vino diſſoluatur, & f. vnguentum.

Et ſi enim Galenus cæterique Medici ſcribunt, remedia læſis partibus non eſſe admouenda: ſed eo vnde oriuntur nerui: mihi tamen videtur ſic illud accipiendum, vt eo præcipue adhibeantur remedia, quæ neruorũ origini adhibentur. Sed iidem non negant, non nullius eſſe vtilitatis, ſi læſis etiam membris applicentur, præcipue vero cum peccantes humores late ſeſe fuderunt, atque in concaua neruorum influxerunt: Itaque eos reſoluere oportet. Medici autem poſt euacuationes relaxatis membris remedia etiam ſolent adhibere. Namque in apoplexia, quæ Paralyſis dicitur vniuerſalis, odoratiſſimo oleo totum corpus perungi ſolet.

Originĩ neruorum & læſis membris topica adhibenda.

Emplaſtra præterea vtilia ſunt, quæ ſummam ſpinam rubefaciunt. Commendari ſolet emplaſtrum è radicibus lilii cum melle, cui addi poteſt ſinapis, caſtoreum, euphorbium, pyrethrum, piper. Quod quidem ipſum hoc, vel illo modo interdum mutari poteſt. Ad eundem modum adhiberi poteſt oleum vulpinum, ſiue coſtinum, ſiue Nardinum, admixto pipere, Euphorbio, caſtoreo, pirethro. In quo genere multi probant aquam vitæ, quæ fit è vino generoſiſſimo, qua ſpinalis medulla & pars ipſa læſa fricetur. Aliis probatur vnctio viperæ, qua ego quidem plurimum fido, ſi tamen fiat hoc ſane modo: Viperæ caput & cauda ſimul amputentur, quæ mox in ollam variè pertuſam mittatur. Olla vero ipſa in aliam ollam integram inſeratur, quæ luto circumquaque obducta, ita accurate conregatur, nihil vt exhalet inde. Moxque in vas æneum aqua plenum indatur, deinde tribus horis bulliat. Vnguentum, quod inde in integram ollam ſtillat, ad ſanandam Paralyſin valet, ſi eo & ſpina, & relaxatæ partes inungantur.

Rubifica.

Aqua vitæ.

Vnctio viperæ.

Laudari ſolet viperæ decoctum ore ſumptum. Item, Decoctum galli veteris: hoc

Decocta viperæ. Item galli.

vero

vero humanius eſt, vtut ſit licet illud alterum efficacius putetur, mihi tamen nec probatum, nec experimento notum.

Embrocha è decocto vulpis.

Probari etiam illud ſolet, ſi decocto è vulpe ægrotus ipſe embrochetur, quæ coquatur, dum oſſa ipſa erumpant. Nec inutile fortaſſe fuerit, ſi vulpes ipſa præſtantiſſimo vino incoquatur. Embrochari in primis poteſt pars poſterior, namque in neruorum morbis potiſſimum illud eſt, vt cerebri ipſius parti poſteriori medeamur, tum ipſa quoque anterior.

Balneum.

Profuerit etiam balneum ex decocto vulpis, cui addantur ſal & anetum, cuiuſmodi ſane remedium mihi non improbatur; ſed tamen haud ſatis ſcio, cur fieri tantum debeat tribus in principio menſis diebus, ac tribus item diebus in fine, cum cęteri etiam dies non videantur excludendi. Quin & ſudoris prouocatio, quemadmodum ſupra poſui, magno eſſe vſui videtur. Prouocari autem ſudor poteſt ſtufis, quæ ſiccandi vim habeant.

Sudandi ratio.

Eſt autem vna ſudandi ratio hæc; Ægrotus ingrediatur in dolium, ſiue tinam probe contectam vndique tamen capite extante, quo etiam propius admoueatur, vt commodum videbitur, vas aliquod, vbi vulpes cum herbis ſimul idoneis bulliant; Vnde fumus ipſe quaſi quodam canali in tinam ipſam ſeſe inſinuet.

Syrupi S. Ambroſii. excellentia.

Mirum vero illud, nõnullos è practicis noſtris ſyrupi illius, qui Sancti Ambroſii dici ſolet, amatores, hac ipſa in re illum tamen non adhibuiſſe, quippe qui neruos atque vniuerſum corpus, magna vi, largoque ſudore, peccantibus leuat humoribus. Hunc ego multis ſæpe exhibui, vbi videlicet, nec quæ dicitur ſalſa patilla, neque china, neque lignum ſanctum ſudorem vllo modo prouocare potuerint: Hoc vero vno remedio tam large ſudarunt plane, vt conualuerint. Quod mihi quidem accidit, qui Prælato cuidam huius Romanæ Curiæ, viginti quinque dies, bis in die, ſalſam patillam cum exhibuiſſem, nec alio quouis modo ſudorem elicere poſſem, hoc demum ſyrupo tantum ſudoris emanauit, malum vt omne euanuerit. Idque ipſum in curandis aliis mihi quoque fœliciter accidit.

Sumatur igitur milium, quod probe purgatum ac decorticatum, primo videlicet inuolucro depoſito, deinde in olla, in qua ſit aquæ, quantum ſufficit, bulliat, quoad coquendo tumeſcat & crepet. Vnde poſt ſeptem, octove vnciæ eiuſmodi decocti ſumantur, quæ tribus quatuorve vnciis vini grçci miſceantur, quam potionem calidam quidem totam ſumat ægrotus in aurora, mox probe vndique tegatur, ac ſudorem expectet, idque octo decemve, aut an pl us etiam diebus, ſi res poſtulabit, frequentetur. Hic vero minime repudiandum vinum, quantumuis illud ſupra damnarim, ſine quo ſcilicet parum ſudoris elici ſolet, quemadmodum re ipſa comperi.

Decoctum ſalſa. china, & guaiaci.

Quod ſi ſua Sereniſſima Celſitudo decoctum ligni, ſalſæ parillæ, ac fortaſſis etiam radicis chinæ iam ſumſit, nihilominus tamen, vt iam monui, repetenda ſunt remedia; morbi enim qui inueterarunt atque hærent, neceſſario potentibus remediis frequentatis ac repetitis opus habent. Adhiberi etiam poſſunt odores, ſuffitus, gargariſmi maſticatoria, ſternutatoria, atque è naſo deſtillationes.

Odoramentum ad cerebrum, corq; ipſum confortandum.

℞. Styracis Calamitæ.
Ladani an. par. viij.
Ligni aloes p. vij.
Ambræ p. ij.
Galliæ muſcatæ p. vj.
Fiant poma cum glutino Tragacanthi.

Suffitus.

Suffitus ipſe laudari ſolet è muſco, Ambra, ligno aloes, incenſa Myrrha, ſed omnia hæc è præſtantiſſimorum medicorum, qui adſunt, ſententia fieri debent.

Gargariſmus.

Gargariſmus vero in primis vtilis eſt is quem iam ſubiiciam, qui calidus quater, quinquieſve ieiuno detur.

℞. Oxymellis ſcyllitici ℥j. ß.
Hieræ Archigenis.
Decocti ficuum aridarum.
Pyrethri & ſinapis ℥ iij. Miſc.

Maſticatorium.

Maſticatorium laudabile atq; vtile id eſt; quod ſequitur, quo quidem ieiunus vti debet & exſpuere.

℞. Maſticis ℥j.
Piperis.
Pyrethri.
Origani. an. ʒj.
Staphydis agrię. ʒ. ß.

Hæc vero groſſo modo contundantur, vnde ſemicochlear ſingulis vicibus ſumat ægrotus. Hoc vero ipſum redigi poteſt in formam Lupinorum, adhibito ſucco ſaluię, vel iuæ, & modica cera.

Sternutatorium.

Sternutatorium fieri poteſt ex helleboro albo, quod in ipſum naſum inſuffletur, ſiue ex ſtaphyde agria, ſiue è recenti radice Cyclaminis, in naſum inſerta, inſtar exploratorii ſtili, per ſemihoram, ſiue ex herba, quæ Ptarmica dicitur.

Errhinon.

Inſtillatur in naſum, non ſine ſumma vtilitate liquor ſubiectus;

℞. opopanacis probe contuſi. ℥ iij.
Miſce cum oleo cucumeris aſinini, & ſuc-

co auriculæ muris, ſicut inſtar mellis fiat, ac fluat, quod adhiberi debet admixto ſucco Maioranę. Multa remedia, eaque magnæ operæ, proponit Galenus magni vſus atque vtilitatis, vt idem affirmat, lib. 7. de compoſ. medicament. per genera, capitibus 12. & 15. quæ breuitatis cauſa prætermitto. Quæ domi fiunt balnea, è vino atq; oleo, quibus vtiles herbę atque exiccantes incoquuntur. præſertim in quibus decoctę vulpes fuerint, maxime iuuant. E naturalibus balneis ſuæ Sereniſſimæ Celſitudini vel maxime conduceret Balneum Corſenæ in agro Lucenſi, quod etiam ad embrochandum accommodatum videtur. Balneum quoq; à morbo, in agro Volaterrano. In eodem agro Balneum quod dicitur Sancti Michaelis, item de formicis. Balneum Sancti Philippi in agro Senenſi: Balneum Sancti Caſſiani, hoc eſt, quod dici ſolet, Sanctæ Mariæ in eodem agro, quod commendatur hac ipſa in re à Magiſtro Fauentino ac multis aliis. Sed quod ad remedia balneorum attinet, ea tantum ponēda iudicaui quæ maxime accommodata eſſe comperi, quæque reperiuntur in Dominiis ſuæ Sereniſſimæ Celſitudinis, omiſſis aliis, quæ multa ſunt per Italiam, à cæteris magnopere ad hoc morbi genus commēdata. Quod attinet ad medicamentorum adminiſtrationem, expediendæ ſcilicet ac ſoluendæ linguæ, cum ſuperiora omnia, tum vero maxime, quod ſequitur, in primis eſt vtile. Sub lingua teneatur caſtoreum vel ſaluiæ ſuccus, vel ipſum caſtoreum cum pæonię ſucco. Prodeſt etiam caſtoreum, caryophyllum, & nux moſchata cum vino hauſta. Probatur etiam raſura capitis, quæ vnguento inungatur eiuſmodi.

Balneum.

Linguæ remedia.

℞. Sagapeni.
Opopanacis.
Galbani.
Ammoniaci.
Euphorbii an. ℥j.
Caſtorei ℥ij.

Hæc omnia ſubiecto igne colliquantur, excepto caſtoreo, ac admixto oleo roſato, & laurino ad pondus omnium adhibita modica cera, fiat vnguentum. Mox 30. ſiue 40. ſumantur cantharides, quæ modico adipe & melle contundantur, atque occipiti mixtum ipſum imponatur, ſic vt veſica fiat. Vtilis eſt etiam linguæ frictio ac palati, adhibitis Theriaca & Mitridatio.

Veſicatorium.

Narratur quendam fœminæ, quæ vſum loquendi amiſiſſet, grana triginta Pęoniæ, depoſitis corticibus exhibuiſſe, moxq; illam loqui cœpiſſe. Prodeſt etiam ſanguinis miſſio, è venis ſub lingua, quę fricetur poſtea Naſturtio & Caſtoreo. Emplaſtrum quod è canino ſtercore atque adhibito aceto fit, occipiti impoſitum: vſum loquendi teſtituit. Opera vero manuum hac ipſa in re, non aliam ob cauſam adhiberi ſolet, niſi euacuandi, & diuertendi gratia. Etſi vero ſupra poſui, cauſam huius relaxationis, qua ſua Sereniſſima Celſitudo afficitur, non ſine ſanguinis ac bilis eſſe admixtione, nihilominus tamen pro præſenti rerum ſtatu, miſſio ipſa ſanguinis eſſe inutilis videtur. Etenim infirmam eſſe virtutem oportet, quam morbi vis tam diu preſſit. Quippe humor pituitoſus longi temporis progreſſu paulatim creuit, quare mittendo ſanguine magna humorum cruditas exiſteret, cum ſanguinis ipſius calor pituitæ frigiditatem temperet, ac refrenet. Vnus è practicis affirmat, nullius plane vſus fuiſſe ſanguinis miſſionem, niſi ſi Paralyſim percuſſio aliqua effecerit. Frictiones ipſæ ſub initio Paralyſis vtiles omnino ſunt; ſi parti ſanæ adhibeantur. Poſt euacuationes autem parti etiam affectæ, & quidem in ipſa neruorum origine. Fiant vero per horam calidis & molliſſimis mantilibus ad ſcapulas, pectus, brachia, ſpinalem medullam, ventrem, nates fœmora, ac pedes. In extremis vero partibus frictiones fiant paulo vehementiores. Prodeſt multis poſt euacuationes affectæ parti frictiones adhibere, hoc pulueris genere.

Grana pæoniæ loquelam reſtituiſſe.

Frictionum ordo.

℞ Sinapis.
Piperis.
Origani.
Zinziberis.
Pyrethri an. partes æquales.
Salis gemmę ad pondus omnium.
Miſc.

Cucurbitulę ipſæ humores è neruis eliciunt, & ad ſummam cutem extrahunt, ſi toto corpore ad muſculorum initia applicentur, tum in occipite, tum vero ad ſpondilos, ſine inciſione tamen. Prodeſt etiam poſtea ad eoſdem locos, quibus cucurbitulæ ſunt applicitæ, adhibere Emplaſtra, quæ carnem ipſam rubefaciunt. Id vero fiat ante prandium, quod quidem remedium magno fortaſſe eſt vſui futurum. Ipſæ quoque ligaturæ nonnunquam profuerint, ad diuertendum maxime. Cauterium à recentioribus medicis nonnullis præter cætera laudari ſolet, quod mihi quoque vehementer probatur, ſi tamen poſt cætera alia extremum hoc adhibeatur, præſertim ſi, qui dicitur S. Ambroſii ſyrupus è milio, in quo multum ſpei pono, hoc ipſo quidē in morbi genere, non illo incurabili, ægrotum antea non reſtituerit. Vtiliſſimum cenſeo cauterium, quod fiat ad coronalem commiſſuram

Cucurbitulæ.

Rubefacientia.

Cauterium.

ram in medio capitis; Mox vero, aliquanto tamen tempore poſt, alterum in occipitio fiat. Nonnulli è practicis in huiuſmodi morbis cauterium laudant, quod in dextra parte fiat atque in ſiniſtra, ipſo in capite, locis videlicet fronti propioribus. Tum præcipiunt etiam, vt in tribus colli ſpondilis tria fiant cauteria, idq; paulatim, nec vno atque eodem tempore pro Medicorum præſentiū iudicio.

Hæc ego, Reuerendiſſime Domine, tuo impulſu remedia vndecunque collegi. Nec enim morbi grauiſſimi (cuiuſmodi ſane hic eſt) curari poſſunt, quod ſupra poſui, niſi permultis, iiſq; potentiſſimis remediis, quæ eorum, qui aderunt, iudicio adhiberi debent. Eos vero in tanti Principis curatione præſtantes doctrina, atque ingenio præditos eſſe non dubito. Quod ſi neque Reuerendiſſimæ Dominationi Veſtræ, nec vero etiam meæ cupiditati plane ſatiſfeci, & anguſtia temporis, & morbus quidem ipſe à te non ſatis explicatus, & grauiſſimæ, planeque neceſſariæ occupationes, quibus vndique diſtineor, prorſus effecerunt. In optimam igitur partem animū ipſum meum, atque efficiendi maius aliquid voluntatem accipiat, velim, meque Reuerēdiſſimæ Dominationis Veſtræ amantiſſimum atque obſeruantiſſimum ſua gratia ac beneuolentia dignum iudicet.

In paralyſi, pro quodam honeſto viro,

D. Theodori Zvingeri

CONSILIVM LI.

Etsi difficile eſt, de paralyſi ægroti iſtius, ignoratis circumſtantiis reliquis, certi aliquid pronunciare: tamen ne officio meo videar defuiſſe, quædam ad curationem mali pertinentia perſtringam. Victus in primis ratio proba ſit, quem ei Medicus, cuius opera vel vſus eſt, vel vtetur, ex præſcripto artis ſuggeret. Purgationibus hoc autumno vtatur lenibus & frequentibus, puta:

Catholicum Zuingeri.

℞. Aq. deſtillat. Guaiaci, vel ſi illa non habeatur, decocti cortic. Guaiac. ℥ iij.
Aq. ſaluiæ.
Betonic. an. ℥ ß.
Abſinth. ℥ ß.
Infunde in iis per noctem:
Fol. ſenæ el. ʒ vj.
Zinzib ʒ j.
Agaric. trochiſc. ℈ ij.
Mane facta colatura, add. ſyr. roſac. ſolut. ℥ ij. cum aqua cinamomi. vel meliſſæ aromatiſetur. Sumat mane quatuor horis ante prandium, continuet per octiduum eādem doſin, vel auctam, vel imminutam, prout Medico commodum videbitur. Cæterum cum bis vel ter ea vſus erit, diem vnum quieſcat vel alterum, & poſtea venam aperiat baſilicam oppoſiti lateris: biduum alterum interiiciat quieris, redeat poſtea ad potiones tres, vel quatuor. Iis perfunctis ad ſudores veniendum. Incoquantur iuſculo carnis radices aperitiuæ petroſelini, & fœniculi, aut alterius aq. Guaiaci, vel decoctum eius dilutius. Huius ſumat quolibet mane & veſperi ℥ iiij. & inſtillet guttas xxiiij. vel xxx. eius liquoris, quem paratum habet. Componat ſe ad ſudorem, eique ad minimum per horas duas incumbat, ſed vt poſt horam demum cibum ſumat. Veſperi reperat ſudorem, dummodo ferre poſſit, ſin minus mane tantum. *Sudoriferum.* Victu vtatur parce, qualis in vſu guaiaci præſcribi ſolet, paulo liberaliore. Cum per dies ſex ſudarit, partis quoq; affectæ cura habeatur, ita quidem, vt mane, priuſquam ſeſe ad ſudorem componat, brachium & pes affectus linteo aſpero fricetur, madefacto vrina puerorum, in qua ſal vſtulatum fuerit diſſolutum, vt putà in vna menſura vrinæ manipulus vnus ſalis. *Vrina puerorum cum ſale vſtulato.* Poſt ſudorem pars inungatur ol. lumbricorum, coſtino, chamæmelino, roſato, ana. Si odorem ferret, poſſet addi parum de oleo caſtorei, & gutta vna vel altera ol. ſuccini.

In paralyſi alterius lateris, pro quodam Magnifico viro,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM LII.

Etsi antea præcautionis rationem in paralyſi præſcripſi, tamen vt magnifico viro morem geram, nunc quoque vel eadem, vel his non diſſimilia repetam. Cum altera corporis pars fuerit reſoluta, affectæ ſpinalis medullæ, aut meningum certiſſimum indicium. Itaque quæcunque neruos emollire poſſunt, & caput offendere, cauenda; In primis aeris conſtitutio frigida & humida, vel à frigore in calorem mutatio. Seruanda ea victus ratio, quæ à me perſcripta eſt: Cauendus ſomnus meridianus & veſpertinus repleto corpore, vel in loco humido; In primis vero vitandæ vehementes animi affectiones, quod humores commoueant. Aluus vt moueatur quotidie opera danda; Si fluida non eſt, nihil melius, quam ſi drachmam mediam

aloes roſatæ (cuius conficiendi rationem pharmacopolam docui) cum ſaccharo albo aſſumat, hoc modo:

Aloes roſata.

℞. Aloes roſatæ ʒ j. ß.
Succini albi ℈ j.
Spec. diarrhod. ℈ ß.
Cum ſyr. de betonica form. pillu. pro ʒ xiiij. ſumat de his ſeptem.

Cæterum ad purgationem ante hyemem ſumat hos ſyrupos.

Syrupus.

℞. Syr. de ſtœchade.
de betonica an. ℥ ß.
Decocti calam. aromat. in aq. beton. ℥ iij. Miſc.

Bibat quinquies. Aſſumptis ſyrupis vtatur hac potione.

℞. Paſſular. ʒ vj.
Galangæ ʒ j.
Flor. anthos.
violar.
borrag. an. p. j.
Agarici albiſſimi ʒ j.
Rhabarb electi ℈ iiij.
Fol. Senæ Alex. ʒ v.
Fiat horum decoctio in ſ. q. aquæ puræ.
℞. Colaturæ ℥ iiij.
Mannæ Calabrinæ.
Syr. Roſat. ſolut. an. ℥ j.
de Zingib. parum.
Miſce.

Si non ſatis euacuaretur vna vice, poterit ſecundo hanc potionem aſſumere. Expurgato corpore hac hyeme vtatur ter in ſeptimana, Electuario, antea quoque ordinaro, ad magnitudinem nucis iuglandis, cuius deſcriptio talis:

Electuariũ.

℞. Conſ. Anthos ℥ iij.
Theriacæ ʒ j.
Mithrid. cl. ʒ ß.
Conſ. Roſar ℥ j. Miſc.

Vtatur interdum Rotulis cum oleo aniſi, & cum extracto calami aromatici. Hæc pro roborando principio, videlicet, neruis & capite, & vacuatione materiæ ſatis videntur. Si tamen foris quoq; ſpinam dorſi aqua ſequenti inunxerit, recte fecerit.

Aqua pro ſpina fomentatione.

℞. Vini ſublimati optime combuſti, ℔. j.
Imponantur vitro bene clauſo:
Flor. Lauendulæ.
Roriſmar. an. p. j.
Rad. Calam. aromat.
Galangæ an ʒ ß.
Incidantur bene.
Caryophyllor. contuſor. ʒ ij.

Stent ita bene cooperta in loco calido, & vtatur horis matutinis. Interdum in ſudorifero balneo fomentationem ad membra affecta faciat ex decocto origani & roriſmarini cum vino.

Inungat membra affecta hoc vnguento, & deinceps decocto origani abluat.

Vnguentum

℞. Saponis ℔. ß.
Olei Iuniperi ℥ j.
Sem. Erucæ ʒ vj.
Miſc. fiat vnguentum.

Plura perſcribere non neceſſarium videtur. Vt fortia quoque vina vitet, & omnia, quæ caput debilitant, etiam atq; etiam moneo. Magnificum Dominum a Præpotenti DEO conſeruari opto, &c.

In paralyſi cruris, pro Nobili quodam Argentoratenſi,

D. IOH. CRATONIS
CONSILIVM LIII.

PARALYSIS cruris inueterata admodum difficulter ſanatur. Eſt tamen anceps potius in dubiis morbis, quam nullum remedium adhibendum. Localia vero non poſſe vel debere applicari, priuſquam corpus expurgatur, ſciunt periti Medici. Itaque vt ab iis, quibus conſtitutio corporis nota eſt, primo quoque tempore vacuantia medicamenta, præparatis humoribus dentur, conſulo. Corpore expurgato ad attenuandam & exiccandam materiam, quæ neruos obſedit, & calorem naturalem in ipſo membro, paralyſi laborante, confortandum, nihil vſu vinaceorum commodius. Cum autem crus laboret, primum in extrema parte ſpinæ dorſi inungatur tali vnguento:

Topica non niſi præparato corpore adhibenda.

Oleum pro ſpina inunctione.

℞. Ol. coſtini ℥ iij.
Vini maluatici ℥ j.
Calami Aromatici.
Galangæ an. ʒ ij.
Caſtorei ʒ j.
Decoquantur ad vini conſumptionem, & fortiter exprimantur, expreſſioni adde:
Ol. nucis moſcharæ ʒ ij.
caryophyllor. ℈ j.
Axungiæ taxi ℥ j. ß.
lumbricor. terreſtrium q. ſ. fiat linimentum molle.

Hoc inquam linimento mane inungatur ſpinæ dorſi inferior pars. Deinde applicentur vinacea calide. Si non poſſunt haberi, quæ à torculari calent, calefacto muſto affuſo, calefieri poterunt, & ſpinæ dorſi inferiori parti apponi. Totus autem pes reliquus à coxa vſque ad plantam, quaſi in vinaceis, vt dixi, calidis ſepeliatur, matutino tempore per vnam horam, vel quoad calent. Remotis autem vinaceis, inungatur

tur rurſus ſpina dorſi, vnguento prius à me præſcripto. Idem fiat veſperi hora decubitus. Si mihi conſtitutio & temperamentum corporis eſſet notum, adderem alia remedia, quæ calorem internum roborant. Sed cum Medici præſentes hoc poſſint facere rectius, ſaltem vt mellis roſati, cui extractum calami aromatici adiiciatur, mane cochleare vnum accipiat, moneo. Miſceri autem debet hoc modo:

℞. Mellis roſati ℔.ß.
Extracti calami aromatici ʒj.
Miſc.

Potus in primis in victu habenda ratio. Itaque vel vino cum ſaluia, atque roriſmarini herba confecto, vel ſimili decocto, aut mulſa vt vtatur, moneo. Cætera iudicio Medicorum præſentium permitto; atque vt hæc omnia DEVS benigne gubernet, precor.

In paralyſi infernarum partium, nec non conuulſione, & dolore grauatiuo circa regionem renum & lumborum, pro quodam Nobili Bergomate,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM LIIII.

PROPONITVR paralyſis partium infernarum à renibus infra; cui motus quidam conuulſiui adſuogunt, nec non dolor quidam grauatiuus circa regionem renum & lumborum. Suppoſitis igitur intemperantiis membrorum principum, iecoris ſcilicet calidioris & ſicciotis, ventriculi frigidioris, & aliquantum humidi, nec non capitis humidi, ad calidum vergentis, à Medico præſente optime cognitis, & nobis præſcriptis, vt recte inſtitui poſſit, curatio, inuenienda eſt cauſa. Cum igitur propter paralyſin patiens non modo nihil inferiora mouere poſſit, ſed ſecundum illas partes difficulter etiam ſentiat; conſtat, duplex eſſe ſymptoma in actione animali, quorum alterum in motione ablata; alterum vero in ſenſu dimiouto conſiſtit. Quæ ſymptomata ratione cauſſæ minime curationem immutant, ſunt tamen ſigna vehementioris eſſentiæ ipſius cauſæ, & proinde difficilioris curationis, quod ad prognoſticum facit.

Inueſtiganda cauſa morbi.

Cum autem omnis actio animalis, non modo requirat ſubſtantiam, ſiue partem aliquam, cui actio illa credita ſit, ſed etiam ſpiritus animales; mirum non eſt, ſi deficiente hoc ſpiritu, nulli etiam fiant motus in muſculis & partibus infernis, quæ ſentire poſſunt, adeoque actiones motiuæ in his aboleantur; ſenſiles etiam partium infernarum imminuantur. Cumque cæteræ actiones animales, quæ membris ſupra renes exiſtentibus ſunt concreditæ, optime fiant, ſignum eſt, ſpiritus animales in cerebro generari, & traoſmitti ad ſpinalem medullam; ita vt omnes partes ſupra renes ſpiritu animali irradientur, & muneribus ſuis fungantur; ad partes autem infernas non tranſmittuntur, impedimento ſcilicet in via exiſtente; quod nullum aliud eſt, niſi denſitas in ſpinali medulla. Ea ratio eſt, quia cum partes iuxta renes omnes æqualiter illis vitiis afficiantur: Procul dubio neceſſarium eſt, noxam ſtatuere in aliquo communi principio, à quo ſentiens & mouens facultas illis partibus diſtribuatur. Hoc autem principium nullum aliud eſſe poteſt, niſi ſpinalis medulla, à qua (vt notum eſt) omnes nerui facultatem animalem deferentes, originem ducunt. Denſior autem medulla eo loci infra renes eſt reddita; nam ab eo infra & ſenſatio imminoitur, & motus auſertur. Hæc autem denſitas, cum ab aliqua cauſa pendeat, nulla alia videtur, quam materia pituitoſa, craſſa & lenta, quæ ob intemperiem cerebri & ventriculi generatur è craſſo & lento alimento, praua que victus ratione, vt Medicus optime retulit. Hic autem humor frigidus, craſſus & lentus, detruſus ad illas partes, non modo ſpinalem medullam denſare poteſt, vt hac ratione cauſa ſit, quo minus ſpiritus animalis tranſire queat, & partes infernas illuminare; ſed etiam ſua copia partes illas ad renes & lumbos ſpectantes, repleti cumque ſua qualitate nullam aut exiguam ſolutionem vnitatis inferre queat; multitudine tamen aſſiduam grauitatem infert, & proinde leuem & grauatiuum dolorem. Quin imo hæc eadem materia, in iiſdem & proximis locis detenta, & aliqua ex parte in vapores verſa, eſt in cauſa, vt vapores illi ab ipſa eleuati, membrorum ipſorum partes neruoſas petentes, expultricem irritent, vnde partes irritatæ in ſe ipſas contrahuntur, vt noxium expellant; & hinc motus illi conuulſiui oriuntur, qui legitimi ſeu veri non ſunt, id eſt, non pendent à ſolo morbo, à repletione ſeu inanitione; ſed illegitimi, pendentes à ſola facultate expultrice irritata eo modo, quo diximus: Ex his dictis non difficulter ratio poteſt reddi ſymptomatum, quæ & in mictione & egeſtione contingunt. Et quoniam in relatione, quæ fit à patiente, & quæ fit ab excellente viro, eſt aliqua diuerſitas, vtriuſque tamen relationis hæc poteſt reddi ratio. Et primum ſi (vt re-

Quomodo actio animalis perficiatur.

Nerui à ſpinali medulla.

Cauſa denſitatis medullæ.

Cauſa conuulſionis ſpinæ.

Mictio & egeſtio retardata.

fert patiens) ſe neque egerere, neque mingere ſentiat, dicendum eſt, quod ſicut cæteri motus auferuntur, reſolutis muſculis, propter denſitatem ſpinalis medullæ; ita propter eandem denſitatem reſolutos eſſe muſculos, qui podici & collo veſicæ præficiuntur, vnde ſine ſenſu excrementa illa delici neceſſe eſt. Si vero res ſe habet, vt refert Excellentiſſimus vir, ſumma difficultate in aluum ioſuſa detineri, & deſiderio aſſiduo mingendi vexari, nec tamen ad libitum lotium emittere poſſe; dicendum eſt, non vndiquaque reſolutos muſculos illos, ſed cum maior ſit noxa in muſculo podicis, difficultet iniecta detineri. Cum autem in veſicæ muſculo minor ſit noxa, fieri vt vrina detineri poſſit, quæ detenta cum copia aggrauet, & irritet facultatem expultricem, deſiderium mingendi inferat, debili autem exiſtente eadem expultrice propter veſicæ frigidam intemperiem, non poteſt ad libitum vrina expelli. At vtcunque res habeat, nil mutatur curatio. *Indicationes.* His ita conſtitutis patet, quid pro curatione agendum ſit; ſcilicet materiam illam, ſeu continentem cauſam, tum denſitatis, tum doloris grauantis omnino eſſe extirpandam; ita tamen, vt cũ ſit viſcida & craſſa, & fortaſſis per moram duritiem aliquam adepta, debeat detergeri, incidi, & emolliri, quæ emollitio ea ſaltem ratione inungenda eſt, ne forte ratione medicamentorum diſcutientium tenuiores partes reſoluantur, & craſſiores remaneant. Partes ſunt attemperandæ. Ventriculus calefaciendus & ſiccandus, caput exſiccandum. Totius ante omnia eſt habenda prouidentia. Quos ſcopos explere admodum difficile eſſe iudico; præſertim ratione illius materiæ occupantis ſpinalem medullam. Nam quod ſpectat ad intemperantias illas, non erit fortaſſe ita difficilis curatio. Huius vero ſi conſideremus vehementiam, habet vehementiam inſignem, ratione propriȩ eſſentiæ, propterea quod eſt copioſa, viſcida, craſſa, & proinde difficilis exſtirpatu; cuius copiæ viſciditatis & craſſitiei illud poteſt eſſe indicio, quod maior copia & maior craſſities eſt in materia, quæ cauſando denſitatem, & ſenſum & motum aufert, quam quæ motum tantum aufert.

Præterea habet vehementiam ſatis magnam, ratione dignitatis. Occupat enim materia hæc ſpinalem medullam, quæ eſt membrũ ſatis nobile, è ſubſtantia cerebrali cõſtar, vt hac ratione etiam difficilis reddatur curatio. Ratione facultatis corpus regentis, nullam videtur cauſa hæc habere vehementiam, cũ nullas lædat facultates. Proin cum virtutes omnes ſatis ſint robuſtæ, ſpes optima eſt aliquid efficiendi. Ergo quo ad chirurgiam ſanguis non videtur mittendus, *Phlebotomia.* non enim habet rationem cauſæ principalis, quia malum non ſit à ſanguine: nec cauſæ ſine qua non, cum iam multos dies in lecto æger permanſerit. Conſonum itaque rationi eſt, potius abundare alios humores, omiſſis ſcilicet conſuetis exercitiis, corpore refrigerato, caloreque tepido reddito. Quod ſi forte alias fluxiſſent hæmorrhoides, *Hæmorrhoides.* non eſſet præter rationem aliquid ſanguinis ab eo loco detrahere. Fonticuli maxime laudantur in ambobus brachiis, *Fonticuli.* præſertim in occipuio inflixi. Præterea, poſtquam omnia & interna, & externa, & toti & parti affectæ adminiſtrata, non profuerint maxime laudamus, ſi eo loci, vbi ſuſpicio eſt, denſitatem adeſſe in ſpinali medulla, fiat inuſtio, vt ſcilicet materia ibi contenta, hoc præſidio generoſe euacuetur. Leniens medicamentum ſit *Leniens.* mel roſat. ſolut. Præparantia ſint, Syrup. *Præparantia.* de betonica, cichorea, borrag. Et quia refert Excellentiſſimus vir, adeſſe obſtructiones in iecore & liene, ideo ratione illarum conueniunt aperien[illegible], abſque tamen caliditate inſigni, vt pentaphyll. agrimon. capill. ven. tamariſc. radices filicis. Præparatis humoribus, expurgentur hi, non ſemel, *Purgatio totius.* ſed bis agarico, ſeu recipientibus agaricum, vel pillulis de agaric. permiſtis cum cochiis, & ſimilibus. Toto expurgato, eſt expurgandum caput, & cum duæ ſint viæ, *Purgatio per nares.* os & nares; via oris eſt ſuſpecta, propter dyſpnœam quam paſſus eſt, ne catarrhus forſan maſticatione ad illas partes deuoluatur. Expurgabitur igitur caput per nares, ſternutatoriis & ſuccis per nares attractis, vt ſucco betæ, maioranæ. Hoc facto ad generoſum aliquod præſidium deueniendum; vt ſunt ſalſa, china, guaiacum, ſaſſafras, omnia hæc probantur, ita tamen, ne nimis calidis vtamur his temporibus, quia virtus, ratione aeris calidioris, non perfert. Quare paretur decoctum è ſalſa & china, *Decoctum chinæ & ſarſaparillæ.* in quo, ratione iecoris, borrago & cichorium addantur. Frigidioribus vero temporibus, ſi malum non ceſſauerit, guaiaco & ſaſſafras erit vtendum, quo tempore erit etiam opportunus vſus magnatum antidotorum; ſicuti tempore calido non erit pertranſeundum vltra conſeruam betonie. & ſimilia in primo gradu calida. Multa quoque conueniunt exterius adminiſtrata, ratione ventriculi. Potiſſimum autem, quoniam ſalſæ & chinæ decoctum aſſumitur, *Topica.* optimum erit, ventriculus vino generoſo, in quo betonica, mentha, abſinthium, aniſum,

Embroch.

aniſum, &c. Conuenit etiam ſtillicidinm ex aqua thermali, & ſiccante, & calefaciente, ſi adeſſet. Capiti ſimiliter conueniunt medicamenta exſiccantia, & minime calefacſentia; vt ablutiones è lixiuio & cinere pauco vitis, confectæ, in quo ſunt incocta beton, folia ſalicis, &c. Locis affectis, ſi fieri poteſt, omnino parentur inſeſſus in aqua thermali, quæcunque illa ſit, dummodo calefaciat & exſiccet; ita tamen vt omnes partes inferiores vſque ad iecur in aqua illa immergantur.

Therma.

Locis illis in regione renum, & præſertim vbi eſt denſitas, optimum erit imponere prius emplaſtrum de meliloto per quatuor aut ſex dies, deinde per ſex alias dies idem emplaſtrum permiſcere æquis portionibus, cum emplaſtro ſacro. Vltimo locn ponatur triapharmacum, confectum ex oleo antiquo, lithargyro, & aceto æquis portionibus, cui adiungatur elaterium & colocynthis. Ita euim primo loco emolliemus; ſecundo emolliemus & pariter reſoluemus; tertio emolliemus, reſoluemus, & materias illas à proprietate extrahemus. Quod ſi hæc non profuerint, ad inuſtionem accedendum. Diæta erit moderata, ne cibi copia augeatur materia, vel paucitare proſternantur vires; ſit attenuans & incidens, quia materia viſcida, craſſa, & difficulter reſolubilis. Vinum fugiatur, tum potiſſimum, quando decoctum ſumitur, &c.

Triapharmacum.

Diæta.

In obtuſione, ſeu hebetudine oculorum, pro quodam Iureconſulto ſene.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM LV.

AFFECTIONEM de qua conqueritur Tua excellentia, Græcè *ἀμβλυωπίαν*. Latini obtuſionem, ſeu hebetudinem viſus appellant. Ea ſenibus propter tres cauſas familiaris eſt: primo, quia illorum ſpiritus paucus & craſſus: ſecundo, quia membranæ oculorum craſſiores & denſiores: tertio, quod eorum oculi multo vſu defatigati facile fluxiones ſuſcipiunt. Cæterum etſi vere de his dicatur Poeta illud:

Tres cauſæ hebetudinis oculorum in ſenibus.

Quod natura negat, reddere nemo poteſt.

Prognoſticon.

Tamen diligentia quadam perfici poteſt, ne malum inualeſcat, & obſcuritas ſeu obfuſcatio atque cæcitas inducantur. Vt verò plane ſeniores hebetudine liberentur, ne annitendum quidem eſt. Nam quemadmodum vngues ſeneſcentium craſſiores fiunt: ita & membranas denſiores fieri neceſſe eſt. De ſpirituum vèro diminutione res eſt manifeſta. In curatione Græci vtuntur miſſione ſanguinis, & primo quidem venam humeralem aperiunt, deinde eam ſecant, quæ in fronte eſt, tertio angulares. ſed in hoc caſu atque hac ætate ſectionem venæ non conſuio. Scarificationes non improbo; imo vtendum iis cenſeo. A purgationibus immodicis, atque intempeſtiuis plane abſtinendnm. Vt aluus permaneat fluida, opera danda erit, & vtendum victu conuenienti, ſomno moderato, minimeque diurno: vehementior motus, lectio & ſcriptio poſt cibum vitanda. Item ira, indignationes, curæ pertinaces, balnei frequens vſus, & Veneris. His ita obſeruatis, curationis iſte modus eſt tenendus; Primum vtendum eſt purgatione aliqua bis in anno, & præcipue verno tempore, atque ſub initium autumni. Ac medicamentis omnibus hic præfero dilutum ſenæ, quod vt Meſues & Serapion teſtantur, vtramq; bilem, & vt Actuarius ait, ac experientia comprobat, pituitam vacuat, cerebrum, omnesq; ſenſus corporis expurgat, & cor, iecur, & lienem roborat, ſeniumque, vt affirmant, retardat. Etſi autem Meſues nonnihil ventriculo obeſſe dicat: tamen & ratio & experientia teſtantur, ſenam ventriculum roborare potius, quam imbecillum reddere, ſiquidem guſtu in illis adſtrictio atque amaritudo aliqua percipitur, quæ qualitates roborando magis, quam infirmando ventriculo ſunt. Neque enim vllum audiui, qui ex vſu diluti ſenæ ſe ex ventriculo laboraſſe affirmaret. Quod vero pituitoſos atque mulieres interdum laborioſe ſoluit, & tormina excitat, illud non medicamento, ſed humoribus atque excrementis, quæ ſua craſſitie inteſtinorum meatus replent, adſcribendum eſt. Atque hæc ideo commemoraui prolixius, quia quoſdam eſſe ſcio, qui non ſolum vſum ſenæ; ſed me quoque interdum propter hanc ſententiam, in qua doctiſſimos mecum eſſe ſcio, vituperant. Interdum autem pro ratione & diſpoſitione temporis atque corporis mirobalanos, agaricum, vel rhabarbarum addendum cenſeo; atque hac in re Medico nihil præſcribo. Diuerſio recta atque vtilis eſt ſcapulis aut partibus ſupremis brachiorum cucurbitulis affixis, licet veteres occipitium nominent. Ac hic locum habent cauteria, ſi illorum eſſet vſus. Cæterum euacuato corpore, & factis diuerſionibus, rectè ea, quæ naribus infunduntur, adhibemns. Atque ad hanc intentionem valebit ſuccus betæ ac maioranæ expreſſus cum pulueribus melanthii, quam nigellam vocant. Et mirifice qui-

Dilutum ſenæ.

Senam ventriculum roborare.

Tormina ab humoribus craſſis.

Errhina.

dam commendant vſum euphragiæ, vt videre eſt in Arnoldo, qui ſenem cœcum propemodum, vſu vini, in quo euphragia fuit macerata, reſtitutum affirmat. Porro ita quoq; eius vſus eſt ad diuerſionem materiæ, & viſus roborationem: Sumatur euphragia exſiccata, & redigatur in cinerem, ſuperinfundaturq; aqua euphragiæ, & fiat lixinium, quo occipitiũ ſingulis diebus poſt ſomnum lauetur. Vtile quoq; eſt lauare oculus eiuſdem herbæ aqua, vt eſt in collyrio ad literam A deſcripto. Sed membranis denſatis & craſſefactis magis prodeſt collyrium ad literam B, habeoque de eo certam experiẽtiam. Vt roborentur incraſſati ſpiritus, proderit vſus electuarii ad literam C deſcripti. Accipiet autem ſingulis diebus mane, eloto prius ore decocto guaiaci atq; euphragiæ, ad magnitudinem iuglandis. Interdum eius loco præſertim in hyeme, confectione, quam manus Chriſti vocant, cum oleo fœniculi. Habes vir clariſſime meam de conſeruatione viſus ſententiam, quam cũ ſcripſerim in ſummis moleſtiis, boni conſules extemporalitatem.

Vinum euphragiæ. — *Lixinium ex euphragia.*

Collyrium ad viſum.

A. ℞. Aq. Euphragiæ,
è floribus cyani, ſimul vel ſeorſim deſtillatar. ℔ j.
Sacchar. cand. calc. ℨj. Miſc.

Collyrium præſtantius membranis denſatis.

B ℞. Euphragiæ,
Rutæ,
Chelido. maior.
Verbenæ,
Betonic. an. m. j.
Sem. fœnicul.
ſileris montan. an. ℥ß.
Rad. calam. aromatic. ℨ vj.
Abſinthii hortenſis m. ß.
Fl. cyani.
Roſar. an. m. j. ß.
Thuris.
Aloes,
Myrrhæ an. ℨ ij.
Aq. roſat. ℔. ij.
Vini maluatic.
Aq. rutæ an. ℔. j.
Vrinæ pueri ℔. ß.

Infundantur omnia per dies quinq;, poſtea lege artis deſtillentur in vaſe vitreo, ac deſtillatum vitro bene cooperto ſeruetur vſui.

El corrob. incraſſatos ſpiritus.

C. ℞. Conſer. Euphragiæ ℥ j. ß.
Carnis myrobal. Embl. cond.
Chebul. an. ℥ß.
Macis incil. ℈ß.
Lig. aloes ℈ß.
Miſc. f. electuarium.

Aliud Foroliuienſis.

Aliud electuarium ad eandem intentionem. quod in ſimili caſu Iacobus Foroliuienſis præſcripſit Ioh. Papæ, an. 1400.

℞. Fœnicul. ℨ iij.
Sileris montan.
Piperis,
Zinziberis,
Cinamom.
Pulegii,
Hyſſopi,
Aneth.
Gran. Iuniperi,
Fl. anthos,
Saxifragiæ an. ℨ ij.
Chamædr.
Rad. Chelidon.
Cimin.
Apii,
Aniſi,
Petroſelin. an. ℨ j.

Pulueriſentur omnia, & cum ſufficienti quantitate mellis vel ſacchari fiat Electuarium.

Hoc ideo adſcripſi, quia autor vetus eſt, & mirifice illius vſus à quibuſdam prædicatur.

D. Montanus, præceptor meus, ad eandem intentionem cuidam præſtanti viro hunc ſyrupum præſcripſit; *Syr. Montani.*

℞. Succi verbenæ,
Euphragiæ,
Roſar.
Fœnicul.
Rutæ,
Chelidon. an. ℥ iij.

Purificentur ſecundum artem, & deinde eum ſaccharo f. ſyrupus, & aromatiſetur muſco.

In debilitate viſus, pro quodam Magnifico Domino,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM LVI.

VIx vllus morbus per abſentem recte curatur Medicum, & ego nihil facio difficilius maxime in oculorum affectionibus, quas cum à diuerſis cauſis oriri ſciamus, vt diuerſæ curationes inſtituantur, neceſſe eſt. Diminuitur autem viſus à cauſis internis & externis. Internæ ſunt, cum vel cerebrum, à quo omnes ſenſus, læditur, vel ſpiritus afficiuntur, vel obſtructio aliqua suboritur in neruo optico. Vbi cerebri & ſpirituum vitio malum accidit, neceſſe eſt reliquos quoque ſenſus in ſocietatem trahi. Cum obſtructio aliqua leuis eſt, poteſt illa cauſam habere ab externis cauſis, cruditate, retentione excrementorum, aere impuriore, in ſolatione, mora ad ignem, Venere, &c.

Cauſæ diminuenti viſus duplices. 1. Internæ.

re, &c. Sæpe & per externas cauſas, quæ materiæ affluxum augent, ipſæ membranæ læduntur, & craſſiores fiunt. Cum autem Magnificus vir ſcribat, ſe clauſo vno oculo, altero rectius videre, certiſſimum indicium eſt, in vtrumq; minus ſpirituum, quam ad viſionem neceſſe eſt, influere, atq; eos craſſiores eſſe. Ad hanc igitur cauſam tollendam noſtra directa erit intentio, non neglectis tamen iis remediis, quæ oculos ipſos, & eorum membranas iuuent. Primum igitur aërem iſtum impurũ fugiat, præſertim cum ſi quid aliud is præcipue ſpiritus immutet. Seruet optimam victus rationem, & cruditates, comeſſationes, & repletiones fugiat. Potentia & craſſa vina non bibat, & meminerit, non fruſtra ab Ariſtotele hoc Problema propoſitum: Cur acutius videant, qui bibunt aquam, ſed ſenibus temperatus vini vſus concedi poteſt. Caput ſit mundum, & pedes. Erecto non dimiſſo nimium corpore legat aut ſcribat. In cibo duobus menſibus vtatur iſto puluere:

Externa. *Signum diminuti ſpiritus.* *Aqua potores acutius vident.* *Puluis.*

℞. Betonicæ.
Origani.
Chamædryos.
Rutæ.
Saxifragiæ.
Leuiſtici.
Pulegii.
Euphragiæ an. m. j.
Aniſi.
Fœniculi.
Cinamom.
Sileris mont. an. ℥j.
Calami aromat.
Galangæ an. ℥.ß.
Zuccari ℔.ß.
Miſce, fiat Tragæa.

Cæterum cum ſuffuſio metuenda ſit, ſingulis diebus mane iſto deſtillato oculos abluat linteolo, in quod ſuccinum album pulueri zatum ſit ligatum.

Aqua deſtillata.

℞. Euphragiæ.
Fœniculi.
Rutæ.
Chelidoniæ.
Verbenæ.
Betonicæ an. m. j.
Fol. Roriſmarini, m. j. ß.
Sem. Fœniculi.
Aniſi.
Carui.
Siler. mont. an. ℥ß.
Rad. calami arom. ʒ vj.
Thuris.
Myrrhæ.
Aloes an. ʒ ij.
Aq. roſar. ℔. ij.
Aq. rutæ.
Vini odorati an. ℔. j.

Infundantur per quatuor dies, & poſteà diſtillentur in vaſe vitreo, atq; in vitro conſeruentur. Mane de ſequenti ſumat electuario ad magnitudinem Caſtaneæ.

Electuarium.

℞. Succi euphragiæ inſpiſſati.
Succi Betonicæ.
Verbenæ.
Fœniculi an. ℥ß.
Succi rutæ ʒ ij.
Extract. zinziberis.
Galangæ an. ʒ ß.
Carnis myrobalanor. emblic. chebulor. an. ʒ ß.
Conſer. roſarum ℔. ß.
Euphragiæ.
Flor. Anthos an. ℥ iij.
Manus Chriſti cum ol. cinam. ℥j.
Ol. Caryophyll.
Nucis moſchatæ an. gutt. vj.
Aniſi.
Fœniculi an. gutt. viij.
Syrupi infuſionis roſarum q. ſ.
Fiat Electuarium.

Interdum & corpus expurgetur pillulis de aloe, maſticin. Lucis, vel iſtis:

Pillulæ.

℞. Aloes opt.
Rhabarb. elect.
Agar. tro. an. ʒ ij.
Myrobal. chebul.
indor. an. ʒ j.
Caryophyllor.
Nucis moſchatæ an. ℈ j. Miſce.

Aſpergantur aq. cinam. & cum extracto, vel. opt. infuſo fol. Senæ addito ſyrupo roſ. ſol. fiat maſſa, de qua ex ʒ j. fiant pillulæ nu. ix. pro Doſi. Pedes mane abluat decocto Betonicæ. Caput interdum ſpongia madefacta in lixiuio, cui Euphragia incoquatur, mundet. In ore teneat Nucem moſchatam toſtam, & ne victus ratio medicationi obſit, caueat. De cauteriis, ſetaceis, ſcarificatione, & totius corporis purgatione cogitabit præſens medicus. Et hæc, quæ (vt videt) à me feſtinanter ſunt ſcripta, boni conſulat.

In debilitate oculorum, & auditus grauitate pro quodam Illuſtri viro,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM LVII.

SENSVM videndi in ſenibus minui familiare ſymptoma eſt, vel à ſpiritibus diminutis, vel inſtrumento, id eſt membranis oculorum affectis, proueniens. Vtrumq; in ſenectæ ætate accidere non mirum. Spiritibus nihil magis quam conueniens & recta victus ratio auxiliatur. Illud autem virum maxime commendatur, in quod feruente

Spiritus reficiuntur.

muſto flores euphragiæ coniecti ſint. Multi in puluerum quorundam & electuariorum vſu ſpem ponunt: qua tamen ſæpe fruſtrantur. *Electuariū Papæ.* Commendatur electuarium Papæ Innocentis, quod ego quoque prodeſſe comperi. Sed illuſtri Domino hac ætate ſuadere nolim cum valde exiccet. Malim vti hoc *Pul. Crateonis.* puluere: ℞. Fl. violar. ſiccarum, pulueriſentur folia, & ad partem vnam huius puluеris addatur pars dimidia florum euphragię, vna foliorum betonicæ, ſacchari ad pondus omnium. Hic puluis cum butyro miſceatur, & capiat ante cibum. non modo capiti proderit, verum etiam aluum humectabit. Nam qui non prorſus aſtricta ſunt aluo; hos ſolus puluis violarum ſoluit. *Membranarum vitium.* Si in membranis appareret vitium, vtiliſſimum eſſet fœniculi cannā deciſam ſupra radicem, implere puluere ſacchari candidi, atque ſuccum colligere, eumque cum molli linteolo vel ſpongia oculis adhibere. Oui quoque album recens aſſatum, ſaccharo candido impletum, cum diſſoluatur in liquorē plurimum prodeſt. *Lacryma.* De lacrymis illuſtris Dominus non eſt queſtus. Multum autem confert ſuccus grani parnaſſi ex herba, quam Heydenkorn appellant, viridi expreſſus. Item aqua tormentillæ in vitro probe deſtillata. Poſſem plura recitare remedia, ſed hæc pauca, ſi quid à medicina eſt adiumenti, haud dubie aliquid præſtare poſſunt. *Auditus.* Ad auditus grauitatem commendatur in primis balſamum purum orientale, ſi intincta bombace auribus imponatur. Ego aquam cardui recte diſtillatam balſamo præfero. *Melanchol. fumi.* Ad Melancholicos fumos corrigēdos haud dubie ea proderūt, quæ prius præſcripſi: in primis vero amplaſtrum, Huius continuo vſu duos laborantes melancholia hipochondriaca hoc anno adiutos comperi. *Mechoaca aluum ſiccat.* Radicis Mechoacæ vſum nō improbo: minus tamen frequentem eſſe velim: cum certum ſit ex vſu frequentiori aluum plurimum ſiccari. In potu etiam atq; etiam ventriculi habenda eſt ratio. Non dubito quin bordeacea magis placeat: ſed capiti profecto minus proderit. *Ortrancenſis cereuiſia.* Ego Ortrancenſem, quem habet elector, omnibus aliis, & præſertim iis, quas tu numeras, Torgenſi, Friburgenſi, Tſcheppoſi præfero. *Triticea.* Triticeam, quæ non ſit plane tenuis, nec multum habeat lupuli, præſertim crudi, longe ſalubriorem, quam hordeaceam ſtatuo. Hæc nunc monere potui, ſi certiora ad me perſcribentur: Illuſtri Domino, quo ad vixero, non defuturus ſum. Anno 1580.

In læſa viſione, pro quodam Nobili 25. annorum.

D. HIERON. CAPIVACCII.

CONSILIVM LVIII.

MANIFESTVS hic eſt affectus, ſed difficilis curationis. Actio quidem humoris chryſtallini nequaquam prorſus eſt adempta neq; neruus opticus adeo affectus, quoniam & facultas & ſpiritus aliquatenus tranſmittuntur, quia lumen ſolis videt, nihilominus facultas illa admodum eſt impeditá. *Cauſa impedita actionis humoris cryſtallini.* Cauſam vero qua actio cryſtallini ſit impedita, nullam aliam eſſe dicimus, quā materiam, in parte ante cryſtallinum & induratum, vt fere callum ibi induxiſſe videatur. Hæcq; cum ſępe varios colores referat, non vnius generis eſt. Neque vlli mirum ſit, ſi ob importunam tractationem chirurgicam, & ob continua ſtudia, nec non naturalem oculorum imbecillitatem, maxima materiæ copia cōfluxerit, & in hac humorum colluuie cornea aliquid ſit perpeſſa, & eiuſmodi humore ſecundum intrinſecam & extrinſecam partem fuerit imbuta. Hos vero humores inibi generari non credendū eſt, ſed potius in cerebro eos produci credimus, & inde ad oculos labi, & malū adaugere; vbi enim in corpore pars aliqua læſa eſt, natura ſemper ad illā excremēta demittit. Et quamuis corpus nobiliſſimi iuuenis alioqui ſanū ſit: attamē in ipſo quoq; aliquam humorum copiam exuperare minime à ratione alienū eſt. *Indicatio.* Cum igitur res ita ſe habeat: vnicus is medico ſcopus eſſe debet, vt materia indurata in parte externa & interna tunicæ, emolliatur, deinde medicamētis inſenſibiliter vacuetur, & erodētibus callus adimatur, quemadmodum veteres faciebant. *Prognoſis.* His ſcopis è totu ſatisfacere, nobis impoſſibile videtur; quia morbus eſt vetuſtiſſ. à chirurgis nō bene tractatus, & quia tandē materia, quæ eſt in parte interna corneæ, indurata, & ſcirrhoſa iam facta eſt, vt è toto emolliri nequeat. Veruntamen quia nobiliſſ. iuuenis, hoc ſaltem petit, vt vel parietes ab animantibus diſcernere queat, deſerendus non eſt, maxime cum illi placeat in caſu deſperato medicinam experiri. Itaque conſulimus, vt quam primum curationem aggrediatur. Nam Galeni eſt ſententia humores craſſos & viſcidos, ſemper initio veris purgandos eſſe. *Curatio.* Et primo, quo ad materiam chirurgicam; quoniam medicamenta oculis adminiſtranda futura ſunt calida & ſicca, nè calore ſuo materiam è capite attrahant, *Phlebotomia.* primum ſanguis per venæ ſectionem, deinde per cucurbitulas extrahendus, *Setaceum.* nec improbamus ſetaceum ad diuertēdum humores. De aliis vero remediis ita ſtatuimus, aluum primo caſſia, & elect. lenitiuo eſſe molliendā, mox præparandos eſſe humores ſyr. de cich. de bēton. cum decoctis accommodatis cicho. beton. euphrag. chelid. poſtremo expurgandos

dos pill. cochiis & lucis. Poſt hæc caput per maſticatoria & errhina medicamenta euacuandum. His factis ad medicamẽta localia deueniendũ erit; quæ omnia conſolationis gratia erunt potius exploranda, quam quod boni aliquid præſtare poſſe ſperemus, cum oculis fere nihil deterius contingere poſſit. Hæc vero agenda ſunt, dummodo reliquo corpori non obſimus.

Perforatio tunicæ.

De diſſipatione autem ſuffuſionis nihil agendũ erit, cum præſens ſtatus oculi minime exigere videtur. Et quamuis chirurgi multa polliceri poſſint, nil tamen eos præſtare poſſe certo ſcimus. Dimiſſa igitur perforatione, in primis deueniendum erit ad emollientia & detergentia

Emollientia.

veluti ſi paretur aqua, cui incoquantur rad. maluæ, altheæ, lapathii, atq; ita ſæpius tepita intra oculos immitatur, ſpongiisq; illa imbutis noctu per aliquot dies oculi foueantur. Poſt hæc ad ea, quæ diſſipant, & callum

Discutientia callum.

diſcutiunt, tranſeundum eſt. Cumque hæc complura eſſe poſſint; prius mitiora ſunt vſurpãda, quemadmodũ eſſent, aqua viris, ol. fœniculi, cui modicum aquæ euphragiæ eſſet admiſtum, ne nimis oculus mordeatur. Aqua etiam deſtillata ex iis, quæ habent vim abſumendi à proprietate humorem pituitoſum, nobis probatur, cuiuſmodi eſſet illa, quæ fit è radicibus iridis, vel colocynth. ſic enim exiccantur & extenuantur huiuſmodi humores. Nam quemadmodum antiqui interdũ corpora purgabant inunctionibus; ita nos maiori cum fiducia, putamus his propoſitis medicamentis humores attrahi poſſe & conſumi. Quod ſi hæc nil profecerint, adminiſtranda erunt, quæ manifeſtis proprietatibus agunt. Sed quia maxima difficultas eſt in medicamentorum impoſitione, vt diutius in loco affecto cõſiſtere poſſint: ideo parari poterit phiala parua, quę reſpondeat oculorum orbibus, quæ ora anguſta habeat; in hãc aqua immittenda, ea mox oculis apponenda, & in his apertis per aliquod temporis ſpatium detinenda.

Elixir.

Compoſitionem quoq; illam, elixir vocatã, non improbamus, eo quod conficitur è multis aromatibus & ocularibus, quæ incidunt, attenuãt & penetrant: Imo ſi ſub hiſce remediis oculus nõ inflammetur, placet nobis, vt gutta vna tantum olei de ſulphure admiſta cum

Oleum ſulphuris.

decocto fænugræci infundatur, ſed ne inflammatio oriatur, aliquid aquæ refrigerantis addendum. Quod ſi ex horum vſu profectus quidam apparere videatur, tũc vlterius progrediendum potius, quam vt iis vtamur, quæ in puluere adminiſtrãtur; eo quod vim

Antimonium.

habent magis corrodendi, vt antimonium, & ſimilia, quæ à Galeno lib. 4. ſecundum locos proponuntur. Decoctum etiam ligni extrinſecus adhiberi poterit, eo quod propter pinguedinem vim habet emolliendi. Haud ſecus alia duo valde probamus, quæ ex aliorũ relatione experta eſſe ſæpius audiuimus. Alterum eſt medicamentum confectum è violis albis, foliis raph. hortenſis, & è cubebis in pollinem redactis, addita dimidia parte ammoniaci, cum opobalſamo, ſi optimũ reperiri poteſt.

Medicamentum pro oculis ſingulare.

Alterum refertur ab Auicenna, ipſe cum felle viperarum domeſticarum conficiat. Ab eodem quoque laudatur vſus theriacæ applicatæ oculis, ſed prius cum copioſo melle atque vino diſſolutæ. Scimus enim in theriacam multa ingredi, quæ vim habent digerendi & detergendi. Paratur etiam medicamentum è ſucco fœniculi, & allii, quod conferre dicunt, ſi cum vrina pueri impolluti adminiſtretur. Hæc varia propoſuimus, quia in tali caſu deterrimo, omnia ſunt experiunda.

In tenebricoſa affectione oculorum, amiſſione odoratus ex catarrho deſcendente ad nares, & guſtus etiam diminutione, pro Nobili quodam viro.

D. JOH. CRATONIS

CONSILIVM LIX.

SYMPTOMATA, quæ recitantur, hæc ſunt: Tenebricoſa affectio, ita vt oculi quaſi nebula obduci videantur, Amiſſio odoratus ex catarrho deſcendente ad nares, & Guſtatus etiam diminutio. Cauſæ procatarcticę cenſentur; Decennii labor aſſiduus, in quo cerebrum curis & multarum atq; variarum rerum curatione eſt obrutum, plurimæ lectiones & ſcriptiones: his acceſſit frequens vſus veneris. Poſtrema autem cauſa, quæ affertur, vna ſatis eſſe poſſet ad inducendum morbum, videlicet, cerebri intemperiem, quæ ſymptomatum cauſa eſt. Fuiſſe vero à prima conſtitutione cerebrum calidum & ſiccum, pili craſſi, denſi, & criſpi, ſenſuum acrimonia, & excrementorũ paucitas oſtendunt.

Cerebri calidi & ſicci ſigna.

Nam etiamſi interdum facies in iuuentute intumuit, illud ratione victus, & caliditate cerebri trahente ad ſe nimiam vaporum copiam factum eſt. Cum vero immoderata venere, lectionibus, ſcriptionibus, & continuis tot annorum occupationibus calor ſit exhauſtus, excrementorum copia aucta, ita vt pro ſpiritibus vapores generentur, non mirum ſi illa ſpirituum craſſities, viſum quaſi obnubilet. Deinde cum vapores conſumi nequeant, in materiam catarrhi reſolui atque ad nares & palatum deſcendere, obſtructiones facere, atq; olfactum adimere, guſtatum hebetare nihil mirum. Hæc cum ita ſint, & curatio, cau-

ſæ ſublatio perhibeatur, curandi indicationes ſatis ſunt euidentes. Verum quam in difficili res ſit poſita, omnes Medici intelligunt, qui ſciunt nullius partis principis, maxime vero cerebri per ſe iam affecti, morbum facile poſſe tolli, præſertim cumproceſſit malum, & diuturnitate ſua in prauum quaſi habitum degenerauit. Itaque reductio illius quod ab integritate ſua hoc modo prolapſum eſt, niſi æger ſe valde prudentem & diligentem ipſe præſtet, plane difficilis videtur. Quam vero in iſta vita, neque occupationibus moderari, neque à venere ſe continere (vt nihil de aëre, & victus ratione quam exactiſſimam eſſe, ſi quid ex medicamentorum vſu ſperandum, oporteret, dicam) non ſit facile, Nobiliſſimus Dominus per ſe intelligit. Itaque vt eam aëris intemperiem, quæ cerebrum humiditate excrementitia repleat, & frigiditatem augeat, omnibus modis fugiat, & in victu ab omnibus cibis, qui caput vaporibus replẽt, ſibi caueat, neceſſe eſt. Multa ac potius plurima ab his poſſem monere, ſed cum nunquam non præſentes Medicos habeat, pauca ſubiiciam. Primum omnis exceſſus aëris in calidum, frigidum & humidum vitandus, val arte corrigendus eſt. Maxime vero humidus, ad quam intentionem in primis ſuffumigia ex ſtyrace, benzoino, ſeu aſa dulci, & caryophyllis probantur.

Suffumigia.

Vehementer oderata etſi ſiccent, reſoluunt tamen interdum nimium ſua caliditate, & materiam præcipitant.

Succini odor.

Succini odur meo iudicio non inconueniens eſſet, ſi tamen non ſola intemperies cerebri, ſed obſtructio in meatibus olfactoriis, qui Græcis ἠθμοειδεῖς appellantur, eſſet, alia curatio adhibenda, de qua deinceps videbimus. Nunc ẽnim de iis quæ cerebri intemperiem aliquo modo corrigant, & cum ad naturalem ſtatum reduci nequeat, maiori prolapſui obſtent, agere propoſitum eſt. Victus igitur ratio ea eſſe debet, quæ caput minime repleat. Nam vt nulli vapores aſcendant, cum caput per ſe quemadmodum Hippocrates ait, tanquam cucurbita impoſita eis trahat & excipiat, atque iis cerebrum imbuat, impoſſibile eſt. Vitet igitur fumoſa, vt lacticinia, cruda omnia, frequentem vſum piſcium, maximè cancrorum, olerum, leguminum, fumo maceratorum, in ſartagine coctorum, ouorum cum butyro, & ſimilium. Vinum ſit maturum, tenue tamen, & quod non multos vapores ſupeditet. A cibo non dormiat, & à cœna prius non quam tribus horis exactis cubitum eat. In nocturno tamen aëre, præſertim denudato capite non verſetur, nec apertis feneſtris dormiat. In vſu venereorum, quantum poteſt (poterit antem quantum volet) ſibi temperet, cum fontem horum malorum de quibus conqueritur ipſe, nimiam venerem eſſe fateatur, & rationes atque authoritates hoc demonſtrant. Rationum declaratior longior eſſet futura: authoritas Ariſtotelis ſit pro multis; qui ex coitu caput refrigerari, & oculos exſiccari affirmat.

Coitu caput refrigerari & oculos exſiccari.

Euacuantur enim ſpiritus qui ad actiones ſenſuum requiruntur, iis exhauſtis frigiditas, denſitas, & hebetudo conſequitur. Sed de his non liber plura ſcribere. Meminerit Dominus fugiẽdo potius, quam pugnando & contendendo hoc genus affectionum ſuperari. Cæterum cum in coniugio prorſus prohiberi nequeat, conſulo ne vacuo, nec repleto corpore ea vtatur, atque ideo vel ad cœnam, vel diluculo, ita vt breuis ſomnus conſequatur, quemadmodum iam antea in eo conſilio, quod olim de ſanitate tuenda ſcripſi à me admonitus eſt. In quo cum de cæterarum ſex rerum nõ naturalium commoderatione prolixe ante XXIII. annos monuerim, hic non repetenda exiſtimo. Ac niſi nobiliſſimus Dominus monitorum fuiſſet interdum oblitus, his ſuperſedere poſſimus.

Cauſa obfuſcationis oculorum.

Cum autem hæc obfuſcatio, de qua dominus conqueritur, non modo ſit à paucitate ſpirituum, verum, vt ego iudico, propter vaporum admiſtorum copiam & craſſitiem; magna cura adhibenda, vt iis quæ ſpirituum copiam & bonitatem ſuppeditant, & craſſitiem corrigant, vtatur. Ad hanc intentionem nuper præſcripſi electuarium cuius vſus erit efficacior, ſi in cibo quoque & potu ea, quę ad ſpirituum regenerationem & claritatem faciunt, adhibita fuerint. Commendantur autem præcipue oua ſorbilia cum ſaccharo & cinamomo.

Oua ſorbilia cum ſaccharo & Cinamomo.

Deinde vinum maturum & carnium, quæ minime ſunt excrementitiæ, vſus. Si vero excrementorum in corpore collectorum copia obſtet, quo minus medicamenta vel alimenta bonum ſanguinẽ & ſpiritus laudabiles producere poſſint, non dubium eſt, quin primo omnium ea ſint ſubducenda. Id vero non aliis medicamentis, quam quæ tutiſſime humores remouent, minime magnas & graues alterationes faciunt, nec corpus reſoluunt, neque humidum natiuum exhauriunt, faciendum. Myrobalanorum conditorum vſum, præſertim emblicorum & chebulorum ſcio commendari, & ego Nobiliſſimum dominum his in æſtate, illis hyeme cum pauco zinzibere condito, vti velim, ſed vere, hyeme & autumno catapotiis iſtis catarrhus magis tolli, & cerebrum roborari poſſet.

Myrobalani conditi.

Pillulæ catarrhos tollentes, & caput roborantes.

℞. Aloes optimæ, decies ſucco roſarum imbutæ ℥j. & bis ſucco fœnicul. in quo folia ſenæ ſelectiſſima fuerint macerata. Huic add.
Rhabarb. ſubtiliter pul. & aqua cinamomi aſperſi ʒij.
Agaric. rec. trochiſcat. ʒj.
Maſtic. pulu. ʒß.
Cum ſyr. roſato ſolut. f. maſſa de qua reformentur pro ʒj.

Sumat autem de iis nouem, horis tribus ante prandium, idque cum non æſtus nimius obſtat, in menſe ſemel vel bis. In hyeme vero cum deglutiet, eo die, atque in ſequenti ſe domi, continebit, & à refrigeratione pedum diligentiſſime ſibi cauebit: nihil enim catharthoſis ea nocentius. Aliis medicamentis purgantibus Dominum plane vti nolim. Cum vero duo generalia auxilia, & vniuerſum corpus alterantia, propoſita ſint, videlicet, thermæ & guaiaci decoctum: de iis quid ſentiam, paucis aperiam. Quod ad thermas attinet, cum non tam per conſenſum, quam intemperiem inductam in cerebro ſympromata iſta, de quibus dominus conqueritur, accedant, non video quomodo prodeſſe lotione poſſint. Caput enim non tam per conſenſum, quam primario affectu laborat. Ac licet ſit fortaſſe aliquis conſenſus, tamen thermæ diuettere tantum vapores impetentes, non intemperiem, niſi per Ducciam, (ita enim vulgo ſtillicidium ſeu embrochas, vel aſperſiones vocant) corrigere poſſunt. Tales autem thermas & actu & potentia calidas eſſe oportet, vt materiam diſcutere, & temperiem corrigendo, robur parti addere poſſint. Cumque affecti . ſit totius capitis, & iam ttia ſenſuum org :na, viſus, odoratus, & guſtatus afficiat: catarrhi etiam omnes toti capiti communes ſint neceſſe erit vt bregmati, vbi ſuturæ coeunt, & cranium eſt rarius faciliorque penetratio, aqua inſtilletur. quod ad caliditatem attinet, in primis commendãtur thermæ ſulphureæ. Quod ad penetrationem nitroſæ. Si itaque bene temperatæ ex vtraque minera thermæ eſſent, poſſent fortaſſe prodeſſe. Et fortaſſe ſcribo, quia nihil explorati in tali affectione de vſu thermarum habeo. De guaiaci autem decocto, cum epar ſit ſatis calidum, ventriculus vero propter veneris friquentiorem vſum debilior, affirmare auſim, non ſolum nihil adiumenti allaturum, verum fortaſſe eam intemperiem vniuerſo corpori inducturum, quæ quauis affectione alia periculoſior ſit. Ac ſæpe credulitas ne ægrorum magis, an temeraria ſtoliditas atq; audacia Medicorũ accuſanda ſit cogito, dum omnes morbos potionibus iſtis extirpari poſſe arbitrantur. Sed de his nihil attinet ſcribere. Illud tantum affirmo, niſi eiuſmodi affectiones à morbo gallico deueniant, non modo nihil decoctum vel ligni vel ſarſæ prodeſſe, verum ea incommoda valetudinis interdum afferre, quæ ad extremum ſpiritum vſque grauia ſunt. Exiſtimo autem recte Nobiliſſimum Dominum, niſi conſuetudo aliud ſuadeat, vſurum lotionibus capitis arte præparatis. Nam hæ plus caput iuuant, & minori periculo adhibentur, quam thermæ. Sunt quidam in ea ſententia, lotionibus frequentibus caput debilitari. Ea vna eſt, de firmo capite, & non aſſueto ad lotiones, de infirmo autem & ſordes expurgare conſueto, minime verum. Lauandum vero eſt ęſtiuis temporibus mane, niſi ſit humidior & frigidior aura. Hybernis ante cœnam, ita vt ſe deinceps domi contineat, & ſi non bis, ſaltem ſemel in ſeptimana, eademque die pedes quoque abluendi, & bene, ſed minime fortiter atque calide, verum leuibus linteolis caput extergendum. Lixiuium ſit temperatum, nec valde acre, in quo maiorana, & nonnihil roſarum decoquantur. Sapo parum à ſimplice differre debet, atque hoc modo præparandus.

Refrigeratio pedum catarrhoſis vitanda. — *Thermæ.* — *Embrocha.* — *Guaiaci decoct. aut ſalſa intempeſtiuus vſus* — *Incommoda decocti ligni & ſarſæ.* — *Lotio capitis.* — *Lixiuium.* — *Sapo.*

℞. Saponis in aq. roſar. ad ſolem diſſolut. ℔.j.
Ireos puluerisat. ℥j. ß.
Santal. citrini ℥ß.
Caryophyllo. ʒj.
Macis ℈j.
Miſc. f. Glob. hybernis diebus aliquot grana moſchi addi poſſunt.

Scio de lotionib. capitis varias eſſe diſputationes, ſicut de prandio & cœna inter Medicos, ſed omnia referenda & moderanda ſunt ad tolerantiam, vel conſuetudinem eorum de quibus agitur, nec generaliter de his pronuntiandum. Guaiaco plurima poſſent ſubſtitui, quæ magis ad ſiccandum catarrhum, & roborandum caput, faciunt, quam potiones iſtæ, licet iis interdum aliqui, non tam propter earum vſum, quam ob multorum dierum in victu continentiam, iuuentur. Sed dum quid electuarium, cuius deſcriptionem nuper miſi, prodeſſe videatur intelligam, alia remedia non præſcribam. Tantum hoc moneo, vt nonnunquam ad quantitatem auellanæ, cum catarrhus nimis moleſtus eſt, nec cœlum calet, hora decubitus, de ſequenti electuario deglutiat.

Elect. ad catar.

℞. Conſr. roſarum ʒ vj.
Turis albiſſ. ℈ij.
Spec. atomatic. roſat. ℈j.
Nucis moſchatæ ℈ß. Miſc.

Nucis etiam moſchatę obuolutę pane & to-

ſtæ in cineribus, & in exiguas quaſi teſtulas ſectæ particulam in ore detineat. Quod ad ſymptomatum curationem attinet, etſi ſublata cauſa per ſe aboleantur & ceſſent, tamen cum neque intemperies cerebri plane tolli, neque catarrhus omnino adimi huic corpori poſſit, & fortaſſe etiam inſtrumenta olfactus ita ſint affecta, vt ad ſuam integritatem redire nequeant, & nihil, licet paruũ, & cuius iactura non magna videatur, negligendum.

Odoratus auxilio.

Potuit igitur naribus immitti butyrum recens cum aqua maioranæ diſſolutum, & deinceps ſuffumigium fieri ex decocto nigellæ in vino tenui ſubacido. Ruta etiam contuſa & aceto imbuta naribus ſæpe adhibenda. Poſſem alia præſcribere remedia, ſi de modo læſionis mihi conſtaret. Hoc quidem ſatis certus ſum, ex anteriorum cerebri ventriculorum læſione, olfactum adimi, ſed an hæc ſit intemperies ſola, an vero materia, & ea meatus colatorios obſtruens nequeo ſtatuere.

Olfactus læſio vitio anteriori ventr. Cerebri.

Si eſt obſtructio (vt arbitror,) opera danda ne propter eam ſpiritus animalis qui in ventriculis cerebri continetur, aliquid detrimenti accipiat, & intemperies cerebri augeatur. Itaque ad obſtructionem præcipue remedia præſcripta ſunt directa: prius tamen præmiſſis iis, quibus corpus atque caput expurgatur. Quod vſum pillularum præſcriptarũ pręſtare poſſe confido. Ad Guſtatum nihil cõueniẽtius, quam ſi ante cœnam raphanum ſale conditũ maſticet, & ſubſtantiam ipſam exhauſto ſucco abiiciat, deinceps os vino eluat.

Guſtus diminutio.

Hæc potui nunc colligere & monere, quibus ſi non voluntati meæ, vel veſtræ fidei tamen eſt ſatiſfactum. Vt autem à præpotenti DEO, autore ſanitatis atque ſalutis noſtræ fortunentur benigne, toto pectore precor. Scriptum anno 1574.

In rubore, dolore oculorum, pro quodam Iureconſulto,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM, LX

NEQVE oculis, neque aliis partibus medicamẽta adhibenda prius, quam corpus, & caput excrementis vacet, Medicorum generale pręceptum eſt.

Topicis præmittenda purgatio.

Itaque duo in primis requiruntur; primum vt recta victus ratio adhibeatur, & fumoſa omnia vitentur; deinde vt vel per interualla paulatim, vel in anno bis, in vere nimirum, & Autumno corpus expurgetur. Ad annuas purgationes quod attinet, committo eas Medico pręſenti, & corporis conſtitutionem intuenti. Cæterum ſi ſemel, vel his in menſe ſumeret Catapotia, quorum deſcriptio ſequitur, fortaſſe illis grauioribus purgationibus non foret opus:

Pillula.

℞. Maſſæ pill. Aſſaiaret.
de aloe.
Maſtichin. an. ℈j.
Cum aq. betonica reformentur pillulæ nu. IX.

Sumat has nouem pillulas ante parcam cœnam. Neque ſi forte noctu mouerent aluum (quod futurum non arbitror) pedes refrigeret. Æſtiuo tempore, quia pillularum non eſt vſus, mane mytobalanos Emblicos conditos ſumere poterit.

Aeſtiuo tempore minus commoda pillula.

Ad diuerſionem vero, quæ euacuationis pars eſt conueniunt Cucurbitulæ ſcapulis affixæ & ſacrificationes. Quibus ſi forte non libenter vti veller, accipiat lixiuium forte, & in eo aſperiore panno madefacto, mane eubitum totum confricet, donec partes illæ exulceratæ fuerint.

Diuerſionis modi.

Quia vero partes, quæ fluxiones ſuſcipiunt, vel natura, vel propter externas cauſas imbecilliores ſunt, proinde roborandæ. Plurimum autem ad hoc prodeſt decoctum ſeminis fœnugręci hoc modo præparatum:

Decoctum ſeminis fœnugraci.

℞. Sem. fœnugræci. ℥j.
Lauetur bene & contundatur, & additis foliis roſ. rub. ʒß.
Coquatur in ℔. j. aquæ roſaceæ ad medietatis conſumptionẽ. Colaturę adde
Sacchari candidi ʒj.
Aloes opt. ʒ ij
Coquantur rurſus & ſeruentur vſui.

Rubentibus vero iam oculis adhibeatur aqua, cuius hæc eſt deſcriptio:

Aqua ophthalmica ad ruborem.

℞. Aquar. Euphraſiæ.
fœniculi.
roſar.
fragar. an. ℥j.
In quibus diſſoluatur.
Sacchari candidi. ℥ß.
Vitrioli albi. ℈ß.
Coletur ſæpe & detur in vitro.

Quod ſi dolor grauis adeſſet, lac muliebre imponatur. Hæc ſi recte adhibita fuerint haud dubie vel rariſſime, vel certe ſine graui moleſtia veſtra humanitas ex oculis laborabit.

In rubedine, & oculorum dolore, pro quodam Magnifico viro,

D. IOH. CRATONIS. CONSILIVM LXI.

QVIDAM in hoc caſu maximopere commendant aquam ſimplicem, in qua vitriolum album, & ſacch. candum diſſoluta ſunt. Ego vero plurimum prodeſſe comperi eam aquam, quæ à niue Martii diſſoluta in vaſe vitreo prouenit. Nam hæc etiam abſque

Aqua niuis Martii.

abſque alia vlla re adhibita, in affluxu calido loco collyrii eſt, Ad rubedinem autem peculiariter commendatur aqua fragorum, illis prius in eo vaſe, in quo deſtillantur, putrefactis in fimo. Aqua etiam è tormentilla deſtillata rubores tollit, & initio fluxionum prodeſt. Laudatur & boc collyrium:

Aq. frag.

Torment.

Collyrium.

℞. Aq. fœnicul.
Euphraſiæ.
Roſar. an. ℔. ß.
Sacch. cand. ℥ j.
Vitrioli alb. ℈ ß.
Miſc. & per filtrum aliquoties transfundatur.

Nihil nihil oculis adhibendum.

Ad dolentes autem oculos, etſi rectum quidam putant, nihil adhibere, tamen non eſt dubium, quin affluxu humorum oculi corrumpantur & debilitentur, ita vt promptè vim bumorum irrumpentium admittant. Itaq; poſt diuerſiones & euacuationes omnibus modis ea, quæ intemperiem mitigant, partem roborant, & exulceratam ſanant, ſunt applicanda, Nondum quidem S. M. tantopere ex oculis laborare vidi, verum decumbere humores ad oculos non raro animaduerti. Cæterum cum in oculorum affectionibus Medici plerunq; catapotia ſeu pillulas lucis, vt appellant, aggregatiuas, cochias, & ſimiles quibus etiam ante M. S. eſt vſa, præſcribant, ne quid temere fiat, moneo. Habent enim iſtæ pillulæ fortiſſima medicamenta purgaotia, colocyntbidem, turbith, ſcammoneam, & alia ruſticis potius, quam nobilibus perſonis, qui rectam victus rationem tenere poſſunt, exhibenda. Ac præcepti Platonis, qui violentis iſtis medicamentis corpora temere mouenda non eſſe, in Tymæo admonet, Medicos velim eſſe memores, & Hippocratem imitari, qui amicum & familiarem ſuum demetrium helleboro, & ſimilibus purgari ooluit, atque ad Crateuam ſcribens, incertam coniecturam Medicorum, qui purgantibus medicamentis caute non vtuntur, aſſerit, vixq; vllum medicamentum reperiri, quod dum corruptos ac prauos humores educit, non ſimul bonos elidat, & aliquid de viribus & ſubſtantia corporis auferre affirmat. Itaq; & Auic. inquit: Naturæ laborioſum eſſe Medicinas, etiam non venenoſas aſſumere. His cogitatis, Medici qui curam S. M. gerunt, diligentem operam dare debent, ne dum vni membro mederi ſtudent, vniuerſum babitum corporis labefactent. Proinde ſi forte hoc fiet, quod futurum non arbitror, vt oculi grauioribus fluxionibus opprimerentur, atque laborarent, catapotia, ſiue pillulas maſtichinas de aloe lota, vel aloe & maſtiche exhibere ſatis eſſet, cautione tamen adhibita, ne aloe nimirum orificia venarum aperiat. Diuerſiones fiant affixis cucurbitulis humeris, exulceratione brachiorum ad cubitum lixiuio fortiori vel veſicatoriis. Hæc ſi S. M. non ferret, frictiones ſubſtituendæ. Dolor autem iſto modo ſedabitur. Detrahatur pellicula interior ex leporinis auribus, eaque imbuatur lacte muliebri bono ac recenti, ac madida oculis clauſis aliquoties applicetur. Noctu vero palpebræ, & totus oculus, maxime ad angulos & extremitates leniter inungatur iſto vnguento, cuius mirificam efficaciam expertus ſum, & pro ſecreto habui. Accipiatur butyrum, ſi haberi poteſt, menſe Maio factum, aut aliud recentiſſimum diligenter elotum, vel loco illius medullam bouinam è cruribus, vel ceruinam, atque huic admiſceatur lapidis calaminaris in tenuiſſimum puluerem triti, quantum accipere poterit, atque vt dixi, bora decubitus applicetur. Repeti autem aliquoties noctu inunctio iſta poteſt, ſi præſertim dolor vehementer vrgeat. Mane abluitur aqua roſacea & fœniculi, in qua particula pomi dulcis ſit decocta, vel ſi oculi exulcerati ſint, ſemen fœnugræci cum aloe.

Pillulæ ocularus fortes.

Pillularum fortiarum vſus in oculorum affectibus ſuſpectus.

Pillul. leues commodæ.

Ad dolorem oculorum.

Vng. oculare optimum.

In ophthalmia cum initio ſuffuſionis,

D. Iacobi Sylvii

CONSILIVM LXII.

POst purgationem & miſſionem etiam ſanguinis ex Cephalica eiuſdem lateris, Ophthalmia pertinaciter perſeuerante, in homine ſæpius eodem modo laborare ſolito, & oſtendente iam nubeculam, ſeu principia ſuffuſionis, ſequentia ex vſu erunt:

Pillulæ.

℞. Agarici recenter troſchiſcati.
Rheubarbari electi an. ℈ ij.
Cum oxymelite ſimplici.
Fiant pillulæ ſex, capiat mane.

Emplaſtrum.

℞. Emplaſtri contra rupturam ℥ j.
Cum oleo myrtillorum remolliatur, & fiat emplaſtrum ad formã dictam.

Collyrium.

℞. Pompholygis lotæ bis aqua communi, vt decet, & tertio aqua roſarum q. ſ. fiat collyrium liquidum, quod oculo tepide applicetur. Lauetur autem lacte vaccino, aut eius loco ptiſana recenti.

℞. Syrupi laxatiui Roſarum pallidarum ℥ ij.
Rheubarbari ℈ j.
Cum ptiſana capiat mane.

Fluxionis iſtius calidæ in oculis cauſa eſt

materię copia, & oculorum imbeeillitas. Caput igitur modis omnibus euacuabis, hoc eſt, per ſuturas, aures dentes & palatum, & non per nares; oculos roborabis lotione, vel ex aqua communi, cum lacte, Aqua roſarum ſine plumbo, deſtillata, aut etiam aqua communi macerationis roſarum rubearum. Per accidens autem roborabis, ſi eos, dum ita imbeeilli ſunt, tranquillos ſeruabis, & quietos ab actione multa, præſertim in luee ſplendida. Vina vaporoſa, valida, cæpas, allia, porrum, ſinapi, ſalſa, aromata, laborem multum, præcipue ieiunus, & in ære ealido: Venerem crebram, iram, curas, vigilias immoderatas, pluuias vitabis. Item iura, & alia alimenta calidiora, actu praeeipue, aere ealidiore, inediam longam, crebram, præſertim etiam ealente ſole. Poſt paſtum ſumes nunc Cydoniatum, nunc Confer. roſarum, nunc roſar. rubearum folia aliquot, vel Coriandrum conditum, vel puluerem ex pane ſieeo & ſaccharo roſato ana. Balneum aquæ communis eum foliis ſalieum, aut vitium æſtate, & mane, & anre cœnam, velut ex ſole tepidum, tibi ſalubre fuerit. Si aluus erit pigra, caſſia ex canna ſumenda, vel beta cocta, vel pruna dulcia cocta, & ſaccharo dulcorata. Interdum etiam vti poteris clyſteribus ex ſero lactis eum oleo violato.

In ſuffuſione oculorum ex conſenſu oris ventriculi, cum dentium ſtupore pro quodam Ludimoderatore.

D. Petri Monavii

CONSILIVM LXIII.

QVæris de affectione quadam, quæ per vices te inuadere, & corripere ſoleat, & in ea conſilium meum expetis. Sane eum omnia indicia & ſymptomata diligenter expendo, quæ tute commemoras, aliud quod dicam non reperio, quam illud eſſe πάθος quod Medici ὡς ὑπόχυσίν τινα, ἢ ὑπόχυματι, hoc eſt, veluti ſuffuſionem quãdam (ne quis proprium hane, & veram me ſtatuere ſuſpicetur) ex conſenſu oris ventriculi nominant, oculorum enim ἰδιοπάθειαν, ſiue primarium affectum non eſſe, ſatis ex eo conſtar, quod vterque oculus ſimul eodem modo moleſtatur, & non alter duntaxat. Item, quod ſubito hoe malum accedit & recedit; ac deniq;, quod alium affectum, ſtomachi nimirum morſum, & eeu eonuulſionem quandam, vt ſcribis, conſequitur. Quamobrem ratio & methodus ipſa poſtulat, vt parti mandanti, nempe ori ventriculi primum atq; potiſſimum proſpiciamus. videtur enim hoe natura ſua eſſe imbecillius, adeoque εὐαίσθητον, vt faeile à quouis humorum acrium præſertim & mordaeium affluxu tentetur, haneq; deinde affectionem ſuã per vaporem aſcendentium nubem oculis, quibus cum ipſi conſenſus intercedit occultus, communieet. Hic igitur ſuaſerim ego primum ventriculum leniter, & familiari quodam medicamento per interualla ſæpius purgari, vtpote, hiera illa voeata ſimplici, aut piera, quam Galenus noſter in hoc caſu mirifice eommendat. Mox roborantia quædam adhiberi poſſent, quæ aſtringendi vim haberent, & ventriculo non aduerſa eſſent. Quorum materiam Medici veſtrates facile tibi ſuppeditabunt. Non decet me hac in parte πολυπραγμονεῖν, illiſque temere præiudicare. In victu ſeu diæta ea ſeruetur cautio, vt boni nutrimenti cibus aſſumatur, & vitentur calidiora, aeria, item mordacia, & vaporuſa, quæ nimirum ori ventriculi moleſta ſint, & inde ad caput ſeſe prompte effundant. Oeulis ipſis nolim te quicquam extra admouere, cum ipſi per ſe nihil (niſi fortaſſe ex tam frequentibus ineurſionibus aliquam labem contraxerint, quod ἡ αὐτοψία optime oſtendet) patiantur, & metuendum ſit, ne hae ratione imbecilliores reddantur, & ad ſuſcipiendum id, quod è ventrieulo ſubinde tranſmittitur, magis idonei: quod autem poſt lotiones calidas etebro contingere hoc πάθος affirmat, ideo aeeidit: quia capite eonealefacto humores funduntur, attenuantur, atque in vapores & halitus reſoluuntur, qui promptius deinde caput petunt: imo ab eo etiam attrahuntur. Aut igitur omnino lotiones eiuſmodi vitandæ, aut ita attemperandæ erunt, vt iis herbæ incoquantur, quæ nonnihil repellendi & aſtringendi facultate ſint præditæ, puta, roſæ ſiccæ, folia ſalicis, pampini vitium, flores nympheæ, borrag. violarum, & aliæ conſimiles. *Ablutio ex herbis repell. & adſtring.* Hæc mea eſt ſententia, de qua cum aliis Medieis veſtratibus, qui tibi præſto ſunt, conferre poteris, vt vnanimi ealeulo, quod optimum eſt, eligatur. Dentium ſtupor, ſi ab affluxu humorum ſit, vt ſcribis, is quidem ceu cauſa contineus & fouens affectum, ante omnia inhibendus eſt, ſeu reuellentibus, ſeu deriuantibus, ſeu euacuantibus etiam. *Dentium ſtupor.* Poſtea robbrantia vſurpanda in forma dentifricii, aut collutionis oris, ſiue gargariſmatis. Symptomati ipſi, niſi ſublata cauſa ceſſat, occurrendum commanſu portulacæ herbæ, aut ſeminis, item amygdalarum, aut auellanarum cum corallorum rubeorum puluere. Prodeſt & medul-

& medulla panis calidi, itemque caſeus recens aſſus ſimiliter vſurpata. Verum hæc omnia à veſtris commodius perdiſces. Ego nihilominus meo officio, & tuæ voluntati, quantum licuit, ſatisfacere conatus ſum, id quod gratum tibi accidere patiere. Vale.

De imaginibus oculo ſiniſtro obuerſantibus,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM LXIIII.

IMagines quædam, formam culicum referentes, oculo ſiniſtro ſe offerunt; Eſt ergo morbus in numero, quia ante pupillam obuerſantur corpuſcula quædam, quæ ſunt in cauſa, vt viſio deprauetur. Potro corpuſcula hæc ſunt vapores, qui à capite in oculum decumbunt. Nec aliunde generantur, quam ex intemperie cerebri ſicca, & moderate frigida, quæ cum non poſſit ſanguinem in alimẽtum vertere, eſt, in cauſa, vt ſuccus pituitoſus generetur. Accedit, quod ratione ſtudiorum multi errores commiſſi ſunt, vnde factum eſt, vt in ventriculo multæ cruditates orirentur; & adiuuante iecoris caliditate multi vapores eleuati ſunt, vnde maior pituitæ copia genita eſt in cerebro, à qua poſtea ſunt eleuati vapores, qui ſiniſtram partem debiliorem inuaſerunt, & hoc ſymptoma produxerunt.

Scopi.

Indicationes. Euacuandi humores pituitoſi, qui in cerebro continentur, oculi corroborandi, ne amplius illos vapores ſuſcipiant; habita totius prius prouidentia. *Curatio.* Curatio difficilis, quia affectus eſt per eſſentiam, & oculus inſignem debilitatem contraxit. Quo ad chirurgiam: *Phlebotomia.* Tempore veris, quo medicatio erit aggredienda: ſecetur vena iecoraria. Licet enim ſanguis non peccet, vt cauſa principalis, ſine eius tamen vacuatione non poſſumus adminiſtrare medicamenta calida, quæ alioquin oculum facile inflammare poſſent. Hæmorrhoides ſi fluant tum temporis, bonum. *Fonticulus.* Poſt purgationem totius & cerebri fonticulus in brachio ſiniſtro inuratur, vel quod magis conferre opinamur, *Setaceum,* in occipitio fiat ſetaceum, & ſi è ſetaceo priſtinam ſanitatem erit adeptus; quoniam laborioſum eſt remedium, contenti ſumus, vt ipſo clauſo ad prohibendam huius mali generationem, in brachio ſiniſtro cauterium figatur. Quo ad pharmaciam: Leniatur aluus melle roſ. ſol. & manna, vel diacathol. Præparentur humores decoct. beton. ſtœchad. borrag. cich. & meliſſ. *Purgatio.* Expurgentur pill. coch. additis maſtichinis, poſt quas iuſculum ſtatim erit propinandum, in quo cichor. ac borrago ebullierint, vt hac ratione facilius à ventriculo arripiantur & detineantur. Poſt, iterum præparentur humores cum ſyr. de pomis ſimplici, & decoctis ſupraſcriptis, quibus etiam licet euphragiam addere. Expurgentur pillulis ſupraſcriptis, quæ tamen in maiori ſint doſi. *Errhina.* Caput expurgandum non naſaliis, quæ humores vehementer concurerent, & agitarent; ſed leuibus maſticatoriis, nimirum cera & maſtiche. His peractis deueniendum ad generoſum aliquod præſidium, quod humores pituitoſos in capite exiſtentes abſumat; vt eſt *Decoctum ſalſæ & guaiaci.* decoct. ſalſæ & guaiaci, ita tamen vt ſalſa ſit baſis, & in maiori copia, quæ tamen augenda vel minuenda, vt res poſtulare indies aſtanti Medico videbitur. In vltima autem huius medicamenti decoctione ebulliant borrag. cich. beton. euphrag. fœnic. Et hoc decocto ſaltem per 40. dies vtendum. Ante quemlibet ſyrupum *Pillulæ è ſalſa.* pillulæ è puluere ſalſæ, euphrag. & fœnicul. cum ſyr. de beton. concinnatæ, erunt ſumendæ. *Medicamenta externa.* Quo ad medicamenta externa, ipſumque oculum: Purgato corpore & cerebro, diſcutiendi erant illi vapores, prius mitioribus, deinde grauioribus, nimirum aqua panis, primum non ſaliti, deinde ſaliti, & poſtmodũ fœniculi, euphrag. quibus poſtremo ſuccedunt, ſal & mel, quæ cum decocto rutæ & euphrag. ſint adminiſtrata. Quod ſi aliqua inflammationis ſuſpicio oriatur, ex adminiſtratione horum medicamentorum: grauiora erunt omittenda, & mitiora amplexanda. Sin affectus hic adeo ferox extiterit; vt medicamentis non cedet, & initium ſuffuſionis ſit, *Suffuſio.* expectandum erit, vt è toto ſuffuſio perficiatur, tumq; manu exercitati chirurgi erit deponenda. Verum, ſi beneficio medicamentorum internorum & externorum propoſitorum vapores diſcutiantur, ſtatim tentandum erit, vt oculi roborentur; *Oculorum roboratio.* quod fiet, vino albo generoſo, in quo euphrag. & fœniculum ebullierint, & vas argenteum conficiatur; in quo huiuſmodi liquor commode imponi poſſit; vt in eo oculi immergi poſſint. Præterea in vſu habeat conſeruam è meliſſ. atque beton. quibus pulueres ocularii ſint permiſti. Tempore minus calido ratione affectuum rheumaticorum non erit præter rationem addere theriacam & mithridatium.

Diæta.

Diæta. Caueat à cibis, qui ſuccum lentũ & craſſum gignant, vt ſunt carnes bouinæ, agninæ, cõchilia, piſces, niſi ſint ſaxatiles, & qui circa ſcopulos morantur. Hos enim laudamus in albo iure decoctos. Caueat etiã à fructibus, leguminibus, oleraceis omnibus. Victus nõ

ſit attenuans. Dapes vice aromatum ſalis ve condiantur puluere, euphrag. fœnic. rutæ, cinamom. vna cum copioſo ſaccharo. Et dum vtetur decocto, non vtatur ea viuendi ratione, quæ ſolet præſcribi lue venerea affectis, ſed moderate comedat carnes & oua. Loco vini bibat aquam, paratam è reſiduo illius ſupraſcriptæ decoctionis. Hoc autumno vinum conficiatur, in quo lignum, ſalſa, euphrag. fœnic. ebullierint. A prandio, hyeme vtatur ſacch. roſ. Æſtate, coriandro, quod vaporum impetum coercet. Laudamus frictiones in partibus dextris, nam ſiniſtrę non expoſcunt hoc genus remedii, quia ſollicitantur affectibus rheumaticis. Aluus lubrica ſeruetur, & laudamus pillul. è terebinth. tum clyſmos quoq; ſomnus & vigiliæ moderata ſint.

Frictiones.

In difficultate auditus,

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM LXV.

VIR quidam Nobilis laborabat difficultate auditus, purgato corpore. D. Caſpar Næuius ſuadebat, vt bombyce carminato, madefacto ſubſeq. oleo, poſtea iterum expreſſo, ac ad formam turundæ redacto, in aurem immitteret, ac ſacculum infraſcriptum ſuperponeret, atq; ita per integram noctem detineret:

Oleum.

℞. Origani Cret. ʒ ß.
Fl. Serpelli ℈ j.
Pul. Colocynth ʒ ß.
Fellis Apri exſiccat. in veſica ſua ℈ ß.
Hellebori albi ʒ j.
Caſtorei ℈ ij. ß.
Rutæ ℈ j.
Euphorbii.
Lumbric. terreſt. an. ℈ ß.
Apum ſiccatar. ℈ ß.
Nitri ℈ j.

Incid. contund. groſſo modo, deinde infund. in oleo amygd. amararum:

de vermibus terreſtribus, an. ℥ ß.
de Caſtoreo ℥ ij. ß.
Laurini ʒ ij. ß.
Rutacei ℥ j.
Aquæ rutæ ℥ x.

Simul miſta, ſtent in loco tepido per horas duas: bulliant deinde ad conſumpt. aq. vt remaneant olea, fiat horum colatura cum expreſſ. forti, ac in vaſe capaciori, cuius tertia pars impleatur bombyce carminato, detur ad vſum:

Sacculus.

℞. Hellebori. albi ʒ ij.
Pulpæ Colocynth. ℈ ß.
Origani Cretic. p. iiij.
Thymi Cretic. p. ij.
Flor. Serpilli, m. ß.
Fol. Lauri ℥ ß.
Baccarum eiuſdem, nu. vij.
Milii excortic. ʒ iij.
Cubebarum ʒ ß.
Caſtorei ʒ j.
Sem. Carui.
Cymini an. ℈ ij.

Incidenda incid. minutim, contundantur parum, ac conquaſſantur, & fiant ſacculi duo, ex petia ſueuica ſubtili, interpaſſati.

In difficultate auditus, & tinnitu aurium,

D. VICTOR. SCHÖENFELDII

CONSILIVM LXVI.

CAVSAM huius mali maiori ex parte calidioris bilis, quia cerebrum & organon auditus potiſſimum offenduntur, ſobolem, eſſe, excuntia, & corporis conſtitutio liquido docent. Accedit viſcoſus quidam mucus, circa eaſdem partes collectus & cumulatus, quod non adeo febre correptis & intemperatis, inſolens eſſe conſueuit. Aa cum triennio iam confirmatum ſit malum, difficilis certe & periculoſa eſt cura, quod prognoſtici loco refero, quo eo diligentior medicinæ & obſequii adhibeatur ratio, ne ſurditas omnimoda ſuperueniat. Meo autem conſilio & iudicio, cura commode ad vernum vſque tempus differri debet. Hoc vero hyemis initio, interim malum iſtud blandis ſaltem demulcendum, & incrementum prohibendum.

Purgationis ſequentis aliquot diebus mane bonus hauſtus aſſumendus:

1. Purgatio.

℞. Radic. Polypodii.
Corticum extern. Cichor. an. ʒ v.
Primulæ veris.
Betonicæ.
Chamæd. vulgar.
Stœchad. Arab. an. m. j.
Verbenæ.
Cichorei.
Hyſſopi an. m. ß.
Sem. Aniſi.
fœniculi an. ʒ j.
Sem. 4. frigid. maior. an. ℈ j.
Vuarum paſſul. enucleat. ʒ vj.
Tamarindorum enucleat. ʒ v.
Conſeru. Borrag.
Bugloſſæ.
Roſarum.
Beton. an. ʒ iij.

Fol.

Fol.ſenæ ſine ſtipit.℥j.
Zinzib.ʒj.
Myrobalan.Emblio.
Chebul.an.ʒij.
Cinamom.ʒij.
Coquant. omnia in ℔.iij. ß. aquæ puriſſ. ad med.ferc. In Colat. iterum iuxta lentum ignem ebulliant:
Rhabarb.inter.ʒj.ß
Squinanthi ℈j.
Flor.Centaur.min.
Roriſmarin.an.p.j.
Omnia inciſa & cõtrita, ac ligata in panno ſerico rubro cum filo appenſo. Iterum colentur,& fiat potio longa.

Fomentatio.

℞.Far.bord.mund.m.j.
Radic.Bryoniæ ʒiiij.
Altheæ.
Petroſelini an.ʒv.
Sem.Fœnugræci.
Lini an.ʒiij.
Maluæ.
Stœchados Arabic.
Agrimoniæ.
Origani.
Rutæ an.m.j.
Flor.Chamom.
Meliloti an.m.j.
Inciſis & cõtuſis adde Rapas Execoriat.
Decoq. in aqua, & excipe fumum auribus de die bis. Ore etiam aqua repleto, ſternutatio Pulu. Nigell.prouocetur.

Sacculus.

℞.Rad.Bryoniæ ʒiiij.
Maluæ.
Mercurialis.
Betonicæ an.m.j.ß.
Agrimoniæ.
Rutæ.
Abrotani an.m.ß.
Cymini ʒj.ß.
Caſtorei ℈j.ß.
Inciſa indantur duobus ſacculis è panno lineo albo. Bulliant in aq. & vini æqual. part. exprimantur & imponantur veſperi auribus. Mane vero inſtilletur parum ol. amygdal.amar.aut ſequentis.
℞.Ol.Amygdal.amarar.ʒvj.
Rutacei.
Irini an.ʒ.ij. Miſce.

Pinguedo Tymalli piscis.

Eius enim loco prodeſt pinguedo Tymalli piſcis, quod merito expertus magnifacio & prædico.

Morſuli.

℞.Spec.Diarrh.Abbat.
Diambræ an.℈ij.
Aromat.roſat.
Lætificant.Galeni an.℈j.ß.
Margarit.præparat.℈j.
Sacch.Penid.ʒij.
Cinamomi craſſ.inciſ.ʒj.
Sacchar.albiſſ.℥v.
Diſſol.in aq.Primul. veris, & Beton. q. ſ. fiant Morſuli.
Aſſumatur mane vnus, corroborabit ventriculum,caput,& hepar.

Tragea.

℞.Spec.Elect. Reſumt.ʒj.
diatrag.frig.ʒij.ß.
Boli Armeni præparar.℈j.
diatrion ſantal.℈ij.
Margarit.præparat.℈j.
Conſ.ſem Aniſi ʒiij.fiat Tragæa.
Huius ʒj.veſperi bibatur ex aq.Betonicæ aut fœniculi,vino commiſta.

In tinnitu aurium è ventriculi & cerebri vitio,

D. Joh. Nævii

CONSILIVM LXVII.

QVATVOR ſequentia remedia ad eradicationem tinnitus aurium cum cauſa ſua apprime conferent:
I. Materia in ventriculo & cerebro concoquatur:
℞.Syrup.de ſtœchad.ſimpl.
de Betonica.
de Endiuia.
Mellis roſ.col.an.℥j.
Aq.Betonicæ.
Saluiæ.
Endiuiæ an.℥iij.Miſce.
Tribus matutinis calide aſſumatur, quatuor horis ante prandium.
II. Catapotiis præp. materia expellenda:

Pillula

℞.M.Pill.Cochiarum.
Aureatum.
Sine quibus an.℈j.
Diagridii g.j.
Reformentur Pill. nu. xxj. cum aq. betonicæ. Quatuor horis à pillularum vſu, ſtomachus iuſculo piſorum ſaccharo parum dulcorato abſtergatur, quod cibis lenientibus prandium excipiat.
III. Sequentibus diebus aliquot orbiculi infraſcripti ante cœnam & prandium continuentur. Corroborabunt ventriculum,cerebrum, & cor, imo & valenter vapores diſcutient:

Rotulo.

℞.Spec.Pliris arcont.
diamoſch.dul.an.ʒj.ß.
Diarrbod.Abb.℈iij.
Coriandri præpar.& pulueriſ.℈ß.
Saccbari roſati ʒß.
Sacchari albiſſimi in aq.beton. diſſol. q. ſ. fiat conf.in Rotulis.
IIII. Sacculus hoc ſuper latere ignito,vi-

noq; irrorato, calefacto aurem tinnientem foueat aliquoties. His ſi Diæta proba, qua omnia, quæ vaporoſa & difficilis ſunt concoctionis, vitentur, acceſſerit, ſibilus moleſtus procul dubio, diuina aſpirante gratia, ſuperabitur, ac extirpabitur.

In tinnitu Aurium, è ventriculi vitio,

D. Caspαris Nævii

CONSILIVM LXVIII.

QVATVOR diebus digerens hoc præmittatur:

Syrupus.

℞. Aq. capillor. Ven.
Abſinthii.
Betonicæ.
Nenupharis an. ℥ iiij.
Syrup. de Betonica.
Endiuia an. ℥ j.
Mellis roſ. col. ℥ j. ß. Miſce.

Die quinto Pill. ſeq. purgetur:

Pilulæ.

℞. Aloes lotæ optimæ ℈ j.
M. Pill. de Hiera ſimpl.
Aſſaiareth. an. ℈ ß.
Aurearum ℈ j.
Diagridii g. j.
Formentur Pillulę nu. xxv. cum ſyrup. de Betonica.

Demum à cibo ſemper vel præpar. coriandrum, vnica tunica obduct. vel Puluis ſeq. ventriculum roborans, & vaporum aſcenſum prohibens, aſſumatur:

Puluis ſtomachalis.

℞. Granorum Maſticis ℈ ij.
Sandarac. ʒ j. ß.
Xyloaloes ʒ ß.
Macis ℈ ij.
Nucis moſch. ʒ j.
Corall. rub. ℈ ij.
Car. cydon. exſiccat. ʒ j.
Calami aromat. ℈ ij.
Coriandri præparat. ℈ ij.
Cinamomi ʒ j.
Sem. Aniſi.
Carui.
Fœniculi an. ℈ j.
Myrtillorum italic.
Foliorum eiuſdem an. ℈ ii.
Pulu. pulueriſand. ſubtil. Miſc. & cum ℥ j. ſacch. albiſſ. f. Tragæa.

Inſuper octauo quoquo die Catapotia, num. xxj. hora vna ante cœnam parcam in familiari vſu ſint:

Pillulæ ſine exſpectatio.

℞. Aloes lotæ opt. ℈ ij.
M. Pill. de Hiera ſimpl.
Aurearum.
Aſſaiareth. an. ℈ j.
Diagrid. g. v.

Malaxentur maſſa cum ſyrup. de ſtœchad. & fiant Pill. quatuor vicibus degluciendæ, pro doſi vna xx.

Deniq; mane & veſperi ſequenti ſacculo calido auris dextra per ſemihoram fouenda oleoq; infraſcripto illinenda:

Sacculus.

℞. Hellebori albi ʒ ij.
Origani p. iij.
Colocynth ʒ ij.
Caſtorei ʒ j ß.
Baccarum iuniperi p. ij.
Milii ſolis ʒ j.
Salis triti ℈ ij.

Incid. groſſo modo, & fiant ſacculi duo linei interpaſſati.

Oleum.

℞. Ol. Laurini ℥ j.
Amygdal. dulc. ʒ ij.
Cannabini ʒ j.
Miſc. ſignetur oleum.

In diminutione ſenſus audiendi in aure ſiniſtra, cum defluxu ad coxendicem, & genu, quem in ſus - atq; ſoleis pedum ſtupor eſt conſecutus,

D. Joh. Cratonis

CONSILIVM LXIX.

Siniſtra dextris debiliores.

SINISTRAS partes dextris debiliores eſſe, in omnibus fere corporibus animaduertimus. Senſum vero audiendi in aure ſiniſtra diminutum an cauſam à natura ipſa, & propagatione, vt ſæpe fieri ſolet, habeat; an vero à cauſis externis, vt capitis refrigeratione, ventorum impetu, lapſu, vel ictu, intemperiem aliquam pars contraxerit; vel materia, quæ meatum obſtruat, affluxerit, neſcio. Itaque difficulter dare conſilium poſſum. Sed ne præſtantiſſimus vir exiſtimet, me laborem defugere: ea, quæ mihi in mentem veniunt, breuiter perſcribam. Nam procraſtinatæ ceſſationes in curatione affectionum aurium difficiliores eas reddunt. Primum igitur illud Hippocraticum moneo: Tutiſſimam medicinam eſſe rectam victus rationem, eamque in hoc corpore ita obſeruandam (ſiquidem curari velit) ne vllo modo caput repleatur. Vitandus igitur vſus euaporantium, maxime piſcium, lacticiniorum, & quæ cæpis, & ſimilibus euaporantibus rebus conficiuntur. Ea Medicus præſens facile ſuggeret. Obſeruata victus ratione, ſæpe corpus infuſo ſenæ purgetur: cum ſena omnium ſenſuum organa præcipue mundet. Infuſum iſto modo fiat:

Infuſum ſenæ omnium ſenſuum organa mundat.

℞. Paſſularum ℥ j.
Galangæ inciſæ ʒ j.

Decoq. in q. ſ. aq. puræ, & infundantur:

Fl. bor-

Fl. borraginis.
Violar. an. p. j.
Fol. ſenæ el. ℥ j.

Stet in infuſione per noctem, & mane calefiat, ac pro duabus potionibus exprimatur:

℞. Expreſſionis ℥ iiij.
Syrupi roſati ſolut. ℥ j.
Mannæ Calabrinæ ʒ vj.
Miſce, ſic pro vno, & altero hauſtu.

Sumpto hoc medicamento caput apophlegmatiſmate expurgetur iſto modo:

Apophlegmatiſmus.

℞. Roriſmarini.
Origani.
Saluiæ.
Rutæ an. m. ß.
Roſar. rubear. p. ß.
Radic. Zinziber. inciſar. ʒ j. ß.
Pyrethri ʒ iij.

Decoq. in lb. ij. aquæ ad medietatis conſumptionem, colaturæ add. Aceti roſacei acerrimi ℥ j. Detur pro gargariſmate, quo matutine os abluat: Iſto modo euacuato capite, decoquatur in aqua & vino origanum atque in decocto calido ſpongia madefacta & expreſſa, ea auri affectæ adhibeatur. Iniiciatur deinceps per calamum vna vel altera gutta aqua cardui, hoc modo deſtillatæ:

Aqua cardui deſtillati.

℞. Fol. cardui mundatorum & ſiccorum, m. j. Aſpergantur ſpiritu vini, & in vas vitreum, quod bociam appellant, imponantur, atque aquæ cardui q. ſ. affundatur, ſuperpoſitoque alembico vitreo deſtilletur in arena. Deſtillatum in vitro clauſo ſeruetur; &, cum vti voluerit, parum de eo in argenteo cochleari calefiat. Iniectum auribus in aduerſam partem caput declinet, exiguo tempore, deinceps rurſus elabi ſinat, Autem perpetuo lana xylina, quæ odorem vel ex moſcho, vel ambra contraxerit, concerpta muniat. Caput non refrigeret, & ne auribus ventus moleſtus ſit caueat. Poſtremo naribus attrahat.

Errhinum.

℞. Succi maioranæ.
Betæ, cum aceto roſac. extract. an. ℥ j.
Zinziber. ſubtiliter pulu. ℈ j.

Miſc. & intincto linteolo naribus imponat, & fortiter pituitam elicere conetur. Id matutinis horis poſt vſum apophlegmatis faciat. cum auris mundanda eſt, non confricet auriſcalpio: ſed linteolum molle intortum inſtar turundæ imponat, atque hoc modo mundet. Humectare etiam illud aqua cardui poterit. Hæc ſi diligenter fuerint obſeruata, ſpero, ſi quidem recens eſt malū, breui omnia meliora futura: id, vt annuente DEO fiat, precor. De defluxu ad coxendicem, & genu, quem in ſuris atque ſoleis pedum ſtupor ſit conſecutus, cum haud dubiè omnia iam ſint mutata, quid conſilii dare debeam, non video. Materia haud dubie fuit tenuis, & beneficio naturæ ad iſtas partes depulſa. Sudor & temperata calefactio, ac diligens victus ratio iſta poſſunt corrigere, nec multis medicamentis indigere videntur.

Stupor pedum.

De materia catarrhi per nares excernenda aluoq; turbata ſiſtenda.

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM LXX.

DVo ſunt de quibus Dominus admonēdus eſt, primum, quo pacto materia catarrhi per nares excernenda ſit. Deinceps, qua ratione turbata aluus ſiſtenda. Quod ad primum attinet, non parum obſtructio illa in naribus ad pectoris anguſtiam facere videtur. Itaque veſperi inungat partem ſuperiorem naſi, inter oculum vtrumque, hoc vnguento:

℞. Adipis anſerini.
Ol. amygd. amar ℥ ß. Miſc.

Mane intra nares attrahat hunc ſuccum:

Errhinum.

℞. Betæ.
Maioranæ. a. m. ij.

Contundantur cum aceto, & exprimatur ſuccus, qui actu calidus trahatur intra nares: Quod ſi iſte ſuccus parum faciet, decoquatur Agaricus cum modico zinziberis in aqua hordei, addita maiorana, & parum oxymelitis, & attrahatur per nares.

Cæterum vbi turbatior aluus fuerit, nec aſſumpta bolo conſiſtere volet, deglutiat ad magnitudinem auellanæ, vel theriacæ, vel mithridatii, & ventriculus inungatur iſto vnguento.

Vng. ad aluum turb.

℞. Ol. Maſtic. ℥ j.
Citonior. tantund.
Nucis Moſchatæ ℈ j.
Maſtich. ℥ ß.
Ceræ parum, Miſc. f. vnguentum.

Cum cor dolere videtur, iſto vnguento vtatur:

Vng. cordiale.

℞. Vnguenti roſat. Meſ. ℥ ß.
Sp. cordial. temperat.
Santal. citrin.
Zedoariæ an. ℈ j.
Ol. caryophyll. gr. iij. Miſc.

Influxu ſanguinis narium, pro quodam Illuſtri Domino.

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM LXXI.

CVM ſit moderatus, à dolore capitis, & aliis affectionibus liberat. Itaq; nequa-

l

Google

quam impediendus. Cum autem præter naturam immodice fluit, reuulſionibus, diuerſionibus, remediis aſtringentibus, & à proprietate quadam ſanguinem reprimentibus ſiſtitur. Rationem diuerſitatis, & reuulſionis per ſanguinis miſſionem, cucurbitulas, ligaturas non neceſſe eſt, docere.

Compreſſio digiti minimi.

Quidam compreſſionem, quæ fit incuruatione vehementi digiti minimi in dextra manu, ſi ex dextra nare fluat, vel in ſiniſtra, ſi ex ſiniſtra, reprimi cenſent, aliqui arctius digitum iſtum ſerico rubro ligant, ſed hoc remedii genus, vbi vel magna intemperies eſt in ſanguine, vel venarum mala compoſitio, parum profuturum videtur, niſi intemperies videlicet, caliditas nimia, vel tenuitas ſanguinis tollatur, vel anacolematis, quæ naribus imponuntur, raritas venarum emendetur.

Lapis carpionum.

Sunt autem valde multa eiuſmodi medicamenta, ſed lapis, qui in capite carpionum reperitur, tritus & in pollinem redactus, præſertim ſi cum lanugine, quæ in malis Cydonis hæret, applicetur, inprimis commendatur. Item herba atque radix fragorum auxiliis ſubiecta, vel collo appenſa. Radix etiam iſta, & lapillus carpionis in ore teneatur, ſed in feruore ſanguinis aquam fragorum bibere, & genitales partes aquæ frigidæ, cui acetum admiſtum ſit, imponere, & cum aqua fragorum ſanguinem

Pul. ſanguinis effluxi.

qui effluit lamina ferri candente exceptum, & puluetiſatum aſſumere, vel puluerem iſtum cum puluere lapidis carpionum mixtum vt dixi, imponere, rectius eſt,

Ad gingiuas tabeſcentes pro quodam Nobili viro,

D. IOH. CRATONIS
CONSILIVM LXXII.

Cauſa gingiuarum tabeſcentium.

GINGIVARVM carnes diſcedere, & dentes iis denudari, vir præſtans conqueritur. Re bene conſiderata hoc ſtatuo, gingiuarum carnem diſcedere, neq; renaſci; vel quod in oſſe dentium aliqua eſt intemperies, quæ carnem agglutinari non ſinat: vel in ipſa gingiuarum carne propter affluxum materiæ acris, & gignendæ carnis non ſatis côuenientis. Huic malo ſi arte medendum, totius corporis, & præſertim capitis intemperies vitanda, & recta victus ratione, ſine qua omnis labor, ſiue intemperies in toto, ſiue in parte corrigẽda ſit, inutilis & ſuperuacaneus, vtẽdum. De victus ratione eum monere, qui hanc non poſſit tenere, qnid attinet? Illud moneo vt ſimpliciſſimo victu vtatur, & ea quæ in dentibus & in gingiuis intemperiẽ relinquunt, vt acida, ſalſa, raphanũ, dulcia etiam & lacticinia remoueat. Interdum & corpus expurgandum catapotiis maſticbinis, vel iis, quæ de ſuccino appellamus, de his ſumatur ad drachmam vnam.

Ad putredinem oſſium.

Cæterum quod ad dentes attinet, ſi in ipſis oſſibus putredo eſt, vix vlla res melior eſt, quam oleum vitrioli:

Ol. vitrioli.

ſi oſſa ſunt valida & robuſta (vt eſſe arbitror) caput lotionibus ex roriſmarini herbæ cinere lixiuio facto, aut herba in lixiuio cocta, ſæpe ante cœnam, nec aerem nocturnum ſubeat, lauabit. Crepuſcula, vt fluxionibus iſtis valde noxia, vitabit.

Ablutio dentium è ligni guaiaci decocto.

Dentes ſæpe abluantur decocto ligni guaiaci, & maxime ſumpto cibo. Item decocto corticum alborum quercus, corticum berberis, vel foliorum plantaginis. Inprimis vero proderit (niſi ſenili ariditate caro dentium decedat, quod quidem in præſtantiſſimo viro non verendum) ſi ex puluere teſtarum oui in cineres crematarum carnem gingiuarum fricet, & vel decocto rubi, aut roriſmarini abluat, & iſto electuario quotidie inungat.

Elect. pro inungendis gingiuis.

℞. Puluer. ireos.
Rad. fragor.
Roriſmarin. an. ʒ j.
Sanguinis dracon. ʒ j. ß.
Caryophyll.
Corallor. rubeor. an. ʒ ß.
Maſtic. ℈ j.
Roſar. rubrar.
Alumin. vſti an. ℈ ß.

Iſta pulueriſentur, & aſpergantur aqua roſarum, deinde oxymelite ſcillitico ad iuſtam ſpiſſitudinem redigantur. Si loco oxymelitis ſumatur ſuccus rubi, vel berberis, & deinceps aqua, quæ à vite deſtillat, abluatur, conuenientiſſimum erit: decoctum etiam foliorum pruni, ſi reliqua deſint, conducit. Sequitur deſcriptio pillularum de ſuccino, quarum ſuperius mentio facta eſt.

Pil. de ſuccino.

℞. Succin.
Maſtic. an. ℥ ß.
Aloes ʒ x.
Agaric. ʒ iij.
Ariſtoloch. veræ ʒ j.
Miſc. & cum ſyrup. de betonica f. maſſa.

In Scorbuto, pro Nobili quodam Polono,

D. ABRAHAMI SEYLLERI
CONSILIVM LXXIII.

Diæta

NE morbus hic, qui ſemel V. M. inuaſit, recurrat, operæ pretium erit congrua vti victus ratione. Ad ſanitatis etenim conſeruationem, & morbi effugium plurimum refert, quo quiſque cibo & potu vtatur. Sit,

V. M.

V. M. contenta prandlo & cœna, reliquas commeſſationes intermittat, nunquam piſces & caroes io prandio vel cœna miſceat. Prandii & cœnæ ſit tempus conſtitutum, ita tameo vt intercurrant ſeptem horæ ad minus, ne cibus nouus prioti admixtus cruditates faciat. Victus ſit moderatus, neq; multa fercula ſimul miſceri debent, quod coctionem turbent. Cibi ſint boni ſucei, facilis concoctionis, liquidi, ac leuiores ſemper ſolidiotes præcedant. Et quanto moderatiores ac ſimpliciores extiterint, tanto naturæ familiariotes ac ſalubriores. Nunquam vtilis eſt nimia ſatietas. Comedat V. M. tantum, quantum conſuetudo, & ventriculus ferunt. Vtilis ſemper frugalitas, quæ neque cibum, neque potum ad ſatietatem vſque requirit. Si etenim liberalius aſſumuntur, non ſolum ventriculum aggrauaot, verum etiam eius concoctricem facultatem opprimunt. Neque ex vſu eſt inedia & abſtinentia nimia. Cauendum M. V. à carnibus bubulis ſenio confectis, ſale exſiccis, aut fumo exſiccatis, à ſuillis inuteratis, & à volucribus fluuiatilibus, Fugiat V. M. quæ ſartagine friguntur, & quæ inter coquendum nidorem in ventticulo excitant, qui & alios corrumpunt cibos. Præterea omnia operę piſtorio ex farina, butyro, caſeo, & lacte confecta. Item artocreas, caules, fabas, fungos, omnes piſces in limo, ſtagno, aut lacu captos: Item fumo & aëre induratos, vel ſale maceratos, exceptis halecibus, neque caro fumo exſiccata ex vſu eſt. Potus ſit vinum purum, & cereuiſia depurata, clara non recens, quia difficulter per vrinarios meatus tranſit, neq; nimium vetuſta, quod ſuo acore ventriculum lædat. Potio nimium frigida ſumme vitanda, quod ventriculo indelebile malum inducat. A paſtu cauendum ab omni corporis vebementiorl exercltio, & omnis animi cogitatio, ac meditatio grauis, aut contentio, aut ira, aut mæſtitia, cibum ne ſequantur. Quod ſi ſomous obrepet, (non eſt ſtatim indulgendum, niſi M. V. nocte præcedente vigilauerit) is poteſt admitti duabus horis poſt prandium. Noctu diligenter euigilandum, ne corpus, neque caput aeris inclementia, vel contactu radiorum lunarium lædantur. Pedes & totum corpus tueantur hyeme à frigore. Lotiones pedum & balneum V. M. Conferunt. Conficiatur autem lotio pedum ex lixiuio, iococtis herbis artemiſia, abſinthio, origano, & floribus camomillæ. Dabit quoque V. M. operam, vt ſingulis diebus alui beneficium ſequator. Quod ſi ſupprimatur, V. M. vtatur paſſulis, vel pruois dulcibus ante paſtum per horam. Hæc ſi nihil proficeretent capiat, inſtar nucis moſchatæ de Electuario purgante. Ceterum V. M. de morſulis capiet alternis diebus voum, poſtquam ſelauit, & non intermittat nodulum indere vioo: Cumque quatuor diebus duraoerit, eximendus, ac recens iniiciendus, & ſic reliquorum quoque vſus eſt continuandus. Eſſet apptime conſultom, ſi ad autumnum V. M. vteretur purgante medicameoto leui, quale hoc eſt:

Halecu.

Purgans.

℞. Radicum polypodii querc.
ʒ.ij ß.
Cichor.ʒj.ß.
Fol.ſenæ Alexandr. ℥ß.
Epithymi.ʒj.
Zinzib.℈j.
Sem.fœoieul. ℈ß.
Flor. borrag.
bugloſſ.an.p.j.
Decoq.l.artis in ſ.q.aq. puræ.
℞.Colaturæ ℥ij.ß.
Syrup.de tribus ſolut.℥.j.
Electuar.Epiſcopi.ʒiij.
Aq.cinamom.℈j.
Miſce, fiat potio.

Educet materiam leniter, ex cibi & potu quotidiano collectam, vt caput immuoe reddatur à morbis imminentibus. Chriſtus cœleſtis & ſummus generis humani Medicus ac ſeruator bene fortunet. 23. Maii, Anno 78.

In dolore dentium,

CONSILIVM LXXIIII.

LICET præſentes Medici melius ægri, & moibi naturam ac cauſam inquirere & indagare poſſint, nihilominus cum & meũ expetatur conſilium, libenter & mea præſertim localia, quæ dolorem dentium tollere poſſint, conſero. Auerſio & euacuatio cauſæ antecedentis omnium tutiſſime & commodiſſime à præſentibus præſcribitur doctoribus. E tranſmiſſo ſcripto intelligo, dolorem hunc partim fluxioni frigidæ, partim dentibus cauis & verminoſis adſcribendum eſſe.

Hinc primo Diæta caput replens, & fluxionem conſequenter cōcitans, remouenda penitus, cibi vero euchymi moderate, & ſtatuto aſſumendi tempore cœna prandio parcior; ventricuuli concoctio iuuanda, vioo mero, Necarino, aut Rhenano. A cibo obſignandus ſtomachus Diaciton. vel Zingiber. coodito. Interdum & 8. aut 9. gran. maſtic. aut piperis integra deglutienda. Proderit & hæc Tragæa à cibo.

Tragæa ſtomachalis.

℞. Roſar. rubear.
Santal. rubr. an.ʒj.

Google

Coralli rubr. præpar.
Margar.præpar.an.ʒ iiij.
Coriandi præpar.ʒj.
Macis.
Nucis moſch.
Caryophyll.an.℈ij.
Zinzib.albiſſ.ʒj.
Calami aromat.ʒ ß.
Cinamom.elect. ʒß.
Maſticis an.℈iiij.

Tritis omnibus in puluerem ſubtiliſſ.adde ſaccharum ad pondus omnium, & fiat Tragæa. Ante cibum vero hos morſulos aſſumat:

Morſuli. ℞.Amygd.rec. excort.
Pinearum præparat. an. ʒvj. fiat Emulſio cum aq.beton.q.ſ.
Huius ℞ q.ſ.ad diſſul.
Spec.aromat.roſ.
diamoſch.dulc. an.ʒj.
diacinam.
diagalangæ.
diarrho.abb.an.℈ij.
Zinzib.albiſſ. ʒj.
Caryophyll.
Macis.
Calam.arom.
Nucis moſch.
Cubebarum an.℈ij.
Ligni aloes triti.in pul.ʒß.
Cinamomi el. ℈iiij.
Granor.paradyſi ℈ij.

Cum ſaccha.alb.ſſ.q.ſ. arom. craſſiuſcule inciſis, f.conf. in morſulis. Abſtergatur etiam ventriculus ſingulis ſeptimanis bis vel ter, vna aut altera pill.hora vna ante cœnam ſumpta.

Pillulæ. ℞.Pill.Alephang.ʒj.
Diagridii gr.iij.
Cum aq. Beton.f. pill. vſitatæ magnitudinis

Quantum ad fluxiones, cum è capite defluant, eas auertendas & educendas eſſe, quis dubitabit? Hoc commodiſſime fiet Clyſtere ſingulis menſibus hora vna aut duabus ante cibum applicato. Medicina eſt facillima, vtiliſſima, tutiſſima, aut etiam ſæpius, prout dolor vrgebit, iteranda:

Enema. ℞.Maluæ.
Parietariæ.
Mercurialis.
Maioranæ.
Stœchad. Arab.an.m.j.
Saluiæ.
Betonicæ.
Herb.Paralyſ.
Iuæ Arthetic.
Summ Anethi.an.m.ß.
Sem.Lini.
Aniſi.
Fœniculi an.ʒij.
Rad. Altheæ ʒvj.
Pæoniæ ℥ß.
Agar.trochiſ. ʒ ij.fiat decoctio.
pro Clyſtere.
Colat.℞.℔.j.in hac diſſol.
Caſſiæ pro Clyſter.ʒvj.
El.Hieræ ſimplic.
Bened.laxat. an.ʒ iij.
Ol.Camom.
Lilior.alb.
Comm.an.℥j
Vitelli oui num.j.
Sacchar.rub ℥j.
Salis triti.ʒß.fiat Enema.

Annuatim vero, vere & autumno perfecta cura inſtituenda eſt. Digeratur primum materia tribus diebus:

℞.Syr.de Beton. *Syrupus.*
de Hyſſopo an. ℥j.ß.
Mellis roſ.col.
Oxymel. ſimpl.an.℥j.
Aq.Hyſſopi.
Saluiæ.
Beton.
Herb.paral.
Borrag.an.℥ij. Miſc.

Dein educatur his pillulis:

℞.Pill.Aggregatiu. *Pillulæ.*
Aſſaiaret.
de Hiera cum Agar.an.ʒß.
Diagr.gr.ij.

Cum aq.beton.f. Pill. magnitudine piſorum.xv. pro doſi vna aſſumendæ, quas & ſingulis menſibus repetat.

Maiuris vero auerſionis & præſeruationis cauſa ſingulis hebdomadibus pedes lauet.ſeq.herb.decocto, Camomeli nimirum, beton.maior.ſerpill.ſaluiæ,ſtœchadis,&c.

Refrigerationem pedum, vt peſtiferam, vitet maxime. Scarificatio dorſi, cum non ita fœliciter ceſſerit, eius loco ſuadetē cucurbitulas ſiccas, dorſo bene deorſim fricato, ſecundum ceruicem & lumbos applicatas.

Hæc præſeruationis gratia, quę & dolore vrgente reiterari poſſunt. Imo tum nec veſicatorium improbarem: præcipue autem ſequentia cōferent; vino os ſæpe colluat, herbis vero calentibus maxillas foueat: *Curatio.*

℞.Fl.Roriſmar. *Fomentatio.*
Saluiæ.
Stœchad. Arab.
Betonic.
Maior.an.m.j.
Maſticis.
Sandarachæ an.ʒß.
Sem. Nigellæ.
Pyrethri an.ʒ ij ß.

Rad. Lapatii acuti ℥ ß.

Decoq. in vino albo odorif. q. ſ. ad conſumpt. medieraris.

II. Emplaſtrum, vt dentes corroborentur, & putredo inhibeatur, circumcirca denti dolenti accommodandum.

Emplaſtrũ.

℞. Piper. alb. opt. triti in pulu. ſubtil.
Nigellæ an. ʒ j.
Nitri ʒ ß.
Myrrhæ.
Styrac. calam. an ℈ iiij.
Succi Lapatii acuti ʒ ij.
Hyoſcyami.
Papau. albi an. ℥ ß.

Tritis terendis, & galbano aceto diſſoluto, cum Paſſo f. Paſta mollis, tempore vſus ſi durior, malaxetur vino calido.

Electuariũ.

℞. Theriac. el. ℥ j.
Pulu. Nigellæ.
Pyrethri an. ʒ j.
Myrrhæ.
Maſticis an. ℈ j.

Cum aq. vitæ q. ſ. ad formam linimenti Electuarium. Formentur è cera virginea capſulæ magnitudine dentis, hæ vng. hoc repletæ denti obducantur arcte.

Proderunt hæc, vt ſpero, recte adhibita.

In dolore, & vermib s dentum, nec non gingiuarum putredine, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM LXXV.

DOLOREM dentium maximis tormentis poſſe annumerari, Celſus noſter ait. At cum hic S. G. grauiter excruciauerit, paulo diligentius non modo præſernatio, verum etiam curatio conſidera[illegible]. Dolent autem dentes, vel propter flatulentum ſpiritum incluſum ad radices eorum, qui quidem dolor ex decocto herbarũ calidarum cum vino, item theriaca diſſoluta cum vino, & calide adhibita, facile tollitur, etiam interdum ſine vllo auxilio ſponte remittit; aut propter calidorum humorũ affluxum, quibus cum admiſceetur frigidi, dolor quidem minus vehemens eſt, ſed quædam interualla quaſi habet, ſæpe tamen recurrit. Iſta autem miſcella humorum (ſicuti etiam in podagrico dolore accidit) facit, vt interdum remedia probatiſſima malũ non tam mitigent, quam augeant, niſi Medicus probe naturam humorum, à quibus dolor excitatur, cognoſcat, & ad affectionem præſentem remedium contemperet. Accedit altera cauſa, quod in hoc malo, ſicuti in cæteris omnibus, quæ à fluxione pendent, ea remedia, quæ in augmento valent iam conſiſtente fluxione nihil proſunt, multo minus iſta in principio conueniunt. Id cum non animaduertunt imperiti, ſæpe à ſuis experimentis (niſi ea ſint narcotica, quæ ſemper dolorem tollunt, verum nunquam ſine noxa illius partis, quæ dolet vel vicinæ) falluntur. Itaque niſi admodum calidi ſint humores, initio rectiſſime adhibemus collutiones ex ligni guaiaci decocto, cum corticibus ligni quercini, & radice prunellæ hoc modo:

Cauſa à flatibus.

Affluxu humorum.

Difficultas cura.

Narcotica dentibus noxia.

Affluxum materia non adeo calida.

℞. Limaturæ Guaiaci ℥ ij.
Cortic. interior. virid. lig. quercini,
Rad. prunell. an. ℥ j.
Aq. puræ ℔. iij.

Decoq. ad ℔. j. conſumptionem. Vel accipiatur limaturæ cornu cerui, ex ea parte, qua capiti adhæret ℥ j. Decoquatur in vino rubro auſtero & ſtyptico, & teneatur calide in ore. Vt vero affluxus materiæ cohibeatur, ſuturæ coronali ſeu vertici capitis ſæpe puluis ſequens vtiliter, humectata prius ante aqua roſarum aſpergitur:

Puluis ſuturæ coronali inſpergitur.

℞. Roſar. rubear.
Myrtill.
Corall. rube. an. ʒ j.
Maſtich. ℈ ß.
Miſc. f. puluis.

Si hoc modo fluxio reprimi, & dolor ſedari non poterit, decoctum verbenæ adhibeatur, vt fomenentur eo dentes dolentes, vel hoc remedium, qood in miſta materia valde efficax eſt, applicetur: Accipiatur ſpiritus vini, & cum eo commiſceatur puluis vitri, & intincta bombace dolent[illegible] applicetur, aut cauitati dentis impo[illegible]. Si materia eſt paulo frigidior, quod diuturnitas doloris indicat mirifico ſucceſſu vſus ſum iſto puluere. Accipiatur pyrethri pulueriſati pars, caryophyll. pars media, affundatur ſpiritus vini, & eo maleſiat linteolum duplex ad latitudinem loci dolẽtis, atq; ſuperponatur. Valde enim extrahit materiã pituitoſam. Repetendum autem hoc eſt ſæpe, donec remittat cruciatus. In declinatione nullis opus eſt remediis, niſi ad firmitatem dentis, vel propter remedia adhibita quis eos decocto guaiaci, ſaluiæ, lupuli velit colluere. Cæterum ad præſeruationem commendantur ea, quæ adſtringunt. In primis vero æſtate prodeſt medius cortex ligni: è frutice berberis, ſi aquæ imponatur, eaq; horis matutinis os colluatur, ſordes etiam non modo dentium, ſed etiam quæ ſecundum aures ſunt, abluantur. Hyeme vero aqua deſtillationis ſaluiæ, vel vinum hac dilutũ, aut in qua flores roriſmarini fuerint

Decoctum verbenæ.

Materia miſta remedia.

Materia frigida.

Præſeruatio.

maceratí, conuenient. Ac huiuſmodi colluſionibus, non tantum dentium, ſeu capitis, atque catarrhi cauſa velim S. G. potius, quam vino ſimplici vti, quod certe præſertim cum catarrhus eſt moleſtus, ſicut raro moleſtus eſſe deſinit, commendari nequit. Inter omnia vero, quæ dentes præſeruant à putredine, & dealbant, maxime commendatur oleum vitrioli, ſi cum aqua miſceatur, cum puræ & integræ carni ſit innoxium, & corruptam ſaltem tollat. Vituperant autem multi illud, quia verum illius vſum ignorant, qui vero eo vti ſciunt, fœliciter in magnis morbis, non tamen omnibus adhibent. Eadem enim vi, qua camphora propter partium tenuitatem prædita eſt, & cum refrigerātibus datum refrigerat, cum calefacientibus eorum calorem auget, atque vniuerſi corporis ſubſtantiam minori noxa, quam camphora, quæ humido radicali inimica eſt, permeat. Eius tamen vſum non niſi maxima vrgente neceſſitate in S. G. admitterem. Hæcque ideo à me referuntur, ne S. G. cum iis, qui vim olei vitrioli igoorant, in vniuerſum damnandum putet, aut dentibus etiam non poſſe adhiberi, exiſtimet. Nam gutta vna, vel altera ſaccharo, vel melle roſaceo admiſta mirifice deterget dentes, & gingiuas putridas cum vlceribus oris plurimum iuuat. Affirmant quidam dentes cadere, ſi corroſorum cauitati radix Hyoſciami imponatur, quidam eundem affectum radici aſparagorum ſiccatæ adſcribunt, ſed de hoc nihil certe poſſum affirmare, nunquam enim feci periculum, cum dentes, quos ſenium tandem nobis aufert, conſeruand[...]otius, quam euellendos putarim Mo[...]utem dentes firmiores reddit iſta colluſio.

Oleum vitrioli. *Camphora humido radicali inimica.* *Dentium caſus.* *Mobiles dentes adſtring.*

℞.Roſar. rubear. m.j.
Cornu cerui vſti ʒ ij.
Cortic. granat.
Serpentar.
Gallar. an. ʒ j. ß.
Rad. tormentill. ʒ ij.
Alumin. vſti ʒ ß.
Nuc s condit. ℈ ij.
Cortic. caſſiæ ligneæ ʒ j.

Coq. in ℔. j. ß. aquæ plantaginis, & teneatur in ore, ſi nigredinem dentium vereamur, cortex granatorum, gallarum & tormentilla omittantur. Confirmat etiam dentes hic puluis:

Dentifricium.

℞.Corall. vtriuſq; an. ʒ ij.
Maſtich.
Tragacanth.
Gummi arabic. an. ʒ j.
Miſc. fiat puluis.

Ad putredinem Gingiuarum:

℞.Fol. ſaluiæ recent. bene mundat.
Aluminis vſti.
Oſſium mandibul. lucii vſtor.
Myrrhæ rubr. an. ʒ j. ß.
Mellis q. ſ. Miſc.

Si putredinem hæc non remouerent, addatur vna, vel altera gutta olei vitrioli, & fricentur bene gingiuæ. Dentium vero vermes decoctum corticum fraxini interimit. Item, decoctum radicum vrticæ, quod etiam dolorem dentium tollit. Item ſuffumigium ex ſemine porrorum per infundibulum tranſmiſſum. Sæpe, vt in grauidis mulieribus, propter corruptos vapores è ventriculo aſcendentes, dolores dentium, aliquando oris affectiones oriuntur, quæ non curātur, niſi ſublata cauſa, videlicet materia corrupta vomitu è ventriculo reiecta. Sed collutiones tamen iſtæ prodeſſent:

Vermes dentium. *Dolores dent. in grauidis.*

℞.Raſuræ cornu cerui ℥ j.
Corall. rubeor. ʒ j.
Roſar. rubear.
Fl. roriſmarini, an. p. j.

Coquantur in libra vna vini, & eluatur os. Hęc collutio ad præſeruationem doloris dentium plurimum facit.

In inflammatione faucium.

CONSILIVM LXXVI.

Clyſter.

℞.Quatuor herbarum emoll. an. m. ß.
Carigar. pinguium paria vj.
Sem. Fœniculi ʒ ij.
Flor. Camomillæ.
meliloti an. p. j.

Fiat decoctio, cape de colatura ℔. j. In qua diſſol. benedictæ laxat. ʒ vj.
Catholici ℥ j.
Mellis roſati.
Sacchari albiſſ. an. ʒ vj.
O[...]iolati ℥ iij.
Vitelli ouorum recent. nu. ij. Miſc. fiat Clyſter.

Lambitiuum.

℞.Syr. de roſis ſiccis ℥ ij.
Diamoron. ℥ j.
Amyli ʒ j.
Sacchari penidii ʒ j. ß.
Miſce, teneat in ore.

Emplaſtrū.

℞.Corticis thuris.
maſticis an. ʒ ij.
Roſar. rubr.
Coriandr. præpar.
Calami aromatici.
Cyperi an. ʒ j.
Gummi Elemi.
Hederæ an. ʒ ß.
Ladani pari ʒ iij.
Picis.
Terebinth. an. q. ſ.

Miſce,

Miſce, fiat Emplaſtrum ad formam Y. quod apponatur ſuturis, coronali & ſagittali.

Emplaſtrũ aliud.

℞. Gummi Ammoniaci ℥ j.

Malaxetur cum ol. Irino, & fiat emplaſtrum, quod occipiti applicetur.

Potio.

℞. Rhabar. elect. ʒ j.
Agar. rec. trochiſc. ℈ ij.
Spicæ nardi, g. iiij.

Infundantur in aqua cichorii & betonicæ an. q. ſ. quibus expreſſis adde ſyrup. roſ. lax. ℥ ij. Miſce, fiat potio, detur hora matutina.

Syrupus

℞. Syr. de Nenuphare,
de roſis ſiccis, an. ℥ j. Miſce.

Linimentum.

℞. Oleorum Camomil.
Amygdalarum dulc. an. ℥ j.
Axungiæ ʒ vj. Miſce.

Emplaſtrum occipiti imponendum.

℞. Gummi Ammoniaci in aceto diſſoluti, ℥ j.
Caſtorei ʒ ij.
Piperis ʒ j.
Fimi columbini, m. ij.
Ol. de Caſtoreo, q. ſ.
Picis parum. Miſce.

Fiat emplaſtrum, quod occipiti applicetur.

Gargariſmus.

℞. Acetoſæ cum radice.
Portulacæ.
Plantaginis an. m. ij.
Summitatum Rubi,
Lentiſci, an. m. j.
Roſar. rubear.
Nenupharis an. p. ij.
Sem. lactucæ,
portulacæ, an. ʒ iij.
Capitum papau. albi, vel
Corticum tantum, ʒ ij.

Fiat decoctio in aqua ciſternæ, cui adde ſucci granator. ſaporis medii cum corticibus bene contuſis, ℥ iij. Diamoron. ℥ ij. Miſce, fiat gargariſmus, teneat in ore, & colluat ſæpe os.

In caſu columellæ ſeu vuulæ, pro quadam Illuſtri perſona,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM LXXVII.

INTERDVM columella plena humoribus elongatur, & ita delabitur, vt tranſmiſſionem cibi in ſtomachum impediat. Accipiatur in hoc caſu ouum recens aſſatum, & per medium ſcindatur, vnaque medietas calida imponatur vertici, vel ſuturæ coronali, vel fiat hoc, quod fortius exſiccat, contundatur medulla nucis iuglandis cum ſpiritu vini, & ſuturæ coronali imponatur.

Ouum recens aſſatum.

Aliud fortius

Gargariſmata non conueniunt, quia materiam attrahunt, ſed ſi adeſt inflammatio, collutio ex decocto radicum ſonchi ſeu taraxaci, item aqua prunellæ laudantur. Si nulla eſt inflammatio decoctum myrtillorum, roſarum in ore detineat, vel hoc quod ſequitur:

Si inflammatio.

℞. Decoctionis ſaluiæ.
Hyſſopi an. ℔ ß.
Alumin. ſuccharin. ℈ j.
Diamor. ℥ j.
Mellis roſat. ℥ ß. Miſc.

In catarrho ad pectus delabente,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM LXXVIII.

PODAGRA ſæpe à morbis pectoralibus liberat. Idem ſi hic faceret, non omnino malè cum ægro actum videretur. Sed cum nihil adiumenti conſequatur, in curatione corporis primum ad morbum pectoris, deinde pedum reſpiciendum. Iuuabimus pectus iis, quæ vel intercipiunt catarrhum, vel materiam delapſam in pectus euacuant. Intercipiunt, quæ denſandi vim habent, vt boli Armenæ vſus cum ſaccharo roſato, Diatragacanthum frigidũ ſine camphora, & quæcunque craſſiorem materiam reddunt. Sed ab his tamen tota curationis ratio non pendet. Itaque ad euacuantia caput, totumq; corpus deueniendum, materia prius præparata. Præparabitur autem decocto calami aromatici, cui parum ſacchari addatur, in aqua veronicæ. De hoc decocto bibat aliquot diebus matutinis, & ſe poſt aſſumptam potionem in lecto contineat. Vtatur deinceps tali purgante medicamento:

Podagra à morbis pectoralibus ſæpe liberat.

℞. Paſſular. min. p. j.
Ficuum nu. ix.
Agaric. albiſſ. ʒ ij.
Zinziberis ʒ ß.

Decoq. in ſ. q. aquæ puræ, & decocti ℥ iiij. add.

Syrupi roſati ſolut.
Mannæ calabrin. an. ℥ j. Miſc.

Bibat hanc potionem bis in hebdomada. Deinceps aliquot diebus lambendo matutinis horis ſumat ſequens Elegma:

℞. Syr. de ſucco veronic. ℥ iiij.
Extract. calami aromatic. ʒ ß.
Ireos tantundem. Miſc.

Et hæc de morbo pectoris atque gutturis.

In catarrho illabente in pectus, quem difficultas ſpirationis conſequitur, cardialgia, lienis obſtructione, capillorum defluuio, & faciei rubedine.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM LXXIX.

CVM affectiones & indicationes curatiuæ diuerſæ ſunt, difficiles plerumque ſunt medicationes. Itaque caute agendum, & ad id præcipue, quod vel maxime vrget, vel reliquarum affectionum quaſi cauſa eſt reſpiciendum, ne dum vni parti ſuccurrere ſtudeamus, alteram lædamus. Primum vero intuenti temperaturam huius corporis, inſignis epatis dyſcraſia calida, cuius indicia facies ipſa commonſtrat, occurrit. Ventriculi autem intemperiem frigidam & humidam, cum à frigido potu, conſerua roſarum facile offendatur, ſatis poſſumus colligere. Hinc non mirum, ſi multi vapores ad caput ferantur, qui cum catarrhum concitant, iſque in pectus illabatur, difficultas illa ſpirationis conſequitur. Splen quoque propter fœculenti ſanguinis copiam grauatur, & ortis obſtructionibus à craſſioribus humoribus, prohibitaque tranſpiratione febres leniæ conſequuntur. Corruptis etiam humoribus, vapores, qui ad cutim deferuntur, ex quibus pili naſcuntur, corrupti, radices pilorum vitiant, ita vt exiguum defluuium conſequatur. Hæc omnia in iſta ætate, & viribus comminutis, diligentem potius & aſſiduam, quam ſubitam aliquam & vehementem curam requirunt. Itaque initio optimum virum adhortor, ne omnium nugis credat, aut grauiora, quam neceſſe ſit, metuat, vt Phthiſin, & ſomnia illa de accretione pulmonis, ſimileſque ineptias, nec Melancholicum humorem, quo quidem non minus, quam pituitoſo abundat, triſtibus atque ſollicitis animi cogitationibus augeat, verũ (id quod facit) primum Deo benigniſſimo vitam & valetudinem commendet, deinde huic noſtro conſilio obtemperet. Si fortaſſe res non omnino ſuccedet ex ſententia, aut leuis aliqua alteratio conſequeretur, (modo febris, aut graue malum non ſit, de eo enim me admonere per literas poterit) non propterea à præſcripto diſcedat, ſed conſtantia & tolerantia pugnet ad hanc modum. Primũ, vt rectiſſima ſit victus ratio, ſine qua optima medicamenta, interdum non ſolũ parum efficacia, verum etiam noxia ſunt, operam det. Vitet omnia, quæ vel ad cruditatẽ, vel aduſtionem humorum faciunt, cum iſti contrarii quaſi humores in corpore proueniant, & affectionibus cauſam præbeant. Humores crudi non ſolum è crudis cibis, & quos calor ventriculi debilis exacte non poteſt conficere, proueniunt, verum etiam cum varii, quorum concoctio non eodem tempore fit, & miſtio conueniens eſt, cibi aſſumuntur. Vitet igitur varietatem ciborum, & raro piſcibus, leguminibus, oletibus, lacticiniis, auibus paluſtribus, carnibus agninis, & pituitoſis, etiam durioribus veſcatur. Caueat ab omni repletione, nec prius alium cibum ingerat, quam cum eum, quem prius ſumſit, concoctum ſenſerit. Itaque iuſtum ſpacium inter prandium & cœnam interponat. Aduſtos humores augent ſalſa nimium, vel aromatis condita, vel fumo macerata, carnes duræ, vt bouinæ veteres, ceruinæ, & leporinæ, ſed iuniores leporinæ cõuenientiores ſunt. Vitanda frixa in ſartagine, placẽtæ, item alii & cæparum vſus; Raparum, modo ſint probe coctæ, ſatis conueniens eſt. Sed ſingula, quæ conueniant, cum de cauendis monuerim, recenſere non oportet. Et ſpero virum optimum, qui iam diligenti obſeruatione animaduertit, quæ noceant, hac quidem in parte valetudini ſuæ non defuturum. Itaque de cæteris rebus, quas medici non naturales vocant, pauca ſaltem monebo. Aeris exceſſum omnem fugiat, & cœlo humido atque frigido, aereq; ventis turbato domi ſe contineat. In conclaui interdum fumum ex ſola ſtyrace calamita, fornaci vel carbonibus impoſita, aut in aqua roſacea calido tempore elixa, ita vt fumum expiret, concitare poterit. A ſomno meridiano, lectione & ſcriptione poſt prandium ſibi temperet. Nec à cœna legat, nec ſcribat. Non autem niſi prius tribus, vel certe duabus horis, poſt cœnam temperatam, (quæ catarrhoſis & difficulter ſpirãtibus in primis conuenit) cubitum eat. De fricatione partium extremarum poſt ſomnum, deambulationibus & exercitiis leuibus antea monui. Quæritur autem à me, an corpus & caput lauare poſſit. Oſtenſum eſt, crudos humores & aduſtos ſimul contineri in corpore. Ad crudos coquendos, & aduſtos contemperandos, nihil melius, quam ſæpe inſidere labro aqua è fluuio hauſta, & temperate calefacta pleno. Sed vaporaria illa ſudatoria omnino vitanda cenſeo. Caput autem ſingulis ſeptimanis ante cœnam abluere poterit, nec deinceps in aerem egrediatur: In lixiuio coquat roſas rubras, capillum Veneris, & parum maioranæ. Si loco maioranæ abrotanum, propter defluuium capillorum ſumeret, non inconueniens eſſet. Multo autem magis conueniret, ſi non tam lotione, quam abſter-

Margin notes: *Cauſa morbor. & ſymptomatum.* — *Victus ratio.* — *Aduſtos humores generantia* — *Labrum eq. dulcis.* — *Lixiuium.* — *Abſterſio ſpongia lotione conuenient.*

abſterſione, ſpongia videcet in lixiuio prædicto madefacta vteretur. Ita enim facilius capùt abſtergi & ſiccari poteſt. Nam ne nimia fricatione in abſterſione, vel calefactione catarrhus moneatur, cauendum. *Cucurbitulæ lumbis applicandæ.* Cucurbitulas & ſcarificationes adbibere intra bimeſtre, vel trimeſtre ſemel ſcapulis cõuenientiſſimum videretur. Sed non è regione pectoris figendæ ſunt, ne materia ad pectus trahatur, verum prope humeros, vel lumbos applicandæ. Porro quod ad affectionem attinet præcipuam, in ea ſum ſententia, in qua me Pragæ eſſe oſtendi, videlicet eam eſſe Dyſpnœam, *Dyſpnæa.* cuias curatio in eo conſiſtit, vt craſſa & viſcida in pectore contenta incidantur, attenuentur, & educantur, ita tamen, vt tenuis catarrhi, qui accedit aliquando, babeatur ratio. Vſus igitut hic ſum partim incidentibus, partim roborantibus, & tenuem catarrhum ſiſtentibus. Ad incidendum exbibui oxymel cum aqua cinamomi. Ad eandem intentionem, & ſimul etiam roborare pectus, ac maturare craſſiorem materiam ſtudens, ſyrupum è ſucco cardui, veronicæ & ſcabioſæ. *Tenuis catarrhus.* Ad tenuem catarrhum ſyrupum violaceum cum bolo armena, quæ in morbis pectoralibus mirifice conuenit. Hæc autem oſtendent remedia à me in pharmacopolio præſcripta. Vt autem totum corpus roborarem, quod medioeriter vacuante medicamẽto, & ſanguine miſſo, iam expurgatum fuerat, dedi Mithridatii optimi drachmam mediam. Iſta quidem hue vſque facta ſunt. Sed cum nondum difficultas ſpirandi plane remittat, vẽtriculus etiam, & epar, cum ſplene ſæpe negotium faceſſant, bis affectionibus, qua ratione ſubueniendum ſit oſtendam. Primum, ad educendam materiam in pectore eamque attennandam, mouendam etiam aluum attinet, nihil conuenientius oxymelite, *Oxymel.* quod Pragæ quoqne præſcripſi. Eius autem hæc ſit forma:

℞. Herb. Hyſſop.
Veronic.
Scabioſæ.
Marrubii.
Origan. Pulegii.
Card. benedicti an. m. j.
Rad. ireos inciſ. ʒ vj.
Zinziberis ʒ j. ß.
Agaric. albiſſ. ℥ ß.

Infun. in aceti ℔. j. ß. Aq. veronicæ. Card. benedicti an. ℔. ß. Stent in vaſe vitreo obturato, loco calido per triduum, deinde lento igne decoquantur & exprimanturı

Expreſſionis ℔. j. ß.
Mellis opt. ℔. ß.

Coquantur iterum lento igne, & deſpumentur vſque ad ſyrupi formam, ac in vaſe vitreo conſeruentur. Imponi poterit cinamomum, caryophyll. & calamus aromaticus, pulueriſata omnia, & in petia linea ligata, ita vt diutius conſeruetur, & ſapor ſuauior fiat. De hoc autem aſſumat duo vel tria cochlearia paulatim ſorbendo, vbi vel difficultas ſpirandi moleſtiör, vel aluus aſtrictior fuerit. *Ad pector. corrobor. & materiæ matur.* Ad pectus autem & pulmones roborandos, & materiam maturandam, vtile erit vt ſæpe matutinis horis aſſumat iſtos ſyrupos:

℞. Syrupi è ſucco cardui.
è ſucco veronic. an. ℥ iij.
de ſucco ſcabioſæ ℥ ij. Miſc.

Capiat duo cochlearia, & paulatim demittat. In ore autem ratione tenuioris catarrhi teneat iſtos orbiculos: *Orbiculi ad tenuem catarrum.*

Boli armen. oriental. præp. ℥ ß.

Cum aqua tuſſilag. vel violarum, addito parum mucillaginis Tragacanth. f. orbiculi.

Orbiculi ad viſcidam materiam. Vbi vero viſcidior materia anhelitum prægrauat, vnum atque alterum de his orbieulis cum ſyrupis præſcriptis vel oxymelite deglutiat:

℞. Succi cardni inſpiſſ. ℥ ij.
Gummi ammoniac. ℈ j.

Cum oxymelite f. orbiculi parui.

Plurimum etiam commendatur hæc potio, quam hic quoque aſſumpſit: *Syrupus.*

℞. Sem. fœnugræci.
Vrticæ an. ʒ i.
Baſilici ʒ ß.
Fol. maluæ.
Violar.
Pulegii.
Capill. vener. an. p. j.
Rad. altheæ.
Glycyrrhizæ an. ʒ j.
Caricar. num. VIII.

Et coquantur in lib. 2. aq. puræ, decocto add. Mellis violacei ℥ ij. & in formam ſyrupi redigantur. Hanc tribus diebns aſſumat, matutinis horis calidam, ita vt ſyrupus totus in tres æquas partes diuidatur, præſertim cum tuſſicula eſt moleſta. Hæc quidem quod ad affectionem in pectore attinet, ſatis eſſe puto. Cæterum cum petat conſilium, qnid faciendum ſit, ſi in longiori ſermone grauitas illa ſpirationis ſuperuenerit, hoc moneo, vt cum aer frigidior eſt, in ore detineat portiunculam nucis moſchatæ toſtæ. Vbi vero calidior, bolum armenam aqua roſacea dilutam. Cæterum optimum bolum, & armena non inferiorem, habere poterit ex locis vicinis, Tranſyluaniæ præcipue ad Toccæum ſeu Tokai. *Bolus Tokaienſis.* Ad ſtomachi affectiones, quas veteres, cum orificium il-

Google

Cardialgia. lius patiatur, cardialgiam dixerunt, in primis errata in victus ratione vitanda. Ea vero ſi præter opinionem acciderint, deglutire aliquot grana integri piperis, maximum albicantis poterit, & ventriculo iſto vnguēto inungere:

℞. Oliuar. opt. ℥ iij.
Vini optim. ℥ j.
Summit. abſin. Roman. m. ß.
Fol. menthæ criſp.
Roſar. rubear. an. p. j.

Decoq. vſq; ad vini conſumptionem, & exprimantur fortiter. Expreſſioni ℥ iij. ad.

Pul. caryophyll. ʒ j.
Lig. aloes ʒ ß.
Maſtich. ℈ iiij.
Ol. nucis moſchatæ ʒ j.
f. vnguentum, & ſeruetur vſui.

Poterit etiam imponi panis toſtus, aſperſus pulueribus Menthæ ſiccæ, caryophyll. & nucis moſchatæ, atq; modico vino bono odorifero humectetur. Thuris etiam granum vnum, vel alterum cum Maſtiche deglutire hora decubitus, cum nimium vrget dolor, vel à prandio vti iſto puluere, plurimum proderit:

Puluis pa- [illegible] ℞. Panis albi toſti ℥ ij. ß.
Coriand. præpar. ℥ j.
Cinamomi ʒ j.
Maſtich. pul. ℈ ij.
Sacch. albiſſ. ℥ iii. Miſc. f. Tragæa.

Ita autem ſubueniendum eſt frigiditati ventriculi, ne calidum epar offendamus. Proinde illud decoctum radicum cichorii ex iure pulli frigiditate minime lædit, & epar plurimum adiuuat. Poteſt etiam floribus cichorii ſaccharo conditis vti, ita vt eas mane aſſumat. Sed vereor, ne æque ac ſaccharum roſatum offendant. Proinde tutiſſimum eſt, vt recta victus ratione, & præſertim potu epati conſulatur. Facile enim medicamentis refrigerantibus, vel intra corpus datis, vel foris adhibitis, cum caliditas iſta epatis, quaſi naturalis eſſe videatur, errare poterit. Ac ſenibus quidem calor, quam frigus, præſertim qui humido præternaturali abundant, conuenientius. Cæterum cum acriores fumi tranſmittantur ad caput, & radices pilorum lædant, atque defluuium capillorum efficiant, in facie etiam ruborem quendam nimium inducant: ad firmandas radices capillorum, & humores *Ad pilorum defluuium* contemperandos vtile erit hoc vnguentum.

℞. Ol. ouorum ℥ ß.
Ladani ʒ vj.
Pingued. vrſi ʒ ij.
Chartæ veſtæ.
Nucis auellan. vſt. an. ʒ ß.
Pul. gran. myrthi ℈ j.
Miſc. f. Vnguentum.

Vngatur iſto vnguento mane, poſtea veſperi ante cœnam abluatur caput lixiuio, in quo abrotanum, & capilli veneris decoquantur. Ad eandem intentionem ſtercus capræ in cinerem redigatur, & miſceatur cum oleo ouorum, addaturq; gutta vna olei caryophyllorum, vel puluis caryophyllorum propter maiorem efficaciam, & odoris gratiam. Vt vero rubor faciei tollatur, primum faciliotibus remediis vtendum. *Faciei rubo- do.* Commendant autem ſuccum pomorum acetoſorum, ſi eo veſperi facies inungatur, & mane aqua, in qua amygdalæ & ſemina melonum ita comminuta ſint, vt quaſi lac appareat, abluatur. Quod ſi hoc non prodeſt, accipiatur ouum integrum, & impone quatriduo aceto fortiſſimo, donec corticem *Vnguentum* molliorem redditam appareat, & tunc accipe albumen oui, eique admiſce Thuris, Maſtichis, ceruſſ. an. ʒ j. fiat Vnguentum. Recte etiam iſta aqua & magno ſucceſſu adhibetur:

Lac virgi- na. ℞. Lithargyri præpar. ℥ ß.
Aceti ℥ iiij.

Bull. vſq; ad tertiæ conſumptionem, & in alia olla bulliant:

Salis.
Alumin. an. ℥ ß.
Thuris ℈ j.
Aq. roſar. ℔. ß.

Commiſceantur deinde omnia, poſteaquam per linteolum fuerunt colata, & habebis lac, quo facies abſtergatur. Hoc cæteris non conferentibus, non ſolum maculas rubras faciei tollit, verum etiam puſtulas aufert. Potuerit eo mane & veſperi vti. Vt autem totum corpus roboretur, vellem *Totum corpus corroborans.* ſingulis menſibus ſemel vel bis, præſertim cum frigidior eſt aer, accipere de optima antidoto theriacæ vel mithridatii, ad drachmam mediam, in aqua veronicæ vel cardui benedicti, mane quatuor horis ante prandium. Et cum pectoris ratione, tum vero ventriculi & ſplenis in vſu habere oxymel, cuius deſcriptio ſequitur:

Oxymel. ℞. Aq. hauſtæ è fluuio ℔. viij.
Aceti acerrimi ℔. j.
Mellis puri ℔. ij.

Et coquantur lento igne ad ℔. iiij. conſumptionem, ac ſemper deſpumentur. In fine decoctionis impone cinamomi pulueriſati, ac in petia ligat. drachmas duas, ſeruetur in vaſe vitreo. Hæc quidem ad ſuſtentandas corporis vires, & affectiones præternaturales minuendas hoc tempore præſcribere viſum eſt. Quod ſi alia requiret neceſſitas, nullo loco, vel tempore, ſtudium beno-

beneuolentiſſimi hominis vir optimus in me deſideraturus eſt. Iſta vero vt ſalutaria benigniſſimus Devs eſſe iubeat, precor. Viennæ.

In catarrho ſalſo, delabente ad pulmones, pro quodam Magnifico viro,

D. Halidæi De Padvanis

CONSILIVM LXXX.

EX his, quæ mihi innotuerunt per informationem datam, apparet, hunc nobilem Dominum macilentæ habitudinis laborare catarrho difficili & ſalſo, qui deſtillat ad thoracem & pulmonem, & eſt cauſa vlceris pulmonis, quod comitari ſolent febres lentæ cum maxima totius corporis macie. Vigent autem maxime tales deſtillationes vere & autumno, ob iſtorum temporum aeris inæqualitatem. Vnde corpora ad tabem diſpoſita plurimum lædunrur, recte Hippoc. qui autumnū tabidis inimicum dixit, ſiue intelligamus actu tabidos, vel diſpoſitos ad tabem. Cupit itaque hic nobilis Dominus, vt ipſi præſcribatur victus, & dentur medicamenta reſtringentia, ſi quando ſanguinem è pectore & pulmone reiiceret. 3. vt ſuccurratur deſtillationi ad pectus. 4. vt præſcribantur nutritiua & confortatiua, quibus quotidie vti poſſet. Ad profligandos hos affectus triplici vtar inſtrumento: diæta, pharmaca, & chirurgia. Eligatur itaq; aer in actiuis temperatus, vel ſaltem ad modicam frigiditatem inclinans, in paſſiuis ad ſiccum. Euitetur aer ventoſus, pluuioſus, valde frigidus & calidus. Caueat etiam Solis & Lunæ radios; hi enim catarrhum multiplicant, caput & thorax diligēter pannis muniatur, vt tamen non æſtuet, neque frigeat nimium. Exercitium ſit moderatum ſine magna tamen corporis agitatione, ſingulis diebus ſtudeat excernere ſuperfluitates fœcum & vrinæ. Somnus ſit potius nocturnus, diurnus enim peſſimus eſt. Dormiat de nocte horas 7. capite eleuato, & bene tecto, ſaltem duabus horis à cœna. Fugiat coitum, & animi accidentia. Panis ſit ex optimo frumento, bene fermentatus, ſed ſine ſale. Carnes ſint facilis digeſtionis, boni nutrimenti, & paucarum ſuperfluitatum. E quadrupedibus hœdinæ, veruccinæ, vitulinæ, & maxime extremitates horum, leporinæ quoq; interdum, admittuntur. Ex volatilibus, phaſiani, perdices, atagenæ, & aues nemorales: aquaticæ vitandæ. Fercula ſint ex hordeo, farre, milio, oryza, ex pane loto & ouis, ſed fercula noctu dimittantur, quia cœna debet eſſe leuior prandio. Euitetur caſeus antiquus, ſed nouus conuenit, & lac quouis modo aſſumptum, ſic oryza cum lacte cocta, & oua ſorbilia. Piſces conueniunt ſaxatiles, è mari libero, potiſſimum ſquamoſi. Euitentur allia, cæpæ, porrum, raphanus, aromata, ſalſa, & acetum. Potus ſit aqua cum ſaccharo, & ſem. corian. decocto. Quantū ad medicamenta vere & autumno, capiat hoc digeſtiuum calidum in aurora per 10. dies:

Quo tempore ſalſæ deſtillationes frequentes.

De ſanguinis reiectione quid agendum.

1. Diæta.

Cœna leuior prandio.

2. Pharmacia.

℞. Syr. de papau.
violar. an. ℥ ij.
Aq. violar.
farfaræ.
tuſſilag. an. ℥ ii. Miſce.

Poſtea purgetur corpus hoc medicamento:

℞. Manne el. ℥ iij.
Cum decocto pectorali, in quo bulliérint:
Agaric. trochiſc. ℈ ij. f. potio.

Quod ſi ſanguinem exſpueret, vel etiam non exſpueret, laudarem ineunte vere ſanguinis miſſionem per interualla, vt dixi in priori conſilio, è baſilica dextra. Hæc enim à ſputo ſanguinis præſeruat. Mane & veſperi, ſi ſanguinem exſpueret, capiat ʒ j. Philonii perſici, aut tantundem noſtri electuarii ad ſputum ſanguinis, quod eſt mirabile:

3. Chirurgia.

Elect. Halidæi.

℞. Sem. Hyoſcyami alb.
Papauer. alb. an. ʒ x.
Terræ ſigill.
Corall. rub. an. ʒ v.
Sacch. roſa. antiquiſ. q. ſ. f. electuarium.

Aut continue lambat de hoc electuario:

℞. Looch de portulac.
Diatragac. cum bolo an. ℥ j.
Cum ſyrup. de papauer. q. ſ. f. electuarium.

Interdum ſub ingreſſum lecti ad ſiſtendum catarrhum & ſanguinem, capiat hanc pillulam:

℞. Pill. de cynoglos. ℈. viij. fiat pillula vna.

Caput per interualla euacuetur cum pillulis in priori conſilio ordinaris. Diuertatur etiam catarrhus cum ligaturis & fricationibus brachiorum & tibiarum, & ponendo ventoſas ſine ſcarificatione ad coxas, & lauando crura tali lauacro:

℞. Roſar. rub.
fl. nymphex.
violar.
betonic.
camomill. an. m. j.

Coq. in ſ. q. aquæ fluuialis, & abluantur crura. Reuellatur etiam catarrhus ad cutis capitis ſuperficiem, ſicut fecit Galenus in illa nobili Romana 5. Method. hoc medicamento ſecuro & tuto:

Veſicatorium in ſutura coronali.

℞.Cantharid.abſciſſis aliis & capitib.ʒj.
Caricar.pinguium n.j.
Fermenti parum,
cum aceto ſcillitico f.paſta,

& mane abraſo capite ſuper ſutura caronali imponatur, dimittatur per horas octo, vbi excitauerit veſicam, acu rumpatur, & locus inungatur butyro, ſuper impoſito folio caulis ſupra cineres calefacto, mane & veſperi, ne fiat vnio partium. Si hoc non ſufſecerit fiat cauterium actuale in ſutura coronali circa initium Maii, capillis abraſis, & locus atramento notatus, candente ferro vratur vſque ad pericraneum, & ſtatim imponatur ſtuppa infuſa in albumine oui cum aqua roſarum & aceto. Deinde ad octo horas imponatur butyrum contuſum cum folio caulis, & ſic mane & veſperi locus emplaſtretur, donec decidat eſchara: quo facto imponatur in foramen granum ciceris, & ſupra folium hederæ, ſicque diu detineatur locus apertus. Hoc enim remedio multos actu phthiſicos priſtinæ ſanitati reſtitui. Et ſi autem videri poſſit abominandum medicamentum, tamen tutiſſimum eſt, & ſine aliqua noxa adhibetur, cum quo etiam plurimos catarrhos ad thoracem delabentes compeſcui. Scripſi etiam in priori conſilio electuarium reſtauratiuum, quod capit pulpam caponis & perdicis, quo vti debet quotidie mane & veſperi inſtar magnæ caſtaneæ, per tres aut quatuor horas ante cibum.

Cauterium actuale in ſutura coronali à phthiſi incrementis preſeruat.

Lac aſini.

Cōſulo etiam rurſus, vt in Maio bibat lac aſininum, vel caprinum cum ſaccharo, (nihil enim melius in talibus pulmonum diſpoſitionibus & catarrho calido & acri, licet ſit vaporoſum) inchoando ab ℥ iiij. & paulatim aſcendendo ad ℔ j. cum modico ſaccharo, ne aceſcat in ventriculo, & capra in thalamum introducenda eſt, ne lac corrumpatur. Epoto lacte non eſt indormiendum, neque exercendum corpus. Quibus diebus à catarrho moleſtatur, præmiſſa aliqua leui purgatione, capiat ʒj. theriacæ nouæ cum ſaccharo roſato tribus aut quatuor horis à cœna, poſtea dormiat ad libitum.

Electuarium confortans pulmones.

Mane quoq; & veſperi capiat de electuario ſequenti, quod pulmones confortat, ne recipiant catarros exulcerantes.

℞.Pulmo.vulpis, præpar.& exiccati ℥ ij.
ſucci liquirit.
capilli vener.an ʒß.
Diapenid. cum ſaccha. ſine ſpeciebus calidis.
Diatragac.frig.an.℥j.
Cum ſyr.myrtino q.ſ.f.electuarium, & eſt D.Meſue.

Veſperi inſpergatur ſyncipur iſto puluere:

℞.Gummi iuniper.
Roſar.rub.
Myrtillor.
Thuris.
Maſtich.
Corall.rub.
Santal.omnium an.ʒß.f.puluis.

Cauendum eſt enim omni ingenio ne membrum mandans, quod eſt cerebrum, ad pulmonem materiam propellat. Laudo etiam pro membrorum ariditate, vt quotidie ad multos dies vtatur brodio teſtudinis nemoralis, in quo decoctū ſit hordeum mundū & expreſſum cum ℥ß ſacchari albi: Fiat etiam inunctio mane & veſperi totius ſpinæ dorſi, æſtate actu frigida, hyeme tepida, ex hoc vnguento:

Vnguentum

℞.Ol.amygd.dulc.rec.
violar.
Butyr.recent.non ſaliti, ex aq. frigida ter ablut.
Mucillag.ſem.pſyll.
Citonior.an.℥ß.
Lactis mulieb.puellam lactantis ℥j.
Ceræ albæ q.ſ.f.vnguentum molle.

Et ſingulis diebus in aurora, quando non moleſtatur à catarrho, capiat vitrum magnum huius aquæ:

℞.Aq.limatiar.
Vngulæ cabalin.an.℥ iij.
Sach.albiſſ.℥ß.Miſc.& calide exhibeatur.

Hiſce remediis, ſpero, DEO adiuuante, qui ſolus languores noſtros curat, quod hic Nobilis & ſpectabilis vir priſtinam ſanitatem recuperabit.

In pectoris affectionibus, atq; tuſſi, pro quodam Magnifico Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM LXXXI.

VT ſternutatione cerebrū, vomitu ventriculus expurgatur, ita pulmo, cum vel in ſuperiorem partem, ſiue illius meatum & fiſtulam, quæ aſpera arteria dicitur, materia à cerebro illabitur, & intus collecta carni pulmonis moleſta eſt, ad expulſionem illius inſurgit. Si materia tenuis ex capite in eam incidit, in ore tenendi ſunt orbiculi albi vel rubri, quas Becchias vocant. Becchiæ albæ à nobis conſcriptæ conſtant, ex ſpeciebus Diatrag. frigidi ſine camphora. Rubris additur bolus. Sunt etiam iſti orbiculi M.S. antea à me ordinati:

Materia tenuis.

Orbiculi.

℞.Gummi Tragacant.ʒ ij.
Arabici ʒj ß.
Amyli ʒß.

Succi

Sucel glycyrrh.gr.x.
Saechar.cum mucillagine diſſol.℥vj.
Miſc.f.confect.in rotulis.

Verum ſi admodum tenuis catarrhus fuerit, Diacodio eſt vtendum. Eius vero loco M. S. hanc confectionem adhibere velim.

Diacodium vel eius loco hoc Elect.

℞.Papauer.albi ʒij.
Sacch.io aq.roſar.in qua maceris ℈ij. prius ebulliant, diſſoluti ℥ij.
Miſc.& f.confect. in orbiculis.

Etiam ſolum gummi Arabicum in ore detentum adiumento eſt. Cum vero pars aliqua catarrhi iam in pulmonem & pectus dilapſa eſt, ne vel putreſcat, vel concreſcat, atque induretur, ſicuti in D. Ferdinando Imperatore accidit, opera danda eſt, & initiis obſtandum. Adiuuant autem, cum recens eſt malum leniſſima medicamenta, quale eſt decoctum raparum hoc modo paratum:

Decoctum rapar.

Mundatis & ſciſſis rapis affundetur aqua, cumq; ſemel vel bis ebullierint, ea abiecta alia affundatur, & probe rapæ coquantur, Iure per linteolum expreſſo, adiiciatur, ſacchari candidi, & butyri, vel ol. amygd. dulcium recentiſſimi q. ſ. Eclegma etiam ol. amygd. dulc.& ſaccharo penidio conuenit, ſed in horum vſu moderatione & circumſpectione quadam opus eſt, ne dulcia iſta, dum in ventriculo morantur, in bilem tranſeant, vel in epar rapta obſtructiones pariant.

Cautela in vſu dulciū & Eclegmatum.

Videmus autem propter nimis frequentem vſum eclegmatum eos, qui pectoralibus morbis laborant, interdum in hydropem incidere. Minima enim pars iſtorum medicamentorum ad pulmonem, maxima ad ventriculum & epar delabitur. Proinde tutiſſimum eſt, vel iis, quæ ſunt quaſi cibus, vel orbiculis, qui lente in ore diſſoluuntur, vti.

Orbiculi commodiſſ. remedii forma in morbis pectoris.

Gargariſmus ad catarrhum intercipiendum.

Gargariſmata etiam in materia calida non ſunt omittenda, ex aqua roſarum cum ſyrupo violaceo, vel hoc:

℞. Furfurum tritici, à quibus farina omnis eſt remota ℥j.
Aq. hordei ℔.j.ß.
Ebull.& add. aquæ Roſar. ℥iij.
Syrupi è violis ℥ß. Miſc.

Orbiculi ad materiam craſſam & tenuem.

vbi vero materia partim eſt tenuis, partim craſſa, conuenient iſti orbiculi, à me quoq; prius S.M.ordinati:

℞.Sp.Diatrag.frigid.
Diapenid.
Diaireos an. ℥ß.
Sem.frigidor. maior.an.ʒij.
Pul.glycyrrh.℥j. vel quod melius eſt,
Succi glycyrrh. ʒj.
Sem.Vrticæ.
Papauer.an.ʒj.ß.
Helenii ʒij.
Miſc.cum ſacchar. q.ſ.f. compoſitio in rotulis.

Ad materiam frigidam.

Si materia eſſet frigida, orbiculi illi poſſunt inungi ol.amygd.dulc. recēt. cui gutta vna olei aniſi ſit admiſta. In materia autem craſſa & frigida conueniunt, Diaireos ſimplex, Diaireos Salo. Ego ſimplicibus, quam compoſitis vti malim. Admonui autem antea de retentione nucis moſchatæ in ore, quæ pani inuoluta ſub cineribus coquitur, & in vertigine cōuenit. In corpus vero ſumptum plurimum prodeſt decoctum Calami aromatici hoc modo:

Ad materiam craſſam & frigidam.

Decoctum calami aromatici.

℞.Calam.aromatic.inciſ. ℥ß.
Aquæ puræ ℔.j.ß.

Decoquantur ad tertiæ partis conſumptionem, & addatur ſacchari candidi ℥j. rurſum ebulliant, deturq; colatura. Hanc quoque ſequentem miſturam memini S. M. Pragæ profuiſſe.

℞. Syr. de violis, vel propter maiorem abſterſionem, Mellis roſacei ℥j.
Extracti calam.aromatic. gutt.iij.
Miſc.

In diuturna tuſſi, aſthmate & tabe atq; ad phthiſin diſpoſitione, pro quodam Nobili iuuene.

D. IOH. PETRI MERENDÆ

CONSILIVM LXXXII.

POSTQVAM M.T. cupit, vt conditionem aduerſæ valetudinis Nobilis iuuenis cognati tui, ſcriptis explicem, nimirum vt intellecta à parentibus ſuis morbi qualitate, maturius valeant illius ſanitati conſulere, cupiens M.T. quantum in me eſt, rem gratam facere, conabor pro modulo virium mearum eidem ſatisfacere. Accidentia ergo, de quibus nunc conqueritur, tria potiſſimum eſſe deprehendi, videlicet, tuſſis diuturna, quæ anno ab hinc quinto eum moleſtare incepit, anhelitus difficultas, & totius corporis extenuatio. Quorum primum impedimentum eſt, ne vel die quieſcere, vel nocte bene dormire poſſit. Alterum vero, ne pro eius deſiderio quocunque incedere, aut alio quouis modo corpus exercere valeat, ſiquidem cum paululum ambulare, vel ſcalas aſcendere tentat adeo ſpirandi difficultate capitur, vt ſpiritum trahere vix poſſe videatur. Tertium autem, ne reliquæ actiones probæ fiant, ex quo vires omnes, propter alimenti defectum, imbecilliores redduntur, non parum obeſt. Traditæ igitur à Galeno, primo de locis affectis methodo inſiſtens, cum ſpirandi functionem, quæ ab animali facultate procedit, ita læſam eſſe

Symptomata.

K

perpendo, vt ad eam perficiendam, non ſolum thoracis, & intercoſtales muſculi, ſed etiam præcordia & ſcapulæ moueri cogantur, non poſſum non ſuſpicari, id accidens ob viarum ſpiritus anguſtiam proficiſci, ſolet quidem ſpirandi difficultas interdum contingere, quando propter neruorum, ad pectoris muſculos deuenientium obſtructionem animalis facultas impeditur, quo minus pro neceſſitatis ratione pectus mouere poſſit, quemadmodum in vehementi apoplexia facilime cõſpicitur, verum quod ab huiuſmodi cauſa talis ſpirandi difficultas non fiat euidentius eſt, quam vt demonſtrari egeat. ſed neque etiam rationi conſonum videtur, ob virium imbecillitatem, vel exuperantem cordis aut pulmonis calorem eam fieri, quandoquidem imbecillæ eius vires, tam longo tempore ſufferre non valuiſſent, nec immodicus ille viſcerum calor tam diu perſeuerare potuiſſet, vt pote cum pulmonis inflammatio, vel eryſipelas, & vehementes cordis calores in acutorum morborum numero reponuntur. Reliquum eſt ergo aſſerere eam ſpirandi difficultatem ob anguſtas anhelitus vias excitari, id quod indicium ab excrementis ſumptum ſatis iam confirmat. nam excrementa non pauca, alba quidem & craſſa, & partim purulenta, tam die, quam nocte per tuſſim, cum ſonitu quodam in pectore expurgantur, vt quicunque eum tuſſientem audiunt, facile iudicent ex infimo fere pectore ea duci: quinetiam recte animaduertentibus conſtat, eam magnæ reſpirationis in eo eſſe differentiam, quæ non ob multam inſpirati aëris eſſentiam, propter dilationis à thorace proficentis magnitudinem dumtaxat procedit. Ex prædictis itaque indiciis euidenter apparet, affectam ſedem eſſe pulmonem: ipſum vero morbum inter inſtrumentales numerandum, qui ad meatum, vel etiam numerum pertinent. Nunquid autem præter obſtructionem ſoluta quoque ſit eius vnitas, nec ne, merito ſuſpicari quis poſſet: potiſſimum, quia ſputum illud album craſſum & ex parte purulentum, & cuius pars in aqua deſcendit, vlceris alicuius indubium eſt indicium, ſed vtrum in pectore, aut pulmone, vel in aſpera ſit arteria, ex reliquis ſignorum differentiis, hoc dignoſcere oportet. Etenim cum neque in pectore, aut collo, vel gutture dolorem aliquem percipiat, neque etiam pleuritis, vel pulmonis inflammatio præceſſerint, veriſimile eſt vlcus illud, neque in pectore, neque in aſpera arteria, aut aliis gutturis partibus conſiſtere. Conſtat item in ſuppuratorũ numero, nequaquam connumerari debere, quoniam ſuffocationis periculo ii maxime ſunt obnoxii, & imbecilles neceſſario vires habent, atque ideo tam diu ſuperuiuere non potuiſſet. Non alienum ergo videtur exiſtimare, pus illud pituitæ admixtum ex pulmone prouenire, cuius etiam rei fidẽ nonnihil auget, ipſa ſputi quantitas, non quidem tam copioſa, vt in ſuppuratis, ſed neq; adeo modica, vt ex vlcere aſperæ arteriæ, vel pectoris egredi conſentaneum foret. Accedit ad hoc nullius doloris ſenſus qui talem in pulmone affectum eſſe declarat, vt pote cum paruam ſentiendi vim ei natura tribuerit, nec niſi per tenuẽ membranam ipſum continentem ſentiat. Animaduertit quoque ſiniſtram maxillam poſt prandium multo rubicundiorem altera extitiſſe, quarum rubedo, etſi proprium peripneumoniæ ſit indicium, nihilominus cum nulla de inflammato pulmone nunc ſit ſuſpicio, certius aliquid ſupra alium quempiam pulmonis affectum, quam alterius cuiuſcunque patientis particulæ iudicari poteſt. Quod autem illa corporis extenuatio propter alimenti defectum, & extranei caloris præſentiam fiat, hinc conjectari licet, ſiquidem ex caloris arteriæ ſenſu, duritie & frequentia conſtet, cor calidius eſſe, quam naturalis eius conditio poſtulet: arbitror autem extraneum illum cordis calorem, idcirco auctum fuiſſe, quod non ſatis refrigerari potuerit, præſertim cum maioris refrigerationis neceſſitas, ab intrinſeca quadam cauſa fomentum caloris continue præbente ſubcreuerit. Etenim quod multi & craſſi humores in viis anhelitus contenti, aërem ingredi prohibentes difficilem ſpirationem efficiant, id à nemine in dubium verti poſſe exiſtimo: ſed neq; rationi diſſonum videtur, putridos & calidos vapores à pulmonis vlcere prodeuntes vicinum cor aſſidue calfacere; & quia hi non multi ſunt, quoniam nec vlcus eſt magnum, nec corpus multis repletum humoribus, haud mirum videri debet, ſi lenta quędam febris potius, quam ardens ſubſecuta fuerit, quæ humiditates corporis depaſcens, macredinem illam efficit. Cæterum præſtat etiam cauſam inquirere, quæ vlcus illud primo excitauit, cuius cognitio non ſolum ad præſagiendum, verumetiã ad vlceris curationem multo vtilior & magis neceſſaria erit, præſertim ſi cauſa illa adhuc perſeuerare inueniatur. Nam ſi externa (quam προκαταρκτικὴν vocant) tantummodo fuiſſet, nulla curatiua indicatio ab illa ſumeretur. Ergo cum nullum ab externis rebus ſenſerit in pectore nocumentum, ſi quidem neque ab alto ceciderit, nec ſub graui pondere oppreſſus,

Cauſa difficilis reſpirationis.

Pulmonem affectum eſſe.

Rubedo ſiniſtræ maxillæ à cibo

Extenuatio corporis.

Cauſa vlceris. [illegible]

preſſus, aut alio quouis modo contuſus vel vulneratus in ea parte fuerit, nec vas aliquod in pulmone diſruptum; rationabile eſt, vlcus illud ab eroſione ortum duxiſſe. quam humor aliquis mordax ſiue is acris, ſiue ſalſus, aut amarus tunc fuerit à capite ad pulmooem defluens, excitauit: id quod bilioſa eius temperatura, & iuuenilis ætas, 20. anoorum ac cerebri caliditas & humiditas abunde oſtendunt. Ea enim cerebri temperatura exerementis abondat, & deſtillationibus eſt obnoxia; quod ſi bilis aliqua pituitæ admiſceatur, mordáces defluxus facile generantur, quorum natura eſt mollia membra erodere, & vlcerare. Et quamuis ſubtilior quoque ſanguis venarum tunicas exedere ſit aptus, non eſt tamen ſuſpicandum, id vlcus ab hac cauſa fuiſſe factum: nam rubicundi & ſpumoſi ſanguinis copia, cum tuſſi effluxiſſet, nec tam facile ſine remediis ſupprimi, aut inflammationis periculum vitari potuiſſet.

Sputi ſanguinis interpolati cauſa.

Cum autem paucam ſanguinis quantitatem aliquando expuerit, idq́ue interpolatis tantum temporibus, veriſimilius videtur, ob defluxum mordacis alicuius humoris ad pulmonem, eroſionem aliquam in eo non magnam factum fuiſſe; cuius prauitatis indicium eſt, modicus ille ſanguis, qui cum aliis excrementis expuitur, illa vero cum plura ſint, quam quod pulmo per diminutam concoctionem generare poſſit, non eſt ambigendum ea aliunde; nempe à capite defluere. Sed quam ob cauſam ſanguis ille noo ſemper exeat, oiſi per interualla, dignum eſt inquiſitione. Nam probabile videtur, cum non antea ſupprimi poſſe, quam venula illa, ex qua effluit, glutinata ſit. At vero ſi defluxus ille perpetuo durat quomodo vniri poterit? Proinde arbitror eum defluxùm non ita mordacem nunc eſſe, vt in principio fuit, id quod copioſius ille ex naribus ſanguinis fluxus, quem iam pridem habuit, euidenter oſtendit. Par eſt enim ob multam ſubtilioris, & mordacioris ſanguinis copiam profluuium illud eueuiſſe, quod cum adeo exuperaret, vt ſanguis vix ſupprimi potuerit, non mirum ſi vniuerſus corporis habitus quodammodo refrigeratus fuit, & iecoris caliditas remiſſa, quamobrem acrimonia illa in ſanguioe, oon ita exuperat, nec excretiones per ſputum ſalſæ, aut amaræ, vel acres apparent. Atque hinc factum arbitror, vt, quia nec ſanguis tam ſubtilis eſt, nec defluxus tam acris, ſed humores illi defluentes inſipidi potius ſunt, & craſſi & propterea obſtruere magis, quam exedere apti, vena inſuper illa eſt exigua, nullo adhibito remedio ſanguis ſupprimatur. At vero, quando per vehementiorem tuſſim, pulmo maxime mouetur, nihil mirum, ſi aperta rurſus vena aliquæ guttulæ ſanguinis exeant, tuſſi deinde paululum ceſſante, ſponte etiam fluere deſinant. Igitur (vt totius inquiſitionis ſummam ad pauca reſtringam) hactenus conſtare arbitror, concoctricis cerebri facultatis imbecillitatem, quæ ab intemperie calida, & humida ortũ duxit, & humorum acrimoniam, quibus craſſities interdum acceſſit, primas fuiſſe prædictorum ſymptomatum cauſas. Humorum enim à capito ad pulmonem defluxus, tuſſim excitat, eorum vero multitudo & craſſities, ſpirandi difficultatem efficit, velut acrimonia & mordacitas, mollem viſceris ſubſtantiam eroſit. Cum autem propter continuum illum à capite defluxum, & aſſiduum pulmonis motum, ſoluta viſceris vnitas glutinari, & humiditates in ea contentæ exiccari nequiuerint, hinc factum eſt, vt humiditas eroſo in loco conſiſtens à vicini cordis calore alterata putreſcere inceperit, & aliorum putreſcentium more vapores acres procreauerit, qui liberum exitum non habentes, ipſum cor aſſidue calefacere, & exiccare cœperunt, vnde propter indeſinentem eorum exhalationem longo iam tempore perſeuerantem calidiorem & ſicciorem habitum cor contraxit, eumq́ue reliquis membris pariter communicauerit. Verum illa calidior & ſiccior membrorum intemperies, non ſolum melioris nutritionis non eſt cauſa; ſed quo minus nutriri corpus poſſit non modicum impedimentum affert, dum humiditates ex nutrimento genitas depaſcit, atque ad hunc modum totius corporis extenuatio neceſſario ſubſequitur. Euidenter ergo apparet, quod in iſto Nobili iuuene multiplices ſunt affectus, qui varias, & inuicem contrarias curatiuas indicationes obtinent. Quia vero M. T. etiam ſcire cupit, an poſſibile ſit eorum indicationibus ſatisfacere, dicam breuibus, quod ſentio. Sane eum morborum diuturnitatem, & in admonendis vlceratæ particulæ remediis difficultatem, vitalis inſuper, & animalis facultatis robur non admodum validum eſſe perpendo, non modicum impedimentum mihi obiectum video, quo minus pro deſiderio meo valeam iucunda præſagire.

Prognoſticon.

Nam vt cæteros affectus ounc omittam, qui non tam facile ſubmoueri poſſunt, de pulmonis vlcere, cum quo cauitas & ſordes, & fortaſſe mala quoque intemperies iunctæ ſuot, duntaxat mentionem faciam. In cujus curatione (ſi præſcriptæ à Galeoo Methodo paren-

dum eſt) vtrique ab his, quæ rationem habent cauſæ, ſine qua alii affectus curari nequeunt curationem incipere oportebit. Cum ergo vlcus cicatrice obduci nequeat, ni inprimis cauitas fuerit carne impleta, nec caro probe generari, niſi ſordes ſubinde amotæ, & intemperies, (ſi quæ eſt) alterata ſit, ad quam maior excrementorum copia propter membri imbecillitatem generatur. Hæc autem omnia difficulter, (ne aliquid maius dicam) præſtari poſſunt, quia craſſi & viſcoſi humores in ſpiritus viis contenti, extenuantibus quidem & incidentibus, ſordes autem abſtergentibus medicamentis egent, quæ præter id, quod tuſſim mouent, & glutinationem prohibent, etiam affecto loco, magna cum difficultate admoueri poſſunt: excrementa inſuper non niſi per tuſſim, in qua pulmo vehementer commouetur (licet quiete egeat) educi nequeāt. Iam ſatis ſuperque conſtare arbitror, quanta ſit curæ huius difficultas. Quia tamē nonnulli fuerunt, qui opportunis remediis vſi, & ſeruata decenti victus ratione, vitam ſuam in aliquot annos, ne dum menſes produxerunt. Idcirco eum adhuc iuuenis ſit, nec dum alicuius medici curæ ſe ſubmiſit, eum hortor, ne diutius valetudinem ſuam negligat, quin potius eam ſapienti ac diligenti alicui medico committere, idoneum inſuper habitandi locum, auſtrali vento minime obnoxium, & aſtantem medicum ſibi adiungere ſuadeo: qui pro rei exigentia remedia variare poſſit. Hæc pauca ad explicandas propoſitorum ſymptomatum cauſas exiſtimo M. T. ſufficere. Nam rationalis medicus quilibet multa ex his paucis facile colligere poterit. Curationis autem modum non deſcribo, quia M. T. tantum ægritudinis illius naturam ex me intelligere cupit: illum alioqui deſcribere non recuſo, ſi id me facere imperabit, cui me plurimum commendo & offero.

In ſputo ſanguinis.

D. BERNHARD. PATERNI

CONSILIVM LXXXIII.

PATIENS mihi retulit, ſe ante ſputum ſanguinis ſenſiſſe quādam grauedinem & capitis grauitatem. Vnde ſuſpicio eſſe queat ſanguinem à capite deſcendere; fauces item apparent rubræ, & in his reliquiæ videntur conglutinati ſanguinis. Ait ſe bene dormire (quod non fieret, ſi ſalſa materia in capite) & exiguam ſalſedinem in ſputo percipere. Inſuper his diebus mane parum expuit, veſperi vero maximam ſanguinis copiam reiecit, eodem die. Non autem poſſet eroſio tam ſubito augeri & increſcere. Quod ſi eſt eroſa vena pulmonis, vt ſtatutum eſt à viris clariſſimis, cucurbitula ſcarificata coxis & clunibus poterit applicari. *Eroſio venarum.* Præterea ſæpius clyſmus calidior adhibebitur, è lib. 2. & lib. 6. κατὰ τόπους: nec hoc modo turbabitur ventriculus. Ita tamen moderari debemus clyſteres, vt non offendatur iecur. Quod ad præparantia, debent eſſe attenuantia citra calorem, vt cichoracea, cum rad. conſolidæ propter ſputum ſanguinis. *Præparantia.* Vacuantia poſſunt eſſe, quæ educunt pituitam ſalſam, & catapotia aurea, item ex helleboro nigro. *Vacuantia.* Cauterium vſurpari poteſt in ſutura coronali; In brachiis non probo, ſic enim detraheretur materia è capite deorſum. *Cauterii.* Si vitium eſt ex eroſione, incurabile eſt, quia febris ſuperuenit. Materia erodens reddenda eſt benigna, vſurpanda ſunt aſtringentia, & intercipientia, vt eſt theriaca recens.

In ſputo ſanguinis, pro quodam Nobili.

ABRAHAMI SEYLLERI.

CONSILIVM LXXXIV.

VALDE difficile eſt, & periculoſum morbis incognitis mederi, quod nō ſolum ratio, ſed experientia quotidie oſtendit. Medicus enim cum morbi cauſas intrinſecas ignorat, eius eſſentiam, quæ per cognitionem cauſarum indagatur, non aſſequitur. Ex his indicationes curatiuæ, quibus medendi ratio perficitur, elici debent. Ideo medicamentorum vſum idoneum, ac conuenientem ad depellendum morbum præſcribere non poteſt. Quid ergo mihi faciendum eum cauſæ mihi ſint incognitæ, ſanguis cum per ſputum reiicitur, ſi non ex capite fluit, aut fit reſeratis venis, aut per ἀναστόμωσιν, aut διαπήδησιν. Et quælibet cauſa mali propria requirit remedia. Apertis vaſis competunt adſtringentia: ruptis emplaſtica, & glutinantia: exeſis ſarcotica, quæ omnino facultatibus inter ſe diſcrepant. Hæc ſi Medico non ſunt penitus perſpecta, facile errorem committit, & non ſolum malum adaugere, verumetiam ægrum orco tradere poteſt. Age ergo ſi malum tuum perſeueret, mihi omnes circumſtantias diligenter perſcribas, vt methodum curandi certam eum remediorum ſyluula tranſcribere queam. Menſe Septemb. Anno. 1580.

In re

In reiectione magna copia ſanguinis cum tuſſi.

D. ABRAHAMI SEYLLERI

CONSILIVM LXXXV.

QVIDAM Nobilis tuſſiendo aliqnoties magnam ſanguinis copiam reiecir vna vice. Accedens Medicum quendam N. N. is eum tanquam deſperatum deteſtabatur, flendo ad me accurrens, auxilium implorat. Ego equidem, vt par erat, ſolicitus, ipſum in curam meam recepi. Primo itaque die venam cubiti dextram ſecare iuſſi, præmiſſa ventris lenitione, deinde ſubſequentem ſyrupum quater exhibui:

Syrupus.

℞. Herbar. plantagin.
Centumnodiæ.
burſæ paſtoral. an. m. j. ß.
Sem. Plantag.
Papau. albi.
Lactucæ an. ʒ iij.
Decoq. in ſ. q. aq. ad tertias.
℞. Decoctionis ℔. j.
Syrupi de papauere Montani.
Myrtini an. ℥ iij.
Miſce pro qnatuor vicibus.

Dum vtererur ſyrupis, de ſubſequente quoque electuario, Caſtaneæ quantitatem veſperi ſe cubitum conferens, aſſumpſit. Poſt vſnm vero ſyruporum tempore matutino tantundem ſumpſit, quod & tempore nocturno antea conſueto præſtitit, & in ſpacio ſeptem diernm conualuit.

Electuarium.

℞. Saecharo. roſae. ℥ ij.
Sem. papauer. albi.
Hyoſcyam. an. ℥ ß.
Pulu. boli armen.
Corall. rub. an. ʒ iij. ß.
Opii ʒ ß.

Cum ſyrupo myrtino q. ſ. fiat Electnarinm.

In vlcere pulmonis è catarrho, epate calidiori pro quodam Senatore Reipublica Vratislauienſis

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM LXXXVI.

SI vlcus pulmonis adeſt, vt phthiſis ſit, neceſſe eſt. Nam ſi corporis vitium ſit atrophia & marcor conſequitur, fruſtra nos verba fundimus; Difficillima autem eſſe curatu pulmonis vleera, propter perpetuum motum, tuſſim, & quod medicamenta non facile permeant, ſeiunt, ac vno ore Medici fatentur. Sed poſt habitis opinionibus res ipſa conſideranda eſt. Ac primo, ſi quidem eſt vlcus, pntredinem adeſſe, & ex hac febrem lentam, noctu magis quam interdiu moleſtam vt pote quæ à putredine humoris, vel propriæ ſubſtantiæ pulmonis oritur, & propter vicinitatem cordis perpetuo vapor iſte putridus communicatur, neceſſario conſequitur. Huius febris nulla prorſus ſit in narratione nobis miſſa mentio, ſed de extenuatione corporis maxima eſt querela. Ad quam fere omnia, ſicut & ad ſiſtendum catarrhum medicamenta videntur inſtituta & exhibita. Huic autem febri, quæ à pulmonis vlcere eſt, cum non ſit hectica, ſed putrida (licet interdum quaſi hecticam proceſſu temporis coniungi minime negetur balnea nequaquam ſunt adhibenda. Non modo enim nihil adiuuant, ſed plurimum etiam lædunt, quemadmodum in multis, ac ſuperiori proximo anno in quodam amico noſtro admodum vtili Reipublic. & ſenatui animaduerſum eſt. Cæterum in hectica febre, niſi pntridam habeat coniunctam prodeſſe nemo artis medicæ peritus ignorat. Quod autem phthiſici in extennationem corporis incidant, ob febrem continuam, qua corpus quaſi depaſcitnr, ſolidæ partes ſiccantur, humores corrumpuntur, accidit. Fit & ob alui fluorem & ſudoris copiam: ſed nihil horum in narratione repetitur. His autem omiſſis ad naturam morbi deueniamus, & ponamus (id qnod conſtanter Medicus affirmat) eſſe vlcus pulmonis. Etſi vero vlceris pulmonis cauſæ variæ reperiantur, tamen duas præcipue Hipocrates & Galenus ponunt: videlicet rupta vena, vel Anaſtomoſi facta, & ſputo ſanguinis repreſſo nec expurgato. Alteram fluxnm acrem atque ſalſum à cerebro, ſiue is ſit à pituita, ſiue ſeroſo humore. De priore cauſa nulla ſit mentio, de altera dubitatur. Nam ſputum inſipidum nobis proponitur, & tamen acrimonia, cuins ſenſus non percipiatur, ſtatuitur.

Vlcera pulmonis cur difficillima curatu.

Phthiſis.

Febris putrida ab vlcere pulmonis.

Extenuatio phthiſicorum unde.

Vlceris cauſa dua.

Sanguis autem inter initia an ſit miſſus, non recitatur. Mitti autem nunc non poſſe, ſiquidem vlcus adeſt, facile diiudicatur. Hæ difficultates cum nobis obiiciantur, quid an ancipiti & incerta re certo ſit ſtatuendum, non video. Si eſt vlcus atque à fluxione pituitæ, vel ſeroſi humoris ex capite ad pulmones oritur, neceſſe eſt purulenta reiici, & quidem talia, ad qnæ, cum fluxio iam duret, & corruptio ſit euidens, conſequatnr aliqua odoris grauitas, ſi vel vruntur, vel coquuntur. Reiicitur autem abſque vllo doloris ſenſu, licet interdum titillatio ſit in faucibus, puncturæ ad latera & mamillas, denique grauitas ſcapularum

Signa vlceris, in pulmone.

Quando malum lethale.

Cum valde grauiter olet, cum iniectum aquæ fundum petit, ſi alui profluuium adſit, aut pili quoque decidant, quemadmodum Hippocrates & Galenus declarant, lethale eſt indicium. Horum vero nihil adeſſe demonſtratur, & ne ſit, precor. Catarrhum autem moleſtare nullum eſt dubium, nec pulmonem affici, cum tuſſis adſit, incertum. Itaque de iis, quæ ſunt certa agamus primum deinceps de illis, quæ nobis, vt oſtenſum eſt, quaſi in dubio relinquuntur. Catarrhi vero curatio à pituita ſalſa, vel acri humore ſeroſo (talem enim eſſe oportet, ſi quidem ad tuſſim irritat omnibus Medicis eſt nota: Nam repletionem adeſſe capitis, & intemperiem, aut imbecillitatem cerebri neceſſe eſt. An igitur caput vel per ſe, ita vt non conſumere vaporem poſſit, vel ſubiectorum viſcerum vitio afficiatur, vidẽdum. Si enim per ſe afficitur, intemperies corrigenda, & cerebrum roborandum. Si vitio hepatis (vt in hoc corpore fieri perſcribitur) huic conſulendum. Nihil autem ſecundum optimam victus rationem, & moderationem ſex rerum non naturalium, in hepatis caliditate venæ ſectione conuenientius. Verum ſi adeſt vlcus, ſi inſignis corporis debilitas, & extenuatio, nullus ibi amplius relictus locus. Quæ autem cerebrum alterant atque roborant, multa ac potius plurima in omnibus libris reperiuntur. Vtiliter ſantalos rubros, cum frumento & aqua roſacea ſubactos, imponi ſuturæ coronali animaduerti, & ſuffitus cum conſerua roſarum atque ſtyrace adhiberi. Quidam trochyſcos ex ſtyrace liquida, carne ficuum, & hyoſcyamo commendant. Sed de his neceſſitas præſentem Medicum docebit; & qua ratione catarrhi fieri prohibeantur, monebit Galenus 5. Method. 3. de locis affect. 7. *κατὰ τόπους*. Atque aliis plurimis locis, vbi quæ & qualia ſiccantia, fumos reprimentia, roborantia, alterantia adhibenda ſint, docemur. Quæ omnia præſcribere doctrinæ laude claris viris non modo ſuperuacaneum, ſed plane ineptum. Tuſſi autem pulmones expurgari notiſſimum eſt. Itaque in hoc caſu nequaquam ea, quæ expurgant, ſupprimenda. Ac ſubuereri mihi in mentem venit, ne initio cum tuſſis quaſi curata eſſe recitatur, hoc ſit factum, ac materia in pectore retenta, & ex retentione magis corrupta. Sed temere nihil volo affirmare. Medicamentum illud purgans ex decocto pectorali, & manna non vitupero: hoc tamen moneo, ſi quidem ſuſpicio eſt phthiſeos, nequaquam temere, quæ per ventrem purgant, exhibenda, cum iſto modo corpus extenuatum magis debilitetur, materia aliò, quam debebat reuocetur, & commodi nihil inde oriatur, licet principio ratione catarrhi vacare non omnino inconueniens videatur. Hic autem aliis remediis opus videlicet quæ acrimoniam humoris inhibeant, & concoquant, quæ ad educendam eam in pectore faciant, denique (ſiquidem eſt vlcus) quæ detergant, ſanent, atque conglutinent. Horum quaſi catalogum recenſere præſentibus medicis minime neceſſe eſt. Commendatur autem magnopere ſaccharum roſarum cum bolo Armena; Diacodion, in primis illud, cuius Montanus eſt autor. Confectio de ſtyrace, cuius deſcriptio eſt in Pillulario Pantaleonis, qua & Phthiſicos ſe curaſſe, prudentiſſimi Medici affirmant: Modum & quantitatem exhibendi, nihil attinet præſcribere. Cæterum ſi eſt vlcus, nihil ſyrupis è ſucco Veronicæ & ſcabioſæ cum extractis harum herbarum conuenientius, præſertim ſi huic pulmo vulpis præparatus ad drachmas duas diſpergatur. Sæpe item ius galli decrepiti cum iiſdem herbis detur, ſi modo aluus non omnino eſt fluida. Sunt & alia remedia, quæ plurimum commendantur, vt ſaluia ſylueſtris deſtillata: tuſſilaginis folia cum butyro ſub cineribus calidis cocta, quæ ſane præſcribenda non arbitror. Si tamen eſt vlcus, & ad extergentia & conſolidantia veniendum, nihil deſtillato vel præparato ſulphure, in ouo ſorbili conducibilius. Prodeſt & hoc Electuarium:

Catarrhi ſalſi cura.

Retrahens & ſuſpendens catarrhum calidum cataplaſma.

Phthiſici per aluum non purgandi.

Confectio de ſtyrace in phthiſi vtilis.

Item, Syrupus è ſucco ſcabioſæ, Veronicæ cum extractis.

Sulphur præparatum vlcus pulmonis exterget & conſolidat.

℞. Conſeruæ roſ. ℥ ij.
Rad. conſolidæ maior. ſub cineribus coctar. & cribrat. ʒ iij.
Thuris ʒ j. ß. Miſce.

Item, conſerua roſar. cum ſpeciebus diaireos & ſtirace calamita. De his iam ſatis ac nimium potius. Reſtat conſideratio de vſu lactis. Ea etſi illis, quibus doctrina Galeni probe nota ſit, non eſt obſcura: tamen quæ mihi veniunt in mentem, indicare breuiter viſum.

Lactis vſus.

Obſeruent autem Medici practici tres conditiones in exhibitione lactis: quarum prima eſt, ne capitis adſit imbecillitas & dolor; iis enim non conuenire Hippocratico oraculo monemur. Secundo, ſi febris non magna vix enim fieri poteſt, quin febrienti lac in ventriculo non corrumpatur. Tertio, ſi non ſit *βορβορυγμὸς*, id eſt, ſi viſcera flatu non diſtendantur. In hiſque cum cautione exhibendum. Cum autem exhibetur, duplex eſt intentio: vel vt vlcus abſtergatur, & conſolidetur, ad quam intentionem facit ſeroſum, quale eſt aſininum & caprinum, cum melle & ſalis modico. Si vero nutritionem ſolum ſpectamus, nihil mulie-

Eius conditiones tres.

Finis duplex in exhibendo lacte.

bri la

Digitized by Google

bri lacte conuenientius, præſertim ſi illud æger ex mamma fœminæ bonæ conſtitutionis ſugat atque hauriat. Eſt & vaccinum recens mulctum cum ſaccharo ad hanc intentionem non inutile. Sed hic vt de corporis extenuatione & mærore aliquid dicamus, officii ratio requirit: Sæpe autem tantummodo ratione putredinis tabes conſequitur, quemadmodum hoc poſt Hippocratem Galenus, & cæteri Medici declarant. Itaque ſi febris euidens non adeſt, quin ratione membrorum nutritio in inſeruientium corpus extenuetur, non dubito. Ad ventriculum igitur, qui natura ſiccior eſſe conſueuit, licet humore crudo abundet, reſpiciendum, & is inunctionibus fouendus. Montanus præceptor meus aiebat, ſe macie confectum propter ventriculi intemperiẽ, hoc vnguento curaſſe:

Mæror ſiue extenuatio corporis.

℞. Ol. amygdal. in qua caryophyll. abulliat ℥ j.
Medullæ cruris vituli ℥ j.
Maſtiches ʒ j. Miſce.

Vnguentum pro ventriculo ſicco.

Eſt & calori hepatis ſubueniendum ſacculis appoſitis ex hordeo, aquis Endiuiæ, ſonchi, addito aceto, penetrationis cauſa, aſperſis.

Nec renes negligendi ſunt, ſed vnguento roſato Meſ. & ſantalino cerato, ſi inſignis adeſt caliditas contemperanda. Hippocrates à ſpinali medulla tabis ſpeciem oriri aſſerit: Itaque & hæc oleo amygdalino cum oleo nymphææ & violarum iungenda. Frictiones cum iiſdẽ oleis per vniuerſum corpus matutinis horis, in loco temperato adhibendæ, quæ meo iudicio, cum febris putrida adſit, plus quam balnea, quæ reſoluunt, adiumenti adferunt.

Tabis ſpecies ex ſpinali medulla.

Pectori etiam oleum roſatum, cum bolo interdum, nonnunquam vnguenta humectantia cum oleis & pinguedinibus, vel etiam mucilaginibus applicanda; & victus ratione in primis pugnandum.

Vtiliter dantur oua ſorbilia cum ſaccharo matutinis horis ius conſummatum, vt & amygdalata, & alia, quæ à doctiſſimo Medico non ſunt recitata, & haud dubie plura, quam recitantur, nota atque facta. Proinde non oportet me plura ſcribere. Bene autem huic curationi precari & debeo, & ne in hac quoq; parte, vel vlla alia præſtantiſſimo viro deſim, ſtudebo.

Oua ſorbilia cum ſacchαro.

Pro præſeruatione à phthiſi, pro quodam Magnifico viro

D. HELIDÆI DE PADVANIS

CONSILIVM LXXXVII.

HIc Nobilis & clariſſimus Dominus valde exoptat, corpus ſuum in priſtina ſua ſanitate conſeruari, & quod multis ex ſua familia contigit, à phthiſi præſeruari. Nominant autem phthiſicos, Medici veteres, non ſolum eos, quorum cum vlcere pulmonis tabeſcunt corpora, poſt ſanguinis expuitionem: verumetiam, qui tabi ſunt opportuni, vt qui anguſto & ſtricto ſunt thorace, & qui πτερυγώδεις, id eſt, alati dicuntur: præterea quibus caput facile repletur, & deſtillationes patiuntur ad pulmonem, ſiquidem hi facile tabeſcunt, eoq; magis, ſi capitis imbecillitas vnà ad thoracis anguſtiam iungatur. Igitur ſingulis annis ineunte vere mittat ſanguinẽ è baſilica dextra per vices, mane ſcilicet ieiuno ſtomacho ℥ iiij. Sic veſperi tantundem, expulſis prius ſuperfluitatibus fœcum & vrinæ. Deinde mali humores purgentur, præmiſſis prius ſyrupis concoquentibus:

Phthiſici qui antiquis Alati.

Præſeruatio.

℞. Syr. de portulac. ℥ ij.
Aq. portulac. ℥ iiij.
Continuetur per decem dies.

Poſtea capiat ℥ iij. mannæ orientalis diſſol. in ſ.q. decocti pectoralis. Per interualla vtatur his pillulis, quando vadit dormitum, ſingulis duabus heddomadis, exceptis temporibus magni æſtus & frigoris:

℞. M. pillul. aſſaiareth.
de agaric.
aurear. an. ℈ j.
Cum aq. portulac. f. pill. num. vij.

Deinde toto menſe Maii, lac aſinæ aut capræ, aut in horum defectu lac bubulum potet, cuius menſura ſit decem aut duodecim vnciarum, ſimul ac emulctum eſt, cum modico ſacchari: quo epoto non dormiat, neque ſe exerceat. Cæteris diebus vtatur hoc electuario mane & veſperi, capiendo ʒ vj. pro vice.

℞. Pulpæ pectoris caponis vel perdicis coctæ ℥ iij.
Amygd. dulc. excortic. ℥ j.
Pinear. mundat. infuſ. in aq. roſac. & exſiccat. ℥ j.
Phiſticor. recent. ℥ j.
Iuiubar. num. xiij.
Quatuor ſem. frigid. maior. ℥ ß.
Sem. maluæ ʒ ij.
Portulac.
Paſſul. enucleat.
Sebeſten mundat.

Electuarium reſtaurans.

Liquiritiæ raſæ an.℥ß.
Aniſi ℥j.
Tragacanth.
Gummi Arab.
Spec.el.reſumptiu.
Aromatic.roſae.
Diatrion ſantal. ſine camphora an. ʒij.
Margarit.præpar.
Spec. el. de gemmis ſ. ſpeciebus calidis an.ʒj.ß.
Penidiar.part.ij.
Sacchar.albiſſ.part.ij.de ambabus.

Incid. minutim incidantur, piſtentur, & puluerifanda pulueriſentur, & cum aqua violar.f. electuarium, vel confectio ſolida. Tempore magni caloris & æſtus mane & veſperi vtatur ſaccharo roſato ad quantitatem ℥ß. & ſuperbibantur aquæ portulacæ ℥v. Vtatur cibis boni ſucci, neque ſe multum repleat, potiſſimum in cœna, quam interdum intermittat, & vehementia animi accidentia fugiat.

Pro Phthiſicis,

D. THOMÆ ERASTI

CONSILIVM LXXXVIII.

Deſperati phthiſici cura.

CVRAVI phthiſicos nonnullos plane deſperatos, & incipientes plurimos. Summa curationis hæc eſt: Exhibeo ipſis decoctum ligni Guaiacini per duos treſve menſes, prius euacuato corpore, ſi ægroti ſint cacochymi, per mannam, ſyrupum roſatum ſolutinum, per enemata, prout neceſſitas expoſtulare videtur. In decocto aliquando macerari iubeo ſaniculam, pedem leonis, ſæpe pyrolam, quinquefolium & veronicam. Vini aliquid interdum concedo. Victus ratio eſt, vt caueat à ſalſis & acribus. Cibi ſint lenti, quales ſunt neruoſę carnium partes, pedes, aures, roſtra animalium bene cocta. Gelatinæ item ex his confectæ, ſed ſine aromatibus. Carnes comedent iuuenes, & cochleas bene coctas, teſtitudines ne morales, hordeum, oryzam, milium in lacte chalybeato cocta. Ex fructibus proſunt amygdalæ dulces, ficus, vuæ paſſæ, pineæ, piſtachia, pyra, cydonia. Exſpectorantia ſunto humida, ex ſpeciebus diaireos ſimpl. ſaccharo cando, & ſulphure ſublimato. Mane ſumant de electuario iſto paulo ante prandium, ſcilicet hora vna, vel altera, quod:

Guaiacum in phthiſi. *Victus ratio phthiſicorū.* *Expectorantia.* *Sulphur ſublimatū.* *Electuariū.*

℞. Carnis perdicum coct. ℔ß.
Limacum coctar. ℥v.
Amygdal.dulc.
Pinear.
Phiſticor.an.℥j.
Paſſul.enucleat.ʒx.
Boli armen.oriental.
Terræ ſigill.
Coral.rub vſtor.an.ʒj.
Gummi arab.
Tragacanth.an.ʒij.
Sem.papauer.alb.ʒ vij.
Quatuor ſem. frigid. maior. & minor. an.ʒij.
Confect.conſolid.maior.℥j.ß.
Fl.hyperici m.j.

In lapideo mortario, & ſimili piſtillo contundantur, & miſtis add. hypociſtid.ʒ v.
Spec.Diathamaræ.
Diarrhod.abb.an.℈iiij.
Macis ʒj.
Pul.fol.ſanguiſorbæ,
Cornu cerui vſti.an.℈ij.
Sacchar.roſac.tabul.℔.ß.
Cum ſyr.de conſolida q.ſ. fiat electuarium.

Loco electuarii vel alternis diebus ſumat de ſequenti Pineolato, quod:

Pineolatum.

℞. Pul.ſanguiſorbæ.
Fl.hyperici.
Cornu cerui vſti.
Corall.rub.vſt.an.ʒj.ß.
Spec.Diathamar.
Diarrhod.abb.an.ʒj.
Macis ℈iij.ß.
Amygd.dulc.℥j.ß.
Piſtacior.ʒv.
Pinear.℥ij.
Tragacanth.
Gummi arabic.an.q.ſ.
Cum ſacchar.q.ſ.f.pineolatum.

Aliquando dentur loco electuarii, & pineolati mane ʒij. pul. ſequentis ex ſyrupo de conſolida, vel veronica, aut tuſſilagine, quod:

Puluis.

℞. Sem. papauer. alb.℥ß.
portulac.
maluæ an.ʒ iij.ß.
bombacis,
cydonior.mundar.
Quatuor ſem.frig.maior.an.ʒ iij.
Gummi arabic.
Tragacanth.
Amyli an.ij.
Cornu cerui vſti,
Eboris vſti,
Cicer.rub.in aq.plantag.infuſ.& ſuper latere toſt.an.ʒij.ß.
Hypociſtid.
Boli armen.oriental.an.ʒj.
Sacchar.roſae.℔.ß.
Penidiar.℥vij.

Pul.miſc. De hoc ipſo puluere etiam vtiliter conſperguntur fercula omnia, ad miraculum

raculum vſq. Si placet, bibant de iſta aqua caponis aliquando hauſtum, vel mane, vel duabus horis ante cœnam:

Aqua caponum. ℞. Carnem capi totius, ex vino Cretico lotam, dempta pinguetudine, & inciſam: Item, carnem teſtudinis purgatam, & in auſtero vino, vel aqua burſæ paſtoris, vel plantaginis coctã, & eius loco carnem xij. cochlearum, eodem modo præparatarum & coctarum ac contuſarum, his adde micæ panis pro duobus denariis in vino Cretico infuſæ:

Pinear.
Amygd. dulc.
Phiſticor. an. ℥ ß.
Boli armen. oriental.
Terræ ſigillat.
Roſar. rub. an. ʒ iij.
Quatuor ſem. frig. maior. & minor. an. ʒ ij.
Sem. papauer. alb. ʒ vj.
Saniculæ.
Sanguiſorb.
Burſæ paſtoris.
Fl. hyperic. an. m. j.
Tragacanth.
Gummi arabic. an. ʒ ij.
Spec. Diatbamar.
Diarrhod. abb.
Diatrion ſantal. ſ. camphora.
Macis an. ʒ j.
Aq. burſæ paſtoris.
Sanguiſorbæ.
Tuſſilag. an. ℔ ß.
Decocti limaciar. vel teſtudin. ℔. ij.

Pulueriſanda pulueriſentur, contundenda contundantur, & in balneo Mariæ ſ. a. deſtillentur. Ego puluerem in ſimilibus affectibus ſemper expertus ſum plurimum profuiſſe, cum decocto ligni, & aliis pectus extergentibus ſyrupis, eclegmatis, admixtis ſimul conſolidantibus.

In phthiſi, & tuſſi, pro quodam Nobili viro.

CONSILIVM LXXXIX.

NOBILIS quidam validiſſimam habnit tuſſim, ac ſuſpicio erat de phthiſi, & ſequentibus liberatus eſt:

Naſalia. ℞. Ladani puriſſ. ℥ j.
Pulu. maioran. ʒ ij.
Nigellæ præparat. ʒ ß.
Styrac. liquid. q. ſ.
F. naſalia ponderantia ʒ ß.

Præſententur horum num. iiij. in pixide cum ſequenti puluere:

℞. Maioran. ℈ j.
Nigellæ præparat. ℈ ß.
Miſce, fiat puluis.

℞. Pulu. caryophyll. ℈ ij. *Puluis pro bregmate.*
Sandarac. ʒ ß.
Thuris.
Nucis moſchat.
Balauſtior an. ℈ ij.
Miſce, fiat puluis ſubtilis.

℞. Ladani fini ʒ ß. *Nodulus.*
Nigellæ præparat. & torref. ℈ ij.
Cinamom. aſſi ℈ j.
Roſar. rub. ℈ ß.

Miſce, indantur in ſyndone rubra, duplĕtur ingredientia, & f. nodulus.

℞. Pulpæ caponis ʒ vj. *Morſuli.*
Amygd. dulc. non rancid. opt. præparat. ℥ ß.
Paſſular. minor. ʒ ij.
Conſeru. roſarum ʒ j.
Spec. Diatragac. frigid. ℈ j.
Diapenid. ℈ ij.
Pulu. cinamom. el. ʒ ß.

Sacchari albiſſ. in vino muſcatellino opt. diſſol. q. ſ. fiat confect. in morſulis.

℞. Grana Maſtich. clara & ſelect. ʒ j.

℞. Spec. Diapenid. *Rotula.*
Diatrag. frig. an. ʒ ß.
Pulu. cinamomi el. ℈ j.
Roſ. rubear. ℈ ß.
Thuris maſculi.
Sanguin. Dracon. an. g̃. v.
Myrrhæ rubr. Elect. quæ ſit facilis frictionis, g̃. iij.
Croci fini g̃. v.
Nucis moſchat. ping. ℈ ß.
Sacchar. cand. ʒ ß.

Sacchari albiſſ. in aq. roſar. odorif. diſſolut. ℥ iiij. fiat confect. in rotulis.

℞. Ol. amygd. dulc. rec. ʒ vj. *Vnguentum pectorale.*
roſac. non rancidi ʒ ij.
Pingued. gallin. rec. ℈ ij.
Butyri rec. ſ. ſale ʒ ß.
Croci gr. v.
Moſchi fini gr. j.

Cum modico ceræ albæ lotæ, ex aqua roſar. odorifer. fiat Vnguentum molliuſculum.

℞. Brodii gallin. ℥ xiij. *Enema.*
Ol. oliuar. ℥ ij.
Sacchar. ℥ ß.
Miſce pro Enemate.

In phthiſi, pro quodam Philoſopho eximio,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM XC.

Phthiſici & cardiaci tabidi fiunt.

NOSTI ex tum phthiſicorum, & eorum, qui cardiaca laborant, omnes tabidi fiunt, & ſudoribus exoluuntur, ac tandem moriuntur. Quare non laudo, quod cera ſe contegat æger tuus, cum facultatem habeat digerentem, & diſflationem prohibeat. *Cera vit.* Relinquat igitur & ceram & balneum; expectorationi tantum ſtudeat, vt cor facilius euentari poſſit. Defluxio ſiquidem illa in pulmones antiquata, & in his putrefacta, cor inficit, & moleſtat; quare palpitatione laborat, *Palpitatio cordis.* vt fere omnes, qui aſthmate aut diſpnœa laborant, multum aquæ in pericardio habent cordis motum impedientis. Talia conatur natura expellere, ſed propter virium imbecillitatem non poteſt. Iuuanda igitur & corroboranda optimis & euchymis alimentis, fugienda quæ multū inflant, vt cremor hordei, & alia, quæ noſti inflare. *Cremor hordei inflat.* Illa dum ſepti tranſuerſi dilatationē pro hibent, cardiacam augent, aerem calefactum retinendo. Vtatur pulte, parata ex farina hordei vel tritici, toſta in furno, in iute capi, cui aliquid ſacchari addi poterit. Liquida magis conueniunt, quæ ſua mora & copia ventriculum inflare non poſſunt, & diſtendere. Remediis igitur à me præſcriptis hoc modo vtetur, vt:

Puluis.

℞. Medullæ cardui fullonum ℥j.
Aniſi.
Liquiritiæ raſæ, an. ʒj.
Sacchari candi, roſati tabulati ℥iij.

Fiat puluis, capiat cum lacte aſinæ mane.

Nodulus.

℞. Camphoræ ʒj.

Ligetur in panno raro, ſuſpendatur de collo, & geſtet.

Linimentū pectorale.

℞. Ol. amygdalarum dulc.
Violarum.
Butyri loti in aq. hordei, an. ℥ij.
Terebinth. lotæ in aq. borrag. ℥ß.
Ceræ parum.

Fiat linimentum, vngatur pectus tepide.

Fomentum pectorale.

℞. Hordei integri p. j.
Quatuor ſem. frig. maior. conquaſſatorum, an. ℥ij.
Florum violarum.
nenupharis.
borraginis.
bugloſſæ, an. p. ß.

Fiat decoctio in aq. bugloſſ. & meliſſæ: Intingantur panni rari, & extendantur ſupra thoracem.

Sacculus cordialis.

℞. Florum Anthos.
Stœchados.
Bugloſſ.
Borrag. an. ʒj.
Pulueris Diamargariti frig.
Triſantali, an. ʒij.
Camphoræ ʒß.
Croci ℈j.

Cum bombace fiant ſacculi duo, qui in præcedenti decoctione macerati, ſupra cor tepide applicentur mane, & frequenter immutentur.

Placenta.

℞. Pinearum intinctarum in aqua borrag. ℥iiij.
amygdalar. dulcium eodem modo maceratarum, lb. ß.
quatuor ſem. frigidor. maior. mundatorum, an. ℥ß.

Piſtentur ſimul & cum ſaccharo, fiat placenta, cui adde Amyli ℥ij.
Aniſi integri ʒij.
Cinamomi ʒj.

Vtatur inter duos paſtus. Si reperiuntur Teſtudines nemorales, vel aquaticæ coquantur, & contundantur, & inde formentur placentæ. *Teſtitudines nemorales.* Non reiicio carnem ranarum, eodem modo præparatarum: *Rana.*

Trochiſci pro fumo.

℞. Roſarum.
Flor. Anthos.
Coriandri præpar. an ℥j.
Myrrhæ.
Styracis.
Santalor. omnium.
Cinamomi.
Caryophyllorum.
Maſtichis, an. ʒij.
Camphoræ ʒj.

Excipiantur Terebinthina abietina, fiant trochiſci lupinares, fumigentur operimenta capitis. Vbi per nouem dies vſus fuerit lacte aſinæ, optimum erit ſugere ex mammis mulieris ad virium reſtaurationē. *Lac mulieris.* Corpori enim alendo aptius eſt. Aſinæ vero ad purgationem melius conducit. *Aſina.*

In aſthmate.

D. JOH. NÆVII
CONSILIUM XCI.

SLEGI tuas literas, Excellentiſſime Domine Doctor, ſed cum ad bellum Vngaricum iam accingar, ſecuturus ſereniſſimum Principem meum, & alia permulta negotia ac impedimenta, me totum occupent, adeo vt nihil otii quietiſque reliquum ſit, iis reſpondere non poſſum, nec de morbo Magnifici Domini meam explicare ſententiam: verum ne omnino vacuis manibus redeat ad vos tabellarius, haſce infraſcriptas receptas mittere volui, quæ ſi domino Doctori, qui curam ſuæ magnificentiæ agit, probabuntur, iis ſecure vti magnificus Dominus poterit:

Pillula.

℞. Pillular. de agarico Meſ. ʒß.
Sulphur. viui ℈ß.

Gum-

Gummi ammoniac. el. ℈j.

Cum aq. tuſſilagin. f. pillulæ num. ix. & deuorentur mane horis quinque ante cibum, & die ſequenti fiant hæc, qua ſequuntur:

Decoctum Gall. antiqui.

℞. Gallum antiquum, trium aut quatuor annorum, & cum virgis flagelletur & irritetur, ſed tamen leuiter, ne occidatur, & dein decolletur, & immadefactus deplumetur, demum à viſceribus mundatus infarciatur, prius vino ablutus, infra ſcriptis medicamentis.

℞. Sem. catthami ʒj.
aniſi.
anethi an. ʒij.
Rad. enulæ.
liquirit. an. ʒvj.
polypodii ʒx.
Paſſular. ʒvj.
Ficuum ping. num. vj.
Tuſſilag.
Marrubii.
Hyſſopi an. ʒiij.
Tartari alb. ʒiij. ß.
Agaric. cand. ʒj. ß.

Contundantur omnia hæc craſſiuſcule, & in ventrem ipſius galli intromittantur, & ſuatur locus, ne extire poſſint, & deinde coquatur gallus in libris quadraginta aquæ, quouſq; caro ab oſſibus ſeparetur, & deinde facta galli forti expreſſione, caro eius & oſſa proiiciatur, & decoctum per linteolum coletur, & aeri exponatur, permittaturque ad aerẽ, quouſque faciat reſidentiam, & deinde quod clarum eſt, per ſe aſſeruetur.

℞. prædicti iuris clari ℥vj.
oxymel. ſcillitic. ʒß.
pulmon. vulpis ſubtiliter tuſi ʒß.

Miſc. f. hauſtus, ſumendus mane calidus, horis quinque ante cibum, & ita ſumat hanc potum octo diebus continuis. Dum ſumit Magnificus dominus hunc potum, fiat quotidie veſperi horis duabus ante cœnam clyſter infra ſcriptus:

Clyſter.

℞. Iuris galli præſcripti turbidi lb. j.
Hieræ ſimpl. Gal. ʒij.
Agaric. præparat. ʒij.
Ol. anethini ℥ij.
Vitell. oui num. j.
Salis ʒj.
Sacch. rubri ℥j. Miſc. f. clyſter.

His factis, ſi morbus adhuc perſeuerabit, ſumat alternis diebus hoc alterum medicamentum, quod:

Bolus.

℞. ſulphur. viui in aq. tuſſilag. infuſ. prius, & in tenuiſſ. pulu. triti ℈j.
Terebinth. lotæ in aq. tuſſilag.
Mellis deſumat. an. ℥ß.

Miſc. & f. bolus, & ſumatur, vt prædictum eſt. Plura quam hæc ſcribere non licuit ob temporis penuriam. Vale.

In aſthmate, pro quodam conſiliario Electoris Brandeburgenſis,

D. Casp. Hoffmanni

Consilium XCII.

Cum E. T. ſubinde vehementibus Aſthmaticis caroxyſmis corripiatur, & morbus ipſe iam altas radices egerit in corpore, & quaſi ſuffocationem minetur, omnino neceſſarium eſt, vt E. T. aliquam morbi ſui & cauſarum, à quibus initio procreatus eſt, & nunc augetur, cognitionem habeat. Ita enim tota morbi ratione velut in conſpectum adducta E. T. rectius intelliget omnium eorum, quæ E. T. moleſtare ſolent cauſas, quibus cognitis apparebit, quid foueat morbum, quid obſtet recuperationi integræ valetudinis, quid remoretur curationem, & qualis poſthac inſtituenda ſit medicamentorum vſurpatio, & victus ratio. In nuper quidem natis morbis conſulitur Medicus, iſque opera ſua depellit morbum, depoſita omni in poſterum ſolicitudine: verum in morbis inueteratis, præſertim vbi quis obnoxius eſt eiuſmodi malo, quod paroxyſmos habet ſæpe recurrentes, non tantum ad operam Medici reſpiciendum eſt (is enim non ſemper præſto eſſe poteſt) ſed præterea danda eſt opera, vt quis ſui ipſius quoque Medicus eſſe diſcat, & ſciat regere vſum remediorum, vt ſingula ſuis diuiſa ſint temporibus, & opportune fiant, atque obſeruentur ea, quæ prodeſſe ſoleant, & nocere poſſint. Hoc vero non eſt factu facile, niſi ei, qui prius de cauſſis, accidentibus, & circumſtantiis morbi ſatis eſt edoctus. Nam ex his totus vſurpandorum diſcurſus ducitur, cum depulſio morbi nihil aliud ſit, quam cauſarum morbi ablatio. Deſcribam igitur E. T. totam morbi rationem ordine, oſtenſis ſimul cauſis, non morbi tantum, ſed eorum etiam, quæ E. T. tempore morbi, ac præſertim in paroxyſmorum vehementia affligere ſolent. Morbus E. T. Aſthma eſt, ſeu anhelatio, nempe anhelitus ſeu reſpirationis difficultas. *Aſthmatis cauſa.* Oritur à phlegmate craſſo, & multum viſcido, incluſo branchiis, ſeu infarcto meatibus pulmonum, & opplente vacuitatem tracheæ arteriæ. Ab hoc phlegmate craſſo cum membra reſpirationis orerentur & obſtruantur, non poteſt in tanta plenitudine pectoris ſufficiens fieri efflatio, & aeris inſpiratio. Itaque reſpiratio fit parua, denſa, crebra, & velox. Natura

enim velocitate & denſitate compenſare nititur paucitatem aeris ingredientis & egredientis. Neceſſe eſt autem omnino ſufficientem attractionem fieri aeris, ad refrigerationem calidi cordis, ſi in vita manere homo debet. Deinde etiam excrementorum fuliginoſorum excretionem fieri oportet, vt cor à fumis illis inutilibus liberetur, quorum neutrum hic fieri poteſt, propter obiectum impedimentum à viſcida pituita, quæ vias obſidet, nec tranſitum liberum ſpiritui permittit. Cum igitur per tam anguſtos meatus nec aer libere inſpirari, nec ſpiritus & fuligines (ita vt cordis requirebat neceſſitas) exſpirare poſſint, neceſſe eſt ſpirationem difficilem & crebram ſequi. Eſſe autem veram cauſam Aſthmatis pituitam viſcidam & tenacem inſidentem inſtrumentis reſpirationis, arguunt ea, quæ eſpuuntur, & ipſimet ægri ſentiunt, nec difficultatem reſpirationis, nec tuſſim inde natam ceſſare, niſi prius craſſi & viſcidi humores tuſſi ex pectore reiecti ſint. Hoc ſiquidem vbi factum eſt, releuati iam ſibi aliquo modo videntur. Habet autem hic morbus quaſi gradus quoſdam, & increſcit paulatim, atque hinc eſt, quod alius alio grauius Aſthmate laborat, nempe pro magnitudine cauſæ. Initio ſane modica tantum fit reſpirationis difficultas, propter pituitam non vſque adeo multam, pulmonibus ſe tum inſinuantem. Ideoque ſpiratio fit ſine ſono, ſine magna & crebra anhelatione, nec ibi metus aliquis eſt ſtrangulationis, vt in Aſthmate inueterato. Hæc ſpirandi difficultas

Dyſpnœa.

dicitur Dyſpnœa, vbi his initiis non occurritur, & nec pituita à pectore abducitur, nec prohibetur nouæ quotidiana generatio, correctione idonea fomitum, hoc eſt, membrorum pituitam procreantium, ac præterea catarrhis frequentibus liber ac pectus & pulmonem delapſus & tranſitus conceditur, præſertim ſi accedat indiuidua aularum comes, intemperantia, tum materia illa pituitoſa paulatim altius ſe in pulmonum meatus infert, & quotidianis augmentis increſcens, tandem pulmones ipſos occupat, grauat, ac premit. Inde neceſſe eſt pulmones imbecilliores fieri, & viribus ſuis ita priuari, vt nec alimentum ſuum (nam cuilibet membro alimentum ſuum tanquam penſum à natura deciditur) concoquere, nec excrementoſas redundantias aliunde affluentes à ſe expellere poſſint. Itaque excrementa tam ibi nata, quam eo delapſa reliquuntur cruda, & euadunt vehementer viſcida & tenacia. Cumque indices affluant plura, opplentur meatus pulmonium, & ſpiritui tranſitum impeditorum faciunt. Sic ex Dyſpnœa ſimplici, procedente tempore verum fit Aſthma, nempe talis ſpirandi difficultas, quæ fit cum ſono & anhelatione denſa ac crebra, qualis fere in equis nimium curſu agitatis videri ſolet. Sed in equis frequens illa ſpiratio fit ob continuũ & vehementem motum. In Aſthmaticis vero ob anguſtiam cauitatum in pulmone.

Signa aſthmatis.

Qui huic morbo ſunt obnoxii, hi plerunque (& maxime in paroxyſmis Aſthmaticis) ea, quæ nunc commemorabo, ſymptomata ſentire ſolent.

Anhelatio crebra.

Primum anhelationem crebram, potiſſimum in motu corporis paulo concitatiore. Nam per motum corporis excitatur calor in corde. Is indiget refrigerio, quod ſane cordi non aliunde, quam per reſpirationem contingit. Verum ea impeditur propter viſcidos humores hærentes in meatibus pulmonis. Ideo cum exſpiratio non poſſit fieri ſufficiens, fit frequens, atque hæc dicitur anhelatio, quæ ſæpe tanta eſt, vt ſi curſus fiat paulo citatior, metuatur ſpiritus interclusio, & inde ſuffocatio.

Sibilus.

Deinde inter ſpirandum edi ſolet ſonus, ſibilo tenui, vel ſtertori ſimilis. Quia viſcidus humor branchiis pulmonum impactus & pertinaciter inhærens, coarctat vias, cumque ſpiritus non niſi per anguſta itineta efferri poſſit, neceſſe eſt in tranſitu ſonum aliquem ſequi.

Dolor & grauitas pectoris.

In pectore ipſo ſentitur dolor quidem, & grauitas, quaſi quoddam pondus premens, inde fit moleſtia partium thoracis coarctatio, ob plenitudinem pectoris, & laborem thoracis in ducendo anhelitu, accedente inſuper compreſſione ex ventriculo flatulento.

Tuſsis.

Incidit etiam aliquando tuſſis, non quidem ſemper, ſed per interualla. Natura enim conatur impedimentum illud reſpirationis à ſe excutere; ſed propter tenacitatem phlegmatis nõ reſpondet conatui naturæ reiectio: itaque tuſſis plerunq; eſt arida, qua nihil expectoratur: aut ſi quid reiicitur, id maxime & impetuoſo labore vix tandem auellitur, & per tuſſim extruditur. Quo magis autem phlegmata per tuſſim reiiciuntur, eo liberior fit reſpiratio. Veruntamen viſcidus ille & excrementoſus humor non totus à pectore reiicitur & expuitur ob pulmonis imbecillitatem, & humoris tenacitatem, ſed aliquid ſaltem tuſſiendo auellitur. Id vero quod relinquitur, branchiis & canis pulmonũ adhæreſcit firmiter, ac tempore magis magiſq; craſſeſcit, propter feruidos halitus, tranſeuntes à corde calido, & pituitam reſiccantes. Porro, (vt ſupra quoque dictum eſt) cor incaleſcit libera euentilatione deſtitutum, præſertim ſi accedat motus corporis. Nec poteſt aliundo refrigerationem, quam per pulmones adipiſci.

Syncope.

piſci. Igitur cum aër ad cor perſpirare non poteſt (vt fit in vehementibus paroxyſmis) cum nec cor ſatis refrigerii accipit. Inde cor magis incaleſcit, & efflantur calidi & crebri halitus arefacientes linguam, & ſitim inducentes. Ad hæc ob fuligines in corde retentos, qui ſatis expirare non poſſunt, cor oppletur atris fumis, à quibus prouenit animi deiectio, mœſtitia, metus, & triſtitia ſine cauſa, cumque accedit oris ventriculi compreſſio, videtur deliquium animi ſeu ſyncope imminere.

Dolor circa orificium ventriculi.

Eſt quoque Aſthmaticis omnibus hoc commune, vt multa querimonia fit de ventriculo, & maximè de orificio eius; inprimis vero de craſſis flatibus à quibus plurimum grauantur, & ex iis etiam aſthma ingraueſcit. Imo ſæpe ex ſolis flatibus fiunt paroxyſmi Aſthamaticis ſimiles, veluti cum cibus immodicus aut flatulentus ingeritur, aut nimius potus fluctuationem & diſtenſionem efficit. Fiunt autem flatus craſſi à concoctionis debilitate. Nam cum ventriculus non bene concoquit, nec perfectè elaborat cibum, reliquuntur cruditates & phlegmata. Ab hac materia modice tantum incaleſcente ſuſcitantur craſſi flatus, & fit crebra ventriculi inflatio. Ventriculo à flatibus extenſo, ſequitur circa orificium eius dolor & compreſſio, circa præcordia anguſtia & anxietas, hypochondria inflata tument, & expanduntur, diſtenditur ſeptum tranſuerſum, comprimuntur pulmones, meatus fiunt anguſtiores, reſpiratio videtur intercludi velle, trahitur creber anhelitus cum magna difficultate & anxietate.

Scapularum dolor.

Inter laborem illum pectoris, ac totius thoracis ſcapulæ quoque pulmoni ſic affecto condolent, quanquam tam pectoris, quam ſcapularum dolores nunc intermittunt, nunc reuertuntur pro paroxyſmorum vehementia aut quiete.

Suffocatio.

Poſtremo illud, quoque ingraueſcente Aſthmate accidit, vt iacentes ſuffocari velle videantur, intercluſo ſpiritu propter anguſtiam pectoris. Itaque anhelant creberrime quaſi vehementi curſu exagitati, & ſpiritum non niſi erecto corpore ducere poſſunt. Hoc enim corporis ſitu liberior eſt expiratio, meatu minus impedito & facilius etiam viſcida impetu anhelitus auulſa reiici poſſunt. Ac quando eo vſq; proceſſus morbus, vt iacere amplius ægri, præ metu ſuffocationis non poſſint; & anhelatio tam crebra, tamque difficilis eſt, vt non niſi erecta ceruice ſpirare queant: tum non iam aſthma, ſed orthopnœa dicitur.

Orthopnœa.

Hinc igitur apparere arbitror, quis ſit E. T. morbus, quæ illius cauſæ, quæ conſequi ſoleant ſymptomata, atque etiam in quonam gradu morbus ſit: ſupereſt, vt inquiramus primas huius mali ſcaturigines, & fontes tum fomites alentes, fouentes, & augentes hunc morbum. Præterea vt conſideremus cur paroxyſmi ſubinde recurrant, ac prope modum quotidie ſtatis temporibus; & quænam ſint curationis remoræ, morbique nutrices. Sic ſane abſoluta erit huius morbi conſideratio; & rectius poſtea intelligi poterunt ea, quæ de victus ratione, & de remediis morbo opponendis dicentur. Igitur (vt hinc ordiar) quicunque Aſthmati ſunt obnoxii, fere habent ventriculum frigidum, imbecillum, flatulentum; epar calidum, renes obſtructos, quę omnia coniunctis operis plurimum faciunt ad repletionem capitis, præſertim ſi accedat intemperantia in edendo & bibendo, vini potio largior, cibus vitioſus, conuiuia extenſa in multam noctem, aër vaporariorum, ſi poſtea caput mox exponatur frigori, aliaque in victus ratione errata. Ventriculum imbecillum eſſe ſatis declarat tantus phlegmatum prouentus, & tanta craſſorum flatuũ copia. Epatis caliditatem arguit rubedo faciei & naſi, quam memini in iuuenili etiam ætate ſe exerere & conſpici & extremitate naſi cum eſſemus ὁμόσπου, ſecutæ ſunt puſtulæ aucti caloris indicia. Ren. obſtruct. indicant arenulæ, ſubinde cum vrina prodeuntes admixtis phlegmaticis reſolut. Atque ipſi etiam renes interdum incaleſcunt, & epatis caliditatem augent. Itaque cum membra hæc diſſimili ſint temperatura, diſſimilem quoq; ſobolem procreant; ventriculus pituitam, epar vſtos humores, renes arenulas. Sed in capite replendo operas tradunt mutuas. Nam epar caliditate ſua agens in materiam crudam in ventriculo contentam, multum fumorum ad caput impellit, quemadmodum ab igne circumpoſito ollæ, magnam videmus effumationem ferri ex olla ad operculum, quanquam in E. T. à toto etiam corporis habitu ad cerebrum fit exhalatio.

Cauſa cur paroxyſmi aſthmatici ſubinde recurrant.

Quod ſi ſimul accedat renum obſtructio, multo magis augetur capitis repletio regurgitatione ſeri. Nam fieri non poteſt, vt renes tantam vim ſeri (etiamſi vrina libere profluat) attrahant & emittant, quanta in tanta concoctionis imbecillitate generatur. Ita ſane repletur caput fumis, & ſeroſis humoribus. Sed fumi illi ab inferioribus membris ad cerebrum elati, mox condenſantur in humores, veluti videmus fumos calore ignis ad operculum ollæ, ſublatos protinus concreſcere in guttas. Cerebrum quidem fumos aduentantes arcere non poteſt, & recipere cogitur: verum, vbi ex fumis humores nati ſunt grauatur cerebrum, vt onus humorum à ſe excutere,

& quocunque deriuare tentet. Inde fiunt catarrhi & defluxiones, quæ pleruuque tendunt ad partem corporis debiliorem. Itaque cum cerebrum ſe ab humoribus exonerat, & materiam ad fluendum paratam protrudit, deturbantur catarrhi ad pulmones, tanquam ad partem imbecilliorem, & decliniorem, vt quæ influxui reſiſtere non valeat. Hoc modo pulmones, qui propter debilitatem etiam ſuam propria excrementa reiicere non poſſunt, onerantur, grauantur, ac pene opprimuntur aliunde miſſis pituitoſis ſuperfluitatibus, quæ etiamſi viſcidæ non eſſent, tales eas redderet pulmo. Viſcoſa illa materia ſenſim adhæreſcit cauitatibus pulmonis, & aſperæ arteriæ, viamque ſpiritui facit anguſtiorem, & ſpirationem difficiliorem. Hi ſunt fontes, hi fomites huius morbi. Hæc ſunt, quæ Aſthma fouent, atque alimenta miniſtrant. Hæc ſunt, quæ materiam accumulant paroxyſmis, vt citius & vehementius recurrant. Sed fortaſſe mirum videtur E. T. quod exacerbationes plerunque ſentiuntur à cibo, veluti hora tertia à prandio, & noctu poſt vndecimam. Id ſane fit primum ratione motus humorum. Nam acceſſiones omnes, quæ ex crudis humoribus excitantur, non mane, aut meridie, ſed ad veſperam, & noctu plerunque incidunt, eo quod tum moueatur humor ille, id quod Galenus quoque obſeruauit in libris Methodi. Solet tamen eos, qui vere Aſthmatici ſunt, acceſſio magis vrgere circa medium noctis, non ſolum propter motum pituitoſi humoris; verum etiam, quia noctu in ſomno delabuntur ex capite pituitoſæ fluxiones in thoracem, adiuuante ad hoc qualitate noctis frigida & humida. Ac noctis quidem initio, dum lenta fit defluxio, ſuffertur deſtillatio, & quietem ac ſomnum capere licet; ſed vbi iam multum humoris aggeſtum eſt, & humor ille circa medium noctis moueri incipit, tum natura ſuffocationem metuens inſurgit, & euigilare æger magno conatu & impetu reiicere conatur id, quod influxit, ne intercipiatur anhelitus. Hinc multa anhelatio & tuſſis, duriter concutiuntur pulmones, eiiciuntur cum violentia multę materię craſſæ, quæ in meatibus pulmonum deliteſcebant, & firmiter adhærebant. Ex vehementi illa corporis concuſſione vicinæ etiam partes percelluntur, dolent ſcapulæ inter anhelandum, quaſſantur partes ventriculo vicinæ, vt nonnunquam in vehementibus paroxyſmis poſt tuſſim ſequatur bilis vomitus, bile in ventriculum ſic agitatum refluente. Eſt & alia tardioris acceſſionis cauſa, nempe cur non protinus à cibo inuadat paroxyſmus: ſed per aliquot horas poſt cibum. Eius ratio hæc eſt: Membra concoctionibus deſtinata tarde & negligenter munus ſuum adminiſtrant, ob imbecillitatem, quam adeſſe indicat vrina pallida, turbida, ſedimentum crudum, non ſeparatum à reliqua vrina, ſed diuulſum, atomis plenum. Cibo igitur ſumpto ventriculus ob debilitatem & defectum ſui caloris non protinus aggreditur cibum, aut vincere poteſt large ingeſtum: ſed calor initio, tanquam oppreſſus ſuccumbit, poſt aliquot demum horas ſe exerit, & maſſam in ventriculo adhuc crudam in flatus diſſoluit, à quibus fit illa circa præcordia compreſſio & anguſtia, atque effumatio in caput. Cernimus hoc ipſum in igne modico, cui ſi ſuperimpoſita ſit magna ſtrues lignorum, præſertim humidorum, non tantæ ſuppetunt vires, vt ligna occupet, vincat, & eò perducat, vt ſtatim inardeſcant, quin potius ignis initio ſuffocari putatur, poſtea paulatim ſe expendens, vim ſuam profert, agenſque in ligna fumos craſſos excitat, plures certe tum, quam flammas. Proinde non mirum eſt, circa tempus ſumptionis cibi (vt decima & quinta) omnia quietiora & mitiora eſſe. Nam tum cibus ingeſtus vires ventriculi obtundit, & naturam opprimit, vt ſe non niſi poſt aliquot horas recolligere, & concoctionem aggredi poſſit. Vbi itaque poſt aliquot horas calor ventriculi recollectis viribus agere incipit in cruda illa & incocta: non mirum ex inflationibus, tum excitatis exaſperari morbum, & Aſthmatica tum maxime ſentiri ſymptomata, præſertim concurrente tempore motus humoris. Durat autem exacerbatio eò vſque, donec calor increſcens diſcuſſerit flatus. Sic in lignis incenſis durat fumus, quouſque ignis vicerit humidum illud in lignis, quod atros fumos ex ſe reddit. Poſtea cum non fumis, ſed flammis coquitur, minus ſentitur incommodi. Atque hinc eſt, quod mane Aſthmatici melius habent, quam aliis temporibus. Hæc eſt morbi totius & paroxyſmorum ratio, ac patere iam ex hactenus dictis arbitror, quam minime negligendum aut leuiter habendum ſit hoc peruicax malum, quod non tantum moleſtias multas & anxios cruciatus ſecum adfert comites: ſed periculi etiam plenum eſt. Nam niſi ſubinde tenax illa pituita inciſa & abſterſa ex pulmonibus promoueatur, ſemper aggeritur plus materiæ, & meatus fiunt anguſtiores, & ſpiritus difficultate maiore trahitur. Ipſa quoque pituita magis magiſq; tempore accreſcit, & ſupra modum euadit viſcida, vt abigi

Cur paroxyſmus poſt cibum exaſperantur.

Motus crudorum humorum circa veſperam & noctem.

Cur [illegible] aliquot poſt cibum horis innadat.

abigi renuens ſpiritum interclusura, & ſuffocationem allatura videatur. Quinetiam aliquando pituita vetuſtate concreſcit in grandium, atque etiam interdum in veros calculos. Obſeruatumque eſt à quibuſdam in valida tuſſi calculos hordei, aut piſi magnitudine reiectos eſſe. Ac miſera ſane res eſt verſari in metu ſubitæ ſtrangulationis. Sed fortaſſe dicet E. T. multa hactenus tentata & vſurpata eſſe, nec tamen inde deſiiſſe aut decreuiſſe morbum, ſed continnis potius incrementis auctum eſſe. Videamus quid in cauſa ſit, cur hic morbus E. T. peculiariter infeſtet, & quid obſtiterit, quo minus curatio euentum optatum conſecuta ſit. Ita ſimul apparebit quid alat, & ſuſtentet morbum, & in quo potiſſimum poſthac ſit elaborandum. Primum in E. T. fuit multo ante quaſi diſpoſitio quædam ad hunc morbum. Nam in iuuenili etiam ætate E. T. poſt cibum anhelauit, & aliàs deſtillationibus & tuſſi ſubinde corripi ſolita eſt. Quicunque autem frequenter catarrhis & tuſſi vexantur, & anguſtos habent pulmones, arctumque thoracem, hi ad anhelationes & aſthma opportuni ſunt. Facile quoque Aſthama incurrunt illi, qui vel natura, vel otio, vel victus intemperantia redditi ſunt obeſiores. Omnium autem maxime ad aſthma proni ſunt, qui tales cum ſint, ad ſenium vergunt. Senectus enim aggrauat morbum, & facit eum curatu difficiliorem. Deinde morbum prolongat & fouet, caloris naturalis defectus. In omnibus enim Aſthmate laborantibus calor naturalis imminuitur, ac propemodum ſuffocatur, primum quidem ob pituitoſorum humorum copiam, quæ calorem non aliter opprimit, quam ignem modicum magna ſtrues lignorum impoſita, vt ſupra dictum eſt. Deinde nulla fit caloris excitatio flabello exercitiorum cum protinus ad motum paulo concitatiorem ſequatur anhelatio. Præterea fuliginum non fit iuſta diſſlatio à corde, nec excrementorum diſcuſſio: vnde calorem natiuum minui ac fere extingui neceſſe eſt. Sic videmus imminui ignem ſi liberum aerem, & diſſlatum non habeat. Sic extingui candelam accenſam conſpicimus impoſito vitro aut ollula ob negatam expirationem. Quo magis autē diminnitur calor naturalis, eo deterior & infœlicior fit concoctio. Ex debili concoctione quid aliud expectari poteſt, quam cruditates & phlegmata. Nam & in foco videmus igne imminuto cruda omnia relinqui. Hæc eſt cauſa cur tam multa generentur phlegmata, & ſemper rurſus noua procreentur, etiam poſt vſurpata purgantia. Sed pergamus inquirere, quid præterea ex imminuto calore conſequatur. Calor debilis excrementa in corpore hinc inde nata diſcutere minime poteſt. Igitur ea retinentur in corpore, iiſque vehementer grauatur corpus, & maxime caput. Adeſt quidē epatis calor ſatis magnus, ſed qui non ad concoctionem, verum ad aduſtionem humorum facit, neque is diſcutit fumos, ſed eleuat & promouet, vt ad caput ferantur, idque hoc modo repletum vaporibus & pituitoſis humoribus, catarrhoſum & pronum ad defluxiones ad pectus efficitur, nec vllus apparet in defluxionibus finis, cum ex inferiore parte corporis continuæ acceſſiones ſeu augmenta ſuppeditentur. Ad hæc mala accedit & illud, quod via catarrhalis à capite ad pulmones, diuturnitate fluxionis reddita eſt valde trita, vt nunc omnia excrementoſa, ſiue ex intemperantia & potu largiore, ſiue alio quocunque modo in capite nata, aut aliunde miſſa, per hanc viam decliuem & lubricam protinus delabantur ad pectus. Ac neſcio an non maximam catarrhis ad pulmonem ruendi occaſionem dederit, repulſio fluxionis, quæ ad partes faciei & naſum antea ferri ſolida eſt. Quemadmodum enim flumina ſi liber illis curſus in priore alueo inhibeatur, ad aliam ſe conuertunt partem, & viam quærunt depreſſiorem: ita & fluxiones ſi vel tranſitus iis ad loca conſueta negetur, aut ab exterioribus partibus introrſum repellantur, ad partes feruntur decliues & imbecilliores. Itaque non ceſſante catarrho, & alterius quaſi fluuii acceſſione aucto, pulmones repleti ſunt influente in fiſtulas & cauernas pulmonis materia pituitoſa, catarrhali excrementicia. Inde occupati & debilitati pulmones (materia illa iam alte impacta) non poſſunt reſiſtere influxui, ſed recipere & ſufferre coguntur, deſtillantes à capite pluuias & imbres. Atque hinc eſt quod plenitudo pectoris in E. T. permanet eadem: & ſymptomatum, quæ eam conſequuntur incrementa maiora, quam decrementa percipiuntur. Et licet aliqua poſt ſumpta medicamenta alleuatio ſentiri videatur: tamen recurrentibus cauſis, recurrunt etiam paroxyſmi Aſthmatici. Quid igitur agendum (inquiet E. T.) vt huic malo eatur obuiam, ne fiat grauius? Cumque morbus non niſi ablatione cauſæ tolli, aut certe mitigari poſſit, quomodo cauſæ auferendæ, & paroxyſmis occaſiones redeundi præcidendæ ſunt? Notabo paucis, & quidem in genere quid facto opus ſit. Nam in hoc latino ſcripto id tantum ago, vt E. T. totam

Grandines & calculi pulmonum

Qui procliues ſunt ad aſthma.

In aſthmaticis calor naturalis ſemper debilis.

Calor epatis humores potius adurit quam concoquit.

Google

morbi ſui rationem cognitam habeat, ac totum etiam curationis conſilium intelligat. In Germanico vero exponam vſum remediorum & rationem viuendi in hoc morbo commodam. In hoc E. T. morbo multa *[In]dicationes.* ſane occurrunt agenda. Pectus eſt plenum, & requirit inanitionem, pituita craſſa & viſcida impacta eſt carnis pulmonum, ea eſſet à pectore promouenda, meatus reſpirationis ſunt anguſti, hi eſſent dilatandi. Caput eſt humiditate plenum, id eſſet euacuandum, eſt quoque catarrhoſum, & catarrhi delabuntur ad pulmones proinde auertenda eſſet fluxio ad alium aliquem locum, & intercipiendus curſus eius, ne protinus ad pectus rueret. Reliquæ humid.tates cerebri & catarrhi eſſent exiccandæ, & fumi diſcutiendi. Tum præterea corrigenda eſſet ventriculi frigiditas & humiditas, ne tantum pituitæ generaretur, reprimenda ępatis caliditas, vt minor eſſet vſtorum humorum prouentus, renes aperti tenendi, ne ab iis regurgitatione ſeri facta ſuperiora membra moleſtia afficerentur. Denique totum corpus cum excrementitiis humoribus refertum ſit, indigeret euacuatione, & excitatione caloris naturalis; quandoquidem is languet, & fere oppreſſus eſt. In tanta agendorum multitudine, ſemper reſpiciendum eſt ad præſentem pectoris ſtatum, an his vehementer ſubitam vrgeat curationem, vt fit in acceſſionibus paroxyſmorum. Tum enim celeri opus eſt remedio, quod pectus dilatet, & anhelitum faciat liberiorem, ne incidat ſuffocatio. At ſi morbus concedit inducias, tum conſultius eſt Aſthmatis iam vetuſti curationem, & à *Præſeruatio.* periculoſis paroxyſmis præſeruationem, ordine inſtitui, & cauſas auferri ſine tumultu atque incommodo corporis. Igitur extra pároxyſmorum tempora ſic agatur. Primum cum in E.T., corpore, ob cauſas ſupra expoſitas, non exigua ſit pectoris, capitis, aliarumque partium corporis repletio, minuenda eſt ea per vniuerſalem aliquam corporis euacuationeulam. Talis eſt potiuncula A. conſcripta E. T. à clariſſ. viro, Dn. D. Guaro, ſocero meo, & antea ab E. T. vſurpata. Ea benignis & mitibus conſtat ingredi- *Fortia euacuantia aſthmaticis noxia.* entibus. Nam in Aſthmaticis diligenter cauendum eſt, ne dentur eis fortia euacuantia à quibus commouetur & agitetur materia, ipſæq; fluxiones augeantur. Videmus namque homines alioqui ſanos poſt purgationem multum expuere, & ſæpe emungere nares, ob motam materiam: quanto magis accidere hoc illis poſſet, quibus ſpõte & quidem continuo fluxiones ad pectus feruntur. Huius potiunculæ vſus interdum repeti poteſt. Nam in Aſthmate ob morbi longitudinem & contumaciam, ſæpe lenes purgatio- *Lenes purgationes ſæpius repetendæ.* nes per commoda interualla repetere oportet, cum non liceat fortiter aggredi & trahere materiam incraſſatam. Ventriculum, & par, caput, & pectus potiſſimum à ſuperfluis humoribus collectis liberat, atq; ita carptim imminuendo repletionem, accumulationem materiæ prohibet. Teneatur itaq; de vſu huius potiunculæ hoc documentum, vt immodica repletione vſurpetur pro leni purgatione, & quę per interualla repeti poſſit, animaduerſa noua humorum coacervatione. In magnis vero repletionibus, & præcipue verno & autumnali tempore, vbi pręceſſit vita intemperans, aut ab aura inclementiore ita irritatum eſt malum ha&enus quietum, vt integra curatio inſtituenda ſit: tum vſurpetur pro minoratiuo, hoc eſt, pro curationis initio. Iſto ſane rerum ſtatu, cum iam per potiunculam communes materiæ, & ſordes eductæ ſunt, pergendum eſt porro ad remotiora membra, ex iiſq; pituita prius præparata educenda eſt. Quia enim pituita caput grauans, & in pectore reſpirationis itinera obſidens, vehementer viſcida & tenax eſt, vt ſe non patiatur auelli & educi, niſi ſit attenuata: ideo præparatoria potione o- *Pituitam attenuantia.* pus eſt (digeſtiuum vulgo vocant) vt craſſities pituitæ incidatur, viſciditas abſtergatur, duricies emolliatur, & ſimul pectus leniatur, vt ſe pillulis poſt vſurpandis magis præbeat morigeram, & leuigato tranſitu facilius ſcreatu & tuſſi reiici poſſit. Hoc conſilio conſcripta eſt potio B. quatuor hauſtibus ebibenda. Neque enim vno hauſtulo tam tenacis materiæ præparatio ſufficiens perfici poſſet. Hinc iam per potionem præparata *Pillulæ.* materia vtendum eſt pillulis C. quæ pituitã iam attenuatam è capite & pectore educerent. Poſtea membris præcipuis à pituitæ copia antea debilitatis, & nunc à purgatione nonnihil afflictis, (vt ſunt ventriculus, epar, caput & pectus) ſua viciſſim debetur corroboratio, vt vires eorum reſtaurentur. Id fa- *Rotulæ corroborantes.* cient efficaciter rotulæ D. quæ non ſolum humiditatem prædictorum membrorum exiccant, ſed vires etiam ſingulis ſuggerunt, & præterea cor reficiunt. Ita purgato corpore & corroboratis membris præcipuis, omnis iam cura vertenda eſt ad thoracem repurgandum, & ad viſcidæ pituitæ in pectore contentæ expectorationem, ſed quia, (vt ſupra dictum eſt) pituita vehementer viſcoſa & tenax eſt, vt vetuſtate quaſi concreuerit in craſſitiem & duritiem aliquam; ac præterea frigida eſt, vt vetus hoſpitiũ non niſi coacta relinquere velit: ideo pectoralia quæ ad pectus mundificandũ vſurpabuntur, frigidum illum

illum humorem calefacere, attenuare, incidere, & abſtergere debent, addendaque ſimul, quæ aliquantulum humectent, ne materia nimium exſiccetur, atq; etiam miſcenda, quæ flatus diſcutiunt, quibus multum grauantur Aſthmatici. Per hæc illud quæritur, vt materia viſcida adhærens cauitatibus pulmonum attenuata expeditius tuſſiendo reiici poſſit. Per nullam enim viam promptius pulmones ab onere ſuo liberari poſſunt. Semper autem in pectoralibus remediis ſtudendum eſt benignis & temperatis. Nam ſi dentur nimis calida, præſertim initio, tenue in pituita reſoluitur; craſſum vero expuitioni ineptum relinquitur. Sæpe etiam per multum calida remedia materia aliunde ad pectus trahitur. Ac ſi quis temere vtatur nimium reſoluentibus, ei ſi humor diſſolutus ſubito irruat, ſuffocationis imminet periculum. Non igitur temere quæuis vſurpanda, ſed ea ſaltem in vſum accerſenda, quæ non ſunt vehementia, & ad leniendum ac dilatandum pectus faciunt. Horum vſus freqoens eſſe deber, neque enim tam tenax pituita ſe facile emolliri & attenuari ſinit, niſi crebro reiterentur medicamenta. Sed tamen vſus eorum aliquando poteſt intermitti ne nimium defatigetur, & moleſtetur ventriculus. Neque etiam iiſdem remediis continenter vtendum eſt, ſed varietate gratificandum naturæ. Natura enim contemnit remedia quibus aſſueuit. Hac de cauſa annotani aliquot formas remediorum ad pectus vtilium, vt E. T. pro voluntate, aut commoditate, aut etiam pro antimaduerſa operationis efficacia, nunc hoc nunc illo vti, & variationem vel alternationem inſtituere poſſit. Deſcripſi igitur potionem pectoralem, ſyrupos, loch ſeu lambitiuum, puluerem, aliaque facile parabilia. Vſus eorum eſt mane ante cibum, & ante cœnam, atque etiam poſt medium noctis. Verum hæc aut his ſimilia iam antea quoq; vſurpata eſſe dicet E. T. nec tamen adhuc valetudinem in meliorem ſtatum redactam eſſe. Equidem non dubito, multa, eaque optima remedia hactenus vſurpata fuiſſe, ſed forte non facta eſt eorum continuatio talis, qualis requirebatur. Nam vt (ſæpe iam dictum) pituita, quæ multo tempore impacta fuit, & firmiter adhæret cauitatibus, non patitur ſe in tanta tenacitate auelli, niſi crebra lenitione, inciſione, & deterſione. Videmus ſiquidem nec ancillas cantharum obſoletum mundare, & nitidum efficere poſſe, niſi multum diuque continenter ſordes defricent. Deinde fortaſſe non iis, quibus oportuit temporibus, nec toties, quoties debuit pituitæ facta eſt ablatio. Nam tempora illa quibus colligitur pituita, aut collecta eſt, ſentiri magis ab ægris quam ſcribi à medico poſſunt. Quis poteſt ancillis præſcribere, quoties verrendū ſit vaporarium, cum aſpectus immunditiei ſatis ipſas ea de re moneat. Adhæc non præciſa ſunt Aſthmati augmenta. Continue fluere porrexit catarrhus à capite ad pulmones, ſuppeditata ſunt fluxui quotidiana excrementa ex ventriculo & inferioribus partibus. Acceſſerunt interdum obſtructiones renom & alui, denique per habitum corporis non facta eſt fuliginum difflatio, & reliquiarum diſcuſſio & exiccatio. Nihil igitur mirum Aſthma in vigore ſuo permanſiſſe durante cauſa, & tantis acceſſionibus aucta. Eſt igitur poſt vſurpata vniuerſalia, his quoque fomitibus conſulendum: non quod velim vt E.T. ſibi quaſi crucem ſtatuat tot remediis, ſed vt in promptu ſint, & ad manum quoties iis opus eſt. Præcidentur Aſthmati augmenta commodiſſime, ſi dabitur opera, vt pituita cerebri detrahatur, diuertatur, & reliquiæ exiccentur. Deinde vt catarrho iter ad pulmones intercipiatur. Catarrbis autem augmenta ſubtrahentur, ſi membra inferioris ventris, videlicet, ventriculus, epar, aluus, & renes, munda & aperta retinebuntur, & in officio fuerint, atque ipſe etiam habitus corporis difflari poterit. Hæc omnia duplici expediri poſſunt via, nempe medicamentis caput & inferiora membra exonerantibus, & corrigentibus, & victus ratione commoda, per quam præcaueri poteſt noui augmenti, hoc eſt, pituitæ generatio. Caput igitur E.T. cum ſit catarrhoſum, & è ventriculo crebræ exhalationes efferantur, ſubinde indiget pituitæ euacuatione, detractione, & diuerſione, præſertim ante tempora paroxyſmorum. Quare cum vel grauitas capitis, vel catarrhi multus ſentietur delapſus, vſurpabuntur cum commodo pillulæ catarrbales mane. Ac ſi materia putabitur eſſe contumacior, præmitti poterit hauſtus digeſtiuus, vt attenuetur humor, & pillulis ſit obſequentior. Si vero materia non erit multa, nec catarrhus impetuoſe fluit, ſed metuitur ſaltem, tum ſolicitari deorſum & detrahi poterit per pillulas ante cœnam vſurpandas. Hæc enim & ventriculi ſordes mundant, & fumos ſurſum repentes quaſi iniecta manu retrahunt. Nec curandum magnopere etiamſi non multæ ſequantur ſedes. Satis enim eſt, ſi materię catarrhos augmentaturæ via oſtendatur ad exitum per inteſtina. In vniuerſum autem hoc de purgantibus tenendum eſt, purgationes ſæpe repetendas eſſe, ob morbi longitudinem, & humoris contumaciam, & purgationes ipſas

Expectorantia non debent eſſe nimis calida.

Remedia interdum ſunt mutanda.

Caput euacuandum & corroborandum.

non vehementes eſſe debere. Neque enim purgandum eſſe cum materia velut feruet in pulmone, aut exūdat in paroxyſmis. Non enim acceſſionis tempore agitanda eſt materia purgatione, ne largius in pulmones influat. Cum vero pituita à capite detracta eſt, tum reliqua pituita deriuanda per nares, attracto in nares ter vel quater ante cibum ſucco ex beta, vel maiorana cum pauco vino albo, vel vſurpari poterit aqua transmiſſa. Per apophlegmatiſmos ſeu maſticatoria inſtituere deriuationem non eſt tutum. Ita enim pituita in fauces & os duceretur, vnde facilis eſſet lapſus in pulmones. Diuertitur etiam aliquid materiæ à capite lotione pedum. Poſſunt itaq; interdum mane lauari pedes ex decocto herbarum betonicæ, ſaluiæ, maioranæ, roriſmarini, fœniculi, chamomillæ, ſiue omnes ſumantur ad decoctum, ſiue aliquæ. His ſane modis caput à pituita & catarrhis liberatur, at cum detracta iam erit materia, fumi porro diſcutiendi ſunt, & exiccandæ humiditatum reliquiæ. Id primum fiet, ſi caput mane pectine puro diu multumque pectatur, & digitis etiam leniter fricetur. Ita enim per ſuturas capitis exhalant vapores. Caput lauare interdum, velut in 14. diebus ſemel (præſertim capite non multum repleto prius euacuato) non inutile eſt: ſed fieri debet mane, die ſereno, lixiuio ex cineribus ſarmentorum parato, in quo maceratus ſit ſacculus ex herbis caput confortantibus. Ne vero ſit opus ſæpe lauare caput, quidam æſtate ſub pileo, vel mitra geſtāt chartam mollem quotidie alterando; hyeme vero particulam fuſtanicæ (Parchen) eamque ſæpe lauari curant. Poſt lotionem capitis, tergatur pannis aſperis. Capite bene exiccato fricari poſſunt commiſſuræ puluere, aut ſi non placet vſus pulueris, iniiciatur puluis in pauxillum vini, eoque vino fricentur commiſſuræ, vt hac quoque ratione humiditatis reliquiæ exiccentur. Ad id quoque confert odor nigellæ in aceto prius maceratæ & exſiccatæ. Supereſt alia cura, quomodo fluxioni iter ad pectus inbibendum ſit. Ad eam rem accommodatiſſimum eſt ſaccharum roſaceum, ſi in introitu lecti ſumatur, & ſi minus operetur, adiungatur illi aliquid thuris. Vſurpari autem ſub noctem debet ſaccharum vetus; interdiu autem nōnunquam recens ad contemperandum epar. Fortioribus abſtringentibus vti, hic non eſt tutum. Cæterum quæ hactenus dicta ſunt, nō quidem ſemper vſurpanda ſunt, ſed per interualla, ſæpius aut rarius, iuxta animaduerſam capitis ex humiditate repletionem: ventriculi vero in officio retinendi, & victus

Apopleg. ſeu maſticatoria non tuta.

Ablutio pedum.

Fluxio vt inbibenda.

rationis cura quotidiana eſſe debet. Diligenter ſane prouideatur, vt ventriculus ſit mundus & bene concoquat. Quod ſi interdum animaduertetur cruditatis præſentia, aut pituitæ collectio, quod ex inflatione ventriculi, compreſſione præcordiorum, tenſione hypochondriorum, & aliis ſignis ſatis apparebit, tum lene aliquod medicamentum ſumatur, quod pituitam ex aluo promoueat, antequam plus coaceruetur, aut ad remotiora loca perueniat. Præſtare id poſſunt pillulæ ante cœnam, de quibus ſupra eſt facta mentio, quæ & ventriculum mundant, & pituitam è capite alliciunt. In primis vero iuuandus ventriculus, vt recte cibos concoquat. Quia igitur frigiditas & humiditas eius, maximum concoctioni impedimentum affert, proinde egregie profuturum eſſet, ſi E. T. vteretur ſubinde puluere ſtomachali craſſo, vna aut altera hora ante cibum, qui ventriculum calefaceret & reſiccaret, & capiti etiam plurimum conduceret. Quanquam etiam rotulæ ſuperiores D. eam ad rem vtiles ſunt. Quin etiam ſi interdum ſeptem grana piperis, ſemel tantum per medium ſecta deglutirentur, optime calefacerent & exiccarent ventriculum ſine vlla epatis noxa. Nam pipere non comminuto calor eius ad epar non pertingit, ſed in ventriculo tantum vires ſuas exerit, ac poſtea cum excrementis excernitur. Quod ſi ventriculus externo etiam præſidio opus haberet, viribus nimirum illius vehementer attritis, tum imponi poſſet ſacculus ſtomachalis ante cibum, qui ventriculi calorem foueret, frigiditatem corrigeret, & concoctionem iuuaret. Hepatis calor ſi increſcere videretur, cōtemperari poteſt ſaccharo roſaceo recenti, vt ſupra relatum eſt, aut radicibus cichorii conditis. Omnino autem opera danda, vt excrementis per aluum quotidianus pateat exitus, vtque potius ſuppoſitorio aut clyſtere, aut alio quocunq; modo promoueatur excretio, quam vt ſordibus effumaturis ſurſum, & ſuperiora membra grauaturis longius concedatur hoſpitium. Præterea renum cura nequaquam leuiter habenda eſt, & prouidendum ne vel incaleſcant nimium, vel obſtruantur arenulis, aut craſſa pituita. Id enim cum accidit, fit regurgitatio ad ſuperiora membra, & plurimum moleſtiæ capiti & pectori infertur. Itaque in thoracis malis ſemper ad renes quoq; reſpicio. Sedari autem aut calor renum poteſt vnguento roſ. Meſ. mane & veſperi loco renum inuncto, & aperiri obſtructio iure cicerum, incoctis radicibus petroſelini & fœniculi, ita tamen vt præceſſerit euacuatio aliqua. Non tamen his teme-

Grana piperum.

Renum & calor & obſtructio.

temere, ſed cum neceſſitas exegerit vtendum. Quoniam vero ex habitu corporis, ex retentis videlicet fuliginibus, multa catarrho & Aſthmati augmenta accedunt, eſt & diſcuſſionis fuliginum & ſordium ſub cute aliqua habenda ratio. Ad eam rem confert frictio corporis totius (excepto pectore) verſus inferna, mane in lecto manu propria, aut tuorum. Sit autem frictio blanda. Nam valida exagitationem aliquam corpori induceret, & citius accelerarer, quã præcaueret paroxyſmum. Multum etiam prodeſt ſudor, qui & fuligines & aquoſitates collectas ſub cute diſcutit. Is ſi non prodiret, prouocari poſſet decocto ligni Guaiaci ad ℥ iiij. calide aſſumpti. Facit id quoque ad expectorationem, & pituitæ in pectore inciſionem. Scio quoſdam decocto ligni vſos pro potu quotidiano in vigore huius morbi, & alios id ſaltem loco vini initio paſtus aſſumpſiſſe, & eximiam inde opem ſenſiſſe. Aſſumptam etiam theriacam ſudor ſequitur, ſi prius diluatur cum aqua fumiterræ. De phlebotomia hic nihil dico, cum non ſanguis, ſed pituitoſi humores exuperent. Quanquam ætatibus mediis concedi poteſt, ſi nihil alioqui ſit, quod impediat. Releuatur enim inde corpus, & ſanguine educto, fit quaſi quædam ſanguinis vſti & eparis contemperatio. Hæc de quibus actum eſt hactenus, videntur in ſpeciem leuia eſſe, nec admodum ad Aſthmatis curationem pertinere; ſed tamen vſu horum præciduntur catarrhis & aſthmati noua augmenta, & quaſi fontes obſtruuntur. Idque multo magis fit, ſi accedat bona victus ratio, in qua potiſſima præſeruationis, atque etiam curationis pars ſita eſt. De hac quominus hic agam prolixius, facit alterum germanicum ſcriptum, in quo ea, quæ neceſſaria duco, notare conſtitui, Oſtendam ſaltem vno aut altero exemplo quanti momenti ſit ſex illarum rerum ſalubrium (quas vulgo non naturales vocant) obſeruatio. Quod enim ad cibum & potum attinet, meliore valetudine vtuntur aſthmatici in frugali vita & ieiuni quam alias. Item ſi abſtineant à frigidis & aſtringentib. Onerantes autem ventriculum vltra vires anhelant anxii, & plerunque inter crapulam paroxyſmi exacerbari ſolent. In aeris quoque conſtitutione in hoc morbo multum ſitum eſt. Nam ſuſpirioſi ſemper melius habent ſereno cœlo, quam nubiloſo. Æſtate item melius, quam hyeme: ac vt plurimum acceſſiones inuadere ſolent cœlo humido & frigido. Præterea quieti ſemper ſibi ſaniores videntur, cum ex motu paulo celeriore tam anheloſi fiant, vt ſuffocari metuant. Ita etiam minus conquerun-

Decoctum guaiaci.

Diæta.

tur, ſi dormiant capite, & thorace elato, quam depreſſo. Minus grauari pectus & caput ſentiunt, ſi ſunt aluo & renibus apertis. Poſtremo irati & triſtes ſemper peius habent, quam cum læti ſunt, aut tales eſſe ſtudent. Hæc ſane eſt curatio aſthmatis extra paroxyſmos, cum morbus inducias concedit ad cauſarum ablationem, & bis modis præcidi poſſunt paroxyſmis redeundi occaſiones. Sed cum paroxyſmus cum violentia irruit, ibi neceſſe eſt aliquid ſubitò auxilii ad manum habere, quod ſuffocationem prohibeat. Tale præſidium eſt aqua cinamomi, vel oxymel ſcilliticum admixta aqua cinamomi. Item caricæ ſeu ficus tres acubus transfixæ, & maceratæ in aqua vitæ pectorali. Teneri poſſunt in ore theriaca & mithridatium, & paululum de iis deglutiri. Reuellenda materia per cucurbitulas, paulo ſupra renum ſitum affixas, ne ſuffocet. Dilatant etiam egregie pectus ex ammoniaco pillulæ, ſi noctu tres vel quinque deglutiantur, paroxyſmo vehementer vrgente. Ita ſatis expoſitam iam arbitror & morbi & curationis rationem. Nec eſt quod E. T. multitudine remediorum, & vſurpationis frequentia offendatur. Morbus enim cum altas egerit radices, & multos babeat fomites, multa atiam requirit. Siquidem & arbores, quæ altas egerunt radices, & numeroſas habent fibras, huc illuc in terra diſperſas, per quas alimenta illis ſuggeruntur, non niſi præciſis fibris euelli poſſunt. Deinde non ſubito & confertim ſed ſenſim & pedetentim irrepſit morbus, qui nunc eo vſque progreſſus, frequentem remediorum vſum ac quaſi continuationem exigit. Atque etiam prodeſt habere medicamentorum ſyluam, vt interdum inſtitui poſſit variatio, qua gaudere naturam nemo neſcit. Hæc, vt extaret aliquid meæ erga E. T. obſeruantiæ & beneuolentiæ argumentum, ſcribere non ſum grauatus: & quanquam intelligo & agnoſco prolixius hæc à me expoſita eſſe, quam forte decuiſſet; tamen in hanc partem peccare malui, quam committere, vt minus accurate morbi totius ratio expoſita videretur. E. T. bono (nempe, quæ à me ſcripta ſunt) animo accipiat, & ſtudium meum erga E. T. benigne interpretetur. Datæ Francofurti pridie D. Michaelis, Anno 1575.

Cura.

In orthopnœa,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM XCIII.

PATIENS per quædam interualla de difficultate anhelandi conqueritur, ideoq;

interdum non niſi recta ceruice ſpitare poteſt. Hoc ſymptoma pertinet ad læſam actionem, nimirum ad læſum motum thoracis; cuius cauſa eſt morbus in anguſtia bron- *Cauſa Orthopnœa.* chiorum pulmonis. Fit autem hæc anguſtia à materia pituitoſa, quæ eas partes obſtruens, in cauſa eſt, ne illæ partes perſpirentur. Materia hæc à cerebro tranſmittitur, à pulmonibus imbecillioribus, & intemperie humida laborantibus facilime ſuſcipitur. Generatur hæc materia in cerebro, labefactata facultate coctrice, propter intemperiem humidam, cuius ratione fit, vt ſanguis qui pro nutritione in caput defertur, non ex toto in alimentum vertatur; ſed in pituitam degeneret.

Scopi.

Indicationes. Pulmones roborandi; caput exſiccandum; materia pituitoſa euacuanda, & ad alias partes diuertenda. *Curatio.* Quo ad chirurgiam; ſecetur iecoraria dextri cubiti, *Phlebotomia.* non quod ſanguis ſit cauſa principalis, ſed ne è medicamentis calidioribus proponendis ſangnis incendatur, vnde multa pericula imminerent. Purgato vniuerſo corpore, ad deri- *Fonticulus.* uandam materiam à cerebro, fonticulus in brachio ſiniſtro inurendus erit. Quo ad pharmaciam, leniatur alnus mell. roſ. ſol. & manna. Præparentur humores mell. roſ. & ſyr. de betonic. additis decoct. beton. & ci- *Purgatio.* chor. Purgentur agar. & rhab. Rurſus repetenda erit purgatio, vt è toto exturbentur humores, qui in cerebro & in pulmonibus reperiuntur. Quare præparantia erunt: Syr. de beton. decoct. ſtœchad. iuæ, beton. farfaræ, cichor. Purgantia erunt pil. coch. de agarico Meſ. additis etiam maſtichinis. Hac *Errhina.* vniuerſali peracta purgatione, expurgetur cerebrum naſalis, è ſucco betæ, maioranæ, *Maſticatoria.* & manna confectis. Maſticatoria ad pulmones ducunt, ideo improbantur. Poſthæc ad præſidium generoſum deueniendum, quod caput exiccet, & pulmones corrobo- *Decoctum ſarſa pariglia.* ret; hoc autem facit decoctum ſalſæ pariliæ; in cuius vltima ebullitione imponantur beton. farfar. pulmonaria & cich. Et hoe ſaltem per 30. dies ſumere debet. Et eo tempore ante ſyrupum ſingulis tribus quatuorve *Pillulæ è terebinthina Cypria.* diebus pill. exhibendæ ex Cypria terebinthina cōcinnatæ. vtatur conſeruis è betonica pulmonaria. *Sudor.* Sudor non erit arte prouocandus, ſed ſi ſua ſponte prorumpat, nullo pacto coerceatur. Tempore autem veris, *Stillicidium* ſi è toto liber non extiterit, ſtillicidiis ex aquis D. Petri caput ſubiiciatur. Quo tem- *Ceratum.* pore ſupra ſuturam coronalem ceratam è *Sacculus.* beton. geſtandum erit: Interim ſacculum è pulu. ſalicis, beton. quandoque ſupra caput *Lixiuium.* geſtet; & abluat interdum caput lixiuio, in quo agaricus, ſtœchas, ſalix, & beton. bullierint.

Victus.

Caueat ab aere frigidiore, pluuioſo & nebuloſo. Vitet cibos crudos & frig. vt olera, lacticinia, piſces, conchylia. Exercitium moderatum ſit. Fugiatur nimis ſomnus. Aluus ſit fluida. Læto ſit animo, &c.

In orthopnœa, & viſione deprauata,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM XCIV.

CVm ex omnibus capitis deſtillationibus nulla ſit grauior, nulla deterior, quam illa, quæ ad pulmones delabitur, atq; inter has quæ à pituita ſalſa fieri ſolet, cum periculum ſit, ne pulmones exulcerentur, & phthiſis inde fiat; recta ratione factum eſſe cenſeo, quod Illuſtris. Baro in florente ætate conſtitutus (cum per interualla, & preſertim in patria, deſtillatione illa à capite ad bronchios pulmonis corripiatur, quæ à Medicis Orthopnœa dicitur, ob ſuffocationis ſcilicet periculum: Vnde anheloſi & ſuſpirioſi etiam dicuntur, quia ob præſentiam illius materiæ vix reſpirare valeant, & corpus penitus rectum habere coguntur; cumque viſio Illuſtriſ. Baronis aliquantulum imminuta eſſe videatur, quia quæ procul abſunt, recte intueri nequit, ac per interualla ſalſam expuat materiam) à nobis expoſtulet petatque vt pro ſui conſeruatione, quid agendum ſit, præſcribamus. Quod vt ex arte fieri poſſit, illud in primis eſt ſtatuendum, humores, qui in capite generantur, & qui à iecore ſurſum in caput feruntur & deſtillant, ad plures ſubiectas partes præcipitari conſueuiſſe, vt mirum non ſit, ſi tum materia hæc ad bronchios quoq; ipſos pulmonis in multa copia deſcendit, ac orthopnœam introduxerit, ita vt non niſi recta tantū ceruice degere cogatur. Imminutam autem illam viſionē fieri affirmamus ob anguſtiam naturalem, ratione cuius ſpiritus nō influit, quemadmodum opus eſſet. Sed cum omnia huiuſmodi mala ſint partus & ſoboles materiæ pituitoſæ, & propterea humoris cuiuſdam præternaturalis, neceſſario ſequitur, vt hæc materia actionem aliquam deprauatam conſequatur, quæ nulla alia eſſe poteſt, quam concoctio cerebri, quæ quidem deprauatur, quia facultas alteratrix labefactatur ob intemperiem calidam & humidam, & quia ex partibus infernis, nempe ex iecore vapores bilioſi acres & mordaces ſubminiſtrantur. Vnde fit, vt excrementa iſta quandoq; ſalſa videantur, & hoc quidem ob

intem-

intemperiem calidam, & ſiccam ipſius iecoris: quo fit, vt propter pulmonum imbecillitatem interdum etiam materia ſuſcipiatur, & proinde ſuffocationis periculum intendatur.

Indicationes.

Quare tota curationis ratio in eo poſita eſſe videtur, vt materia, quæ in capite & iecore redundat, euacuetur, & horum viſcerũ intemperies corrigatur, pulmoneſque corroborentur. Caput itaq; calidum & humidum ad priſtinam temperiem eſt reuocandum. Iecur vero eſt refrigerandum & humectandum: Et quia ſanguis calidior iecoris & capitis caliditatem fouere videtur, propterea non erit abs re ſanguinẽ euacuare. Quibus ſcopis ſatisfacere, erit ſane difficile, non tamen impoſſibile, dummodo Illuſtriſſ. Baro parere velit mandatis noſtris. Quare concepta optima ſpe curationis, præſidiorum materiæ ſunt proponendæ, & quibuſdam lenioribus materiis hoc tempore erit vtendũ, aliis vero grauioribus aduentante vere.

Cucurbitulæ ſcarificatæ.

Quare quo ad chirurgiam, hoc tẽpore ſanguis euacuabitur cucurbitulis ſcarificatis, in ea quantitate, quã ſanguinis actio præſcribere, & virtus permittere videbitur.

Fonticuli non erunt excitandi, quamuis in hoc malo locum habere videantur, quia ſperamus beneficio medicamentorum proponendorum eum ex toto ab hac lue liberatum iri. Quod ſi affectio non cederet, procul dubio illis vtendum eſſet.

Lenitiua.

Quo ad pharmaciam, leniatur aluus mell. roſ. ſol. & Manna. Diſſolutis in decocto fructuũ & betonicæ.

Alterantia.

Præparetur materia cum ſyr. de Beton. Borrag. de Cichorio & Farfar. cum decoctis proportione reſpõdentibus.

Purgantia.

Præparata materia purgetur corpus cum Agarico & Rhabarbaro, cum decoctione fructuum, quibus addatur mel. roſar. ſol. & Manna, quæ leuis purgatio ſufficiet per totam hyemem, vbi etiam interdum vti poterit melle ſcillitico. Aſſumat conſer. ex Beton. Borrag. Bugloſ. cum exiguo pulmonis vulpis. Aduentante autẽ ipſo vere, per venã ſectam mittatur ſanguis, leniatur materia, & præparetur, purgeturq; corpus iam propoſitis. Et quia vna purgatio non ſufficit, repetatur, præpareturq; denuo materia ſyrupis valentioribus, vt cum ſyr. de Beton. compoſito: de pomis compoſito, & de Cichor. cum Rhabarb. & de hyſſopo, cũ ſuis decoctis: purgeturq; Pillulis ex Agaric. Meſues & Maſtichinis. Corpore exquiſite purgato caput purgandum erit, non cum apophlegmatiſmis, ne materia adhuc magis ad os attrahatur;

Errhina.

ſed tantum errhinis & lenioribus, ne oculi afficiantur. Sint ex ſucco Betæ, ex ſucco Sambuci, addita Manna, & ſi opus fuerit cyclamine. Capite purgato probatur ſtillicidium ex aquis noſtri D. Petri ſupra ſuturam coronalem. Vt autem caput & iecur ad optimam temperaturam deducantur, & pulmones corroborentur, nihil erit, quod maiori cum vtilitate adminiſtrari poſſit, quam decoctum ligni, ſalſæ pariliæ, & radicis chinæ, additis Beton. foliis, Borrag. Cichor. Farfar. Liquir. ac paſſulis dulcibus,

Decoctum ligni, ſalſæ, & chinæ.

quo decocto vti poterit per triginta & plures dies, ſinguliſq; octo aut decem diebus capiat pillulas de Agarico & Maſtich. Imo tranſactis quatuor aut quinq; diebus mane aut veſperi ante ſyrupum aſſumat vnam vel alteram pillulam ex puluere ligni, ſalſæ, chinæ beton. liquirit. borrag. & pulmone vulpis paratam,

Pillulæ ex ligno, ſalſa, & china.

vt beneficio harum vires medicamenti ad partes remotiores etiam diſtribuantur, & magis agant. Interdum etiã ante cibũ per horam vti poterit melle illo ſcillitico propoſito. His omnibus diligens viuendi ratio eſt adhibenda: quare ab omni aeris importunitate caueat, præſertim vero ab aere calidiori & humidiori, & ob eãdem cauſam ab igne. Reliqua cum propoſitis reſpondeant: Ea enim breuitatis cauſa omitto.

In dyſpnœa,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM XCV.

HANC affectionem nihil aliud, quam δυσπνοίαν eſſe, quã Galenus ſeiunctam voluit ab aſthmate, ſeu anhelatione, & ὀρθοπνοίᾳ ſatis apparet.

Dyſpnœam ab Aſthmate differre.

Nã aſthmate affecti denſũ ſpiritum habent, & ſimul thoracem diſtendunt, atq; inter reſpirandum quaſi ſtertunt. In orthopnœa autem nonniſi recta ceruice ſpiritus trahitur, & iacentes ſuffocantur. Vtraq; autem affectio, vt Celſus monet, acuta ſæpe & periculoſa eſt, ſed quod in dyſpnœa proprie dicta euenire non ſolet. De Empyemate autem miror vos cogitaſſe, cum ſciatis Græcos ἐμπυϊκοὺς καὶ ἐμπύους appellare, qui purulenta reiiciunt, & continua febrẽ laborant. Eſt autem Galeno δύσπνοια denſa reſpiratio citra ſonum, anhelationem & febrem, (licet interdum febricula poſſit accedere) in qua propagines aſperæ arteriæ, quæ in pulmones tendunt, afficiuntur: ita vt non tantum exſufflare poſſit, quantum velit. Colliguntur vero non modo in pulmone, verumetiam in reliquis partibus thoracis frigidi & craſſi humores, qui ſæpe flatuantur, & diſtenſiones efficiunt, ſæpe nonnihil putreſcunt, & febriles acceſſiones parant. Communis autem curatio eſt, niſi tenuis catarrhus accedat, per ea, quæ craſſitudinem & viſcoſitatem humorum attenuant atq; incidunt. Itaque eligendus aer parum ad calidum & ſiccum vergens, ac humidior & frigidior vitandus. Cibo vtendum ſim-

pliciſſimo & attenuante. Carnes modo non ſint duræ, vel nimium pingues, conueniunt, maxime vero elixæ petroſelino & fœniculo. Piſces vitandi. Item cruda omnia, lacticinia etiam, & in ſartagine cocta oua cum butyro. Placentæ parum probantur. Vini potus, præſertim Bohemici, Morauici, vel Auſtriaci nō poteſt concedi, Vngarici multo minus. Cereuiſia autem craſſos humores, niſi probe defecata ſit, auget. Proinde rectiſſimum eſſet, ſi in quinque libris aquæ coqueretur ℥j. Zinziberis, ita vt vna libra abſumeretur, adderenturq; folia ſaluiæ ſex, & ſacchari vel mellis cochlearia tria, ita vt diligenter ſpuma detraheretur. Biberet autem. poſtea quam biduum in loco frigido ſtetiſſet. Hic potus haud dubie conueniențiſſimus & medicinæ loco eſſet. Poſſet etiam parum radicis glycyrrhizæ addi. Somno vtatur moderato, capitiq; ſublime habeat, nocturnum aerem non admittat, in locis humidis nō dormiat, diurnum ſomnum vitet. Poſt ſomnum totum corpus, maxime brachia lente fricet. Pedes etiam abluat ex decocto betonicæ matutinis horis, & eos fortius fricet. Deambulationibus lentis ante cibum vtatur. Videat, vt aluus aperta ſit. Vbi fuerit adſtrictior matutinis horis tribus ante cibum, iſtum accipiat bolum exiguum.

Potus.

Bolus.

℞. Agaric. trochiſc. ℈ij.
Cum melle roſato & ſyr. conſeru.
Zinziberis ſ. bol.
Vel tria cochlearia de iſto oxymel.

Oxymel. compoſ.

℞. Herb. hyſſopi.
Origan.
Marrubij.
Pulegij.
Veronic.
Scabioſæ.
Card. bened. an m. j.
Rad. ireos inciſ. ℥j.
Agarici albiſſ. ʒ x.
Zinziberis ʒ ij.

Et decoquantur in q. ſ. aceti, affuſa tertia parte aquæ, & addatur mellis puriſſimi q. ſ. & coquatur ad oxymelitis ſpiſſitudinē. De hoc etiam ſæpe, quotieſcunque difficultas ſpirādi vrget, cochlear vnum paulatim ſorbendo deglutiat. Clyſteria vehementer in iſta affectione commendantur, ſed ſi ab iis abhorret, non vrgeo. Potiones autem ſolutiuas, cum neſciam, an in pharmacopolio ad manus ſint, non præſcribo. Cæterum ad leniendum malum plurimum proderit decoctum ex ficubus, fœnugræco, & hyſſopo cum melle, ſi ſæpe aſſumatur. Commendatur etiam ius galli decrepiti cum iis herbis, quę ad compoſitionem oxymelitis prius deſcriptæ fuerunt: Item, orbiculi diairecos cum oleo aniſi. Item, vſus aquæ deſtillatæ ex hedera, cum ſyrupo de hyſſopo. Maxime vero drachma vna Trochiſcorum de violis ſine ſcammoneo, ita vt cum ſyrup de hyſſopo conformentur pillulæ, numero ix. Pro pectore etiam hoc vnguento vtatur:

Clyſter.

Decoct. lenient.

Tabula diairos.

Trochiſci de violis.

Vnguentum pectorale.

℞. Mucillag. ſem. altheæ.
lini an. ℥ß.
Dialtheæ.
Adipis anatis.
Butyr. rec. an. ℥ß. Miſc.

His medicamentis ſi recte vſus fuerit æger, ſpero, auxiliante DEO abſque aliis fore melius. Si quid autem deinceps à me fieri poterit, promptam & paratam gratificandi voluntatem V. H. experietur. Pragæ, Menſe Aprili, Anno 1567.

In grauitate pectoris, & ſpirationis difficultate, & metu phthiſeos,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM XCVI.

EX illis, quæ modo relata ſunt, intelligo colligi in pectore, vel etiam faucibus, materiam quandam viſcidam, eamq; mane reiici cum tuſſi, ac deinceps ægrum nihil mali ſentire. Redire autem grauitatem quādam pectoris & ſpirationis, tribus vel quatuor horis deinceps, quæ remittat ſumpto cibo, laſſitudinem tamen quandam in corpore eſſe, verum non perpetuam, & emaciari aliquo modo corpus, atque Phthiſin præſtantiſſimum virum vereri. Etſi autem de his omnibus ſatis ſuperq; meam ſententiam expoſuerim, an imaginationem iſtam de Phthiſi eximere ſim conatus, tamen cum relabatur, iterum præſtātiſſimum virum admoneo, ne me licet fortaſſe remedia noſtra non prorſus malum depulerint, nugatoria ſcripſiſſe exiſtimet. Cæterum materiam in pectore contineri, flatuari, & ventriculum etiam debiliorem eſſe, multoſque vapores, propter epatis caliditatem, ad caput tranſmitti, & catarrhum, qui difficultatem ſpirationis auget, inde incrementum ſumere, iam antea oſtendimus. Itaque quod ad materiam in ipſo pectore attinet, magnum præſidium in iis eſſe, quæ ad eductionem faciunt. Verum niſi catarrhus curetur impoſſibile quin ea redeat. De curatione autem perfecta catarrhi & morbi pectoris iam ante quid ſpei habebam, oſtendi. Ferenda ſunt nobis quædam à Domino impoſita, quæ humanis conſiliis vel auxiliis adimi nō poſſunt, nec malum malo temere curandum,

Quia

Quia vero exſiccationis catarrhi,& roboratioois pectoris aliqua ſpes io vſu Guaiaci reſidet, velim corpus prius expurgari, deinceps decoctū Guaiaci etiam experiri. Nam non expurgatis corporibus illius vſum ooxium eſſe,cum humores prauos in voiuerſum corporis babitum deducat,ſcimus. Materia anrem,quæ purganda eſt, prius præparetur hoc modo: Sumat gallum veterem, ac deplumatum,& mundatum bene, exemptis viſcetibus,hyſſopo, veronica, chamædri,& carduo benedicto impleat, atq; duodecim dactylos vel ficus addat, coquatur in olla ampla,ne aliam aquam,ante perfectam coctionem affundere neceſſe ſit, factaque decoctione ius boc ſeruetur in vaſe fictili, de qno bibat mane hauſtum ad mediam libram. Si aluum ſubduxerit (poteſt enim aliquid ſacchari inüci) vbi ter fuerit ſumptum, mittat ſanguinem. Sin minus cum bis ſumpſerit, tertio addet vnciam vnā florum caſſiæ,atque ita mota aluo, in ſequeoti die è vena axillari dextri brachii, vel media ſaoguioem mittat. Vno die poſt phlebotomiam quieſcat, deinde rurſus decoctum quinque diebus bibat. Expurgetur tandem corpus iſto decocto.

Decoctum galli ad praeparat. materia.

Decoctum purgans.

℞. Paſſul. ℥ ß.
Caricar.
Dactyl. an. num. vj.
Iuiub.
Sebeſten. an. num. ix.
Herb. hyſſop.
Veronic.
Camæd.
Scabioſæ.
Tuſſilag. an. m. ß.
Agaric. albiſſ. ʒ iij.
Fol. ſeoe Alexaod. ℥ j.

Fiat horum decoctio in q. ſ. ſeri lactis, & decoctum ſeruetur vſui pro tribus potionibus: ℞. pro vna ℥ iiij add.
Syr. roſat. ſolut.
Mannæ calabrin. an. ℥ j.
Aq. cinamo. parum, vel ſyrupi conſeruationis zinziberis, miſc. pro vno, & reliquis duobus.

Si forte cootinuare non poſſet, aut aluus nimium ſolueretur, vnum diem interponat, deinceps alterum ſyrupum bibat. Nam cum aluus interdum immodice fluat, cauendum ne vires deüciantur. Vbi corpus expurgatum fuerit, decoctum Guaiaci hoc modo bibat: Primis quinque diebus bibat ſemel hoc decoctum:

Decoctum guaiaci.

℞. Limaturæ Gnaiaci ℥ iiij.
Aq. puræ calefactæ, ℔. iiij.

Stent in infuſione per biduum, deinde coquantur ad conſumptionem medietatis, Sumat matutinis horis calide vncias quinq; pro vno hauſtu, & ad ſudorem ſe componat, nec referre arbitretur, etiamſi primis diebus non multum ſudet. Si inſignem aliquam caliditatem poſt aſſumptum potum iſtum ſenſerit, bibat ante prandium decoctum radicum cichorii ex iuſculo gallinaceo. Tribus autem horis, aut quatuor poſt aſſumptam potionem ſudoriferam prandeat,& voo cibo contentus ſit cum iuſculo. videlicet pullo vel aſſo, vel elixo, & modeſtiſſime cœnet. Si ſtatim ſecundum decoctum quoq; bibere in paſtu poſſet, coouenieus eſſet. Hoc ita paretur:

Decoctum ſecundum proprium.

℞. Ligni primum cocti ℥ iiij. & adde recentis ligni ℥ ij.

Affundantur ℔. xv aq. & coquantur ad librarum quinq; conſumptionem. Hoc lignum tertio quoq; affuſis decem libris aquę ad quatuor librarum conſumptionem coqui poteſt. Sicut de coctura præſente oratione is, qui hoc conſilium adfert, admonitus eſt. Iniiciat poſtremo paſſularum vocias duas bibat quantum volet, & omnem aerem, omneſq; animi grandiores perturbationes fugiat. Vbi priores quinq; dies abierint, accipiat.

Aliud.

Ligni guaiaci ℔. ß.
Herb. hyſſopi.
Veronic.
Chamæd. an. m j.
Aq. lib. x.

Affundantur, vt prius eſt dictum, & coquantur ad medietatis conſumtionem. De hoc decocto accipiat mane hora quinta vncias quinque, prandium ſumat nona; bibat rurſus hora quarta alias quinque vncias, & cœnet hora ſexta: & ſic per quinque dies continuetur. In prandio & cœna bibat ſecundum decoctum videlicet vt ligni ℔. ß. cocti abiectis herbis, addantur ℥ iij. recentis ligoi, & affundantur ℔. xx. aquæ, decoquantur ad ℔. xv. Tandem rurſus redeat quinque diebus ad ſimplex decoctum ligni abſq; herbis, & ſi poterit adhuc alios qoioq; dies addat. Salſa, acetoſa, pinguia omnia vitet, ac ſimpliciſſimo cibo contentus ſit, addo etiam pauciſſimo. Si aluus forte eſſet adſtrictior, poſſet ex decocto maluæ ad ℔. j. olei commuois ℥ iiij. ſacchari ℥ j enema iniici circa horam tertiam pomeridianam. Cæterum in hac curatione, dum ea perficitur, non eſt, quod maiores vires exſpectet, ſed de ea hanc ſententiam Ruffi, veteris ac præſtantis Medici teneat: Illud nouiſſe conuenit, pleroſque hoc morbo infeſtatos, quo tempore curabantur, nihil profeciſſe, ſibi dimiſſos conualuiſſe. Propterea quia recte prius à Medicis tractati, poſtea vires aduer-

Clyſter.

ſus morbū maiores acceperunt, cum antea remediis attriti forent. Quamobrem naturæ quies condonanda eſt, quam pluribus auxiliis affligi, quiete refici videmus & iam extenuatos morbos ſuperare. Viennæ, 29. April. Anno 1568.

In interpolata anhelitus difficultate, pro illuſtri quodam viro,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM XCVII.

CVM patiens hic ab interpolata anhelitus difficultate penitus liberari cupiat, atq; omnis præſeruationis vis in cauſarum ablatione poſita ſit, ante omnia, quæ ſint cauſæ, ob quas vitium id reuertitur, diligenter indagandum eſt. Cumq; ex relatis compertum ſit, anhelitus difficultatem deſinere, poſtquam materia, partim tenuis, partim craſſa, viſcida, & ſubflaua, per tuſſim reiecta eſt, minime dubitandum videtur, quin eiuſmodi affectus recurrat, quod pituita frigida, partim craſſa, partim tenuis in capite accumuletur, donec præ copia facultatem expulſiuam cerebri incitans, ab ea in pectus ac præſertim bronchas pulmonis præcipitetur, vbi vias ſpiritus occludens, tantiſper luctam illam, cum exeunte & ingrediente aere exercet, ſubindeq; anhelandi difficultatem inducit, donec tota conſumpta & eiecta meatus illos ac ſpiritus liberos & expeditos relinquat. Ad hunc autem humorem ſuſcipiendum, magnopere conferre inueteratam atq; inſignem ipſorum laxitatem & infirmitatem, & quæ ipſi antea contigerunt, diuerſorum affectuum genera ſatis docent. Malum autem huiuſmodi fit: tum quia pulmones recipiendæ à capite fluxioni maxime accommodati ac propenſi ſunt; tum quia cerebrum excrementorū ferax, prompte demittit ſuperuacaneos & copioſos in pectus ſuccos. Porro excrementa ea, cum ſint praua vitiatæ cerebri coctionis opera, eam vitiari ob frigidam atque humidam illius intemperiem, nec non ob varios, quos iuuenilis ætas committit in victu errores, omnino ſentio. Quod ſi itaque ab hac calamitate ex toto vindicari optat, neceſſe in primis eſt, victus errata, & præſertim importunas exercitationes & compotationes euitare: Mox ſuperfluos quoſcunq; humores, tam à pectore, quam ab vniuerſo corpore amouere. Poſtremo calefacere moderate cerebrum, ſimulq; & ipſum & pulmones exſiccare. Quanquam vero non admodum facile eſt, huiuſmodi intemperantias viſcerum penitus expugnare, quod ob vetuſtatem timendum ſit, ne iam habitus quodammodo euaſerit: attamen cum in ætate firma & valida, potiusq; proficiente, quam deficiente, ſperare omnia bona liceat, eoq; maxime, cum mihi compertum ſit, eam no fuiſſe adhibitam medicationem, quę potuerit, aut penitus malam hanc affectionem finire, aut ſaltem imminuere: Itaq; alacriter curationem, ſiue præſeruationis rationem aggrediendam, nec quicquam differendum conſulo. Et quoniam in omnibus defluxionibus curandis magnam habet poteſtatem victus ratio recta, ab hac mature inchoandū erit, vt ſcilicet ſemper inclementem aerem fugiat, capite humili, dum libere ſpirat, dormiat, ante cibum ſemper moderate exerceatur, à cibo & animo & corpore quieſcat, moderate ſemper edat atque potet, nec ſomno, niſi duabus tribusve horis à cœna ſeſe dedat, compotationes, vina generoſa, cruditates omnes tanquam peſtem fugiat, à cibo ſemper coriandrum cum ſaccharo ſumat, quæ omnia copioſius à Medicis eius valetudini præfectis proponi poterunt.

In deſtillationibus nihil melius optima diæta.

Præter victum, vt negotium chirurgicum breuiter expediamus, laudo ſaltem, vt cauterium vnum in ſiniſtro brachio excitetur, diuque apertum ſeruetur. Etenim quotidiana experientia exploratum eſt, anhelitus difficultate vexatos, ex huius modi remediorum vſu incredibilem vtilitatem percipere. Quod vero ad alia medicamenta pertinet, vbi deliberatum erit, curationem auſpicari, corpus vniuerſum in primis blande expurgabitur, lenita prius aluo, melle roſaceo ſolutiuo; mox præparatis humoribus, decocto pulmonariæ, Beton. Hyſſopi, cum ſyrupo de Beton. atq; oxymel. ſimplici: Tandem euacuatis Agarici diluto, & melle roſaceo ſolutiuo, vel Pill. de agarico confectis.

Cauterium in brachio ſiniſtro.

Lenitiua.

Digerentia.

Euacuantia.

Poſtquam autem hunc in modum corpus exinanitum fuerit, caput purgandum per medicamenta errhina, cuiuimodi eſt ſuccus Betæ, cum aqua Betonicæ aut quippiam ſimile. Quo diligenter facto magnopere commendo, vt vel chynæ, ſi optima haberi poterit, vel ſalſæ decoctum, ad minus per triginta dies de more ſumat, ac ſimul placide ſudare nitatur. Quo tempore etiam magnopere iuuabit, ſi ſingulo mane, priuſquam ſyrupum potet, pillulam ex ſemiſcrupulo ſulphuris vini commix. aq. maluar. ac ſæpius læuigati, cum drachma vna optimi Terebinthi aſſumpſerit. Deniq; probo eam victus rationem tenuiſſimam, quæ adhiberi ſolet, ſed paulo mitiorem. Et quia formidandum eſt, ne etiam ſub hac diligenti cura, radices mali penitus euellantur,

Errhina.

furu-

futura hyeme hortor, ſaltem ſingulo menſe pillulas de Agarico deuotet, vtq; ſæpe huiuſmodi confectionis portionem ad nucis magnitudinem ſumat:

Electuarii.

℞. Conſeruæ violar.
Betonicæ an ℥ j. ß.
Polu. Liquiritiæ ʒ j. ß.
Pulmonis vulpis ʒ ij.
Miſc.

Quod ſi aduentante vere malum nondum finitum fuerit, tunc de vſu potus & ſtillicidiis aquarum thermalium diligenter & mature cogitandum erit.

In anhelandi difficultate, cauſata à pituita ſalſa, occupante bronchia pulmonis, in iuuene viginti duorum annorum,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM XCVIII.

CVM reſpiratio ſit in numero illarum actionum, ſine quibus homines hanc vitam traducere non poſſunt, iure optimo Nobiliſſ. iuuenis, cum multis abhinc annis anhelandi difficultatem perſenſerit, & modo perſentiat, eam auferri deſiderat, & petit. Multis quidem ab hinc annis hanc anhelitus difficultatem perſentit: ſed ſpacio annorum ſex omnino ab ea immunis fuit. Poſt hoc iterum ea affectus eſt, deinde per annũ intermiſit, cœpit poſtea ſingulo menſe eum inuadere, & modo affligit, non tantum ſingulo menſe, ſed etiam bis & ter in menſis ſpacio, vt ſæpe ſæpius ſuffocationis periculum immineat: Liberatur tamen per materiæ excretionem per ſputum, quæ materia ſalſa ſeſe guſtui offert, vnde, vt huic iuueni obtemperemus, huius affectus cauſa inueſtiganda eſt. Dubium non eſt, hanc anhelandi difficultatem inde ortum ducere, quia ſcilicet materia pituitoſa ſalſa occupat & obſtruit bronchia pulmonis. Vnde autem hęc materia generetur, eſt videndum, & poſtea, quomodo reddatur ſalſa.

Cauſa catarrhi ſalſi.

Generatur hęc materia pituitoſa in capite copioſa, adeo vt cum per naturalia & ſolita profluuia excerni non poſſit, paulatim ad tracheam arteriam deſcendit, & ab illa in pulmonis bronchia, vt illa maiori ex parte obſtruat. Pulmones autem ſuſcipiunt hanc materiam, ob ſuam debilitatem & laxitatem, & quia ex diuturna mora & fluxione habitum quaſi contraxere. Generatur autem in capite, labefactata facultate alteratrice ipſius, ob intemperiem humidam: Nam in actiuis nullus apparet receſſus à naturali ſtatu, quę intemperies humida, cum indies aucta ſit, ob prauam viuendi rationem, hinc factum eſt, vt malum non modo non ceſſerit, ſed potius ad eam magnitudinem deuenerit, vt non tantũ ſingulo menſe, ſed ſæpius in menſe inuadat.

Cauſa ſalſedinis.

Salſedinem autem pituita acquirit, quoniam ob iecoris caliditatem in generatione ſanguinis generatur ſalſa quædam ſeroſa humiditas, quæ ad caput aſſidue aſcendens, eſt in cauſa, vt inter ſpuendum leuis illa ſalſedo appareat. Deſcendens autem pituita, cum illa ſalſa ſeroſa humiditate, & permixta ad bronchia illa pulmonis, ibique præter naturam detenta putreſcit, & ob putredinem magnam illam ſalſedinem contrahit, quam exſpuendo in paroxyſmo perſentit.

Indicationes.

Hæc mala cum ita ſe habeant, vt auferantur, neceſſarium eſt, caput humidum exſiccare, iecur quoquo modo refrigerare, pulmones debiles, laxos, qui quaſi habitũ contraxere, ob continuam fluxionem exſiccare & corroborare, materiam, ſalſam pituitam diuertere, deriuare, & ex toto exſtirpare. Quas indicationes explere, non eſt quidem impoſſibile, eſt tamen ad ſummum difficile. Nam adeſt vehementia, primum ratione dignitatis, nam læditur reſpiratio, quæ actio cauſa vitæ ſumme neceſſaria eſt. Læditur etiam caput ſecundum alteratricem, quod eſt membrum principaliſſimum. Secundo, ſi conſideremus vehementiam, ratione propriæ eſſentiæ, materia generatur copioſa, putreſcit, fit ſalſa, eſt viſcida, craſſa, intemperies capitis humida & pulmonum, quaſi in habitum eſt mutata, vt his de cauſis ſumma ſit vehemẽtia penes eſſentiam, tum morbi, tum etiam cauſæ, id eſt, materiæ pituitoſæ. Summa, quin etiam vehementia eſt, ratione facultatis corpus regentis; nam dum adeſt accreſſio, æger videtur veluti ſuffocari, vt vires difficilime tolerent. Cæterum ratione virtutis nulla adeſt vehementia: Nam æger eſt iuuenis & robuſtus, vt omnia remedia, etiam fortiſſima tolerare poſſit, vt hac ratione ſperare libeat, ſi non integrum ſanitatis ſtatum, ſaltem meliorem eum acquiſiturum. Ad curationem ergo accedentes, laudamus vt ſanguis euacuetur, primum ſecta vena iecoraria cubiti dextri, deinde hirudinibus applicatis, ſi eas innatas habet.

Vena ſectio. *Hirudines.*

Excitentur deinde duo cauteria, alterum in brachio, ratione capitis, dextro: Reliquum vero in crure ſimiliter dextro, ratione iecoris, habita tamen prius de toto prouidentia.

Cauteria.

Vnde in primis leniatur aluus, cum melle roſ. ſolut. & cum Electuario lenitiuo, vel cum melle violat. ſol. vna cum Manna.

Lenitiua.

Præparentur humores cum decocto ex meliſſa, ex furfur. hyſſop. & cichor.

Præparantia.

Purgentur dein-

Purgantia.

de cum medicamento, cuius baſis ſit potiſſimum Agaricus. Purgato vniuerſo, expurgetur etiam caput per nares: Verbi gratia; cum decocto Betæ, Veratro nigro, & ſimilibus. His omnibus expeditis probatur, vt aſſumat Salſæ & Chinæ decoctum per plures dies: alterutrum cum Cichoraceis, in quo aſſumendo alternis ſaltem diebus, ante ſyrupum decocti capiat pillulam vnam, ex terebinthina Cypria, cum aliquo puluere exſiccante reformatam. Poſt huius decocti exhibitionem, quia iecur erit excalefactum, temporibus calidioribus per plures dies vtatur ſero lactis caprilli. Poſt cuius ſeri aſſumptionem aſſumere debet aquas Lucenſes per ſex vel octo dies. Neque eſt timenda ſuffocatio, ex eo, quod ob repletionem ventriculi cum hac aqua cõprimatur Diaphragma, quia moderata quantitate eſt capienda. Stillicidium præterea non improbatur, vt caput exſiccetur. Hoc autem parari debet ex aquis in actiuis temperatis, vt ſunt Laterenſes. Extrinſecus laudamus, vt iecur refrigeretur, Epithemate ex ſucco Cichoreæ cũ pauco aceti ad maiorem penetrationem. Tandem ſuademus, vt poſt horum omnium vſum per plures dies vtatur lambitiuo parato ex ſaccharo Betoniſato, vt ita dicam, cui addantur pulueres exſiccantes, vt quinque foliom, & ſimilia.

Errhina.

Therma Lucenſes.

Epithema epaticum.

Lambitiuum.

His omnibus eſt iniungenda diligens viuendi ratio, quæ propoſitis correſpondere debet. Vnicum tantum aduertendum, vt pro potu vtatur vino multa aqua diluto.

In anhelitus difficultate, pulſu frequentiſſimo, & inæquali,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM XCIX.

CVM ad vitam ſuſtinendam ſumme neceſſaria ſit reſpiratio per os, & inſpiratio etiam arteriarum, vt calor cordis & arteriarum euentetur, & fuligines expellantur, mirum non eſt, ſi Illuſtriſſ. & Reuerendus vir, in præſentia perſentiens, ſecundum hanc actionem non mediocrem noxam eam vinci ac ſuperari à nobis petit. Vnde huius actionis læſæ cauſa omni diligentia eſt inquirenda, vt ea inuenta, noxa hæc adeo intenſa auferri poſſit. Non eſt exiſtimandum, cauſam eſſe huius affectionis, materiam pituitoſam, viſcidam, & craſſam, quæ deſcendendo à capite obſtruet vias inſpirationis, eum nullum vnquam apparuerit ſputum, tuſſis non adſit, nec etiam ſtertor. Quod ſi materia deſcenderet, neceſſe eſſet, vt in ſomno ſaltem ſterteret. Relinquitur ergo, vt vera & germana cauſa ſit, tuberculum crudum aliquod, occupans carnẽ ſeu ſubſtantiam pulmonis. Primum cum paruum eſſet leues arterias, eas comprimendo, obſtruxit. Vnde fuit in cauſa illius pulſus frequentis & inæqualis; Quoniam hæ arteriæ habent conſenſum & communicantiam cum arteriis totius corporis. Et cum deinde paulatim auctum ſit tuberculum illud crudum, obſtruxit etiam comprimendo aſperas arterias, ſeu bronchia ipſius pulmonis, vnde fuit in cauſa, vt anhelitus difficultas oriretur. Cum autem calor cordis, ob hanc anhelitus difficultatem euentari, vt par erat, non potuerit, hinc factum eſt, vt læuis quædam febricula ſit ſuperaddita. Genitum autem eſt hoc tuberculum crudum, quoniam diebus elapſis cauterium, quod habebat in brachio, occalluit: Vnde materia, quæ euacuabatur per illud profluuiũ, deuoluta eſt ad pulmones, ibi concreuit, & partem in tumorem duxit. Potuit etiam hæc materia habuiſſe originem ab errore externo, & mala viuendi ratione. Quibus ita conſtitutis, vt mala hæc auferantur, neceſſe eſt, materiam craſſam, facientem tumorem attenuare, calefacere, digerere, & per inſenſibiles meatus euacuare, pulmones corroborare, virtutem totius ſeruare, de toto habita prouidentia. Quibus ſcopis ſatisfacere, meo iudicio eſt impoſſibile.

Cauſa difficultatis anhelitus.

Tuberculi crudum in pulmonibus vnde natũ.

Indicationes.

Adeſt enim vehementia ratione dignitatis, pars præcipua afficitur, pulmones ſcilicet, ſine quibus animal viuere non poteſt. Adeſt præterea vehemẽtia, ratione propriæ eſſentiæ, quia materia tumoris eſt craſſa, dura, viſcida, frigida, & ratione partis etiam copioſa. Ratione vero facultatis corpus regentis, nulla fere eſt tolerantia, vnde etiam hac de cauſa eſt ſumma vehementia, quæ etiam adeſt ratione virtutis, & in quãto, & in quali. Eſt enim in ſenili ætate conſtitutus, cum 63. annum agat.

Cum vero non oporteat miſeros ægrotantes derelinquere, ad præſidia veniendum. De chirurgicis nihil dicendum, cum diebus elapſis per hæmorrhoidas miſſus ſit ſanguis. De fonticulis nihil, nullum enim inde iuuamentum. Quod ſi melius haberet, & ab hoc malo liberaretur, præſeruationis gratia duo fonticuli mihi probarentur, alter in brachio, alter in crure. De pharmacis nihil dicendum, eum ei lenita ſit aluus melle roſar. ſolut. & Manna. Et Elect. lenit. Præparati humores Beton. Meliſſ. Farfar. Borrag viridi, cichor. & ſimilibus. Euacuati Agar. Rhabarb. & ſimilibus. Quod ſi non videretur bene euacuatum totum, iterum per tres dies aſſumat iura alterata, & purgans.

Chirurgia.

Pharmacia.

gans. Pro alterantibus probatur decoctum Salſæ cum china, & modica portione Saſſafras, aſſumptum per plures dies. Item, Decoctum herbæ illius mire laudate à Dioſcoride pro tollenda anhelitus difficultate, quæ eſt Botrys, cum Meliſſ. Beton. hyſſop. pulu. rad Althex, Farfar. viridi, & ſimilibus. Ante ſyrup. ſumat pillulas ex pulu. Salſæ, Chinæ, Saſſafras, & herbarum prædictarum. Probatur etiam vſus Terebinthinæ Cypriæ. Præterea probatur, & eſt præſtantiſſimum remedium, nam diſcutit, incidit, digerit, calefacit puluis ſulphuris, qui cum nimium calidus videatur, corrigi poteſt, cum Ammoniaco, & poſſunt ex his formari pillulæ, & quamprimum ante decoctum exhiberi: Nec nos deterreat qualitas ſulphuris, etſi ſit calidũ in tertio, vel etiam in principio quarti; Et febris adſit, quoniam hæc eſt leuiſſima, & ſulphur corrigitur cum Ammoniaco. Victus ratio propoſitis correſpondeat: à vino abſtineat. Et hæc, &c.

Botrys.

Flores ſulphuris correcti cum ammoniaco.

Ephialtes in ſomno, cum dolore capitis periodico, & debili pedum calore, pro quodam Generoſo Domino,

D. Ioh. Cratonis

Consilium C.

Etſi magna atque accurata diligentia omnia ſunt perſcripta, quæ ad cognitionem morbi pertinere videntur; tamen non exiguam difficultatem habet, vt hoc ſtatuamus, ſitne morbus per eſſentiam, vt loquimur, an vero per conſenſum: Et ſi per conſenſum, quæ pars vel humorem, vel vaporem tranſmittat. Diuturnitas mali haud dubie cerebri tempeſiem aliquo modo affectam eſſe arguit; ſed cum omnes actiones cerebri, vel præcipuas ſaltem ſanas eſſe conſtet, & morbus periodos ſuas habeat; conſentaneum vel tranſmitti eo humores, vel cum vaporibus cerebrum, eo tempore, quo ſomno ſe dat, repleatur, ibidem colligi. Accidentia autem & excuntia pituitoſum humorem demonſtrant. Nam etſi ἐφιάλτης, vt ſymptomata indicant, non videatur tam cerebri paſſio eſſe, quam thoracis, in quo inchoata coctione à fumis ſeptũ tranſuerſum, & pulmones ita opprimuntur, vt ſpiratio impediatur, tamen non dubium eſt, quin cerebro vapores, qui imaginationẽ in prioribus ventriculis cerebri lædant, communicentur. Vnde etiam hanc affectionem, ſi ſæpius recurrat, & diutius perſeueret, Medici Epilepſiam, vel Melancholiam, quæ propriæ cerebri paſſiones ſunt, conſequi ſtatuunt. Vapores autem craſſi non ſolum à pituita, ſed ſanguine etiam multo, & craſſo aſcendunt. Summa igitur curationis conſiſtit in eo, vt cruditates & multitudo ſanguinis craſſi auferantur, & materia vel à capite auertatur, vel ne dolorem vel affectionem illam inferat, alteretur. Crudorum humorum prouentus non alia ratione rectius, quam recta victus ratione, ſomni, exercitiorum, atque venereorum temperantia, & vacuatione excrementorum prohibetur. De his autem præcepta dare, cum libri de his ſint in manibus, non debeo. Illud monendum eſt, abſq; harum obſeruatione diligenti parum à medicamentis adiumenti naturæ eſſe ſperandum. Cæterum cum in accuratiſſima etiam, diligentiſſimaq; diæta, colluuies crudorum humorum, præſertim in vita otioſa, non poſſit caueri, neceſſe erit, vt interdum medicamentis, quæ humores, vbi aluus adſtrictior fuerit, remoueant, & calorem naturalem adiuuent, vtatur. Ad remouendos humores nihil meo iudicio conuenientius, quam ſi ſæpe vtatur aloë hoc modo præparata:

Ephialtes an per eſſentiam.

Ephialtes cuius partis paſſio.

Curatio.

Diæta.

Aloës imbuatur decies ſucco Roſ. & toties exſiccetur rurſum: poſtremo vnciis tribus aloës, inſpergatur Myrrhæ, Maſtich. an. ℥ j. pulu. cinamomi parũ, & fiat Maſſa. De qua ex ʒ j. form. pill. ix. ſumat tres ante cœnam, ter iterando in qualibet ſeptimana.

Aloes vi.

Verum, vbi nimium incaleſcit cœlum, vt ſub ortum canis iſto medicamento abſtinere poterit. Non ſolum autem humores pituitoſos abſque vlla moleſtia educet; ſed, vt confido, hæmorrhoides patefaciet, quorum fluxus ad repurgandum craſſum & fœculentum ſanguinem, à quo periodicus dolor ille capitis & Ephialtes oriuntur. Poſtea vtatur ſequenti ſyrupo:

Hæmorrhoides.

℞. Succi Meliſſæ cum ſaccharo ad ſpiſſitudinem debitam cocti ℥ viij.
Cui addatur extracti galangæ & calami aromatici, an. ℈ ß.
Spec. aromat. roſ. fideliter diſpenſat. diamoſchi dulcis, an. ʒ ß.
Miſce.

Syrupus.

Accipiat matutinis horis cochleare paruum, & hora decubitus quoque parum; vel certe ſolum Meliſſæ ſuccum, vt dixi, præparatum. Cubitum non eat, niſi tribus horis poſt cœnam parcam. A cœna ſerias cogitationes non ſuſcipiat, nec quicquam quod coctionem turbare, vel ventriculum, atque caput moleſtia afficere, atq; debilitare poſſit, faciat. In hyeme vtile erit quinque horis ante cibum aſſumere ad magnitudinem fabæ Theriacam veram, vel Mithridaticam antidotum, recte compoſitam, matutine ſe-

Succus Meliſſa.

Theriaca.
Mithridatium.

mel in menſe; ſicut in æſtate, & magnis caloribus, conſeruam roſac. cum ſpeciebus aromatici roſati, deſcriptionis integræ, niſi forte odor min⁹ eſt gratus. Atq; hęc ad profligandas capitis affectiones, & præcordiorum ſatis puto, certe tuta eſſe ſcio, niſi malum, quod diuturnitate vires ſumpſit, & artẽ atque diligentiam ſuperauerit, miteſcet tamen, vt ſpero, ne deterius aliquid conſequatur, niſi me omnia fallunt.

Pedum refrigeratio, & calefactio.

Quod ad pedum affectionem attinet, refrigerationem illam in hybernis frigoribus & excalefactionem in æſtiuis caloribus ad aliam cauſam, quam reciprocationem caloris naturalis male affecti, referre nequeo, iſto judicio, quod ſolo motu calor in membra redeat. Quid igitur conſilii dem, non reperio aliud, quam vt innatus calor ad partes iſtas reducatur, & corroboretur. Duo autem auxilia in mentem nunc veniunt, matutinæ frictiones, cum oleo amygdalino, in quo maſtix atq; calamus aromaticus in hyeme, in æſtate vero cum maſtiche roſæ coquantur, & conueniens thermarum, in quibus cum calefactione vls aſtrictionis ſit, vſus. Hæc igitur adhiberi poterunt. De frictionibus non neceſſe eſt plura verba facere. Thermarum autem vſum ſalubrem abſque corporis euacuatione, non cenſere Medicos, tibi notum eſt. Ac pedes tantũ velim, te vel dolio, vel fonti thermarum imponere; nec totum corpus perpetuo lauare. DEVM autem precor, vt iſta omnia, quæ ex animo conſului, benigne fortunet, & te conſeruet.

Frictiones.

Thermæ.

In dorſi grauitate, è commotione, & caſu cum Renum calculo, pro generoſo quodam Comite,

D. IOH. CRATONIS
CONSILIVM CI.

GRAVITATEM eam, quam Generoſus & Illuſtris Comes in dorſo percipit, multas cauſas externas habere mihi eſt indicatum, videlicet, equitationes concitatiores, vehementes in venationibus caſus, & contuſiones: accedere etiam calculum renum, qui abſq; doloris ſenſu ſecedat.

Cæterum cum motus quaſi impediatur, & Illuſtris Comes vereatur, ne grauiora cõſequantur, à me conſilium petit. Illud autem conſideratis circumſtãtiis omnibus, tale eſſe reperio, vt affluxum materiæ in muſculum prohibeamus & auertamus, & quod item influxit, roboratis partibus illis dimoueamus. Ad hoc quidem rectiſſima victus ratio requiritur, qua nõ obſeruata, ſuperuacaneũ etiam maxime conuenientia medicamenta præſcribere. Cum autem Generoſo Domino Comiti præſto ſit Medicus, ſuperuacaneum eſt, vel de victus ratione, vel de medicamentis purgantibus monere. Vt tamen diligẽs victus habeatur ratio, & corpus prius expurgetur, quam localia medicamenta applicentur, neceſſarium. Vacuationem autẽ humorum, præparationem præcedere debere, omnes periti Medici ſciunt; Proinde Illuſtris Dominus Comes ſumet primo hos ſyrupos, qui etiam ad comminuendam materiam in renibus faciunt:

Syrupus.

℞. Scolopendriæ.
Betonicæ an. m. j.
Decoquantur in q. ſ. aquæ puræ,
Decocti ℥ iiij.
addatur
Syr. de ſucco betonicæ ℥ j. ß.

Si pro vno ſyrupo & pro reliquis, donec Medici iudicio materia præparata videatur, & coctam purgare liceat.

Vacuans autem medicamentum, etſi rectiſſime poſſet præſens Medicus præſcribere: tamen de illo quoque meam exponam ſententiam:

Potio purgans.

℞. Paſſularum ʒ vj.
Betonicæ.
Scolopendriæ.
Veronicæ an. m. j.
Flor. violar. m. ß.
Agarici albiſſimi ʒ j.
Rhabarb. electiſſ. ʒ j.
Myrobalano. Citrin. ʒ v.

Fiat horum decoctio in q. ſ. lege artis, & fortiter exprimantur.

℞. Expreſſionis ℥ iiij.
Syr. roſat. ſolut.
Mannæ Calabrinæ an. ℥ j. Miſc.

Si vna vice non ſatis fuerit purgatus, repetatur præſcriptum medicamentum, aut dentur Catapotia aggregatiua & aurea, ſingulorum ʒ ß. ſi Medicus doſin augendam putabit, arbitrium ſuum ſequatur. Vacuato corpore vellẽ vino imponeret radices ononidis & eringii, atque de iſto vino biberet. Mane autem in iuſculo cereuiſiario cum butyro facto bibat, vnciam mediam vnguenti (viridis) potabilis, & ſe in lecto contineat per horas duas, ac ſi poteſt, ſudet. Hoc ſingulis ſeptimanis per menſem bis faciat. Noctu, cum cubitum ire volet, tergum iſto vnguẽto vngatur.

℞. Ol. roſacei.
Lilior. albor. an. ℥ j.
Pingued. gallinæ ℥ ß.
Miſce.

Regionem autem renum ſequẽti vnguẽto inungi curet:

Vnguentũ ad renes.

℞. Ol. amygdal. amarar. ℥ ß.

Vnguen-

Vnguenti roſat.Meſ.ʒj.
Amygdal amar.contuſar.nu.vj.
Miſc. fiat vnguentum pro renibus.

Quod ſi dolores prorſus factis iſtis per mẽnſem non remouerentur, ſequens vnguentum vniuerſo dorſo manè adhibeat, & calide ſe fricari curet:

Vnguentum pro vniuerſo dorſo.

℞.Saponis Veneti,in aqua roſacea diſſoluti.℥ij.
Dialtheæ℥j.Miſc.

Sudor.

Det autem ſua generoſa Clementia operam, vt in lecto ſæpe ſudet; & ad hoc decocto herbæ, quam vulgo Spillenkraut vocanr, & veronica in vino Rhenano atque aqua vtatur. Hæc ſi cum diligenti victus ratione adhibita fuerint, non dubito, quin Generoſiſſimus Comes expertutus ſit me recta & vtilia ſuaſiſſe.

In palpitatione cordis, pro quodam Theologo,

D. Casp. Hoffmanni

CONSILIVM CII.

Cvm E. T. ex curis, quæ præceſſerunt, & laboribus, accreſcente etiam ſenio, non ſolum magnam debilitatem; ſed palpitationem quoque cordis ſentiat; neceſſe eſt vt & cordi languido mature ſubſidium aliquod feratur, & cauſæ fuuentes illud malum remoueantur, non neglectis interim iis affectibus, de quibus frequenter E. T. conqueri ſolet.

Pro cordis refocillando.

Scripſi igitur ad cordis roborationem conditum A. ſapidum & efficax, de quo E. T. mane poſt horam ſeptimam ante concionem quantitatem iuglandis aſſumere poteſt, vt concionanti vires ſuppeditet; præſertim per has ferias, vbi quaſi continuationem quandam concionum fieri oportet. Poteſt id E. T. etiam aliis temporibus vſurpare, quandocunque cordis aliqua notabilis debilitas percipietur.

Palpitatio ſi à flatibus.

Si vero ex flatibus in pericardio collectis palpitatio exoriretur, tum cordi imponendus eſſet ſacculus cordialis B. vt flatus, & tenebroſi ſpiritus diſcuterentur, cordique firmitudo, quies & ſerenitas conciliaretur. Debet autem ſacculus nonnihil calefactus imponi, & irroratus aqua bugloſſæ & pauxillo vini. Ad ventriculum corroborandum (qui multum gignit pituitæ & flatuum) poteſt E. T. vti puluere ſtomachali craſſo, qui in pharmacopolio iam habetur, & de eo interdum mane ſumere quantum tribus aut quatuor digitis comprehendi poteſt, vna atque altera hora ante prandium. Confortaret ille ventriculum, exiccaret ſuperfluam humiditatem, diſſiparet craſſos flatus, & promoueret concoctionem, quæ omnia facto opus eſſe E. T. ipſamet agnoſcet.

Pro ſtomacho ſacculus.

Quod ſi vlterior aliqua ventriculi flatulenti tarde & male coquentis, & circa veſperam cruditatem ſuam prodentis, correctio neceſſaria videretur, foueri interdum hora vna aut altera ante prandium, vel etiam ante cœnam poſſet ventriculus ſacculo ſtomachali D. qui calefaciendus ſuper latere murario, vel tegula irrorata vino, ſicq; calefactus imponendus eſt ventriculo, vt iuuetur concoctio, emendetur cruditas, & diſiiciãtur flatus, qui fouent palpitationem cordis. Sed cum cibi ſumendi tempus eſt, deponendus eſt ſacculus.

Vires corroborans.

Ad reliquas autem vires corporis, præſertim capitis cordis ventriculi & epatis, conferent rotulæ D. quæ egregie confortant vires attritas. Mane hora 7. quatuor edi poſſunt.

Epatis caliditas.

quia vero E. T. epar habet natura calidum quodque interdum contemperatione aliqua indiget, neque ea refrigeratio epatis ſine ventriculi incommodo inſtitui poſſe videtur, ſuadeo vt E. T. vtriq; membro, etſi diſſimiliter affecta ſint, ſic conſulat, vt ſaccharo roſato aliquot grana piperis per medium inciſi indat & ſimul deglutiat.

Grana piperis.

Ita & piper calefaciet ventriculũ frigidum nec vltra progredietur, & ſacchari roſacei frigiditatem inhibebit, ſaccharum vero roſaceum poſtea epar contemperabit.

Contra euaporationes.

Ad inhibendas euaporationes in caput poterit E. T. Diacitonii cum aromatibus inciſis veſperi poſt cœnam ſemel atque iterum fruſtulum vſurpare, & experiri eius effectum Aliis certe bene contulit, & confert. Cæterum hæc remedia omnia ſuum quidem faciunt officium, ſed tamen ita, vt ſubinde auferatur cruda & noxia phlegmatica materia, vel purgatione, vel vomitu. Nam præſente ea impeditur actionis efficacia. Hæc vt E. T. voluntati morem gererem ſcribere nõ omiſi, paratus addere, ſi quid reſtare videbitur. E. T. optime, valere opto. Datæ Francofurti 3. Martii, anno 1577.

Conditum ad palpitationem cordis.

℞.Chebulor.condit.ʒvj.
Zinzib.condit.
Cortic.citri condit.an.℥j.ß.
Arantior.condit.
Rad.cichor.condit.
Pyror.muſcatell.condit.an.ʒiij.
Nucis Indicæ condit ʒij.
Conſer.botrag.
anthos,
meliſſæ an.ʒiij.
Cinamom.inciſ.ʒß.
Macis inciſ.℈ß.
Extract.Meliſſæ,
Galang pæoniæ an.g̃.ij.
Gelatin.citonior ʒvj.

Conditis craſſo modo inciſis, f. conditum.A.

Sacculus cordialis ad palpitationem à flatibus.

♃.Fol.Meliſſæ,m.j.
Baſilicon.
Card.bened.an.m.ß.
Santal.citrin.ʒ ij.
Cortic.citri.
Arantior.an.ʒj.ß.
Fol.lauri ʒj.
Cinamom.
Galang.
Nucis conditæ,
Macis an.℈j.
Lig.aloës ℈ß.
Sem.citri,
Meliſſ.an.ʒ ß.
Fl.borrag.
bugloſſ.
anthos,
meliſſæ an.p.j.
roſar.p.ß.

Ex his craſſiuſcule contuſis, f. ſacculus cordialis interceptus ſerico.B.

Sacculus ſtomachalis.

♃.Herb.menthæ criſpæ,
calamint.
origani,
Herb.betonic.
abſinth.an.m.j.
maioran.
roſar.rub.an.m.ß.
chamomill.odorat.p.j.
Rad.calam. aromat.ʒ iij.
Nucis condit.nu.j.
Baccar.lauri ʒj.ß.
Sem.aniſ.ʒ ij.ß.
carui,
cymin.an.ʒj.

Ex conquaſſ f. ſacculus ſtomachalis cancellatim interſutus.C.

Rotula vires corroborantes.

♃.Extract aromat.roſat.℈ß.
galang.
zedoar.
pæoniæ an.g̅.ij.
Margarit.præpar.
Corall.rub.præpar.an.℈ß.
Conſer.roſar.ʒ ij.
Sacchar. albiſſ. ℥iij. diſſol.in aq. meliſſ.& roſar.an.q.ſ.affuſis:
Ol.cinamom.
macis an.gutt.j.
f.confectio in rotulis.D.

In cordis palpitatione, pro quodam Comite,

D. THOMÆ ERASTI

CONSILIVM CIII.

MINVS difficile eſt mihi ſcribere ad te generoſe & illuſtriſſ. domine Comes, de palpitatione cordis, qui propter eruditionem intelligis, quæ Latine ſcribuntur. Vix enim Germanice exprimi poſſunt, quæ de hac re dicenda ſunt, ſi rei ſubſtantia, naturaq; ſit exponenda. Intellexi tuam Amplitud. palpitatione ſeu pulſione cordis affici, quæ longe differt ab eius tremore, licet aliqui vtrumq; affectum inſcite confundant. Eſt enim palpitatio hæc motus virtutis expultricis cordis, quæ moleſtiam inferentia expellere contendit. Hinc pulſus fiunt maiores ſolito, & veluti ſalire cor videtur, ſicut vehementer iratis accidit. Quocirca non ab imbecillitate cordis palpitatio naſcitur, vt quidam male iudicauit, ſed à facultate valida, nocentia pellere conantis. Summa igitur cauſa huius mali, res cor grauans, vel qualitate, vel quantitate: plerunque à ſpiritu flatulento pronaſci hoc ſymptoma, quoties nimirum à ſubſtantia halituoſa cor inflatur & diſtenditur, multa probant. Nam & repentina inuaſio, & cita ſolutio, dolor etiam ſubito accedens & deſinens, oculorum obtenebratio, auriũ ſibilus, partis alicuius motus tremulus id ſatis declarant. Quibus addi etiam hoc poteſt, quod fere illis accidit frequentius, qui flatuum ſunt pleni, quales ſunt virgines, quæ non recte purgantur, grauidæ, icterici, ſplenetici, melancholici, cachectici. Omnes hi propter vitioſos humores, fuliginoſos vapores facile aceruant, qui in arteriis cordi vicinis, aut in ipſis cordis ſinubus incluſi, virtutem expultricem incitant, vt motum talem edat. Conſentit curatio, quæ vacuatione aut diſcuſſione flatus perficitur. Hinc eſt quod magnæ inſpirationes malum hoc breuius & lenius reddant, præſertim ſi quis corpore retrorſum reflexo ſic inſpiret. Idem efficit ſymptoma pericardium flatu vel aqua refertum. Nuper in N. corde, qui hoc morbo frequenter corripi ſolitus erat, veluti lapillus quidam niger repertus fuit. Similia in aliorum quoq; corporibus diſſectis reperta ſunt, quanquam hi nõ tam palpitatione quam tremore (qui à palpitatione alia eſt affectio, & imbecillitatis ſoboles exiſtit) laboraſſe videantur. Illam certe palpitationẽ, quæ ſanis alioqui ſubito accidit, in flatum diſtendentẽ, cordiq; moleſtiam adferentem omnino referre cogimur, à quacunq; cauſa is ſuſcitetur. Quod cum dicimus, non illud inficiamur, materiã flatuum non contineri in corpore (quomodo autem ſuſcitantur, ſi nihil adeſſet, ex quo procreari ſolent ac poſſunt?) Ideo autẽ non eſt perpetuum hoc ſymptoma, quia flatus continuo non tot generantur, quot cor lædere poſſunt, aut quia non ſemper à corde continentur, ſed ex vicina ei parte aliqua in ipſum

Aliud palpitatio, aliud tremor cordis.

Palpitatio eſt cordis validi.

Cauſa.

Palpitationi qui obnoxii.

Palpitatio à pericardio flatu & aqua pleno. Lapillus niger in corde inuentus.

ipſum irruunt. Solent etiam quieſcentes non ſentiri, moti autem magis offendere. Ex quibus iam intelligitur, quod fere poſt motum concitatiorem, aut animi perturbationem vehementiorem, à quibus ſanguis & humores agitantur, inuadere ſolet. Ergo cum T. Ampl. præter palpitationem nihil percipiat mali, ſed omnino recte valeat, neceſſarium eſt, vt ſpiritus flatulentus autor ſit mali præſertim cum fere à motu, & animi perturbatione repente ingrauat. Alterum videtur porro in cauſa eſſe collectionis huius flatus, nempe ſanguis craſſus ac lentus circa cor, aut in ipſo etiam corde contentus, aut lienis morbida aliqua diſpoſitione. Et hanc potius, quam illam in cauſa eſſe non ſine ratione aliqua mihi perſuaſi. Verum quia curandi ratio eadem futura eſt, vtra putetur mihi occaſio eſſe, nulla eſt cauſa, cur in hac re diſquirenda plus operę ponamus.

Alia cauſa palpitationis.

Curatio palpitationis.

Scopus curationis hic eſt, vt ſpiritus halituoſi generationem impediamus, & corde arceamus. Illud fiet ſi materiam ex qua naſcitur, ſubtraxerimus; Hoc fiet ſi cordi roborantia admouerimus. Tolletur materia recta victus ratione, & vacuantibus atque extenuantibus, de quibus ordine dicam.

Victus.

In victus ratione hoc potiſſimum ſpectari debet, vt cibus ac potus ſint quam ſimpliciſſimi, & motus, quãtum fieri poteſt, fugiatur. Deinde vt lenti, craſſi, & incoctiles cibi vitentur, quales ſunt acres, ſalſi, amari & acidi. Maxime obſunt flatus generantes, ex quo genere ſunt rapæ, legumina, caſtaneæ, fructus crudi fere omnes. Proſunt autem contrarii flatus diſcutientes, vt ſunt ſemina aniſorum, fœniculi, cumini pratenſis, ſaccharo incruſtata. Cauenda quoque eſt ſatietas in cibo & crapula, poſt cibum prodeſt motus concitatior, ſed vehementer nocet.

Venus noxia.

Nocet etiam venus immoderata, nec eſt ea quicquam peſtilentius, præſertim ſi ventre pleno exerceatur. Moderata poſt coctionem non eſt damnabilis. Fugiendus etiam eſt nimius aromatum, & ſinapi vſus (cibos mediocriter aromatibus conditos eſſe decet & prodeſt) item caſei, lentorum ac difficilium concoctu ciborum vſurpatio. Nec generoſiora vina ſunt laudabilia, licet T. Amp. non laboret hoc malo propter calorem, aut feruorem ſanguinis ac humorum. In veſtitu etiam ſumme cauendum, ne nimis arctæ ſint veſtes circa thoracem, iugulum, collum, alas & inguina, ne vaſa iis in locis comprimantur.

Palpitatio ab arctiore ligatura pedum.

Fuere qui propter arctiorem ligaturam pedum ſupra genua, & compreſſionem femorum correpti palpitatione fuerint. Eam ob rem (atq; alias etiã cauſas) ſemper damnaui modum ligãdi caligas, qui à paucis annis tã inualuit, obtinuit, & nunc etiam obtinet. Ad vacuantia quo attinet, maxime expediet, (niſi quid aliud contrarium iubeat) ſingolis annis in Aprilis & Maii principio venam aperire iecorariam cubiti, vel dextri, vel ſiniſtri, pro Medici præſentis conſilio.

Vinum abſinthites.

Deinde conduceret maxime vinum abſinthites potos loco paratum. Tẽpore vindemiæ paulo aliter pro toto anno parari poterit, quo pacto paratum, gratius etiam fit, ac ſuauius.

Vinum medicatum.

Sumatur vaſculum continens 3½ vel 4. menſuras, inderãtur herbæ & radices infra notatæ, repleatur vas vino vetere bono, obturetur diligentiſſime, ne vſpiam tranſpiret, ac per dies 5 vel 6. quieſcat. Deinde bibi poterit hoc modo: Si A. T. ſolet ientare, poteſt eo tempore poculũ huius vini bibere, ſi nihil edere ſolet ante prandiũ, initio prandii tantundem bibat, quomodo alii omnes initio prandii ſolẽt abſinthite bibere. Sed quia non ſolum deſtruit, fractu liberat viſcera, noxioſq; humores ventriculi tunicis adhærentes abſtergit: verumetiam eoſdem extra corpus per aluum educit, blãde tamen, non debet quotidie bibi, ſed vel alternis diebus, vel tertio, vel quarto quoq; die tantum, prout magis minuſq; purgabit. Quanquam poteſt eius tam pauca quantitas ſumi, vt naturales ſedes duntaxat copioſiores efficiat, quo caſu nihil vetat eo quotidie vti, vaſculum non debet rurſus impleri, cũm depromptum aliquid eſt, ſed totum ebibi debet, ac deinde nouum ex noua materia parari. His modis flatus generatio prohibebitur, ſubtracta materia, ex qua generari poteſt ac ſolet.

Roborantia cor.

Quæ cor roborant, & ne tales halitus prompte recipiat, efficiunt partim quæ ſumuntur, partim quæ admouentur. Ex primo genere maxime conferunt radix buglоſſæ ſaccharo condita, idemq; cichorii eodem modo ſeruata: cortex item citri conditus, & inprimis caro nucum myriſticarum in India conditarum (eingemachte Indianiſche Muſchatnuß) æquant magnitudinem oui aut pyri mediocris. Æſtate iuuant oxyſaccharum, ſyrupus ex ſucco citri & limonum, quomodocumq; ſumantur. Debent autem mane ſumi ſupra dicta, trib. aut quatuor ante paſtum horis. Syrupi etiam poſt prãdium & in prandio ac cœna vtiliter vſurpantur. Dixi ſupra ſemina aniſi, fœniculi ſaccharo tecta flatus diſcutere, quæ ipſa quoq; & mane & in fine paſtus accipi poterunt. Hiſce remediis ſi A. T. vtetur, ab hoc malo, quod quidem per ſe in iuuene periculoſum non eſt, ſed tractu temporis in ſummum diſcrimen adducere poteſt, cito ac facile liberabitur.

Pro vino factitio.

Species pro vino factitio.

℞. Abſinthii.

Card.benedict.an.m.j.
Roriſmarin.
Maioran.
Ling.ceruinæ.an.m j.ß.
Rad.polypod.rec.℥ iij.
Fol. ſenæ oriental.℥ ij.
Rad.mœchoac.℥ j ß.
Turpeth.℥ j.
Caryophyll.
Macis,an.ʒ iij.
Miſc.detur in charta.

Sacculus cordialis.

℞.Spec.aromatic.roſat.
Diambræ an.ʒ ij.
macis,
caryophyll.
folii an.ʒ j.
Flor.bugloſſ.
citri vel limonum vel arantior.
lauendulæ,
ſpicæ an.ʒ iiij.
Miſc. f. pulu. craſſiuſculus, & ſacculo ex rubro ſerico inſuatur pro corde.

In cordis palpitatione, pro quodam Magnifico Domino.

D. Ioan. Cratonis
Consilium CIV.

Palpitatio cordis à flatibus.

De hac affectione meam ſententiam antea copioſe expoſui. Semper autem animaduerti, non alio tempore S. M. ea laborare, quam cum cruditatibus & flatibus abundat. Oriri vero illam a flatibus, quibus cor obſidetur, illius natura & curatio demõſtrant. Nam vt in reliquis cauitatibus, dum flatibus complentur, eoſque natura expellere conatur, palpitationem videmus, ita & cor ſi à vaporib. craſſis obſeſſum fuerit, tremulo quodam motu afficitur, & tamquam ingreſſum hoſtem formidare aut expellere cupiens, modo dilatatur, modo contrahitur ioterdum ſpiritus quaſi intercipitur. Deinde quod S. M. adiuuatur inunctione olei ex aqua ſtillatitia Lauendulæ collecti, cumque id ſit calidum, frigidam eſſe morbi cauſam oſtendit. itaque cum S. M. ex illis, qui au-

Diæta.

thoritatem Galeni de vitæ ſpacio afferre non dubitarunt, intellexerit, quo in diſcrimine propter hanc affectionem inſequentibus annis verſetur, vt vitet cruditates, & omnia vaporoſa crudaque à menſa dimoueat, inprimis vero varietatem ciborum, cancrorum eſum, poſt quorum freqoentiorem vſum aliquoties S. M. laboraſſe memini, vitet. Nam ſi (quod propitius Deus auertat) ſyncope, hoc eſt, præceps virium lapſus accederet, nullus medicinæ, quantumuis præſtantis locus futurus videtur. Galenus ſcribit omnes attenuante victus ratione, & phlebotomia adiutos, nullum tamen eorum ſenectam magnam conſecutum, ſed Chriſtianos illud Pſalmi tenere oportet:

In manibus mea vita tuis, mea tempora vitæ:

Ego duos quinquageſimum quinium annum attigiſſe memini. Cumque in S.M. hoc malum cauſam externam, quæ cor & orificium ventriculi, quod cordi compatitur, primo affecit, habere exiſtimetur, non fingo mihi grauiora vero, ne propterea S.M deſerturus ſum mei fati incertus. De victu vero attenuante, ac potius ſimplici (imbecilliores enim cibi (vt Hippocrates ait) breui tempore durantem vitam efficiunt) facile Galeno aſſentior. De phlebotomia vero cum ſan-

Vena ſectio.

guis ſubinde per hemorrhoides excernatur, non poſſum niſi aliqua vrgente neceſſitate ad Galeni ſententiam accedere. Ac cum exiſtimem non paruam, ac potius maximã cauſam huic malo deſcenſum catarrhi ſuppeditare, totam præſeruationis rationem in vitãda cruditate, & catarrho cauendo colloco. De his autem quid fieri oporteat, iam antea oſtendi, & nunc quoque moneo, vt ea

Præſeruatio à palpitatione cordis.

quæ deinceps in affectionum ventriculi curatione & præſeruatione à cruditate allaturus ſum, diligenter obſeruentur. Ac ſi S. M. ſingulis diebus confectionibus ex oleis de-

Confect. ex ol. deſtillatis.

ſtillatis electariis, hyeme etiam Theriaca, vel mithridatica antidoto vteretur, multum adiumenti allaturas exiſtimarem. Nam etſi calida iſta eſſe videntur, & propter capitis & epatis temperaturam minus conuenientia, tamen cum vna atque altera gutta ſaltem magnæ ſacchari in aq. roſar. diſſol. quantitati admiſceatur, calor illorum ſubito euaneſcat, ac in ſpiritum magis, quam humorem tranſeat, iſta, vt vocant, confortantia minus, quam aquam Cioamomi, epati obfutura exiſtimo. Quotidie autem cauendum eſt, cum non modo ſingulis diebus, verum ſingulis horis malum iſtud S. M. hoſtiliter aggredi poſſit. E regione vero cor-

Vires lapidum pretioſorum.

dis auro lato incluſum Saphyrum, vel Hyacinthum magni Medici commendant. Ac etſi in his parum adiumenti quidem collocant, tamen obſeruatio veterum, non prorſus nulla, aut contemnenda eſt. Aſtrictior etiam veſtis circa ventrem & thoracem improbatur. Bene tamen ventriculus & pectus linteo veteri aſperſa aqua lauendulæ, atque rurſus ſiccato munienda, ne vlla frigida aura ad pectus penetret. Verſari etiam in frigidiore aere, præſertim ventis, atque imbribus minime tutum. Pulmone enim refrigerato materia catarrhi in eo arctius retinetur, halituſque frigidi cor ſubeunt. Itaque peregrinatio hyberna in equo, vel vehiculo pror-

ſus aperta minime tuta. Ac quid nuper mali attulerit, S. M. ſenſit. Decubitus etiam non parum facit ad præſeruationem, id quod S. M. in ſe obſeruauit. Cum enim ſiniſtro lateri incumbit, in hunc affectum plerumque incidit. Nocturnus aer prorſus vitandus, & cubiculo non admittendus: denudationes etiam corporis, vigiliæ nimiæ, & potio frigida hora decubitus. De cibo victuſque ratione monebo alio tempore. Ad curationem vero quod attinet, inchoante palpitatione quidã ſubito clyſterem adhibendum cenſent. Verum S. M. parum profuiſſe memini. Itaque manus & pedes, vt fricentur moneo. Ac quo fuliginoſa excrementa è corde pellantur, S. M. tuſſiat, etiamſi tuſſis nulla vrgeat. In ore etiam cortices citri, vel zedoatiæ detineat ac maſticet. Spiritum fortiter trahat, quo magis ad cor qualitas penetret. Inungatur cor vel linimento vſitato S. M. vel, quod magis penetrat, iſto:

Linim. cord.

℞. Axungiæ ſiue pingued. gallin. recẽtis ac aq. roſac. lotæ ℥ j.
Ol. cinamo. ℈ j.
Moſchi.
Ambræ an gr. v. Miſc.

Nam axungiæ iſtæ magis penetrant, quam Vnguentum roſatum, aut ſimile. Intra corpus vero S. M. ſumat iſtam potionem, quam in multis, etiam cum palpitatio à ventriculo, ſicuti ſæpe fit, vel aliis partibus, orirétur, ad miraculum propemodum conferre vidi:

Palpitatio cordis à ventriculo.

Potio miraculoſa.

℞. Aq. borrag. è floribus diligenter in vaſe vitreo deſtill. ℥ v.
Syrup. de ſucco borrag. ℥ j.
Iulep. roſac.
Aq. cinamo. an. ℥ ß.
Margarit. diſſolut. ʒ ij.
Auri diſſoluti ʒ j. Miſc.

Quæ ſit margaritarum & auri diſſoluendi ratio, alibi oſtendemus. Plurimi magnam ſpem in puluerib. cordialibus collocant, & multa miſcent, verum ſi volet S. M. illis vti in cibo, talis erit conueniens.

Pul. cordialis.

℞. Margarit. ſplendid. ℈ iiij.
Saphari.
Smaragdi præpar. an. ʒ ß.
Vnicornu.
Cornu ceruini.
Oſſis de corde cerui an. ℈ j.
Lapid. Bezoar. ℈ ß. Miſc.

Præſeruatio à peſte.

In præſeruatione à peſte poteſt addi ad pondus omnium terra ſigillata, & in aqua margaritarum, paulo ante deſcripta, ſumi, vel in emulſione ſeminum citri. In primis autem ſyncope cauenda. Nam cum præceps virium lapſus ad cor debilitatum ſuperuenit, in extremo omnis labor verſatur, proinde ſorbitionibus ſuauibus odoratis ſubinde vires inſtaurandæ, & omnia, quæ reſoluunt ſpiritus, vt purgantia, balnea, (etiamſi alius affectus vrgeat) vitanda. Quem enim caſus ſæpe tranſit, aliquando inuenit, vt eſt in Senecæ tragœdia. Itaque caute agendum.

In ventriculi affectionibus pro quodam generoſo Domino,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CV.

CVM materia catarrhi in ventriculum delabitur, ſæpe inappetentiam, nauſeam & vomitus conciliat. Quæ mala cum S. G. nimis ſint familiaria, ſæpe admonui, vt vel tempeſtiuis exercitiis matutinis calor ventriculi excitetur, vel aſſumatur orbiculus vnus cum ol. cinam. Caryophyll. aniſi, vel cum extracto galangę, ligni aloes, calami aromatici facti, ita vt ſingulis diebus confectiones iſtæ varientur, ne vni natura aſſueſcat. Hæ confectiones non ſolum ventriculo prodeſſent; verum ſpiritus cordis atque cerebri reficerent, neq; vnus orbiculus quicquam incommodi epati calido, cum ſpiritus aromatum in ſpiritum ſtatim abeat, afferet. Scio autem hæc reprehenſa ab iis, qui deſtillationes ſcire potius videri volunt, quã ſciunt, & eo morbo animi laborant, vt ægrotum potius in manifeſtum vitæ diſcrimen venire patiantur, quam per illa medicamenta, quorum ipſi cognitionem non habent, iuuari: ſato denique fatuitatem atque errata ac negligentiam excuſari. Verum non rixabor cum ſeculo noſtro. S. G. delicatum quiddam ex ſaccha. roſato cum aqua cinamo. in vſu habet, ſed ſi quid ego iudico, hoc magis, quod plurimis profuiſſe memini, cõueniet:

Ad catarrhum in ventriculũ delabitur.

℞. Conſer. roſar. ℔ ß.
Borrag ℥ j. ß.
Spec. aromatic. roſat. fideliter diſpenſat. ʒ j. ß.
Tempore frigidiore addantur caryophyll. inciſ. ℈ iiij.

Quæſo vt S. G. periculum de hac confectione faciat, & recte, ſecuſne monuerim, ex re ipſa iudicet. Hactenus autem ad incidendam & attenuandam materiam S. G. fœliciter vſu eſt iſto oximelite, à me præſcripto:

℞. Aquæ puræ ℔ viij.
Mellis puri ℔ ij.
Aceti acerrimi ℔ j.

Oxymel pro inciſione materiæ.

Coquantur lento igne ad conſumptionem ℔ iiij. ſemper deſpumando & clarifi-

cando albuminibus ouorum, ac poſtremo addantur aq. cinamo. ℥iij. ſeruetur in vaſe vitreo. Hoc pro fine, & pro oxymelite communi, quo S. G. antea eſt vſa, nunc detur. Ad expurgandum vero ventriculum S. G. vſa eſt, pillulis aggregatiuis & alephanginis. Aggregatiuas propter mirobalanos corruptos, ſcammoneam, colocynthidem, turbith probare nõ potui. Itaq; Pragæ Anno 1567. prius exhibitis ſyrupis ex decocto radicum cichorii ℥j. fœnicul. petroſelin. a. ℥ß. in iure gallinę macro, hanc compoſitionem ordinaui.

Pillula aggregatiua improbantur.

℞. Aloes lotæ & ſucco roſarum aliquoties imbutæ ʒj.
Rhabarb. electiſſ. eum aq. cinam. aſperſi ℈iiij.
Extracti Rhabarb. ℈ß.
Agaric. recen. Trochiſcat. ℈ij.
Pul. Maſtich. ℈ß.

Maſſa pil. ex aloe roſ. Ventriculũ purgans.

Diſſoluatur agaricus oxymelite, & omnia cum ſyrupo conſeruationis zinziberis miſceantur, ac fiat maſſa. Aloen ideo in exigua quantitate ſumſi, quod hæmorrhoides fluerent, cæterum ſucco roſarum non ita correxi propter temporis anguſtiam, nec Rhabarbari extractum ad manus erat, ſubduxerunt tamen ℈iiij placidiſſime quater. Vomuit quidem S. G. à prandio eum pluſculum cibi ſumſiſſet, ſed veſperi ſine vlla nauſea in cœna comedit, quod ſuperioribus purgationibus nunquam factum meminerit. Quieuit ſua G. placide nocte inſequente, neque mane quicquam mali ſenſit. Abluenda tamen inteſtina per clyſterem D. Parthinus cenſuit, quem cum à prandio S. G. imponendum euraſſet, ſeque aeri frigido expoſuiſſet, in deliquium animi incidit, & de ventriculo conqueri cœpit. Proinde tali vnguento inunxi, ac ſubito S. G. ſeſe melius habuit.

℞. Ol. noſtri ſtomachalis ℥j.
Nucis Moſchatę ʒj.
Maſtich. pulu. ℈j Miſ.

Vng. ſtomachale.

Deſcriptio olei noſtri ſtumachalis talis eſt:

Ol. ſtomachale.

℞. Ol. de abſintbio ℔ ß.
Summitt. de abſinthio m. j.
Caryophyll.
Santal. citrin. an. ʒij.
Roſar. rubear. ʒj.
Macis ʒß.
Maſtich. ʒ ij ß.
Vini odorati ℔. ß.

Coquantur ad vini conſumptionem, & ęſtatis tempore collocetur in ſole, hyeme in loco calido. Ordinaui etiam non rune, ſed alias, cum vomitiones moleſtæ eſſent, hoc ſcutum ſtomachale.

℞. Ladani puri ʒiij.
Maſticb. ʒij.
Ligni aloes.
Santal. citrin.
Galangæ an. ℈ij.
Ol. Caryophyll.
Nucis Moſchatæ an. gr. vij.
Thuris el ʒ. ß.
Menthæ ſiccæ. ℈j.

Olei ſtomachal. & ceræ q. ſ. aſpergatur ſpeciebus arom. roſar. & obducatur ſindone.

Scutum ſtomachale in vomitionib.

Prius tamen abluendum ventriculum poſt vomitiones, iure gallinaceo, in quo radices cichorii decoquantur, exiſtimaui, & vt in prandio vel cœna ſolo contuſo, cui panis aliquid toſti adderetur S. G. contenta eſſet monui. Factum eſt id aliquando, interdum omiſſum. Nam S. G. pleraque poſt primum ſomnum, vel ſumpta cœna vomuit. Id quod ſuperiori proxima hyeme, cum S. G. victus ſimplicis rationem diligentius obſeruaret, rarius accidit. Nequaquam autem vomitum impedire volui, nec impediendum vnquam cenſui, cum à podagricis doloribus & renum affectione S. G. præſeruet. Cæterum cum aluus ventrieulo laberante inappetentia, eſſet fluidior, ordinaui hunc puluerem, qui S. G. plurimum profuit.

Vomitus vſus.

℞. Panis albi toſti.
Coriand. præpar.
Cinamo.
Maſtich.
Corall.
Sacchar.

Puluis pepticus.

Sed communis deſcriptio eſt iſta:
℞. Panis albi toſti ℥iij.
Coriand. præpar. ℥j.
Cinam. ʒj.
Maſtich. ℈j.
Sacchar. ℔. ß. Miſ. f. puluis.

Interdum pellicularum ſtomachi gallinarum ʒj. addo, ſed ita puluis amaritudinem quandam contrahit. Vnicum autem remedium affectionum ventriculi eſt abſtinentia, bonę valetudinis mater, vt Hipp. noſter ait, aut certe temperantia & moderatio, quæ facit vt nutrimentum fit analogum, id eſt, proportionatum calori natiuo. Nam cum ideo cibum & potum ſumamus, vt id quod calore agente in noſtrum corpus, tamquam igne in materia, quæ vti poteſt, abſumptum eſt, reſtituatur, ſolidior ſubſtantia cibo, humidior & fluidior poto, opera danda vt iuſta vtriuſque menſura tempeſtiue atque ordine adhibeatur, ne calor prægrauetur potius, quam foueatur, eruditaſque maxima ſanitatis labes, vitetur. Itaque prandii ac cœnæ primum

Abſtinentia mater ſanitatis.

primum iuſta tempora non modo ſtatuantur ſed etiam obſeruentur, nec cibo prius ſumpto nondum cocto, alius ingeratur, condimentum cibi fames ſit, non arte elaborata fercula. Famem conciliabit parcitas & detractio, laborq; tempeſtiue cibum præcedens. Hinc Alexander Magnus, prius quam ſe crapulę dediſſet, dixiſſe fertur, ſe obſoniorum Artifices commodos ſecum ducere, nempe matutinos labores ad condiendum prandium, ad cœnam vero prandii tenuitatem. Quæritur autem ſæpe an cœna prandio minor eſſe debeat, ac ne eam ſtatim decubitus & ſomnus ſequatur cauendum. De diſcrimine vero ciborum, & iis rebus quæ ad ſanitatem tuendam pertinent, pleni extant libri, & potius libri alii alios concipiunt & pariunt. Vtinam vero paucis præceptis pareant Principes, & ſimpliciſſimũ cibum ſaluberrimum eſſe, ciborumque varietatem, morborum varietatem & difficultatem afferre ſtatuant. In carnium genere boum iuniorum, vitulorum, hædorumque commendantur, veruecina tolerabilis eſt. Duræ, inueteratæ, frigidæ & parum exacte coctæ, etiamſi ſalubres ſint, noxiæ fiunt, præſertim, ſi vel à proprio calore quaſi ſuffocentur, vel refrigeratæ iterum incaleſcant. Inſalubres carnes cenſentur propter excrementorum copiam agninæ, & ſuillæ, niſi exacte in ventriculo coquantur. Aues magna ex parte ſalubres, præſertim minores, maiores tamen domeſticæ, & quæ in lacuſtribus locis degunt, parum conuenire catarrhoſis & podagricis exiſtimantur. Imo Medici caponum & gallinarum vſum frequentem tamquam valde noxium podagricis damnant. Oua gallinarum recentia per ſe bona ſunt, ſed cum pinguedine cocta, aut carnibus, vel piſcibus admiſta noxia. Lacticinia & podagricis & calculoſis vitanda, item legumina, quæ flatus generant. Olerum vſus rarior, innoxius. Piſces ſaxatiles minime viſcidi concedi poſſunt, grandiores omnes cauendi, nec carnibus miſcendi. Cancri etiamſi bene nutriant, tamen in fluxionibus & catarrhis noxii, & cum aliis cibis ſumpti coctionem turbant, ac palpitationem, ac dolorem renum promouent. Cruda omnia vel omittenda, vel parciſſime prima menſa guſtanda. Non debeo perſequi omnia, ac conſuetudini aliquid condonandum, verum malarum rerum conſuetudinem peſſimam eſſe conſtat. Victus autem rationem rectam tutiſſimam & ſaluberrimam medicinam eſſe ſecundum Hippocratis ſententiam, tenendum. Mollia omnia in victu præcedere debere notum eſt. Non protrahendum cibum, nec coctis cruda addantur. Humidiorum nimium vſum, cum ventriculus potius per ſe ſit humidus, cauendum. In potu nulla fiant errata. Turbidus minime admittendus, & ſi vel ratione epatis, vel catarrhi, atq; podagræ S.G. aquam bibere velit, primus hauſtus (quem Medici delatiuum vocant) aqua eſſe debet. Poſtremo autem ſolidiora, quæ actu ſunt frigida, vt eſt puluis noſter pepticus, Diacydonitum, aſſumenda, vt his irritatus quaſi ventriculus corrugetur, & in ſeipſum ad compectlendũ cibum cõtrahatur. Id quoque vulgo clauſionem ventriculi vocant.

Fames condimentũ cibi optimum.

Obſoniorum artifices.

Carnes ſalubres.

Inſalubres.

Caponũ & gallinarũ vſus frequens podagricis noxius.

Cancri in fluxionibus noxii.

In affectu ventriculi, pro quadam Illuſtri perſona,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CVI.

ILLVSTRISSIME Princeps, Domine Clementiſſime, mitto cõſiliũ, quod à me poſtulauit Celſitudo veſtra, ac ſi plenius de valetudine ipſius intellexero, dabo operam vt intelligat Celſitudo veſtra, non minus fideliter me ipſi, quam Cæſareæ Maieſtati cupere in hoc & in aliis, quantum in me quidem fuerit, libentiſſime gratificari. Præcipuum malum, vt animaduerto, eſt pituita in ventriculo generata, à qua vomitus irritatur, & cruditas. Quamuis autem ad id prodeſt vomitus, quod eo ipſo pituita, quæ calorem naturalem extinguit, & ventriculum afficit, eiicitur, eſt tamen motus præter naturam, & ſatius eſſet abeſſe. Id curari à Medico aliter non poteſt, niſi vt det operam, ne pituita eiuſmodi in corpore colligatur. Fiet autem dupliciter. Primum, ſi calor naturalis roboretur, ſecundo, ſi omnia vitentur, è quibus pituita facile generatur. Ita duæ indicationes totius curationis fundamentum ſunt. Ac de primo quidem ita ſentio, fieri vix poſſe, vt calor naturalis ex toto reducatur, qui hoc toto tempore erratis etiam in victu multiplicibus tantopere debilitatus eſt. Opera autem danda, vt reliquiæ conſeruentur caloris, eiuſque humidum, iis modis non ſubtrahatur, quibus laſciua adoleſcentia ſolet. Nam abſumpto hoc humido naturæ, augetur ſuperfluitas præter naturam, & in vniuerſum abolet calorem, inde non modo morbi, ſed ipſa etiam mors neceſſario ſequitur. Fateor autem thermas roborando calori vtiles eſſe, ſed in vſu earum dupliciter peccatur. Primum, quod hæ aquæ ſtomachum affligunt. Deinde quod raro ea obſeruentur in cibo, potu, ſomno, quæ obſeruare maxime fuerat neceſſarium. Ideo Medicus vnguentis & oleis bene muniat ventricu-

Vomitus & cruditas à pituita.

Thermæ ventriculo noxia.

In thermis obſeruanda.

Puluis ad corroborationem caloris natiui.

lum, quoties lauandum eſt, præterea omnis intemperantia cauenda eſt in victu omni, ne vel copia, vel varietate peccetur. Remouenda cruda, & nimium humida, piſces, potus à cibo, maxime vero à cœna, item ſomnus à meridie, niſi natura ei admodũ aſſueuerit, vt poſſit ſine offenſione in ſella ſedens paululum obdormire. Si ſecus fit, neque thermæ, neq; medicamenta efficaciam ſuã poſſunt. oſtendere Ad roborationẽ autem caloris naturalis duo remedia nũc Celſitudini veſtræ præſcribam, puluerem & electuarium, quæ ſumat mane.

℞. Sacchar. albiſſ. ℔ j.
ambræ griſ. opt. ʒ j.
ſuccini albi ℈ j.
Miſc. f. puluis.

Sumat in ouo ſorbili quantum exiguo cochleari aromatico excipi poteſt, Electuarium eſt eiuſmodi.

Electuariũ.

℞. Conſer. roſar. ſi haberi poſſunt.
Damaſc. ℔ j.
Spec. aromatic. roſat. ℥ ß.
Caryophyll. inciſ. ʒ iij.
Ambræ griſ. opt. ℈ ß.
Miſc. & f. electuarium.

Vtatur Celſitudo eius mane magnitudine iuglandis, & vngat ventriculum vnguento ſequenti, & imponatur pannus ſexies complicatus, attritus iam aliquatenus & mollis, & tota die ac nocte ita ſeruet. Quantum proſint hæc remedia ad ventriculi & caloris robur, paulo poſt re ipſa intelliget Celſitudo veſtra:

Vnguentũ ſtomachale.

℞. Ol. noſtri ſtomachal. ℥ iij.
nuſcis moſcatæ ʒ j.
Maſtich. pulu. ℈ ij.
Ladani puriſſ. ʒ j.
Ceræ parum.
Miſc. f. linimentum.

Aqua vitæ incõmoda.

Sed continuatione opus eſt, & vitanda omnia fortia calida deſtillata, aquæ vitę & ſimilia, quæ videntur quidem prodeſſe, ſed vitam abbreuiant, cum multum ſuperent gradum natiui caloris, auxilia vero in mediocritate poſita eſſe debeant. Altera intentio ſeu ſcopus eſt, vt pituita aut vitetur, aut mature educatur: ortus pituitæ in eo conſiſtit, vt victus ratio ſit conueniens, quæ cum Medicum præſentem habeat Celſitudo veſtra, præſcribi non debet. Vnum hoc monebo, vt ſemper facio. Qui bonam victus rationem tenere nequeunt, iis optimam medicinam præſcribere ſuperuacaneum eſt. Dięta autem tota ſit directa ad cruditates vitandas. Quod ad euacuationem attinet, etſi ſola cocta expurgari debent, quod in hoc corpore ſperari vix poteſt, habet tamen hic aphoriſmus multas exceptiones. Neq; ego vllo modo electiue purgantium vſum ſuadeo, ſed malo ſimpliciſſima vſurpari, vt ſunt aloe roſata, maſtichinæ pillulæ, & ſimil. ante cœnam. Quia autem Celſitudini veſtrę nullum vnquam medicamentum purgans præſcripſi, neq; in hoc naturam eius probe cognitam habeo, ne nunc quidem aliquod proponere audeo, niſi prius cum Medico, cui natura eius cognita eſt rectius, certius explorauero & conſultauero. Nam ne leuia quidem medicamenta in affecto & languẽte ſtomacho, maxime vero in iam ſeneſcentib. carent periculo. Aloe roſata cum tanta copia pituitoſi humoris abundet, perinde vt & pillulæ Maſtichinæ tuto adhiberi poſſunt. De arenulis, aut renum calculo aliquid ſigni eſt in promptu, in primis ex vomitu, & dolore laterum, ſed certi nihil ſtatui poteſt. Vrina enim ad me miſſa iam corrupta fuerat, & linteola in vtrumq; vitrum inciderant, tota autem cruda fuit, propter ea ſi meum conſilium de arena & calculo expetitur peculiariter, copioſius de quibuſdam edoceri velim. Nam tantum facit recte Medicus in legitima curatione morbi, quantum intelligit. Quod ſi temere agit, quicquid fit, caſu euenit, quem niſi DEVS gubernat, incommoda grauia cõſequi neceſſe eſt. Propterea principes, & in quorum incolumitate multum poſitum eſt rebus publicis, ſibi accurate cauendum ſciant ab imperitis, audacibus, & arrogantibus Thraſonibus, qui ſua immodice prædicant. Omnipotens DEVS veſtram Celſitudinem ad ſalutem totius prouinciæ, cui multum ſua ſapientia & autoritate hactenus profuit, quam diutiſſime ſaluam & incolumen conſeruet, & hoc meum conſilium fortunet.

Electiue purg. ventriculo debili nocent.

In eodem affectu, pro eadem perſona.

D. IOAN. CRATONIS
CONSILIVM CVII.

NIHIL aliud poſſum de hoc affectu ſcribere, quam quod antea ſcripſi, neque eloquentia aut verbis, ſed remediis ſanantur morbi tempeſtiue adhibitis. Ea autem rectius à ſeipſo petet, quam ab vllo Medico Celſitudo veſtra, ſi videlicet rectam victus rationem, quæ ſecundum Hippocratem, tutiſſima medicina eſt, ſibi imperauerit. Itaque ſi ſanitatem deſiderat, ſe conſulat, & ſolus edat, abſque apparatu aulico, contentus ſit illuſtriſſimus Princeps duobus ferculis, elixo & aſſo, aliquandiu vitet cereuiſiam omnem, & vino Rhenano bono in menſa vtatur: pro intinctu vtatur pane madefacto in vino maluatico, vitet cruda & iuſcula, vel

non

non niſi ad quatuor vel quinque cochlearia. In primo cochleari ſumat quindecim grana piperis. Veſperi Celſitudo veſtra vix tertiam partem prãdii ſumat, nec à cœna bibat, maxime ante ſomnum. Poſt cibum hoc puluere peptico vtatur, veſperi autem de electuario ſequenti quantitate caſtaneæ:

Puluis peptic.

℞. Panis albi toſti ℥ iiij.
Coriand. præp. ʒj.
Corall. rub. præb. ʒ ß.
Raſuræ eboris pulu. ℥ ß.
Cinamom. interior. ʒ ij.
Maſtich. ℈j.
Sacchar. ℥ viij. Miſc. f. puluis.

Electuarium.

℞. Conſer. roſar. ℥ j.
Thuris albiſſ. ℈ iiij.
Spec. aromat. roſat. ℈ ij.
Nucis moſchatæ ℈ j.
Ambræ griſ. gra. iij.
Miſc. & f. electuarium.

Vomitum.

Si vomitus ingruat, intinge linteolum in aquam infra ſcriptam, & accipe cruſtam panis, quæ ita præparetur: Sume maſſam ſiligineam, è qua panis poſſit fieri, adiice manipulos duos baccarum lauri contuſarum, & manipulum vnum ſummitatum abſinthii: coquatur in furno, vt in grandiores talcas poſſit diuidi. Vnam torre ad carbones, & impone linteolo, quod aqua iſta humectetur:

℞. Spiritus vini ℔. ß. in quo macerentur:
Galang.
Calam. aromatic. inciſ. an. ʒ. iij.
Caryophyll. ʒ j. Detur vitro.

Quamprimum autem ea affectio ventriculi ſeſe commouet, plantæ calidis pannis foueantur, & fricentur deorſum. Præter hęc ad præſeruationem vtatur hoc electuario:

Electuarium ventriculum roborans.

℞. Conſer. roſar. ℔. j. ß.
Raſuræ eboris ℥ j.
Spec. aromatic. roſar. ℥ ß.
Extract. galangæ ℈ ß.
ligni aloes ℈ j.
Caryophyll. inciſ. ʒ iij.
Miſc. cum ſyr. de cortic. citri, & f. electuarium.

Deinde & morſulos ſequentes accipiat Diebus alternis:

Morſula.

℞. Spec. imperial. ʒ iij.
Diatrion piper.
Cardamom. an. ʒ j.
Sacch. in aq. cinamom. diſſol. ℥ ix.
Extract. ligni aloes ℈ ß.
Ambræ gr. iiij.
Ol. cinamom. gutt. ij.
Add. parum ſacch. roſat. & f. confect. in morſulis.

Purgationes forma.

Ad purgationes per eleſcoph, turbith, & agaricum, vel pillulas cochias, ſiue extracta ſunt, ſiue non, ſuadere & cõſentire non poſſum: imo potius diſſuadeo, ſicut & aquas deſtillatas omnes, etiam cinamomi: & ſi Celſitudo veſtra purgatione indiget, ſumat drachmam ſemis, vel drachmam vnam integrã aloes roſatæ cum ſucco ſubiecto quadrante horæ ante:

Aq. deſtill. improb.

℞. Aloes roſat. ʒ j. Miſc. & f. pillulæ mediocres.

℞. Syr. è ſucco cardui ℔. ß.
Extract. calam. aromat. ℈ ß. Miſc.

Hæc habita conſultatione cum medicis, & bene conſideratis conſiliis præſcriptis bono & ſimplici ſtudio gratificandi veſtræ Celſitudini ſubiicere volui. Quibus ſi obtemperauit, non dubito, quin fauente diuina gratia multum præſidii ſit inde conſecutura quod vt fiat, ſerio & opto & precor.

In imbecillitate ventriculi, ob pituitam in ipſum defluentem,

D. Gulielmi Rondeletii

Consilium CVIII.

℞. Maſſ. pillular. de Hiera ſimplici ʒ ij.
Agarici ʒ j. ß.

Pillulæ.

Cum oxymelite formentur pillulæ ſex pro dracbma, de quibus capiat ʒ j. poſt mediam noctem, vel mane ſemel in menſe. Vni drachmæ adde ſcammonei & caſtorei an. gran. iij.

Opiata.

℞. Conſeruæ corticis citri.
Acori vulgaris conditi an. ℥ ij.
Conſeruæ Anthos & Stœchados an. ℥ j.
Confectionis aromatici roſati ℥ xv.
Pulueris diagalangæ ʒ iij.
Pulueris diarrhodon. Abb. ʒ ij.

Cum ſyrupo conſeruæ corticis citri fiat opiata, capiat ad quantitatem caſtaneæ, ſuperbibendo aquarum Abſinthii Romani, aut hyſſopi parum.

Ceratum ſtomachale.

Ol. Nardini.
de abſinth. an. ℥ iij.
Maſtichini ℥ j.

Ceræ q. ſ. fiat ceratum addendo macis & caryophyllorum an. ʒ j. Vngatur ventriculus mane & ſero.

Puluis ſtomachalis.

℞. Aniſi.
Fœniculi an. ℥ ij.
Corticis citri ʒ ij.
Piperis longi ʒ j.
Sacchari candi ʒ vj. Miſc.

Capiat cochleare vnum poſt paſtum, abſtineat à fructibus, humidis iuſculis, &c.

N,

In ventriculi imbecillitate, & obſtructione cerebri dolore colico, intemperie renum, ac aliis nonnullis ſymptomatibus,

D. Helidei De Padvanis

CONSILIVM CIX.

PLVRIMÆ affectiones coniunguntur in hoc vno, ideo attendendum, cui ſanatio primo adhibenda. Galen in meth. dicit, ab illius curatione inchoandum, quod eſt cauſa alterius, & ſine qua aliæ curari non poſſent. Hæc videntur mihi eſſe intemperies frigida & humida, quæ multas parit in hoc viro cruditates, quæ ſunt vera cauſa omnium ſymptomatum ipſius: Etiam nocumentum digeſtionis ſtomachi eſt mater omnium ægritudinum materialium, & fons chronicorum morborum pituitam multiplicantium. Hinc itaque cenſeo, ventriculi affectioni principaliter eſſe ſuccurrendum. Prima intentio erit euacuare, quod in eo

Indicationes continetur, vomitione & per aluum. Porro in euacuando ſtomachus requirit adſtringentia & odores, ſiquidem fœtida omnia, hunc euertunt, odorata corroborant. Et talia euacuantia ſua virtute non tranſcendant Epar, nec debent ventriculum debilitare; ſed ſua adſtrictione confortare. Hinc eſt, quod Galenus tantopere laudet Aloen, quia

Aloe ventriculo grata. grata eſt ſtomacho, eumque & viſcera corroborat. Vere igitur circa principium Maii, & autumno circa medium Septembris, vſque ad medium Octobris, mundificet ſtomachum.

℞. Aloes lotæ ʒ j. pill. vj. capiātur in aurora,

Pillula ex aloe lota. & immediate ſuperbibatur aq. Abſinthii.

Hæ pillulæ ſanant ſtomachum ab omni languore, confortant cerebrum & viſcera, tardatur earum operatio in diem poſterum, & ſunt ſine cura. Si vomitu euacuare malit,

Vomitus. tunc repleat ventrem variis cibariis, ſalſis, vnctuoſis, vino dulci, comedendo radices vſuales, caules, &c. Poſt ad dimidium horæ

Vomitiuū. capiat oxymel. ſimpl. ℥ ij. ß. Aquæ decoct. raphani vſualis, aut ſeminum ℥ v. Miſce, & tepide bibat. Paulo poſt citetur vomitus digito, aut penna oleo intincta, inq; gulam inſerta. Vomitu facto os eluatur vino aromatico: Similiter & facies aq. roſar. & capiat cochlearia duo ſyr. de cort. citri. Hic vomitus ſingulis menſibus repetendus, & erit medicamentum opt. præſeruatiuum à podagra, à colica, à dolore renali, languore ſtomachi, dūmodo nō crebrius fiat, ne inquam frequentia ventriculus debilitetur. Seq. die materia præparetur.

Digeſtiuū. ℞. Syr. de betonic.
Mell. roſ. ſol. an. ℥ j.
Aq. abſinthii.
Fœniculi.
Betonic.
Cichorei an. ℥ j. Miſce.

Continuetur per ſeptem dies.

Euacuans. ℞. Rhab. electi ℥ ß.
Spicæ ℈ s.
Electuar. de dactylis ℥ j. ß.
Mannæ ℥ j.
Maſtichis ʒ j.

Infund. Rhab. cum. ſpic. in aq. abſiuthii, in qua ebullierint cort. Myrob. cheb. ʒ ij. & f. paſta, cui adde mel. roſ. ſolut. ℥ ß. Poſtero die capiat bolum de electuario iſto per xv. dies, vt remoueatur mala intemperies ſtomachi, & ſimiliter roboretur.

Electuariū. ℞. Galang.
Xyloaloes.
Nucis moſchatę.
Cardamom.
Cinamom.
Menthæ ſiccæ.
Caryophyll.
Maſtichis.
Flor. roſar.
Zinzib.
Macis.
Pellicul. intrinſ. ſtomachi gallin. an. ʒ j. ß.
Syrup. de cort. citri. q. ſ. f. electuarium.

Interdum vtatur Zinzibere condito ieiuno ventriculo, & Myrobalan. chebul. conditis ante cibum. Idem præſtat Diatryon piper. Mithridat. maxime ſi voles ſimiliter cerebrum confortare ʒ j. pro vice. Per interualla vtatur his pillulis, quæ præſeruant ab omni capitis & ventriculi languore, ſuntq; mirabiles: Doſis ʒ j.

Pillulæ mirabiles præſeruantes ab omni capitis & ventriculi languore. ℞. Myrob. chebul.
Indorum.
Rhabarb.
Agarici Trochiſc.
Cardam.
Caryophyll. an. ℥ j.
Maſticis ℥ ij.
Aloes Epaticæ ℥ j.

Cum ſucco menthæ, in quo infundatur per noctem agaric. trochiſc. ʒ j. & poſtea exprimatur, ſ. paſta. Vnctio ſequens adhiberi debet actu calida, ventriculo vacuo, præmiſſa purgatione.

Vnguentū ſtomachicū. ℞. Sp. hier. ſimp.
Ligni aloes.
Nucis Moſcat.
Caryophyllorum.
Macis.
Galang. an. ℈ j.
Menthæ ſiccæ.

Abſin-

Abſinthil.
Corall.rubeorum.
Maſtichis an.℈s.
Galliæ Moſch.gr.vij.
Olei Nardini ℥j.ß.

Ceræ q.ſ. f. vnctio mollis pro ventriculo. Idem præſtat Gal. ceratum, emendans vitia ſtomachi. Item, Ceratum ex Maſtichæ, & ſacculus ſequens,& elixir vitæ:

Sacculus ſtomachalis.

♃. Abſinthii.
Menthæ ſiccæ.
Meliſſæ.
Roſar.rubrat.
Flor.labruſcæ an.℈j.
Calami aromat.
Ligni aloes.
Cardamom.
Corticum citri.
Galangæ.
Macis.
Nucis Moſchatæ.
Schænanthi.
Maſtichis.
Caryophyll.an.℥j
Piper. albi.
nigri.
Fœniculi.
Folii.
Cubebar.an.℈ij.
Coriandri præpar.℥s.
Galliæ Moſch.ʒj.
Corall.rubri ℈j.

Contundantur, contuſa miſ. pro ſacculo ſtomachi ex ſerico. Elixir vitæ præpar. ſiec.

Elixir vitæ.

♃ Roſmarin.
Menibæ ſiec.an.℥ij.
Cinam.electi ℥ß.
Succi glycyrrhizæ raſæ.
Rhab.elect.an.ʒvj.
Spicæ ʒß.
Croci ℈s
Caryophyll.
Nucis Moſchat..
Macis.
Galangæ an.℈s.
Mannæ elect.
Olei de Terebinth.an.℥j.
Tartari albi ʒvj.
Diarrh. Abbat.ʒj.ß.
Amygd.dulc.excortic.
Pinearum mund.an.℥iiij.
Dactylor.
Paſſul.enucleatarum parum.
Penidii an.℥iij.
Moſchi.
Ambræ an.gr.v.

Omnia contundantur, & infundantur in aqua vitæ,quæ ſtomachum mirabiliter confortat, item cor & neruos, ac memoriam acuit & opt. facit, procurat etiam apetitum, & diſcutit flatus. Doſis ℈ß. cum aq. abſinthii & Meliſſ. hyeme, æſtate eum aq.Endiu. bis aut ter in ſeptimana. Præſeruabis te ab apoplexia, ſi ſingulis menſibus ſemel vraris hiera Hermetis ad ʒiij.ß. & ter in ſeptimana *Hiera Hermetis.* eapias Mithrid.ʒj. pro vice, exceptis diebus canicularibus. Hiera ſumatur mane ieiuno ſtomacho: Mithridat.vero eundo cubitum. *Mithridatium.* ad obſtructionem cetebri, factis purgationibus, cum ſurrexeris & emiſeris ſuperfluitates fœcum & vrinæ, inunguntur nares hoc caputpurgio ad intra cum penna:

Errhinum.

♃ Succi ireos.
Panis porcini.
Maioran.
Betæ an ℥ j.
Olei Irini ʒvj.
Elaterii gr.vij.

Ceræ q.ſ.f.vnctio mollis,quæ alternis diebus fieri poteſt. Quando non ſit,tum maſticentur maſtich. gr. iij. vacuo ſtomacho expuendo. Ad podagræ præſeruationem, vltra *Præſeruatio à podagra.* quod vomitus ſummæ eſt laudatus, præparetur hic Syrupus, de quo ſingulis menſibus capiat ℥iij.pro vice.

Syrupus.

♃.Cort.myrob.chebul.
citrinorum.
Indorum.
Paſſul.enucl.an.℥j.
Flor.cordial.℥iij.
Aq. abſinthii ℔. j. in qua infundantur per horas 24. facta ebullitione colentur, colar.adde ſucc.roſar. Damaſc.℥ vj.
Mannæ electæ ℥iiij. Miſce cum ſaccharo albo,ſ. ſyrupus.

Pro dolore capitis antiquo vtere, dum *Dolor capitis antiquus.* cubitum vadis, longo tempore Mithrid.℥j. Ad colicum dolorem prodeſt pro præſeruatione Zona ex inteſtino lupi exſiccato, ea *Item: Colicus dolor.* cingatur die ac noctu. Si vero infeſtat colicus dolor:

Clyſter.

♃.Succi parietar.
Vrinæ pueri an.℥v.
Olei rutæ.
Vini cocti an.℥iij.
Ouorum lutea ij.
Salis.ʒj f.Clyſter.

Aliud quod etiam valet in dolore renali. *Linimentũ*

♃.Pingued.anſer.
Butyri recentis.
Olei amygd.amararum.
Scorpion an.℥iiij.
Croci ʒj.
Terebinth.℥ij.
Miſce,& calidum impone.

Ad dolorem renalem , & malum intem-

periem, calidam: Inungantur renes oleo violaceo, loto in aqua cucurbitæ, in die ſæpius euitentur inunctiones ſtiptieæ, ne materiam in renibus comprimant, & ſint cauſa generationis lapidis in iis. Item, potentur ſtomacho ieiuno, aq. ceterach. ℥v. cum ſaccharo. Ad idem facit aq. corticum fabar. recentium.

Puluis nephriticus.

A lapide renum præſeruans puluis ipſumque curans.

℞. Sem. comm. mund. ʒj.
Gummi. ceraſor. ʒ iiij.
Milii Solis ʒ ij.
Liquiritiæ raſæ ʒj.

Sacchari candi ad pondus omnium, f. puluis, de quo ſumantur cochlearia duo cum aq. capill. Ven. ieiuno ſtomacho:

Ad tinnitũ aurium, medicamentũ præſtantiſſimum.

Ad tinnitum aurium antiquum medicamentum præſtantiſſimum:

℞. Ellebori albi.
Caſtorei an. ʒ ij.
Coſti ʒ j. ß.
Rutæ ℈ ij.
Amygd. amar. ℥j.
Euphorbii ʒ s.

Coq. omnia lento igne in duplici vaſe per horam, dein colentur, & tepide auri inſtillẽtur.

De annuis purgationibus in ventriculi imbecillitate, catarrho, & peſte, pro quodam Barone,

D. Ioh. Cratonis

Consilium CX.

Cvm annuas purgationes Generoſa veſtra Magnificentia adhibere volet, idq; quod in iſta corporis conſtitutione ineunte vere & autumno facere, neceſſe eſt, aliquot diebus vtatur ſyrupo de ſucco betonicæ, & ad ℥ iiij. ſyrupi ſcrupulum vnum extracti calami aromatici admiſceat, ſumat ſingulis dieb. cochlearia duo vel tria, per nouem vel decem dies, deinde tempore verno bibat hoc decoctum purgans:

Digeſtiuũ.

Purgatio verna.

℞. Paſſular. ʒ vj.
Galangæ ʒj.
Scolopendr.
Veronicæ.
Meliſſæ.
Fl. violar. an. p. j
Rhabarb. el. opt. ʒj. ß.
Fl. ſenæ Alexand. ſelectiſſ. ʒ vj.
Decoq. ſ. a. in ſ. q. ſeri lactis:
℞. colaturæ ℥ iiij.
Syrupi roſat. ſolut.
Mannæ Calabrin. an. ℥j
Aq. Cinamom ʒ ij. Miſc.

Purgatio autumnalis.

Sub autumnum vero paululum potio iſta mutetur hoc modo:

℞. Paſſul. ʒ vj.
Galangæ ʒj.
Betonic.
Veronic.
Meliſſ. an. m. ß.
Fl. Borrag.
Violar. an. p. j.
Fol. ſenæ Alexand. ſelectiſſ. ʒ vj.
Epithymi Cretenſis ʒ iij.
Cortic. Hellebor. nigri ℈ß.

Irrorentur herbæ & radices vino, & decoq. ſ. a. in ſ. q. aquæ puræ.

℞. Colaturæ expreſſæ ℥ iiij.
Syrupi roſat. ſolut. ℥j.
Mannæ Calabrin. ʒ vj:
Syrupi conſeruat. zinzib. ℥j. Miſc.

Rotula.

Deinceps curet ſibi V. G. confici orbiculos ex ℥ v. ſacchari, in aqua roſacea diſſolut. & ℈ß. Extracti calam. aromatici, atque iis hora tertia matutina diebus aliquot vtatur. Vſus etiam calami aromatici extracti eſt, nõ ſolum in ventriculi affectionibus, ſed catarrhis frigidis, ſi cum melle roſato ſumatur mane, ſicut ante de ſyrupo betonicæ dixi. Hæc de annuis purgationibus, & ventriculum roborantibus, quæ vniuerſo corpori quoque vires addent. Petiuit quoque V. G. M. prophylacticea in peſtilentia. Etſi vero integrum libellum de his habeat à Dom. Andernaco ſcriptum, tamen duobus remediis noſtris ex ſuccis, alternis diebus G. V. ad magnitudinem caſtaneæ vti poterit. Eius vero, quod ſalutis electuarium inſcripſi, in curatione quoque ad ℥ ß. vel paulo plus ſumi poteſt, ita tamen vt initio detur paulo fortius expulſiuum, videlicet, aquæ noſtræ curatiuę drachmæ duæ vel tres cum aqua cardui benedicti, vel pulueris noſtri curatiui drachmam vnam, aut paulo plus, in fortiori corpore. Nam in curatione huius mali, nequaquam vni remedio fidendum, ſed ad quintum vel ſeptimum diem vſque antidota adhibenda ſunt, ita tamen ne roborantia & alterantia negligantur. At multi poſſent ſeruari, niſi homines vnum remedium adhiberi ſatis eſſe à Medicis, qui curationem refugiunt, perſuaderentur. Ad præſeruationem autem in primis vtile eſt geſtare ſpongiam aceto roſato madidam, in quo ruta macerata ſit, & in ore tenere cortices citri exſiccatos.

Extracti calami aromatici vſus.

Prophylactica peſtis.

Electuariũ ſalutis.

Vni remedio in peſte non fidendum.

Præſeruatio.

In vero

In ventriculi & iecoris imbecillitate, cachexia, narium hæmorrhagia, dolore dentium, atque podagra, pro ſereniſſimo quodam Principe,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CXI.

REVERENDISSIMVS & illuſtriſſimus Princeps, diligenter mihi valetudinis ſuę ſtatum expoſuit, & palloris, qui in facie conſpicitur, hanc cauſam eſſe dixit, quod ſuperioribus annis ſuam Clementiam ſæpe grauiter febres afflixerint, in quibus fortaſſe vel medicamentis, vel ratione victus, cum à potu non abſtinuerit, intemperies hepatis eſt acerſita. Nullam tamen inſignem eſſe corporis debilitatem: ſed dolores dentium fuiſſe aliquoties grauiter moleſtos.

Ea de re ſuam Clementiam ſcarificatione vſam, & auxilium inde ſenſiſſe: ſæpe etiam copioſe ſanguinem è naribus fluere, eumq; ſicut & iſtum qui per cucurbitulas detrahitur, valde tenuem & aquoſum eſſe; Ac nondum ex fluxu illo ſanguinis quicquam ſenſiſſe incommodi; vereri tamen, præſertim cum paulo frequentius accidat. Cæterum ſentire ſuam Clementiam inſignem debilitatem ventriculi, à qua vapores multi exhalent in caput, & rurſus humores in ventriculum defluere, ac interdum quaſi œſophagum, & vicinas partes lædere, appetentiam rollere, quæ tamen nunquam ita auferatur, vt panem nauſeet. Corpus autem ipſum extenuari facile cum minus recte valet, & paulo poſt reſtituta ſanitate, ad integritatē ſuam redire. Materiam autem catarrhi delabi in pedes, eoſque refrigerari, & non fo m debilitatem quandam poſt equitation ole- ſtam eſſe, ſed podagricos dolores infeſtare. Conſiſtere autem malum adhuc in maiori pedum digito.

Hæc fere ſunt omnia, quę mihi Reuerendiſſimus Princeps de valetudine ſua, quam præcipue cachexia, hæmorrhagia, & podagra debilitari animaduertimus, commemorauit, & quædam inſuper quæſiuit, ſuo loco in hoc conſilio exponenda.

Multa autem ſunt indicia corporis, temperamentum fuiſſe calidum & humidum. Calorem vero imminutum, & humiditatem quandam præternaturalem à cruditatibus & catarrhis acceſſiſſe, minime dubium. Definire quaſi magnitudinem lapſus, cum exacte naturalem temperiem non perſpexerim, nequeo, inſignem tamen, cum iam multorum annorum ſit, eſſe, facile eſt colligere. Et ſi vero ad integritatem multo modo reduci *Prognoſticon.* poſſit, tamen habita diligenti conſideratione, primum totius corporis, deinde partium affectarum, maxime autem capitis ventriculi atq; hepatis, denique membrorum imbecillium, ad quæ defluxus tendit, ita in mediocri ſtatu corpus hoc retineri poterit ne vel graues valetudinis moleſtias ſentiat; vel in deteriorem, niſi grauiſſimis de cauſis, & quæ vitari nequeunt, incidat. Sciunt autem omnes Medici corpora noſtra ab iis cauſis regi, quas non naturales, eo quod recta adhibitę, pro natura faciant; neglectę noceant, appellant; vt aer, cibus & potus, ſomnus & vigiliæ, animi accidentia, motus & quies, excretiones, & retentiones, quibus venera & balnea annumerantur; Ideoq; corpori ſimpliciter ſano ſimilia, cum ſimilia ſimilibus conſentiant, male autem iam affecto tamquam contraria, quæ in melius depravatum habitum vertere poſſint, adhibenda. De his igitur initio pauca dicemus; Nam omnia afferre, cum Reuerendiſſimus princeps domeſticos habeat Medicos, ſuperuacaneum. Cum autem ſtatuerimus calorē in hoc corpore imminutum, & humiditatem auctam, conſequitur, frigidam & humidam aeris intemperiem noxiam eſſe, atque ideo cauendam. Proinde non, niſi neceſſaria vrgeant, ſua Clementia multum in frigido & humido aere moretur. Loca quæ ſunt ad paludes, aut in quibus aer non perflatur, ac quæ Meridionalibus atq; occidentalibus ventis expoſita ſunt, viter. Ac ſi forte aliqua neceſſitas facit, vt in talibus locis ſit habitandum, arte aer corrigatur, & cum ſequenti puluere vel orbiculis ſuffitus fiat.

Res non naturales.

Puluis pro ſumo.

℞. Bezoi. ℥ iij.
Styracis Calamitæ. ℥ j. ß.
Xyloaloes.
Cinamomi. an. ℥ j.
Caryophyllor. ℥ ij. ß.
Moſci. gr. vij.
Sacchari ℔. ß.
Miſce, fiat puluis.

Vel puluis iſte miſceatur cum conſerua Roſarum, & reformentur orbiculi.

De cibo & potu Principes viros in primis monere oportet, & vtinam monita eam vim effectionemque haberent, quam deberent, minus principum valetudo, & Medici animus affligerentur. Sed cum, vt velint, viuant, pati quæ debent, neceſſe eſt: In primis autem peccant in varietate ciborum, & ordine aſſumendi; quæ duo ad cruditatem, morborum omnium, qui à cruditate dependent, matrem plurimi faciunt: Proinde illuſtriſſimus Princeps cohortandus eſt, vt ciborum varietatem, tamquam

Varietas ciborum & ordo neglectus quomodo noceant.

Varietas ciborum bonæ valetudinis hoſtis.

bonæ valetudinis hoſtem vitet, & varia non miſceat; ſed carne clixa & toſta contentus ſit. Cum piſces comedit bonos, & friabiles aſſumat, non qui in paludibus ſunt, nec qui ſunt carne dura & viſcoſa, aut vitioſa, vt carpiones, anguillas: item, cancros, & omne piſcium genus in butyro coctum, fugiat. Non oua, non lacticinia, vt vulgo fit, cum piſcibus miſceat.

Lacticinia piſcibus non commiſcenda.

In ſartagine cocta, frixa, & ſuffocata vitet. Mollia omnia, vt iuſcula, pruna, præcedere debere, & Hippocratis, & omnium Medicorum præceptis monemur: Iuſta etiam cibi tempora obſeruanda; Nec alium cibum ingerendum, quam prius ſumptus concoctus ſit. Itaque interdum veſperi à cibo abſtinendum, ſemperque catarrhoſis parcius cœnandum, quam iis, qui ſunt integra ſanitate.

Catarrhoſi comedant parcius.

Cruda in ſecunda menſa vitanda; & parce in æſtate fraga, ceraſa, perſica in prima menſa ſumenda. Potus ſit vinum minime fumoſum, & quod caput pergrauet, tenue & ætate media, hoc eſt, ne vetus nimium, nec admodum recens.

Potus.

Maxime autem probantur Neccarica matura, hoc eſt, quæ non ſunt acida, & calci affinia, ſed ſuauia, pura, atque in iis locis, vbi plebeii minime calculo obnoxii ſunt, nata. Complicantur enim vt plurimum podagra & renum dolor: Maximeque à potu inconuenienti ea malitia augetur.

Podagra & renum dolor plerumque coniuncta.

Rhenenſia etiam mitiora, non fumoſa & potentia, qualia in multis locis habentur, maxime conueniunt, & ſanitati conuenientiſſima, cum ſunt mediocria, & probe concocta exiſtimantur. Italica & Græca vina ſuſpecta omnia, & magis gulæ, quam ſanitati (niſi ad recuperandos & refocillandos ſpiritus adhibeantur) conuenientia.

Italica & Græca vina ſuſpecta.

Pucinum tamen vinum quod vulgo Vibachium vocant, ſi non ſit corruptum, vel fœculentum, qualia plerumque adferuntur, modice interdum ſumptum, non poterit nocere, cum vt Plinius ſcribit, Liuia Auguſti mater ſeptuaginta annos Pucino acceptos retolerit.

Pucinum vinum.

Nullum autem prorſus vinum doloribus articulorum, aut affectionibus hepatis obnoxiis, ieiuno ſtomacho, aut ſi ſaltem iuſcula vel liquida ſint aſſumpta, conueniens eſt ad bibendum: Et poſt cibum, ſiue interdiu, ſiue hora decubitus, quantum poſſumus, (poſſumus autem quod volumus, cum in conſuetudine & tolerantia hoc ſit poſitum) à vino abſtinendum.

Vinum ieiunis nocens.

In ſomno & vigilia non exiſtimo, à Reuerendiſſimo Principe peccari, præſertim cum ipſum à diurno ſomno abſtinere audiam. Hoc ſaltem monendum videtur, ne à cœna ſtatim cubitum eat, ſed poſt cœnā, quæ vt monui, minus prolixa eſſe debet, tribus vel quatuor horis obambulando, aut tractando negotia iucunda, minimeque ſeria, tempus conterat. Nocturnum etiam aerem non admittat, nec loco concamerato dormiat. In lecto matutinis horis, ſi forte natura ſudorem protrudat, ſudet, vt ſanguis ſeroſo iſto humore, quemadmodum deinceps dicemus, quo abundat, liberetur.

Sudor.

Frictiones.

Priuſquam ſeſe induat, frictiones leues per vniuerſum corpus adhiberi curet. Nam quam magnum in iis ſit valetudinis præſidium, vt ſpero, illius Celſitudo, re ipſa experietur. Os autem expurgata prius lingua, mundet aqua in qua cortex medius ligni fruticis illius, quem Berberis vocamus, barbare, maceratus ſit.

Cortex medius Berberis.

Nam ita firmitas dentium, ad quos materiam fluere cognoui, conſeruabitur, & colli etiam partes, quæ acrioribus humoribus male afficiuntur, tutiores ſunt. Caput autem pectine leniter confricato cum oleo amigdalino recenti, cui guttula vna olei caryophyllorum iniecta ſit, mundetur, & ſine magna frictione & calefactione extergatur.

Affectus.

Quod ad animi perturbationes attinet, exiſtimo, rationem dominari affectionibus: Certe vt ira, animis lethale malum, procul abſit neceſſe eſt: Nam illa maxime ſpiritus debilitat, & humores commouet. Itaque non ſolum podagra: verum alia etiam pernicioſa ſæpe conſequuntur. Verum præcepta de his quaſi præſcribere non neceſſe eſt. Nam prudentia & moderatione hac in parte, non medicina res agitur.

Iræ incommoda.

Motus omnis ad conſeruandam ſanitatem.

De motu & quiete paucis quoque agamus corpora cruda quiete & ſomno indigere, Medicis omnibus notum. Sed in aula ſæpe, vbi corpus cruditate laborat, tum maxime exercitia pernicioſo modo ſuſcipiuntur. Cæterum cum nulla grauitas corporis, nulla cruditas adeſt, rectiſſimum eſt ante cibum corpus exercere. Equitationes & ambulationes non proſunt podagricis, cum membra affecta non ſint exercenda, & in equitatione facilius propemodum, quam ambulatione materia præcipitetur. Itaque motio ineunda eſt, qua ex motu ſuperiorum partium & manuum vniuerſum corpus incaleſcat: ſunt autem talia exercitia varia, quæ edocere quaſi non oportet. Ac exercitii locum frictiones quoque matutinæ videlicet, de quibus antea dixi, obtinent. Excretiones & retentiones excrementorum in primis neceſſariæ ſunt. De aluo expurganda hic non agam, cum deinceps

ceps nobis vacuantia remedia ſint præſcribenda. Hoc ſaltem moneo, vt ſingulis diebus exonerare eam ſtudeat; atque vbi non eſt in officio, paſſulas in aqua calida maceratas, ante cibum ſumat, aut ſpinachia in prima cœna cum paſſulis & ſaccharo vtatur.

Vrina ſæpe reddenda. Vrinam ſæpe reddere ſtudeat, ac vbi eius quantitatem minorem, quam par ſit, eſſe ſua Celſitudo animaduertit, corpus ſeroſis humoribus abundare, vel à podagra, vel deterioribus morbis periculum imminere cogitet. Vrina etiam atque ſudore plurimum ſe iuuari poſſe ſua Clementia meminerit.

Vrinam prouocantia. Facit autem in primis ad vrinæ copiam conueniens potus, item iuſcula cum radicibus petroſelini, & ſimilibus cocta. Rapæ probe coctæ cum ſucco limonum, & ſaccharo aſſumpti aſparagi ineunte æſtate, cappares, piſtacia, In ſecunda menſa, item ea, quæ cum cæpis interdum coquuntur, ſed propter acrimoniam cæparũ vſum non velim, frequentem eſſe. De ſudore iam dixi, ſi interdum in balneo quoque ſicco eliciatur herbis quibuſdam, vt eſt Roſmarinus in vino cocta, & ſilicibus ignitis infuſa, Ita tamen vt caput exereretur, non omnino inconueniens exiſtimarem. Sed caput calefacere, aut totum corpus, ſiue ex herbarum, ſiue thermarum aquis minime profuturum iudico. Cæterum de his, quæ & exſiccarent & roborarent membra, fortaſſe ratio initi poſſet, tutius autem eſt meo iudicio abſtinere. Venerem quoque excretionibus & retentionibus annumerant; ſed cum ſemen ſit excrementum vtile, nec in hoc corpore, quod multis bonis ſuccis minime abundat, conueniet. Et etiamſi acredine humorum interdum ſtimuletur, ſtimulis tamen illis non obtemperandum, & cogitandum illud, quod eſt veriſſimum:

Immodicis breuis ætas. Immodicis breuis eſt ætas, & rara ſenectus. Sed de his non neceſſe eſt multa monere, cum Reuerendiſſimus Princeps in coniugio non viuat. Venerem tamen huic conſtitutioni corporis non conuenire oſtendendum fuit.

Commemoratis iis, quæ vniuerſo corpori proſunt, atque noxia ſunt de affectionibus, à quibus præcipue periculum valetudinis imminet, ordine diſſerendum eſt. Primum autẽ Hippocraticum illud tenendum;

Color eſt index humorum. Colorem eſſe indicem humorum, niſi fiat reciprocatio, id eſt, niſi conſternatione animi ſanguis ad interiora conuertatur, aut propter alias affectiones ad exteriota feratur, ſicut rubeſcere & palleſcerẽ nonnullos ex ira videmus.

Pallor vnde? Palloris itaq; In Celſitudine tua cauſam eſſe ſanguinem aquoſum manifeſtum; & talem etiam eſſe ipſa hemor nagia & encurbitulæ oſtendunt. Cauſas procul inueſtigare non neceſſe eſt: Nam ventriculi debilitas, quã eruditates ſequuntur, ſatis euidens. Hepatis autem calorem læſum à calore febrium præternaturali, & aliis cauſis imminutum, minime obſcurum.

Ventriculus curatur, vel hepar. Itaque primum ventriculo, deinde hepati conſulendum, vel potius vtrique membro ſimul. Ventriculus vix vlla re melius, quam victus ratione moderata adiuuatur. Nam frigidus cum ſit, plurimum quidem appetit, ſed cum male concoquat, vitioſos humores, & maxime crudos relinquit. Errata autem primæ coctionis, vel nunquam vel raro in ſecunda emendantur, ac hic quomodo poſſit corrigi, non video, cum Reuerendiſſimus Princeps hepar male affectum habeat.

Ventriculi calorem ſtimulantia. Medicamenta autem, quæ calorem ventriculi iuuant, tam intra corpus quam foris poſſunt adhiberi. Intra corpus vtile eſt interdum hora decubitus grana duo maſtichis, cum vno thuris deglutire.

Item, mane aſſumere grana ſex vel nouẽ piperis integri, vel in prima menſa in iuſculo. Aliquoties etiam in ſeptimana ad magnitudinem caſtaneæ nucis de Electuario, cuius deſcriptio ſequitur, accipiet.

Electuari.

℞. Conſeruæ Roſar. ℥ iij.
Flor. anthos ℥ ij.
Saluiæ ℥ ß.
Spec. aromat. roſat. completi ʒ j. ß.
Cort. citri. condit. ʒ iij.
Caryophyllor. incisor. ʒ j.
Miſce, f. Electuarium.

Hoc electuarium non ſolum ventriculo, ſed hepati & cordi in primis proderit.

Calidiora, vt ſunt Mithridatica antidotus, & ſimilia, non auſim exhibere.

Foris vero ventriculus mane inungatur tali vnguento:

Vnguentũ ſtomachale.

℞. Olei amygdal. dulc. lb. ß.
Vini optimi ℥ ij.
Summit. abſinth. pontici ſi habeatur vel vulgaris ʒ ij.
Roſar. rubear. ʒ j.
Santalor. citrinor. ʒ j. ß.
Ligni aloës.
Galangæ.
Caryophyllor. an. ʒ ij.
Maſtichis ʒ ij. ß.

Fiat horum decoctio in vaſe duplici ad vini conſumptionem, & ſtet triduum poſt decoctionem in loco calido: deinceps fortiſſime oleum exprimatur.

℞. Huius ol. pro vng. ſtomachali ℥ j. ß.
Medullæ cruris vituli ℥ ß.
Ol. nuc. moſch. ʒ j.
Maſtichis pulueriſa. ℈ ij. Miſce.

Hoc inquam vnguento mane inungatur ventriculus, & imponatur panous lioeus vetus, multipliciter complicatus, ac toto die geſtetur, ita vt arcte ventriculum complectatur. Talem etiam pannum in æſtate geſtet, nec vnquam ventriculum denudet; ſed in caloribus rarius vnguentum poteſt & debet adhiberi.

De affectione autem hepatis cum haud dubie ad intemperiem imbecillitas acceſſerit, maior & difficilior eſt cogitatio.

Hepatici qui veteribus ſint dicti.

Quo nomine affectio iſta dicatur, non refert, ſcio veteres hepaticos eos appellaſſe, qui inflammatione hepatis laborant. Hic autem nulla caloris, frigoris vero plurima adſunt indicia, videlicet faciei pallor, frigiditas extremorum, maxime pedum: Venter mollior & fluidior, ſanguinis aquoſi & ſemicocti copia; fortaſſe etiam babitus corporis intumeſcens acceſſiſſet, niſi calor cordis adbuc vigeret. Cæterum cum non ſolum ea corporis affectio, in qua partes intumeſcunt, cacbexia appelletur, quæ eam ſpeciem bydropis, quam Anaſarcam ſeu Leucophlegmatiam appellamus, præcedit, tamen cum vox Græca nihil aliud, quam malum habitum indicet, ſiue tumor adſit, ſiue non, huic quoq; affectioni boc nomen tribuere proprer cauſam efficientem, videlicet epatis intemperiem frigidam volui. Ac ne vere cachecticus Illuſtriſſimus Princeps fiat, & deinceps in exitioſam hydropem incidat, cauendum. Nam certe non modo pallor, verumetiam ſanguinis fluor, id malum minatur.

Cachexia.

Cæterum cum hepar intemperie & imbecillitate laborans, non poſſit prorſus reſtitui, occurrendum cauſæ, & roborando ſubueniendum.

Diligenter igitur cruditas vitanda eſt, aquoſus humor, quantum fieri poteſt, per ea medicamenta, quæ ſimul hepar & venrriculum roborant, detrahendus: Vſus eſt Reuerendiſſimus Princeps interdum Manna, ea etſi ſeroſum humorem vacuet; hepar tamen parum adiuuat. Itaq; nihil conuenientins Rhabarbaro, quod præſtantiſſimi in arte Medici animam hepatis appellant, & ventriculum quoq; roborare, vna ore affirmãt. Exhibetnr autem hoc modo:

Manna.

Rhabarbarum vita eſt epatis.

Electuarium.

℞. Rhabarb. electiſſimi ſubtiliter pulueriſat ʒ iij.
Aſpergatur aqua einamomi aliquoties, deinceps addantur
Spec. aromat. roſat.
diarrhodon. abb. an. ʒ j.
Carnis paſſular. per ſetaceum eibratar. ℥ ij. Miſce.

Capiat ad magnitudinem nucis iuglandis, & ſi aluum non ſubducit, paulo plus aſſumat. Eſt enim Electuarium minime inſuaue, nec nauſeam prouocat. Et interdum loco buius Electuarii duos vel tres morſulos hoc modo præparatos, accipiet:

Morſuli laxatiui.

℞. Mannæ Calabrinæ ℥ iij.
Rhabarbari aqua cinamomi aſperſi ʒ iij.
Conſeruæ roſar. reeent. ʒ ij.

Manna coquatur ſecundum artem lento igne, adiecto parum ſacchari, & deinceps Rhabarbarum imponatur cum conſerua, & fiat confectio in morſulis.

Sumat duos vel tres, prout aluum ſoluent. Alia medicamenta purgantia nullo modo darem, cum ab iis lædi bepar certiſſimnm ſit, & hæc ipſa repetita valentiſſimis paria eſſe potuerunt. Id enim agit debile agens reiteratum, quod fortiter ageus ſemel, & cum minori periculo.

Debile agens iteratum æquipollet valido.

De iis vero, quæ hepar roborant, libri omnium Medicorum ſunt pleni, & habentur confectiones in pharmacopoliis, vt Diacurcuma, Diarthodon abb. diatrion ſantalon, duplicato pondere Rhabarbari, ſed ſimpliciſſima adhiberi in hoc corpore velim, videlicet hunc puluerem:

Puluis.

℞ Raſuræ eboris pulueriſ. ℥ j.
Cinamomi electi ℥ ß.
Sacchari ℥ ij.

Capiat ante cibum cochleare paruum. interdum vtatur tabulis ex oleo cinamomi & aniſi, factis matutinis horis, vel ſeq. morſulis:

Morſuli.

℞. Sacchari in aqua Cinamomi diſſoluti, & cum albumine oui purificati. ℥ viij.
Piſtaciar. elotar. & contuſar. ʒ x.
Cinamomi electi ʒ vj.
Fiat confectio in morſulis.

Item his Morſulis:

℞. Interioris tunicæ gallinarum.
Raſuræ eboris.
Spodii.
Margaritar.
Cinamomi.
Ligni aloës an. ʒ ß.
Spec. diarrbodon. ʒ ij.
Saccbari in aq. cinamomi diſſoluti ℥ iij.
Conſeruæ è floribus cichor. ʒ ij.
Miſce, fiat confectio in Morſulis.

Helenium etiam conditum plurimum prodeſſe, non ignoramus, ſed abſtinendum nunc. Foris autem hepar oleo à nobis præſcripto, inungatur.

Noctur-

Nocturni calores è difficultate coctionis, & diſtributionis cibi,

CONSILIVM CXII.

ILLVSTRISS. Dominum ſubinde nocturnis moleſtari caloribus, è literis Dn. D. Monauii cognoui. Hi autem nullam aliam habent cauſam quam difficultatem coctionis & diſtributionis cibi. Rad. vero cichorii cum ſingulari quadam vi ventriculum corroborandi, & iecoris obſtructiones reſeruãdi polleant, earundem continuum vſum denuo commendo. Nullum certè in hoc morborum genere nobilius experientia frequẽti inueni. Bibatur igitur ſemper hora vna ante cibum decocti huius bonus hauſtus; qui niſi eſt ſapore amabilis; vtilitate tamen acceptus ſit & magnifiat.

Radicis cichorii.

Sub noctem vero, ſi vapores ex laborioſa coctione in ventriculo, & corde anxietatem quandam concitent. Emulſ. Marg. ſequentis cocb. 2. vel 3. aſſumantur.

Emulſio Margaritarum Montagnana.

℞. Aq. Borrag. è flor. in vitro deſtill. ℔. j. Margarit. dilig. præpar. ʒ iij.
Aq. Cinamomi ℥ j. Miſc.
in mortario marmoreo.

Hanc adeo extollit Montagnana, vt ſe hac plurimos & ſenes exactæ ætatis & in morbis grauiſſimis ægros conſeruare glorietur.

Conſilium meum Podagricum iam D. D. tranſmiſi, quod exactiſſimam requirit diætam, quæ ſummo hic neceſſaria eſt, præſertim in ſenibus, in quibus podagra æque incurabilis, ac ſenium ipſum.

In cardialgia, & vertigine, pro quodam Principe,

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIVM CXIII.

ILLVSTRISSIME & Clementiſſ. Princeps, cum Celſitudo veſtra iam à multis annis de ingenti circa ventriculi os preſſione conqueratur, quæ ſub primum ſomnum immanius ſe exerat, coarctet, & diſtẽdat manifeſta inflatione cõiuncta cum anxietate & dolore, neq; in ſtomacho ſolum, verum in dorſo etiam & lumbis & humeris, nec ſedetur malum, niſi vomitu ventriculus à pituita, cibo aſſumpto, & vniuerſa illa cruditate liberetur, inſuper etiam vertigo, & tremor acceſſerit, cum metu maioris periculi in altero latere, ob id neceſſarium iudico, cauſam tantorum affectuum accuratius inueſtigare. Cognito enim morbo, rectius in medium poteſt conſuli, & patent indicationes, ad quas reſpiciendum eſt, & cur vnumquodque adhibendum ſit. Etſi autem ventriculus veſtræ Celſitud. recte appetit, tamen ad ciborum iuſtam concoctionem ſatis caloris, viriumque non habet, ſed frigidior eſt, atq; humidior, quale temperamentum pituitæ gignendæ potius, quam ciborum alterationi, conuenientius eſt. Nam vt coctio recte fiat, calor adſit, neceſſe eſt, ſicut in foco cum cibi percoquendi ſunt, ignis requiritur luculentus. Deinde etſi ea ciborum copia, quam aſſumat V. C. homini ſano nimia non eſſet, tamen ipſe ſtomachus flatulentia & tenſione, ipſoque vomitu indicat, non poſſe tantã copiam vna vice ſe ferre, & quia caloris & alimenti nulla proportio eſt, quid mirum ſi recte elaborari nequit in ſuccum laudabilem; Perinde ſi bene grandi in olla plurimum carnis ad exiguum ignem coquere velimus, carnes crudas manere neceſſe erit. Tertio, vbi igitur ventriculus debilis, & multæ cruditates collectæ ſunt, flatulenta ſequitur diſtenſio, quæ nihil aliud eſt, quam crudi humoris calefactio & agitatio quædam, ſed qui confici nequit. Cum igitur coctio incipit, & cruditates incaleſcunt, ſequuntur inflationes ventriculi & diſtenſiones, quæ coctionem impediunt. Nam vt fiat coctio, contrahi oportet ſtomachum, & amplecti cibum, quod hic fieri nequaquam poteſt. Hæ internæ cauſæ ſunt pituitam colligentes, quæ tamen tanto plus augentur, cum externæ cauſæ accedunt, id eſt, nimia cibi copia, alimenta frigida & humida, flatuoſa, cruda, fructus non ſatis maturi, ceraſa, pruna, perſica, & quæ calorem proſternunt, & cruditatem coaceruant, vt multæ fluctuationes, etiam de die & in ipſa menſa ſentiantur, quaſi quippiam flatuoſum ex ſtomacho prodeat, verum de nocte quieſcentibus ſenſibus, & calore intro reuocato, tum demum inflationes augentur, & exitum quærunt. Fit enim quod in foco, vbi cum ignis primum incẽditur, plus fumi apparet, quam flammæ, maxime ſi humida ligna ſint appoſita. Ita vbi in ventriculo calor paucus, cruditas multa eſt, ſentiuntur Inflationes, & vt fumus fumum, ſicut flatus flatum ſequitur, & incrementa augentur. Eſt autem tum fere concluſus ventriculus, ideo cum exhalare nequeat quicquam, patitur ventriculus & ægre diſtenditur, premitur, conſentiente etiam dorſo cui alligatus eſt, & cæteris partibus vicinis, lumbis dico, & quæ circa coſtas ſunt paruas, ita vt ad humeros vſque dolores extendantur. Sæpe ex eo affectu intumeſcit venter, adeo vt pulmo preſſus difficilem reſpirationem habeat. Vnde talis anxietas ſequitur, quæ vix tolerari poſſit. Durat autem tan-

Ventriculus frigidus & humidus.

Diſtenſio ob flatulenta.

Cardialgia à flatibus.

tiſper dum ventriculus, vel ſua ſponte, vel digito irritatus cibos vna cum admiſtis cruditatibus eiiciat. Ex his patet nullam iſtius preſſionis cauſam aliam eſſe, quam flatus ex cruditate ortos, cum commouentur. Nam vt muſtum cum feruet occluſo meatu, ita tumultuatur, vt operculum vix ferre poſſit, ita & noſtra hæc cruditas. Porro cum cruditates in ipſa ſtomachi capacitate fluctuant libere citius eiiciuntur, & moleſtia cedit, verum ſi humores tenaces & viſcidi orificio impacti ſint, adhærentque tunicis ventriculi, difficile eſt vomere, & conatus debilitat, & dolorẽ in capite commoueri neceſſe eſt. Quanquam autem refrigeratus videtur ſtomachus, & humidior, non eſt tamen omni calore ſuo priuatus. Nam etſi cum cibis ipſis cruda eiicit, ſemper tamen retinet aliquid vtilis ſucci ad alendum, quem vincere poteſt, & concoquit poſtea, ſi cætera illuuies eiecta ſit, & inde ſanguis bonus fit in epate, quo corpus alitur, inde & alui fæces mediocriter coctæ. Oſtendit hoc conatus ſtomachi, qui niſi reiecto ſuperfluo non poteſt quieſcere. Cum vero id tantum habet, quod concoctionem poteſt accipere, tum quietior factus contrahit ſeſe rurſus & immutat, & ſic ſedari dolores animaduertitur. Mirabitur autem fortaſſis V. C. cum ſuum corpus maxime hoc malũ infeſtet, cur tam diuturnum ſit, cur non ſtatim à prandio ſentiatur, & raro die, frequentec noctu inuadat, maxime circa ſomni initium.

Temperamentum peculiare vi cœli & ſyderum.

Certum eſt autem vnicuique à primo ortu vi cœli & ſyderũ peculiare ineſſe temperamentum, ita vt non modo homines inter ſe, ſed & in vno partes diuerſimode ſe habeant, aliæ aliis ſint fortiores, & plerunque vnum aliquod membrum debilius eſt, ex quo fit vt alii pect' accuſent, alii caput, alius pedes, quæ pars leui aliquo in victu errore admiſſo periclitari incipit. Ergo & V. C naturalem quandam ventriculi imbecillitatem habet, inclinantem ad flatulentiam & vomitum, quæ mala, etſi in prima ætate non illico ſe prodiderunt, tamen ſub primum ſenium iam ab annis probe octodecim ſe exerunt, & eiuſmodi ſtomachus onerari non vult; quod cum fit, pituita ex alimentis gignitur, quæ magis eum adhuc affligit, & calorem per ſe debilem, minuit. Cum ergo naturalis debilitas & refrigeratio & pituita & crebra ventriculi oneratio immodico victu concurrunt, non eſt mirum diu durare, & quamuis interdum reſpirat ſtomachus & calor ſe exerit, redit tamen ſi oneratur, vel à cruditatibus fit frigidior. Cur autem non ſtatim à ſumpto cibo illa grauitas conſequatur, cauſa eſt, quod calor ſupra modum oneratus non illico incipit agere, ſicut ignis paucus ſub lignis plurimis aliquandiu latet, ita vt nullus videatur, aut extinctus à copia, tandem ſe prodit & dilatat multo fumo & halitu. Præterea calor de die debilior eſt ob occupationes & labores, quibus diſtrahitur, maxime ſpiritus, qui auertuntur à ſtomacho, vt prunæ ab olla ad focum ſubtrahi poſſunt. Noctu cum quieſcunt organa ſenſuum, & ſpiritu non indigent, ſpiritus & calor ad ventriculum redeunt, & cum cibum ibi inuenit crudum, adoritur eum, & fit coctionis principium, & quia cibi nimia copia eſt, nec de die facta vlla concoctio, & cruditas genita, tum fiũt inflationes & preſſiones illæ tã graues, & per ſe affectus à cruditate orti cum phlegmate, non tam mane, & de die, quam noctu ſe produnt, & quaſi paroxyſmos ſuos habent, quo tempore is humor commouetur, vt teſtatur Galenus in Methodo: & eo tempore catarrhi mouentur & decidunt, adiuuante etiam noctis frigore. Atque hoc primum malum eſt, de quo V. C. potiſſimũ queritur.

Vertigo.

Alterum malũ ex primo oritur. Cum enim ventriculus non coquit, nec clauditur, vt oportet, ſed ſæpe hiat, à flatibus & vomitu, vapores aſcendunt, & implent caput, non ſecus ac halitus foris in aëre cum nubes inde fiunt, ex quo eſt illa ſcotomia & vertigo, vt quaſi collabi videatur, maxime cum vapores, vel interna, vel externa cauſa aliqua agitantur, & ſpiritus viſiui turbantur, & quaſi in gyrum ducuntur. Vnde caput afflictũ dolet, & membra tremunt, & in latere anxietas ſentitur. Quod ſi ergo ventriculo non ſuccurritur, & vaporum aſcenſus prohibetur, id fiet, quod in deſtillando, vapor aſcendet, & delabetur aqua, quo via patet. Ita tandem debilitatum cerebrum aliquando in ſummo diſcrimine conſtitueretur, & nerui debilitati in altero latere paralyſin gignerent, quod malum Devs auertat, & auerti poteſt, ſi omnia recte adminiſtrabuntur. Dicam de vtroque quid mihi faciendũ videatur.

Stomachi imbecillitas cura.

Primum ſtomachi imbecillitas ita diuturna eſt, vt prope confirmata eſſe videatur. Accedit & ipſa ſenectus, & vẽtriculus plus appetit, quam poteſt concoquere, ſæpe etiam obruitur, & vapores ex conſueto petunt caput, quod ab his iam repletum eſt, quæ omnia curationem faciunt difficilem. Quia vero non omnis vis ſtomacho erepta eſt, & ſatis adhuc valet ad cibum recipiendum, & partem huius à vomitu concoquit, vt teſtantur excrementa percocta, nec cætera membra quicquam inſigne patiuntur, nec vertigo frequens fuit, & alias V. C. cum diſtentiones moleſtæ non ſunt, ſatis recte valet, ſi obſequi his præce-

præceptis voluerit,& omittere quædam, etſi ſubito leuatio non ſequatur, tamen affectus illi ventriculi paulatim cedent, & à cæteris ſymptomatibus præſeruabitur. Et quia Celſ. V. de duobus ſymptomatibus queritur, quorum alterum ſtomachi eſt, & quotidie vrget, alterum in capite, & ne grauius fiat, metuitur, de vtroq; meam ſententiam aperiam. Quod attinet ad debilitatem vẽtriculi frigidi & humidi, qui parũ coquit, & plurimum pituitæ gignit, vnde diſtenſio, & vomitus, auxilia tria ſunt: Primum, vt leuibus remediis educatur pituita. Alterum, vt calor ille excitetur, humiditas exiccetur, flatuoſitates impediãtur, quo fiant meliores coctiones, & pituita non gignatur. Tertium, vt ratio habeatur ventriculi, ne nimis oneretur cibo, aut intempeſtiua diæta, & omnia omittantur, quæ coctioni obſunt. Quod ad primum attinet, vſa eſt V.C. ad educendam pituitam bis hac potione:

Scopi curatiuni in ventriculo frigido & humido.

Phlegmagogon.

℞.Rad. polypod.
Fœnicul. an.ʒj.
Calam.aromatic.
Pæoniæ an.ʒß.
Herb. betonic.
Thymi.
Capill.venet.an.p.ß.
Fol.ſenæ el.ʒ v.
Agáric.Trochiſc.℈j.
Turbith el.℈ß.
Sem.aniſi.
Cortic.citri.
Zinzib.
Cinam.an.℈ß.
Flor.anthos.p.ß.
Conquaſſata dentur ad chartam.
℞.Mannæ el.ʒ x.
Dent.in ſcatula

Cuius vſu multa pituita eiecta eſt, & ſi ſæpius id fecerit, habita tamen ratione circumſtantiarum, temporis anni, lunæ, corporis, & copiæ humoris, paulatim crudo humore ille liberabitur, ne collectus hinc inde ſe in partes diſſeminet. Ita autem præparatur potio. Veſperi herbis præſcriptis infundatur calidum ius gallinæ mactum, tantum vt tegantur herbæ. Stent per noctem vt vis extrahatur, mane ad ignẽ calefiant, & fiat expreſſio addita manna. Et vt ſuauior ſit potio, addi poteſt cum ſumitur aliquid aquæ cinamomi, & ita calide ebibatur mane quinque horis ante prandium. Caueat à ſumpta potione frigus, ſomnum, ſudorem, qui motum impedit, & ne medicamenti vis infringatur, cauenda grauia negotia & cogitationes ſeriæ. Vtile eſſet ſemper in promptu & herbas & mannam habere, vt longius in neceſſitate non ſint quærenda. Tempore autem veris, & autumno, quibus articulis commoueri ſolent humores, ſi animaduerteretur pituitæ copiam adeſſe, & membris impactam, lenitiuum præmitti poteſt, & validior reddi potio præſcripta, quanquam ſi crebro ſumatur, ſatisfaciet opinor, & cruditates tollet, niſi nouæ colligantur victus errore. Hora ante cœnam prodeſſent hæ pillulæ, cum ſtomachum purgent, & pituitam adhærentem ſubducant, & plus roborent, quam euacuent:

Infuſio.

℞.Maſſæ pill.de hiera ſimpl.
De aloe lota.
Maſtich.
Stomachic.an.℈ß.

Pill. ſtomachales.

Cum aq. cardui bened. q. ſ. f. pillulæ paruæ. Quod ſi in capite vertigo ſe oſtẽdit, aut plenitudo in cerebro, proſunt hæ pillulæ mane ſumptæ quinq; horis ante prandium.

℞.Extract.pill.cochiar.ʒj.
F. pillulæ inunctis digitis ol. nucis
Moſchatæ, num.xxx.

Pill. capitales in vertigine.

Hę à capite diuertunt materias moleſtas, & ab apoplexia præſeruant, iisq; morbis qui neruos infeſtant, neq; tantum ſtomacho nõ nocent, ſed roborant etiam. Si quæ alui adſtrictio eſt, clyſtere leni ſoluatur. Atq; hæc purgãtia ſatis eſſe poſſunt, nec moleſta ſunt, nec nimis vehementia. Nam debilis ſtomachus validas ferre purgationes non poteſt. Satius eſt lenibus, ſed ſæpius vti, maxime cũ materia vicina ſit, & fere in ſtomacho contineatur. Quod ad alterũ attinet, nimirum, caloris naturalis excitationem, & iuuãdam coctionẽ in ventriculo humidiore & impuriore, & tollẽdas inflationes, habet hic V.C. remedia, quæ ſpecie exigua, ſed vi maxima ſunt, & tuta, neq; ſapore aduerſa. Varia autem ne tædium obrepat vnius, omnia tamen eodem tendunt, ſed ſæpius iteranda ſunt, facta permutatione. Nam quod longo tempore contractum eſt, non ſubito tollitur. Sunt orbiculi efficaces de extractis quibuſdam facti, iis vtatur mane ad 4. vel 5. horis etiam ante prandium quatuor vel tribus morſulorum vnũ atq; alterum ſumat. Eſt & id adſcriptus puluis ſtomachalis, de eo vtatur quantum quatuor digitis capi poteſt. Ita enim his vtatur tribus, vt per vices id faciat. Quod ſi prætetea V. C. orbiculis de extracto calami & galangæ vti voluerit, cum roborando calori, & contra inflationes ſeruiant, non errabit: ideo vtroſq; aſſignaui. Eſt autem vtendi eadem ratio:

Excitantia calorem naturalem.

℞.Extracti aromatic.roſat.℈ß.g.v.
Calami aromatic.
Ligni aloes an.g.iij.
Sacch.albiſſ.℥ v. diſſol.in aq. roſar.q.ſ.
Affuſis:

Rotulæ.

Ol.cinamom.gutt.iij.
Macis gutt.ij.
Caryophyll.gutt.j.
F.confectio in rotulis.

Morſuli.

℞.Amygdal.dulc.℥vj.
Pinear.
Piſtacior.an.ʒij.
Zinziberis.ʒj.
Cinamom.ʒij.
Galangæ.
Caryophyll.an.ʒß.
Nucis Moſchatæ.
Macis,an.℈j.
Cardamom.
Cubeb.an.℈ß.
Incid.hæc omnia craſſo modo, & add.
Pulu.zinziberis alb.ʒj.
Sacch.albiſſ.℥viij.
Diſſoluatur ſaccharum in aq. cardui bened.q.ſ.affuſis:
Ol.cinamom.gutt.v.
Macis gutt.ij.
Miſc.f.confectio in morſulis.

Pul. ſtomachalis.

℞.Zinziberis albi mundi.
Calam.aromatic.mundi.an.℥ß.
Cinamom.el.ʒv.
Galang.ʒiij.
Cardamom.
Zedoar.an.ʒjß.
Caryophyll.
Nucis Moſchatæ an.℈iiij.
Macis.
Cubebar. an ℈ij.
Liquirit.ʒij.
Confect.aniſi.
Confect.carui.
Fœnicul.
Coriand.an.℥ß.

Aromata incidantur craſſo modo, & admiſceantur confectiones vnica ſaltem ſaccharacea tunica obductæ, f.Trag.

℞.Extract.calam.aromat.℈j.
Lig.aloës g̃.iij.
Saccha.albiſſ.℥iiij. diſſol. aq. card. bened.& cinamom.q.ſ.f.rotulæ.
℞.Extract.galangæ ℈j.
Corall.rub.præparat ℈j.
Sacchari albiſſimi ℥iiij.
Diſſol.aq.meliſſæ q.ſ.affuſis:
Ol.cinam.
Macis.
Anthos an.gutt.j.
Miſc.f.rotulæ.

Aq. vitæ.

Quia vero illa imbecillitas ventriculi diuturna fuit,& pertinax eſſe videtur, ſingulari cura optimo vini ſpiritu maxime efficacium ſimplicium pro roborando ſtomacho, vires extrahi curaui ſub forma Aquæ vitæ, vt facilius penetret,& in ſtomacho calefaciat. Nihil vel gutturi nocebit, nec moleſtiã ſtomacho creabit, quæ vere faciunt cæteræ aquæ vitæ. De hac interdum mane paululam ſumat V. C. cum noctu inflationes grauius infeſtarunt, & addat ſuccum ex zinzibere cõdito, vel corticibus arantiorum. Mirifice calefaciet ventriculum. Quoties autem vno vtitur V.C. cætera interea intermittat. Eſt autem deſcriptio eiuſmodi:

Aqua vitæ ſtomachalis.

℞.Cinamom.℥ß.
Galangæ.
Zedoariæ an.ʒij.
Lign.aloës.
Calam.aromatic.an.ʒj.
Caryophyll.
Macis.
Cardamom.vtriuſq.
Nucis Moſchatæ.
Sem.citri an.℈j.
Santal.citrin.ʒß.

Spiritus vini multipliciter rectificati, ſic vt omnem raucedinem exuerit lb.j. ß. Stent in infuſione per triduum, vt vis aromatum extrahatur. Poſtea colentur, & addantur:

Syrupi de cortic.citri.
Miuæ cydonior.an.℥ij.ß.
Miſc.f.in modum Aquæ vitæ.

Poteſt V.C. etiam foris iuuare ventriculum appoſito hoc ſacculo ſtomachali ſicco, ſed calefacto, hora vna vel duabus ante prãdium, in latere calido, qui vino aſperſus ſit, & calide applicetur vſque ad cibi tempus. Tum enim demitur, atque ita cum interna, externaque auxilia conſpirant, præſentius commodum eſt. Formula eſt eiuſmodi.

Sacculus ſtomachalis.

℞.Calam.aromatic.℥ß.
Galangæ.
Cortic.citr.
Cortic.arantio.
Bacear.lauri.an.ʒij.
Nucis Moſchatæ nu.j.
Caryophyll.ʒß.
Sem.aniſ.ʒiij.
Fœnicu.
Cymin.an.ʒjß.
Herb.menthæ criſpæ,m.j.ß.
Origani.
Abſinthii an.m j.
Betonic.
Maioran.
Roſar.rub.an.m.ß.

Ex conquaſſatis & prius inciſis, f. ſacculus ſtomachalis ſ.a.interpaſſetur.

Cum ventriculus nimium refrigeratus eſt, ſolent interdum linteum aquæ vitæ imbutum imponere, quæ omnia foris atque intus ventriculo ſuccurrunt, oſtendunt autem ſeſe præterea & alia ſymptomata, quorum debet haberi ratio. Infeſtant ſæpe inflationes

tiones vehementes & ſubitæ, tum magno cruciatu. Ad illas diſſipandas prodeſt ſuccus viridis de extracto cardui. De eo V. C. cochlearia duo ſumat, admiſta aqua cinamo. quoties opus eſt. Deſcriptio eſt eiuſmodi.

Ad diſſipandas inflationes.

℞. Extract. Card. benedict. ʒj.
Veronicæ.
Meliſſ. an. ℈. iiij.
Sacch. albiſſ. ℥v. diſſol. aq. Card. Mariæ, affuſa aq. cinam. ℥j. Miſc. f. in modum ſyrupi.

Quod ſi inflationes nimiæ non ſunt, vtatur V. C. præſcripto puluere ſtomachali, qui & ipſe flatus diſſipat. Interdum etiam frigus circa præcordia ſentit V. C. maxime veſperi, & metuit noctem difficilem, aut caput male habere, tum V. C. edat particulam zinziberis, quod calefacit os ventriculi, & capiti prodeſt, modo ne nimis ventriculus pituita oneratus vim eius inhibeat, quod cum fit, euomere rectius eſt. Poſt vomitum ſi caput debilitatum eſt, & vertigo redit, tum reiecta pituita, vtatur V. C. cytoniato cum aromatibus, quod ventriculum calefacit, & claudit & aſcenſum vaporum impedit. Nam ſi ante vomitum cytoniatum ſumeretur, flatus retinerentur, & diſtenſio augeretur. Quod ſi debilitas ſequitur, præſcripſi morſulos de citro, & ſuccum ipſum, quæ & multum proſunt, & ſuauia ſunt. Porro ſi medicamenta facere officium ſuum debent, ratio habenda eſt ventriculi, qui cum debilitatus ſit, nõ debet copia grauari, aut turbatione diætæ affligi. Ideo neceſſario vitandi ſunt cibi frigidi, viſcidi, lenti, crudi, ſale conditi, fumo indurati piſces, & carnes, ventoſi, ferina caro vetuſta, omnes denique duri cibi, dum & quæ ſeroſam humiditatem gignunt, vt fructus horarii, ceraſa, fraga, poma, lactuca, caro porcina & pinguia. Caro aquatilium, anatum, anſerum, piſcium in lacubus & piſcinis, carpiones, anguillæ, paſſeres, inteſtina animantium, & quicquid lentum ſuccum habet. Vertiginis ratione intermittendi ſunt cibi fumoſi, vt ſinapi, eruca, copæ, braſſica, acetuſa, lac, piſa, cancri, maxime cum ſalubribus cibis abundemus, qui facile concoqui poſſunt, & minus ſucci crudi poſt ſe relinquunt, vt oua recentia, gallinæ, capi, auiculæ, caro veruecina, columbæ, funduli, lucii, percæ, auratæ, &c. Inter legumina hordeum, ptiſana, & alia multa, & V. C. obſeruet, qui cibi proſint, qui obſint. Verum etiam ſani cibi corrumpuntur in magna varietate, vno in prandio vel cœna, ſi piſces carnibus miſceantur, & variis iuribus incoquantur, vnde inæqualem ſuccum fieri neceſſe eſt, & ſanguinem inæqualem, aptum putredini. Vnde mirantur, poſtea morbos varie oriri. Et quamuis aliqui hoc ferant abſq; incommodo, tamen non omnes id poſſunt; qui paucis contenti ſunt puriorem ſanguinem, & minus excrementorum colligunt. Selimus Turcarum Imperator, qui Indiam & Ægyptum occupauit Anno 1517. Solymanni Pater, de vno tantum ferculo edere eſt ſolitus, & ante cibum corpus exercuit, ea moderatione hoc obtinuit, vt nunquam ægrotarit, donec diuinitus eo loco periret, quo Patrem antea veneno ſuſtulerat. Verum vbi multa apponuntur fercula, illa cautio eſt adhibenda, vt famem ab vno maxime conuenienti ſedemus. Quod ſi ſic ſatis factum non eſt ſtomacho, de cæteris minus ſalubribus decerpi aliquid poteſt parcius, ita appetitui obſequium fit ſine incommodo. Eadem imbecillitas etiam in potu cautionem magnam poſtulat. Vinum bibat V. C. purum, ſyncerum, mediocre & generoſum, quod coctiones iuuet, ſed moderate propter caput bibatur, addita cereuiſia defecata, & diuretica, quæ caput non repleat. Inflat minus vinum, quam cereuiſia, maxime ſi recentes & nondum defecatæ ſint. Vina medicata vtilia ſunt, de abſinthio meliſſa, carduo, & quia vim remedii habent, ideo, vt remedia, parce vſurpanda ſunt, nec vnum hauſtum excedat. Etſi autem multum facit ad ſanitatem cibi potusque ſalubritas, tamen vt hæc etiam ventriculo ſuccurrant, etiam hoc accedere oportet, ne oneretur ventriculus, & plus ſumat, quam poteſt concoquere. Eſt alias in V. C. ſtomachus frigidior & debilior, vt pituita indicat, & acidi humores colliguntur in eo, qui nimium appetitum excitant, & per ſe ea natura eſt eorum, qui frigidum ſtomachum habent, vt acidam ariditatem, auide appetant, & deglutiant; ſed negligenter digerant. Vnde malos ſuccos fieri neceſſe eſt, ſicut ex farina panis probus non poteſt confici, ſi grana vitium habẽt ex tritura. Ergo vt hæc mala mitigentur, imperet ſibi modum V. C. nec nimis indulgeat ſtomacho, ſed ante ſaturitatem deſinat, & quia noctu compreſſio maior eſt, accedente etiam cruditate à prandio relicta, cœna ſit parcior prandio, iuxta antiquum verſiculum:

Diæta.

Varietas ciborum vitanda.

Imperatoris Turcici laudabilis diæta.

Vina medicata parce vſurpanda.

Vt ſis nocte leuis, ſit tibi cœna breuis.

Et ſane in ea ſententia, inſtituta legitima diæta & vſurpatione matutina eorum, quæ ventriculum roborant, ſperari poſſe magnam iſtorum moleſtorum ſymptomatum mitigationem. Certe ciborum quantitatem calor ſuperet neceſſe eſt; ſi contra fit, pituitæ prouentus ſequitur. Præterea ventricu-

lus certo tempore cócõctioné perficit, cum tonum ſuum ſeruet, & ordinem in digerendo, non minus, quam horologia, & ſi ſpacium legitimum ei conceditur, laborat, vt debet, & excrementa non colliguntur. Sed ſi ſatis iuſta mora non conceditur, intermittit operam ſuam, aut facit quantum poteſt, ſicut opifex qui præcipitare labores ſuos cogitur, negligentius omnia facit, nec tam accurate omnia perficit. Nam qui vni inſiſtit, rectius agit, quam qui ad multa diſtrahitur. Igitur plurimum prodeſt ventriculo, ſi nouo cibo non oneratur, priuſquam prior confectus ſit, & multorum morborum fomes præcauetur. Etſi autem multi fiducia ætatis, & virium ſuarum liberius peccant, non eſt tamen idem debiliori ſtomacho concedendum, quod robuſtiori & valentiori. Nam tandem periculo ſuo experiuntur iſti incommoda ſuæ intemperantię, cum in periculoſiſſimos morbos incidunt, quorum cauſa tunc extiterunt.

Aluum mouentia.

Ad eam rem illud etiam vtile fuerit præmittere cibos molliores, vt ſpinacbia, pruna, poma cocta, & ſequantur duriores: id aluum ex ordine mouet. Quod ſi ordo hic inuertitur, & duriores primum, molles poſtea ſumuntur, & ingeruntur cruda poſtremum, vt ceraſa, & alia, corrumpuntur molles in ſtomacho, antequam duri coquantur, & iude fit acida pituita cum flatibus. Hæ regulæ de diæta, quamuis exiles videntur, plurimi tamen ad ſanitatem tuendam momenti habent, adeo, vt qui modum, ordinemque in cæteris ſeruant, etiamſi inſalubribus cibis veſcuntur, tamen minus lædantur, quam qui in victu ſalubri intemperanter viuunt, & leges nullas ſequuntur. Denique omnia eo referenda ſunt, vt vires ſtomachi conſeruentur, coctio iuuetur, flatuum fomes ſubducatur, pituita & compreſſio ſupprimatur. Poſt diætæ leges in victu alia etiam præterea obſeruanda ſunt, quæ valetudini, & coctionibus ſeruiunt, vt exercitia, alui euacuatio, & ſomnus.

Exercitia ante cibum.

Quod igitur V.C. mane negotiis occupatur, peregrinatur, & corpus commouet, id ſanitati V.C. plurimum confert, & excitat ſtomachum. Motus enim matutinus ante cibum naturalem calorem excitat, ſicut cum exiguus ignis flabello ſuſcitatur, exhalant etiam per poros totius habitus multi vapores moleſti, quibus diſſipatis corpus vegetum redditur, contrarium vero otioſis euenit. A cibo autem grauibus rebus occupari aut exerceri prorſus inutile, cũ ita coctio turbetur, & vapores in caput agitentur, cibus præcipitetur intempeſtiue è ventriculo in membra nondum coctus, vnde obſtructiones & varii affectus oriuntur. Aluum laxam ſeruare, & capiti & ventriculo eſt vtile, & membra excitatiora & agiliora ſiunt depoſito onere. Nam ex retentis alui fecibus fætidi halitus eleuantur ſurſum, & ſtomacho atque capiti aduerſi ſunt. Quod ſi non ſponte aluus ſoluitur, laxati vel cibis poteſt humidioribus, vel clyſtere, quod pituitam etiam detraheret inteſtinis, vel ſi non ſatis id eſſet, potio ſupra præſcripta ſumi poſſet. mane lotio profuerit in balneo, quo ſuperflua, & quæ in corporis habitu hærent, & motu non reſoluuntur, per ſudorem diſſipantur. Poſtremo magnam vim affert ad valetudinum retinẽdam ſomnus moderatus. Nam quæ diurno tempore non concoquuntur, ea nocte digeruntur calore coacto ad interiora. Atque hæc quidem ad primi mali auerſionem, ſcilicet inflationis ventriculi, & vomitus, ſufficiant.

Vertiginis cura.

Quod ad ſecundum ſymptoma attinet, nimirum, vertiginem, & ea pericula auertenda, quæ ex capitis repletione oriri ſolent, quatuor facienda ſunt: Primum cauendæ cauſæ omnes caput fumis replentes, aut humores irritantes. Deinde ſi humores abundant in capite, vt auertantur, vel educantur. Tertio, vt vapores diſpergantur, & abſumantur, & caput corroboretur. Quarto vt pro vertigine & apoplexia quædam præſeruantia adhibeantur.

Caput replet maxime ſomnus meridianus & potus à cœna.

Primum autem nihil æque caput replet, quam ſomnus meridianus, & potus à cibo maxime à cœna. Nam in ſomno poſt cibum crudi & craſsi, ac tenebroſi fumi omnes in caput tendunt, ea copia, qua ex fumo, in quo humida ligna fumant, & ita caput plenum fit vaporibus, & grauatur totum corpus, fit homo triſtior, imminet vertigo, & apoplecticum quiddam.

Siccioribus non adeo ſomnus meridianus inconueniens.

Et quamuis ſiccioribus naturis non eſt ſomnus ille meridianus inconueniens, non tamen iis prodeſt, qui plurimum alienæ humiditatis in ventriculo habent, & multum intereſt inter fumos à ſiccis, & ab humidis lignis. Deinde ſi à cibo frequenter potus frigidus infunditur, & hiat ſtomachus, etiam ſic exhalant multa. Maxime autem potationes antę ſomnum, & protracta conuiuia ventriculo & capiti peſtifera ſunt. Non enim claudi poteſt ventriculus, quo hiãte, ſi ad ſomnum nos componimus, quid aliud, quam capitis repletio, & catarrhi conſequentur? Tum ipſa etiam vertigo moleſtat. Augent hoc malum grauia negotia & ſollicitudines, ſtatim à cibo ſuſceptæ, maxime ſi acceſſerint cibi fumoſi, & potus largior. Hæc vitet neceſſe eſt, qui caput carere catarrhis, & à vertigine liberati cupit, itemq; ea, quæ plethoram capitis & vertiginẽ commouent, vt ſunt vehementes cõmotiones animi, ira grauis, triſtes phan-

phantaſiæ, melancholicæ imaginationes. Auertendus etiam frigidus aër, venti, aët nubiloſus, & craſſus, certe frigus capiti & neruis obeſt plurimum. Ideo qui morbos neruoſos metuunt, iis recte conſulitur, vt caput, collum, pedes, & ventriculum diligenter à frigore muniant, nec in frigidiuſculo aëre ſe nudent ſubito, maxime cum à calido loco egreſſi ſudare cœperint: noctu radios lunares caueant, ſicut de die ſolares, quoniam & hæc caput replent, & vertiginem ac catarrbos commouent. Secundo: Quod ſi vapores & repletio capitis collecta ſit, pillulis ſupra præſcriptis occurri poteſt, & copia minui; aliquam etiam partem per nares educere puluere de nigella, addita aqua maioranæ vt diluatur puluis, & in nares attrahere ante cibum bis, & ita emungere nares licet: ſi puluis nimis fortis ſit, ſola aqua vſurpari poteſt. Deſcriptiones ſunt hæ:

Radii Solares & Lunares caput replent.

Errhinon.

℞. Nigellæ Romanæ per diem & noctem in aceto infuſæ, deinde exiccatæ, & pul. ʒj. ß. det. in pixi.

℞. Aq. maioran.
Sambuci an. ℥j.
Miſc.

Tertio, ad diſſipandos vapores mane caput lauetur interdum herbis infra ſcriptis in lixiuium impoſitis & expreſſis, capite poſtea ſiccato calidis linteis:

℞. Fl. ſtœchad.
Fl. lauendulæ.
Anthos an. p. j. ß.
Spicæ Indicæ ʒj.
Rad. aſari ʒ iij.
Fol. ſenæ ʒ ij.
Agaric. ʒj.
Herb. betonicæ.
Verbenæ an. m. ß.
Maioran. p. j.
Conquaſſ. dentur in charta pro lixiuio.

Proderit & hoc pomum odoriferum, quod ſequitur, ſi odor mane & veſperi excipiatur naribus. Nam odor ille exiccat, & vapores diſſipat, & caput roborat.

Pomũ ambræ.

℞. Ladani puri ℈ ij.
Galliæ Moſchatæ ℈j.
Lig. Aloës.
Storac. calamit. an. ℈ ß.
Maſtich.
Thuris maſculi.
Vernicis.
Coſti amari an. g̃. v.
Ambræ.
Moſchi an. g̃. j.

Pulu. ſubtiliter, & cum mucillagine Tragac. extractæ cum aqua maioranę f. pomum ambræ.

Valde præſtans pro capite & ventriculo roborando eſt iſta confectio, qua cum cæteris vti V. C. poterit, ſed per vices quantitate iuglandis, mane: ſuauis eſt & efficax, & caput ac ſtomachum à multis morbis præſeruat. Et autem hoc.

Caput roborans confectio.

℞. Chebul. condit.
Zinzib. Indici condit. an. ʒ v.
Calam. aromat. condit.
Cortic. citri condit. an. ℥ ß.
Arantior. condit. ʒ iij.
Eringii condit. ʒ v.
Nucis Moſchatę Indicæ condit. ʒ ij.
Rad. bugloſſ. condit.
Cichor. condit. an ℥ ß.
Confer. anthos.
Fl. pæoniæ.
Meliſſæ an. ʒ ij.
Pulu. Euphraſiæ ʒ j.
Cinamo. incil. ℈ j.
Macis inciſ. ʒ ß.

Conditis, & aromatibus, craſſo modo inciſis, miſceantur omnia ſimul.

Poſtremo, quod attinet ad vertiginem & metum apoplexiæ, proderit hic puluis pro vertigine moleſtante.

Puluis pro vertigine.

℞. Pul. Euphraſiæ cum floribus. ℥ ß.
Macis aceto præpa. ʒ j.
Coriand. præpa. ℈ iiij.
Betonic. ℈ j.
Cubebar. ℈ ß.
Saccha. candi ʒ vj.
Miſc. f. puluis.

De hoc ſumitur mane drachma vna, vel ita ſicce, vel in turunda panis, aut ouo ſorbili, aut cereuiſia cocta. Item fœniculum prodeſt ſacchato obductũ, mane maſticatum. Nam vapores diſſipat, & preſeruat à vertigine, & viſum acuit. Pro apoplexia autem, quam Deus auertat, ſi quæ indicia ſeſe oſtẽderint, proderit hic puluis.

Puluis in metu apoplexiæ.

℞. Succini albi præpa. ʒ ij.
Rad. pæoniæ.
Specier. Diarrhod. Abb. an. ℥ ß.
Miſc. f. puluis.

Huius ſumitur drachma vna ſingulis menſibus die ſequente nouam lunam, cum aqua vitæ, ſeu ſpiritu vini. Quod ſi ſemel hoc remedio quis vſus fuerit, continuare debet die nominato, & ita tandem ab apoplexia, multisque aliis ſymptomatibus corpus liberabitur. Hæc mea eſt Illuſtriſ. Princeps de nominatis illis ſymptomatibus, compreſſione ſtomachi, & vomitu ſententia, & quomodo illis ſuccurri poſſit, ut quæ ad prius illud malum ſequuntur. Nihil autem magis optarem, quam V. C. ita habere ſuæ valetudinis rationem, eamque cautionem in tractando ſtomacho inſtituere, vt auxiliante Deo, in-

tegram ſuam valetudinem, recuperare poſſit, quem oro, vt his remediis benignitate ſua adeſſe, & ea fortunare velit. Quod ſi deinceps etiam aliquid mea opera in ſuæ valetudinis tuitione vti voluerit C. ipſius, faciam id promptiſſime & ſtudioſiſſime. Anno, 1578.

In dolore oris ventriculi,

D. Ioh. Nævii

CONSILIVM CXIIII.

SNon mihi hoc ſumo, clariſſimi & prǽſtantiſſimi domini Doctores, vt vos in arte Medica eximie verſatos, & exercitatos docere velim, cum veſtra doctrina, & in facienda medicina experientia, mihi ſatis ſit comperta. Quapropter non fuiſſet opus, vt meam operam implorare debuiſſetis, ſed cum ſciam nos communibus noſtræ artis vinculis adeo iunctos, vt non deceat præſtantiis veſtris aliquid denegare, vel maxime ob prudẽtiſſimi Domini conſulis veſtri inſtantem imbecillitatem, quem reipublicæ veſtræ caput eſſe, ac patronum ſcribitis, aperiam vobis breuiter, quæ mihi in hoc caſu agenda videntur, tametſi non reiiciam ea, quæ a prudentiis veſtris docte ac bene ſunt acta. Caſus prudentiſſimi Domini conſulis, quantum ex literis veſtris colligere poſſum, Dolor eſt oris ventriculi, ventriculum etiam ipſum vna infeſtans. Eius vero cauſam cruditatem, partim ex mala concoctione, partim ex intemperie frigida contractam eſſe autumo, cum aliqua etiam obſtructione venarum paruarum, quas Meſaraicas ſcholæ vocare conſueuerunt. Atque vtinam non defluerent etiam à capite deſtillationes in ſubiectum ſtomachum, ventriculumq; quæ à calore naturali penitus & ab integro non conſumptę, in flatus vertuntur. Sed quęcunque tandẽ ſit cauſa, mihi dolor ille flatuoſus eſſe apparet, idque ex illo argumento, quod ſæpius, vt literæ veſtræ teſtantur, abit & redit, & maxime cum noctu poſt primum ſomnum inuadat. Nam ſi ab humoribus craſſis principaliter depẽderet, duraret diutius. Præſagium etiam bonum eſſe non poteſt, propter conſenſum membrorum principalium, ſtomacho per neruos & arterias conſentientium, vt nouerunt prudentiæ veſtræ. Itaq; omni diligentia laborandum eſt, vt dolor cum primum ſedetur, cum ex maxime reſoluẽtibus facultatem vitalem dolor ſit & fœtor, vt ſcribit Auicẽna, & alii medici. Curatio vero huius morbi duplici intentione perficitur: Prima eſt vt principaliter cura dirigatur ad occaſiones & paroxyſmos releuandos. Secunda, vt lenito dolore, & virtute roborata, ad cauſas procatarcticas, & etiam propinquiores tollendas curatio inſtituatur. Quod ad primam intentionem attinet, aluus clyſtere, flatus reſoluente ſtatim eſt tentanda, quo facto, vomitus prouocandus erit, & maxime ſi vomere ęger facile poterit, ſin minus per os catapotia de hiera ſimplici, aut pillulæ alephanginæ dictæ, ſunt exhibenda, vt venter apertus ſit. Quo aperto exhibere ſoleo duo aut tria cochlearia ſequentis decocti, & maxime illis, qui ventriculo frigido præditi ſunt.

Cauſa.

Doloris & fœtoris vis.

Cura.

℞ Zedoar. el.
Galangæ opt. an. ʒ ij.
Baccar. lauri ʒ j.

Decoctum in ventriculo frigido.

Incidantur, & parum contundantur, & coquantur in ℔. j. vini Rhenani albi limpidi ad conſumptionem tertiæ partis, de colatura exhibeo pro vna vice duo aut tria cochlearia, vt dictum eſt, ſingulis duabus aut tribus horis, & ſæpenumero ægris in hoc caſu profuit. Si vero æger valde calidi eſt epatis, addo aliqnid aquę cichorii. Ab extra facere ſoleo fomenta ex herbis & ſeminibus flatus carminantibus, & ventriculum roborantibus, quæ ſpongia noua, vel veſica bouina, ſacculi vice calida ventriculo, atque etiam ſtomacho applicare conſueui, quibus ademptis ipſum ſtomachum, cum ipſo ventriculo, oleis & vnguentis flatus reſoluentibus foueo. Nam externa remedia, quæ topica vocari ſolent, in hoc caſu minime ſunt negligenda, quoniam non parum inde auxilii ſæpius ſenſerunt ægrotantes. Quod ſi nec talibus remediis ſedari dolor potuit, & aluus ægrorum clauſa fuit, exhibui talem bolum.

℞ Elect. de dactylis ʒ iij. ß.
Philon. Roman. ℈ ij.
Miſc. & eſt vna doſis.

Opiatum Lud. de Leonibus.

Sedat enim dolorem ſomnum prouocando, & ſuccos malos in ventriculo contentos, dolorem illum mouẽtes, ſecum educit, vt ſępius ſum expertus, etiam cum commodo ægrorum, & fuit olim ſecretum medicamentum Ludouici de Leonibus, præceptoris mei colendiſſimi Bononiæ. Si vero vna cum dolore aluus reſpondet ægroto, & dolor nihilominus intolerabilis angit ægrotũ, ſequenti potione non ſine fructu vſus ſum.

℞ Decocti ſuperioris ex Zedoaria & galang. facti ℥ ij. ß. vel ℥ iij.
Philon. Roman. ʒ ß.

Potio.

Miſc. diſſoluendo, & propinetur ægro calide. Videbitis clariſſimi domini Doctores, Dei auxilio, ægrum melius habiturum, nec eſt quod vereamini frigiditatem opii & aliorum ingredientium. Nam emendatur caliditate

ditate aromatum. Ad intra exhibeo confectionem ex ſpeciebus aromatici [illegible] Gabrielis, & Dianiſi æquali pondere factam. Nec diſplicent confectiones diatrion pipereon, diagalãga, & zinziber conditom, quas exhibuerunt præſtantiæ veſtræ. Nam & illæ ad rem faciunt. Cerata etiam ventriculo, atque adeo eius ori appono, quæ ex emplaſtro de baccis laori conficiontur, atque ita in curatiooe pergo, donec ſedatus dolor fuerit. Aquam etiam ex cinamomo noſtro factam quandoq; propioo.

Praſeruatio.

Mitigato dolore ad cauſas morbi tranſeo, quæcunque ſit illa. Humores ſi ſunt in ventriculo collecti, oxymelite ſimplici, & melle roſato concoquo, quandoq; aliquid addo ſerapii de abſinthio, cum paucis aquis ſtillaticiis huic inſtituto congruentibus. Nec vtor ſyrupis multum aperientibus, cum morbi cauſa in veotriculo ſit congeſta. Si vero deſtillationes morbo materiam præbere videntur, addo illa, quæ deſtillationem in cerebro digerunt & concoquunt. Succis ita concoctis cataporia de hiera ſimplice ſiue de aloë & maſtiche offero, aut coofectionem diaphœniconis, cum eius operatio ſententia Medicorũ iecur non traoſcendat.

Diaphœnicon iecur nõ tranſcendit.

A fortioribus medicamentis ſemper abſtineo, ne à remotioribus corporis partibus ſucci in ventriculũ deriuentur. Ad intra confectiones offero ſtomachicas, præterea & electuaria, & pulueres ventoſitates carminantes. Fomentis ſiccis & madidis ad ventriculum & os eius, perpetuo vtor. Cerota præterea conuenientia adhibeo. Aluum indies nunc peſſulis, nunc catapotiis pręſcriptis reſero. Victus etiã rationem conuenientem inſtituo & præſcribo. Et plus vini in hoc morbi genere concedo, quam cereuiſiæ, cum ventriculum infrigidet magis & flatus moueat generetque. Hæc ſunt præſtantiſſimi domini Doctores, quæ in curandu hoc affectu ægrotantibus exhibere ſoleo, &, Dei ope, multos ex hoc malo liberaui, quæ tamen omnia iudicio veſtro ſubmitto emendaoda. Plúra potuiſſem addere, niſi ſciuiſſem prudentias veſtras in arte Medica nõ vulgariter exercitatas & inſtructas, quæ omnia illa in melius diſponere poſſuot, pro mea tamen tenuitate non dubito, ſi illa prudẽtiæ veſtræ domioo Conſuli, de Republica & vobis omnibus beoe merito, ea ratiooe obtulerint, & maxime ſi per imbecillitatem fieri poterit, fore vt Deo clementer adiuuante melius ſit habiturus. Quod concedat vobis omnibus ſummus ille Medicus dominus ooſter IESVS CHRISTVS, ad ſui oominis gloriam, & ad recuperandam ſanitatem optimi domini Conſulis ægrotaotis, Amen. Reſcribe quæſo quem fructum ex illis medicamentis domious Conſul conſecutus ſit. Et ſi illa non conferaot, de thermarum vſu cogitare poterimus. Salutem opro omnibus vobis cum familiis veſtris. Ocyſſime ex arce Dreſdenſi. 5. Cal. April. anno Domini 1567.

In dolore, & inflatione ventriculi,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CXV.

ÆGRVM noſtrum dolor, & inflatio ventriculi ſollicitant, tum temporis præcipue, cum coctio celebratur; præterea in hepate, & in hypochoodrio ſiniſtro, non leues obſtructiones ſentiuntur. Horum affectuum cauſæ ſunt iouestigandæ; Dolor, qui potiſſimum in ore ventriculi reperitur, fit à ſolutione vnitatis, euius cauſam putamus eſſe non ſolum intemperiem, ſed etiam materiam qoandam præter naturam.

Cauſa doloris.

Quo ad intemperiem, hæc eſt frigida & ſicca; vt teſtantur ſymptomata, quæ continuo producuntur, & errores in victu antea commiſſi.

1. Ventriculi intemperies.

Iam enim & antea quinquennium valde in victu deliquit, & quod peſſimum, immodica venere vſus eſt, qua robur neruorum maxime diſſoluitur, & præcipue ventriculi. Accedit quod aquas D. Petri bis, diuerſo tamen tempore, potauit, è quibus non parum emolumenti percepit primis diebus, tandem calefacto ventriculo, macies totius corporis ſubſecuta eſt, & ſitis. Hæc de dyſcraſia. Quo ad materiam, quæ concurrit ad gignendum dolorem & fluctuationem; hæc alia non eſt, quam ſuccus pitoitoſus crudus, qui in ventriculo ortum ducit, labefactata facultate, ob intemperies iam dictas, ob quas cibus non, vt par eſt, alreratur & comprehenditur.

2. Materia pituitoſa.

Cum ergo ventriculus producat chylum crudum & pituitoſum; fit, vt calor debilis agens in materiam, non optime elaboratam, ob ea eleuet flatus, qui diſtendendo ventriculi tunicas inflammationem excitant, & dolores, qui ægrum præcipue poſt cibum inuadunt, quia coctio co tempore celebrari incipit. Dolor etiam magis oceupat os ventriculi, quia hęc pars maxime eſt ſenſilis. Hæc eadem materia pituitoſa, & cruda, cum citius, quam par eſt, à iecore rapiatur, & non poſſit in optimũ ſanguinem mutari, producit obſtructiones in ambobus hypochondriis, præcipue autem in iecore, in euius regione maior tenſio & durities perſentitur. Quod ſi durities hæc inualeſceret, poſſet fieri, vt ſcirrboſi affectus producerentur.

Indicationes.

Indicationes.

Ventriculus calefaciendus & humectan

dus: materiæ in ipſo contentæ craſſæ & viſcidæ, ſunt incidendæ & abſtergendæ: præterea cauſæ obſtructionū auferendæ, viæq; aperiēdæ habita ratione ptius vniuerſi. Scopis his difficulter ſatisfieri poteſt: quia malum altas radices egit, & quia eſt intemperies ventriculi ſicca, omnium intemperierum difficillima. Sed ſpes adeſt, quia æger eſt iuuenis, nondum expertus medicamentum generoſum, & obſequium pollicetur.

Prognoſticon.

Curatio.

Quo ad chirurgiam cum iam hyems accedat, & corpus exiccatum ſit, nil de venæ ſectione dicam. Euacuatio per hirudines ex hæmorrhoidibus non parum prodeſt. Fonticulum haber in crure, quem gerit: nec alterum in præſentia aliis in partibus inuri neceſſarium videtur, cum præſertim paſſio hęc rheumatica non ſit. Quo ad pharmaciā, leniatur aluus molle roſ. ſol. & manna. Humores præparentur melle roſato ſimpl. & ſyr. de mentha, cum decoct. horrag. beton. menthæ, origani, & cich. Hæ enim decoctiones in iuribus vituli, vel pulli conficiantur: quia in omnibus medicamentis ſemper humectantia ſunt ponenda. Purgetur corpus leui purgatione, vnde ſufficit agaricus ſolum in parua quantitate, addito ad infuſ. melle roſ. ſol. Et potius repetēda erit purgatio mitioribus his medicamentis, quam grauioribus vtendum. His peractis deueniendum ad generoſum aliquod pręſidium, quo ſimul & ventriculo & iecori proſpiciatur.

Decoctum iuris galli.

Sumet ergo per 15. vel 30. dies, decoctum ē iure galli, in quo ſint cocta ea, quæ habent vim calefaciēdi, humectandi, obſtructiones tollendi, & ventriculum adſtringendi, vt orig. mentha, beton. radix aſparag. filix agrimon. hyſſopus & ratione humectationis radix maluę & altheę. Huius decocti quolibet mane ſumet ℥ vij. Aliud generoſum pręſidiū eſt ſtillicidium olei medicati, cui ventriculus per horam ſubiici debet: oleum autē fiat: ex oleo de maſtic. de amyg. dulc. & mentha. cum pulu. cinamom. beton. maeis, landani, caryophyl. nucis myriſticæ. Et hæc olea pulueresq; coquantur cum vino albo dulciſſimo, ad conſumptionem vini, deinde oleum ad inſtillandum ſeruetur. Ex iiſdem oleis ac pulueribus addita ſolum cera noua, confici debet ceratū, quod ſupra ventriculum ſemper geſtari debet. Et quoniam longo tempore contracta non poſſunt cito ſolui, ideo hac hyeme mane ſumet decoctum ligni guaiaci, relicta ſalſa: ſic enim calefiet & roborabitur ventriculus. Et fiat decoctio cum iure vituli vel pulli, vt ventriculus ſubſtantifice humectetur. In vltima autem ebullitione ponatur aliqua portiū mēthę & macis. doſis eſt ℥ viij. Tranſacta hac hyeme experietur, quantum remedia ſibi contulerint, & tunc præſens ſtatus medicos admonebit, num ad maiora præſidia ſit deueniendum, nec ne. Quod ad victum obtineat ab aere frigido. Ventriculum foueat ſemper vel pelle vel purpura. Noctu, catellum iuniorem, vel puellum, qui facile non ſudet, apud ſtomachum manere curet. Cibus ſit εὔχυμος, εὔπεπτος. Caueat à piſcibus, à leguminibus, a lacticiniis, à carnibus craſſi ſucci. Vinum ſit medicamentoſum, è beton. mentha, roremar. ſaluia, quæ in eo bulliant. Exercitium ſit moderatum, ne magis exiccet. Cauendæ vigiliæ immodicæ. Vitet curas. Abſtineat à venere. Aluus ſeruetur lubrica.

Stillicidium ex oleo medicato.

Ceratum ſtomachale.

Diæta.

In ventriculi dolore cum vomitu.

D. IOH. NÆVII

CONSILIVM CXVI.

SProlixiores tuas literas, elegantia verburum atque humanitate refertas, clariſſime domine Doctor, accepi, ex quibus intellexi Nobilem dominum variis morbis ac ſymptomatibus laborare, quæ certe multis ac præclaris remediis à te exhibitis ſanari non potuerunt. Itaque prudentiam tuam ægrotum tuum monuiſſe, vt & meum exploraret auxilium. Sed, mi doctiſſime domine Doctor, quid me abſentem facere poſſe putabis, cum tanto labore ac diligentia tu præſens, vt ſcribis, parum proficere potueris? Quapropter etſi decreueram apud me tabellarium illum tuum abſq; meo reſponſo potius ad te remittere, quam audire ab ægroto & adſtantibus meum conſilium illi minime profuiſſe, tamen vt vtriq; veſtrum gratificer, aperiam, quæ in retinendo vomitu ægrotis meis exhibuerim, iis, ſi placet, tu etiam vti poteris. Dolorem illum ventriculi, vna cum vomitu, à mala quadam intemperie cum materia, vt vocant, dependere, mihi dubium non eſt. Quæ vero ſit materia, quive ſucci, qui ventriculum affligunt, ſcire nequeo, cum de iis in literis tuis nulla facta mentio ſit. Tu igitur pro tua induſtria obſeruabis ſuccorum illorum craſin ad qualitatem, vt illos quandoque concoquere valeas. Et ſi timueris reiectionem medicamentorum per vomitum, vt factum eſt antea, cucurbitulam vnam atq; alteram fundo ventriculi ſine ferro applicabis. Ipſe etiam ventriculo ſequens emplaſtrum admouebis:

In vomitu cucurbitula fundo ventriculi applicanda.

℞. Ol. maſtichin.
de cytoniis an. ℥ ß.
Cruſtę panis aſſati, & in aceto forti per duas horas infuſi ℥ ij.

Spodii,

Emplaſtrū ſtomachale.

Spodii.
Maſtich.
Menthæ.
Corall.rubeor.
Santal.albi & rubri an.ʒj.

Farinæ hordæi q.ſ.ad ſubigendum & f.emplaſtrum. Ligaturas etiam dolorem inferentes brachiis ac pedibus applicabis. Quod ſi nec illis remediis vomitus coerceri poterit, conſulo vt æger pedes ſuos in aquam frigidam ſubito ponat. Ad intra cum cibariis ſuis ſubſequentem puluerem offerendum cenſeo, qui talis eſt:

Puluis in vomitu.

℞.Cortic.citri,
Ligni.aloes,
Sem.coriand.præp.
portulac.
Santal.flaui,
Maſtich. an ʒij.
Redigantur in puluerem, & miſceantur.

Quod ſi nec ille puluis proderit, exhibebis ſequentem puluiſculum, qui:

℞.Pul.ligni aloes ʒij.
Reſeruetur vſui.
Et iterum:
℞.Syr.acetoſit.citri ℥j.ß.

Lignū aloes ventriculo amicum.

De quo ſumat æger ligulam vnam, cui addes pulueris ligni aloes parū, & ægroto propinabis. Ego enim puluiſculum illum in tali caſu non ſine fructu exhibitum fuiſſe noui.

Vomitus biloſus.

Ego etiam quando vidi bilioſos ſuccos cauſam fuiſſe eiuſmodi ſymptomatis, exhibui ſyrupum de ribes, vel loco illius ſuccum ribes, rob vocatum, ſi vero pituitoſos humores hoc accidens commouiſſe comperi, Miuam aromaticam vocatam obtuli.

Pituitoſus.

Ventrem adſtrictum clyſtere leniente aperies, & ſi times læſionem inteſtini recti, ob hæmorrhoidum fluxum, cannam clyſteris inteſtino pulli probe veſtire poteris. Ita enim nihil noxæ inteſtino infertur.

Canna clyſteris inteſtino pulli veſtienda in dolore hæmor.

Quod ſi nec ita aperiri aluus quiuerit, neque per os, neque per inferiora medicamenta exhiberi poterunt, hypogaſtrium vnguento de arrhanita inungas. Inde enim venter tuæ expectationi reſpondebit.

Vng. aluum mouens.

Ventriculus poſtea ab intra & extra roborantibus medicamentis confortetur. Vnguenta etiam & emplaſtra ventriculi orificio, ante & retro ad duodecimam vertebram ſpinæ dorſi, adhibeantur.

Vnguenta ante & retro admou.

Cibus etiam facilioris concoctionis, & ſub paruo pōdere plurimum nutriens offerendus. Nouit iſta genera Prudentia tua melius me ipſo, itaque non iudico neceſſarium eſſe talia enumerare. Quod ad dominum Conſulem apud vos mortuum attinet, lubēs illi, vel ob veſtram autoritatem ac petitionem, atque hominis ſapientiam conſuluiſſem aut inſeruiiſſem abſque omni ſpe lucri: ſed quoniam vt ſcribis doloribus ac mœrore confectus interierit, res ipſa Deo commendanda fuit. Scimus enim ex Ouidio gnomam communem: Interdum docta plus valet arte malum. Vale, vir clariſſime, & me, quod facis, ama. E Dreſda, 6. Iunii, Anno 1567.

In compreſſione oris ventriculi, & ſpiritus quaſi interclusione, pro quodam Nobili iuuene.

D. Ioan. Cratonis
Consilium CXVII.

OMnem rectam actionem Medici rectam cognitionem præcedere oportet. Et veriſſimum eſt illud:

Non intellecti, nulla eſt curatio morbi.

Itaque quid de cauſis morbi tui Medici præſentes exiſtimēt, cognoſcere cupiebam. Vel colligi in ventriculo, vel confluere ad illum humores exiſtimo. De pituitæ, quæ in ventriculo gereratur, corruptione nullum dubium. De affluxu humoris, ſit ne is à iecinore, vel ſplene hæreo. De meatu illo à veſicula fellis, qui miſeros à natiuitate facit, non cogito, neq; bilem copioſe tranſmitti arbitror. Aliquid bilis interdū cum pituitoſo humore miſceri exiſtimo: Vnde pituita illa, quæ reiicitur flaueſcit, & viridis apparet.

Pituita viridis.

Acrem atq; acidum illum humorem è ſplene affluere, & in ſtomacho magis magiſq; corrumpi ſtatuo.

Acris & acidus humor.

Ab hoc ſtrangulationis, acredinis & aliorum ſymptomatū ſenſus excitatur. Itaq; primus ſcopus curationis eſt, ne vel tranſmittatur humor, vel in ſtomacho corruptio fiat. Compreſſionem illam oris ventriculi, & ſpiritus quaſi interclusionem fieri ratione Diaphragmatis, & cauſam habere flatus exiſtimo.

Cauſa compreſſionis oris ventriculi.

Verum ſi pituita, quæ flatuatur, non redundabit, non ita hoc malum moleſtum erit. Itaque neceſſe eſt, vt pituitoſi humoris copia remoueatur, deinde ventriculi intemperies corrigatur. Hunc verum ſcopum attinget, ſi interdum ſolam aloen roſatam ad dimidium ſcrupulum ante cibum ſumet, & rectam victus rationem obſeruabit.

Aloe roſata.

Te ipſum vero iam quid proſit & obſit, animaduertiſſe puto, & ex eo indicationes curandi à præſente Medico peti poſſunt. Mihi cum nihil oſtenſum ſit, quid afferam? In multis, quos acris & acidus iſte humor moleſtauit, talia ſymptomata animaduerti, omnes per vomitum, interdum etiam quaſi ſcreatu ſaltem pituitam, quam deinceps acidus humor conſecutus eſt, maiori difficultate reiecerunt, neque prius finem fecerunt, quam

nigra quædam, vel acida tenuia vacuarētur. Humore electo temperiē ſtomachi bis medicamentis corrigere ſtudui. Cum per anni tempus licuit, thermarum aquas, quæ eluūt, abſtergunt, & roborant ventriculum, bibere iuſſi. Tales multæ ſunt in Italia. Nonnullis acidulas præſcripſi; frequenter ſcobem de cornu, cerui, deſtillatum etiam ex iis, item in primis cornu cerui vſtum. Item raſuram eboris dedi. Item terram Lemniam. Videmus çretam vulgarem, cum in cereuiſiam acidam cōiicitur, acorem tollere. Itaq; in his ſiccis magnam etiam vim eſſe trahendi in certum locum, è quo vacuantur humores non dubites. Nihil iuuerunt inunctiones, purgationes, imo auctū iis malum. Hoc electuarium profuiſſe ſcio:

Aqua thermales.

Creta vulgaris acori cereuiſia tollit.

℞. Conſer. roſarum ℥ vj.
Spec. aromatic. roſat. ℈j.
Thuris el. & albi. ℈ij.
Miſc. & f. electuarium.

De hoc electuario capiat hora decubitus ad magnitudinem nucis caſtaneæ. Sputi multitudo non tam humidioris cerebri, quā ſtomachi eſt index. Vigor ille ſenſuum, tam interiorum, quam exteriorum reclamat cerebri temperamentum eſſe humidius; ſed poteſt abundare excremētis, quæ vt expurgentur per nares, cum fauces petant, opera danda. Calet hauddubie cerebrum, & tamquam ſpongia, &, vt Hippoc. ait, cucurbita, excrementorum materiam attrahit. Poteris igitur ſacculum ex ſantalis rubris, foliis roſarum, & ſemine coriandri in puluerem redactis ſupra caput geſtare. Miſſio ſanguinis debili ventriculo non prodeſt. Nec video quid ſtillicidium aquę thermarū iuuare poſſit. Flatus quoq; tibi interdum moleſti ſunt. Quam ſæua ſymptomata in corporibus excitent, ſcio. Itaq; cum calorem infirmum eſſe, & materiam crudam oſtendant, opera danda vt calor confirmetur. Geſtabis igitur interdum tale ſcutum:

Sputi multitudo humidi ventriculo index.

Sacculus capitalis.

Flatus.

Scutum ſtomachale.

℞. Ladani opt. ℥ iij.
Spec. aromat. roſat. ℥j.
Ol. nucis moſchatæ ℈ß.

Cum ol. roſaceo completo, & cera q. ſ. f. ceratum. quod extendatur ad formam ſcuti, non tegatur ſindone, ſed corpori applicetur. Cum vigent flatus, incidas minutim zedoariam, & cum vino ſumas ad ℈j. Nolo zedoariam pulueriſari. In iuſculis interdum ſumas ſemen carui, vel ammi. Aromatum nimium vſum vites. ſcutum ſtomachale non perpetuo geſtes; ſed hora vna atq; altera ante cibum applices, neq; tunc mouearis. Hæc poteram in hac noſtra miſeria monere. Vbi de morbo certiora ex te cognouero, amici officium in me non deſiderabis.

Zedoaria.

De ſ… lenta affectione, pro quodam Illuſtri viro,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CXVIII.

IPse ſentio, quam ſæui & triſtes dolores à flatibus oriantur. Vere autem dico triſtes, cum magna animi triſtitia non modo hypochondriacas; verum etiam flatulentas affectiones comitetur. Vnicum eſt remedium, curare ne ſis crudus, & ne immodicis laboribus, præſertim cerebri atque cordis, id eſt, affectionibus, animi intentionibus, lectionibus, auſcultationibus, ſpiritus exhaurias. Nam non ſolum cruditate; verum etiam ſpirituum debilitate calor innatus affligitur, atque flatus generantur. Materiam vero flatuum rectiſſime vitant ii, qui ſimpliciſſimā victus rationem obſeruant; imo vno cibo, qui minime excrementoſus ſit, contenti ſunt. Nihil enim tam facere ad cruditatem, quam ciborum varietatem ſæpe monui. Addo hoc; ne in vaſis æneis cibi præparentur, vel coquantur. Nam ſi quid inteſtinis, & omnibus membris naturalibus nocet, imo vitam lædit, coctura illa ciborum in ęneis vaſis hoc facit. Magno cum meo malo hoc ſum expertus, & aulas ſemel ſapere atq; fictilibus ollis vti velim. Quam facile piſces cum paulo diutius in cupreis vaſis cocti relinquuntur, corrumpi videmus. Sed de hoc ſcribere non eſt neceſſe, quia in mentem venit, hoc loco monere volui; ſi quid hac in parte Illuſtris dominus monendo etiam Cęſareæ Maieſtatis valetudinem iuuare poſſet. Ad medicamenta vero quod attinet, prius quotidianum vſum Theriacæ, vel antidoti Mithridaticæ præſcripſi, ita vt 3. vel 4. horis ante lucem, inſtar magni piſi de his antidotis ſumeret, vel ſaltem alternis diebus vſurparet, ſi nō per ſe, cum ſaccharo roſato. Mane priuſquam domo exit, buccellā panis albi imbueret ſpiritu vini maluatici aſperſo ſaccharo atque deglutiret. Spiritus vero iſte tribus deſtillationibus in balneo eſſet paratus. Hæc duo medicamenta facile ad præcautionem, quæ in primis neceſſaria eſt, facerent, & calorem ſenilem excitarent, atque iuuarent. Vrgentibus vero flatibus, & ventrem perturbantibus, habet iam Illuſtris Dominus enema à me ſcriptum. Huic nequaquam incoquerē *carminantia*, vt vocant, quæ cocta opinione magis, quam reuera iuuant; ſed pro tertia parte enematis iā cocti, & expreſſi adderem maluaticum vinum. Error autem eſt & imperitia medica, maluaticum, dum coquuntur herbæ, affundere. Ad ructus proſunt orbiculi ex ſaccharo atq; oleo carui

Flatus vnde.

Flatus vt vitentur rectiſſime.

Coctio in vaſis æneis noxia.

Theriacæ & mithridatii vſus.

Spiritus vini maluatici.

Carminantibus coctis parum tribuendum.

Maluaticū vinum non coquendum.

Ructus.

carui facti. Is etiam, ſi, cum doloribus vacat ſæpe Illuſtris Dominus vtetur, præclare ſuæ valetudini conſulet. Ad inteſtinorum malum velim Illuſtrem Dominum ceratum ex Ladani atq; ceræ æqualib. partibus factum, atq; inunctum caryophyllorum oleo, loco affecto non modo vrgentibus doloribus, verum etiam alio tempore adhibere. Vigiliis ſenum mederi, maxime eorum, qui in ſummis curis verſantur, & quos iam diu hoc malum vexat, difficile eſt. Lotiones, inunctiones, præſertim frigidas nihil prodeſſe certiſſimum eſt, imo frigida plurimum lædere conſtat. Calidis atq; odoratis vapores contemperandi. Itaque hora decubitus vna atq; altera pillula parua ex ſpeciebus diambræ, atq; moſchi cum ſuccino confecta hoc modo deuoranda eſt:

Ceratum ex Ladano.

Vigiliæ ſenū fere incurabiles.

Pillulæ ſomnum conciliantes.

℞ Sp. diambræ ℈ j.
Diamoſch. dulc. ʒ ß.
Succini alb. ℈ j.
Ambræ griſ. gr. iij.
Miſc. & cum ſyr. de corticibus citri q. ſ. formentur pillulæ nu. xxiiij.

E quibus tres vna vice capiat: Ad eandem intentionem inſtar nucis auellanę ſumat interdum de hoc electuario:

Electuariū ſomnum prouocans.

℞. Conſer. è floribus nimpheæ ℥ ß.
Styrac. calamitæ ſelectiſſ. ℈ j.
Margarit. ſplendid. præpar. abſq; vllo metallo ℈ ij.
Ambræ griſeæ gr. vj.
Moſchi gr. iij.
Miſc. & cum ſyr. violaceo q. ſ. f. mixtura aſſeruetur in vitro.

Plurimum iſta duo remedia cerebrum roborant, & aduerſus vertiginem, atque ſimiles affectiones proderunt. Hæc nunc potui monere, ſi quid præterea, quo Illuſtris Dominus iuuare poſſe videatur, in mentem venerit, fide optima, & voluntate propenſiſſima monebo, ac diuinum auxilium, quantū in me erit, vt optimus Dominus cōſeruetur, implorabo.

In flatulenta affectione,

D. IOACHIMI BAVDISII CONSILIVM CXIX.

Dolores à flatibus.

MEo, proch dolor, exemplo, affinis chariſſime, experior, quam ſæui & triſtes à flatibus dolores oriantur. Vere autem dico triſtes, cum magna animi triſtitia non modo hypochondriacas, verum etiam flatulentas affectiones comitetur, adeo vt flatus ſuperiora petentes ventriculum, cor, & cerebrum, imo omnia membra varie affligant. Horum cauſa cruditas, partim ex mala concoctione, partim ex intemperie frigida contracta, cum aliqua etiam obſtructione venarum meſaraicarum. Ac vtinam non foueretur. Catarrhis, à cerebro in ventriculum defluentibus, quibus calor natiuus magis obtunditur, tantum vt nō modo illos exiccare & concoquere queat, ſed nihil aliud, quam flatus producat: Abſq; hoc ſi eſſet facilior, certe eſſet præſeruatio & curatio. Hos autem tuos dolores ſimiliter flatulentos eſſe, non obſcure interualla, quibus ceſſant, & redeunt, per noctem in primis innuunt. Cōtinui eſſent profecto, ſi ab humoribus craſſis principaliter originem traherent.

Cum vero ſimplex victus, & diæta optima hactenus non ita, vt debuerit, profuerit; quamuis non nihil in medicamentis aberratum ſit. (Fortia enim ſemper abhorreo; ſimplicia autem ſunt tutiſſima: imo nec leuiora in languentibus ventriculi affectionibus interdum ſine periculo ſunt) tandem nec ego Thermas diſſuadeo; quoniam mire labefactatum calorem natiuum reuocant, & reficiunt. Ne autem vapor hyberno tempore caput offendat, euitabitur, ſi linteo tegetur. Vires in ſeſſu languentes Rotulis: ex ol. Cinamom. & Carui refocillentur. Si obſtructio aliqua dolorifica ingrueret, Clyſter cōmunis infundatur, aut ſequens Bolus ingeratur.

Simpliciſſima tutiſſima.

Therma.

Bolus.

℞. El. de Dactilis ʒ iij.
Philonii Rom. ℈ ij. Miſc.

Decoctum etiam compatari poſſet, è veronica cum prunis, fol. ſenæ & paux. zinzib. aut ſimilibus.

Decoctum veronicæ in flatibus præſtans.

℞. Veronicæ m. j.
Maluæ p. j.
Cubebarum ℥ ß.
Sem. Aniſi ℈ iij.
Fol. ſenæ ʒ iiij. ß.
Zinzib. albi ʒ ß.
Cinam. ʒ j.
Infund. per noctem; Mane decoq. colat.
℞. q. ſ. adde Mannæ ℥ ij.
Syr. roſ. ſol. ℥ ß.
Aq. Cinam. parum: Fiat hauſtus.

Puluis ſequens nobilis eſt pro caloris corroboratione.

Puluis calorem natiuū roborans.

℞. Sacchari albiſſ. ℥ ij.
Ambræ el. ℈ ß.
Succini albi. præparat. ℈ j. Miſc.

Inſpergatur ℈ j. Ouo ſorbili aut iuſculo: Prodeſt & Conſ. hæc ante balnei ingreſſum.

Electuariū.

℞. Conſ. roſar. Damaſ. ℥ iij.
Spec. arom. roſati ʒ j. ß.
Caryophyllor. ʒ j.
Ambræ el. gr. iij Miſc.

Aluo fluida ſi nec dum remitterent dolores

Decoctum ad flatus.

℞ Zinzib. optimi.
Galangæ an. ʒ ij.
Bac. Lauri. ʒ j.

Conciſa craſſiuſcule coq. in vio ℔. iij. ad tertias Colat. quotidie coch. iij. ebibantur.

At ſi nec hoc remedio euaneſcerent:

Aliud decoctũ fortius.

℞. Prior. decoct. ℥ iij.
Philooii Perſ. ʒ ß.

Miſc. & ebibatur, abſque dubio coofe-ret. *Sitis.* Si ſitis moleſta Aq. fragorum ſaccharo dulcorata mitigabitur, aut aq. hordei, eum qua parũ Veron. ſem. fœniculi, rad. Altheę, & couſ. roſar. ebullierint, ac guttulæ aliquot Aquæ Cinamomi roboris gratia poſt colaturam additæ fueriot. Imo & Aq. virtutis interdum tempora & pulſus iou ngantur. Davs beoignitate ſua Medicinas noſtras fortunet, ſioe cuius numine oibil oeque io homine, oeque in Mediciua. Et veriſſimum eſt: Nullus Medicus ea cito ſanat, quæ oatura ſanare per ſe uequit.

De flatulenta affectione, & doloribus dorſi, pro quodam Nobili viro,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIUM CXX.

VALETUDINEM hactenus in hoc corpore firmam ooo potuiſſe obtioeri oihil mirum eſt, cum omois legitima medici actio à vera cognitione morbi gubernetur, & eius io primis cauſæ, à qua ille dependet. Quod vero medici ipſi hactenus morbum nondum deprehendere potuerunt; hinc factum eſt, quod tot & medici & medicamenta io tanta varietate hactenus fueriot vſurpaia, quibus & oaturę actiooes & medici iudicium perturbatum fuit. Ex ſpecie autem doloris paiet, eum nullam aliam cauſam, quam flatus habere, qui à materia partim cruda, partim corrupta oriuntur. Poſſe autem ab his flaiibus tantos dolores cieri, ii rectiſſime notunt, qui in ſe ipſis iam experti ſunt, quod ipſe & propria experientia in me & in aliis didici. *Flatus unde oriantur.* Flatus, vt dixi, gignuotur à materia, materia ex cruditate, aut debili coctione: hæc vero ab imbecillitate caloris natiui. *Impi.* Quibus de cauſis, ſi medicus quis in terminis ſe continet, primum vt calorem oatiuum roboret: deiode vt coctiones laudabiles fiant: tertio, vt materia flatuum tollatur aut corrigatur: quarto, vt partes quæ affliguntur à flatibus, roborentur, quod fit temperamenti illarum reſtitutione, facile poteſt ſperari in curatiooe reſtitutio. Quoniam autem ſignificat medicus vim vitalem, atque animalem in veſtro corpore ſatis validam eſſe, ſolam naturalem languere, ſpero huic quoque ſoccurri poſſe. Sed ad id tempore & optima cautione opus eſt: maxime oe in cibo & potu quis error committatur. Nam alias remedia cætera nihil proderuot. Aceti minime dubito, ootam eſſe Domioo omnem victus ſalubris atque inſalubris rationem, volo tamen quædam huc pertinentia, quam breuiſſime recitare. *Diæta.* Primum cibos omoes crudos caueat, & difficilis concoctionis aut mali ſucci, vt piſces, lacticinia, frixa, legumina, olera, acetoſa, piuguia. Victus ſit ſimplex vt gallina elixa, vel aſſata, perdices, capi, vitulina, ouina, leporina. Rurſus vitet anates, anſeres, ſuillam, bubulam, & eius generis alia. Sit interuallum ioter prandium & cœnam ſeptem horarum, & tempus ſtricte obſeruet, nec tameo diu protrahat menſam. Quod ſi id præſtare poteſt, ſumpto cibo pauliſper ambulet, aut io ſella ſedeat, noo dormiat: præcipuum caput diætæ eſt, vt habeat potum conuenieotem: ac quamquam medici non libenter vioum cum cereuiſia miſceant, & malim eum vti puro aliquo vioo vt Rhenano, ooo ſulfurato, non forti oimium, noo acido, oeque nimium dulci, quale reperiri hinc inde poteſt: tamen quia intelligo ex vini vſu exacerbari dolores magis, quam cum eo noo vtitur, puto id vel vini vitio fieri, vel quia non recte & legitime ſumitur. Volo eoim modice, non copioſe bibi, quicquid bibitur, & ad eam moderationem aſſuefieri eſt oeceſſe. Vtrumque enim ab aſſuefactione eſt & parum, & multum bibere; & quod vitioſe didicimus, id eadem opera poſſumus dediſcere. Certe hauſtus illi immodici extioguunt calorem natiuum, & vapores inde geniti noo modo catarrhorum, ſed & flatuum cauſa exiſtunt. Quæ res facit vt exiſtimem, oiſi in hoc oobiliſſimus Domious temperare ſibi didicerit, nihil ſperaodum eſſe à curatione auxilii. Aquas coctas velle imperare iis, qui aſſueti oon ſunt, mioime probo, maxime ſi aniſum iocoquatur. *Aq. cocta in conſuetis prohibetur, præſertim ſi aniſum incoquatur.* Quod ſi tameo aqua talis placet, particulam Ziozibetis ſecet in partes duas, & coquatur in aqua, cum feruet decoctum iniici cinamomum cum pauco ſaccharo. De eo vti poteſt cum volet, ita tamen vt ſemper aliquid addat boni vini. Quod ſi cereuiſiam malit, quam aquam, hordeaceæ aſſuefiat, qualis eſt Ortrandica. Si triticeam, ea ſit defecata, pura, & è booo tritico cocta. Ioitium faciat à cereuiſia, poſtea vinum ſuperbibat, finiat autem hauſtu cereuiſiæ. In principio menſæ vtatur iuſculis, non tamen frequeoter, & iniiciat grana piperis integra ſex vel nouem. Veſperi in cœna piper contuſum in ouo ſorbili.

bili. Clandatur autem ſemper cœi vel prādium diacytonite cum ſpeciebus, vel hoc puluere peptico:

Puluis pepticus.

℞. Panis albi toſti ℔.ß.
Coriand. præparat. ʒ iij.
Cinamom. El. ʒ ij.
Maſtich. ℈ j.
Sacch. albiſſ. ℔. ij Miſc. f. Tragea.

Tantum de victus ratione, hoc eſt, parte præcipua in curatione, quæ ſi abſit, cætera nihil proficient. Quod vero ad medicamenta attinet, pauca hoc tempore præſcribam, cum videam iam ante ægrum nimis multis fuiſſe obrutum, vt non mirum eſſet, ſi alui eaſus etiam interueniſſent. Ad alui ſolutionem ſuadeo, vt à purgantibus in totum abſtineat: & ſi quid fuerit neceſſarium, vtatur clyſtere tali; Accipiatur pinguedo iuris gallinæ bene ſaliti, & addatur ℥ j. Myrrhæ, & infundatur. Semel autem vel bis in ſeptimana veſperi ante ſomnum vtatur nunc myrrha, nunc thure cum ſaccharo roſaceo, quantitate trium piſorum. Poteſt etiam vti hoc ſuppoſitorio:

Clyſter.

Suppoſitoriū

℞. Pull. nigellæ.
Siler. montan. an. ℥ j.
Succi Rutæ.
Cyclamin.
Cæpar. q. ſ.
Et cum melle cocto. f. ſuppoſitoria.

Proderit enim etiam ad flatus euocandos. Per os ſumat ſingulis ſeptimanis mane Theriacam optimam, vel Mythridatium fabæ quantitate tribus horis ante prandium. Reliquis diebus cochleare ſucci cardui benedicti cum extracto Zinziberis, Zedoariæ, vel calami aromatici; ita vt tribus vnciis ſyrupi, extracti ℈ ß. addatur. Et his tribus medicamentis ad anni huius exitum contentus ſit; verum ventrem ſingulis diebus mane ſequenti oleo calido vndique vngat:

Oleum ſtomachale.

℞. Cymar. abſinthii p j.
Maioranæ.
Roſar. rubear. an. p. ß.
Macis ʒ ß.
Caryophyll. ℈ ij.
Maſtich. ʒ j.

Decoq. in ol. amygd. dolc. rec. ℥ viij. & vini albi ℥ iij. ad conſumptionem vini, conſeruentur omnia ſimul in vitreo, & loco calido. Ex eo ſumat cochleare, & addat paululum olei moſchati, & diſſoluatur. Mane venter vngatur, & imponatur linum decies complicatum, & ſingulis diebus geſtet, fiatque quotidie. Vmbilicus peculiariter, & ſæpius oleo nucis moſchatæ vngatur. Quod ad dolores in dorſo cum nimis vehementes ſunt, ſumat decoctum Guaiaci cum pauco abſinthii, & intingat linteum triplicatum, & calide applicetur, idque frequenter repetat. Id ſi nihil mitigat, applicentur aliquot cucurbitulæ forti flamma ſine inciſione, non regioni renum, ſed vel ſupra, vel infra hos. Totum dorſum autem vnge quotidie hoc vnguento:

Dolores dorſi.

Vnguentū pro dorſo.

℞. Ol. roſacei.
Chamomel. an. ℥ j.
de abſinth.
Axungiæ gallinæ an. ℥ ß. Miſc.

Hoc vnguento tota regio illa in dorſo vngatur, exceptis locis circa renes, quibus erit vtile hoc ſequens)

℞. vnguenti roſar Meſ. ℥ j.
amygd. amar. num. v.
Cum oleo amygd. amar. f. Vnguentum.

Flatus nec ſupra, nec infra retineat, ſed excernat. Anum ſæpe butyro illinat mediocriter ſalſo. Ore maſticet, Zedoariam, imo & deglutiat; ita flatus diſcutiet. Faxit DEVS vt hæc quam feliciſſime procedant. Quod ſi deinceps quoq; conſultus fuero, conſilium meum libentiſſime de iis, quæ mihi exponentur, communicabo.

In dolore à flatibus, pectoris anguſtia, conſtipatione ventris, capitis, & articulorum dolore, pro quodam generoſo Domino,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CXXI.

OMNIA enumerata ſymptomata, dolores à flatibus, pectoris anguſtia, conſtipatio ventris, capitis dolor, itemque lumborum & articulorum, veram habent cauſam diminutum calorem naturalem. Ideo Medicus qui Illuſtri Domino recte ſuccurrere volet, maxime ad conſeruationem caloris naturalis reſpicere neceſſe habet. In iuuenilibus corporibus calor excitatur exercitiis; in ſenibus vero quiete, frictionibus, moderatione cibi & potus. Ideo fideliter moneo, vt illuſtris Dominus quotidie lenes frictiones brachiorum & crurum ferat, quin & totius corporis. Hoc enim erit vice exercitii, ad quamuis Podagra hoc modo ſe pauliſper commoueret, tamen plus commodi, quam incommodi inde ſperandum fuerit. Deinde ſomno ne detrahat; & ad minimum decem horis ſe in lecto contineat, etiamſi non dormiat. Etiam de die in lecto nonnunquam quieſcat. Tertio ſimpliciſſimo cibo & facilis coctionis, & qui gratus ſtomacho ſit, cum potu laudato contentus ſit, quia natura eſt paucis contenta, & ſuperflua onerant, non roborant. Veſperi minus potius, quam nimium edas; & affectus deponat;

Calor natiuus vt excitetur.

Google

quantum poteſt. Inrer medicamenta ab omnibus Medicis doctis ad roborandum calorem naturalem in viſceribus & toto corpore, & ſpirituum generarionem maxime *Ambra corroborat calorem natiuũ.* commendatur ambra. Et quia antea præſcripſi puluerẽ ex ambra, margaritis & ſuecino, ne intermittat eius vſum illuſt. Dn. vel. ſolam ambram cum ſaccharo tritam ſumat, ita vt ad libram ſemis ſaccari addatur ℥ ß. *Spiritus vini Maluatici.* ambræ. Sumatur autem vel in iuſculo, vel quomodocumque. Alias commendatur ſpiritus vini ex optimo Maluatico præparatus, ſi mane aliquot guttæ cum mica panis vſurpentur. Aliqui addunt & aromata, verum hæc non omnia corpora ferre poſſunt. Spiritum vero vini ſeorſim, ſi bene fuerit deſtil- *Aromata ſenib. noxia.* latus, probo. Aromata autem & quæ exiccandi corpora vim habent, in ſenibus non laudo: poteſt tamen Illuſtris Dominus ſingulis ſeptimanis Mithridatio vel Theriaca optima cum ſaccbar. roſar. magno ſuo com- *Vinum Roriſmarini.* modo vti. Ad tollendas porro tum ventoſitates, tum obſtructiones proderit in vinum iniicere roriſmarini ſummitates, quod fiat nocte præcedente, antequam vinum id bibit, ac vaſculum bene muniatur. Exiſtimo enim hoc plurimum profuturum. Ad pe- *Rotulæ pectorales.* ctoris anguſtiam vtatur de his rotulis vna atque altera. Det autem operam vt frequenter iterentur & renouentur:

℞. Diaireos ſimpl. rec. tabulati ℥ iij.

Inungantur rotulæ ol. cinam. & dentur in ſcatula.

Corpus medicamentis onerare purgantibus, qualiacumque ſint, in ſenibus niſi ex- *Clyſter ſenum.* trema neceſſitas vrgeat, minime conceſſerim: ideo nec præſcribo. Sed in alui conſtipatione ſumantur manipuli duo vel tres veronicæ, & coq. in pingui iure gallinæ mediocriter ſalito: & poſtquam bene diu ebullierit, exprimatur, & addantur expreſſioni cochlearia iij. ſacchari rubri & f. clyſter.. Diſſuadeo etiam omnia ea enemata, quib. purgantia medicamenta immiſta ſunt. Nam ab his calor inteſtinorum debilitatur, ventoſitates augentur, & multa inde incommoda ſequuntur. Id ipſe ægra, ſed fida manu præſcripſi, quæ DEVS fortunet.

De expuitione frequente pro quodam Nobili adoleſcente,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CXXII.

Studioſorũ communne malum. EXPVITIO frequens, qua indies moleſtaris, non aliunde, quam ex defluxione capitis, qua omnes ſtudioſi, de ſententia Marſilii Florentini, offenduntur, originem ducit. Vt item ab hoc ſymptomate & aliis, *Catarrhus.* quæ ſucceſſu temporis catarrhus excitare poſſet, liber euadas, duo tibi diligenter obſeruanda ſunt, nimirum conueniens victus ratio; & idoneo tempore medicamentorum aſſumptio. Victus ratio non ſolum conſiſtit in dextro cibi & potus vſu, verum etiam in motu & quiete, aere, ſomno ac vigilia, affectu, repletione & inanitione. *Aer.* Aer in quo verſaris ſit temperatus, non multum in calore neque frigore recedat: ſiquidem frigus condenſando; calor vero reſoluendo defluxiones augent. Itaque vaporarium tempore hyemis mediocriter ſit calidum. Cubiculũ in quo dormis ſit bene clauſum, ne aer nocturnus caput attingat. A ſolis & Lunæ radiis caput immune ſit. Nocturno tempore caput mitra munies. De die aerem turbidum nubiloſum, ventos, quoad fieri poteſt, fugito. Si neceſſitas vrget, capiti, pedibus, & toti corpori proſpicito, ne frigus ſuam vim imprimat. Ad corrigendum artificioſe aerem, non vterer ſuffumigiis, vt fieri ſolet, quod magis caput replent, atque fluxiones ad pectus defluere faciunt. Vellem igitur rectificare aromatibus & herbis odoriferis tenendo in habitatione. Motus *Motus ante cibum.* cibum antecedat; non ſit ſuperfluus: quod ſpiritus & calor ſupercaleſacti liquefaciunt humiditates. Fugias itaque excurſiones, & pilæ exercitium, præſertim à cibo. Mane poſtquam ſurrexeris, caput linteo & pectine fricetur atque pectatur. Faciunt enim ad reſolutionem vaporum. Panni vero quibus fit frictio, non ſint nimium calidi, ne calore attrahatur materia ad caput, ipſumque repleat, & defluxionem augeat. Vellem tamen, vt ſingulis ſeptimanis ad minus tempore matutino ſequenti lixiuio caput ab- *Lixiuium.* lueres, & poſt lotionem pannis exiccares calidis. Acciperem iuſtam quantitatem lixiuii, in quo incoquerem betonicæ, abſinthii, Roſar. Aſari, ſingulorum manipulum vnum, ſpicæ odoriferæ m. ß. Lotiones pedum mane & ſero ex chamomilla factæ conferunt plurimum auertendo materiam à cerebro. *Somnus.* Somnus ſit nocturnus: diurnus tamquam peſtis euitetur. Poſt prandium quieſcas à ſtudiis, donec tres horæ elapſæ fuerint, neque poſt cœnam ſtudiis incumbas. Siquidem in multam noctem ſtudia protrahere, & matutino tempore in lecto ſtertere, non ſolum fluxiones parit, verumetiam ingenio officit. Cœna ſit frugalior prandio, ne ſomni tempore maior vaporum copia ad caput eleuetur, ipſumq; repleat. *Cibus.* Cibus ſit digeſtioni aptus, non viſcoſus, pinguis, & vnctioſus. Ideo fugiat carnes porcinas, aues in aquis degẽtes, & piſces ſtagnales,

Carnes

Carnes vitulinas, bœdinas, animal[ium] degentium in montibus, auium nemoralium laudo. Piſces fluuiatiles, quales ſunt lucii, fundili, auratæ, & id genus conueniunt. Olera omnis generis fugito, excepto atriplic[e] beta, & ſpinachia. Potus ſit moderatus ceruiſiæ & vini. Ebrietatem matrem fluxionum fugito. Dabis quoque operam vt ſingulis dieb. beneficium alui habeas, quoniam fœcum retentio virtutem ventriculi naturalem opprimit, atque facit, vt ab ipſo, & à toto corpore eleuentur vapores caput replentes. Eſt quoque nimia inanitio fugienda: ſolet enim calorem innatum, & ſpiritus naturales reſoluere, ob quam viuentes ſuam exercere facultatem nequeunt. Affectus animi ſint moderati, lætitia & gaudium multum conferunt, quod calorem refocillant naturalem. Triſtitia, ira & meditatio, præſertim à cibo valde officiunt, ideo ſummo euitabis ſtudio. Et hæc de victus ratione breuibus dicta ſunt. Quantum ad applicationem medicamentorum conuenientem ſpectat, ſuaderem vt ſingulis annis bis, in autumno & vere euacuationibus moderatis vtereris, quod ex quotidiana cibi & potus aſſumptione paulatim malorum humorum coaceruatio creſcit, ex qua non ſolum cerebrum repletur, verumetiam alia & varia ſymptomata excitare poteſt, ſiquidem &:

Mater fluxionum ebrietas.

Animi affectus.

Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo.

Itaque tribus diebus continuis ſubſequentem hauries potionem tempore matutino, poſt ieiunes tres horas:

℞. Syrupi de betonica ℥j ß.
Aq. betonicæ.
Fœniculi.
Cichor. an ℥j.
Sp. Diarrbod. abb. ℈j.

Miſc. f. potio pro vna, & ſic pro tribus. Poſſunt etiam addi aliquot guttulæ aquæ cinamomi. Poſt quarto die, quinque horis ante prandium, aſſumes ſubſequentes pillulas, & domi te contineas:

℞. Maſſæ pillular. aurear.
Sine quibus eſſe nolo an. ʒ ß.
Cum ſyrupo de ſucco violar. f. pill. nu. xvij.

His peractis dabis operam vt materiam defluentem ad fauces inordinate, per conuenientes vias, nimirum per nares educere poſſis. Quod fiet, ſi mane poſtquam te emũdaueris ab omnibus recrementis, ſumpſeris inſtar piſi de puluere ſubſcripto, & narib. indideris, atq; ſternutationem excitaueris:

Puluis ſternutatorius.

℞. Pulu. Maioranæ.
Nigellæ.
Caryophyllorum.
Rad. Iridis an. ʒ ß.
Pyrethri.
Ellebori nigri.
Piperis albi an. ℈j.

Commiſceantur & dentur in pixide.

In vomitu ſanguinis, propter ſplenis obſtructionem,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM CXXIII.

DOCTE, & eleganter de affectu ſcribis, rationes omnes tuas recipio: ſunt enim apodicticæ. Sed quod ab epate potius, quam à liene fluat ſanguis, id non doces euidenter. Lien enim eſt velut officina ſanguinis, vel ſaltem receptaculum ſanguinis atri, à natura inſtitutum. Maiorem conſenſum habet cum ventriculo, quam iecur. Nouiſti ex anatome maximum ramum venæ portæ in lienem demitti, à quo venæ multæ ad ſuperiorem ventriculi regionem deducuntur, & ad inferiorem fundum videlicet; ſed maiores, & latiores multo, per has naturaliter melancholia in ventriculum eructat, & propter flatus, & ſanguinis copiam ita diſtenduntur eæ venæ, vt ad digiti medii craſſitudinem perueniant, quod in aliquibus poſt mortem viſum eſt. Sunt hæ multo maiores venis inteſtinorum.

Quomodo diſcernatur an ſanguis à liene fluat, vel iecore.

Lien habet maiorē conſenſum cum ventriculo, quam epar.

Craſſities venarum in fundo ventriculi.

Nihil mirum igitur, ſi à ſplene talem ſanguinem reiici putem. Quod ſi ab epate per venas meſenterii, & inteſtinorum ſanguis deſcendat in Ecphyſim, deinde ſurſum aſcendat in ventriculum, quanto facilius, & minori cum negotio à ſplene in ventriculum aſcendet? Adde quod ſanguis qui ab Epate fluit, frequentius per partem inferiorem elabitur, quam per vomitionem. Contra qui è ſplene fluit per partem ſuperiorem, & vomitionem frequentius quam per inteſtina purgatur. Venæ ſiquidem à ſplene ad ventriculum ſunt breuiores, & non minus latæ. Quare à ſplene potius, quam à iecore ſanguis in hoc fluit. Quamquam ab vtroque fluere poſſit. Quod affers nullum tumorem in liene apparere, vel ſentiri, hoc nihil impedit, nam ob eam potiſſimum cauſam in ventriculum influit, quod a ſplene non recipiatur, aut contineatur. Auget ſuſpicionem, quod ſanguis qui reiicitur, ater ſit, & facile concreſcat, & æger μελάνθρωπος ſit, & forte laboret hypochondriaca melācholia. Quod ſi nullus tumor in epate appareat, & æruginoſus ſit in facie, veriſimile eſt, hunc ſanguinem à ſplene, non ab Epate fluere. Poteris hypochondria attrectare, & alia videre; quæ ad huius dubii ſolutionem faciunt. Quan-

tum ad curationem & prognoſticū attinet, parum differunt, cum fluit vel ab Epate, vel à ſplene, in topicis tantum erit aliquid diſcriminis: poteris tamen quæ liene præſcribo, eadem Epati admouere, ſi agnoueris ſanguinem ex eo fluere. Ægre curabitur, & frequenter morbus hic recrudeſcet, tandem vel morietur, vel in hydropem incidet. Danda igitur opera, vt ei optima victus ratio inſtituatur, quam religioſe ſeruare debebit. Vtatur eucbymis alimentis, vitet alimentū craſſum & lentum ſanguinem gignentia. Ea enim melancholicum ſanguinem gignunt, & obſtructiones augent. Ab vtroque enim horum afficitur, vt docent ſymptomata. quibus premitur. Incidentibus craſſos humores, vt iis quæ acetum recipiunt, ac acidis vtatur, & poſca loco vini. Ea concretum ſanguinem diſſoluet, & obſtructiones aperiet, & ſanguinis fluorem extinguet. Vtatur etiam ſequenti remedio, tamquam præſtantiſſimo:

Prognoſtic.

Diæta.

Contra fluxum ſanguinis & obſtructiones.

℞. Champhoræ ℈ß.
Poſcæ. vel aq. plantag. vel.
Ceterach. ℥ iij.

Capiat, vbi fluor ſanguinis ſuperueniet: ſanguinis enim fluxum inhibet, & obſtructiones tollit.

℞. Trochiſc. de Carabe. ʒß.
Aq. Portulacæ. ℥ iiij.
Aceti ℥ j.

Miſce, capiat mane, ſupra regionem ſplenis erit apponenda cucurbitula. Extra paroxyſmum vtetur ſequentibus:

℞. Syr. acetoſi ſimpl. ℥ iij.
Syr. capillorum veneris.
Endiuiæ ſimpl. an. ℥ iij.
Decoct. Polygoni.
herniariæ.
agrimoniæ.
Ceterach.
Pomorum in fruſtra diuiſorum. ℔. j.

Aromatizetur cum ℈ß. ſantali albi. Capiat tribus matutinis, quibus finitis potionē ſequentem aſſumat.

Potio.

℞. Rhabarbari el. pul ʒ j.
Syrupi roſar. laxat. ℥ ij.

Miſce, capiat mane cum cuſtodia.

Fomētatio.

℞. Corticis tamariſci.
Fraxini.
Polygoni. an. ℥ iij.
Ceterach. m. ij.
Linguæ caninæ.
Plantag. an. m. j.

Fiat decoctio in aqua & aceto, & foueatur frequenter regio ſplenis iſta decoctione.

Electuariū.

℞. Conſeruæ fol. ceterach. ℥ ij.
Conſeruæ roſar.
capillor. Vener.
[S]ymphyti. ℥ß.
P[ul]ueris tria ſantali.
Diarrbodon Abb. an ʒ ij.
Limaturæ chalybis maceratæ in aceto. ʒ iij.

Cum ſyrupo acetoſo q. ſ. fiat opiata, capi ad quantitatem ſabæ, ſuperbibendo paru aquæ caudæ equinæ.

In vomitu ſanguinis, duritie ſplenis tumore ventris inferioris, febri, & extenuatione corporis, cum colore cutis pallido verſus citrinum, pro quodam Nobili Vicentino,

D. Matthæi Cvrtii

CONSILIVM CXXIV.

DOminvs Mauricins Vicentinus laborat pluribus diſpoſitionibus præter na-
turam. Prima eſt vomitus ſanguinis copio- 1.
ſus, quem in ſpacio fere decem menſium
paſſus eſt. Secunda eius diſpoſitio eſt duri- 2.
ties quædam manifeſta circa ſplenem, quam
credimus iam à longo tempore incepiſſe.
Tertia eius diſpoſitio eſt tumor quidam vē-
tris inferioris, qui incipit à clypeo ſtoma- 3.
chi, & extenditur vſque ad vmbilicum, &
infra vſque ad pecten. Quarta eius diſpoſi- 4.
tio eſt quædam febricula, quam declarat tactus, & frequentia pulſus maior, quam requirat diſpoſitio naturalis, & eſt accidenialis tumor, qui eſt in ventre inferiori. Quin-
ta eius diſpoſitio eſt quædam macies, & ex- 5.
tenuatio corporis cum colore cutis pallido verſus citrinum. Iſtę ergo ſunt eius diſpoſitiones præternaturales, quas diligenter conſiderabimus. Et incipientes à prima iudicamus, quod ſanguis ille immediate venit à ſtomacho. Nam cum vomitu procedebat, & non aliter. Sed quoniam ſanguis ille venit in magna quantitate, & coagulatus, ideo putamus, quod non eſt propter rupturam venarum in ſtomacho. Quia venæ ſtomachi ſunt graciles: ſed exiſtimauimus, quod refunderetur ab hepate aut ſplene, & propter hoc non eiecit ſolum ſanguinem per os: ſed etiam per aluum emiſit ſanguinem groſſum, nigrum, in copia ſatis magna. Præceſſerunt autem cauſæ primitiuæ, quoniam iſte iuuenis occupauit ſe in venationibus & fortibus exercitiis. Amplius conſuetus erat pati fluxum ſanguinis narium, quem iam diu nō eſt paſſus, & hoc quantum ad primum. Secunda præternaturalitas erat oppilatio ſplenis, quam fere à puertitia aliquo modo paſſus fuit; ſed proceſſu ætatis, propter caliditatem hepatis, concurrente regimine malo in ſex rebus non naturalibus, augmentata

1. Vomitus ſanguinis à iecore & ſplene.

2. Obſtructio ſplenis.

tata fuit durities illa & oppilatio ſplenis. 3. *Tympanitis cum aſcite.* Tertia diſpoſitio, iudicio noſtro, eſt in capite de hydropiſi, cuius materia pro maiori parte eſt ventoſa, in cap. de tympanitide: Altera vero pars eſt aquoſa, quæ ad caput de Aſcite reducitur. Sic igitur eſt hydrops compoſita ex tympanitide & Aſcite, cuius cauſam putamus eſſe debilitatem virtutis ſanguificæ, quæ eſt in hepate, cuius debilitas acquiſita eſt ex illo immoderato fluxu ſanguinis dicto, & ex illa mala ſocietate ſtomachi, quæ male præparat chylum ſecundum primam diſpoſitionem, & in ſecunda diſpoſitione male ſanguificat, ſimiliter ex mala ſocietate ſplenis, & ſic præparati ſunt humores frigidi ventoſabiles. 4. *Febris putrida.* Quare mirandum non eſt, quod peruenit ad diſpoſitionem febrilem. Hæc diſpoſitio videtur nobis, quod ſit febris putrida, qualis frequenter ſolet concomitari hydropem ex corruptione humiditatum ſuperfluarum, quæ non bene regulantur à natura: & forte putrefactio eſt in materia aliqua colerica groſſa. An vero cum dicta putrida ſit complicata hectica, fuit ſuſpicatum à nobis, propter totius corporis macilentiam & excarnationem. *Macies ſymptoma tympanitidis.* Licet macies membrorum extremorum familiaris ſit hydropi ventoſæ, ſic notatur ab Auicenna, & aliis. 5. *Tabes.* Quinta diſpoſitio eſt accidens, quod ſequi poteſt hydropem, vel propter malam ſanguinis generationem, vel ſequitur oppilationem membrorum nutritiuorum, quæ prohibet tranſitum nutrimenti ad membra: Ideo accidit macies & calor pallidus, propter abſentiam boni & laudabilis ſanguinis. Aut tale accidens euenit propter hecticam, de qua paulo ante. His itaque indicatis, de cura, præmiſſo prognoſtico agamus, dicentes, quod iſtarum diſpoſitionum quædam eget curatione, quædã præſeruatione. Nam durities ſplenis, hydrops, & febris, egent curatione: ſputum vero ſanguinis præſeruatione. Pro quibus intentionibus complendis, ita proceſſimus, & regimen modo infra ſcripto ordinauimus: Aer ſit temperatæ caliditatis, declinans ad aliquantam ſiccitatem. Camera eius non ſit terrena, ſit conuerſa ad Orientem, procul ab aquis ſtagnantibus, & mali odoris. Nec occurrat aeri frigido, ſtomacho præſertim deiecto. Exercitium aliquando non damnandum, præſertim cum febris receſſerit: quoniam exercitium iuuabit ad exſiccandas materias, quæ faciunt hydropem: fiat autem mane ieiuno ſtomacho; quoniam motus immediate poſt cibum nocet. A ſomno meridiano omnino abſtineat; quoniam corrumpi formam, generat oppilationem, & corrumpit digeſtionem: Somnus autem nocturnus conceditur ad ſpacium ſeptem vel octo horarum. Accidentia animi vitanda ſunt, vt timor, triſtitia, ſtudia, curioſæ cogitationes, quæ etſi ſemper lædant, poſt cibum tamen maxime. Ob id gaudeat cum amicis, & lætetur. Amplius curare debet, vt ſingulis diebus habeat beneficium ventris, neq; vehementer retineat omnino: Sudores ſi quando ſuperueniant, non retineat eos. Quantum ad cibum & potum abſtineat omnino ab aqua, vt à veneno, vinum tamen ſit parcum, in vigore rubeum, in colore pauca nigredine, ſit clarum, in ſapore non dulce, neq; acerbum; ſed medioere boni odoris & ſaporis. Panis eius ſit ex bona farina, non tamen omnino purgata à furfure, *Panis è farina pura ſine furfure noxius.* quia farina penitus depurata facit panem maxime viſcoſum & oppilatiuum. Laudamus inſuper, vt panis conficiatur cum pauco ſem. aniſi, vel fœniculi, ad reſoluendas ventoſitates, quas habet in ſtomacho & inteſtinis, ſit bene coctus & fermentatus. Et ſit duorum vel trium dierum, aut plurium. Carnes conuenientes ſunt, carentes humiditate ſuperflua, & quæ ſunt facilis digeſtionis. ideo caueat à carne porcina, agnina, anſerum, anatum, aquaticarum auium. Conueniunt maxime pulli gallinacei, perdices, phaſiani, aues nemorales, vituli iuuenes etiam aliquando concedi poſſunt, ſimiliter & hœdus, qui non ſit omnino natiuitati propinquus. Amplius animalium inteſtina, cerebella, & extremitates ei non conueniunt, propter humiditatem ſuperfluam, & digeſtionem difficilem. Oua ſorbilia ei competunt, piſcis minime conueniunt, niſi raro, & parui potius, quam magni, præparati cum pauco cinamomo. Caſeus, lac, cibi paſtillacii aduerſi ſunt. Inter herbas ipſi nocent olera humida, quia ventoſantur, tamen concedi poſſunt mentha, maiorana, ſaluia, roſmarinus, fœniculum pro condiendis aliis cibis, & in quantitate non multa, quoniam dictæ herbæ ſunt calidæ, & poſſunt accendere febrem. Grana fere omnia ſunt ſuſpecta, quia ſunt viſcoſa, & duræ digeſtionis, ideo far, triticum, rizum non poſſunt libere concedi; multo minus fabæ, lentes, phaſeoli. Modicum ciceris bene decocti, præparati cum cinamomo, & ſimilibus aromatibus à quibuſdam conceditur. Hordeum inflat, niſi optime decoquatur. *Hordeum inflati.* De fructibus conceduntur phiſtici, paſſulæ. Concedi poſſunt & cappares: ſed bene purgentur à ſale, & condiantur cum aceto paſſulato, & cum cinamomo præparato. Vtatur ſeminibus aniſi, fœniculi, ſecundum omnem modum adminiſtrationis. Et hæc ſufficiant, quantum ad regimen in ſex rebus

Medicamenta. non naturalibus. Quantum ad medicinalia, intentio eſt multiplex, ſicut multi ſunt morbi complicati. Et quoniam pariter vomitum *Vomitus ſanguinis.* ſanguinis in ſpaciis temporum, ideo ad hoc eget præſeruatione, ne ad huiuſmodi vomitum redeat. Quare cauere debet à medicamentis multum aperientibus & calidis. Sed quoniam indiget curatione hydrops & oppilatio ſplenis, ideo eget modice aperientibus, & aliquatenus calidis, & reſoluentibus ventoſitatem. Seruanda eſt ergo via media, quod facientes ita procedimus: Et primo fiant clyſteria talia:

Clyſter.
♃.Sacch.rub.
Mellis.roſ.ſol.an.℥j.
Olei anethini ℥iij.

Salis q.ſ.Miſc.diſſoluantur in brodio pulli, in quo ſint decocta ſem.aniſi, fœniculi, an. ʒij. Parietariæ, maluæ an.m.j. Deinde coletur pro decoctione clyſterum. Die ſequente ſumat infraſcriptum ſyrupum:

Digeſtiuum.
♃.Syrupi acetoſi.
Diarrhodon.
Syrupi de abſinthio an.℥iij.
Sacchar.opt.℥j.
Aquarum abſinthii.
Scolopendriæ.
Lupuli an.℥j.Miſce.

Fiat ſyrupus, de quo ſumat in aurora per 5. dies. Vel dicti ſyrupi diſplicerent propter amaritudinem abſinthii, poterit aliqualiter minui ſyrup.de abſinthio, & inter aquas miſceri aqua menthæ, quia præter hoc, quod confortat ſtomachum, habent in ſe aliquam ſtipticitatem. Similiter confert aqua tamariſci propter ſplenem. Sumptis itaq; ſyrupis capiat infra ſcriptam medicinam:

Purgatio.
♃.Aniſi ʒs.
Fœniculi ʒs.
Epithymi ʒj.
Paſſularum enucleatarum ℥j.
Flor.borraginis.
Bugloſſ.roſ.an.parum, miſce.

Bulliant in aquis abſinthii, menthæ, & tamariſci, fiat decoctio lege artis.

Pillula.
♃.Rhabarb.elect.ʒj.
Spicæ gr.iij.
Diacathol.ʒvj.
Elect.de Dactylis ℥xv.

Miſce cum decocto dicto, fiat potus, capiat circa aurorã, & ieiunet per quinq; horas, vt ſolet fieri in ſolutiuis. Si vero infirmus abhorret medicinas liquidas, poſſet vti pill. infra ſcriptis.

♃.Pill.de Rhabarb.de hiera.
Alephang.an.℈j.

Miſce, & cum aqua abſinthii f. pillulæ vj. de quibus capiat tres pro vice, addendo & minuendo doſim, ſicut requirit ſtipticitas ventris. Procedente vero ægritudine conuenient ſolutiua fortiora, vt eſſent pillulæ de elaterio, mezereon, ſuccus rad. Ireos, & quæ ſunt huius generis. Sed nos in caſu propoſito non auderemus dare medicinas tam fortes, tum propter debilitatem patientis, tum maxime propter timorem vomitus ſanguinis, ſed loco prædictarum poſſet concedi puluis ſoldanellæ præparatæ cum pauco maſtice & Tragacantho. Nos tamen ſuper omnia ſolutiua laudamus Rhabarb. in ſubſtantia, quia in eo ſunt fere omnes intentiones, requiſitæ in hoc caſu. Factis vacuationibus vtatur ſequenti Elect. *Rhabarbarum in ſubſtantia.*

Electuariũ roborans.
♃.Diarrhodon.abb.℥j.
Dialac.
Diacurcumæ an.ʒij.
Sem.aniſi præpar.pulueriſati ℈j.

Miſce cum Syr. de beton. q. ſ. f. elect. de quo capiat ad quantitatẽ caſtaneæ per duas horas ante prandium. Item, circa regionem ſplenis faciat vnguentum tale:

Vnguentum ſpleneticũ.
♃.Gummi ammoniaci diſſoluti in aceto ℥s.
Trochiſc.de cappar.ʒj.
Olei cappar.rutacei an.℥j.
Ping.gallinæ, anſeris an ℥s.

Miſce, fiat vnguentum cum pauca cera pro regione ſplenis. Item, ſupra ſtomachum portet ſacculum ſequẽtem a clypeo ſtomachi vſq; ad tres digitos infra vmbilicum.

Sacculus ſtomachalis.
♃.Abſinth.ſicci.
Menthæ ſiccæ.
Aniſi, fœniculi.
Cymini.
Carui an.ʒij.
Spec.aromat.roſ.
Diambræ.
Diagalangæ an.ʒ.j.
Miſce pro ſacculo.

Amplius Emplaſtrum de baccis lauri cõmendatur in iſto caſu: Sed nos ob breuitatem temporis, volumus prædictis eſſe contenti: Et ſecundum ſucceſſum rei afferemus noua remedia. Interia illum omnipotens DEVS Pater ad portum ſanitatis perducat.

In epatis caliditate, pro quadam Illuſtri perſona.

D. IOAN. CRATONIS
CONSILIVM CXXV.

Ignorantia Medica. IGNORANTIÆ medicæ refugium hoc eſt, accuſare ventriculi frigiditatem, & epatis caliditatem in omnibus ferme hominibus. Nullam autem inſignem epatis caliditatem in S. G. corpore animaduerto, & ſi qua

qua ea eſt, minime refrigerandum cenſeo, cum & ætas eam ſit correctura, & crebriores ſanguinis fluxiones frigidus epar efficiant, & ne nimium refrigerent, atq; hydropi occaſionem dent, tumor ille pedum æſtiuo tẽpore, quo calor epatis & viſcerum debilior eſſe ſolet, omni ſtudio nos cauere monet. Quod ſi tamen ex caliditate immoderata aliquid mali eſt, eamq;, ſicuti plerumque fit, inappetentia, & maxime carnium nauſea ſequitur, (errant enim Medici, qui dum ægri carnes auerſantur, vt odorẽ earum vix ferre poſſint, ventriculum ſolum laborare exiſtimant) darem flores cichorii, vel conditos ſaccharo, vel recentes, & obſtructionibus in meſaraicis ſubuenirem. Nam cichorii flores non ſolum epati calidiori proſunt, verum ventriculi vim excitant, & ab obſtructionibus liberant.

Flores cichorii.

In intemperie epatis calida, & obſtructione, cum ventriculi imbecillitate, pro quodam honeſto viro,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CXXVI.

QVOTIDIE vel alternis dieb. vtatur Rhabarb. tali modo:

℞. Sacchari in aq. cinam. diſſol. ℥ iij.
Extract. Rhab. ℈j.
Rhabarb. opt. pul. ʒj.
Succi roſ. ʒ iij.
Conſ. roſ. q. ſ. confectio in morſulis pondere ʒ ij.

Morſuli.

Sumat de his vnum ieiuno ſtomacho tribus horis ante paſtum. Vnguentum foris adhibendum:

Vnguentũ ſtomachale.

℞. Comarum abſinth. Rom. p. j.
Roſ. rub. p. ß.
Ligni aloes, ſantal. omnium an. ʒ j.
Maſticis ℈ ij.
Ol. cydon. vel amygd. in quo fl. prunorum ſyluaticorum ſunt macerati ℥ iij.
Vini opt. ℥ ij.

Coq ad vini conſumptionem, & detur in vitro.

Hoc vnguento inungatur totus venter, & pãnus duplex linteus ſuperponatur. In hyeme addatur aliquid nucis Moſch. & maxime cum lienteria moleſta eſt. Corroborandi vero cauſa ſumat talem conſeruam:

Conſerua.

℞. Conſer. flor. cichorii ℥ iij.
Conſer. meliſſæ, roſ. an. ℥ s.
Sp. arom. roſ. fidelitet diſpenſ. ʒj. s.
Corall. præpar. ʒ j. Miſce.

Rotula.

Vtatur etiam orbiculis ex maſtice & corallis factis.

In laſſitudine, dolore lateris, nimia cibi appetentia cum ſudore multo, & calculo renum pro Norico quodam.

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CXXVII.

AFFICITVR hoc corpus laſſitudine, & dolore quodam in ſiniſtro latere ad præcordia, quæ ex inunctionibus ceſſat, appetentia quadã cibi nimia, ſudore multo poſt ſomnum, & intemperie renali, quæ calculos producere videtur. Hæc ſymptomata, ſi ad ſuas cauſas reducantur, manifeſtum eſt, catarrhum deferri per vniuerſi corporis habitum. Obſidere autem ſiniſtrum latus, & in eo flatuari materiam pituitoſam, propter partis imbecillitatem non dubium. Tranſmitti & acidum ſuccum in ventriculum à ſplene, vel pituitam in eo aceſcere (vnde illa cibi appetentia nimia, quam ſudor conſequitur, poſt ſomnum) non mirum iis, quibus 4r. Aphor. ſect. 4 notus eſt. Calidam autem renum intemperiem eſſe, excuntia ſatis declarant. Manifeſtatis igitur cauſis, neceſſe eſt, ſiquidem curari, & in deterius delabi non debet, vt hæ auferantur. Catarrhus curatur per ea, quæ materiam auferunt ant diuertunt, & partium, à quibus oritur, intemperiem corrigunt. Itaque primum opera danda, rectiſſima victus ratione adhibita, ne materia generetur, & cruditates atque fumoſa omnia vitanda, aeris intemperies humida & frigida corrigenda: Parce cœnandum, cibi multi non miſcendi: ſed ſimplices, ac magis liquidi, quam duri aſſumendi. Aſſumpto cibo non dormiendum ſtatim, multo minus bibendum. Nam etſi Hippocrates noſter aduerſus illam famen præter naturalem vini potionem, tamquam remedium, docet; tamen in catarrhis ohnoxiis non habet locum. Vt autem materia quoq; auferatur ante cœnam, alternis diebus has pillulas ſumat:

Cauſa nimia appetentia cibi.

Victus ratio.

Vini remedium famis præternaturalis.

Pillulæ.

℞. Pill. Maſtichinat.
Aſſaiaret. an. ʒ ß.
Reform. pill. num. ix. cum melle roſato, vel iſtas. 1.

℞. Pill. hieræ cum agarico ʒ j.
Reform. pill. num. ix. cum aqua Betonicæ, vel iſtas: 2.

℞. Aloes opt. ℈ ij. 3.
Agarici recens troch. ℈j aſpergantur decocto zinzib. & cũ melle roſat. reform. pill. num. xt.

Has pillulas interdum ante cœnam ſumat, vel interdum horis duabus ante prandium. Et quas plurimum ſibi prodeſſe cognouerit, iis deinceps vtatur. Euacuata ſic

Debile agens iteratum, idem facit, quod fortius ſemel ſumptum.

materia, cum debile agens repetitum, idem, & meliori modo faciat, quam fortiter agens, ſemel atq; refertim afficere poteſt, diuerſioni quoque opeta danda. Nihil autem meo iudicio tam ad diuertendum, & materiam, quę in muſculos delapſa eſt, diſſipandam facit, quam frictiones matutinæ molles, & balneum in aqua dolci ante cœnã, ita ne deinceps ſe frigido aeri exponat, nec pedes (quod in his affectionib. præpetuo eſt cauendum) refrigeret. Poteſt etiam, ſiquidem cõſueuit, ablui caput lixiuio, in quo roſæ rubræ ſint coctæ, atque molliter detergi, vel linteo ſaltem cum ſtyrace ſuffumigato inuolui. Atque hæc pro ratione catarrhi ſolius. Pro dolore in ſiniſtra præcordii parte, cum ad inunctiones ceſſet, ſufficit oleum irinum, tantum, vel, vt magis roboretur locus, cum eo maſtichinum miſceri poterit. Vt autem cibi nimia appetentia & ſudor ille cohibeatur, etſi in eorum, quæ iam recitata ſunt, vſu remedii ſpes minime dubia; tamen matutinis horis hoc quoque Electuarium velim adhiberi:

Sudor nocturnus.

Electuariũ.

℞. Conſeruæ roſ. recent. ℥ iiij.
Spec. Roſatæ Nouellæ recenter diſpenſatæ ʒ ij. Miſce.

Sumat mane in lecto ad magnitudinem caſtaneæ, ſi conſueuit ſanguinem detrahere, per cucurbitas id facere non prætermittat. Miſſionem autem ſanguinis hoc tempore conſulere nolim, quæ tamen in vere vtiliſſima eſſet futura. Ad renum autem caliditatem & prouentum arenularum, interdum emulſionem ſeminum, Melonum & papaueris decubitus, videlicet tribus horis poſt cœnam, vel ſub medium noctis, frigide bibat, eamque ſic præparari iubeat:

Cucurbitula ſcarificata.

Emulſio ad renum intemperiem.

℞. Aq. fragorum ℥ iiij. ß.
Sem. melonum ℈ ij.
Papau. albi ℈ j.

Fiat emulſio: Si aqua fragorum haberi nequit, aqua ſimplici vtatur. Quantum hæc potio, ratione catarrhi, & ad renum affectiones, profutura ſit, re ipſa experietur. Interdum etiam accipiat ante cœnam, Terebinthinæ Cypriæ probe coctæ, & in catapotia redactæ ʒ ij. Et hora decubitus regionem renum vnguento roſat. Meſ. cum aceto roſato, vel limonum ſucco imbuto inungi ſinat. Hæc ſi diligenter adhibita fuerint, non dubium eſt, quin & ſymptomata iſta, & eorum cauſæ ſint ceſſaturæ, & Dominus ad priſtinum ſanitatis ſtatum rediturus ſit. Hoc faxit

Terebinthina Cypria.

DEVS.

Pro Can... ario quodam ſæpe ſudante, corpore ca... co... mico, virtute debili, cum capitis grauitate, & dorſi læſione.

D. IOAN. CRATONIS
CONSILIVM CXXVIII.

Sudor à ... causis ... nat.

SVDOR multus, vel à virtute forti expellente, vel materia immodica prouenit. Nam cum à debilitata virtute fluit, & materia nimium liquatur, minime bonus index eſt. In hoc corpore virtutem non vſque adeo validam eſſe exiſtimo. Vitium autem vt materiæ immoderatione præcipuum iudico. Itaque vt recta victus ratio teneatur, & vt corpus excrementitiis humoribus vacet, in primis elaborandum. Quod ad victus rationem attinet, hoc ſaltem moneo, vt varietatem ciborum vitet, & cœna temperata vtatur. Cætera particularia, cum omnia in procinctu quaſi ſint, præſcribere nequeo. Ea quæ corpus ab excrementis vacuent, ſeroſumque humorem in primis detrahant, & cum grauitas atque ſonitus capiti ſit moleſtus, illud quoque iuuent nobis præſcribenda. Vti igitur frequenter his pillulis poterit:

Pillulæ.

℞. Aloes ſucco Endiuiæ aliquoties aſperſæ & ſiccatæ ℥ j.
Rhabarb. opt pulueris & aq. Cinamomi aſperſi. ʒ iij.
Agarici trochiſc. ʒ ij.
Sec. aromat. roſar.
El. de gemmis an. ℈ ß.

Cum ſyrup. roſ. ſolut. (agarico prius imbuto ſyrupo, conſeruat. Zingib.) f. maſſa, de qua pro ʒ j. reform. pill. num. ix.

Vtatur his pillulis ix. cum melle roſato, tribus horis ante cibum, ſingulis menſibus bis vel ter. Reliquis vero diebus, pro roboratione capitis & totius corporis, ſumat ad magnitudinem iuglandis de hoc Electuario:

Electuariũ.

℞. Conſer. roſar. ℥ ij.
borrag. ℥ j.
Spec. roſat. Nouell. ʒ. iij.
Miſce, f. electuarium.

Mane vt interdum ſudet, non diſſuadeo. Sed noctu ſtatim, vel etiam interdiu à ſudore abſtineat; & ne vel à prandio, vel à cœna bibat, operam det. Ante cœnam quotieſcumque per negotia publica poterit, in labro, aqua è flumine hauſta lauet, nec ea nocte in aerem prodeat, ac parciſſime cœnet. Dum lauat, muniat ventriculum triplici tela arctius adſtricta. Poſt lotionem iſto vnguento ventriculum inungat, atque eo etiam interdum mane vtatur, & linteolum

Inſeſſus in labro.

lum multipliciter complicatum ſ[illegible]ra imponatur:

Vnguentũ ſtomachicum.

℞.Ol.roſat.complet.
Maſtichini an.℥j.
Spec.aromat.roſat.ʒj.
Maſticb.pulueriſat.ʒß.
Ol.nucis moſchat.℈j.
Ceræ parum.
Miſce,fiat linimentum.

Caput interdum,dum in labro ſudat, abluat, & in lixiuio maioranam & roſas rubras decoqui curet. Cæterum ad purgationes annuas in vere atque autumno vti poterit iis, quæ materiam præparabunt & educent: Primum ad præparandam materiam non velim vſitatis ſyrupis vti, ſed in iuſculo macro gallinæ coqui, rad. cichor. atque betonicam, ac bibere hoius decocti hauſtum tribus horis ante prandium, per aliquot dies, pro vt Medico præſenti rectum videbitur. Deiude tot alternis diebus ſumat iſtam potionem, mane horis quinque ante cibum, nec dormiat, vel ſe acri committat:

Potio purgans.

℞.Rad.cichor.ʒiij.
Meliſſæ.
Agrimoniæ.
Cuſcutæ.
Flot. violat.
borrag.an.p.j.
Rhabarb.electiſſ.ʒj.
Agarici albiſſ.ʒj.ß.
Fol.Senæ Alexand.ʒv.
Fiat horum decoctio ſ.a.in ſuffic.q. aquæ putæ.
℞.Colaturæ℥iiij.
Syr.roſ.ſolut.
Mannæ Calabr.an.℥ß.
Syr.conſer.zinzib.ʒj.
Miſce,fiat potio.

Si poſt aſſumptam primam potionem velit in vere mittere ſanguinẽ, tum alias duas triduo vel quatriduo poſt primam bibat. Ventriculum poſt euacuationem illam inungat; & orbiculus, quos in pharmacopoliis aromaticum Roſatum appellant, aſſumat. Ad læſionem illam in dorſo conuenientiſſimum erit, ſi decoquat in oleo Balſamino Cerefolium, & expreſſo ſucco illud inungat, vel cum ipſa herba loco læſo apponat.

Hæc nunc,cum omnia ſint in procinctu, bene cogitata, optima cum voluntate ſcripſi, quæ vt grata acceptaque habeat, opto.

In perturbatione, & intemperie ſpinæ dorſi,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CXXIX.

PERTVRBATIO iſta & intemperies, quę in ſpina dorſi percipitur, haud dubie eſt à materia defluente, quæ ieiuno ſtomacho mouetur. Itaq; mane vel de ſyrupis ſuis aliquid H. V. accipiet, vel aſſumet de ſequenti electuario ad magnitudinem caſtaneæ nucis, vel decoctum radicum cichorei in iure pulli macro bibet.

℞.Conſer.roſar.℔.ß.
Meliſſæ.
Fl.borrag.an.℥ß.
Sp.arom.roſa.ʒiij.
Cortic.citri cond.ʒij.
Miſc.& cum ſyrupo violarum q. ſ. f. electuarium.

Deinde ventriculum inunget hora vna ante prandium, vel ante cœnam, vt hic quoque præcepi. Si iſta alteratio & intemperies non ceſſabit, ſingulis diebus mane inungat ſpinam dorſi iſto vnguento:

℞.Ol.ebamomel.℥j.ß.
Anethini ℥j.
Roſacei.
Axungiæ galli an. ℥ß. Miſc. f. Vnguent.

Bonam & rectam victus rationem non negligat. Pedum ſoleas matutinis horis aceto & ſale abluat. A reliquorum medicamentorum vſu, niſi grauis (quod DEVS auertet) vrgeret neceſſitas, abſtineat, & cætera præpotenti DEO commendet. Viennæ.

In ictero cum nauſea & vomitu, pro quodam honeſto viro,

D. Matth. Ratzenbergeri

CONSILIVM CXXX.

QVIDAM ex copioſa ingurgitatione cibi & potus laborauit nauſea, vomitu, abhorrebat à cibis. Præſentiſſima ſigna Ictertitiæ in vrina, oculis, & excrementis aliis aderant. Per vomitum purgatus eſt ventriculus aliquot medicamẽtis, quæ per aluum educere debebant, cum propter ventriculi imbecillitatem retineri non poſſent: Primo, lenitiuum datum in decocto pectorali; aliud deinde in cereuiſia diſſolutum. Tandem retinuit pillulas ſtomachales, quæ ex ſpeciebus hieræ & maſtichinis an.℈ij. factæ ſunt. *Pillulæ.* Poſt:

Potio purgans.

℞.Rhabarb.ʒij.
Squinanthi ℈ß.

Infundantur in ſ. q. aquæ Endiuiæ cum tertia parte vini, vel in decocto pectorali facto in aq. Endiu. cum cuſcutæ & praſſii, an. m.ß.& fiat hauſtus, addendo:

Mellis roſati.
Syr.de cich.cum Rhab.an.℥ß.

Hunc hauſtum ſequenti die poſt pill. ad duas horas retinuit, poſt euomuit, ſoluit tamen bis. Tandem vſus ſeq. decocto:

Decoctum aperiens.

℞.Rad. fœnic.
Petroſel.
Aſparagi.
Endiu.an.℥ß.
Polypodij ℥ iij.
Liquiritiæ ℥ vj.
Cuſcutæ.
Scolopend.
Capill.Ven.
Ceterach.
Praſſi an.m.ß.
Cichor.
Endiu.an.m.j.
Hordei ℥ß.
Sem. frigid. maior.
Minor.an.℥ß.
Fœniculi.
Aniſi an.℥ ij.
Paſſularum ℥ß.

Decoque in aq. fœniculi & cuſcutæ an. ℔.j.ß.ad conſumpt. tertiæ partis; adde aceti vini ℥ iij.

Syr.de quinq; rad.
de Eupatorio.
de cichor.cum Rhab.an.℥ ij.

Miſce & condiantur cum cinamomo.

In decocto ſuperiori cuilibet hauſtui infundantur ℥ ij. Rhabarb. pulu. ℈ß. Squinanthi. Mane exprimantur, & ita fiat in aliis ſeq. hauſtibus. Addidit & ſequentibus diebus, cum non reſerarentur obſtructiones, manerentq; excrementa alba, vnum atq; alterum cochlear rhapontici. Nondum ceſſantibus aſſumere iuſſit hauſtum vnum mane, & ante cœnam alterum: Calefacto prius corpore in balneo aq. tepidæ, vt fortius poſſet operari. Tandem ſolutis obſtructionibus, eum tingerentur rurſus alui excrementa, & vrinæ meliori colore eſſent, vt colore cutis extraheretur, iuſſit balneis aq. dulcis vti. Item, pro facie & oculis:

Rhapontieum.

Balneum aq. dulcis.

Pro facie, & oculorum flamedine.

℞. Fumum ex aceto calido, in quo decocta ſit herba Roriſmarini.

Pro confortatione epatis & ventriculi.

Elect. Epar. & ventriculum roborans.

℞. Conſer. Ruſar.
Cichor.
Acetoſæ an.℥j.
Sp.diarhodon abbatis ℥j.
Epatis lupi præpar.
Rhabarb. electi an.℈ij.
Abſinthii ℈j.
Spicæ.
Squinanthi an.℈ß.

Cum aq. Cinamom. q. ſ. fiat mixtura.

De hydrope.

D. Horatii Reseri

CONSILIVM CXXXI.

QVt affectum, quem Græci ὕδρωπα vocant, & morbum, & ſymptoma appellari poſſe negauerit, ille tum ſenſu, tum iudicio carebit: Senſu quidem, quod excreſcentem, & in nimiam magnitudinem ſe extendentem molem corpoream, ſubindeque actiones corporis lædentem, oculis etiam conſpicuam non cernat: Iudicio vero, quod copiam flatulentæ materiæ, vel aquoſæ, vel ſanguinis pituitoſi, quotidie in venis congeri, & inde ad extimas & ſubcutaneas corporis regiones delegari conſpiciens, non animaduertat hepar eſſe inſigniter lapſum, atq; eius alteratricem ne dum læſam, verum pene corruptam, & fere penitus prolapſam, ob malam intemperiem frigidam hepatis, calorem naturalem propemodo extinguentem, quod certiſſimum exiſtit. Econtra quo pacto id fiat, quot & quibus modis, cauſiſq; progignatur, quibus & ſignis dignoſcatur, & quibus remediis occurrendum ſit, nec ſatis compertum, nec cuiuis in promptu eſt. Proinde Iſaac Schallere, vir nunquam ſatis laudate, recte tu quidem iudicaſti, paucos ab hoc tam graui ac formidabili affectu euadere, non ſolum ob eius ſæuitiam, verumetiam ob non probe perſpectam morbi eſſentiam & cauſam, à cuius cognitione potiſſimum curandi methodus auſpicanda eſt. Atque ea propter à me expoſtulas, quin & munuſculis etiam allicere conaris, vt de hydrope, huiusque ſpeciebus, cauſis, ſignis & cura, particularem tibi ſcriberē tractatum, quod in eo affectu curando me raro ſpe fruſtratum & ipſe videris, & ab aliis fide dignis acceperis, quaſi inde conijceas, me id vnum facile præſtare poſſe, quod viris etiam doctiſſimis fuerit laborioſiſſimum. In quo, vt facile decipi potes, ita mihi votis reſpondere tuis periculoſiſſimum exiſtit. Nec mirari debes, ſi huc vſque, & tam diu diſtulerim rem aggredi tam arduam, & non niſi confuſe à pleriſq; traditam, in qua explicanda, & ad methodum ducenda, pro viribus enitar, vt clarior, & quo ad fieri poterit, breuior ſit ſermo: Et quæ in mediū protulero, ea non mihi, ſed doctiſſimis viris, tum Græcis, tum Arabibus, tum etiam Latinis non ſolum antiquis, verumetiam adhuc in vita degentibus accepta referas velim.

Quæ-

Quæcunq; enim illi ſparſim ea de re tradidere, ego hinc inde colligens, ac eorum dicta in ordinem referens, canones explicans, quoad fieri poteſt dilucidius, quæ præter methodum plane ablegans, nonnulla etiam ex noſtris addens, quam à me petiiſti tr[illegible]ctationem abſoluam. Illud vnum præf[illegible]is, vt memineris in re difficili, non qui [illegible] vnguem ſatisfecerit, ſed qui voluerit, ſatis cumulate feciſſe. Hinc exorſus hydrops, ſi etymon conſideretur, ab accidenti nomen ſumpſit, & quamcunque affectionem indicabit, in qua aquoſus humor exſuperauerit ſub cute, ſiue in capite, ſiue in pulmonibus, ſiue in vtero, ſiue in teſtibus, ſiue in abdomine, ſiue in extremis & longinquis corporis partibus aquoſa ſuperfluitas abundans, tumorem induxerit. Talis affectus ab Hippocrate hyderos & hydrops appellatur: primo de mulierũ affectibus prope medium; & ſecundo eiuſdem, paulo poſt medium; & quarto de morbis circa finem.

Etymologia.

Econtra vero exquiſita tympanitis penes eiuſdem Hippocratis de Dioclis ſententiam, minime hydropis nomine cenſebitur, cum in illa purus flatus, non autem aquoſus humor in cauſa ſit, vt corpus in nimiam molem attollatur, vt è lib. de aëre & aqua poſt principium colligi poteſt, & ex ipſomet rei vocabulo. Demetrius tamen Herophili ſectator 11. lib. de paſſionib. ſcribens: aliam dixit hydropẽ conſtitui ſine vlla humoris infuſione, ſed ſola inflatione turgẽte: aliam ex humore diffuſo, nunc per totũ corpus, nunc inter peritonæum, & inteſtina. Quæ diſtinctio prælata eſt Hippocraticæ nuper allatæ, ea nimirum de cauſa, quod quæ ex ſolo flatu ſit hydrops, rara contingat, & ſi contingit, breui tempore ſyncera maneat, ſemper vna cum flatu nonnihil aquei humoris ſubſidente; ſed hæc miſſa faciamus, & ad rem, de qua agendum, deueniamus.

Tympanitis an hydropis ſpecies.

Definiri autem poteſt hydrops, ſiue morbus, ſiue ſymptoma ſit, lata quadam definitione, vtriuſq; generis affectui conueniente, vt probe a Galen. 1. Aphor. 12. & ab Alexandro Tralliano lib. 8. cap. 5. eſſe longum quendam affectum, prouenientem à iecore adeo refrigerato, vt non amplius chylum in ſanguinem, ſed in alienam qualitatem, aqueam ſane, aut pituitam, aut flatum tranſmutare poſſit. Quæ vtiq; definitio hydropi optime quadrat, ſiue vt ſymptoma, ſiue vt morbus conſideretur. Morbus enim & ſymptoma affectus ſunt, ægrumque corpus afficiunt, diuerſa tamen ratione, ſiquidem vel alterando, vel potius corrumpendo hepatis vim alteratricem fit, vt actio hepatis ſanguifica lædatur.

Definitio.

Quatenus vero aucta corporis magnitudo eo peruenerit, vt per ſe primo incommodet, ac corporeas actiones impediat, morbus in magnitudine cenſendus eſt. Diuiditur autem in tria potiſſimum genera, diuerſis è fontibus orta, penes diuerſam, à qua fiunt, materiam, vel enim à tenui & ſeroſo humore contrahitur, ob hepatis potiſſimum imbecillitatem: vel à flatu in toto corpore, qui ob ventriculi vitium in primis generatur: vel à pituitoſo humore per totum corpus coaceruato, præſertim à tertia coctione excitatur. Horum generum primum Aſcitis, ſecundũ Tympanitis, tertium Hypoſarca, Anaſarca, ſeu Leucoplegmatia appellatur.

Diuiſio.

Hydropis tres ſpecies.

Non autem vna eſt cauſa omnium horum generum, tum extima, tum intima; ſed omnes, à quibus, quæ ſunt in corpore humano coctiones, lædi ac penitus aboleri poſſunt. In omnibus quidem hydropis generibus hepar inſigniter læditur, nec niſi hepate inſigniter læſo hydrops accerſitur. Lædi autem contingit hepar quandoque per ſe primum, quandoque per conſenſum, puta ob ventriculum, meſenterion, vterum, renes, veſicam, fluxum muliebrem, hæmorrhoidarum fluxum, pulmonis refrigerationem, ſeptum tranſuerſum, & multas alias particulas affectas, quæ diligenter inquirendæ ſunt, deinde curatio aggredienda. Dicebat enim Galenus: Si lienis cauſa, vel ventriculi, vel inteſtinorũ vniuerſorum, vel ieiuni duntaxat, venæ meſenterieæ frigida intemperie laborauerint, propter vicinitatem & conſenſum omnes, quæ in intima parte conſiſtunt venæ, prompte admodum refrigerantur, ac ſubinde ab eis iecur. Si vero pulmo, aut ſeptum tranſuerſum refrigerata fuerint, tum per conſenſum & vicinitatem, quæ in gibba ſunt, venæ laborant, tractuque temporis hepar etiam. Fieri tamen poteſt, vt nuper dicebam, vt hepate refrigerato hydrops fiat, hepate nimirum laborante frigida intemperie, vel obſtructione, vel ſcirrho, hydropiſque ſpecies tum potiſſimum fit ea, quæ Aſcitis appellatur, vt ventriculo in proprio munere deficiente. Tympanitis, vel ob ventum & vaporem ab inualido calore totius ambitus, & præſertim ventriculi, non diſcuſſum, conſentiente hepatis imbecillitate, quæ ſane affectio omnium difficilima eſſe conſueuit, eo ſane tempore, cum neque aſcitis acquiſitã, neque tympanitis, neque anaſarcæ naturæ, ſed mixtum ſquid ſit. Quod ſane ex præternaturali feruore in acutis febribus, accenſeo humore, antea quam digeratur, à naturali calore accidit. Merito igitur Galeni ſententia fuit prælata, videlicet à remiſ-

Cauſa.

fiori caliditate iecoris Aſcitim genetari,exigua caliditate non poteote chylum in ſanguioem commutare; ſed in aquam,quæ excitata maiori flamma, naturalem calorem excedentem,in ventum & vaporem transit, non tamen aqua expertem; quod non ſioe maxime iactura facultatũ eorpus noſtrum regentium fieri poteſt. Quare mirum nulli eſſe debet, ſi hæc hydropis ſpecies omniũ diffieilima fuerit. Fiunt autem potiſſimum omnes hydropis ſpecies ob inordinatum regimen in ſex rebus non naturalibus, vt eſu potuque nimio, præſettim vero ciborum pauei nutrimenti & craſſi, qui facile obſtruunt, & calorem innatum ſuffocant, vel nimio & intempeſtiuo aquæ frigidæ potu, vel intermiſſione conſueti exercitii, vel intermiſſa aliqua euacuatione, vel longa ægritudine,vel magna intetcedente exioanitione. Quæ quidem commuoes cauſæ ſunt.

Cauſa antecedentes.

Sed Aſcitis præcipue fieri eonſueuit, cum ſuccum in ſanguinem mutate nõ poteſt hepar, nee vllum humorum diſerimen habet, aut eius expulirix, aut renum attrahendi facultas,imbecilla fuerit: Vbi namque tenes, aut venæ trahere non poſſunt ſerum, in ventrem mittunt, & toti id corpori impartientes ſubcutaneos hydropis ſtatus inducunt. Galeno teſte 3. de ſympt. cauſis,cap. 2. Sæpe veto accidit, vt copia humoris vel aquoſi excrementi,non ad debitas regiones delegati, intra cutem coogeratur mito artificio. Refert enim Hippoetates inter phrenas & ventrem, pituitam quandoque inſediſſe, quæ per aluum non deiecta pet venas vreteres ingreſſa, miro quodammodo per veſicam educta eſt, non diſſimili fortaſſe via, quam in pleuriticis, referente Galeno, expurgatum eſt pus. Inquit enim, venam magnam per poros ſubulle, & per vrinæ meatum exitum habuiſſe. Non admodum diſſimilem caſum narrat Alexander Benedictus, inſignis olim apud Veroneuſes Medicus, eap. de Hydrope. Siquidem obſtructiones, vel horum obſtuentium copia, aut craſſities, miracula indies pariunt: Vnde dicebat Galeous. Renum ampliſſimos meatus, vel iecoris, ſi contingat, quandoque obſtrui, aut eorum membrorum expultrix vis inualida fuetit, & ad naturales exitus non expulerit, aquoſitas ipſa interdum ad ſeminis venas expellirur, quæ olim in vtrisque Iliis conſtiiutæ in fœtu ampliſſimæ, ad iecur deducebant, vmbilicales appellatæ. Tum enim natura ſagax veuas illas eoiollit, apetit, & humore replet, qui cum per vmbilicum exire non poſſit, per exiles venarum poros reſudat, atque eo modo ventrem replet, licet ſæpius eueniat, vt nimio aquæ

Hydropici per vrinam expurgati.

In obſtructionibus ſæpe fiunt miracula.

Aqua per venas vmbilicales expurgata.

Vnde aqua in capacitatem reſudet.

pondete iecinoris mẽbrana ambiens tumpatur, & aſcitem purulentam,aut vomicam efficiat. Sed latius fortaſſe,quam par fuit, exſpatiati ſumus, ſatiusque fuerit breui & expedita methodo, quicquid ad hydropis ſpecies ſpectat, perſtringere, earumq; differentias, originem, cauſasque breuiter complectendo, & ab vniuſcuiuſq; hydropis ſpeciei definitione exordiendo. Quarum quidem Aſcites merito definiri poteſt; eſſe vitium, quod ad malam intemperiem frigidam hepatis ſequitur, cuius vis ſanguifica, ne dum læditur, verumetiam pene corrumpitur, vnde citrinus ſalſusq; humor, per poros reiectus, ſub peritonæo transfunditur, & tum abdomen in tumorem eleuat, inferioresq; partes maxime lædit, aucta plus æquo earum magnitudine: Superiores vero exhauſtas, ac pene omoi humore ac nutrimento deſtitutas, ad ſummam maciem dedueit.

Aſcites quid.

Cauſa autem huiuſce mali fruſtrata ſanguificatio eſt, hepate refrigerato, quæ frequentiſſime accidere ſolet, ob iotempeſtiuam aquæ frigidæ potionem (teſte Galeno 3. de loc. affect. cap. 1.) vel refrigetatoore ventriculi, ob debilitatum calidum innatum, per hæmorrhoides, muliebre profluuium, vel aliunde vacuationem nimiam, aut per ſuffocationem caloris hepatis; (Galeno teſte, Aphor. 6. cap. 14. vel ob ſuppreſſionem hæmorrhoidum, menſium, à copia craſſi aut frigidi ſanguinis inductam; aut propter ſcirrhum, & diutinam obſtructionem. Quæ omnia per ſe primo hepar afficiunt, non minus, imo multo magis, quam quæ pet conſenſum lædunt, vt ventriculi larga & intempeſtiua replerio, intemperies frigida lienis, inteſtinorum, ieiuni potiſſimum & meſaraicarum venarum, imam hepatis partem lædens: Pulmonis veto, Diaphragmatis, debilitas & vis attractrix imbecilla refrigeratis inſtrumentis, quibus proptio munere perfungi conſueuerunt; ob noxam gibbo hepatis illatam hydropem Aſciten accerſunt.

Cauſa.

Cuius quidem ſigna particularia ſunt, grauitas in ventre percepta, ſonitus aquæ in ventre alliſæ, motu vel inclinato in latus corpore, alias non ſonat venter, ſed digitis cedit, vtris aqua pleni inſtar, supernæ pattes attophia tabeſcunt, infernæ, vt venter, pedes, crura, pudenda, ſcrotum, alieoo humore impleotur, quo tenſæ pellucent, vrina parcior, quam in reliquis hydropis ſpecicbus. Pulſus patuus, frequens, ſubdurus, cum qnadam tenſione, ſummus ventris vertex ſupino collabitur, latera inflantur, non ſecus ae veſica aqua plena. At quæ tympanitis appellatur vitium, ne dum alteratricis hepatis, verum in primis reſtigerati ventri-

Signa.

Tympanites à calore frigida intemperie producitur, quam Aſcites.

ventriculi, non tamen adeo, vt in Aſcite, exiſtit. Neque enim calor in humiditatem agens, ac in halitum & flatum digerens, perinde debilis cenſendus eſt, ac qui excitare poteſt, ne dum flatum ac ventum: Quo v[illegible]n flatus ac venti, ab inualido ventricu[illegible] aut inteſtinorum calore generantur, [illegible]emadmodum in acutis febribus in vehementiſſimis inteſtinorum doloribus, fru[illegible]ra à calidis fomentis diſcuſſis, ſæpius acci[illegible]re ſolet, præſertim in illis, qui lienem in[illegible]atum habent, membrum ſane rarum, vndoſum, & humoris incocti receptaculum. Continetur vero in ventre ventus non ſecus, ac in Aſcite humor, raroque eſt ſine aqua, ſub peritonæo enim vapor partim ſub fumi forma remanet, partim in aquam tollitur, vnde & Galeni ſententia, quod à me dictum fuit, confirmari poteſt, à remiſſiore caliditate iecoris Aſcitem generari, à maiori autem tympaniten. Cuius ſigna particularia ſunt venter tumidus, vel ſupino corpore, qui neque ſe in latera exonerat, & ſine pondere eſt, vt veſica ventu plena ad pulſum tympani ſonus exauditur: Corpus totum atrophia laborat ſine pedum, totiusve tumore. Ructibus delectatur, & iuuatur, pulſus longior, non languidus, velocior, frequens, ſubdurus, cum quadam tenſione. Hypoſarca autem, quæ & anaſarca & leucophlegmatia, & ſareitis appellari cōſueuit, diuerſis quidem nominibus, quæ non parum Neotericis impoſuere, qui diuerſas hydropis ſpecies ſignificari imaginati ſunt, vnica hydropis ſpecies eſt, in qua vniuerſæ corporis partes à ſummo vertice ad plantam pedis in laxum indolentemque tumorem, ac penitus œdematicum eleuantur, ob læſam non ſolum hepatis ſanguificam facultatem, verum etiam & eam, quæ aſſimilat, & vnit. Ex quo colligi poteſt, vt & ſupra à me factum eſt, hanc potiſſimum merito tertiæ coctionis læſæ, ac deprauatæ prouenire. Læditur autem, ac deprauatur ob malum corporis habitum, carne in aquam eleuata, & vitio hepatis phlegmatiē ſanguine exuberante: quo ſi, vt & Ægineta retulit, vti corpus mortuo per ſimile reddatur. Fit autem hoc præſertim in longis febribus, longis ventriculi dyſcraſiis, hæmorrhoidum menſiumque profluuin, dyſpnœa, & vigiliis immodicis, quibus coctiones impediuntur, labefactant vſque, & vt craſſum corruptumque phlegma gignatur, occaſio datur, ſubindeque aquoſus ſanguis redditur, quæ naturalis calor non vincens, non aſſimilat, vnde membris male cohæret, crudus & incoctus. Nunquam tamen, niſi ſecunda iecoris coctio intercedat, & non

Signa.

Hypoſarca vitio tertiæ coctionis.

Cauſa.

niſi virtute ſanguifica patiente, fieri poteſt hypoſarca; quæ ex longis quoque ſolis æſtibus, oppilationibus præſertim renum contingere ſolet, ſiquidem cum in iecore chylus non coquitur, & membra ſibi non vniunt ac aſſimilant, crudus ſanguis derelictus ab aſſimilatrice facultate iners inter poros conſidet, inflans torpentia membra. Eſt autem & ſæpenumero alia cauſa, quæ ſubito fit, à calido vehementi alicuius membri humores eliquante, à quo turgidum, quod recipit, membrum redditur, repletis poris, ſed hæc non vera hypoſarca; ſed potius particularis membri œdema nuncupatur. Signa autem particularia hypoſarcæ erunt, totius corporis inflatio, præſertim faciei cum nullo aut paruo ventris tumore: Partes tumidæ ſi premantur digitis, foueam relinquunt. Pulſus vndoſus, mollis & latior, nonnunquam vero & alui fluor ſanguinolentus adeſt. Communia autem omnibus ſpeciebus ſigna erunt, corporis totius color; præſertim circa oculos ex viuo in albidū, plumbeum, ſi frigida ſubeſt materia; flauum, vel ſubrubeum, ſi calida anteceſſit cauſa: Inflatio oculorum, pedum, interdum manuum in hypoſarca, & nonnunquam in Aſcite, cum in tympanitide ſolus venter tumeat: ſitis inexpleta, quia corpus alimento idoneo non nutritur, vel bilis aut putredinis aliquid accedit, delecta appetentia, præcipue ſi calor in cauſa fuerit, ſin frigida cauſa extiterit, vt potus intempeſtiuus, & nimius aquæ frigidæ, vtrumque appetitur, vrina pauca eſt, ſæpe rubens ob mixtam bilē, vires languidæ, nec non ſemper dyſenteriæ hepaticæ, & puſtulæ ſanguine redundantes. Corpore ſupino totus venter extenditur, quod ſane differt à tumore in mola aut conceptu: his enim ſolum ſub vmbilico eſt. Cum autē inter præcipuas hydropis cauſas ſcirrhum hepatis retulerimus, quæ ſane affectio multū ad prognoſticam partem facit, non abs re fuerit, poſt cauſas & ſigna pathognomonica, hic ſubſcribere ſigna, quibus induratum hepar cognoſcimus, inde prognoſticæ partis exordium ſumentes, vt poſſimus & ſciamus dignoſcere, cuius hydropis curam audacter, & cuius minime aggredi poſſimus, ne nobis, ſi temere, & ſine delectu quælibet ſuſcepta fuerit, mali Medici nomen arrogemus: Huius partes ſunt, vt optime notauit Trall. lib. 9. cap. 5. in primis noſcere ægritudinē, quam curamus, vt poſſimus iuxta præceptū Hip. in lib. prog. etiā in hac parte excellere, nō ſolum curantes præſentes morbos: verumetiā præuidentes quid futurum ſit, & præſentem caſum, vbi de ſalute deſperauerimus, actori indicare, & nos à crimine vindicare.

Hypoſarca falſa ſpecies.

Signa.

Signa communia.

Signa indurati iecoris.

Signa ſcirrhi epatis. *1. à tactu.*

Dignoſcitur autem ſcirrhus epatis ex tactu, figura, & ſitu. Tactu quidẽ, quia non ſtatim digitis cedit; nec tamen ſtatim percipitur, cum in intima, ſub muſculis abdominis parte ſedem habeat hepar, ſed preſſis, & diligenter admotis digitis manifeſta percipitur

2. à figura.

durities & renitentia. Ex figura autem, quia corpore ſupino decumbente, eſt tumor circumſcriptus.

3. à ſitu.

Quo ad ſitum, & hic quidem tumor ſub coſtis in dextro hypochondrio eminet, qui ſane momento temporis indureſcit, & niſi opportune occurſum fuerit, cito deliteſcit, ſuprauenientibus aquis & hydrope ipſa, vt optime notatum eſt à Galeno in lib. de locis affect.

Prognoſticũ lethale. ſi à ſcirrho.

Quæ ſane hydrops curatu nc dum difficilis, verumetiam impoſſibilis cenſetur, poteritq; doctis Medicis ad malum prognoſticum; non autem ad ſalutem facere, non ſecus, ac ſi poſt acutam ægritudinem hydrops acciderit, vel ſi poſt hydropem febris acuta inuaſerit, quemadmodum ſi tuſſis ſuprauenerit hydropis ratione.

Si cum febri acuta. *Si tuſſis adeſt.*

Dicit enim Hippoc. 6. Aphor. Hydropicis tuſſis ſuperueniens malum. Signum enim eſt teſte Galeno, Hydropicorum aquoſitatem adeo excreuiſſe, vt canales pulmonum affligat, & pene repleat, communicato nocumento ſpiritualibus partibus per poros Diaphragmatis, iuxta thoracis cauitatem, quam humiditatem pulmo imbibens, frequenti eo agitur motu, vnde Gal. aquoſitatem illam ſuffocationis cauſam, &, qui tuſſi ob illam laborant, vicini ſunt ſuffocationi: vel poteſt dici, tuſſim hydropico ob id ſignũ eſſe lethale. non ſolum, quia pulmones tali imbibuntur humiditate, verumetiam quia comprimendo Diaphragma extranea illa humiditas tuſſim excitat, & conſtrictionem anhelitus, cui ſæpe & alui fluor annectitur; & tunc vicinam mortem adeſſe prognoſticandum eſt, iuxta illud Auicennæ: Quando materia hydropem faciens adeo excreuit, vt dyſpnœam & ventris ſolutionem faciat, tunc mortem fores pulſare ſignum eſt, quod per verba hæc intellexit, dum dixit, illud ſignificare propinquitatẽ mortis in tribus diebus, id eſt, cito: Non enim terminus præfixus eſt chronicis ægritudinibus.

Dyſpnœa. Fluor alui.

Cautela.

Debet tamen Medicus non temere prædicere, ſed diligenter inquirere, num, quę adeſt anhelitus difficultas, & ventris ſolutio, vna cum tuſſi, merito hydropis fiat: Nam ſi propter aliam cauſam præceſſerit, vt ob inordinatum victum & exceſſum in ſex rebus non naturalibus, non adeo periculoſum fuerit. Item, num fœtor anhelitus adfuerit, ſignum enim eſt, materiam pulmonibus non ſolum communicatam, verumetiam in iiſdẽ corrumpi. Fluxus vero qui adeſt hydropicis, ob humiditatem, quæ per poros tunicatũ ventriculi per meſaraicas venas ab hepate tranſmittitur, oritur, vnde ſæpe videmus tales à nimio fluxu debilitatos, mortuos concidere, vel verſa ad ſuperiora fluxione, vomitu vehementi excitato miſere ſuffocari. F xus quidem, qui maxime timendus eſt, . natura operante regulariter non fit ſed ſymptomaticus, continuus, & longus, non de tumeſcente inflatione, nec cauſa ægritudinis euacuata, ac cum maxima virtutis debilitate, præſertim ſi in eo fluxu veluti caro hepatis emanet: Licet & Lienteria hydropico ſuperueniens ob Atrophiam mortem prætendat.

lliquatio. *nteria.*

Conſueuit autem morituris venter intumeſcere, & cutis valde extendi, poſt in cute vlcera excitari, vt optime notauit Rhaſis 3. comm. cap. 6. cui & Auicenna conſentit:

Vlcera cutis.

Bicolor vrina.

Bicolor vrina, quæ ſane in ſuprema parte vnius, & in infima alterius fuerit caloris, præſentem mortem minari quotidiana experientia docet. Cumq; raro accidat, vt manus in hydrope intumeſcant, ſi tamen intumuerint, mortis diſcrimina inde colligi poſſunt, ob debilitatem cordis, non potentis ſua innata caliditate ac robore, quas conſueuit partes tueri, præſertim in Aſcite & tympanitide.

Tumor manuum præſertim in Aſcite & tympanitide.

Quibus autem hepar aqua plenum in omentum irruperit, iis venter aqua replebitur, & moriuntur; teſte Hippocr. 6. Aphor. 57. Econtra vero, ſi quis aqua intercute laborauerit, & aqua in venas per ventrem cõfluxerit, morbi fiet ſolutio, 6. Aphor. 14.

Salutaria.

Sudor etiam hydropicis ſuperueniens, ſi ſubinde æger alleuari ſe ſenſerit, bonus.

Euacuationes atq; ſudor cum leuatione.

Hoc autem in prognoſticando in primis à Medico animaduertendum, quod & in omnibus morbis diligenter conſiderandum eſt, vt naturam ægri propriam maxime conſideret. Quanto enim à naturali temperamento ægritudo longius receſſerit, tanto magis periculoſa iudicanda eſt. Maior enim lapſus eſt in cholerico hydrope laborante, quam corpore pituitoſo. Sed hæc de prognoſtica parte ſatis.

Cura hydropis,

Curatio.

Hæc triplici inſtrumento perficitur: 1. Diæta. 2. Pharmacia. 3. Chirurgia. (licet non ſemper omnibus hiſce inſtrumentis vtamur.)

Diæta.

Diæta quidem conſiſtit in idonea ſex rerum non naturalium adminiſtratione, quæ ſane vergere debent ad ſiccum, ſitque diæta tenuis potius, quam craſſa, cibusque ingeratur concoctu facilis, bene coctus atque aridus, panisque ſit confectus cum ſale, amomo, fœniculo, aut aniſo; & in tympanitide etiam cuminum addere poſſumus. Sit bene fermentatus, & diligenter coctus. Veſcatur auicularum carnibus, in dumetis degentium,

gentium, hydropicus. Nam alimenta ſicciora conueniunt veluti perdices, turtures, turdi, merulæ, & ſimiles. Ex terreſtribus quidem capreæ, lepus, cuniculus, pulli gallinacei aſſi. Ex aquaticis cancri fluuiatiles [illegible]ces friabiles, marini, oua aſſata: oletum [illegible]rus ſit vſus, & ſi ea exhibeantur, acriora [illegible]int, extenuandi calefaciendiq́; vi prædita, veluti apium, petroſelinum, daucus, eruca, pulegium, braſſica, allia cocta, cæpæ, porrorum capita, quæ tamen in ventoſa hydrope non ſatis tuto exhiberi poſſunt. Laudo etiam vſum ſalis hac arte parati:

Olera acriora

Sal artificialis.

℞. Origani orientalis.
Floris roriſmarini.
Hyſſopi ſicci.
Fœnic. an ℥ ſ.

Salis foſſilis ſi haberi queat: ſin minus artificialis, & ex aqua marina cōfecti ℥ ij. Miſce, & f. puluis ſubtilis. A potu omnino, quantum eius fieri poteſt, abſtinendum eſſet: nouiq́; ego non poſtremi nominis Medicum Hiſpanum, publice Bononiæ profitentem, qui eſu alimentorum aſſorum, & abſtinētia cuius libet potus per quadraginta dies continuos durante curatus eſt, abſq́; vllo prorſus medicamento. Quod ſi vero penitus à potu abſtinere nequeuit, bibendum vinum, quantum ad frangendam ſitim ſufficit, atque id tamen parce. porro bibendum vinum tenue eſt, quod vrinam prouocet Dulcia, ac mulſum, perinde ac peſtis vitanda ſunt. Acetum hydropicis ſitim extinguit mirifice, & compeſcit. Expertus ego ſum acetum, aqua chalibeata dilutum, ſola oris ablutione ſitim fregiſſe. Cauendum tamen eſt, ne quid aquæ in viſcera deſcendat. Imo quorundam opinio eſt, aquam hydropicis vel ipſo intuitu nocere. Sit autem prandium mediocre, cæna parca. Secunda menſa, fructusq́; omnes euitentur. Deguſtari tamen poſſunt iuglandes, amygdalæ, mala punica, pyra cocta, & carica, interdum non quotidie, & in minima quantitate. Lectus ſit non admodum mollis, præſertim anaſarca laborantibus, qui ſecū ſemper ſatis ſuperq́; lecti circumferunt, nimirum mollem illam & œdematicam in toto corpore humorum colluuiem. Si autem fieri poſſet, vt exſiccatis herbis conficerentur lectuli, vt ex pulegio, foliis calaminthæ, vrticæ, origani, hyſſopi, & ſimilibus, mirum eſſet, quantopere prodeſſent per ſomnum, vt declarant Medicorum libri, qui multos in aceruis frumenti obuolutos, vel arena abſconditos, vel furfere calido obtectos, à ſomno firmos ſurrexiſſe narrant: tanta vis eſt in exſiccantibus medicamentis. Imo ſi volumus eſſentiam affectus conſiderare, princeps omnium, quæ occurrunt, intentionum eſt ipſamet exſiccatio. Proinde mirum eſſe non debet, ſi authores laudant exercitationes, etiam ſi media in æſtate, & ſereno ac tranquillo cœlo, etiam in Sole capite tecto fiant, conſuluntq́; in hyeme exercitationes, non niſi in domibus igne calefactis fieri. Quod ſi pedibus per vires exercitare non licet, equitandum erit, vel erunt geſtandi, ſurſum atque deorſum linteis aſperioribus abſtergendi fricandiq́;, non ſemel in die, verum iterum atq́; iterum. Frictio ſi quidem meatus conniuentes aperit, humores deſiccat, extenuat atq́; diſiicit, celeriter ſudores elicit plurimos, & carnem cogit. Perfricandi vero ſunt manibus ſale ac oleo calefaciente illitis: deinde aqua ſulphurea, aut ſalſa lauandi, vel lixiuio ſale ac aceto, ea parato arte, vt vix acetum & ſal ineſſe percipiantur. Et hæc quidem, quoad vniuerſam victus rationem, cui & illud addendum, vigilandum potius, quam dormiendum eſſe. Venus licet exſiccet? tamen quia calidum innatum debilitat, fugienda. Mœrores propulſandi, quia internum calorem ſuffocant. Lætandum eſt, nec admodum formidanda lætitia, quod & exſiccet, & internum calorem augeat, recreatis, qui in corpore ſunt ſpiritibus. Vniuerſalis autem cuiuslibet hydropis cura perficitur humoris redundantis euacuatione, vt in aſcite aquoſitatis per ſoluentia, quæ tamen hepati non aduerſentur: In tympanite per digerentia; quemadmodum in hypoſarca per ea, quæ materiam pituitoſam educunt, quæ & aſciti, quemadmodum & ea, quæ aperiunt, & vrinam prouocant, coducunt. Euacuatio, quæ per ſanguinis miſſionem fit, aut nunquam aut raro fit, idq́; in principio. Suntq́; Canones Doctorum venę in hydrope ſectionem prę cipientium, ſano modo intelligendi. Canones autem qui circumferuntur, hi ſunt:

Potus

Abſtinentia à potu per quadraginta dies curatus

Acetum.

Aquam hydropicis intuitu nocere

Quies.

Præcipuum indicans in hydropiſi exſiccatio.

Frictio.

Aſcitis.

Tympanitis hypoſarca.

Num in hydrope vena ſecanda.

In hydrope proueniente ob menſiū ſuppreſſionem mitti ſanguis poteſt.

In hydrope ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus mitti ſanguinem decet.

Hi canones multis impoſuere Medicis indoctis, ſenſum genuinum illorum non intelligentibus, ſi quidem ſi ſimpliciter ita intelligantur, ſemper mittendum eſſe ſanguinem, quoties hydrops ſuperuenit ex ſuppreſſis quacunq́; de cauſa menſibus, vel hæmorrhoidibus, falſi in quotidiana experientia deprehendentur, & qui ſic interpretati fuerint, & illum ſenſum ſecuti, ſępe miſeris ægris mortem intulere. Non enim ſufficit, menſes ſuppreſſos, aut hæmorrhoidas eſſe hydropis cauſam, ſed oportet diligenter cauſam ſuppreſſionis conſiderare, quæ ſane

Vena ſectio in hydrope a ſuppreſſis menſibus ſanguinis copia iuuat

Si à viſcidis & craſſis humoribus, id eſt, debili calore nocet.

conſuenit eſſe obſtructio, vel à multitudine ſanguinis fit, & tum his vtique conuenit ſanguinis miſſio, vel a copia craſſorum, viſcidorum, ac frigidorum humorum fit, & tum mirum in modum nocet, tantum abeſt, vt prodeſſe queat: vel ex defectu calidi innati prouenit ſuppreſſio menſiū & hæmorrhoidum, & ideo quia calidū innatum minimum ſanguinis generans, parum etiam ad debitàs regiones tranſmittit, & in hoc caſu ſecare venam nihil aliud eſt quam iugulare. Debent ſe igitur Medici non oſcitãter gerere, ſed inquiſita ſuppreſſionis cauſa, vt nuper dictum eſt, procedere. Temperandū prçterea hepar eſt, & ad ſymmetriam deducendū contrariis, cum peccat dyſcraſia. Quomodo autem id fieri debeat, in qualibet hydropis ſpecie nunc dicendum: Cum autem de vena in hydrope ſecanda ſermo habitus ſit, non abs re fuerit, dum adhuc recens memoria eſt, de ea hydropis ſpecie primum agere, in qua quandoq; ſecare contingit venam, & noſtram Canonum interpretationem, Tralliani authoritate corroborabimus, ab ipſius verbis exorſi, quæ cap. 2. lib. 9. ita habent:

Alteratio epatis.

Quando venæ ſectio in anaſarca conueniat.

Cui autem Anaſarea nomen eſt, ea venæ interdum ſectionem expoſcit. Atque ex frigidi ſanguinis copia naſcitur, ac frigiditatis quidem ratione illa non indiget, ſed quoniam copiæ detractio naturam leuat, vt hæc facilius iſtum affectum ſuperet, non alienum, ſed rationi conſentaneum eſt, hic quoque venæ ſectione vti. Videmus enim quod etiam ignis externus, cum à lignis viridibus propemodum extinguitur, refocillatur rurſus, ſi quæ ipſum ſuffocabant, auferantur. Hydropem igitur Anaſarcam, & vena ſecta interdum, & aliquando euacuatione purgante curare oportet. Euacuare autem poſt ſanguinis miſſionem oportet, quæ ſane ſanguinis miſſio ante omnem aliam curationem tentanda eſt, modo vires permiſerint, ſi etenim imbecilles extiterint, tametſi copia ſanguinis affuerit, tamen niſi reparatis viribus ſanguinem mittere non libet. Præſtat autem in eo loco vitioſorum humorum copiam picra minuere: hoe enim medicamentum ſimul aperire & corroborare viſcera poteſt, qua re ſummopere hic indigemus. Poſt hæc ad paulo valentiora, & magis purgantia deueniendum medicamenta eſt, non confertim tamen & vnica vice, ne vires labantur. Nam etiamſi quod euacuatur, recrementum ſit, tamen vniuerſa ac ſubita euacuatio ſummopere lædit. Proinde ſatius fuerit paulatim, tuto, & in tempore euacuare, quam feſtinando, ac omnia perturbando: quod tane cum morbo vna & ægrum tollit. Sine moleſtia autem purgat ſambuci radicis ſuccus, ad pondus ℥j. exhibitus, cum ſyrupo aliquo aperiente, vel ipſummet decoctum Radicis ſambuci, vel ebuli, in vino paratum: vel ſuccus palmæ Chriſti, qui & in Aſcite intrepide exhiberi poteſt. Euacuat enim miru in modum à circumferentia ad centrui per aluum, excernit materiam talem hydropem facientem, aperiunturque inde meatus ſæpenumero non ſolum inferiores, ſed etiam ſuperiores. Et poſt ſolutam aluum ſudores ſubſequuntur, qui potiſſimum in hac hydropis ſpecie curanda expetendi ſunt. Quemadmodum enim hæc hydropis ſpecies in primis oritur ob læſam, quæ fit in membris exterioribus potiſſimum, coctionem, cuius excrementum ſudor eſt: Ita rationi conſentaneum eſt, vitium hoc tolli poſſe, vniuerſa humorum ſaburra eo alias confluente, per diuerſas regiones euacuata, potiſſimum per ſudores, id quod à me experientia comprobatum eſt bis, in duabus mulieribus adhuc viuentibus, quarum altera primo, altera tertio Doctoratus mei anno ſanata fuit, cum tamen à præſtantiſſimis medicis derelictæ tanquam deploratæ fuiſſent: allocutuſque es, mi Iſaac, alteram tu, cum mecum Bononiæ eſſes: Virum alterius his proximis diebus diligenter interrogauit Petrus Vinmannus, eamque adhuc fœliciter viuere non ſolum intellexit, verum etiam à quibuſdam Medicis fruſtra curatam, & pro deplorata derelictam, quos honeſtatis gratia non nomino, ex illius marito plane confitente audiuit: Imo & quo vſus ſim remedio, quamque facili & compendioſa via proceſſerim, audiuit & miratus eſt: exhibueram autem hieram picram pondere ℥ß. vna eum ℈ij. rhabarbari. Exhibueram inſuper Rhabarbar. infuſum in ſucco Ireos hoc pacto paratum.

Hiera.

Euacuantia valentiora.

Sambucus.

Ebulus. Palma Chriſti in Aſcite præſtans.

Sudorifera in aſcite proſunt.

Euacuatio in aſcite ſalutaris.

℞. Succi Ireos recentis, & per reſidentiam depurati ℥vj.

Rhabarbari mundi & electi ʒj.

Contundatur parum Rhabarbarum, deinde per noctem in prædicto ſucco infundatur, & facta forti expreſſione addatur, ſucci cyclamini ſimiliter depurati ʒj.ß.

Syrup. capillor. ven. ℥j.

Aquæ cuſcut. ℥ij.

Miſc. & fiat potus, qui ſane, cum valde abſtergens ſit, non ſolum internos, ſed & externos meatus aperit, & primum quidem per ſeceſſum copioſiſſime euacuat: deinde etiam ſudores elicere conſueuit: quod tamen in hac muliere non præſtitit (Talis enim ac tanta aderat obſtructio) ſed leuem quendam tantum ardorem in ſuperficie induxit certum futurum ſalutis ſignum conſentien-

ſentientibus in hoc ſignis, robur virium atteſtantibus. Neque enim ex euacuatione illa pulſus debilitati ſunt: Imo qui huc vſque ſepulti ex œdematico tumore extitere, magis ſeſe exeruere. Hoc animaduerſo, ad le‑ ‑e, paratu facile, & in talibus caſibus mihi domeſticum remedium deueni, quo vno curata eſt illa mulier, & cuius vnius eius vir tanquam miraculoſi meminerit. Remedium autem tale fuit.

Sudoriferus ſyrupus S. Ambroſii.

℞. Milii excorticati ℥ ij.
Aquæ fontis claræ ℔. ij. Miſce.

Et in mundo vaſe bulliant, donec tantum tres, & ad ſummum v. unciæ illius aquæ ſupererint, quæ percolata cum æquali vini albi meracioris potione miſceatur, deturque calidum hydropico. Copioſiſſime enim ſudabit, ſi texeris diligenter, vt illa mulier ſudauit, cuius ſudore permaduit totus lectus. Vſa autem eſt per octo dies tali potione, & conualuit, valetq́; peperitque ex eo tempore quatuor vel quinque filios. Ne autem quenquam ſuo honore defraudem, conſimilem potionem habes in aromaticorum libro, qui ſub nomine Luminaris maioris circumfertur. Taliſque potus ab illis ſyrupus Sancti Ambroſii vocatur. Sed hæc aliaque omnia remedia ſunt in tempore exhibenda, ſeruandaque eſt occaſio, nec confidendum eſt illis, niſi oppòrtuna ſeſe obtulerit occaſio, quam nouiſſe cuiuis integrum non eſt: Vſus ſum eodem ſyrupo in pueris, qui ſæpe ac ſæpius ex ingluuie in huiuſmodi affectum incidunt. Toti enim œdematici, ac pallidi euadunt. Curaui cuiuſdam Hannibalis Taureli filium ætatis trium annorum, exhibendo quarto quoque die ʒ s. pill. de hiera cum Rhab. & tribus aliis diebus ſyrupum ſupra dictum. Bononiæ vero curaui filium Obiſani Viſani, compatris mei, exhibendo Rhab. infuſum in modico albi vini odoriferi, & poſtea per tres dies ſyrupum ſupra dictum, cuius laudes parentes in ore habent.

Puerorum cura.

Externa.

Cum autem hæc affectio, licet ab internis membris male affectis proueniat: tamen tota in extima parte ſeſe proferat, ea omnia, quæ extrinſecus adhibita exiccare poſſunt, prodeſſe conſueuerunt, quemadmodum balneum ex lixiuio, aceto, ſale, ſulphure, vrtica, laurifoliis, calamintha, ſalula, origano, & demum ex calefacientibus & exſiccantibus herbis paratum: vel balneum thermarum ſulphure & nitro præditarum: quemadmodum etiam, de quibus ſupra meminimus, acetui frumentorum, cineris, arenæ, & ſimilium, quæ doctus Medicus ex arte nouit conficere. Poſt balneum frictiones cum ſale & oleo tenuium partium ſurſum deorſum factæ ad intenſam cutis rubedinem prodeſſe conſueuere.

Balneum.

Frictio.

Nec oberunt ſpongiæ in decocto facto ex lixiuio, ſale & aceto, cum herbis exiccantibus, primum quidem maceratæ, deinde expreſſæ, & tumentibus partibus alligatæ. Aperiunt eoim meatus, in halitus digerunt, & exiccando partes affectus conſumunt, & roborant, quod ſane in anaſarca expetitur.

Fomentum præſertim in anaſarca.

Fruſtra tamen id moliemur, niſi interim dum hæc fiunt, membrorum principalium, nec ſolum horum: verum in primis ventriculi & iecoris ratio habeatur, & aliquando exhibeantur, quæ & primam & ſecundam coctionem adiuuant, ventriculumque ac hepar corroborant.

Corroborantia.

Siquidem vt in capite de cauſis dictum eſt, plerunque hydropis ſpecies vitio malæ actæ coctionis oriuntur, quandoquidem ſi coctio ipſa, vt refert Galenus libro ſexto de ſymptomat. cauſis, alteratio eſt ſecundum qualitatem, quam ventriculus facit, dum ſibi cibos ſimillimos reddit, nemo negauerit, alterationis errorem ſymptoma fore coctionis.

Coctionis læſio.

Quod ſi nulla penitus fuerit alteratio, vocabitur hoc ſymptoma cruditas, haud aliter, quam immobilitas, vel ſenſus priuatio in animalis potentiæ actionibus, ſignificans præcipue partis animæ actionum & abolitionem & priuationem.

Ablatio.

Si vero fiat alteratio quidem, ſed non vt oportet, vocabitur & hæc cruditas: ſed cruditas quidē non priuationem, ſed vitium tantum ſignificans. Atque vitium bifariam accidere ſolet; aut enim tarde alterantur cibi, vt vix propriam mutationem ſuſcipiant: aut corrumpuntur omnino, vt nullam coctionem admittere poſſint.

Diminutio.

Illud βραδυπεψία, id eſt, tarda coctio nominatur, hoc nullo proprie nomine appellatum eſt à Gal. Ego vero cibi deperditionem iacturamq́; appellauerim. Omnino etenim vel incoctus, vel corruptus cibus remanet.

Deprauatio.

Duo autem ſunt prima genera erroris accidentis in coctione: vnum cum potentia ipſa affecta eſt: alterum ab externo errore quopiam natum eſt. Atque vtrumque rurſus à Galeno diuiditur: Potentia quidem bifariam læditur, aut per ſuam ipſius eſſentiam, aut per aliquem inſtrumentorum morbum.

Cauſa viciata coctionis.

Error vero extrinſecus adueniens triplex colligitur à ventriculi excrementis vnus: alter ab alimentis: Tertius à dormiendi tempore. Et in propria quidem eſſentiæ noxæ nihil aliud ſunt, quam intemperies quædam agentium qualitatum. Ab inſtrumentis vero oriuntur Eryſipelata, œdemata, phlegmone, ſchirri, abſceſſus, & alii id genus morbi, quorum alii ſimplices, alii compoſiti, in ventriculo inſunt, ac horum ratione male ventriculus concoquit, propria, qua prædi-

tus eſt, potentia ad coquendum inſita, noxam ſuſtinente: Per alios vero morbos, qui inſtrumentales, impedita duntaxat. Quod ſi cum intemperie inſtrumentorum morbi componantur, vtroque modo noxam patietur, atq; ob omnes iam expoſitas cauſas ventriculus male concoquere ſolet, nullo etiam in cæteris errore incidente. Non concoquit etiam animal, etiamſi ventriculus minime per ſe afficiatur, aut propter ciborũ, aut potus immodicam quantitatem, aut prauam qualitatem; aut quia intempeſtiue, & non recto ordine ingerũtur, & ſomnum breuiorem. Vbi autem cibum vitioſa qualitas infeſtat, ac excrementa in ventriculo abundant, malam coctionem corruptio comitatur. Quanquam & ordo præpoſterus, & cibus intempeſtiue exhibitus, idem efficere poſſunt; diuerſa tamen quodlibet ratione, ordinem præpoſterum appellat Gal. exempli cauſa: ſi quis mala cotonea aut punica primo ingeſſerit, poſt olera ſumat. Intempeſtiuum vero ſi quis cibũ in aurora, antequam modice ſaltem fuerit exercitatus, vel quam heſternus cibus deſcẽderit, ſumat prandiũ.

Nidor. Corruptionẽ hanc ſi nidorem referat, à calidis bilioſiſq; cibis accidere, ſi vero acidus fuerit ructus, a frigidis natura, atq; pituitoſis oriri coniicimus. De excrementis idem dici debere, cenſet Galenus, quippe acidum ructum excitant pituitoſa frigidaq;, nidorem, bilioſa & calida excrementa. Imo ventriculus quoq; per morbos frigidiores, acidos ructus, per calidos vero bilioſoſq;, nidorem eructat. βραδυπεψία fit, quando difficulter cibi concoquuntur, vel quod potẽtia illos nõ ſuperat, vel q, ſomnus breuior fuerit, quam vt eos vincere potuerit. Vbi vero citra corruptelam cibus omnino coctione caruerit, ſcire oportet ventriculũ plane victum eſſe, vel ab immodica quantitate, quam potentiæ imbecillitas ferre non potuit, aut à vehementi frigore: Ventriculus enim in huiuſmodi conſtitutionibus, ita à concoquendo ceſſat, vt ne aggrediatur quidẽ coctionem. Quæ ſane nuper à me recitatæ, diligenter animaduertendę cauſæ, in ea hydropis ſpecie ſunt, quæ aſcitis appellatur, licet & aliæ hydropis ſpecies iiſdẽ prouenire de cauſis poſſint, præſertim tympanitis, omniſq; mouendus eſt lapis à perito & docto Medico, vt ſi vitio malæ actæ primæ coctionis hydrops proueniat, propriam & genuinam, à qua læditur actio, cauſam aſſequatur, vt contrariis, quoad fieri poteſt, remediis, nõ neglecta naturali temperatura, opportune occurri poſſit. Tu autẽ facile ex propoſitis exemplis intelligis eas, quę in vaſis accidunt, cruditates, ſiquidem ad eoſdem modos reducuntur: ſimiliter & eas, quas tertia coctio parit, quas mox totius corporis nutricatio ſequitur, eandem habente proportionem ad carnes cibo, qui à ventriculo tranſmittitur, quam habent cibi potioneſq; ad ventriculum, quæ omnia indicauit nobis prægnita coctionis ratio. Dicebat autem Gal. cum temperiem quæ ex quatuor cõſtat Elementis, quæ corporis ventriculi proprietatẽ conſtituũt, nouerimus eſſe cauſam alterationis ciborũ, & nõ mediocriter hanc ad rem conferre Elementũ calidum, facili nobis patebit via, qua cruditatis quoq; viam inuenimus. Atq; non ſolũ per cruditates, verum etiã in reliquis omnibus tria ſymptomatũ genera deprehendũtur: Vnũ velut abolitio vel priuatio: alterum defectus vel imperfectio actionis: tertium cum praua & erronea fit actio. Et actione quidẽ priuata, cum ventriculus, ne ad minimũ quidem cibos alterat: imperfecte cõcoquit per βραδυπεψίας, id eſt, tardas coctiones. Deprauate vero, vbi erronea fuerit actio, cibos corrumpens. Ex bis & ſecũdæ & tertiæ coctionis errores dignoſcere poſſumus. Secũdę quidẽ, quæ in venis fit priuatio deprehẽditur: vbi humores omnino crudi relinquuntur. Defectio cũ ſemicocti ſunt. Deprauata actio vbi vitioſi euaſerint. *Secunda coctionis errores.* Tertię vero coctionis vbi in vniuerſo animalis habitu veluti priuatio actionis apparet, ſi ibidẽ crudi inhæſerint humores: Defectio vbi ſemicocti: Prauitas cũ vitiati ſũt, *Tertiæ coctionis errores.* Ex huiuſmodi vitiatis ſuccis generãtur eryſipelata, cancri, gangrenæ, phagadenæ, carbones, herpetes, aliiq; id genus morbi, qui in anaſarca laborantibus ſæpe conſpiciũtur, præſertim in pedibus & cruribus, vt in Monacha D. Bernhardini videre potuerunt, qui me eam curãtẽ, anno ab hinc 4. ſecuti ſunt, & inter alios Euſeb. Srarera hoc tẽpore publicus Anconæ chirurgus. *Anaſarca ſymptomata* Eius enim pedes ex vitiato ſucco gangrena pene exeſi fuere. ſed de his alias. Certũ autem eſt, horum ſymptomatũ cauſas non diuerſi eſſe generis à prioribus, quas de ventriculo diximus, quandoquidem aliæ ad potentiæ imbecillitatẽ, aliæ ad errorem, qui circa cibos committitur, aliæ ad ſtudia, quæ extrinſecus animanti accidunt, referuntur, idq; eadem, qua in his ratione. Nam potentiæ imbecillitas interdum peculiarem ſimilarium partium intemperiem, interdum non hanc; ſed inſtrumentorũ morbos conſequitur. Porro deprauatio, tum ad multitudinem, tum ad ſuccorum qualitatem refertur, non ſecus ac ad ſtudia, quæ intrinſecus adueniunt, item ad ordinem præpoſterum, & intempeſtiuam aſſumptionem. Per ſtudia autẽ intelligit Galen. equitationem, piſcationes, dulces Veneris illecebras, mol-

lia

lia balnea, deambulationes, nauigationes, venationes, & demum quicquid corporis exercitio gerimus. Non minus autem in ſymptomatibus coctionem lædentibus earumq; generatione indaganda laborandum eſt Medico, quam in generationibus, & ordine effectricium cauſarum cognoſcendis. Dicebat enim Galenus, non ſolum id noſſe, conuenit, an ventriculus nihil concoxerit, ſed quam ob rem id euenerit, an ob vehementem concoctricis facultatis imbecillitatem, an ciborum cauſa ſymptoma acciderit: quod ſi conſtiterit, facile corrigetur. Si vero ob extremũ potentiæ lapſum, ad quem lienteria, vel ea hydropis ſpecies, quæ tympanitis dicitur, ſubſequi ſolet, ſubleuanda erit potentia, cauſa tamen ipſa prius ſemota. Non ſecus de venis dicendũ eſt: Inquirendum etenim eſt non ſolum, an ſanguifica vis à ſcopo deciderit, ob ſanguificæ facultatis imbecillitatem, an ob multos frigidos, eoſdemq; crudos humores, ſiquidẽ hoc facile ſanari poteſt: illud in aquã intercutem trãſit. Similiter in corporis habitu procedendum eſt, quippe ob crudos humores afficiuntur, qui à morbis immodice agitati, ſatiatique, mox flatibus impleti, per vniuerſum corpus aqua intercute infeſtantur, nõ ſecus ac qui ob potentiæ imbecillitatẽ ad id deuenerunt, vt in eam hydropis ſpeciem inciderent, quam anaſarcam vocant. Non autem quod mei oblitus, rurſus ad cauſam hydropis me conuerti, ſed vt in re difficili, quibus ex fontibus curatiuę indicationes eliciendę eſſent, tibi conſtaret, hæc lõgius tibi propoſita ſunt, neq; inutilia quidẽ, verum ſummopere neceſſaria, adeo vt cœcutientibus Medicis perſpicilli loco eſſe poſſint, certũ indubitatumq; canonem monſtrare, quo ſuos actus regant, & ad finẽ perducant, vno hoc ſibi propoſito axiomate: Nullã hydropẽ eſſe

Axioma. 1.

poſſe non ſolũ læſo ſenſibiliter hepate, verũ etiam vitiata atq; labefactata aliqua ex parte prima coctione cui axiomati illud ſubſcribes ex ipſo Galeno depromptũ, quod ſemel & in prima coctione erratum commiſſum fuerit, nec quæ ſequitur, nec poſtrema corriget concoctio.

2.

His duobus cruribus incedẽs Medicus, in tempore vocatus ad ægrum, ſanitatis cupidum, raro ſpe fruſtrabitur, ſi omnem diligentiã adhibuerit in indagandis cauſis, affectum facientibus, ac in eliciendis inde indicationibus curatiuis. Præcipue poſtremo axiomati inuigilandum, quod 3. de ſymp. cauſis nos docet Galenus: vbi lõgiſſimo ſermone, quo pacto actio concoctrix ventriculi lædatur, tum per ſe, tum per accidens, inquirit, affectuſq; inde ortos ponit: in affectibus vero, tum ſecundæ, tũ tertiæ coctionis læſionẽ conſequentibus, breuis & admodũ compendioſus exiſtit, ſeſe referens ad ea, quæ de ventriculi læſione egit, tanquã ad fontem & originem omnium malorum, quæ à ſecũda & tertia coctionibus læſis oriuntur. Vt igitur Galeni veſtigiis inniti rẽ abſoluamus, ex ventriculi actionem lædentibus cauſis indicationes curatiuas ſumamus: Facile namq; & aliarũ concoctionũ medelæ hinc eadẽ methodo colligi poterũt.

Quot modis actio ventriculi lædatur.

Lædi autem actio ventriculi poteſt vel per ſe, vel per accidens: per ſe quidẽ, quotieſcunq; inſtrumentũ, quo actio læditur, quod ſane ſimilaris pars eſt, aliqua intẽperie laborat, vel ſimplici, vel compoſita, vel citra affluxũ, vel cum materię affluxu

Indicationes curatiuæ.

Si ſimplex intemperies fuerit ſuo cõtrario tollẽda eſt, habita ratione naturalis tẽperamenti, membri laborantis: Imo non ſolum temperamenti, verumetiam præſtãtiæ ſenſibilitatis, officii, quo fungitur, aliiſq; ad id facientibus intentionibus, a Galen. 6. Meth. cap. vlt. deſcriptis. Si vero compoſita erit intemperies, puta, calida & humida aut frigida, aut calida & ſicca, aut frigida & ſicca, qualitatibus etiã his eſt occurrendũ iis, quæ nuper dicta ſunt, ſeruatis. Quod ſi cum materię affluxu intemperies ventriculi coctionem læſerit, cohibendus eſt materiæ fluentis fluxus, refracta mandantis membri vi, viis amplis coarctatis, membro recipiẽte corroborato, & quæ iam inſidet membro, malum intemperiẽ fouens, materia per conuenientes regiones educẽda eſt, æſtate quidem per ſuperiora, præſertim ſi tenuiores & bilioſi inhęſerint humores: Hyeme vero per inferiora, craſſioribus peccantibus humoribus, niſi alio per ſe repere cœperit materia & euacuari, puta, per vrinã & ſudores, hæmorrhoidas, mẽſtruas purgationes, ſimileſq; regiones, quacunque tandem via humor peccans purgari naturaliter cõſueuit, euacuata materia, intẽperies ſuo contrario remouenda eſt, quod tamen à tota natura membrum reſpiciat affectũ.

Ventriculus per accidens laborans ſeptem modis.

Quod ſi non per ſe primo: ſed per accidens laboraret vẽtriculus, quod ſeptem contingit modis, vnicuiq; ſuo contrario occurrendum eſt: Quorum primus

1. Quantitate.

modus à Galeno propoſitus immodica ciborum potuſq; copia, à qua præfocatur, non ſecus ac ignis à multis lignis ſupra iniectis. Corrigitur per eum canonem ab Hipp. propoſitum, ſubtractione inanitioneq; quæ tamen pedetentim molienda eſt.

2. Qualitate.

Secundus modus ob prauam qualitatem calidam, frigidam, craſſam, glutinoſam, aerem venenatum, qua fungi, tubera, & id genus fructus præditi ſunt. Curatur ergo qualitas frigida calido, calida frigido, craſſa attenuante, incidente, aer venenatus, bezoarticis.

3. *Tempore inconſueto.* Intempeſtiua ſumptio cibi & potus, vt ſiquis mane priuſquam pridiaous cibus deſcenderit, vel qoouis alio tempore, incocto priore cibo, nouum ingeſſerit cibum: Et corrigitur diligenter animaduerſa cibi quantitate & qualitate, concoquentis caloris fortitudine, hora, exercitio, & ſymptomatibus, nondum perfectam coctionem indicantibus. His enim animaduerſis, facile opportuna colligitur hora, & curandi ceſſat occaſio.

4. *Ordine inuerſo.* Modus ordo præpoſterus vt ſi aſtriogentia primo loco ingerantor, qoalia cotonea & mala punica ſunt. Lubricantia vero aluum, qualia olera ſunt, deinde aſſumantur: vel ſi concoctu difficilima his quæ facile tranſeunt præmittantur, aut ſi arida humidis aotecedant.

5. *Intempeſtiuo vſu & tempore concurrentibus.* Quando & intempeſtiuus vſus, & præpoſterus ordo ſimúl coniungitur, qui vt compoſitus eſt ex duobus præcedentibus: ita & compoſitas habet iotentiones.

6. *Subſtantia cibo.* Quando nulla in ipſo ventriculo noxa eſt, ſed propter vitioſum excrementum in ventriculo genitum, aut in eum confluens, non ſolum cibus aſſumptus noo conficitur, verum corrumpitur etiam. Corrigitur autem boc vitium euacuato primum excremento, & noxa à qua oritur remota.

7. *Somno immodico.* Quando ſomnus, quam decet, eſt magis exiguus, hic enim ad concoquendos cibos plurimum confert. Corrigitur autem amota *Vigiliarum cauſa.* vigiliarum cauſa, ſiue ea bilioſus ſumus ſit in caput eleuatus, cerebrum exiccans, qui compeſcendus eſt, materia à qua oritur ſemota, eiuſque origine prorſus extincta, ſiue ſint curæ, ſollicitudines, animi affectus qui hominis prudentia conſilioq; indigent potius, quam Medici opera: ſiue totius, ſiue capitis arida intẽperies, & hæc ſolis balneis & humectante cibo ac potione ſananda eſt.

Hæ quidem ſunt intentiones, ad curandas ventriculi læſiones, vnde hydrops oritur diligenter conſiderandæ, vt quæ variis inteotionibus curatiuis inſeruiunt. Quare his probe, ita, vti decet, intellectis aut obſeruatis, variis morbis tollendis vti poſſumus pro locis communibus: Proinde ſi cui plus æquo verboſior videbor, mihi condonandum. Licet actio ventriculi per ſe læſa, & ſimplici, & compoſita, citra affluxum materiæ, intemperie, laborare queat: In hydrope tamen curanda eius ratio momenti magni non eſt, ſiquidem in omni chronica ægritudine, ſimplices & ſine affluxu materiæ, intemperies, nollam afferunt curãdi intentionem, quod teſte Auic. breui tẽpore durent, & ad morbos acutos potius, quam chronicos pertineant. Cum autem hydrops chronica ſit ægritudo, non acuta, quia temporis longitudine, ac ſæuorum accidentium congerie interimit, non aliunde curandi bydropis ſcopi elici debẽnt, ſi modo vitio ventriculi, vel alterius cuiuſpiam coctionis vitio prouenit, qoam ab intemperie quæ cum materiæ affluxu fit, vel vt planius dicam, cum materia præſeote, ſiue illa ad partem affectam confluat, ſiue in eadem generetur. Quæ ſane intemperies ſuis contrariis remediis extinguetur. Si igitur hydrops ob intemperiem calidam, calorem oatiuum extinguentem ac ſuffocantem, proueoerit, quemadmodum illa, quæ poſt vehementes febres aducoit, tali occurreodum remedio eſt, quod & calorem extraneum extioguit, & natiuum reficit, reuocatque & corroborat: tum quod meatus compingit ac vnit, quale ſeq. eſt:

Cura cauſa calida ſuffocantis calorem.

Digeſtiuum quenq; decorum.

℞. Cichoreæ.
Borraginis.
Bugloſſæ an. m. ß.
Hepaticæ.
Cuſcutæ.
Agrimoniæ.
Acetoſæ an. m. j.
Roſarum ſiccarum.
Maſticis an ʒ j.
Seminis cytoniorum.
Sem. plantag.
Endiuiæ.
Berberis an. ʒ ij.
Centaur. ℥ ß.
Aquæ chalybeatæ ℔. x. Miſc.

Et macerentur in eadem aqua per viij. horas, deinde lento igne longaque ebullitione bulliant ad cooſumptionem duarum partium, poſt colẽtur, & cum ſeq. ſantali citrini aromatiſentur.

℞. Colaturæ ℥ iiij.
Syrupi de cichorea ſimpl.
℥ ij. Miſc.

Quo ſyrupo quinquies aſſumpto ſexto die exhibeatur in diluculo talis potus:

Potio purgans.

℞. Rhab. mũdi & electi & ſubtiliter pulueriſati ʒ j.
Specierum Dialaccæ ℈ j.
Succi Ireos & cum modico cinam. electi arom. ℥ ß.
Squinanthi ℈ j.
Diacatholiconis ℥ ß.

Aquæ hepaticæ q. ſ. Miſc. fiat potus, vel dentur ſyrupi tales:

℞. Aquæ ſem. melon. ℥ iij.
Syrupi acetoſi ſimpl. ℥ j.
Succi Ireos per reſid. depur. ʒ iij.
Specierum Diatrion ſantal. ʒ j. Miſc.

Et ſtent in infuſione per boras ſex: poſtea fiat fortis expreſſio, cui adde: Rhabarb.

mund.

mund. & elect. ℈ j. ß. & exhibe tertio quoque die, ſiquidem materiam, intemperiem fouentem euacuabit, membrum affectum corroborabit, & ea, qua laborat, intemperie liberabit, ac obſtructiones aperiet.

Porro illis diebus, quibus talem ſyrupum non aſſumet, deglutiat talem bolum:

Bolus.

℞. Spec. Triaſantalorum ℈ ij.
Dialaccæ ℈ j.
Cum Conſer. cichor. ʒ j. Miſce, & ſuperbibat ſtatim aq. Endiuiæ, cuſcutæ an. ℥ ij.

His non conferentibus, ſignum eſt materiam ſubeſſe craſſam, & magnam obſtructionem, caloremque natiuum extinctioni proximum. Proinde ad magis aperientia calidioraq; remedia veniendum, cuiuſmodi eſt ſequens:

Digeſtiuum fortius.

℞. Succi Endiuiæ depurati:
Succi Agrimoniæ an. ℥ j.
Herb. Capill. Veneris.
Cichoriæ.
Endiuiæ.
Lupulorum cum ſua rad. an. m. ß.
Rad. Apii.
Aſparagi an. ℥ ß.
Squinanthi ʒ ß.
Rhabar. electi ʒ j. ß.
Sem. com. maior. frig. an. ℥ ß.
Roſarum.
Myrobal. Citrinorum an. ʒ iij.

Miſce, & bulliant omnia in ſ. q. aq. chalybeatæ ſecund. artem, & cum ſ. q. aceti roſacei fiat ſyrupus. Poſt ſeptem iſtius ſyrupi potiones detur tale pharmacum:

Hydragogon

℞. Succi palmæ Chriſti.
Rad. Sambuci, per reſident. depurati, an. ℥ ß.

Infundantur in hoc ſucco Rhab. mundi & electi ℈ iiij. per octo horas. Dein fiat fortis expreſſio, cui adde Rhab. mund. & elect. & ſubtiliter pulueriſati ʒ j. ſi adſtricta ſit aluus: ſi laxa ℈ ij. & fiat potus, cui adde ſyrupi aceto ſi ℥ j. ad craſſam materiam incidendam, & membra affecta corroboranda.

Hoc pharmaco hydropici ventriculi intemperie laborantes, ob non ſynceram bilem ſæpe curati ſunt: id quod declarant ingredientia, tum craſſam, tum tenuem materiam reſpicientia, & affecta membra corroborantia, breuiter omnia præſtantia, quæ ad talem hydropem pertinent. Si vero in hyeme, peccantibus craſſis humoribus, venæ nimis infarctæ difflari nequeunt, & intus illis calor extinguitur, ac inde hydrops accerſitur, tali, ſi voles, vt eris remedio:

Materiæ craſſæ frigidæ præparatio.

℞. Syrupi abſinthii.
Oxymel. comp. an. ʒ vj.
Aq. abſinthij.
Apii.
Fœniculi an. ℥ j. Miſc.

Exhibeatur in aurora, quo ſepties ſumpto, detur pharmacum tale:

℞. Pillularum de Rhabarb. ℈ ij.
Alephanginar. ℈ j.
Succi Eupatorii q. ſ.
Miſc. & fiant pillulæ num. vij.

Et quia materia craſſa indiget euacuatione, & præparatione, iterandæ ſemel atque iterum, vel ſæpius etiam. Quibus ita factis detur ſequens potus in aurora per quinque dies:

℞. Syrup. de Eupatorio.
de Cichorea cum Rhabarb.
de abſinthio an. ℥ ß.
Aquar. agrimon. abſinth.
Capillorum Ven. an ℥ j. Miſc.

Sexto die exhibeatur in aurora ſeq. bolus.

℞. Specier. Hieræ Archigenis ʒ j.
Diacatholicon ℥ j. Miſc. & f. bolus.

Cauſa ſicca frigida.

Quod ſi ſicca fuerit intemperies, eaq; frigida, qualis, qui ob refrigeratum ventriculum omnis appetunt quidem: verum minimum concoquunt, vnde plurimæ ac flatuoſæ materiæ congeruntur, quæ tympani inſtar inflant, eamq; hydropis ſpeciem conciliant, quæ tympanitis dicitur, vel non exquiſitam aſciten, multo flatu materiæ immixto, mirabili hoc occurres pharmaco.

Cura tympanitis.

Potio flatum diſcutiens.

℞. Sem. Carui.
Amomi.
Aniſi an. ʒ ß.
Gentianæ.
Calam. aromat.
Zinziberis an. g̃. vij

Bulliant omnia in ſ. q. aquæ Ceterach, dein fiat expreſſio, in qua diſſolue Elect. lenitiui, quod Diaſena dicitur ℥ j.
Elect. Indi minor. ʒ ij.
Syrup. violar. ℥ j.
Miſce, & f. potus.

Quibus peractis tales ſyrupi dentur.

℞. Flor. Cordial. m. j.
Sem. citri g̃ xx.
Epithymi Cretenſis ℥ ß.
Cort. Hellebori nigri ʒ j. ß.
Coſti.
Macis.
Ligni aloes.
Cubebarum an. ℈ j.

Contundantur groſſo modo, & per noctem macerentur in modico vini albi odoriferi, & ſuperinfundantur aq. meliſſæ, aq. borrag. an. ℔. ß fiatque decoctum ad conſumpt. mediet. & colentur.

℞. Colaturæ ℥ iiij.
Syrup. de Epithymo.
de Cichorea an. ʒ ß. Miſc. & f. potus.

Quibus aſſumptis detur ſequens pharmacum:

Pillula.

℞.Pill.de Elaterio ℈j.
Alephanginarum ℈ij.
Miſce,& f.pillulæ nu.v.

Flatum diſcutiũt,membra naturalia corroborant,obſtructiones aperiunt,calorem innatum fouent,tenues ac craſſos humores euacuant.

Dum autem talia exhibentur pharmaca poteris inungere hepar, & in calida quidem intemperie tali linimento:

Linimentũ epar refrigerans

℞.Succi Endiuiæ.
Solatri.
Agrimon.
Abſinth.an.℥j.ß.
Olei roſati ℥j.

Bulliant ad conſumpt. ſuccorum, & adde Santalorum alborum vel rubeorum, an. ʒß.roſarum rubrarum ℈j. cum modico ceræ & aceti, fiat inunctio mollis. Ventri imponatur Emplaſtrum ex limacibus cum ſuis teſtis contuſis, ſimplex, donec exſiccetur, vel eius loco, quod ſequitur:

Emplaſtrũ.

℞.Gummi pini.
Hyſſopi humidæ.
Terebinth.an.℥ij.
Farinæ hordei & milij an.ʒ ij.
Sulphuris viui ʒß. Miſce.

Omnia cum aceto reducantur ad formam Emplaſtri. Non autem vtatur hoc emplaſtro, niſi poſt primam euacuationem. In frigida autem materia ob ventriculi intemperiem tali linimento vtemur hepati vngendo.

Linimentũ calefaciens.

℞.Vnguenti Santalini.
Olei de ſpica.
de abſinthio an.℥ß.Miſc.

Abdomen autem ſequenti inunge vnguento:

Linimentũ emolliens & euacuans.

℞.Succi Elaterii.
Panis porcini.
Abſinthij.
Agrimoniæ.
Apij.
Fœniculi.
Parietariæ an.℥ß.
Pinguedinis canis rubri.
Anſeris.
Gallinæ.
Anatis.
Ol.Chamomel.
Rutacei.
Abſinthij.
de ſpica an.℥j.
Cumini ſeorſim ſubtiliter puluerisati.
Spicæ nardi Celticæ.
Calam.aromat.
Caryophyll.
Nucis moſchatæ an.℈j.

Pulueriſ. pulueriſanda ſubtil. & cum aceto vini optimi irrorentur, & poſtea cum modico ceræ fiat linimentum.

Hoc obſtructiones aperit, ſcirrhoſos tumores emollit, flatus diſcutit, ventrem lubricat, ſæpe etiam per vomitum euacuat, & mediocriter exſiccando hydropem tollit, eam potiſſimũ, quæ intemperie frigida ventriculo laborante prouenit.

Curatio hydropis a vitio ventriculi.

Si vero merito læſionis ventriculi non per ſe, ſed per accidens hydrops fiat, correcto per contraria vitio facile obuiã ibitur, vt ſi ob immodicam ciborum copiam, potuſq; nimii error committatur, ſubtractione occurratur. Si intempeſtiuus cibus potusve in cauſa fuerit, hora eligatur idonea atq; opportuna. Si ordo præpoſterus erit, & certa ſeries inſtituenda obſeruandaq;, & intempeſtiua hora mutanda. Si vitioſum aliunde confluat excremẽtum, cohibendum, aut alio auertendum: Si inibi genitum, amouendæ generationis cauſæ. Demum ſuo contrario quodcunque vitium contractum fuerit, remouendum eo, quod affectæ parti inhæſerit, correcto: habita ſemper ratione membri, à qua potiſſimum oritur hydrops.

Symptomatum cura.

Quæ ſane affectio, ſi quando membra ſpiritalia affecerit, & aſthma ſequatur, membri principaliter affecti ratione habita, his in primis curabitur remedijs.

Aſthma.

Syrupus.

℞.Hyſſopi ſiccæ.
Praſſij.
Adianthi.
Rad.Ireos ſiccæ an.m.ß.
Aq.liliorum cœleſtium q.ſ. Miſc,& f. decoctum ſ.a.colaturæ adde:
℞.Succi palmæ Chriſti.
Enulæ an.℥j.
Glycyrrhizæ ʒ ij.
Mucilag.ſem.altheæ.
Pſyllij.
Gummi Tragacanthi an. ʒj.
Pulmonis vulpis præparati, & ſubtiliter pulueriſati.
Ligni viſei quercini.
Sem.Citri.an.℈iiij.
Sacch.albiſſ.q.ſ.Miſc.& f.ſyrupus.
℞.Huius ſyrupi ℥ ij.
Aq.capill.Ven.℥ iiij. Miſce.

Aſſumptis vij. ſyrupis, detur octauo die tale pharmacum.

Potio purgans.

℞.Agarici optimi ℈v.
Zinziberis ℈ij.
Salis gemmæ ℈j.

Infundantur per noctẽ in mod. oxymel. ſcil. dein facta forti expreſſione adde:
Mucilag.Sebeſten cum aq.capill. Ven.extracti ℥ iiij.
Succi palmæ Chriſti ℥ß.

Sacch.

Saech.albi.℥j.
aquæ hyſſopi q.ſ. Miſc.f potus.

Attenuat hic potus humores craſſos, viſcidos incidit, obſtructiones aperit, è membris ſpiritalibus educit, flatum diſcutit, anhelitum facilem reddit, tenuem deſtillationem incraſſat ac ſiſtit, & aliquo pacto, ſi qua intemperies, aut qualitas adſit, eam amouet, obtundit, ac ſedat. *Pillulæ Agarico.* Imo ſæpe ac ſæpius experientia comprobatum eſt, ſolo vſu Agarici trochiſcati, cum modico Rhabar. ex Oxymel. ſimplic. in pillul. formati, addito modico Ireos, qui ita tali de cauſſa hydrope laborauerint, ſanatos fuiſſe. *Curatio hydropis à vitio ſplenis.* Quod ſi vitio ſplenis hydrops ortus fuerit, ſuccurrendum primo his, quæ obſtructionem & ſplenis tumorem tollunt, deinde ad ipſam hydropem veniendum. Quibus autem remediis hæc cura peragatur, longum eſſet recenſere, & ad certum caput redigenda cura. Nos autem hoc potiſſimum vti remedio conſueuimus.

Syrupus.

℞.Cortic.capparum.
Tamariſci.
foliot.agni caſti.an.ʒij.
Myrobalanor. Indor. cum ol. amygdal. dulc. parum confricator. ℥iij.
Senæ oriental.
Epithymi Cretenſis an.℥s.

Infundantur per decem horas in ſ.q.aquę Ebuli, dein facta vnica & forti ebullitione & expreſſione, colentur.

Colaturæ ℞ ℥iij.
adde: Syrup. de Epithymo.
Acetoſi ſimpl.an.ʒ vj. Miſc.

quem ſyrupum per aliquot dies continuet: Longa enim in tali affectione cura indigemus. Poſt detur ſequens potus:

Potio.

℞.Cort. Myrobalan. Indor.ʒ ij.
Polypod.quercini ʒ vj.

Infundantur per noctem in aq.lupuli q.ſ. poſtea colaturæ ℞.℥ iij.ß. his adde Rhabarb. Elect.℈ij. Miſc. fiat potus.

Curatio hydropis à vitio menſium aut hæmorrhoidum. Quod ſi hydrops vel ob menſes retentos, vel hæmorrhoides contingat, qua ratione curari debeat, ſupra dictum. Item de venæ ſectione, an & quomodo ſecanda. Quibus vero remediis poſt ſectam venam procedendum ſit, non abs re fuerit hic ſubſcribere. In primis igitur detur ſyrup. de abſinth. cum aqu. abſinthii, vel detur ſyrupus ſequens:

Syrup. magiſtralis.

℞.Rad. Apij.
Fœnic.
Petroſelin.
Ireos.
Calami aromat.an.℥ij.
Rad. vtriuſque Ariſtolochiæ an.℥j.
Herb. Agrim.
Saluiæ.
Abſinth.
Menthæ.
Origani.
Calaminthæ.
Abrotani.
Serpilli.
Scolopendriæ.
Endiuiæ.
Sem. petroſelini.
Apij.
Aniſi.
Fœnic.
Carui.
Ammeos.
Maſtichis an.ʒ ij.
Roſar. rubear.
Squinanthi.
Cuſcutæ an.℈ v.
Spicæ Nardi.
Spicæ Celticæ.
Spodij an.℈ iiij.
Mel. deſpumati ℔.ij.
Zacch.℥j. Miſc. & f.ſ.an.viij.

Syrupus, facta prius decoctione ſimplicium in aqua chalybeata, & expreſſione poſtea cum melle & Zacchar. dulcoretur, & multa coctione ad ſyrupi longi conſiſtentiã deducatur. In iſto ſyrupo ineſt caliditas & ſiccitas, corroboratio, & malæ qualitatis frigidæ alteratio. Eſt autem ſententia Hali Abbatis: imminente hydrope vomitus tentandus, confirmata hydrope fugiendus. *Vomitus in confirmata hydrope noxius.* Præſertim vbi craſſa ſubeſt materia, digerēda oxymelite ſcyl. vel diureticis, in quibus bullierit abſinthium. Et frequentandus eſt iterum potus per dies aliquot: deinde materia educenda pharmaco, præſertim in ea hydrope, quæ cum aqua ventum habet admixtum, quale ſequens eſt.

℞ Paſſularum.
Aniſi.
Fœniculi.
Polypod.quercini.
Cuſcutæ an.℥ß.

In aq.chalybeatæ q.ſ. fiat decoctio in qua in fine bull. Myrobal. chebul. num.ij. poſtea colantur. Colaturæ ℞ ℥iij. his addatur Eſulæ ℈j. vel loco eius Diacartham. ʒj. ſi modo vires ægri ſufferre valent. Quod ſi huic ſumendo ſint imbecilliores, ſumat ſeq. pillulas:

℞.Hieræ picræ ʒ ij.
Trochiſc. Alhand.℈ s.
Miſc. & f. pill. num. viij. vna vice ſumendæ, ſi aſtricta aluus erit: ſin laxa, minuatur doſis. *Ruſtica remedia.* Ego autem non niſi in ruſticis ad Eſulam, Diacartham. & Colocynth.

accedo. In delicatioribus vti malo pill. de Rhabarbaro, hoc modo confectis.

Pillula de Rhabarbaro.

℞. Rhabarb. elect.
Succi agrimon.
Palmæ Chriſti.
Sem. Scatiol. an. ℈ iij.
Agarici troch. ℈ iiij.
Succi Elaterii ℈ j.
Specier. pill. Alephang. ʒ j. ß.
Maſtichis ℈ ij. puluerifata.

Miſc. & f. maſſa pill. cum modico ſyrupo, de cichorea, quorum doſis eſſe poteſt ad ℈ iiij. Vtor & Trochiſcis de Lacca, qui ita parari debent.

Trochiſci de Lacca in anaſarca.

℞. Laccæ.
Rbab. an. ʒ ij.
Spicæ celticæ.
Maſtichis.
Sem. Aniſi.
Squinanthi.
Abſinthij.
Ammeos.
Saluiæ.
Amygd. amar.
Myrrhæ.
Rubeæ tinctorum an. ʒ j.
Succi agrimon.
Eupatorij.
Sem. Fœniculi.
Aniſi.
Ariſtol.
Gentianæ minor. an. ʒ ij.
Piper.
Ziozib. an. ʒ j. cum aqua Raphani, fiat Trochiſci, quorum Doſis ʒ j. ß.

Prouocant enim vrinam, obſtructiones aperiunt, calefaciunt, exficcant, hepar roborant. Verum hi in hypoſarca potius, quam in alia hydropis ſpecie valent, quemadmodum, qui ſequitur Syrupus in Aſcite, magis valet:

Syrupus in Aſcite.

℞. Rad. Ireos.
Acori.
Sem. Fœniculi.
Petroſel.
Ruſci.
Aſparagi.
Graminis.
Ariſtol. vtriuſq.
Valerianæ an. ℥ ij.
Agrimon. ℥ j.
Spinæ alb. ℥ ß.
Squinanthi ʒ j.
Roſarum rubear.
Spodij an. ʒ iij.

Macerentur radices in aceto, ſem. contuſa irrorentur vino odoro, ſiue maluatico, omnia bulliant in aq. chalybeata ſimul, ſ. a. f. colatura, cui adde:

Succi Endiuiæ.
Cichoreæ.
Abſinthij.
Agrimon. an. ℥ ij.
Sacch. albiſſ. q. ſ. Miſce.

Et iterum bulliant ad conſiſtentiam Syr. cuius ℞. ℥ ij. aquæ agrim. ℥ iij. Miſce. Quo ſyrupo per aliquot dies adſumpto, capiat pil. ſequentes, à Philonio multum laudatas in cap. de hydrope, quia ſummopere conferre conſueuerunt; formantur autem ſic:

Pillula Philonis ſiue de ære uſto.

℞. Fol. laureolæ macerat. per diem in aceto ℥ ß.
Ligni aloes.
Laccæ an. ʒ ß.
Cortic. myrobolan. chebul. ʒ ij.
Aniſi.
Marathri.
Abſioth. an. ʒ j.
Æris vſti ʒ ß.
Diagrydij.
Rad. Ireos.
Coſti dulc. an. ʒ ß.
Succi fœnicul. q. ſ. Miſce, f. maſſa pillularum. Doſis ad ʒ j. Hæ pillulæ à quodam Medico nobili, qui ſe eiuſce compoſitionis autorem prædicabat, de ære vſto appellabantur. Porro vbi vires imbecilles eſſe ſolent, tam vehementibus non vtimur pharmacis: Et præſtiterit, niſi febris aliud poſtulabit, loco ſyrupi vti hoc, quo ego ſemper in talibus affectibus vtor potu:

Potus.

℞. Squinanthi.
Agrimon.
Ceterach.
Abſinthij.
Fœnicul.
Braſci.

Quatuor ſem. frigidor. maior. cum ſuis corticibus contuſorum an. ʒ j. ß. Rhapontici ℥ ij. Vini albi mediocris q. ſ. Miſce, & fiat decoctum ſ. a. cuius dentur ℥ v. loco ſyrupi in aurora. Quod ſi febris aderit, fiet decoctum dictum in aqua chalybeata, in qua pullus ſit decoctus, deturq; eodem modo, & hora, vel potius vbi remiſſior erit febris. Pharmacũ autem poſtea exhibendum erit, vel Rhab. ſimplex, vel pill. de tribus cũ Rhabar. vbi febris aderit. Si nulla febris, dari poſſunt pill. de Elaterio, cum pill. alephang. ad pondus ℈ ij. Vbi vero in hydrope maximum iuuamentum per vrinæ vacuationem ſperatur, idq; in natura imbecilli, tali vti poteris pharmaco, quod & aluum ſubducit, & vrinam ciet:

Pillula de cantharidibus.

℞. Terebinth. claræ ℥ ß.
Aq. adianth. ℔ j.

Miſc. & ebulliant ad totalem aq. conſumptionem, & adde cantharidum, abſciſſis alis, pedi-

pedibusq; & capitibus, ſubtiliter pulu. ℈j. maſtic.cinam.an.℈ß. rhabarb. opt. elect. & pulu.℈j. cum oleo amygd. dulc. recent. fiat maſſa, cuius ʒij. tuto dari poſſunt. Et quia hæc compoſitio noſtra eſt, non abs re fuerit, eius rationem reddere.

Earundem pillularum examen.

Terebinthina licet in quantitate maiuſcula poſita videatur, cum & ad aperiendos vrinę meatus plurimum faciat, nec non membra naturalia roboret; tamen quia alterius medicamenti ſimplicis cauſa additur, ad quod vrinæ euacuatio potiſſimum ſpectat, ideo à me non de Terebinthina, ſed de cantharidibus pillulæ appellantur. Scimus enim, cantharides adeo valere in educenda vrina, vt non ſolum eam educant, ſed etiam vna ſanguinem, ſi per os ſumantur. Imo quod maius eſt, etiam extrinſecus appoſitæ in veſicatoriis vrinam prouocare conſueuerunt. Merito igitur cum intentio pharmaci ſit vrinam prouocare, ab eo, quod potiſſimum id efficit, nomen deductum eſt. Cum autem, quæ tam vehementer vrinam ducunt, non ſine vehementia id faciunt, merito addita ſunt, quæ infringunt vim illam vehementem, qualia ſunt viſcida, oleaginoſa, puta Terebinthina & oleum amygdal. non temere inſuper adduntur ea, quæ partes, per quas tale pharmacum ſua vi penetrare debet, corroborant, qualis eſt maſtix, Rhabarbarum, quæ ſane leui adſtrictione corroborant, remiſſa autem amaritudine adiuuant aperiendo pharmaci actionem. Additum & cinamomum eſt, quia vt ſupra dictum eſt, raro aſcitis ſine tympanite eſt, vel tympanitis ſine anaſarca, vt vnà calor naturalis foueatur, &, qui adeſt, flatus diſcutiatur, inque habitum digeratur.

Aliæ pillulæ.

Vtor & alio genere pillularum in hydrope, quas merito pillulas de Terebinthina appellare poſſumus. Vtor etiam in aſthmate ex viſcida materia in pulmonibus imbibita, hoc modo:

℞. Terebinth. claræ ℥j.
Aq. hyſſopi ℔.ß.
Bulliat ad conſumptionem aquæ.

Fomentum.

℞. Lixiuii communis ℔.x.
Aceti optimi ℔.ß.
Flor. Chamomil. m.j.
Salis ℥ iij.

Miſce, & ebulliant ad conſumptionem tertiæ partis, cui imbibantur ſpongiæ, poſt expreſſæ pedibus alligentur & cruribus: imo omnibus partibus tumeſcentibus.

Pauli cataplasma.

Paulus vero fimum bubulum toſtum ſale areſactum in aceto, aut oxymelite coctum, & ſulphuris parte quarta addita ventri apponi iubet, aut caprinum fimum, ex vrina pueri aut capræ, fermento, aridiſque ficubus, calce, nitro, cardamomo, ſulphure viuo, ammoniaco, baccis lauri, ſtaphys agria, & ſylueſtrium columbarum fimo, additis. Laudatur etiam Epithema ex caprino fimo, & vrina pueri confectum, quod humorem trahat per meatus latentes, & ventrem laxet.

Doſis cucumeris erratici.

Iubet tandem Paulus iiſdem exhibere cucumeris erratici, ex vino decocti, cyathum. Verum ego non auſim, nec alteri audendum ſuaſerim talem procedendi methodum: Imo, ne ſeſquidrachmam exhiberem, niſi diligenter præparato cucumere: Imo nec ℈j. quidem exhibeo, vereorque, ne erratum ſit in ſcriptura Pauli, nec de ipſo miror.

Alexander Benedictus reprehenditur.

Sed Alexandri Benedicti, alioqui præſtantiſſimi Medici paruam in praxi experientiam hinc deprehendo, nec ad Hippocraticas ſententias referendas, vel cum his conferendas, quas ipſe profert, minime ſentio: licet Otto Brunfelſius inter medicas & Hippocraticas ſententias eas referat.

Correctio lectionis Pauli.

Laudo magis correctionem Paulini textus, à me olim Bononiæ, cum publice profiterer, ratione, & Galeni authoritate confirmatam: Quæ paſſim proſtat lectio, & Benedicto & Brunfelſio impoſuit. Lego autem ego, vbi ipſe dicit, propinandum eſſe decocti cyathum, & ſingulis diebus cyatho addendum, ad ternum apponendum. Ibi enim Paulus de extrinſecus adhibendis remediis agit, quæ tuto, vel in maiori quantitate exhiberi poſſunt. Huic Paulino remedio Galenicum ſubſcribi poteſt, à me olim quibuſdam auctum ſimplicibus, prout opus eſſe viſum fuit, non diſcedens à Galeni præcepto in methodo, qui voluit, vniuerſales quidem intentiones inde colligi debere, & in vſum poni.

Emplaſtri Galeni.

Laudat autem Galenus emplaſtrum ex cochleis cum ſuis teſtis contuſis, ventri impoſitum, quod aquam exhaurit, & tale Emplaſtrum ſupra à me ſimplex appellatum eſt. Compoſitum hac arte efficio:

Emplaſtrũ à limacibus compoſitũ.

℞. Limacum vna cum teſtis & carne contuſarum ℔.j.
Cumini torrefacti & ſubtil. pulueriſ.
Sem. Ammeos.
Salis vſti an. ℥ß.
Pul. Rad. Ireos.
Farin. lupinorum an. ℥j.

Miſce, & fiat Emplaſtrum ſ. a. & ventri imponatur, donec per ſe decidat.

Non abſimile huic eſt Cerotum ſequẽs, quod ego experientia non ſolum mea, verum etiam aliorum comprobatum, mirabile inueni appoſitum.

Cerotum mirabile.

℞. Ceræ.
Picis naualis an. ℥ij.
Aluminis.
Sulphuris viui.
Bituminis.

Nitri ruffi ſi haberi poſſit. an. ℥ ß.
Terebinth. ℥ j. ß.
Olei antiqui ℥ iiij.
Aceti q. ſ.

Miſce, & in vnam maſſam omnia cogantur.

Non autem ſemper in vrbibus, & apud aromatarios, ægros inuiſimus, ſed quandoq; ruri & in campeſtribus à nobis auxilium petitur, Quare non abs re fuerit Ruralia hic ſubſcribere, ſummo vſui futura remedia, quale hoc eſt:

Emporeſta ruralia.

℞. Fimi vaccini aridi & tuſſi ℥ ß.
Sulphuris vel ſalis ʒ j.
Aceti q. ſ. Miſce & apponito.

Cui ex Archigenis ſententia addi poſſunt oua gallin. rec. cum ſuis teſtis contuſa, ac braſſicæ ſuccus. Vbi autem fimum animalis in Emplaſtro apponendum legis, ibi non recentem, ſed aridum ſumendum eſſe putabis.

Fimus aridus ſumendus.

Non diſſimile huic fuerit ſic confectum.

℞. Ceræ.
Reſinæ pini.
Picis aridæ.
Baccar. lauri aridarum & puluer.
Nitri ruffi.
Ammoniaci an. ℥ iiij.
Aceti q. ſ. Miſce, & f. Emplaſtrum.

Quæ hactenus dicta ſunt, ad methodum curatiuam ſufficere arbitror, quare quid manus Chirurgica in hydrope ſibi vendicat, paucis adiecturus, & tribus exemplis omnem hanc, quam tu poſtulaſti, & ego libenter ſcripſi, tractationem finiam.

Chirurgia.

Porro quæ per chirurgicam adminiſtrationem curatio adhibetur, alia omni conuenit hydropi, alia tantum Aſciti. Et quæ quidem omni, per appoſitionem cucurbitarum, & cauteria fieri conſueuit. Apponenda autem hæc ſunt tumentibus partibus: nempe in Tympanite abdomini: In Aſcite abdomini & cruribus: In hypoſarca vero omnibus corporis partibus, quod omnes in tumorem eleuentur in ea hydropis ſpecie. Cauteria autem, quæ in extremis fiunt partibus, in omnibus illius ægritudinis temporibus fieri poſſunt, dummodo virtus conſentiat.

Cucurbitulæ. Cauteria.

In Aſcite tamen caute eſt agendum, nec ſtatim à principio, ſed præmiſſis euacuationibus & in progreſſu adhibenda ſunt. Et hæc quidem de communi per chirurgiam curatione dicta ſint. Quæ vero duntaxat Aſciti quadrat, non niſi in proceſſu, authore Rhaſe tentanda eſt.

Paracenteſis in Aſcite.

Aperiendum eſt ſub vmbilico iuxta muſculum obliquum dextrum aſcendentem, ſi hepar primario affectum erit: ſiniſtrum vero incidemus, ſi lien in cauſa extiterit, cute prius deorſum reuulſa, & immiſſo ſyphone, à qua quotidie bis aut ter emittatur, ægro interim corroborato cibis optimis & ſequentibus ſpeciebus, puta, Dialaccæ an. ʒ j. mane ſumptis vel Diacarcumæ, cum aqua intybi, abſinthii, cuſcutæ, & ſimilibus: vtatur calidis cibis, modica humiditate præditis, tenuibus concoctu, & diſtributu facilibus. Quod ſi à cauſa calida fuerit hydrops, qualis ille eſt, qui ad morbos acutos ſequitur, in quo iecur tam calida, ac ſæpenumero ſicca quoque intemperie grauiter afficitur, vt cibum in ſanguinem tranſmutare nequeat, vt 6. de loc. affect. narrat Galenus, proderunt Electuaria, Triaſantalorum nimirum, Diarrhodon abbatis, Trochiſci de roſis, & Eupatorio: Epar lupi præparat, & frequens vſus Rhabarbari; eiuſq; Trochiſcorum. In frigida vero ac humida hepatis intemperie, ad quam hydrops ſequitur, calidis medicamentis vtendum eſt. Hæc autem humida intemperies, ad acutas vehementeſque febres, tunc potiſſimum ſequi conſueuit, vbi aqua frigida & vitioſa confeſtim & intempeſtiue ſumpta eſt, ſiquidem ſic ingeſta interioribus partibus, maxime vero his, quæ tum temporis fuerint imbecilliores, mirum in modum officit. Quare præceptum Galeni eſt 2. ad Glauc. vt in curanda hydrope intentiones noſtras dirigamus, tum ad ſanationẽ tumoris, quo viſcera affliguntur, tum ad appoſitionem eorum, quæ humiditatem diſſoluunt, tum ad medicamentorum adhibitionem, quæ vrinam prouocant. Et cum hydropici raro vacent febre, conſulo, vt pro hydrope tollenda ita procedamus, vt præcedentis acutæ febris, quæ adhuc viget, ratio in primis habeatur. Id autem fiet, cum iis, quæ per os dantur, vrinamq; prouocant, meatus aperiunt, ac membrorum principalium, maxime laborantium, robur fouent, nec admodum euidenti caliditate inſignita ſunt; vtpote, Decoctum acrimoniæ, Aſplenii, Braſſicæ marinæ, Intybi, hepaticæ, ſeminum aſparagi, quatuor ſem. maior. cum ſuis corticibus contuſorum, in aq. bruſci vel aſparagi paratũ: Cuius ſane decocti ℥ v. cum oxymel. cmp. ℥ ij. exhibendæ ſunt pro vna vice. Quod ſi febris non admodum vehemens fuerit, pulueris cicadarum, extremitatibus in tenuem pollinem comminutis, ad ℈ ß. addas: Imo etiam ad ℈ j. vſq;. Cumque hic propter febrem ad calidiora ſiccioraq; deuenire nequeas, cauebis à cauteriis, quarum loco eo vteris medicamento, quod Galen. κτ τόπυς nobis proponit, puta, alta circa talos ſcarificatione, qua paulatim quicquid in ambitu totius aquæ redundat, eximi poterit,

Cicada.

Scarificatio profunda.

terit, citra febris incrementum. Tu tamen interim, quod ego in tali caſu fœliciſſime expertus ſum, circa abdomen ea apponas, quæ naturalia membra corroborant, quæque effluentis aquæ impetum retardant, ne vna cum intempeſtiuo aquæ exitu, quicquid adeſt virium exoluatur. Talia ſunt cerota ex arte confecta.

Roborantia adhibenda, dum fit ſcarificatio.

℞.Succi rad.raphani.
Abſinthii.
Rad.cucumer.aſinini an.℥iij.

Depurentur per reſidentiam ſucci, deinde ad ignem modice bulliant, deſpumentur, poſt adde mel. deſpum. oxymel. ſcyllitici an.℔.j.

Specier.Diacurcum.
Dialaccæ.
Calami aromatici.
Santalorum rubeor.an.ʒij. Miſc.

Et ad ceroti conſiſtentiam bulliat, totique abdomini appone calidum. Hoc enim cerotum ratione ſpecierum ingredientium naturalia membra omnia corroborat, præſertim ratione ſpecierũ Diacur. Dialaccæ,& ſantalorum, quod & ſuccus Abſinthii præſtat. Retardat autem fluxum aquæ, nec impetuoſe fluere permittit non ſolum ob Emplaſtri Diaphœniconis ſpecies, verum etiam. Oxymel. ſcyllit. extimas partes mordendo, rubificandoq;, ne vniuerſa ad talos aquarum congeries deuoluatur, & tamen non in mẽbris, à quibus ſuburra oritur, compingit: ſed potius ad exteriora euocat. Mel vero & reliqua, non admodum excellenti caliditate prædita caloris innati vim augent, & materiam præter naturam, in ambitu totius exiſtentem, digerendo promouent. Si autem febris quam minima adfuerit, aut nulla, non ſolum externo hoc remedio membra adfecta corroborabimus, verum etiam ad remedii Galenici, cui vis ineſt temperata, exhibitionem, tuto deuenire poſſumus. Eſt autem tale.

Puluis.

℞.Aneti ſubtilit.pulueriſat.ʒj.
Eparis lupi præparati.
Abſinthij aridi.
Aſplenii an. ℈j. Miſc. & fiat puluis ſubtilis, in vino albo dandus, cui vtique non cedit frequens ſequentis Electuarii vſus ad miraculum vſq; membra affecta corroborans:

Electuariũ ad miraculum roborans.

℞.Chamæpytis ſubtilit.pulu.℥j.
Rad.Cichoreæ opt.contuſ.℥iij.

Cum ſ.q.mel.deſpum.fiat miſtura ad lentum ignem,& in fine coctionis adde:

Spicæ Celticæ ʒij.
Abſinthij pontici ʒj. Miſce & exhibe cochlearis menſuram.

Et hæc de curatione per chirurgiam abunde dicta ſufficiant. Nunc vero quæ hoc anno mihi fœliciſſime in ſimilibus ſucceſſere, non ſine arte confecta experimenta notabo, exemplis, quæ dixi, confirmaturus. Occurrit mihi hoc anno vir ætatis 42. annorum hernia aquoſa laborans, & Leucophlegmatia: cumque ad remedia exteriora, puta ad cauteria ſcarificationemque difficilem ſe præberet, talem ei exhibui potum, quo aluus quater quinquieſue mota eſt, vrina autem plus centies & vicies, paulatim tamen, atque ex eo tempore ſanatus eſt.

Experimẽta.

℞.Braſſicæ marinæ ſubt. pulu.℥iiij.ß.
Cicadarum pulu.℈j. Miſce,& in iure pulli ſatis experte, in quo bullierint abſinthium & Adianthi coma, exhibeatur.

Aliud experimentum bis hoc anno in duobus pueris mihi occurrit. Primum quidem in hoſpitali della vita, in puero annorum duorũ. Tympanite laborante, qui tanquam derelictus, à Medicis in lectu neglectus ſe continebat. Hunc rogatus adiui, cumq; ad ea quæ per os dantur propter ætatem & longum morbum, & virium imbecillitatem non admodũ aptus eſſet, tale iuſſi apponi Emplaſtrum, poſt quotidianam ſine ſcarificatione, cucurbitarum appoſitionem in regione abdominis, miraculoſeq; conualuit intra octo vel decem dies.

Experimentum aliud bis probatũ.

℞. Radic. cucumeris aſinini optime contuſar. & in aceto ſcyllitico per 24.horas macerat.℔

Mellis deſpum. ℔. ij. Miſc. & bulliant ad conſiſtentiam ceroti, & in fine adde: Cumini ſubtiliter pulueriżati,℥iiij. ſingulis diebus amouebatur Emplaſtrum, Abdomini optime terſo cucurbitæ adfigebantur, dein rurſus Emplaſtrum apponebatur. Cumque non ſyncera eſſet tympanitis, ſed vna cum flatu adeſſet aqua, in modica tamen quãtitate, paulatim vna diſcuſſus eſt flatus, & in halitum digeſta aqua, ſanitatiq; eſt reſtitutus. Cuius exemplo motus quidam non infimi gradus vir, cuius nepos ex filio, ſimili morbo vexatus, à primario quodam Medico tanquam deploratus derelictus fuerat: iuſſit me acceрſiri, & ſimili modo ſanatus eſt. Multa hic præſidia lubens omitto, quia in communi ſunt vſu, & cuilibet, qui vel à limine medicinam ſalutauit, ſunt nota, inter quæ Soldanellæ, hoc eſt, Braſſicæ marinæ multiplicem vſum vel lippis tonſoribuſque notum ſcio. Hoc vnum tantũ addidero, in muliere quadam in Xenodochio della vita decumbente, & Aſcite laborante experimentum, quæ à me curata eſt præter ſpem omnium. Hæc autem nec alia dedi & appoſui.

Braſſica marina.

℞.Braſſic.marin.ſubtil.pulueriſat.
℥ß.
Rhabarb.elect.ſubt.pul.ʒ ij.
Speeier Dialaeeæ.
Diaeurcumæ an.ʒ j.
Hepar.lupi præparat.
Limaturæ chalybis enm aeeto ſcyllitieo pluries lotæ an.ʒ s.mell.deſpû.
q.ſ.Miſc. fiat electuarinm.

Cuius cocblear vnum per duas horas ante prandium, & eochlear ante cœnam per duas boras exhibeatur. Atque inde aluus ſemel aut bis in die mota, Abdominis regio tali linimento inungebatur:

℞.Vnguenti Agrippæ.
Mareiari.
Arragonis an.℥ j.
Ol.rutaeei.
de Elaterio.
Anethini an.℥ ß.
Sem.ſinapi.
Pyrethri.
Abſinthii aridi.
Origani.
Far.lupinorum an.℈ ij.

Pulu.puluerizentur, & omnia hæc ſimul miſta aceto ſcyllitico irrorentur, & f. linimentum.

Hunc noſtrum de hydrope laborem, qualis qualis tandem eſt, quo tu, vir humaniſſime à me olim petiiſti, eo obſecro aecipias animo h..e eſt, lubenti atque hilari. Tibi ſi ſatis factum ..on erit, dolebo: Mihi profecto in hac re ..eque ſtudium, neq; ſedulitas, neq; etiam fides (mihi erede) defuit. Neque quæſo moleſte feras, quod non eitius, atque quo tempore expectabas, tuis votis ſatisfacturus, meam fidem liberauerim, volui equidem, ſæpe vetnerunt autem, quæ quotidie me ad opus aeeinctum ab inſtituto retrahebant etiam inuitum, oeeupationes.

DEVS Opt. Max. ſua benignitate precor, faxit, vt hoc quod mitto ſcriptum tuis ęgris quidem ſalubre atque ſalutiferum, tibi vero honorifieum eſſe velit. Vale atq; ſalue. Bononiæ. Anno 1558. 22. Menſis Maii.

In Hydrope.

CONSILIVM CXXXII.

TVMOR tuus vir Nobiliſſ. obſtructi hepatis ſymptoma eſt, hoc debilitatum, non bonum, ſed aquoſum prodneit ſanguinem; qui ventrem & pedes inflat, aliaſque concitat moleſtias.

Sed hæc duobus eorrigentur.

I. Apertione & eonfortatione hepatis.
II. Eductione ſeri.

Verum itineri aeeinctus, redituq; incerto, cum curæ intereſſe non poſſim, tibi ægrũ commendo, & mitto interim ſequentia:

I. ℞. Pill.de Hiera ſimpl.
Aurearum.
de Laureola an.g̃. viij.
Elaterii g̃ j.
f. Pill.nu.xxj.eum oxymel.ſimpl.
II. ℞.Pul.Soldanellæ opt.ʒ ij.

Aſſumantur pillnlæ omnes, euacuabur ſeroſos hnmores, idem & puluis præſtabit, dimidia illins pars ſexto poſt pillulas deglutitas die in iuſeulo prunorum ingeratur. Poteſt vtrumq; ſi benefaciet, reiterari.

III. Diebus intermedris bis ante cibum, duo orbiculi ſueeedant.

℞.Spec.Dialaccæ ℈ ij.
Iecor.lupi præpar.℈ j.
Soldanellæ ʒ ß.
Spongiar.inuent.in ſambuco ℈ ß.
Rhabarb.elect.℈ j.
Fiſticor.præpar.℈ ß.
Rad.rubeæ tinct.mnnd.℈ j.
Cinamomi ℈ ij.ß.
Spodii ℈ ß.

Pulu.pulu.ſubtiliſſ. & ineidant. incid. Miſce & eum ſacch.in aq. fœniculi diſſol. ℥ iiij. f. Rotulæ. Aperient hepar, & ſeroſos humores per vrinam ſubducent.

IV. In eundem conſpirabit effectum nodulus ſeq. potui qnotidiano infuſus.

℞.Linatiæ vulg. m.ß.
Animæ ſambuci.
Spong.ſambuci ʒ ij.
Rad.fragariæ ʒ j.ß.

Incid. Ineid. contund. nodulus ex petia munda alligatus filo longo dupliei.

Ventris tumor bis per horam in die linteo calido imbuto lacte Cannabino foueatur: inungaturq; poſt ſeq. vnguento:

℞.Ol.lilior. alb.℥ ij.
Anethini.
Chamom.an.℥ j.
Rutæ.

Hęc interim diligenter vſurpentur, quidque effeeerint, mihi ſignificetur in poſterũ. Quod ſuper eſt Deo vos commendo.

In hydrope, pro quodam Lunaburgenſi,

CONSILIVM CXXXIII.

QVANTVM è relatis intelligo hydropem adeſſe inuenio: euius curatio certe & diuturna & diffieilis. Continuatio igitur remediorum ſalutarium requiritur, nec tamẽ natura multitudine obruenda: hinc nihil vtilius inedia, & temperantia. Cibi ne obſtructiones efficiant, ſint faeilis concoctionis: non flatulenti, aut exerementoſi: diuretici potius: Medieamenta ſeq. arrident:

I. ℞.

Pillulæ.

I. ℞.Pill. Aggreg.ʒß.
de Rhabarb.℈ij.
Diagridi g̃.iij.
Cum ſucco Beton.f.Pill.mediocres.

Clyſter.

II. ℞.Fol.Maluæ.
Biſmaluæ.
Fl.Chamom.
Mercurialis an.m.j.
Soldanellæ m.j.ß.
Aniſi.
Fœnieuli.
Carui.
Dauci an.ʒij.
Decoq.in ſ.q.aq.font.ad medietatem.
Colat.℞.℔.j.adde
Ol.Rutac.℥ij.
Anethini ℥j.
Bened.laxat.℥j.
El.de baccis lauri ʒj.
Vitelli oui num.j.
Salis comm.ʒij.
Sacc.rub.℥j.ß.f.Enema.

Digeſtiuum.

III. ℞.Rad.Petroſelini.
Apij.
Ruſci.
Fœniculi an.m.ß.
Endiuiæ.
Cichoreæ an.ʒij.
Laccæ.
Spicæ nardi an.℈j.
Herb.Cuſcutæ.
Lupul.
Scolopendr.
Eupatorij.
Cichor.an.m.j.
Rhabarb.ʒij.
Spicæ ℈j.
Vuarum paſſ.enucleat.℥j.
decoq.ad dimidias
Colat.℞.℔.j.
adde:Syr.de Eupator.
Byzantini.
Acetoſ.comp.
de Cichor.cum Rhabarb.
an.℥j.ß.
Miſc.f.potio.

Tria hæc alternatim ſumantur: Primo die ſub veſperam Pill.v. Secundo mane hora quinta aſſumẽda decocti pars quinta calide. Enema tertio die pillulis ſubſtituatur, poteſt & aliàs aluo obſtructa repeti. Sexto die purg.ſeq.

Potio purgans.

℞.El.diacatholic.℥ß.
de Hiera cum Agar.
Bened.laxat.an.ʒij.
Diſſol.in decocto Herb.Cuſcutæ.
Eupatorij.
Sem.aniſi.
fœniculi an.q.ſ.
Et addita ℥j.Mellis roſ.ſolut.
f.hauſtus.

Ne vero & in poſterum materia augeatur,ſingulis ſeptimanis bis mane de ſeq. Electuario ℥j.ß.aut ℥ij. aſſumantur, prout operabitur.

Electuarium.

℞.Soldanellæ recent.ʒvj.
Succi Irid.noſtr.ʒx.
El.de Pſyllio.
Hieræ picræ ſimpl.an.ʒß.
Spec.diaturb.cum Rhab.ʒiij.
Fol.Mercurialis infuſ.in aceto ʒj.ß.
Tritis terendis & miſtis cum ſyr. de Eupatorio,f.Electuarium in forma opiatæ.

Intermediis quinque diebus ſumat ʒß. conditi ſequentis:

Conditum.

℞.Spec Diacurcum.ʒij.
Dialaccæ ʒj.ß.
Vermium ter præpar.ʒv.
Diarrh.Abb.ʒx.
Miſc.& cum ſyr.de Cichor. q.ſ.f. Conditum.

Reparetur abſumptum.

Sequentia duo cataplaſmata, quorũ primum extenſum forti linteo, apponatur ſingulis matutinis ventri, lixiuio acri prius abluto,& linteis calidis exſiccato:

Emplaſtrũ ad ventrem.

℞.Sterc.caprill.ſicc.loti.
Farinæ hordei.
Orobi.
Lentium an.℥j.ß.
Sem.Cumini.
Baccarum lauri.
Rad.Cucumer.aſinini.
Ebuli an.℥j.
Aceti chalyb.℥iiij.
Nitri ℥ß.
Decoq.in lixiuio q.ſ.& addendo reſinam & ceram,f.Emplaſtrum ad ventrem.

Alterum panno cœruleo ſcroto tumenti applicetur.

Cataplaſma pro ſcroto tumente.

℞.Farinæ fœnugræci.
Fabar.an.℥j.
Pul.Cumini ℥ß.
Furfuris ℥ß.
Ammon.ʒij.
Terebinth.℥j.
Sapæ vini ℥iij.
Miſce,& f.Cataplaſma.

Pedum tumor diſcutietur, ſi ſpongia aut panno cœruleo lixiuio ſequenti calide foueatur diligenter.

Lixiuium ad diſcutiendum pedum tumorem.

℞.Lixiuii de ciner.vitis ter colati
℔.xx.
Incoq.fl.Chamom.
Origani.
Calament.
Serpilli.
Ebuli.

Rutæ.
Baccar.lauri an.m.j.

In colatura quinq; cantharorum, diſſolnantur aluminis libræ duæ.

In anaſarca & catarrhis vehementibus,

D. HEINRICI STAPEDII

CONSILIVM CXXXIV.

Syrup. magiſtralis.

℞.Succi rad.Irid.florentin.
Vini albi opt.℔.j.
Succi rad.Eryngij.
Petroſelini.
Fœnicul.an.℔.ß.
Herb.Soldanell.minutim inciſ.m.iiij.
Eupatorij.
Menthæ.
Abſinth.pont.an.m.ij.
Rhabarb.El.℥ ij.
Cinam.℥ß.
Sem.Ebuli recent.
Alkekeng.an.℥ ij.

In phiala vitrea ſimul bulliant lento igne ad medium, coletur, addendo poſt colaturam ſacchari albi opt.℔.j. rurſus bulliant, & fiat Syrupus magiſtralis. De quo dentur ℥ ij. plus minus, prout ventrem duxerit, aut per ſe, aut cum aqua fœniculi, quarto aut quinto quoque die continuando ad morbi curationem.

Rotula

℞.Tabellarum ex ſpec. Diagalangæ recenter diſpenſatarum ℥ iij.
quarum quælibet ponderet ʒ ij.
comedat vnam a Syrupo laxatiuo ſumpto.

Theriaca.

℞.Theriacæ veteris ʒ ij.

De qua capiat ʒ j. cum ſaccharo in forma boli, ſummo mane, illis diebus, quibus à ſyrupo laxatiuo abſtinet.

Syrupus.

℞.Syrup.de cortic.citri.
de abſinth.pontico an.℔.ß.

Miſc.capiat cochlearia duo, duabus horis ante omnem paſtum.

Vnguentum

℞.Ol.Maſtic.
de Abſinth.
Rutacei.
Nardini an.℥ ij.
Nucis Moſchat.ʒ ß.

Ceræ parum, f. Vnguentum, quo totus venter quotidie inungatur.

Puluis pectoralis.

℞.Sem.aniſ.
Fœnicul.
Coriand.præpar.an.℥ j.
Aromat.roſat.in tabellis.
Glycyrrh.
Raſuræ Eboris.
Cinam.electi an.℥ ß.
Sacchari opt.ad pondus omnium.

Fiat puluis groſſiuſculus: Detur cochlear ſtatim ab omni paſtu.

Decoctum ligni.

℞.Ligni Guaiaci triti ℔.ß.

In ℔.vj.aq.fontis bull.ad medium, coletur per manicam Hippoc. addendo in colatura:

Cinam.Elect.contuſi & triti ʒ ij.

Cum quo decocto diluat vinum album, purum, & maturum, ad mediam partem, quod bibat in paſtu.

Sacculus capitalis.

℞.Cortic.Thuris.
Gran.Maſtich.
Ladani.
Styrac.calamit.
Iridis an.ʒ j.
Roſar.rubear.
Santal.citrin.
Baccar.myrti.an.ʒ ß.
Caryophyll.℈ ij.
Flor.anthos.
Maioran.
Stœchad.
Saluiæ an.p.j.

Fiat puluis, excipiatur in tenui panno ſericeo interne rubro, externe nigro, fiatque pileolus, qui capiti à pilis denudato imponatur & geſtetur.

Globuli maſticatorii.

℞ Gran.Maſtich.ʒ j.
Rad.Irid.florent.
Hellebor.albi an.ʒ ij.
Ceræ albæ parum.

F.globuli, teneat vnum mane in ore, & maſticet, pituitamq; extractam exſpuat.

Rotulæ ſublinguales.

℞.Succi Glycyrrh.
Sacchar.cand.
Penid.an ℥ ß.
Sem.papau.albi.ʒ ij.
Boli armen.ʒ ij.

Cum ſyrupo de iuiubis, & gummi tragac. macerato in aqua roſac.q.ſ.f. orbiculi in forma lupinorum, teneat in ore interdiu, & præcipue hora ſomni. Si ſeorſus humor à capite nimium ruat in pulmones, cum ingruenti tuſſi ſicca, & moleſta, & cum immenſis vigiliis, tum poſt ventoſarum applicationem duobus humeris, prima vice cum ſcarificatione, aliis vicibus ſine illa, dentur cochlearia tria ſyrup. papau. aut grana ſex, vel octo pill.de Cynogloſſ. in forma orbiculorum deauratorum duabus horis à cœna.

Fontanellæ

Fontanellas etiam probamus in ſuprema brachii parte factas, aut, ſi malit, vnam circa ſecundam vertebram occipitis, ita tamen, vt ab experto chirurgo fiant, & apertæ in multos menſes teneantur.

In renum obſtructionibus, & catarrho, pro quodam Nobili viro,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CXXXV.

LOCVS affectus exeuntia per vrinas, deniq; alia ſymptomata demonſtrant, affe- *Obſtructio renum.* ctum eſſe renum. Eſſe autem grauem obſtructiouem, vel à materia, quæ in calculum iam concreſcit, vel concretus iam ſit, nullum dubium. Itaq; obſtructiones illas tollere neceſſe eſt, id fieri nequit, niſi materia ſit euacuata. Hæc autem priuſquam ſit mollita, & inciſa, deniq; ſubſtantia ipſa renum ad ſuam temperiem reducta, euacuari non po- *Scopi.* terit. Hinc manifeſtum rationali Medico, quid ſit agendum, videlicet, vt operam det, quo renum ſubſtantia molleſcat, impacta renibus incidantur, atque omnibus modis remoueantur, & ne noua materia affluat, cautio adhibeatur. Ab hoc igitur in medicatione faciendum ioitium, omniaque quæ ad augendam materiam faciunt, & intemperiem renum magis lædunt, cauenda. Niſi enim hoc fiat, fruſtra medicamentis Me- *Diæta.* dicus pugnabit. Proinde recta victus ratio in primis tenenda, fugienda lacticinia, piſces, præſertim carpiones, recrementitiæ carnes, vt ſuillæ, omnia fumo macerata, ciborum & ferculorū varietas, deinde quicquid ad cruditatem facit. Potus ſit vinum purum, quod tamen à prandio, multo minus cum ventriculus ieiunus eſt, non ingurgitandum. Deducit enim humores crudos, lædit neruos, & catarrhum, qui affectioni renum in hoc corpore coniunctus eſt, auget. Obſeruata igitur recta victus ratione, non ſtatim ad ea remedia, quæ calculos eiiciunt, & diuretica vocantur, deuenien- *Humectantia & emollientia foris & intra primo adhibenda.* dum, ſed humectantibus & emollientibus & præparantibus materiam, primum foris atque intra corpus, vtendum. Foris emolliat axungia cuniculi cum ſucco maluæ cocta. Item emplaſtrum Diachylon cum oleo ſcorpionum ſolutum: iis igitur inunganter lumbi mane & veſperi. Intra corpus vtatur decocto radicum altheæ cum butyro & *Abſtergentia.* melle Deinceps ad abſtergentia vehementiora deueniendum, vt eſt decoctum vel ſuccus veronicæ, chamæmeli, radicum rubi: quæ omnia ad conſilium præſentis Medici, non præſcriptum noſtrum, ſunt admi- *Euacuantia.* niſtranda. Ad vacuandam autem materiam vſu Terebinthinæ cum rhabarbaro, & puluere glycyrrhizæ nihil conuenientius. Non ſolum enim materiam ipſam expellit: ſed etiam renibus atq; vreteribus læſis auxiliatur. Renum intemperies deinceps potu vel thermarnm conuenientium, vel aqua fragorum corrigetur. *Refrigeratio.* Hæc Medico rectæ rationis medendi perito, ſatis: imperito autem, & qui omnia ex formulis agit, nimis multa, cum ne iſta quidem intelligat.

In dolore dextri lateris, ex intemperie calida renis dextri, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CXXXVI.

COGNITIONIS non aberrantis in morbi inueſtigatione, indiciū eſſe Medicorum conſenſionem Galenus noſter affirmat. Quam vero Medici de morbo conſentiant, & quid abſq; vera cognitione recte agatur, manifeſtum eſt. Meam ſententiam ſimpliciter dicam. Cum in dolore iſto dextri lateris tanta vrinæ profluuies conſequatur, renem affici nullum dubium. Si dolor vehemens, ſi ſitis, ſi calor adſunt, vt adeſſe res teſtatur, quis de calida intemperie dubitabit? ſitne vero inflammatio, in medio relinquo. Vrina tam multa & copioſa maximam crudorum humorum copiam affluere, & liquari oſtendit. Ex his igitur patet, cruditates in primis in hoc corpore vitandas, & tempeſtiue corrigendas, atque remouendas. Qua ratione hoc fiat, nemo mediocriter in arte Medica verſatus ignorat, itaq; actum non ago. Cæterum quod ad intem- *Intemperies calida renum.* periē iſtam renis emendandam attinet, hoc opus, hic labor. Frigida ſimpliciter non proſunt, calida nocent, temperata igitur adhibenda, corpore non omnioo impuro, & viis apertis. Excrementa remouebunt vuæ paſſæ, grandiores cum acinis contuſæ, admiſta terebinthina noſtro modo cocta. Lubentius ea vtor, quam lota. Deinde poſſunt formari pillulæ, vt vſui ſit magis idonea. Erit etiam aliis medicamētis locus de iudicio Medicorum pręſentium, qui plus vident, quam ego abſens indicare poſſum. Vſus autē cly- *Clyſter ex decocto veronicæ.* ſteris ex ſolo decocto veronicę cum ſaccharo, magis quam vlla medicamenta, per os ſumpta, proderit. In decoctū vel adeps verueciuus ad renes, vel cuniculi, aut capi adiiciatur, ita vt lubricitatem faciat. Si iſta non ſunt ad manus, parum butyri recentis addatur. Intra corpus probo decoctum paſſularum, quas *cibebas* vocant, cum radicibus altheæ & veronicæ, hoc modo:

℞. Paſſular. maior. ſeu cibebarum. *Decoctum cibebarum.*
Rad. altheæ an. ℥ß.
Herb. veronicæ p. j.
Decoq. in ſ. q. aquæ puræ, colaturæ
℞. ℥ iiij.
Mellis depurati.

Butyr. recent. an. ℥ß. Miſc.

Bibat ieiuno ſtomacho, ſiue mane, ſiue ante cœnam. Regioni autem renum hoc cataplaſma imponati

Cataplaſma.

℞. Pul. radic. althææ ℔.ß.
Vini optm. q. ſ.
Gummi Tacamahacæ ʒ. iij.

Miſc. & extendatur, atque lateri in parte dolente applicetur. Hæc ſcripſi ſubito, ne gratia officio, quod mora tardaret, abeſſet. Si quid deinceps in mentem venerit Generoſum Dominum pro mea fide, & cupidiſſima gratificandi voluntate, monebo.

In affectione vaporoſa, renum forte, cum debilitate totius recurrente, pro quodam Magnifico viro,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CXXXVII.

A vaporibus ſubita inuaſio & receſſio.

DEBILITATEM iſtam recurrentem, & vniuerſum corpus occupantem, ab interna cauſa procedere, non eſt dubium. Illam vero vaporem eſſe, qui cor petat, atq; ita reliquũ corpus afficiat, ſatis oſtendunt ſymptomata, quæ & ſubito inuadunt & recedunt. Cæterum etſi ſuſpicor malum oriri à renibus, certum tamen definire nequeo. Indicabit vero curatio: quam hoc modo tutam inſtitui poſſe iudico. Primum optima victus ratione vtatur Magnificus Vir, nec ſe cibo aut potu oneret: parcam ſumat cœnam: varietatem in victu vitet. Mane non nimis diu ieiunet; ſomnum meridianum fugiat, nocturnum, niſi quatuor horis à cœna, non capiat. Aerem nocturnum vitet: interdum ante cœnam in labro aquæ puræ mediocriter calefactæ ſedeat. Regionem renũ hoc vnguento inungi curet:

Vnguentum pro renibus.

℞. Vnguenti Roſac. recent. ℥iij.

Emulſio ex ſeminibus.

Cubitum iturus lac amygdalarum cum ſemine meloonm & parum papaueris albi præparatum bibat. Mane cum lecto ſurgit, ſoleas pedum aceto & ſale perfricari ſinat, caput & os diligenter mundet. Deinceps, vel paulo poſt priuſquam domo exeat, de iſto Electuario ad magnitudinem caſtaneæ ſumat:

Electuarium.

℞. Conſer. roſ. recent. ℔. j.
Amygdal. dulc. cum aq. roſac. contuſar. ℥ ij.
Pinear. elotor. an ℥ j.
Piſtaceor. elotor. an. ℥ j.
Spec. Aromat. Roſat. fideliter diſpenſatar. ʒ ij.
Margaritar. præparatar. ʒ j.
Moſchi g̃. vj.
Caryophyll. minutim inciſor. ʒ iij.

Miſc. cum ſyr. de corticibus citri, & detur in vitro, vel pyxide vitreata.

Quod ſi vſu horum remediorum non ſe plane habuerit melius, vt ioeunte autumno corpus expurgetur per medicamenta conuenientia, & quæ Medici benedicta nominãt, ac vt ex vena media ſiniſtri brachii, mittatur ſanguis moneo. Hac autem in re opera Medici præſentis vtatur, neceſſe eſt. Vacuato corpore ad Medicinas à nobis præſcriptas redire poterit.

In nephritide,

D. Martini Acaciæ

CONSILIVM CXXXVIII.

Cauſa generationis calculi.

CALCVLVS ex viſcoſis & craſſis humoribus fit, & renũ calore, nonnunquam ex renum imbecillitate, quæ huiuſmodi humores expellere non poteſt. Nam longa mora torrentur & coquuntur in arenulas & calculos. Nimius quoque calor, & veluti igneus, etiam breuiore mora, eandem vim habet. Hoc igitur affectu laborare poſſunt, quibus renes imbecilli ſunt, vt ſenes calidiores, & qui abundãt craſſis & viſcoſis humoribus. Igitur qui nimio cibo & potu vtuntur, etiã quantitate mediocribus, huiuſmodi humoribus ſolent abundare, proinde renum affectibus obnoxii ſunt. Renes imbecilli fiũt intemperie, præcipue frigida, id eſt, natiui caloris penuria. Hac ratione opus eſt roborare remediis calorificis, & calorem natiuũ augentibus. Sed interim vitanda eſt victus ratio quæ materiã augeat & ſuggerat augendo gignendoq; calculo. Vitanda igitur ſunt, quæcũq; viſcoſum & craſſum ſanguinẽ gignũt. Huiuſmodi sũt omnes aues paluſtres, bubula, porcina caro, & ex animalibus pedes ventres, inteſtina, membranoſæ & neruoſæ partes, itẽ piſces viſcoſi, & in aquis ſtagnantibus degentes, vt anguillæ, truttæ. Fugiẽda quoq; omnia legumina ſunt, & omnia piſtoria arte confecta. A vino craſſo & dulci maxime eſt abſtinendum. In ſumma, quicquid, vt diximus, craſſum, viſcoſum, & excrementoſum ſuccũ parit, vitandnm eſt. Vitanda eſt & exercitatio tum animi, rum corporis, ſtatim à cibo ſumpto. Contra vtendũ eſt cibis ſubtilibus & ſanguinem ſubtilem generantibus, extenuantibus & incidentibus craſſos & viſcidos humores: itaque vinum album tenue, non craſſum, non turbidum, ſubrubrum eiuſmodi naturæ vtiliter bibitur. Gallinacea omnia, aues tum ſilueſtres, quam campeſtres, vitulina caro, vtilia ſunt. Piſces ſaxatiles, vt perca, gobius, & id genus alii. Hęc ſunt, quę ad victus rationem attinent. Ad curationem, & præcautionem faciunt in primis, (quoniam excrementa corpus

A quibus cibis abſtinendum.

Quibus cibis vtendum.

Curatio & præcautio.

Digitized by Google

corpus noſtrum gignit, qualicunq; cibo vtatur) purgare optime, præſertim ea, quæ in ventriculo, inteſtinis, & primis venis coacervantur, ne vel renum calore, vel intempeſtiua exercitatione, aut alia quauis ratione ex calefaciente, ferantur in renes, & in arenulas aut calculos concreſcant. Vtatur itaq; medicamentis ſequentibus:

Pilula.
℞. Agarici recenter trochiſc.
Pulu. hieræ ſimp. an. ℈ ij.

Cum vino formentur pill. vij. quas capiat poſt primum ſomnum. Poſtero die ſumat ℥ j. Terebinth. aq. Alkekengi, aut vino albo lotæ. Et rurſum poſtero die ſumat tabellam vnam ſeq. Rotularum horis 4. ante cibum.

Tabella.
℞. Sem. frigid. maior. mund.
Sem. Baſilici.
Apii.
Petroſelini an. ʒ ß.
Rad. Petroſelini.
Fœniculi.
Aſparagi.
Pimpinell. g̃. xv.
Spec. Diarrhod. abb.
Diacinam. an. ʒ s. Miſce.

Et cum ſaccharo, in aq. Parietariæ diſſoluto, q. ſ. f. confectio in rotulis, quarum vna ponderet ʒ iij. In ipſo autem dolore eſt in primis vtendum clyſteribus, deinde medicamentis purgantibus, & aliis exterminantibus calculum, & incidentibus, & attenuantibus viſcoſos & craſſos humores. Primus clyſter communis fit ad deiiciendum ſtercus aptus. Alter:

Clyſter.
℞. Fl. Chamom.
Melilori.
Summit. Aneth.
Parietariæ an. m. ß.
Aniſi.
Fœniculi.
Cumini an. ℥ ß.

F. decoctum, in quo diſſolue hieræ ſimp. ʒ vj. confect. ex baccis lauri & terebinth. an. ℥ ß. Mellis anthoſati ℥ j. Ol. anetbini ℥ iij. fiat Clyſter. Indi etiam poteſt, ſi perſeuerauerit dolor, clyſter ſequens:

℞. Rutæ m. j. vel ij.
Sem. Aniſi.
Cumini an. ℥ s.

Carui tantundem, reponantur in vaſe terreo, pintam vnam continente, impleatur oleo, vino, & bull. in duplici vaſe per 6. aut 7. horas, vaſis ore obturato. His peractis ſumere poterit porionem ſequentem: *Potio.*

℞. Terebinth. deſtillat. ℥ ij.
Vini albi ℥ j. ß. Miſce.

Sumat longe a cibo. Loco pillularum prædictarum in æſtate vtatur ſyr. ſequente:

Decoctum longum.
℞. Capill. Ven.
Adianthi.
Cichorii an. m j.
Rad. Petroſelini.
Aſparagi.
Fœniculi, in aceto per noctem præparati an. ℥ j.
Paſſularum mundat. ℥ j. ß.
Glycyrrh. raſæ ℥ ß.
Fol. ſenæ mundat. ℥ iiij.
Agarici recenter trochiſc. ʒ ij.

Fiat decoctum ſ. artem ad ℔. j. in q. ſ. & fiat ſyrupus mediocriter coctus. Doſis ℥ j. ß. Cum ſerolactis vtatur, vt dictum eſt, loco prædictorum, maxime in æſtate.

Canones obſeruandi in renum affectibus,

D. MARTINI ACACIÆ

CONSILIVM CXXXIX.

IN calculo tam renum, quam veſicæ diuretica frangentia calculum longe à cibo adhibenda ſunt, & ſi fieri poteſt, corpore prius purgato, quia diuretica citiſſime feruntur ad renes, & ſecum rapiunt cibum crudum & non concoctum, & ſic magis grauant renes & veſicam, & augent materiam calculi. Perperam igitur faciunt, cum decoquunt quidam cum carnibus rad. petroſel. vel aliud diureticum & decoctum illud ſumunt in prandio vel cœna. Nota autem, quod in his affectibus non debent exhiberi multum calida diuretica. Nam epar calefaciunt, quo calef. cto per conſenſum renes calefiunt, quæ i..rum calefactio eſt cauſa generationis calculi. Hinc nota, quod refrigerantia cataplaſmata, & inunctiones prius applicanda epati quam renibus, quando ab illo prouenit renum caliditas. Aqua deſtillata ex vrina humana vel tauri, niſi ab hoc abhorreat æger, mirum in modum cõuenit ad frangendum calculum & ciendas vrinas. Nam ad renes facilime fertur, & non eſt multum calida. Ex portulaca ſuccum exprimito, eum reſiccatum in cataportia redigito, & ʒ j. exhibeto, ad miraculum vſq; lapidem expellit. Et hoc remedium calidioribus præcipue confert. Vnguentum ad caliditatem renum emendandam:

1. Diuretica male cum cibis miſcentur.
2. Calida diuretica improbantur.
3. Refrigerantia epati applicanda prius quam renibus. Aqua deſtillata ex vrina humana vel tauri.
Portulacæ ſuccus ad miraculum efficax.

Remedia nephriticis.
℞. Ol. viol.
Roſ. an. ℥ j.
Santal. alb. & rub. an. ʒ j.
Roſar. rub.
Sem. Endiuiæ.
Portulacæ an. ʒ j. ß.
Succi ſemperuiui.
Lactucæ.
Lactis caprini an. ℥ ß.

Aceti parum, cum cera q. ſ. f. vnguentum, id certe longe optimum eſt.

Apozema ad expurgandas arenulas ex renibus.

Syrupus ad expurgandas arenulas ex renibus.

♃.Quinq; Rad.commun.an.℥j.ß.
Rad.cyperi.
aſari an.℥j.
Rad.Bardanæ.
Pimpinellæ.
Saxifragiæ an.℥ß.
Fol.Beton.m.j.
Agrimon.
Endiuiæ.
Cichor.cum toto an.m.j.ß.
Capill.Veneris m.ß.
Sem.Dauci.
Ameos.
Carui.
Saxifrag.an.ʒij.
Sem.Milii Solis.
Sem. Bardanæ & biſmaluæ an.ʒj.ß.
Sem.Quatuor frigid.maior.an.ʒj.
Cicerum rub.p ij.
Flor.geniſtæ p.j.
Flor.cordialium an.p.j.

Fiat decoctio ad lb. j. in cuius colatura diſſolue ſyr. de raphano ℥iij oxymel. ſcyll. ℥ j ß.ſacchari q. ſ.f. ſyr. mediæ decoctionis, aromatiſetur cum ʒ ij. interioris cinamom. & ſquinanthi ʒj.

In renum affectionibus atq; calculo, pro quodam Nobili viro,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CXL.

Hoc malum, vbi intemperies eiuſmodi renum à prima origine eſt, vt calculos generet, difficulter eorum prouentus vitari poteſt. Humorum tamen tam crudorum, quam aduſtorum, ex quibus generantur, copiam prohibere recta victus ratione, & tempeſtiua vacuatione poſſumus. Itaq; lactis, caſei, vinorum craſſorum, cereuiſiæ non probe defæcatæ atque puræ, alimentorum craſſorum, vt carnium fumo maceratarum, vel ſale conditarum, piſcium, qui prauo ſucco abundant, vt carpionum: item omne genus auiũ, quod paluſtribus locis delectatur, vt anſeres, &c. cauendum. Si qua materia prouenit, ea vel aſſumpto electuario ex paſſulis, vel pillulis noſtris de terebinthina, quas tamen domino ventriculum offendere animaduerti, vel alephanginarum aſſumptioue educenda. Pituitæ etiam per vomitum tempeſtiua reiectio vtilis eſt. Materiæ autem craſſities, & in renibus compactio impeditur crebro vſu ſyrupi è ſucco veronicæ, ſi paululum illi ſucci glycyrrhizæ ad miſceatur. Item, ſi quotidie ante cœnam nucibus auellanis vtatur. Interdũ in pelle paſſulatum guttam vnam olei Iuniperi probe deſtillati deglutiat. Aquas autem calidas & diureticas, quæ vel prorſus miſeros & deploratæ valetudinis homines efficiunt, vt fugiat moneo, nec ſe exemplis, quæ proponuntur, falli ſinat. Quod autem ad intemperiem renũ tollendam attinet, in primis mihi vnguentum roſatum Meſue, vel Galeni refrigerans, cum oleo ex amygdalis amaris hoc modo factum placet:

Victus ca-lculoſorum. *Incidentia.* *Auellanæ.* *Ol. Iuniperi.* *Aquæ calidæ diureticæ noxiæ.* *pro renum intemperie.*

♃.Vnguenti roſat.Meſ.℥j.
Ol.amygd.dulc.ʒ iij.
amarar.ʒ ij. Miſc.

Vnguentum

Vſus etiam emplaſtri de cancris, præſertim malo vrgente, conuenientiſſimus. Intra corpus ſumat interdum tria vel quinque cochlearia aquæ fragorum. Quæ vero infeſtantibus doloribus per clyſteria, cataplaſmata, fomenta ſint ſuſcipienda, Medici ratione temporis anni, conſtitutione ægri corporis, loci, in quo dolorem ſentiunt, nec præſcribere omnia vel debent, vel poſſunt.

Emplaſtrum de cancris.

In renum affectione, & calculo, pro quadam Generoſa perſona,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CXLI.

Cvm S. G. perſuaſa ſit multum profuturam aquam diureticam ex granis iuniperi, cortice caſſiæ, ſem. fœniculi, rhabarbaro, agarico, lapide Iudaico, &c. deſtillatam, videndum eſt, an ea etiam cum aqua fragorum contemperata conueniat. Diuretica autem duplicia cenſentur. Quædam faciunt vrinæ copiam virtute tenuis ſubſtantiæ. Quædam ſeroſitatem ſanguini admiſtam ſeparant, & ipſum ſanguinem quaſi colliquant. Hæc proprie diuretica appellãtur, atq; potentia calida & ſicca ſunt, qualis eſt aqua, de qua agitur. Conueniunt vero iſta, cum materia calculi frigida & craſſa eſt, nec cruditates in primis venis, aut intemperies epatis calida adſit. Vbi autem materia calculi aduſta, cruditates in ſtomacho, & primis venis, epar etiam calidum, nequaquam prodeſſe poſſunt, & ſi prodeſſe videntur, longe tamen maiorẽ noxam, quam adiumentum adferunt. Eſt autem materia calculi in corpore S. G. nequaquam craſſa atque tenax, quia calculi ſunt friabiles, & plus arenæ, quam materiæ concretæ: tum propter catarrhum perpetuo crudi humores in ſtomacho reperiuntur. Hos vero diuretica iciuno ſtomacho aſſumpta ſecum rapiunt, venas epatis obſtruunt, cumque ad renes vſque tranſeunt, ſi forte arenulas in illis repertas expellunt, plus crudæ materiæ,

Diuretica duplicia. 1. 2. *Diuretica proprie ſic dicta quibus & quando conueniant.*

riæ, quæ ad gignendos calculos deteriores facit, ſecum adducunt. Itaque multo magis lædunt, quam adiuuant, etiamſi aliquo modo adiuuare videantur. Cæterum epatis atque renum intemperiem calidam eſſe, cuilibet mediocriter S. G. corpus conſideranti apparet. Itaque aquam iſtam (vt maxime multis conuenit) S. G. non conuenire veris rationibus perſuaſus ſtatuo. Veruntamen ſi ingens dolor propter obſtructiones graues vrgeret, neque malum lenibus remediis cederet, tum iſtis, quæ fortiter incidunt atque aperiunt, aliquis locus eſſet, ita tamen vt frigida deinceps conſequantur.

Succus limonum.

In primis vero ſuccus limonum conueoit, eumque in curatione aquæ diureticæ calidæ præferrem. Rectiſſimum autem eſt ſæuiſſimo morbo, qui concitatis omnibus humoribus corporis, & fumis poſt vomitus ad

Palpitatio cordis.

cor tranſmiſſis, palpitationem cordis vitæ hoſtem ſecum adducit, per rectam rationem victus occurrere, & intentum eſſe. vt omnis cruditatis cauſæ vitentur. Medicus Arabs Rabi Moyſes in Regimine ſanitatis ad

Equi cura accuratior quam hominis.

Regem ſuum hæc ſcripſit: Si quis ita ſe regeret, vt equum ſuum regit, quem charum habet, à multis ægritudinibus præſeruari poſſet: vere hoc ſcribi & dici intelligunt prudentes rerũ æſtimatores. Itaq; cum rationi obedire virtutis ſit, S. G. eorum, quæ de cauenda cruditate ſcripſi, meminerit, cogitetque herculeum laborem ſuperare contra duos hoſtes, vnum qui arcem vitæ inuadat, alterum, qui omnia intus turbet, & cum dolore laceret, pugnare. Remoueatur igitur à menſa ciborum varietas, & cruda, quæ delectant cum periculo. Diuretica primi vel ſecundi generis cum ventriculus crudis humoribus eſt repletus, vt aſparagi, cancri, &c.

Vua paſſa maiores.

Vuas autem paſſas maiores vna cum acinis dentibus comminuatas, S. G. in prima menſa comedat, vel quod tutiſſimum eſt, & in multis magno ſucceſſu approbatum,

Nuces auellanæ.

aliquot nuces auellanas ad nouem vel decem perpurgatas ante prandium, vel cœnam comedat. Compertiſſimum enim habemus non paucos ſæuis cruciatibus calculi diu affectos, vſu auellanarũ liberatos. Cum autem non ſolum doloris grauitas, verumetiam periculum omni cautione vtendum eſſe hortetur, S. G. ſibi non deerit. Ipſa quidem materia calculi, quæ hactenus eiecta eſt, cum ſit friabilis, ſpem bonam curationis præbet: verum cum ſubinde cauitates relictæ à calculis in renibus ſuccedente noua materia maiores fiant, & materia tenacior, profecto niſi diligentia adhibeatur, ne pertinax & incurabile euadat malum, quod nunquam venit ſolum, metuendum. Diminuto enim calore innato ætate maiore, pituitoſus humor, quo alias corpus admodum inæqualiter temperatum abundat, promptus erit, & eiectis calculis ſinus ſeu foneæ renum, in quibus calculi creſcunt, dilabuntur. Itaque ex matrice illapſi in illos maiores calculos concreſcent, grauioresque dolores, cum excernentur facient. Proinde cum ſapientiæ ſit, non admittere, quod caueri poſſet, S. G. non ſolum ea quæ monui, obſeruauit, verum etiam ſi quæ alia

Tuta præſeruatio.

tuta præſeruant, libenter admittet. In eorum vero numero primas tenet radix eryngii, ſub initium Septembris collecta. Cato etiam Cynosbati cum ſaccharo in modum electuarii redacta. Item ſuccus herbæ veronicæ cum ſaccharo ſpiſſatus, cui ſemina violarum admiſceantur. Hæc tutiſſima, & vſu atque experientia comprobata ſunt remedia.

In intemp. calida magna.

In magna renum caliditate aqua fragorum, cum qua nuclei auellanarum miſceantur contuſi matutinis horis aſſumpta, ita vt ſuperdormiat, plurimum iuuat.

Potus frigida.

Memini quendam poſt primum ſomnum iam perfecta coctione hauſiſſe aquam frigidam, & inſigne iuuamentum tum percepiſſe. Verum hoc S. G. non conſulo, quin vt mos bibendi frigidam hora decubitus omittatur, moneo. Magis autem iſta omnia, quæ ad præſeruationem vtilia ſunt, valerent, ſi interdum talia S. G. aſſumeret, quæ abſque periculo corpus euacuarent, videlicet

Euacuantia in calculo.

Rhaharbarum cum carne paſſularum, per ſetaceum cribratarum, vel morſulos aut orbiculos è Rhabarbaro. Plurimum enim epar atque renes iuuant, & ventriculum tamen non lædunt, vt etiam roborent. Quantumuis vero diligens victus ratio, niſi exercitia ſint quotidiana, omnium excrementorum prouentum impedire nequit:

Extrinſecus.

foris multa adhiberi poſſunt, ſed duo mihi maxime probantur,

1. Vnguentum

primum hoc vnguentum: Accipiatur ſuccus maluarum & miſceatur lento igne cum adipe cuniculi, præſertim eo quod ad renes reperitur. Hoc ſæpe inungantur lumbi in ea parte, in qua ſunt renes.

2.

Secundo miſceatur vnguentum roſatum Meſu. cum oleo amygdalarum amararum, & vtatur vt in prior. Addam laudatum à peritiſſimis Medicis, cuius vſus ſingulis annis in vindemia eſt:

3. Vinacea.

accipiantur vinacei prelo expreſſi, atque adhuc calentes ex vuis maturioribus, & matutinis horis ac ante cœnam dimidium horæ renibus quinque diebus apponantur. Hoc remedium excellentem Medicum autorem habet, & rationi maxime conſentaneum eſt. Cum enim in renum affectione à calculo tenuare atq; mollire Hippocr. iubeat, & vinacei mode-

rato ſuo calore materiam tenuent (ſubſtantiam enim renum molliorem reddunt, vt calculi per eam facilime tranſeant, robur etiam aſtringente facultate addunt) ſane non video quid ad rectam pręſeruandi rationem in iſto vſu vinaceorum, niſi immodice forte renes ſint calidi, deſiderari queat. *Præſeruantia.* Sunt & alia infinita propemodum remedia, ex aquis deſtillatis, oleis, vt terebinth. iuniperi, &c. ſuccis, inter quos præſtat ſuccus veronicæ, & hederæ terreſtris. Item puluis ex nucleis, ſeminibus, radicibus, partibus animalium, vt pelle lucii piſcis, cinere leporis, &c. quæ recitare omnia longum eſſet. Sed inter cætera tut⁹ omnino eſſet vſus rad. rubi in vino rubro cocti, & biduo vel triduo ſumpti. Dolore autem graui vrgente vtiliſſimũ & conuenientiſſimum eſſet clyſterem iniicere. *Clyſter in dolore graui.*

℞. Maluæ.
Parictar.
Veronic. an. m. iij.

Decoq. in ſ. q. aquæ puræ, & colaturæ ℞. ℥ xv. ol. amygdalarum dulcium recent. amarar. an. ℥. iij.
Sacchari ℥ j. Miſc.

Talis clyſter, qui non continet medicamenta ſolutiua, nihil lædit inteſtina, nec vapores, qui cor afficiunt, concitat. quin potius eos à corde auertit, renes emollit, & cum oppreſſis recrementis inteſtinorum graues dolores adſint, ab illis liberat, flatibus qui in renali morbo dolorem augent, viam aperit, & multis modis iuuat, neque hæmorrhoides (niſi iniiciatur incaute) quicquam offendit. Cæterum vt tam foris, qnam intus materia attenuetur, & ſubſtantia renum mollior reddatur, quo calculi facilius protrudantur, non diureticis, & immodice calefacientibus & ſiccantibus, verum humectantibus procedendum initio erit. Applicetur igitur parti dolenti hoc cataplaſma, quod refrigeratum ſtatim rurſum in ſartagine calefiat: *Cataplaſma.*

℞. Maluæ.
Parietar. virid. ſi haberi poſſit, an. m. iij.
Raphani ſiue radiculæ.
Petroſelini cum toto an. m. j.

Decoq. in ſ. q. aquæ puræ, & additis cæpis tribus, ac oleo amygdalarum dulcium q. ſ. f. cataplaſma. deinde contund. cum ol. ſcorpion. amygd. amarar. ad formam emplaſtri extendatur, ac renibus, ſi dolor eſt renum, vel veſicę applicetur. Nam calculum frangit atque emollit. In graui renum dolore, atque calore hoc emplaſtrum, vt facilius calculum elidat, prodeſſe ſæpe animaduerti: *Cataplaſma è cancris.*

℞. Canctor. ix.

Bull. in ſ. q. aq. puræ, vel lactis, & contundantur, ac rurſum coquantur, ſuccuſque exprimatur. Eo ſucco imbuatur panis albi medulla, & additis vitellis ouorum duobus, butyri recentis, & olei violarum q. ſ. commiſceantur omnia in mortario, & extendantur in panno lineo, & renibus ac vreteribus applicetur. Intra corpus multa dantur, quæ vias leniunt, calculi materiam incidunt, & attenuant, ſed his caute vtendum. Ad lenitionem autem & attenuationem prodeſt Decoctum radicum altheæ & petroſelini cum herba veronicæ, addito melle vel ſaccharo, vel butyro recenti, vel oleo amygdalarum dulcium. *Decoctum leniens & attenuans.* Decoctum etiam hederæ terreſtris cum veronica. Sed rubi vel ononis radices optimæ ſunt. Ad balnea autem & inſeſſus nequaquam deueniendum, niſi iſta nõ contulerint, & corpus fuerit clyſteribus vacuatum. *Balnea quando.* Tunc enim ſi grauiter in viis calculus impactus hæreat, nec prædictis remediis cedat, diureticis & aquæ, quam habet S. G. locus eſſe poſſet. Cum autem hæc extrema initio ſtatim adhibeantur, non remittente dolore, maloque ingraueſcente, mitiora & tutiora deinceps parum conferunt. Itaque ordine procedendum eſt, nec ſubito remedia iſta mutanda, vel prorſus abiicienda. Sed perſeuerandum atque ferendum. Turbatur enim natura ſubinde incitatis medicamentis: & cum omnis actio fiat in tempore, ſubitæque mutationes minimæ tutæ ſint, tempus patienter expectandum.

In renum affectionibus, & calculo, pro quodam Barone,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CXLII.

SVPERIORIBVS conſiliis V. M. à me pręſctiptis ſatis monui, quis ſit vitæ habendus modus, & oſtendi ita medicinas adhibendas, vt ne dum nimis recte valere ſtudemus, vniuerſum valetudinis ſtatum in periculũ adducamus. Neminem enim ſic valere, vt perpetuo ſanum ſe profiteri poſſit, ac non minus talem, quam perpetuo felicem, monſtrum dici poſſe. *Monſtrum fœlix ſemper ſanus.* Itaq; mitigando & ferendo multa in melius mutari, & cauendo auerti. Ac cum in cautione, quæ pręcipue in recta victus ratione, & paucotum medicamentorum vſu conſiſtit, potiſſima valetudinis curatio poſita ſit, (ſtultum enim eſt admittere, quod poſſit caueri) à recta victus ratioe, & eorum medicamentorum vſu, quæ ſibi V. G. hactenus profuiſſe animaduertit, non diſcedat. Simplex autem cibus, & tempeſtiue ſumptus ſaluberrimus eſt.

Ab eo

Ab eo vero ſi quid excrementorum (vt fieri eſt neceſſe) remanet, & id corpus prægrauet, materiamq; morbi ſuppeditet, bis in anno ordinariis remediis à me præſcriptis, deinde aliquoties lenientibus ſubducatur:

℞. Paſſul. ʒ vj.
Galangæ ʒ j.
Scolupend.
Betonic.
Veronic.
Fl. violar.
Meliſſ. an. p. j.
Rhabarb. electiſſ. ʒ j. ß.
Ful. ſenæ Alexand. ʒ vj.
Syrupi conſeruat. Nucis Moſchatæ parum, permiſceantur.

Rotulæ de Rhabarb. Inter ea primum locum habere orbiculos de Rhabarbari extracto V. G. animaduertit, vt autem ſemper in promptu ſint, habeat V. G. extractum. Componendi ratio hæc eſt: Quatuor vnciæ ſacchari diſſol. in aqua cinam. & coquantur ad iuſtam ſpiſſitudinem. Huic addatur extracti Rhabarbari in ſucci roſarum drachmis tribus diſſolut. ʒ j. Deinde Rhabarbari ſubtiliter pulueriſati, & aqua cinamomi humectati ʒ j. f. cunf. in orbiculis. Idem vero, quod iſti orbiculi, præſtabit ſaccharum Roſarum cum extracto, quod V. G. hic paratum eſt, ad magnitudinem nucis iuglandis ſumptum: ſubducunt enim paulatim materiam è ventriculo, epare, & viis vrinariis, & epar & renes, ne calculos generent plurimum iuuabunt. Vt autem iſta intemperies renum, (quæ præcipue moleſta) melius corrigatur, habet V. C. vnguentum, quo hora decubitus, & interdum etiam mane ad præſeruationem vti poterit. *Cataplaſma ex cancris.* Cæterum ſi dolor infeſtaret, coquantur caneri x ij. & contundantur cocti, atque ſuccus exprimatur, & imbuatur medulla panis albi, & addantur vitelli ouorum tres, ol. amygdalarum amararum quantum ſatis eſt, f. quaſi emplaſtrum, & renum regioni apponatur, dum vrget dolor: *Dolor in vreteribus.* ſi vero in meatibus vrinariis, & anteriore parte dolur eſt, coquantur parietaria vera, petroſelinum, ſaxifragia in aqua ſimplici, & addantur tres cæpæ ſub cineribus coctæ, atque ol. *Cataplaſma diureticum.* amygdal. amar. quantum ſatis eſt, ac calide inter pannum lineum duplicem ventri inferiori tanquam cataplaſma applicetur. Hic non modo dolor ſedabitur, ſed calculi materia ita cōminuetur, & viç laxiores reddentur, vt ſine graui dolore exeat. Potiones, balnea, & ſimilia medicamenta, niſi grauis vrgeat neceſſitas, non probo. Ad morbi autem reliquias (quas tamen nullas arbitror) ineunte hyeme V. G. interdum ſuccocarduí, inſtar nucis auellanæ, vel caſtaneæ, vtatur, & vt in minori quantitate magis ſit efficax, extractum ſucco addat. Vt benignus Deus medicamenta, & vt V. G. benigne fortunet precor.

De præſeruatione à calculo, pro quodam Nobili,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CXLIII.

PRÆSERVATIO eſt remotio cauſæ facientis, vel facturæ morbum. *Cauſa calculorum.* Cauſæ vero in generatione calculi duę ſpectantur: efficiens, videlicet calor renum, & materialis. Præbent autem cauſam calculo omnes humores, maxime autem pituitoſus. Ideoque recta victus ratione inprimis cauendum, ne huiuſmodi humores, qui ad prouētum calculi faciunt, in corpore coaceruentur. *Victus ratio.* Vitanda igitur ſunt omnia, quę cruditatem augent, & à cibis mali ſucci cauendum, abſtinendum à frequenti vſu piſcium, lacticiniorum, auium quæ delectantur aqua. Deniq; ab omnibus quæ copioſum alimentum præbent. *Diuretica cibis non miſcenda, & longe ante paſtum ſumenda.* Non miſcenda diuretica cibo: vitanda vina Auſtriaca non ſecata, & coctio compotationibus, inambulationibuſque non turbanda. Diuretica, ſiue ea ſint calida, ſiue frigida, quæ tamē proprie diuretica non dicūtur, non niſi ante paſtum, vel longe à paſtu aſſumenda. Cæterum cum in accurata etiam victus ratione excrementa proueniant, paulatim ea ſunt ſubducenda. Id fiet ſi iſta pillularum maſſa ʒ ij. vel iij. ſingulis ſeptimanis ſemel aſſumpſeris:

Pil. de Terebinthina pro remouenda materia calculoſa.

℞. Terebinthin. ex aq. ſimplici & vltimo roſar. nouies lotæ ℥ j.
Rhabarb. opt. & ſubt. pulu. ʒ iij.
Cinamom. elect. ʒ j.
Pulu. Succini alb.
Ceterach.
Liquiritiæ an. ℈ j.

Miſc. f magdaleon, de quo formentur pillulæ mediocres. Hæ pillulæ ſatisfaciēt ad remouendam materiam calculi, ſi temperanter tamen vixeris. *Purgatio annua.* Cæterum ſi quotannis ſemel in anno potiones purgātes ſuauiter humores ſumpſeris, plurimum valetudini tuæ conſules. Quod ad alterationem renum attinet, cum non ſolus calor: ſed quiddam ex ſemine propagatum, vel à cauſis cœleſtibus ortum, ad calculi generationem faciat: etſi inquam propter hanc cauſam alterare renes frigidis interdum parum iuuet: tamen plurimis profuiſſe ſcio, poſtquam corpus mediocriter pillulis pręſcriptis purgatū fuerit, cum poſt mediū noctis hanc potionem biberint: *Potio renes refrigerans.*

℞. Aq. fragariæ ℥ v.

Syr. de ſucco violar. ℥j. Miſc.

Quidam etiam ſingulis noctibus aquam frigidam bibebat, atq; grauiſſimos cruciatus calculi, quos ante perpeſſus fuerat, effugit. Mane vero ne frigida potio noceret, aliquot grana piperis integri aſſumebat. Ad eandem intentionem recte aſſumitur interdum ʒß. vel ℈j ſucci portulacæ inſpiſſati, ita vt in pilulas redigi poſſit. Inungantur etiam renes ante decubitum hoc vnguento:

Aq. frigidæ potio piperis corrigenda.

℞. Infrigidant. Gal. ℥j.
Vnguenti roſ. Meſues ℥ß.
Santalini ʒ ij. Miſc.

Poſtea conuenientibus diureticis vtetur, doloremq; ſedare ſtudebit.

In calculo renum, pro quodam Nobili viro.

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CXLIV.

Præſeruatio. GENERALIS præſeruationis à calculo duo ſcopi ab Hippocrate monſtrantur. Quorum primus nobis intemperiem renum conſiderandum præſcribit, alter vt caro renum dura & denſa, reddatur mollior atque laxior dictat. Intemperies quæ coquit calculos, calida eſt haud dubie. Itaque refrigerationem quandam renum indicat. Quia vero calor iſte non eſt ſimplex, ſed peculiarem quandam vim coquendi calculos habet, proinde peculiaribus etiam remediis contemperandus. Videmus enim multos inſigni caliditate renum præditos, nec tamen calculoſos. Alter ſcopus, videlicet, caro renum durior & denſior, ita vt materiæ, ex qua fiunt calculi, tranſitum prohibeat, per humectantia atq; relaxantia medicamenta eam emolliendam eſſe indicat. Hæc quoque peculiarem facultatem habere oportet, & ad ipſam carnem renum directa eſſe. Multi igitur Medici vtrunque ſcopum præclare putant ſe attingere, dum foris vnguentum roſatum, & ſimilia adhibent, atque interdum etiam magnopere iis ægri iuuantur. Verum ſi intra corpus ſumantur ea, quæ primum in victus ratione materiam calculi imminuant, deinde ſuauiter eam educant, atque deinde renum intemperiem corrigant, & laxiores eorum carnes reddãt, præclare ægris conſulitur. Ad hoc vero ſi quid facit, exiſtimo radicum eryngii vſum in potu cum debita & recta victus ratione præſtare, præſertim ſi Medico temperamentum ægri, & materia calculorum ſit perſpecta. Cum autem illius, qui à me conſilium petit, corporis temperaturam nõ nouerim, nec qualis ſit materia calculorum, quam plerunque calor & concretionis mollities, vel durities indicat, ſciam neceſſe erit, vt præſentem medicum in conſilium adhibeat, atq; ex eo primum victus rationem rectam petat, deinde quomodo vnguentis, quæ intemperiem renum emendant, & decocto radicum eryngii ſit vtendum petat. Hoc quoque prætereundum non eſt, cum nullum corpus, etiam in accuratiſſima victus ratione tam ſit temperatum, vt non multa excrementa colligat, vt ea per iuſta interualla conuenientibus remediis ſubducantur. Id ſi æger fecerit, haud dubie me rectiſſime conſuluiſſe reipſa experietur. Magna eſt corporum, magna remediorum, dum de cauſis generationis calculi res in difficili cognitione apud Medicos verſetur, difficultas. Re igitur non ſatis explorata atq; perſpecta, conſilium dare, ac hęc vel iſta remedia tanquam certa præſcribere non prudentis conſiderationis eſſe videtur. In multis etiam ab vſu diureticorum plus eſſe periculi à remedio, quam ipſo morbo, plurimis exemplis docemur. Itaque nequaquam iudicium Medicũ præcipitandum, aut communibus remediis, etiam quæ aliis profuiſſe videntur, niſi certa, bona atque firma ratione, atque indicatione pręeunte, fidendum.

Calor peculiaris & quis calculos.

Decoctum eryngii.

Diureticorum vſum periculoſum.

In calculo,

D. HORATII RESERII

CONSILIVM CXLV.

QVEM Græci λιθίασιν dicunt, Latini calculum, & morbum, & cauſam morbificam eſſe compertum eſt. Morbum quidem quatenus immediate nocet virtuti expulſiuæ veſicæ, & ſub eo genere quod à Gal. morbus, alibi ab eodem διάθεσις appellatur, quæ ſane ſub qualitate reponitur. Qualitas autẽ cum accidens eſſe dicatur, & propterea quibuſdam calculus, qui morbus in ſubſtantia exiſtit, non videatur hoc nomine appellari debere, tamen pro opinionibus eorũ non reſpondendũ aliud putamus, niſi quod nobis ſufficiat vna cũ Gal. 1. de morb. differentiis, morbum appellari, quãcunq; conſtitutionem præter naturã, per ſe primo actionem lædentẽ, ſiue illa διάθεσις ſit, ſiue ſubſtãtia aliqua impediens ac lædens actionem ipſam. Cauſam vero morbificam calculũ eſſe certiſſimum eſt, quatenus calculus in viis renum exiſtens morbũ in via, à Gal. obſtructionem appellatam, facit, à qua obſtructione immediate læditur actio: ſed hæc, vt ad Medicũ maxime ſcire ſpectat, ita illud ignorare turpiſſimum fuerit, nempe calculi cauſas, tum efficientes, tum materiales. Efficientes quidem ſunt renum ac epatis nimia cali-

Calculus quomodo morbus.

Quomodo cauſa.

Cauſæ efficientes calculi.

Materia. caliditas. Materialis vero humores ſuperflui, ex imbecillitare venrriculi congeſti, qui ad renes delegati, & ab eorum nimia caliditate aſſati, in lapidem vertũtur, qui quandoque rubri, quandoq; ſubflaui, quãdoq; cinericei, quandoq; pallidi, denſi, friabiles, leues, quandoq; aſperi generantur, prout ex hac, vel illa fiunt materia. *Cauſæ varietatis coloris in calculo.* Siquidẽ ſi plus humoris billioſi in epate generetur, & vna cum pituira, vel ex ventriculo, vel à capite, ad renes delegatur, & ibidẽ à renũ caliditate aduritur & in lapidem cogitur. Certũ eſt, vbi bilis pituira præualuerit, & rubicũdiot & flauior, nec non & ftiabilior & aſperior generabitur calculus, quam ex pituita pura in renib' aſſata. Quanto autẽ magis aduſtæ & terreæ, vt ita dicam, bilis particeps fuerit materia ex qua calculus gignendus eſt: tanto & aſperior & denſior euadet. *Signa.* Vt nota eſt cauſa: ita ignorari non debet ſymptoma, quod ad generationẽ vſq; comitatur calculum. Quod ſane non niſi doctis patere poteſt, velut etiã ſymptoma ſeu πάθημα indoctis notiſſimum eſt, q; ad iam genitum calculũ ſequitur, nimitũ dolor nepbriticus, ex continua ægri querela & eiularu, ex ſui acuitate renibus impacta: ex ſtupore, crurĩ è directo exiſtenti, cõmunicato, ex ſenbilitate ventriculi, ex vomitu læſione percepta, ſeſe manifeſtãs & ob oculos ponens. Illud autẽ aliud, non niſi doctis perceptum ſymptoma eſt, fluxio mareriȩ, ex qua gignitur calculus, ab vno ad aliud membrũ, quȩ non minimi pendẽda eſt, imo eius præcipua habẽda ratio curaq;. Fruſtra enim & cura & præſeruatio calculi tẽtaretur: imo ex huius ſolius diligẽti animaducrſione, atq; interceptione præſeruatiua cura abſoluitur. Ideo alia miſſa faciam, & ad hãc vnã in medium afferendã me totum conuertam. Verum quia fruſtra quærimus ſymptoma curare, nõ ſublato, a quo oritur morbo, in primis morbi, ad quem ſequitur, habenda eſt ratio. Morbus autem eſt frigida ventriculi, & renum calida intemperies, vna cum materia. *Indicationes* Curanda eſt igitur intemperies hæc, ſed cũ materia adſit, nec poſſit, quȩ cũ materia fuerit intẽperies, curari, niſi euacuata, à qua fit materia. Euacuãda igitur erit hȩc primũ, deinde mala intẽperies per cõtraria abolenda.

Quatuor in fluxione conſideranda. Ad hæc cũ in qualibet fluxione, quatuor habenda ſit ratio, nempe mandanris mẽbri, recipientis, materiæ quæ trãſmittitur, & latitudinis viarum: in hac prȩſeruatiua cura omnium horum diligens habenda rario eſt, ſiquidem mãdantis membri vis cobibenda infringendaq; eſt: recipientis vires ſunt corroborandæ, illa quidẽ ne mandet, quod minime mandãdum eſt, hæc vero ne recipiat, quod vtiq; non erat recipiendum: Latitudo inſuper viarũ compingenda eſt, & materia quidem, quæ nondum fluxit, alio auertẽda: fluxa vero per conneniẽtes regiones euacuanda: poſtremo, ſiquæ adeſt intemperies amouẽda, & ne rurſus eadem tum intemperies, rũ materia generetur, præcauẽdũ, præcauebitur autẽ tum victus ratione, tum medicamentorũ exhibitione & vſu. In caſu autem R. D. T. poſt diligentem purgationem, & thermarum porionem, quæ & materiam ſatis ſuperq; euacuarunt, & membra dyſcraſiata ad ſymmetriam deduxerũt, in poſterũ te ita gubernãdum conſulo. Cauebis igitur ab omni aeris exceſſu, à nimio exercitio, à ſomno ſtarim à prandio, præſertim in locis rerrenis & humidis, ab ira, & nimiis agitationib. Quod ſi corpus exercere vis, ſtomacho vacuo id fiat, nec ſtatim poſt exercitium ad ſumendum cibum te accingas, ſed quieſcas per aliquod tempus: à prãdio vero ab omni exercitio caueas. De coiru vero ne verbum quidem fecero, quod hic intempeſtiuus exiſtens, vtpote, cibo nõ concucto, & corpore ex nimio labore defatigato, ſummopere lædere ſoleat, & calculũ facere poſſit. Beneficium alui laudo quotidianum, ſi minus naturale, ſaltem artificiale: Cõſueui vero artificiale alui beneficium hac arte parare:

℞. Hordei mundi & a ſuis corticibus expurgati p. j. *Leniens.*

Rad. althex abroſarum & inciſ. m. j.

Bulliãt omnia in tribus ſcutellis iuris pulli ac addatur ſacch. finiſſ. ℥ j. & exhibe. Aluũ enim lenit, abſtergit, & ventriculum expurgat. Comedat panem optime fermentatum ſimplicem, cum oleo aut butyro miſtum, & non fermentarũ fugiat. Ab eſu carnium veterum, tum boum, tum arietũ, rum porcorum, ac ab eſu animalium degentiũ in aquis puta anatum, anſerũ, & ſimilium abſtineat nec non à piſcibus carẽtibus ſquamis, & degentibus in aquis ſtagnantibus, a caſeo, à lacticiniis, à fructibus omnibus. Poteſt ramen deguſtare Peponem, & pruna Damaſcena matura ante prandium. Vtatur ouis recentibus, non admodũ coctis, ſimplici vtatur, & non multo cibo. Omnia olera cruda fugiat, præter cappares, aſparagos, & lupulũ, parce tamẽ. Vinum ſit album & ὀλιγόφορον, quod ſi fumoſum fuerit, limphetur cum decocto, Glycyrthizȩ aut bordei. Alimẽta actu nimis calida, aut frigida viret, temperatis vtatur. Non obeſſet, ſi bis in anno ei ſecaretur vena *Vena ſectio.* axillaris, ex directo renum laborantiũ, exiſtens. Vratur vt plurimũ ex auroritare Pauli & Ætii, & omniũ doctiſ. virorum, repetito *Vomitus.* bis in menſe vomitu: proderit enim poſt veneſectionẽ, quæ vere & autumno facienda eſt. Purgetur corpus boc aut ſimili modo: *Purgatio annua.*

Bolus.

℞ Flor. Caſſ. recens extract. ℥j.
Succi paſſularum.
berberis an. ℈iiij.
Pulu. liquiritiæ ℈ij.

Miſc. fiat bolus cum ſaccharo. Die vero ſequenti exhibeatur ſyrupus:

Syrupus.

℞. Syr. Acetoſi ſimpl.
Mell. roſati ſol. an. ℥j.
Decocti infra ſcripti ℥iiij.
Miſc. fiat potio.

Decoctio autem talis eſt:

℞. Rad. Altheæ. nu. iiij.
Sem. Maluæ.
Peponum.
Cucumer.
Cucurbitæ an. ʒij.
Capill. Ven.
Sem. aniſi.
Fœnicul. an. ʒj ß.

Bulliant omnia in ℔. iiij. aq. Endiuiæ ad conſumptionem medietatis, & colentur & fiat expreſſio pro vſu. Poſt vero exhibe ſeq. potionem.

Potio.

℞. Flor. caſſiæ ʒvj.
Elect. de ſucco roſ ʒij.
Syr. roſ. ſol. ℥j.
Aqua capill. Ven. q. ſ.
Miſce & fiat potio.

Facta autem purgatione inungat renes tali vnguento:

Linimentū ad renes.

℞. Succi roſar.
Violar.
Plantag. an. ʒj.
Olei roſ. complet. ℥ij.
Ceræ q. ſ.

Miſce, & fiat lenimentum pro renibus. Laudarem inſuper vt bis in menſe, aut ſaltem ſemel, hyeme præſertim aut vere, aut autumno, vteretur infra ſcriptis pillulis:

Pillulæ.

℞. Rhabarb. electi.
Aloes.
Agarici præpar.
Myrobalanorum citrin. an. ʒj.
Spicæ ℈ß.
Fœnicul. ʒß.

Puluer. ſubtiliter & irrorentur ſingula cum vino albo odorifero, deinde cum ſ. q. mucilag rad. altheæ cum ſacch. dulcoratæ f. Magdaleon, ex cuius ʒj. f. pill. nu. xv. & per horā ante cœnam exhibeantur. Harum enim exhibitione, & materia ad generandum calculos idonea euacuabitur, vētriculo robur addetur, hepar expurgabitur & renes inſuper vna cum capite à biloſis, pituiroſiſq; excrementis exonerabuntur, ac nimiæ viarum laxitati conſuletur. Quod poſtremū eſt, laudo vt Reuerenda D. T. ſæpe ac ſæpius infra ſcripto vtatur liquore, quo præſeruabitur abſq; dubio a calculo, obſeruato tamen regimine in ſex rebus non naturalibus à me ſupra vtcunq; præſcripto. Doſis huius liquoris ſunt cochlearia duo ante prandium per horam, & totidem ante cœnam:

Liquor à calculo præſeruans.

℞. rad. Altheæ inciſarum m. j.
Liquiritiæ raſæ.
Milii ſolis.
Flor. borraginis.
Bugloſſ.
Violar.
Roſar. an. ℥j.
Sebeſten.
Iniubarum.
Dactyl. pingu. an. nu. vij.
Gran. Alkekengi.
Bruſci.
Sem. Aſparagi an. nu. xx.
Quatuor ſem. frig. maior. an. ʒß.
hordei mundi p. j.
Ceterach. m. ß.
Aq. lupulorum.
Betonic.
Pimpinell.
Sem. Melon. an. ℔. iiij.

Sint autem deſtillatæ iſtæ aquæ in Alembico vitreo per balneum Mariæ. Miſta bulliant ad conſumptionem duarum partium, deinde colentur & exprimantur, donec remaneant ℔. iij & adde colaturæ

Succi parietariæ.
Cytonior.
Betonicæ an. ℥vj.
Mell. roſar. ſol. ℔. iij.

Miſce, & iterum bulliant, quo ad ſolum mell. roſ. remaneat. Et hæc ſunt, quæ mihi, quam occupatiſſimo dictanti, & Petro, tibi dediriſſimo, ſcribenti, à prandio in ſummis caloribus exciderunt. Bononiæ, Anno 1556. Iulii 14.

In calculo pro quodam Barone,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIUM CXLVII.

CALCULI affectus, quo M. V. laborare ſolet, humoris eſt, præſertim pituitæ & bilis a capite ad renes defluxio, in quibus cum diutius materia conſiſtit, ob calorem ipſorum concreſcit, & in arenulas degenerat, idq; vel in ſinubus eorundem, vel in carne. Quando igitur vrinæ difficulter prodeunt, & arenæ paulatim inuicem conglutinantur, calculi aut in vtroque rene ſinguli pluresve, aut in vno tantum gigni ſolent. Quia vero diuerſa excrementa corpus grauare, materiamque morbo ſuppeditare ſolent, optimum ad tuendam valetudinem erit, primum generales duas purgationes,

gationes, vnam verno, alteram autumnali tempore experiri, deinde per interualla remediis leuioribus, tum ad aluum ducendam, tum ad vrinam cum arenis promouendam accommodatis vti. In vere conueniet decoctum noſtrum ex hiſce ſequentibus paratum.

Purgatio verna.

℞. Adianthi.
Polytrich. veri.
Hyſſopi an. m. ß.
Rad. Apij.
Petroſelin.
Fœnicul. an. ℥ ß.
Tamaricis.
Glycyrrh. purgat.
Polypod. an. ℥ j. ß.
Sem. aniſ.
Fœnicul. an. ℈ ij.
Medullæ carthami ℥ ij.

Decoquantur in aqua pura, quanta ſatis eſt, ad tertias. Addatur aceti quadrans, aut vini triens, deinde:

Agarici trochiſcat. ʒ j. ß.
Rhabarb. el. ʒ iij.
Fol. ſenæ Alexand. purgat. ℥ j.
Zinzib. minutim inciſ. ℈ ij.

Mane rurſus colētur citra expreſſionem. Huius diluti tribus vnciis add.

Syrup. roſar. ſolut. aut violacei ℥ j. ß.
Aq. cinamo. deſtill. ℥ j.

Mane exhibeantur tribus horis ante cibum, deinde iuſculum gallinæ non pingue, vel piſorum modice coctorū cum ſalis momento. Vbi vero intra horas prædictas aluus ſubduci inceperit, cibus longius differendus eſt. Hæc potio ſecundo die iteranda eſt, vel etiam tertio repetenda. Præſtaret id fieri Medico præſente, qui naturæ & virium medicamenti rationem habeat. Diebus duobus aut tribus interpoſitis catapotia hæc in aurora aſſumantur, ſic vt ſomnus ſubſequatur. vel longiſſime à cœna.

Pillula.

℞. Aloes el. ʒ j.
Rbabarb. el.
Agaric. opt. an. ʒ ß.
Salis gemmæ g̃. vj.
Zinzib.
Spicæ an. ℈ ß.
Maſtich. ℈ ß. g̃. v.

Terantur ſingula per ſe, deinde aſpergantur ſucco roſarum, ſinanturq; exſiccari, fiatque maſſa. Ex qua drachma vna in pillulas vndecim redigatur. Quod ſi M. V. citius illas purgare velit, paulo ante cibum, vel cœnam aſſumere poterit. In autumno vtetur Generoſus Baro diebus aliquot ſyrupo de ſucco betonicæ, adq; ℥ iiij. ſyrupi admiſceatur ſcrupulus vnus calami aromatici extracti, ſumat ſingulis diebus cochlearia duo, vel tria, per nouem vel decem dies. Deinde tempore verno bibat hoc decoctum purgans.

Purgatio autumnalis.

Alia.

℞. Paſſul. Corinthiac. ʒ vj.
Galangæ ʒ j.
Scolopend.
Veronic.
Meliſſ.
Fl. violar. an. p. j.
Rhabarb. el. ʒ j. ß.
Fol. ſenæ Alexand. ſelect. ʒ vj.

Decoq. ſ. a. in ſufficiente quantitate ſeri lactis.

℞. Colaturæ ℥ iiij. add.
Syrupi roſac. ſolut.
Mannæ Calabrin. an. ℥ j.
Aq. cinam. ʒ ij. Miſc.

Snb autumnum autem potio iſta mutetur hoc modo:

℞. Paſſul. ʒ vj.
Galang. ʒ j.
Betonic.
Veronicæ.
Meliſſ. an. m. ß.
Fl. borrag.
Violar. an. p. j.
Fol. ſenæ Alexand. ſelect. ʒ vj.
Epithymi Cretenſis ʒ j.
Cortic. Hellebori nigri ʒ ß.

Irrorentur herbæ, & radices vino, & decoquantur ſecundum artem, in ſufficienti quantitate aquæ puræ.

℞. Colaturæ ℥ iiij. add.
Syrupi roſar. ſolut ℥ j.
Mannæ Calabrin. ʒ vj.
Syrupi conſeruationis Zinzib. ʒ j.
Miſc.

Deinde conficiantur orbiculi ex ℥ v. ſaccha. in aq. roſacea diſſol. & ℈ ß. extracti calam. aromat. atq; iis matutinis horis aliquot diebus vtatur. Vſus etiam calami aromatici eſt, non ſolū in ventriculi affectionibus, ſed etiam in catarrhis frigidis, cum melle roſato mane, ſicut ante de ſyr. betonicæ dixi. Vbi iam morbi acceſſio inuaſerit, & facultas naturæ expultrix valida ſit, vi ſua ac ſponte calculos expellit, ſin imbecilla, auxiliis indiget. Primum clyſteribus idoneis per aluum iniectis, quibus meatus vrinarii laxiores fiunt ac dilatantur, vt materia arenoſa, vel calculi ipſi promptius educantur. Parantur autem clyſteres in hunc modum:

Calami aromatici uſus.

Clyſteres.

℞. Herb. maluæ.
Parietariæ.
Brancæ vrſinæ an. m. j.
Rad. althææ.
Lilior. albor. an. ℥ j. ß.
Sem. lini.
Fœnugræci. an. ℥ j.

Ficus nu.v.

Decoquantur omnia in ſufficienti aquæ quantitate ad tertias. Iuriscolati libræ j. adde Elect. Diacathol. ℥j.

Mellis roſac.

Sacchar.rub.an.℥j,

Ol.amygdal.dul.

Chamomelin.an.℥j.ß.

Salis modicum.

Miſc.ad formam clyſteris. Is ante cibum mane, aut veſperi moderate calidus iniicitur. Die ſequẽti ſumantur orbiculi ex Rhabarbari extracto, vel ſaccharum roſarum cum eodem extracto ad magnitudinem nucis iuglandis, materiæ è iecore, & viis vrinariis educendæ gratia Partes exteriores renum veſperi tempore decubitus, ſicut etiam *Vnguentum* mane vnguento ex oleo ſcorpionis compoſito, & liliorum ſingulorum ſeſcuncia mediocriter calefactis inungentur, & poſtea linteo calido contegentur, maxime per hyemem. Quod ſi in meatibus vrinariis dolor interiorem partem infeſtat, cataplaſma admouetur, quod ex parietaria, petroſelino & ſaxifragia in aqua ſimplici decoctis paratur. Huic autem addentur tres cæpæ ſub cineribus toſtæ, & olei amygdalar. amar. ℥ iij. circiter, aut quantum ſatis eſt, inter pannum lineum duplicatũ extenditur, veotrique inferiori applicatur. Quod ſi iſta nihil, aut parum profecerint, inſeſſus vel balneum aquæ dulcis cum herbis prædictis optime conueniet, non nimis calidum, neq; diuturnum. Purgatione abſoluta ventriculum corroborare oportet, ſequenti die mane, conſerua roſarum, guttis duabus olei cinam. imbuta, nucis iuglandis inſtar. Corroborant autem naturam tabellæ rotundæ ex oleo cinamomi, & ſaccharo roſato cum margaritis, ſicut aliæ ex oleo caryophyllorum confectæ, ſtomacho pituita repleto conueniunt. Nonnunquam proſunt etiam iuſcula, ſiue ſorbitiones ex ciceribus 30. petroſelini radicibus duabus, aut tribus, cum modico butyro recẽti & ſale, ante alium cibum ſumpta. Idem facit potio ex glycyrrhizæ raſæ ʒ j. cinam. ʒ ß. Galangæ ℈j. Baccarũ Iuniperi nu. 20. in aquæ libris tribus ad tertias decocta, colataq;. Talis aqua loco potus aſſumi & miſceri vino poteſt vtiliter. Idem præſtant baccæ ſolæ comeſtæ num. v. ante cibum. Vel hoc electuarium.

Cataplaſma ad dolorem.

Balneum.

Corroborantia.

Rotula ex ol. caryophyll. pro ventriculo pituitoſo.

℞. Diaprunis ſimpl.

Electuarii.

Caſſiæ rec. extract. an. ℥ j.

Berberis ℈ß. Paſſul. mundat.

Pulpæ ſebeſten. an. ʒ ij.

Pul. glycyrrh. ʒ ß.

Miſce, & cum ſyrupo de capill. vener. ℥ j. & ol. cinamo. gutt. v. Ex hoc electuario ſumatur ℥ ß. inſtar vna vice, hora vna ante cibum. Inter hæc omnia primum aeris intemperies, præſertim frigida, vitari debet, nihilque, vel nimis calidum, vel frigidum lumbis applicandum eſt, ſed omnia temperata. Non ſolum autem extrinſecus, ſed etiam per os aſſumi oportet: ſomnus longior, præſertim diurnus cauendus eſt, ſi nocturnus naturalis extiterit: mane tempeſtiuius ſurgendum eſt: non longe poſt hunc aluus deiicienda, vrina reddenda, os colluendum aqua, cui incocta ſint aliquot ſaluiæ folia, facies eadem irroranda modice, poſtea ad ingenii ſeu animi exercitia tranſeundum. Si ſtomachus nauſea infeſtetur, aliquid ſumendum eſt, quod eum calefaciat, corroboretque, cuiuſmodi nunc eſt calamus aromatic. extractus, nunc aliquid ex cinamo. zinziberе Indico viridi confecto, vbi tempus non nimis calidum fuerit: Vbi iam ingenii munia abſoluta ſunt, corporis exercitatio hora vna ante prandium & cœnam ſubeunda eſt, vel ambulatione, vel inequitatione, idque tam diu donec corpus madere, nondum autem ſudare incipiat. Mane validius, quam veſperi exercitium conuenit, nunquam vehementius. Quemadmodum enim moderatus exercitationis vſus maximum ſanitati tuendæ adiuuamentum, Ita immoderatus ſummum detrimentum corpori affert. Rurſum vt exercitatio cibum præcedens valetudini commodat: ſic ſtatim poſt illam adhibita crudos adhuc ſuccos in ventre contentos per totum corpus diſtrahit. Vnde poſtea multiplices, & varii morbi, præſertim calculi generantur, quod etiam fieri ſolet ſi grauis animi cogitatio meditatioque protinus illam ſequatur. Hoc ſimul obſeruandum eſt, vt corpus initio leuius, deinde validius exerceatur. Quod ſi corpus deſatigatum cibum pridianum minus perfecte concoxerit, remiſſius mouendum erit. Cibus ſumetur quando corpus non amplius à labore calеſcit. Nam ſpiritibus adhuc intentis & calore commoto, crudi humores ad viſcera rapiuntur, & magnas ſæpe obſtructiones pariunt. Erit autem cibus boni ſucci, & facilis concoctu, quo ſimplicior, hoc vtilior exiſtit. Cum plures adſunt, ordo ſeruari debet, vt liquidus ex iuſculis idoneis, pullorum, gallinarum, caporum, cum herbis borragin. bugloſſ. cichor. ſpinach. vel ptiſana, præcedat, deinde ſolidiores ſequantur. inter hos primum elixi, deinde aſſi, atque in his etiam ſingulorum habenda eſt ratio. In ſecunda menſa ex vſu ſunt fructus autumnales, vt pyra, cotonea, amygdalæ, nuces auellanæ, vel eorum loco tragemata. Potui conuenit vinum album, aut rubellum,

Somnus.

Nauſea remedium.

Exercitia corporis.

bellum, præſertim veſperi, nō craſſum, non turbidū, recens aut nimis vetus. Optimum eſt tenue, ætatis mediæ, vt annieulum aut bimulum, ſiue Neccarinum, ſiue Rhenanum, aliudve ſimile, quod vrinam ſtatim moueat. His diligenter obſeruatis, ſi affectus iſte non totus diſcutiatur, ſaltem mitior euadet. DEVS opt. max. hæc remedia ad nominis ſui gloriam, & heroicæ V. M. valetudinem fortunet.

In calculo.

D. CASPARIS NÆVII
CONSILIVM CXLVII.

IN calculoſo tuo, Vir Generoſe, affectu, nihil melius, quam fuga ciborum, qui calculum generare poſſint, quales ſunt pingues & fibroſæ carnes, ſeu quadrupedum, ſeu piſcium, frixa omnia, aromata. Frigus inimicum eſt, vt quod facile calculum irritet. Potus ſit cereuiſia: Et nequaquā vino inchoetur, ne ſuccus crudus à renibus attrahatur. Ne etiam materia calculoſa cumuletur nimium, Lithontriba temperata ſingulis mēſibus: ſed euacuatis prius inteſtinis, adhiberi poterunt. Vitanda autem penitus calidiora, quale eſt vinum ſublimatum, &c. renibus & iecore alias iuſto calidioribus. Præmittatur igitur primum bolus ſequens: & potio ſubſcripta deſuper bibatur:

Bolus.

℞. Fl. Caſſiæ nouiter extractæ cum
Aq. Maluæ ʒ v.
El. de Sebeſten ʒ iij.
Bened. laxat. ℈ ij.
Lap. Iudaici ℈ j.
Fl. Chamom.
Ceterach.
Glycyrrh. an. ℈ ß.
Pulu. miſce & cum ſacch. f. bolus.

Potio.

℞. Aq. Maluæ.
Fl. Chamom.
Petroſelini.
Centinodii an. ℥ j.
Syr. de duabus Radic. ℥ j. Miſce.

Subductis ita fœcibus pulueris ſeq. ʒ j. ex aq. Petroſelini, Betonicæ, aut fragorum, in quibus parum ſacchari ebullierit, aut ex decocto cicerum, ſaccharo dulcorato, bis vel ter per mēſem ingeratur, ſtatim ab vſu, balneo inſideat aq. dulcis tepido, & ita arenulæ efficaciter educentur.

Tragea.

℞. Sem. quatuor frigid. maior. excort. an. ℈ j.
Alkekengi ℈ ij.
Oculorum cancri ʒ ß.
Cerabe albiſſ. ʒ j.
Ceterach. ʒ ß.
Glycyrrh. raſæ & inciſæ ℈ ij.
Pul. fl. Chamom. ℈ j.
Oſſis dactyl. ʒ ß.
Rad. Bardanæ.
Petroſelini an. ℈ j.
Amygd. amar. ℈ ij.

Incidantur incidenda minutiſſime, & pulu. pulu. & cum ℥ ß. Sacchari, f. Tragæa.

Et cum aluus ſuppreſſa plurimis calculoſis moleſtias excitet, decimoquarto quoquo die pillulis ſeq. ante cœnam ſumptis leniatur. Eiuſdem vſus erit Caſſia præſcripta: aut Rotulæ etiam laxatiuæ, infra ſcriptæ. Mutentur autem pro libitu & appetitu:

Pillulæ.

℞. Maſſæ pill. de Hiera ſimpl. ʒ j.
Diagrydii gr. ij.
Miſce, & f. pill. nu. xxj. cum oxymelite.

Rotulæ laxatiuæ.

℞. Spec. Diatrh. abb. ʒ j.
Diatrionſant. ℈ j.
Diambræ ℈ ß.
Diaturbith cum Rhabar. ʒ ij. cum ſacch. in aq. Epaticæ diſſol. q. ſ. f. rotulæ.

In renum calculo.

D. HYERONYMI DONZELLINI
CONSILIVM CXLVIII.

CVM calculus inde originē ducat; quod materia craſſa & pituitoſa, in ventriculo collecta, & in renes delata, ibi eorum caliditate exſiccata, in arenulas, & duriorem quandam maſſam concreſcat: certum eſt, nihil magis eos lædere, qui huic morbo obnoxii ſunt, quam cruditatem ventriculi & primæ coctionis. Quare primum eſt curandum, vt cibus probe conficiatur, ac omnis cruditas tollatur. Sed quoniam multas ob cauſas vix ea viuendi ratio ſeruari poteſt, vt fœlix concoctio ſuccedat; quoniam etiam calculoſi, vel à parentibus, vel ſponte talem renum conſtitutionem acquiſiuere, vt vix poſſint paroxyſmum aliquem euitare; tradenda erit ratio, tum curādi paroxyſmum, tum præſeruandi. Cum primum ergo quis percipit lumborum dolorem, ſtatim curandum, vt illa excrementorum ſentina, quæ plurimum reſidet in ventre inferiori, euacuetur, aut vomitu, aut clyſmate acriori: Ita enim minus prementur renes, & vrinarii meatus: vt liberius arenulæ; aut calculi ad veſicam tranſire poſſint, ad quam, vbi peruenerint, ſtatim dolor ceſſat. Quod ſi patiens, aut vomere non poſſit, ne oxymelite quidem adhibito, aut clyſmata non admittat; ſumat ſtatim ſequentem bolum:

Curatio doloris calculi.

Bolus.

℞. Fl. Caſſiæ ℥ j.
Glycyrrh. pulueris ʒ j. Miſce.

Aut ſumat potionem ſeq.

Potio.

℞.Mell.roſ.ſol.℥iij.
Mannæ elect.℥ij.
Miſce, & cum aqua agrim. q.ſ.fiat potio.

Quod ſi pillulis delectetur:

Pillulæ.

℞.Extracti catholici Andernaci ℈ij.
Fiant inde pillulæ,nu.vij. & deaurentur.

Cataplaſma è parietaria.

Interim latus dolens inungatur oleo ſcorpionum,aut admoueatur Emplaſtrum è parietaria cocta in ſartagine, addito eodem oleo , in forma cataplaſmatis : quod etiam, ſi opus erit, renouetur. Facta euacuatione ſtatim propinetur oleum amygd. ſic præparatum.

℞.Ol.Amygdal.dulc.℥iij.
Amararum ℥ij.
Sacchari albi,duri,pulueriſat.℥ß.
Miſce.

Sed ſi æger propenſus eſſet ad vomitum, oleum minime exhibeatur. Nam ſtatim per vomitum redderet. Eius igitur loco bibantur aquæ è floribus Sambuci ʒ iiij. aut ℥ vj. cuius talis eſt deſcriptio:

Aqua deſtillata ad calculum.

℞.Vini maluat.opt.ac potentis.℔.iij.
Nucleor.perſicorum nu.c.
Ceraſorum acerborum nu.cc.
Flor.ſambuci recent.alb. ſine ramis ℥ viij.

Nuclei craſſo modo contundantur, & vna cum floribus in vino maluatico infundantur: ſeorſim tamen fiant duæ infuſiones: altera cum nucleis,altera cum floribus: integrum diem duret infuſio:deinde ſ.a.f.deſtillatio in vitreis organis. Aqua collecta in vitro ſeruetur,aut vaſe vitreato , quod probe obturatum ſeruetur. Hæc aqua repente diminuit lapillum , vt cum vrina excernatur. Præſentaneum etiam eſt remedium,ſi in vino maluatico infundantur 4.5. aut 6. guttæ olei calcanthini, & bibantur. In iuſculo etſum decoctionis petroſelini , miſceri poſſunt.

Ol.calcanthi.

Raphanus.

Idem præſtat raphanus deraſus,in vino albo per aliquot horas infuſus , deinde colandum erit vinum,& bibendum.

Radix ononidis.

Singulare eſt ad comminuendum lapidem,ſi radix Ononidis pulueriſata ſumatur. Idem præſtat illius aqua deſtillata:

Aqua è floribus fabarum.

ſicut etiam aqua deſtillata è floribus fabarum , agrimoniæ, peponum maturorum & è limonibus inciſis. Illud vero maxime notandum, vt poſt dolorē iam ſublatum,calculus aut integer , aut forma Sabuli cum vrina reiiciatur, alioquin ſi retineatur in veſica , quotidie augetur , & maiora creat pericula.

Ad calculū eiiciendum.

Quare comminuendus eſt,& eiiciendus, ſpongia illa,quæ in arbuſto quodam ſylueſtri , quod roſas profert ſylueſtres,naſcitur,danda eſt ad ʒj.ſiccata & pulueriſata, cum iuſculo decocti petroſelini. Cum iam dolor ceſſauit,ac propoſitis remediis renes & veſica ſunt expurgata:ſuper-eſt, vt nouus paroxyſmi reditus inhibeatur.

Præſeruatiō à dolore calculi.

Id fiet refrigeratis renibus vnguento Galeni refrigerante, aut ſantalino , aut populeo, aut linteis madefactis in aq. roſ. cum albumine oui, oleo roſ.aut aceto roſ. Ventriculi vero præcipua eſt cura habenda,& legitima concoctio procuranda.

Diæta.

Declinâda ſunt frigidiora alimenta omnia,piſces, olera , lacticinia,fructus horarii,legumina, craſſa cibaria,& carnes animalium maiorum. Cœna ſit leuior prandio. Vitanda eſt ſaturitas. Ieiunandum ſemel in ſeptimana. Puluis è ſaccharo & cinamomo,in menſa tota adhibendus. Corporis exercitatio optima eſt , vacuo ſtomacho. Aluus quotidie ſit mollis , aut ſponte, aut arte.

Tartarum album.

Quod ſi natura ceſſet, ſumatur cochleare pulueris Tartari albi, in iuſculo,mane. Laudant veteres probati autores vſum auiculæ,quæ dicitur paſſer τρογλοδύτης,quem noſtri putant eſſe caudatremulā vocatam,cuius pectus flauo colore ornatur:

Caudatremula.

ea auicula, quocunq; modo vſurpata , præſeruat à calculo : cocta,condita , cruda & pulueriſata.

Aqua limonum.

Aqua limonum in præſeruatione eſt ſalutaris. Theriaca bene parata,ab omnibus commendatur. Sæpius etiam prodeſt mane comedere amygd.amar.x. aut totidem nucleos perſicorum. Terebynthina etiam Cypria decies lota cum aqua Agrimoniæ , aut Betonicæ,& cum Saccharo in paſtum redacta ʒ ij. pondere , bis in menſe ſumpta, ſolet a calculo præſeruare. Multi quoq; ſe tuentur ab hoc morbo, vſu pillularum,quæ hoc modo parantur:

Pillulæ.

℞.Terebinth.Cypriæ ℥j.
Pulueris Ceterach.
Leporis combuſti ʒß.
Oſſium meſpili.
Ceraſor.an.ʒj.ß.
Sacchari candi ʒ ij.
Miſce,& fiat paſta. Doſis ʒj. ante cœnam.

Lapis nephriticus.

Iam vero ſummo DEI Opt. Max. beneficio ad nos affertur ex America lapis quidam nobiliſſimus,& veluti gemma,lapis nephriticus vocatus, qui ita geſtatus, vt corpus humanum nondum tangat , tum à paroxyſmo liberat, tum præſeruat : quod nos quotidie veriſſimum eſſe experimur. Quare nephritici hunc geſtabunt.

In calculo,pro Marchione quodam.

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CXLIX.

CONSIDERATA affectione renum, & defluxu ad vicinas partes,remedia pauca,tuta tamē & vſu in multis ſalutaria comperta, præſcripturus ſum : Nam multitudo varietaſq; medicamentorum præcipue diureticorum,

reticorum; quæ miſcentur cibo, in iſtis affectibus in primis noxia eſſe ſolet.

I. De maſſa ſequente ſingulis menſibus bis ʒ ij. vel ſi aluus non ſolueretur iij. hora vna ante cœnã ſumat, vel in forma boli cum ſaccharo, vel redacta in Catapotia:

Pillula.

℞. Terebinth. nouies ex aqua roſ. lotæ ℥ j. ß.
Rhabarb. el. pulneriſat. ℈ ij.
Cinam. el. puluériſat.
Ceterach. pulu. an. ʒ j.
Succini albi ℈ ij.
Cum pulu. Glycyrrhiz. q. ſ. fiat ſ. a. maſſa.

II Alternis diebus, vel aliquoties tantum ſingulis ſeptimanis ſyr. de ſuccis ij. vel ij. cochlearia mane aſſumat:

Syrupus de ſuccis.

℞. Succi veron ℔. ß.
Hederæ terreſtris ℥ iij.
Portulacæ ℥ j. ß.

Exprime ex herbis viridibus, prius vino loris (licet & ex ſuccis poſſet, verum ratio illa pharmacopœis minus eſt explorata) & coque lẽto igne: vbi reſederint poſt coctionẽ, adde ſacchari q. ſ. & ad formam ſyrupi redige, commiſcendo ſpec. aromat. roſ. ʒ j.

Pillulis in calculo & morbis cerebri.

III. Singulis menſibus in nouilunio capiat de puluere confecto ex partibus æqualibus ſuccini albi & ſpec. diarrhodon Abb. ad ℈ j. in aqua Veronicæ vel ceraſorum. Hic puluis non ſolum in calculo: verum etiam in morbis cerebri, ac præſertim Apoplexia, tanquam peculiare remedium merito habetur. Localia.

In dolore renali, plurimum emplaſtrum hoc conferre vſu comperi: Ex decoctis xij. Cancris & contuſis ius vel ſuccus exprimitur, eo imbuitur panis albus, additiſque vitellis aliquot ouorum Oleo chamomæl. violaceoque, & dauco croco, fiat emplaſtrum, quod lumbis ſeu regioni renum applicatur.

Emplaſtrum è cancris in Calculo, Dn. D. Cratonis.

Emplaſtrũ è cancris.

℞. Cancrorum nu. xij.
Coque in aq. ſimpl. & contunde, poſtea exprime, imbuatur eo panis albus, & adde vitell. ouorum nu. v.
Ol. amygdal. dulc.
Scorpionum an. ℥ iij.
Miſce, & fiat emplaſtrum.

Eiuſdem Emplaſtrum de Parietaria in Calculo:

Emplaſtrum de parietaria.

℞. Parietariæ m. iiij.
Coque in ſ. q. olei amygdal. dulc. & adde cæpas ſub cineribus coctas, nu. iij.
Ol. ſcorpion. ℥ ß.
Miſce, & fiat Emplaſtrum.

In calculo renum, & ſanguine e renibus fluente,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM CL.

Opiata.

℞. Caſſiæ nouiter extractæ ℥ ij.
Pulpæ Sebeſten.
Mucilaginis ſemin. pſyllii extract. cum aq. violar. an. ℥ j.
Rhabarb. elect. ʒ ij.
Aniſi ʒ j.
Scammonii ℈ j.
Senæ orient. ʒ ij.
Miſce, & cum ſyrupo roſato laxat. q. ſ. fiat opiata, qua neceſſitate vrgente vtatur.

Syrupus.

℞. Radicis Nenupharis ℥ ij.
Portulacæ.
Herniariæ.
Plantaginis.
Caudæ equinæ an. m. j.
Vmbilici Vener.
Agrimoniæ.
Hypericonis an. m. ß.
Sem. berberis ʒ j.
Corticis mali granati ʒ j.
Flor. hyperici.
Roſarum an. p. j.
Fiat decoctio in ℔. ij. ß. aquæ puræ ad conſ. med. partis, in colatura: Diſſolue ſyrupi acetoſi ſimpl. & Limonum an. ℥ iiij. addendo
Sacchari q. ſ.
Et fiat ſyrupus, clarificetur & aromatizetur cum ʒ j. pulueris Diarrhodon. Abb. vtatur quatuor vel quinq; vicibus.

Pillula.

℞. Carabæ ℈ ij.
Vermium terreſtrium.
Succi Vmbilici Vener.
Portulacæ an. ʒ j.
Terebinthinæ lotæ in ſucco limonum ʒ iij.
Miſc. & formentur pillulæ ſex pro drachma, capiatq; hora vna ante paſtum.
℞. Decoctionis graminis ℥ iiij.
Syrupi limonum ℥ j.
Miſce, & ſuperbibat pillulis, vel ſumat aquæ herniariæ, aut alterius aquæ conuenientis bonum hauſtum.

Puluis poſt cibum.

℞. Aniſi.
Fœniculi an. ℥ ij.
Sem. rutæ macerati in aceto ʒ ij.
Specier. Diagalangæ.
Diacinamomi an. ʒ ß.
Sacchari roſati tabulati ℥ iiij.
Miſce, & capiat cochlear vnum poſt cibum.

Linimentũ ad renes.

℞. Ceruſſæ.
Lithargyri an. ℥ j.

Boli armen.
Ochræ an.ʒß.
Ol.roſati ℥iij.
Aceti & ſucci limonum ℥j.
Camphuræ ℈ß.

Miſce, fiat linimentum, quo vngantur renes, & maxime quando equitaturus eſt. Singulis mẽſibus capiat ʒij. opiatæ laxatiuæ in forma boli, aut iuſculo galli, vel cicerum nigrorum. Quod ſi non moueant ʒij. pro ſequenti doſi accipiat ʒß. Altero die ſumet de pillulis quatuor, ſuperbibendo parum vini albi, diluti aqua herniariæ aut portulacæ, & continuabit per quatuor dies. Poſtea vtatur ſyrupo ordinato poſt opiatam laxatiuam per quinque dies. Quod ſi ſanguis nõ fluat, vinum miſcebit cum aqua milii ſolis, aut Glycyrrhizæ. Poterit etiam ſi voluerit, vti ſanguine hircino, aut ʒj. pulueris herniariæ, cum vino albo.

Abſtineat ab omnibus ſalſis, raro equitet, donec venæ ad renes pertingentes corroboratæ fuerint. Sunt enim dilatatæ, ideoq; conſtringere oportet. Fugiat quoq; omnes animi & corporis immodicas motiones.

In renum dolore, calculo, podagra, & ſpaſmo, pro quodam Barone,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLI.

IN ſanitatis tuitione, quæ huic corpori adhiberi debet, ad duo præcipue reſpiciendum, primum vt cruditates vitentur, deinde vt calor naturalis conſeruetur. Hæc ſi conſequi poterimus, morborum cauſas auertemus, & facilem ad curationem viam reddemus. Cruditatum cauſa vix alia maior eſt, quam errata in victus ratione, non quidem in cibis mali ſucci, vel eorum quantitate nimia, ſed malo aſſumendi ordine. Diutius enim quam par eſt G. D. in menſa moratur, & vno cibo fere concocto alterum primum ingerit: nonnunquam etiam varietate peccat; ſed de victus etiam ratione ſatis multa iam antea à me præſcripta ſunt, ea igitur non repetam. Cæterum cum calore naturali exiſtente debili, etiam in optima, inculpatiſſimaq; victus ratione non raro, ſi exercitia vſitata omittantur, crudi humores generentur, neceſſe eſt vt vel calor ventriculi medicamentis idoneis adiuuetur, vel tempeſtiue ac cumulata excrementa euacuentur. Quod ad primum attinet, præſcripſi morſulos matutinis horis aſſumendos, quorum hæc eſt deſcriptio.

Cruditas maxime à malo ciborum ſumptorum ordine.

Morſuli calorem roborantes.

℞. Specier. Imperial. ℥ß.
Pinea. elot. diligenter & ſubtil. inciſ. ʒij.
Specier. aromatic. roſat. ʒj.ß.
Sacch. in aq. roſat. diſſol. ℥vij.
Adde in fine ole. cinam. g̃. iij.
Moſch. g̃. ij.
Miſc. f. conf. in morſulis.

Species Imperiales.

℞. Cinamo.
Zioziber. an. ʒij.
Macis.
Galang.
Nucis condit.
Cardam.
Gran. paradyſi.
Piper. longi. an. ℈j.
Calam. arom. ʒj.
Cubebar.
Caryophyll. inciſ. an. ʒß.

Incid. omnia minutiſſime, & ſeruentur ad vſum. Si forte poſt cibum vapores eſſent moleſtiores, fumat hos morſulos.

Morſuli ad vapores.

℞. Coriand. præpa. ℥j.
Cinam. inter. ʒij.
Corall. rub. præpa. ʒj.
Santal. albi.
Maſtich. an. ℈j.
Sacchar. ℥x.

Cum aqua roſarum & conſerua roſar. f. confectio in morſulis, ſumat ſtatim à cibo. Vbi vero (ſicut ſuperiori æſtate) etiam graueolens quidam è ſtomacho vapor exhalauerit, orbiculis iſtis vti poterit.

℞. Sacchar. in aq. roſar. diſſol. ℥iiij.
Ol. caryophyll. g̃. iiij.
Coral. rub. præpa. ℈j.
Moſchi gr. ij.
F. confect. in orbiculis ſa.

Sunt & alia in conſiliis noſtris ad cruditates vitandas, & calorem fouendum præſcripta, quæ hoc loco repetere non eſt neceſſe. In primis autem medicamenta, quibus per interualla humores in corpore collecti poſſunt expurgari. Ea igitur non repetã. Quod autem ad renalem dolorem attinet, ſi cruditates vitentur, grauis eſſe non poterit. Vt autem ſubſtantia renum mollior remaneat, & materia ipſa ad tranſitũ præparetur, duobus vnguentis recte vti poterit. Primum eſt album, quod ego plurimi facio.

Dolor renalis.

1. Vnguentum

℞. Vnguenti roſat. Meſ. ʒj.ß.
Ol. amygd. amar.
Scorpionum an. ʒvj.
Amygd. amar. contuſ. ℥ß.
Miſc. f. Vnguentum.

Alterum eſt ſubuiride, quod tamen minus iuuare comperi.

2. Vnguentum ſub viride Cratonis.

℞. Succi malnar. ℥ij.
Axungiæ cuniculi ℥iij.
Coquant. ſimul, & add. Emplaſtri Diachyli ʒv.
Ol. ſcor-

Ol.ſcorpionum ℥ß.
Miſc.iterum lento igne.

Podagra incipiens. Alia cataplaſmata, inſeſſus etiam, ſunt à me in ſuperiori conſilio deſcripta. Ad pedum dolorem, & qui nunc emergit podagricum, nihil melius tempeſtiuo vinaceorum vſu. Ad ſpaſmum autem ventoſum, nuper præſcripſi hoc vnguentum, quod profuit. *Ad ſpaſmũ ventoſum.*

Exper. Cratonis. ℞. Axungiæ anſeris recent. ℥iiij.
Ol.caryophyll. ℈ß.
Cinamom.gutt.v. Miſc.

Hoc, qua ratione ſit vtendum & adhibẽdum, notum eſt. Vrgentibus vero doloribus nihil aliud, quam catulum adhiberi velim, & cum iam inflammatio deſiit, fomẽtationem ex artemiſia, origano, chamomilla, & abſinthio coctis in aqua & vino. Habet G. D. quæ à me voluit omnia. Remedia autem plura præſcribere, quorum intempeſtiuus vſus plus incommodi, quam commodi adferat, minime rectum videtur.

In dolore renali, pro Generoſo quodam Comite,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLII.

ETSI ſunt medicamenta quædam, quæ in morbis ſuo tempore adhibita, plurimum adiumenti adferunt, & ſciam vnguentum, quod à me præſcriptum eſt, plurimum in dolore renali ſæpe profuiſſe, tamen illud ſine certa conſilii mei expoſitione Generoſo & Illuſtri Comiti ſuadere nolui.

Virus vnguenti renalis. Non ſolum autem hoc intemperiem renum, quæ eſt cauſa generationis calculi, ſi veſperi atq; mane eorum regio illo vngatur, corrigit; verum etiam ſubſtantiam emollit, & materiam ipſam extenuat, vt minori cum moleſtia excernatur. Materiam autem ipſam, quæ præcipua cauſa eſt huius affectionis, tollere non poteſt. Ad hanc vero requiritur in primis recta victus ratio, & medicamenta, quæ eam tempeſtiue ſubducant: Victus rationem permitto præſenti Medico: Lacticinia, piſces, maxime carpiones, vt fugiat moneo: Turbido potu abſtineat, nec diuretica cibo & potui miſceat. Ante cœnam autem interdum ad dimidiam drachmam ſumat aloen cum ſucco roſarũ, & ſucco veronicæ ſexies imbutæ, ac ſiccatæ rurſus, & cum eodem ſucco, additis pulueribus ſuccini albi, & cinamomi, in catapotia redactæ: Aut vtatur iſto bolo: *Aloes.*

Bolus. ℞. Terebinthinæ cum aq. ſcolopendriæ lotæ ℥ij.
Rhabarb. electiſſimi ℈ij.
Succini albi pulueriſ. ℈ß.
Pulu. cinamomi & glycyrrh. q. ſ.
Miſce.

Reformetur bolus mollis cum ſaccharo. Vrgentibus autem doloribus bibat hoc decoctum:

Decoctum in magnis doloribus. ℞. Rad. altheæ ℥ij.
Paſſular. magnar. ℥iij.
Herb. Veronicæ.
Hederæ terreſtris an. p.j.

Decoquantur in q. ſ. aquæ puræ, & detur hauſtus bonus cum ſaccharo.

Solum etiam decoctum radicum altheæ ad leniẽdas vias bibere cum butyro & melle vtile eſt. Sed vt aluus ex decocto maluæ atque veronicæ per clyſterem cum oleo oliuarum, atque ſaccharo iniecto leniatur, plane neceſſarium. Cum clyſter iniicitur, malua atque veronica decocta cum oleo, loco cataplaſmatis ventri inferiori apponenda. Vſus autem aloes non ſolum aluum leniet, & materiam calculi ſubducet, verum etiam naturam, ad ſeceſſum aptiorem reddet. *Vſus aloes.*

In dolore & generatione calculi, pro ſereniſſimo quodam Principe,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLIII.

IN præcautione doloris renalis & calculi generatione, ad materiam, & renum intemperiem reſpiciendum. Materia vix caueri poteſt in varietate & multitudine ciborum, quam cruditates conſequi neceſſe eſt. Etſi autem præſtaret cruditates, eaque omnia, quæ maxime ad materiã calculi producendam faciunt, recta victus ratione corrigere, atq; hæc, ſecundum Hippocratis noſtri ſapientiſſimam ſententiam tutiſſima eſſet medendi & præcauendi via: tamen cum Principes, quę volunt interdum faciant, patiendum etiam, quæ nolint, neceſſe eſt. Ad ſubducendam vero materiam valde probo vſum Terebinthinæ Cypriæ coctæ, ſed cum parum vel nihil educat, ad ʒj. ſcrupulum Rhabarb. optimi, aqua Cinamomi aliquoties affuſi, & pauxillum ſucci glycyrrhizæ admiſceri velim. Nam quantum Rhabarbarum renibus, in primis vero hepati ac ventriculo in ſubſtantia datum profit, ſciunt omnes periti Medici, nec nos Noctuas Athenas mittere decet. Exhiberem autem id ante cœnam. In prima vero cœna vuas maiores paſſas, cum acinis coctas & contuſas darem. Quantũ enim per ſe etiam comeſtæ, & acinis dentibus comminutis, maiores iſtæ vuæ paſſæ, quas cibebas vocant, proſint, *Principum obſequium.* *Terebinthina cum rhabarbaro vſus.* *Cibebarum vſus.*

multorum exemplo aoimaduerti. Cæterum quod ad renum intemperiem attinet, dixi Seneriſſimo Principi, de quodam meo vnguento, quod & caliditatem reprimit & ſubſtantiam laxat: Hæc duo cum, Hippocrate reſte, in curatione, & præcautione huius mali pręcipue requirantur, & ſua Serenitas me medicamentũ illud mittere voluerit, ne medicamento magis quam rationi fidere viderer, hæc quaſi præfanda duxi.

Vnguentum pro renibus.

Medicamentum vero hoc eſt:
℞. Vnguenti roſat. Meſ. ℥j.ß.
Ol. amygdal. amar.
ſcorpionum an. ʒj.
Amygd. amar. contuſ. ℥ß.
Miſc. ad modum linimenti.

Inungatur iſto vnguento regio renũ, etiam non vrgentibus doloribus. Vrgentibus autem vreteres quoq;. Sed cum incarnoſis & corpulentis difficilior ſit tranſitus, ſæpius repetere oportet. Vel renibus cataplaſma ex Cancris. Vreteribus autem ex parietaria adhibere.

Cataplaſma ex cancris.

Cataplaſma ex cancris, hoc eſt: Accipiantur cancri nouem, vel plures, & coquantur, ac cocti cum ſuo iure comũdantur; rurſusq; ebulliant, & ſuccus fortiter exprimatur, imbuatur eo panis albus, & addantur vitelli ouorum duo vel tres, olei amygdala. amarar. & ſcorpionum quantum ſufficit.

Cataplaſma è parietaria.

Cataplaſma è parietara vreteribus & veſicæ apponendum hoc modo facio:

Coquatur parietaria cum radicibus petroſelini, abiiciantur radices expreſſæ, & addantur Cæpæ ſub cineribus coctæ, ſex vel nouem, pro vt quantitas herbæ requirit, affunditur oleum amygdalarum amararum, & in grauiſſimis doloribus oleum ſcorpionum. Hoc mirifice dolores ſedari, & calculum elidi, magno (beneficio DEI) ſucceſſu comperi. Vtile autem eſt in primis vrgentibus doloribus inteſtina eſſe vacua.

Clyſteres.

Itaq; enemata non prętermittenda. & ſtatim inter initia ex parietaria, malua & oleo amygdalino dulci, atque ſaccharo, abſque purgantibus in non magna quantitate adhibenda, ita vt diu in inteſtinis morentur. Poſſem alia medicamenta, quæ ad emendandam renum intemperiem intra corpus tutiſſime & ſuauiſſime ſumi poſſunt, præſcribere: ſed cum Excellentiſſimi doctrina & rerũ vſu Medici præſto ſint, nequaquam meum iudicium illorum, præſertim cum magna medicamentorum ſit ſylua, præponere velui. Hæc autem vt proſint, & voluntatem maxima cum ſubiectione inſeruiendi declarent, precor.

In dolore renali, & coxendico, itemq; de doloribus per totum corpus vagantibus,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CLIIII.

Cauſa antecedens.

FONS omninm horum malorum conſiſtit in ventriculo. Licet enim calculi illi renales, à renum iecorisq; calore tanquam à cauſa efficiente, foueri videantur, vtpote qui materias pituiroſas exiccando in lapillos conuertat: materialis tamen cauſa ſunt ſucci pituiroſi, qui in ventriculo reperiuntur. Ab his iiſdem ſuccis oriuntur illi dolores variarum partium vagantes, qui modo ſcapulas, modo vertebras, modo regionem pectoris obſident, & eam præcipue partem, quæ ante laborauit pleuritide, ideoq; debilis reddita eſt. Hi inquam dolores à materia vaporoſa & flatulenta oriuntur, eoq; modo hanc, modo illam partem ſollicitant. At dolores coxendicis non à flatu, ſed ab humore fiunt: materia ſcilic. pitũitoſa, & cruda, quæ à ventriculo in illas partes præcipitatur. Hi humores pituitoſi & crudi gignuntur in ventriculo, labefactata facultate coctrice, ob ipſius dyſcraſiam frigidam & ſiccam. Frigida patet: ſicca arguitur: quia iecur à naturæ primordiis calidum, ob vicinitatem longo tempore potuit humiditates ventriculi abſumere: accedit veneris diuturnior vſus: ætas ſenilis, potus multarum aquarum thermalium, quæ obfuere, præcipue autem venus robur partium neruoſarum & ventriculi euertit. Quæ iam de ſiccitate diximus, ad partes etiam ſolidas, & ad humidũ naturale, referenda ſunt. Non autem veriſimile eſt, hoſce prauos humores in cerebro generari, & ab hoc in prædictas partes decumbere: Nam æger ſecundum cerebri functiones bene habet.

Dolores coxendicis.

Indicationes.

Indicationes

Ventriculus calefaciẽdus, & ſubſtantifice humectãdus, iecur & renes aliquo modo refrigerenda: humiditates excrementitiæ euacuandæ, & prohibendum, quo minus ad renes, & ad partes infernas perdcantur, flatus, qui vagos dolores excitant, diſcutiendi. Res autẽ hæc difficilis eſt, ne dicam impoſſibilis. Eſt enim vehementia & eſſentiæ, quia altas radices affectus egere, & dignitatis, quia ventriculus afficitur, cuius ratione etiã cætera membra languent. Sed ſpes aliqua eſt, quia patiens eſt obſequens, & prudens Medicus adeſt. Quo ad materias omnes ſolum autumni tempore adminiſtrandæ. Et primum, quo ad chirurgiam, ſi eo tempore non fruitur beneficio hæmorrhoidũ, fiat aliqua per hirundines euacuatio, fonticulũ,

quem

Digitized by Google

quem haber,augeat. Quo ad pharmaciam, aluus leniatur melle roſ.ſol & manna. Præparentur humores crudi, non his, quæ babent vim ducendi ad renes, & ad partes infernas, vt ſunt beton. petroſel. ſed contenti ſumus mell.roſ.& ſyrup.è cichor.ſimpl. quæ cum brodio exhibeantur. Diureticis enim calculus inducitur,& iſchias augetur. Ideoque ab his cauendũ, ante exactiſſimam purgationem. Purgetur corpus leniſſime, cum agar.polyp.ſena,epithymo & cum portione rhabarb. quæ omnia ſint infuſa in brodio. Quod ſi ipſi magis placeat bolus, poſt ipſum apozema è brodio dari bolus, poterit. Sic autem purgandum corpus, vt excrementitiæ quædam humiditates exturbentur; nulla tamen è ſiccitate contingat noxa. Si totum corpus leui illa purgatione nõ perfecte purgatum videretur, rurſus humores erũt præparandi, cum ſyr. de cich.ſimpl. cum borrag meliſſ.menth. & bugloſſ. in brodio decoctis: poſtea erunt purgandi ſupra dictis medicamentis. Quibus peractis, deueniendum erit ad generoſum aliquod præſidium, ratione, cuius ventriculus calefiat, ſubſtantifice humectetur, & ipſius excrementitiæ humiditates abſumantur. Non ergo probamus aquas thermales: Nam ſi ſint frigidæ, calorẽ quidem iecoris renumq; remittunt, ventriculo tamen officiunt; ſi autem ſint calidæ, ſiccæq;, plus ſiccitate obſunt, quam caliditate proſint, ventriculo. Conueniet autem ius columbi, vel ius galli, qui ſit vnius anni, in quo ebullierint herbæ, quæ vim habent calefaciendi, & modice exſiccandi, ac etiam humectandi, vt mentha, cich. borrag. rad.filicis.alth.bugloſſ.maluæ. China etiam pdeſt, ſi imponatur iuri, quia calefacit moderate, & excrementitias humiditates exſiccat, ſuaq; oleoſitate & pinguedine humectat. Cichor & borrag. reſpiciunt iecur & renes, ne ſcilicet reliquorũ calore offendantur. Hoc medicamento vtetur per multos dies. Si enim in lue gallica ligni decocto per 40. dies vtimur: quanto, magis in hoc affectu contumaciſſimo remediis inſiſtendum eſt. Vtetur etiam patiens conſeruis è florib. roriſm.borrag.maluarum & meliſſæ. Hyeme ſi flatibus infeſtabitur, theriaca admodũ conueniet: quæ, ne ventriculo ſiccam inducat qualitatem, permiſcenda erit conſerua è malua aut bugloſſa: Terebintbina Cypria, & alia, tum temporis ſolũ probantur, quando in renibus materiæ infarctæ reperiuntur: Reliquo vero tempore ab his ſummopere cauendum, ne affectus, contra quos pugnamus, præter opinionem inducamus. Quoad externa, probo, vt vẽtriculus ſtillicidio ſubiiciatur, quod ſit confectum ex ol. maſtichino, amygd. dulcium cum aromatibus, qualia ſunt, Cinamomum, item maſtix, quæ omnia in vino albo dulciſſimo incoquantur, & ventriculo inſtillentur. Vel, vt melius qualitas inprimatur, fiat ceratum è maſtiche, cera & pulu. cinamom. ac caryophyll. idq; ratione iecoris potius verſus ſiniſtram, quam dextram regionem imponatur. Nec inutile erit fouere iecur cum ſuccis cichor. endiuiæ, quibus modicum aceti pro penetratione miſceatur. Renes inungantur vnguento roſ. Meſ. eo tempore, quo calculo non infeſtabitur. Diæta à Medico præſcribatur. Id ſaltem moneo, vt tempore autumni paretur vinum medicatum mediocris facultatis ex vuis nigris, in quo bulliant roſ. mar. ſaluia & china etiam, ſi in copia reperiretur, aliàs contenti erimus ligno guaiaco, cui tamen cichor, & borrag. addenda. In hoc vino bulliant etiam, quæ vim habẽt humectandi, vt malua, althea, bugloſſa. Venus & animi accidentia vitentur.

Diuretica. *Euacuatio corporis.* *Humorum præparatio.* *Aquæ thermales.* *China.* *Cichor. borrag.* *Theriaca in hyeme.* *Terebinthina Cypria.* *Stillicidium artificiale.* *Ceratum.* *Victus ratio.*

In affectione renum, & veſicæ excoriatione, pro Magnifico quodam viro,

D. PETRI SIBYLENI

CONSILIVM CLV.

CVM perſpecta ſint M. T. officia mea & amicitia, ex ſuperiorum annorum medicatione comparata, me in præſenti etiam corporis affectione pro meæ artis tenuitate, & experientiæ exilitate ſibi non defuturum eſſe, certo perſuadeat. In fronte autem huius conſilii, vt moris eſt, prius de craſi corporis, ſiue de partium conſtitutione, propter accuratiorem natiuam de præſentibus ſymptomatibus ſententiam, & exactius iudicium aliquid dicendum erat, ſed quia ea ad ſanguinis naturam potius, quam ad alium prædominantem humorem vergere videtur, quod cum mihi & aliis doctoribus, pro artis cognitione, & ſignorum demonſtratione notiſſimum ſit, ſuperuacaneum duximus, id longa aliqua artis explicatione tradere, aut demonſtrare. Niſi quod videmus, eam corporis complexionem, immodica, & intempeſtiua victus ratione, præſertim ipſa ciborum varietate atque diuerſitate, & tandem intempeſtiuis ſtudiis, & Melancholia, ſiue anxiis curis, aliqua ex parte mutatam eſſe, maxime vero in membris vrinalibus, puta renibus & veſica, quæ magnam in ſuo temperamento diſcrepantiam præ ſe ferunt. Renes namque præcalidi; Veſica vero humida & frigida, quæ diuerſam materiam in ſequeſtratione vrinæ, ratione ſuæ debilitatis,

in renibus generant & coaceruant, vt in vrinarum M. T. contentis perſpicue videre eſt. Renes enim propter caloris vim ſuperfluitates, quæ ab imperfecta concoctione variorũ ciborũ in hac ſenili ætate reſultant, & ad renes ipſos propter caliditatem trahũtur, torrent, aſſant, & in calculos conuertunt, quorum magna copia, vt audio, hoc anno expulſa fuit, & quotidie adhuc atenularũ euacuatio conſpicitur. Veſica vero & muſculi eius propter immodicam ſuam frigiditatẽ & humiditatem ægre vrinam retinet, vnde debilis illa iudicatur, & maximam copiam mucoris (cum frigidi ſit condenſare) ex illis ſuperfluitatibus ad eam demiſſis gignit, hinc propter muſculorum veſicæ debilitatem, & corporis veſicæ frigiditatem, atq; oppilationẽ ipſius virgæ, à materia pituitoſa, craſſa & lenta, ſtranguria extitit, & dolor inde ortus, & in ipſa veſica, & virga propter horum anguſtorum meatuum conſtructionem, à mucillaginoſo phlegmate, qui tamẽ modo copioſiore defluẽte vrina, & quotidiana iſtius mucoris euacuatione fit remiſſiòr. Euacuantur autem cum vrina ſquamæ nonnunquam, quæ reſolutiones ſeu abraſiones veſicæ putantur, & ardorem quoq; vrinæ efficiunt, eæ tamen perfectam exulcerationem eius minime probant, cum teſte Hipp. lib. 4. Aphor. 81. grauis vrinæ odor non accedat, neq; perfecta ſanies conſpiciatur, ſed tamen initium exulcerationis adeſſe ſquamæ mõſtrant, atq; ipſa cõtenta vrinæ mucillaginoſa. Hanc autem corrigere & emendare tum ipſa victus rationis diligens obſeruatio, tum medicamentorum quorundam & thermarum præcipue vſus poterunt. Licet autem victus ratio M. T. longo vſu, & ex Medicorum doctrina, quorum opera vſa eſt, ſit notiſſima, eam tamen paucis & breuibus attingemus, & ad ſiccum & mediocriter calidũ tendere debere ſtatuimus. Affectus enim corporis in humiditate & frigiditate conſiſtit, diuerſam igitur diætam requirit. Hinc aer ſit ſiccus & temperate calidus. Præcalidus enim externus calor, ſicut & immoderatus corporis motus calorem renũ augent, eorumq; pinguedinem reſoluunt, calculorum & arenularum generationem promouent, atq; veram vrinę ſequeſtrationem turbant, & conſolidationem impediunt. Propter eandem cauſam balneum etiam ſudorificum, cum ſit violentum, in hoc caſu, ne fiat maior excoriatio veſicæ, Medici damnant, ex ſententia Galeni in libello de Maraſmo & ſua Methodo. Balnea vero dulcia in lauacro inſtituta, cum quibuſdam herbis appropriatis, quæ vim leniendi dolorem continent, & vlteriorem exulcerationem probibent, ac veſicam & renes corroborant, Medici nonnunquam concedunt, & approbant, vt ſunt. Roſæ, Malua, Melilotus Violæ, Blitum, Mercurialis, Origanum, & ſimiles plantæ. Quies quoq; propter meliorem Medicinæ operationem & excoriationem partium veſicæ & virgæ conſolidationem potior cenſetur, quam ipſa corporis motio, quæ poros ſeu meatus vrinales dilatat, inflammat, & à conſolidatione auocat. Motus autem leuis propter bẽnigniorẽ concoctionem ante cibũ haud immerito etiam in hac præſenti affectione commendatur. Temperantia alimentorum & potuũ in hoc ſymptomate, cum deſiccationi incumbendum ſit, & ſuperfluitates in veſica & renibus à ciborum copia ſeu crapula proficiſcantur, ſalubertima cenſetur, ideoque frugialis nõnunquam cœna, præſertim cum corporis quiete, nõ improbatur. Cibi ſint boni ſucci facilis concoctionis, & qui benignũ ſanguinem efficiunt, vt ſunt optima iuſcula contuſa, carnes laudabiles. In iuſculis carniũ radices petroſelini haud incommode coqui, & elixari poſſunt, propter renũ & veſicæ in ſequeſtrando imbecillitatem. Sicut & lactucę quãdoq; eſus citra acetum à Galeno in hoc accidente præcipitur. His caro perdicum gallinę ſylueſtris, & omnium auicularum, in nemoribus degentium, recte annumeratur, ſicut & leporis ſiccitatis gratia. Ferina caro, vt eſt aprina, ceruina, & propter craſſitiem & nimiam humiditatem, quã in ſe habent, reiiciuntur; ſicut & ſuilla domeſtica caro, & omnes eius partes. Itidem anſeres, anates, piſces ferme omnis generis, exceptis paucis, minime ſumi debent. Similiter cauenda ſunt omnia cibaria & obſonia, quæ ſalſedinem, acredinẽ, ſiue acetoſitatem præ ſe ferunt, vt ſunt cæpæ, alliũ, naſturtium, eruca, & aromata ipſa, quæ vlcus veſicæ exaſperate conſueuerunt. Cinamomo in cibis interdum vti, cum *ἐνέργειαν* quandã in ſe apetiendi & corroborandi meatus vrinales contineat, iure Medici concedunt. Sicut pro corroboratione cordis, crocũ, & macis aliquid alimentis & iuſculis recte miſcemus. Potus qui in hoc affectu veſicæ & renum conueniens & ſalubris putatur, eſt inter vini genera vinum Neccarinum commodiſſimum, & poſt hoc vinum Rhenanum medii generis. Omnia enim fortia vina, calori naturali minime reſpondentia, ſua vi, calore & robore, vt ſunt Auſtriaca, Morauica, Vngarica Ketſchbergiana oppilationem in viis vrinæ gignunt, & vlcerationem promouent: ſunt quoque cibi & piſces ſuffumigati, ratione acredinis, quam a fumo acceperunt, inſalubres omnes. Alimenta omnia ex piſcibus ſaxo-

Stranguria. *Aer.* *Laconicum in excoriatione noxiũ.* *Temperantia.* *Cibi.* *Lactuca.* *Cinamomi diureticum.*

ſaxonicis torrefactis, quorum tempore Quadrageſimæ maximus vſus eſſe ſolet, itidem caput vituli, inteſtina bubula, Vngues bubulæ, legumina, piſorum, milii, rizi, & ſimilia, quæ & difficulter coquuntur, & obſtructiones gignunt, omnia bæc mala; quemadmodum omnia frixa, & omnia placẽtarum genera & crudi fructus: Grana hordei in bubulæ carnis brodio cocta vtilia ſunt. Sicut & panicum, auena & pruna ipſa Vngarica dulcia ſæpius in cibis vſurpata commendantur. Cereuiſia medii generis, quæ nec nimium lupuli, neq; nimium hordei torrefacti continet, ea eſt omnium conuenientiſſima, vt eſt Friburgenſis & Sclackafurtenſis alba cereuiſia. Reliqui cereniſiarum potus, vt Bohemicæ, Torgenſis, Reznicenſis & ſimiles omnes, vitio veſicæ incommodant. Et quo tota victus ratio magis temperata, eo facilius hoc malum corporis & lenitur & commodiſſime propulſatur. Aquam mellis bibere ad abſterſionem, & mũdificationem in hoc ſymptomate omnes vno ore Medici præcipiunt, huc accedit iuſta prandii & cœnæ hora, quies à cibo, iuſtumque ſomni, tribus à cibo horis. tempus. Peracto prandio & cœna à cibo & potu abſtinendum, ne renes & Veſica multa humiditate, quam digerere, & ſequeſtrare haud poſſunt, grauentur & obruantur. Danda quoque erit opera ne decubitus corporis in lecto ſit reſupinus, ſed potius in lateribus: neq; in lectis plumoſis, præſertim in æſtate vbi præter naturam calefiunt renes, verũ in lectis coriaceis Prutenicis, à quibus calor ad renes minime penetrat. Veſica vero à frigore defendatur, & pellibus vulpinis, aut leporinis tegatur. Ad hanc tuendam valetudinem, & Veſicæ ab vlceratione prohibitionẽ pertinet, ipſa bonorum affectuum inſtitutio, tranquillitate & moderatione animi abſeruata; commoda eſt lætitia, citra multum tamẽ cacbinnũ, qui poros dilatat: citra etiam iram, mœrorem, odium, & terrorem, (qui celeres & ardentes affectus, propter repentinam ad locum affectum, qui per ſe debilis eſt, bumorum atractionem, veſicæ & renum malum augent) viuendum. Caſtitas in hoc ſymptomatis genere præſtantiſſimum iudicatur remedium, ſicut & gaudium temperatum: Et iſtę ſunt regulæ & pręceptiones breuiſſimę, quæ ad tuendam veſicam ab exulceratione ſpectare videntur. Alterum inſtrumentum ſeu organum quod DEVS OPT. MAX. in hac veſicæ affectione nobis tradidit, eſt ipſa pharmacia, quę in præſenti diminuta veſicę actione, & in oppilatione Cbronica requirit veram methodum in abſtergendo, mundificando & deſiccãdo. Veſicam ipſam, à mucilaginoſo phlegmate, & tandem corroborãdo partes Vrinales, additis quibuſdã paucis medicamentis, quæ vim ſimul vniendi ſeu conſolidandi in ſe habent, vt ex receptis à nobis inſtitutis videre eſt. Cũ autẽ Tbermarum internus vſus ratione ſuæ mineræ, nonnihil vtilitatis in cõſtitutione frigida & humida Veſicæ, ab bumorib. pituitoſis cauſata, & propter mundificationem & deſiccationem adferat, ſequeſtrationẽ etiam Vrinæ, propter ipſarum calorem, promoueant, haud ſuperuacaneũ erit poſt exhibitionem medicinarum abſterſiuarum, mundificatarum & deſiccãtium, in corroboratione Veſicæ, aquam harũ Thermarum, ſaltem in mediocri quantitate, cum virium tolerantia, & à leuiori hauſtu auſpicando pro communi conſuetudine, & ordine, mane 4. horis ante cibum bibere. Alternis quoque pro maiore veſicæ corroboratione, & Virgæ hactenus obſtructæ apertione, lauare nonnunquam per mediam horam etiam his canicularibus præſertim quatuor horis à prãdio, haud abs re erit. Immodica enim lotio corporis vires reſoluit & deiicit, nimia aquæ bibitio relaxat membra Vrinalia, & molliorẽ veſicam reddit. Idcirco & Balnei & bibitionis iuxta Hippocr. in Epidemiis, *πάντα μέτρια*. iuſtus & mediocris exiſtat vſus, quo diligenter per totam victus rationẽ obſeruato, DEVS creator noſter qui artem per patres nobis tradidit, & mõſtrauit, præſentẽ hanc curã ſedulo iuuabit. Interim T. M. feliciter valeat. Datæ in Thermis Corolinis, 30. Iulij *1562*.

Aqua mellis.

Affectus.

.tio.

Therma.

Sequuntur formulæ medicamentorum.

I. ℞. Ol. violar.
Amygdal. dulc. recenter confecti.
Maluæ.
Anethi.
Roſar.
Lilior. an. ʒ ij.
Ceræ q. ſ. fiat vnguentum.

Vnguentum

II. ℞. Syrup. de v. Rad.
De duabus rad. an. ℥ j. ß.
Mellis roſati ʒ vi.
Aquar. Petroſelini.
Fœniculi.
Endiuiæ.
Borrag. an. ℥ ij. ß. Miſce.

Syrupus.

III. ℞. Flor. caſſiæ nouiter extr. ℥ j.
Bened. laxat. ℥ ß.
Miſce cum ſaccharo ac cinnamomo, & fiat Bolus.

Bolus.

IV. ℞. Aq. hordei ℥ viij.
Mellis roſati ℥ ij. Miſce.

V. ℞. Conſeruæ violar.
Roſar. veter. an ℥ ij.
Pulu. ſem. Ammeos.

Electuarii.

Aniſi.
fœnic.an.ʒ ß.
Sem.frig.maior.℈ iiij.
Myrrhæ troglodytic.
Tragacanth.
Amyli.
Gummi arabici an.℈ ij.
Succi liquiritiæ ſubflaui.ʒ j. Miſc,
cum Syrup. Iuiub.& mina Cydon.
ſimpl.q.ſ.fiat electuarium.

Puluis diureticus.

VI. ℞.Specier.diatrag.frig.ʒ j.
Pulu.Sem.Ammeos.
Aniſi.
Roſar.
Lactucæ.
Portul.an.ʒ ß.
Radic.liquiriuæ raſæ & inciſ.ʒ j ß.
Maſticis.
Thuris maſcul.
Carabe an.ʒ j.
Saccheri ad pondus omnium.
Miſce & fiat puluis, ſignetur puluis diureticus corroborans.

Sequitur vſus medicamentorum & Thermarum. Vnguentũ M. T. quotidie ter in die vſurpabit mane duabus horis ante prandiũ regionem Veſicæ eo calido inungendo. Secundo, circa veſpertinas preces, & tertio ante decubitum, ſemper ab inunctione tela linea rara, & calefacta applicetur. De potione digeſtiua, in tres partes æquales diuiſa M. T. cras veſperi quatuor horis à cœna, tertiam partem calefactam ante decubitum ſumat, ſequenti die mane horis 4. ante prandiũ ſecũda pars bibatur; Veſperi ante decubitum, horis itidem quatuor poſt cœnam, tertius hauſtus. Die Dominico qui eſt ſecũdus Auguſti, ſumatur bolus & integre comedatur, 6. horas deſuper ieiunando, hora vna ante prandium bibat hauſtum largum ex ſimplici, neq; ſale neq; butyro addito, piſorũ brodio. diſſolutu in eo ſaccharo rubeo. Electuarium vſurpetur die ſequenti 3. Auguſti, & ſumatur mane horis quatuor ante prandium, auſpicando à ſextario vno, quem Seydel vocant, horas quatuor deſuper ieiunando. Hac ratione alternis diebus vtatur Electuario, altero die bibat aquam, ſemper in duplo, & perueniẽdo ad cãtharos duos, quos ſi natura cum facilitate virium tolerare poteſt, & accidentia remiſſiora conſpiciantur, largiore aqua vtendum cenſemus, ea tamen conditione, vt poſt hos ſumptos cantharos bibitio paulatim pro communi conſuetudine diminuatur, deueniendo ad ſextarium. Poſt vſum Electuarii, ſiquidem longius in Thermis perſeuerare decreuit, incipiat vti puluere à nobis ordinato, eadem ratione, tempore & ordine alternatim ſcilicet, ſicur de Electuario monuimus. Sumitur antem pro vna doſi, mane horis quatuor de hoc puluere ʒ j. vel quantum tres digiti capere queunt. Sequenti die repetatur aquæ bibitio, ſi neceſſitas poſtulauerit. Hæc omnia, ſiquid interciderit, aut mutari aut emendari noſtra præſentia commode poſſum.

II. Pars Conſilij.

SP. ſupra dictum eſt Methodum præſentis exulcerationis veſicæ, quæ ab oppilarione & longa retentione mucillaginoſi phlegmatis, & ſalſis cauſata fuit, circa abſterſionem, mundificationem & deſiccationem, & poſtremo circa partium veſicæ vnionem ſiue conglutinationem, quæ inde exaſperatæ fuerint, conſiſtere. Abſterſimus autem & mundificanimus veſicam ipſam, Virgam, & renes quoque ab humoribus lentis ſalſis & putridis, ad aliquot dies cum medicamentis vſitatiſſimis, & huic malo deſeruientibus, quibus ingens peccãtium ſuccorum copia, atque inexpectata materia craſſa corrupta, puriq; ſimilis, cum vrina expulſa fuit, quam expulſionem tanquam criticam de die in diem, pro robore & benigna totius corporis virtute, non ſolum facilitas tolerantiæ, verum etiam circa Virgam omnium accidentium remiſſio, cũ doloris quoque mitigatione comirabatur. Atque pro maiore deſiccatione & commodiore eorum humorum euacuatione, thermatum potionẽ in certa & moderata quantitate, quam Ventriculus & reliqua membra tolerare poſſent, ſaltem ad 10. dies, ad ſtatum bibitionis perueniendo, ſtudioſe conceſſimus, & intelligo hanc ſuo calore & ſiccitate reliquias humorum à renibus, Veſica & virga ipſa per vrinam & ſeceſſum eduxiſſe eo modo vt non ſolum accidentia huius mali, puta; ardor Vrinæ, dyſuria, dolor virgæ, & circa collum Veſicæ, tranquilliora, aut mitiora ad ſenſum conſpicerentur verum etiam duce conſtante, M. V. natura & ætate, propemodum ſublata videantur. Aquã igitur in minore quantitate pro communi conſuetudine poſthac bibendam propter vberiorem humiditatis Veſicæ deſiccationem, iure arbitramur, cui lotionem ad iuſtum, idque breue tempus pro fouendo corpore Veſicæ in ſuo calore, eiuſque corroboratione, adiunctam cupimus. Quibus diligenter obſeruatis, poſtremam indicationem huius methodi proponendam recte cenſemus, qua Veſicam, renes, & omnes eorum membrorum partes ſuſtentamus & corroboramus, inſertis quibuſdam paucis medicinis, quæ illam veſicæ exacerbatio-

nationem conglutinant. Horum remediorum duo à nobis ſuperioribus ſeptimanis, ſummo cum ſtudio tum in pulueris tum etiam in Electuarii genere, ſeu forma inſtituta fuerunt, vſuſque eorum in morbi declinatione à nobis monſtrabitur. Multa namque & pura conſolidantia in hoc caſu, & hac ſenili ætate, nec foris nec intus exhiberi debent cum vias Vrinæ intercludant, oppilationes in ipſis gignant, ardorem, dyſoriam, reliquaque Vrinæ incommoda pariant, poſtremo calorem veſicæ, qui in præſentiarum debilis eſt, ab ipſa huiuſmodi medicamentorum virtute adſtrictoria obtundant, & languidiorem reddant, quod ego ſæpiſſime ab imperitis Medicis accidiſſe comperi, & hac ratione homines ad hydropiſim, materia ad hepar regurgitata traductos comperi, neque quiſquam ſibi, vbi perfecta videtur exulceratio, in adfecto loco integram & ſolidam vnionem polliceatur, cum vrina, quæ eſt ſalſa, ſemper & continue per hęc loca coletur & fluat, atque conſolidationem impediat, poſthabitis aliis argumentis, vtpote Veſicæ præternaturali humiditate, & frigiditate quæ longiſſime à centro caloris diſtat, & concoctionē, præſertim in ſenibus, non permittat, quod Hipp. voluit, cum inquit: Renum & veſicæ vitia in valde ſenibus curationem non admittunt. Hanc autem affectionem, ſi noua eſt ipſa vlceratio, conſtante robore ſeu natura, & circa collum Veſicæ conſiſtat, ſanari poſſe, præſertim vbi diligens diætæ obſeruatio acceſſerit, optime ſperamus. Admiſcentur autem plerumque vnientibus remediis diuretica quædam, quæ renos & veſicam in ſuo munere, puto in ſequeſtrando & expellendo aquoſitatem ipſam, retinent, atque corpus à grauiſſimis ægritudinibus tuentur, vt ſunt; Cachexia, omnis Hydropis ſpecies, febris quartana, Maraſmus, & ſimiles morbi. Huiuſmodi ſunt multa ab eruditiſſimis & vetuſtiſſimis Doctoribus inuenta & comprobata inter quos Trochiſci Alkekengi præſtantiſſimi in hoc caſu putantur, & in declinatione huius effectionis haud incommode vſurpātur. Vniunt enim partes veſicæ, & Virgæ læſas ſeu exaſperatas, & vias vrinæ minime intercludunt, atque dolorem leniunt. Eorum varius apud Medicos exiſtit vſus, tum foris, tum ab extra. Iniiciuntur enim per ſyringam vbi in exterioribus partibus veſicę affectio conſtiterit, cum aqua Petroſelini, Apij, Maluę, fœniculi, vel Plantaginis in Virgam ad multos dies, at in die ſemel manè ieiuno ſtomacho poſt ſubductionem alui & veſicæ, & ſupprimitur vrina, pro ægri virtute, ad horas tres, quo conſolidatio fœlicior eſſe poſſit. Cæterum tertio quoque die, ne ventriculus in ſua concoctione turbetur ʒj. horum Trochiſcorum, quæ ſuperiorum aquatum ℥iiij. diſſoluta ſit, manè horis quinque ante prandium calidè ſumatur, per ſuperiora, & hoc poteſt quater, aut quinquies fieri, quo etiam internæ partes læſæ corroborentur, & coaleſcant. Hæc vt reliqua, quæ ſequuntur, vſitata & neceſſaria medicamenta topica ſunt, quæ Veſicæ partes, quæ acribus & ſalſis humoribus propter chronicam obſtructionem exacerbatæ fuerunt, vnire conſueuerunt, atque Veſicam in ſuo officio retinent; Et quia, vt Ouidius canit: Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri. Operæ precium erit poſt hac commodam & exquiſitam victus rationem ſedulo obſeruari, ſine qua neque calculus prohibebitur, neq; Veſicæ vrinam commodè retinere, aut ſequeſtrare vnquam poterit. In primis vero hæc membra à multitudine & varietate inſtrumentotum, quæ concoctionem corrumpit, aſficiuntur & læduntur, quemadmodum ab immodico potu, à quo Veſica ita obruitur, vt neque colaturam ſuam, neque ſequeſtrationem integre præſtare aut abundare poſſit. Vnde iſtæ crudæ & incoctæ ſuperfluitates, in corpore Veſicæ & in virga coaceruantur & condenſantur, à quibus obſtructiones proficiſcūtur & ſequuntur ſymptomata, puta, ardor vrinæ, dyſuria, circa collum veſicæ, & in Virga tandem vlceratio, ob quam chronicæ ægritudines, quas ſupra enumerauimus certo expectandæ erunt. Quare M. T. priuatam & frugalem diætam accurate ſequatur. Neque enim dubito, vbi hæc victus ratio à me inſtituta, poſt abſolutam præſentis mali curam, obſeruata fuerit, & pro corroboratione tum Epatis & ventriculi, tum etiam Renum & maxime ipſius Veſicæ præſtantibus quibuſdam Morſellis nonnūquam vtetur, priſtinæ ſanitati M. T. reſtitui poſſe, quæ vt cedat in gloriam Chriſti, in propagationem veræ ſuæ Eccleſiæ, & in auditorum Salutem, etiam atque etiam precor. Sequuntur Remedia huius affectionis declinationi quod ad vnionem attinet, deſeruientia, & ptimo eſt ipſum vnguentum cum quo regio Veſicæ bis in die liniri calidè poteſt, manè & veſperi:

Perfecta Veſica vlceratio difficulter ſanatur.

Renum poteſt ſodis.

Trochiſci Alkekengi & vſus eorum.

Syringatio.

Præſeruatio.

Vnguentum pro Veſica.

Vnguentum

℞. Vnguent. Marciat. mag.
Arragonis.
Ol. maſticis.
Cidonior.
Amygdalar. amarar.

T 2

Myrtillor. ana ʒß.
Pulu. Sem. Citrulli Apij.
Boli Armeni.
Gummi Arabici.
Thuris.
Maſtycis.
Succi liquiritiæ.
Granor. Alkekengi.
Amygdal. amarar. ʒj Miſce & cum cera q. ſ. fiat iuxta artem vnguentum.

Cerotum.

Cerotum ad idem.
℞. Maſticis.
Thuris maſcul. an. ʒß.
Sem. Citrulli.
Apij.
Rad. Liquiritiæ raſæ recentis ʒ ij.
Gummi Arabic.
Boli Armen.
Mumiæ.
Sanguin. Draconis.
Amygdal. amarar.
Granorum Alkekengi an. ʒj ß.
Cheirin. &
Ceræ an. q. ſ.

Maſtix & Thus in vino per horas XXIIII. macerentur, oleum & cera liquentur igne, reliqua trita inſpergantur, & fiat ex arte Cerotum.

Morſuli.

Morſuli, quorum vſus, abſolutis reliquis medicamentis, præcipitur.
℞. Specier. Diacinnamomi ℈ iiij.
Aromat. Roſati Gabriel. ʒj.
Diagalangæ. ℈ ij.
Diatrag. frig. ʒß.
Manus Chriſti perl. cum aq. cinnamomi & auro conſ. ʒj.
Cinnamomi acris inter. ʒj.
Cardamom. maior.
Ligni aloes.
Nucis Moſchat.
Santal. citrinor.
Galang. opt. an. ℈j.
Quatuor ſem. frig. maior ʒj.
Sem. Aniſi.
fœniculi.
coriandri præparati. an. ʒ ß.
Sacch. albiſſ. in Aq. fœnic. & Endiu. an. q. s. diſſolut. ʒ vj.

Fiat ex præſtantibus his ingredientibus & recentibus ſpeciebus ſecundum artem confectio in Morſulis, quorum vnus contineat ℥ ij. dentur in ſcatula.

III. PARS CONSILII.

BREVISSIMA METHOdus curatiua & præſeruatiua.

Post exhibitionem medicinarum abſterſiuarum, mundificatiuarum, & extergentium, ſiue deſiccantium, perfecta cura cõſiſtit in maiore corroboratione membrorum affectorum, atque in ipſa conſolidatione, cum iis medicamentis quæ hiſce diebus propoſita fuerunt, puta, ex Trochiſcis Alkekengi, ſiue trioſcyamo & opio, per ſyringam ter in die, tertia vel quarta quaqua hora in Virgam iniiciendis, vel cum lacte caprino vel cum aqua Plantaginis. Hanc iniectionem ſequatur ſemper circa regionem Veſicæ calida Vnguenti corroborantis linitio & frictio. Mane ſingulis diebus horis quatuor aut quinque ante prandium poſt alui, & veſicæ ſubductionem, de puluere corroborante tantum ſumatur, quantum tres digiti capere conſueuerunt, vel ea quantitas infuſa in aquæ Plantaginis ℥ iiij. calide bibatur: Et quia tarda eſſe ſolet conſolidatio & corroboratio huius membri affecti non ſolum propter diuturnitatem, & arroſionem quam ab vrinæ acrimonia ſeu ſalſedine ſibi comparat; Verum & propter perennem deſtillationem, & affluxum aquoſitatis Vrinalis ad locum læſum, quibus exaſperatarum partium Veſicæ & virgæ conglutinatio protogatur, tum etiam propter diſtantiam caloris natiui à centro cordis. Neceſſarium igitur & perutile fuerit, vt M. T. porro inſiſtat conſolidationi cum medicamentis ſupra expoſitis. Poſt vſum vero vnguenti corroborantis cerotum à me cõſcriptum bis in die ſingulis ſex horis in tela molli linea (Germanice Parchet) quæ vim fouendi veſicam obtinet, calide applicandum erit, & propter maiorem veſicæ in ſuo calore fomentationem quæ & membro affecto, & toti corpori grata eſt, M. T. bis in die lotiuni Thermarum incumbet, mane horis tribus à Clyſtere veſicæ iniecto, veſperi vero ante cœnam per mediam horam: Ad hanc ſolidam exaſperatarum partium conſtrictionem, conglutinationem, atque corroborationem eruditi Medici, reliquas accuratæ diætæ partes attexunt, nempe; quietem corporis, ſine qua nullum vlcus, nulla membri affecti excoriatio vniri poteſt. Propterea frequentem, & tranquillum reſupinum decubitum, quem ego in hoc genere conſolidationis multum profuiſſe comperi, merito commendant. Huc facit veſicæ & virgæ cum pellibus vulpinis, vel leporinis contra frigus tutela & munitio. Aer in quo verſatur M. T. ſit temperate calidus & ſiccus: Exercitium corporis poſt abſolutam conglutinatio-

Vlceris conſolidatio quietem deſiderat.

Motus quis conueniat.

tinationem, corroſarum partium moderatum, & poſt alui & Veſicæ ſubductionem, inſtitutum in gradario equo, vel poti⁹ in eo qui lento gradu incedit, einen guten Paß gehet/& poſt benignam concoctionem & ſuperfluitatum euacuationem, commodiſſimum M. T. iudicatur. Motus autem, qui curru vel vehiculo fit, inſalubris & perniſioſus membris Veſicæ & renum exiſtit. Et quod in huc morbi genere potiſſimum & præſentiſſimum auxilium iudico, eſt ipſa ciborum & potuum, propter frequens corporis otium & ſenectutem temperantia (vt ſupra in prima parte conſilii monui) quæ conſiſtit in paulatina de die in diem alimentorum ſubtractione & diminutione. Cibi ſint ſimplices eiuſdem temperamenti, & non diuerſi, vt ſunt piſces & carnes. Citra hanc enim vnicam obſeruationem nulla, neque integra neque firma ſanitas corporis expectanda eſt, ſed corpus & calculo renum & veſicæ dolore conflictabitur. Caſtitas à Deo petatur, & ieiuniu & ſobrietate acquiratur. Reliquas præceptiones quæ ad tuendã corporis valetudinem pertinent, & calculum propulſant, eiuſq; generationem prohibent, & veſicam in ſuo officio retinent, ex priore conſilio à me conſcripto M. T. abunde cognoſcet. Saltem hoc monere in calce huius breuiſſimæ Methodi maximopere neceſſarium eſſe duxi, vt eum per accidens, oblata quandoque commeſſationum occaſione, in hac accurata victus ratione M. T. peccauerit, eiuſque fines tranſgreſſa fuerit, atque nimio & immodico cibo & poto ſe onerauerit, mane horis 5. ante prandium hũc exceſſum, & intemperãtiam lenitiuo quodam medicamento, quod & cruditates conſumit & euacuat, ne ad Veſicam & renes rapiantur, corrigat & emendet. Huiuſmodi autem eſſe poteſt ex floribus Caſſiæ nouiter extractæ, & benedicta laxatiua, eaque pauca, vel ſimilia leuia pharmaca, quæ corpus à nociuis ſuperfluitatibus, à crapula collectis exonerant. quæ res præſenti Medico cõmittenda eſt. Ne vero quicquam in hac parte præſeruatiua à me neglectum videatur, cum ægri in ratione victus maxime pro naturę noſtræ corruptione, & concupiſcentia multoties delinquant, & præſentia vitia propterea ſæpe recurrant, operæ precium Medici duxerunt, vt corpora quæ variis & diuerſis ægritudinibus obnoxia & idonea putantur, ſingulis annis bis, & in autumno, & in vere præſeruentur, & à futuris ſymptomatibus liberentur. Idcirco M. T. ſaluberrimum erit, vt circa hæc tempora autumni & veris corpus ſuum ad 12. dies medicinis lenientibus, digerentibus, & mediocribus pharmacis, quæ ſuperfluitates ex renibus & veſica educant, muniat, & tandem corroborantibus medicinis à morbis grauiſſimis, calculo nimirum, & veſicę doloribus liberet. Quod vt fiat Devm Opt. Max. etiam atque etiam precor. Poſt vſum pulueris corroborantis, licebit ad octiduum horis 5. ante prandium ſumere ℨj. Trochiſcor. Alkekengi in aquæ Plantaginis ℥iiij. quo conſolidatio firmior reddatur.

Euacuationes post crapulam.

Purgationes annuæ.

Nota ad primam partem conſilii.

Magnificentia tua propter maiorem & perfectiorem mundificationem, & deſiccationem materiæ, inſiſtat his diebus primo potioni, deinde lotioni, quibus Veſicam & renes expurgari perfecte opinamur. Interim tamen aquam mellis, propter feliciorem abſterſionem, & mundificationem intra Virgam iniiciendam, pro loci affecti dolore mitigando, recte cenſemus Hac mundificatione perfecte obſeruata, poſt ea ea remedia, de quibus accurate conſulimus, quæ & corroborandi membra affecta, puta, renes & Veſicam, eaque conſolidandi vim habitura ſunt, adhibeantur.

Nota ſecundo:

Trochiſci Alkekengi per ſyringã in principio cum lacte caprino iniecti fuerunt. In ſtatu vero, vel potius in medio, cum medietate aquæ Plantaginis & lactis.: Poſtremo cum ſucco Plantaginis mixti fuerunt.

In pulſus frequentia, vrinæ ardore, cum ſabuloſitate etiam, tumore Lienis, Iecoris obſtructione, & icteritia nigra,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CLVI.

Mvlti ſunt affectus, de quibus Nobiliſſi. patiens querelas habet, inter quos recenſetur pulſus cum immoderata frequentia, vrinæ ardor cum ſabuloſitate. Lienis tumor, virium debilitas, & color niger ſecundum totum. Pulſus frequentia immoderata clare tactu perſentitur, quæ à cibo ita augeri ſolet, vt euidentiſſima ſit, Inter mingendum etiam & in veſicæ collo, & in fine glandis ardorem non mediocrem percipit. In fundo quin etiam matulæ oculis ſabuloſitas percipitur, quin etiam color nigricans per vniuerſum corpus apparet. Tumor vero Lienis, tangentibus & prementibus non difficulter manifeſtatur. Quorum omnium malorum cauſæ ſunt indagandæ, vt ſi fieri poſſit, remoueantur mala & malorum cauſæ & ſymptomata omnia:

Cauſa. Dubium non eſt, hæc omnia fieri à Iecore & liene. A iecore quidem; labefacta facultate eius alteratrice, partim ob intemperiem calidam, partim ob errorem externum, qui nihil aliud eſt, quam tumor durus, & ſcirrhoſus lienis, cuius ratione fit, vt Lien non poſſit ſuſcipere excrementum melancholicum, quemadmodum opus eſſet. Redditum autem Iecur eſt calidius, cum ſit etiam ſua natura calidum, quia eum gignat ob caliditatem, copioſum ſanguinem, & in hoc ſit excrementum copioſum melancholicum, & ideo ſanguis ſit craſſus, quod excrementum melancholicum tranſmiſſum ſecundum naturæ leges ad Lienem, cum ab eo regi non poſſit, factum eſt, vt lien ſit obſtructus, & tumor genitus. Lien autem non regit hoc excrementum melancholicum, *Cauſa ſcirrhi Lienis.* quia eſt affectus intemperie frigida. Facto ergo hoc tumore veluti ſcirrhoſo in liene, prohibetur hac de cauſa ſuſceptio excrementi melancholici, hoc in Iecore detento partim fuit in cauſa obſtructionum; vnde *Cauſa ardoris vrinæ.* iecur obſtructum magis incaluit, vnde ardor vrinæ & ſabuloſitas illa gignitur, nec non pulſus frequentia: Partim vero cum ſanguine mixto ad vniuerſum corpus tranſ- *Cauſa Ictericia nigra.* mittitur, vnde Ictericia nigra, ſiue color niger. Et cum hoc prauo ſucco corpus alatur, virium debilitas inde proficiſcitur. Quæ o- *Indicationes* mnia vt auferantur, neceſſarium eſt Iecur refrigerare, materiam, obſtructionis cauſam, attenuare, incidere, calefacere, emollire & euacuare, Lienem calefacere, materiam tumoris duram emollire, craſſam attenuare, frigidam calefacere, & copioſam euacuare, virtutem & tonum harum partium *Prognoſticon* vna cum virtute totius conſeruare, de toto prius habita prouidentia. Quos ſcopos explere eſt omnino impoſſibile; Speramus tamen, quod ſi non liberabitur, ſaltem in meliorem ſtatum deducetur. Vehementia enim ratione dignitatis eſt inſignis, quia afficitur iecur, quod eſt membrum principaliſſimum nutritioni deſtinatum, quæ actio cauſa vitæ neceſſaria eſt. Lien quoque afficitur, qui etſi non ſit pars principalis, non eſt tamen ſpernenda. Ratione etiam propriæ eſſentiæ vehementia intenditur, quoniam tumor lienis quaſi ſcirrhoſus difficillime auferri poteſt. Intemperies frigida lienis, cum ſit in habitu, quaſi impoſſibile eſt, vt remoueri poſſit. Iecoris obſtructiones & intemperies eius calida, quæ eſt quaſi confirmata, quis eſt, qui non videat in his remouendis ſummam eſſe difficultatem? Ratione facultatis corpus regentis nulla eſt vehementia, quia neque animi deliquia, neque alia adſunt, quæ hæc facere poſſunt. At ratione virtutis ſumma eſt vehementia: Corpus totum eſt emaciatum, ſed vt diximus ſperamus, quod Nobiliſſ. patiens in meliorem ſtatum deducetur. Vnde hac ſalutis ſpe concepta animo ad præſidia deſcendere oportet. Et vt primum de re Chirurgica loquamur: ſuademus vt ſecetur vena baſilica, brachij ſiniſtri, extrahaturque ſanguis *Vena ſectio.* ad vncias quinque. Probatur etiam vt ratione lienis excitetur fonticulus in crure *Cauterium cruris ſiniſtri.* ſiniſtro. Quod ad Pharmaciam autem, leniatur aluus cum melle Roſar. ſolut. cum Electuario lenitiuo, Manna & ſimilibus. Præparentur humores iuribus alteratis, betonica, cichor. bugloſſ. & id genus aliis. Expurgetur diluto Rhabarbaro, cum Syrupo de polypod. additis fol. ſenæ & Epithymo. His peractis ad generoſa præſidia deſcendendum, vnde probatur, vt quamprimum aſſumat ius galli non admodum *Ius Galli.* antiqui, cuius venter impleatur foliis cichoreæ, borrag. malua, radicibus althææ, addita agrimon. cui poteſt etiam addi Saſſafras. Quo autem tempore aſſumit ius, ante debet accipere ſemper vnam vel al- *Pillulæ ex ammoniaco.* teram pillulam ex Ammoniaco paratam, cum puluere ex ſaſſafras & agrimonia. Poſſumus etiam aſcendere, ſed vrgente ne- *Vinum chalybeatum mirabile in tumore Lienis.* ceſſitate, ad limaturam chalybis, cum qua vinum Chalybeatum parari ſolet. Poſt huius iuris aſſumptionem probatur, vt aſcendat ad illud mirabile præſidium, pro tumore lienis debellando. Hoc autem eſt vinum chalybeatum, quod aſſumere debet per plures dies, prout opus eſſe videbitur. Dum autem hæc adminiſtrantur, probatur aliud efficaciſſimum præſidium pro emolliendo, digerendo, & auferendo tumore illo lienis. Hoc autem eſt, vt extrin- *Externa ſplenitica.* ſecus regioni lienis applicetur Ammoniacum cum aceto diſſolutum, & cum oleo amygdalarum dulcium, cui addantur pulueres ex agrimonia, vtriuſque veratri, & ſimiles. Poteſt etiam lieni applicari Ceratum ſacrum, cui addantur pulueres ex vtroque Veratro & agrimonia. Veratrum enim valet humorem melancholicum ex alto euocare & euacuare. Cerata autem hæc valent Lienem calefacere, & materiam diſcutere, & diſſipare, quæ eſt obſtructionis cauſa. Temporibus autem calidioribus, vt lien corroboraretur, calefieret, emolliretur tumor, & materia tumorem faciens diſſiparetur, probatur lutum S. Bartholomæi: Iſtud *Lutum S. Bartholomæi.* enim hæc omnia maxime præſtat. Vt autem Iecur refrigeretur, applicentur ei Epithemata, parata ex ſucco cychorij, & ſimilibus cum modico aceti, gratia penetrationis. Non probantur aquæ thermales, nec ſerum.

ſerum. Etſi conuenire videatur ſerum ratione caliditatis iecoris, quia refrigerat. Quia tamen lien, qui eſt cauſa obſtructionis iecoris, eſt refrigerans, periculum eſſet ne potius obeſſet, quam prodeſſet, quia ſcilicet facile impletur ſeroſis humoribus. poſſum' autem exhibere ſerum ad refrigerandum Iecur: ſed hoc eſt faciendum, poſtquam Lien à tumore fuerit liberatus, & ab intemperie illa frigida, quam tamen remoueri poſſe nō ſperamus. Probatur præterea ſecundum rotum balneum ſæpe repetitum aquæ dulcis, quæ aqua alterata eſſet cum radicibus & foliis altheæ, maluæ, agrimoniæ & ſimilibus. Victus propoſitis in omnibus correſpondeat. &c.

Serum Lien nocet.

In ardore vrinæ & nephritide, cum exulceratione veſicæ & vreterum.

CONSILIVM CLVII.

E Relatione viri Nobiliſſimi nouam comperio affectionem, cuius antea nulla eſt facta mentio; Omnia enim ſymptomata, quibus affligitur de die & nocte, malum nephriticum ſubeſſe confirmant: quod, vt vereor, non modo iam longe ante collectum & confirmatum, vehementem effecit obſtructionem, ſed & ſimul grauem exulcerationem, quam abſque dubio, fortiora diuretica & lithontriba excitarunt. Reliqua ſymptomata dorſi, veſicæ, vreterum, & ſub ſiniſtra mamilla conſenſu renum fiunt. Horum ablatio prolixam certe & diligentem requirit omnium adminiſtrationem. Cum vero ipſe, vt vellem ob valetudinem aduerſam adeſſe dignitati tuæ non poſſim: mitto interim remedia non vulgaria, quorum ſucceſſus vſu explorādus & expectandus, non, vt ſpero infeliciter. Enema quod retineatur diutiſſime, apprime ſpecificum eſt huic affectioni:

Clyſter.

℞. Rad. lilij albi ℥ ß.
Irid. rec. ʒ. ij.
Herb. Maluæ cum radic.
Violariæ.
Mercurialis.
Parietariæ an. m. j.
Polypodij.
Carhami. an. m. ß.
Sem. Altheæ.
Maluæ.
Lini.
Fœnugræci ℥ ß.
Decoq. in ſ. q. Aq. ad conſ. medietatis Colaturæ
℞. ℔. j. huic add.
Olei Seſamini.
Lilior. albor.
Violac. an. ℥ j.
Elect. de baccis lauri ʒ j. ß.
Benedictæ laxat. ℥ ß.
Caſſiæ.
Sacch. rubei an. ℥ j.
Salis ʒ j.
Vitelli oui nu. j. Miſce & fiat Enema.

Mane ſequenti purgetur hoc modo:

Purgans.

℞. Pulpæ Sebeſten. ℥ ß.
Medullæ Carthami.
Diacathol. an. ʒ iij.
Conſ. Hamech ʒ ij.
Diſſol. in dec. com. ſl. & f. q. ſ.

Septem dein diebus bibat decoctū ſequens:

Decoctum.

℞. Sebeſten. nu. XX.
Rad. Glycyrrhizæ ℥ j.
Graminis.
Apij.
Petroſelini.
Ruſci.
Aſparagi,
Endiuiæ.
Cichor.
Saxifragiæ.
Pimpinellæ an. ʒ ij.
Sem. maioranæ ʒ ij. ß.
Portulacæ.
Papau. albi.
Plantag. an. ʒ j. ß.
Vrticæ Romanæ.
Granorum Alkekengi.
Sem. Milij ſolis ana ʒ j.
Carui.
Ammeos.
Altheæ.
Maluæ an. ʒ iij.
Herb. caudæ equinæ.
Piloſellæ.
Capill. Veneris an. m. j.
Acaciæ.
Gummi Arabic.
Tragac. an. ʒ ij.
Rad. conſol. maior. ℥ ß.

Fiat decoctio in lib. aq. fontanæ puræ ad medietatem Colat. adde ſacc. ſecundę coct. ℥ iiij.
Penidiati ℥ iij. Miſce & f. Potio longa clarificata.

Octauo die bolum hunc deglutiat, & ſuperbibat hauſtulum vini Maluatici:

Bolus.

℞. Bened. Laxatiuæ.
Terebinth. claræ lotæ cum Aq.
Aq. violar. an. ʒ iij.
Lapill. ex ſpongia marina.
Sem. Vrticæ Rom.
Rad. Cyperi an. ʒ ß.

Terantur terenda ſubtiliſſ. cum Oxymel. comp. f. bolus, qui inuoluatur puluere glycyrrhizæ. Hæc cum exterioribus adhibitis ſi non penitus dolorem & malum

auferent, reiterari poterunt. Imo bolus toties, quoties in renibus qoid ſentitur, reuocandus. Vnguentum dein & Emplaſtrum cum Clyſtere continuetur diligenter.

Vnguentum pro dorſo

℞.Mucillag·Sebeſten.
Sem.lini.
fœnugræci an.℥j.ß.
Ol.Seſamini.
Amygdalar.dulc.an.℥.
Cheirini ℥iij.
Croci ʒß.
Vitelli oui n.ij.

Ceræ albæ parum: Fiat linimentum, quod bis lauetur cum aq. Altheæ. Inungantur hoc dorſum, lombi, & inguina deorſum; imo partes omnes dolentes:

Emplaſtrum

℞.Farin.hordei.
Milij.
Siliginis an.℥iij.
Flor.violar.
Chamomel.
Meliloti an.m.iij.
Flor.Papauer.albi.
Lactucæ an.m.j.ß.
Sem.Apij.
Milij ſolis.
Vrticæ.
Lap.Spongiæ.
Rad.Saxifrag.an.ʒj.ß.
Croci ʒj.
Butyri recent.
Adipis anatis an.℥j.
Ol.liliorum alb ʒj.ß.
de cappar.ʒj.

Herbis conciſis & ſeminibus ac radicibus conquaſſatis decoq. ſimul. in lacte vaccino ad ſpiſſitudinem Emplaſtri, extendatur in panno, & apponatur lumbis circumcirca. vbi pinguedo ablata fuerit ſpongia, fomentum ſequens adhibeatur,

Fomentum.

℞.Flor.Chamomill.
Meliloti an.m.iiij.
Flor.Parietar.
Linariæ.
Maluæ.
Altheæ.
Altheæ,cum rad.an.m.ij ß.
Sem.Lini.
fœnugræci an.℥ij.ß.
Rad.Saxifragiæ.
Liliorum alb.an.ʒj.ß.

Inciſis radicibus & herbis, ac contuſis ſeminibus decoq. in ſ. q. aq. ad tertias. Pro balneo vero, quo ſemel ad minimum per hebdomadam vtatur, duplo dentur pondere.

De electuario ſequente Iuglandis quantitatem hora 1. ante cœnam aſſumat, eo die, quo decoctum mane bibit.

Electuarium

℞. Mucillag. fœnugræci, cum aq. ſaxifrag.extractæ ℥ij.
Semin.Plantag.
Acaciæ.
Fol.Piloſellæ an.ʒij.
Glycyrrh.raſæ.
Cort.med.caſtan.an.℥j.
Sem.Endiuiæ.
Acetoſæ an.ʒij.
Melonum excort.ʒj ℈j.
Lap.ſpong.marin.
Iudaici præparat.an ʒj.ß.
Lyncis præparat.ʒj.
Elect.Iuſtini ℥ij.
Sacchari violar.lb.ß.
Cum Oxym. f. Electuarium. ſimpl.

Hæc quo modo ſucceſſerint, num ſtillicidium, & dolor mitigentur, & num color Vrinæ mutetur quam primum mihi ſignificari rogo: Cognitu etiam neceſſarium eſt, num acredo & ardor Vrinæ in mictione obſeruetur. Quod ſi malum iam confirmatum leuioribus his non cedet; præſtantiora à me præſente in poſterum ſuppeditari poterunt.

In ſtranguria, & vrinæ ardore pro Generoſo quodam Barone Germano,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CLVIII.

Conqueritur Illuſtriſſimus Baro de læſæ vrinæ excretione, quæ actio dupliciter viriatur; tum quia dum mingit. & renalem materiam ſabuloſam excernit, ardorem quendam percipit, tum quia continuo, paulatim & guttatim effluit vrina: quod vitium ſtranguriam vocant. Horum affectuum curatio, ſi exacte ſit inſtituenda, cauſæ ſunt nobis inueſtigandę. Atq; vt de ardore illo prius loquamur, non eſt dubitandum, quin meatus vrinatij tunica interior, ex vrinæ acrimonia & frequentiore ſabuloſæ materiæ *Cauſa.* tranſitu, ſi non excoriationem aliquam perpeſſa ſit, ad eam tamen tenuitatem deuenerit, vt ex quauis leui occaſione ſoluatur continuum: vnde dolor quidam oboritur. Sabuloſam vero materiam à renibus præcipitari, propter illius rubedinem, quis dubitat? Generatur autem in renibus ob illorum imbecillitatem, tum natiuam, tum aſcititiam. Siquidem Generoſiſſimos Pariens ratione quadam hæreditaria renes habet imbecilliores: calor ſiquidem innatus infirmus eſt: aſcititius vero intenſior quam par ſit, quo fit, vt cum materia pituitoſa tranſmittatur ad renes, in lapillos, & ſabuloſam materiam facile conuettatur:

uertatur; quæ materia pituitoſa in ventriculo generatur, ob illius imbecillitatem, quam ob errata in viuendi ratione contraxit, & præcipue ob frequentem & copioſum frigidæ potum. At ſtranguriæ cauſam duplicem eſſe putamus, quarum altera ad vrinæ acrimoniam pertinet, cuius cauſa facultas expultrix proritatur; altera ad facultatis retentricis imbecillitatem eſt referenda. Vrinæ acrimonia, quamuis cuiuis lotio ſit connaturalis, hoc tamen loco plurimum adaugetur, ob iecinoris, ac renum, nec non totius corporis caliditatam & ſiccitatem. Imbecillitatem vero retentricis inde oriri exiſtimamus, quod veſicæ corpus intemperiem aliquam humidiorem & frigidiorem, ob cauſas iam dictas contraxerit, & muſculorum, colli veſicæ, Sphincter ab actione dictus, in extractione lapidis aliquid fuerit perpeſſus, qui etſi primaria ratione ad retinendā vrinam non fuerit fabricatus, ſecundaria tamen quadam ratione corpori veſicæ, ad hoc munus obeundum præbet obſequium.

Indicationes.

Quæ cum ita ſe habeant, totum ſtudium in eo poſitum eſſe debet, vt mundato corpore, refrigeretur iecur, expurgētur renes, roboretur ventriculus, corpus & collum veſicæ calefiat & exſiccetur.

Prognoſticon.

Quod negotium quam arduum ac difficile futurum ſit, nemo eſt qui non videat. Etenim ſi vrinæ acrimoniam ſpectemus, cū maxima ex parte, id renum vitio hæreditario cōtingat, quis eſt qui omnimodam ſalutem polliceri poſſit: Plurimum præſtare videbimur, ſi prohibebimus, quo minus lapis in veſica regeneretur. Sin ſtranguriam, cū huiuſce vitii cauſa ibi poſita ſit, quo vis remedii vix penetrare poteſt, nonne prouinciam arduam ac difficilem futuram exiſtimare debemus? Verum cum caſus nos bene ſperare iubeat, hinc fit, vt alacri animo curationis ratio ſit inſtituēda.

Curatio.

Atq; vt de Chirurgica primum loquamur, ſuademus vt aliquid ſanguinis detrahatur ex vena iecoraria cubiti dextri,. Nam etſi ſanguis non peccat, illius tamen vacuatio vim habet refrigerādi iecur & renes per accidens. Ad cauteria non eſt vt confugiamus, quoniam ad id, quod volumus & optamus, parum aut nihil prodeſſe vidētur: quoniam neq; materia, quæ ad renes tranſmittitur, neq; ſabuloſa illa materia, quæ in veſicā præcipitatur, euocari vlla ratione poteſt.

Auxilia interna.

Verum oportet, vt antequam ſanguis euacuetur, prius leniatur aluus, vel cum melle roſato ſolutiuo & Manna: Elect. lenit. & mā na, pro vt hoc vel illo magis delectabitur. Præparabitur vero materia, ſi brodia exhibeantur alterata cum cichor. mētha, & endiu. vel ipſis iungatur mel roſat. ſimplex. Vbi materia fuerit præparata, purgabitur corpus cum diluto Agarici & modico Rhabar. quibus addi poterit nonnihil mell. roſ. ſolut. Corpore exquiſite purgato, nihil aliud hoc tempore fieri poteſt, quam vt extrinſecus & intrinſecus corroboretur ventriculus: Intrinſecus quidem cum aliquo genere Conſeruæ, quæ vim inſignem calefaciendi non habeat, cuiuſmodi eſt Conſerua ex Beton. vel ſine Theriac. vel cū modico Theriacæ, his præſertim temporibus frigidioribus: Ad id valet etiam Aromaticum roſat. Mithridatica confectio & id genus alia, quæ cum mitioribus permiſceri debent.

Auxilia externa.

Extrinſecus vero ſunt inunctiones, Cerata & ſacculi, quæ omnia parari debent ex his, quæ vim habent moderate calefaciendi & exſiccandi, quæ qualia ſint, ita notum eſt, vt in his præſcribendis turpe ſit immorari. Ad hæc partes, quæ ad corpus & collum veſicæ pertinent, ſunt roborandæ. Poſſunt autem hoc tempore adminiſtrari fomētationes & Emplaſtra. Fomenta fieri poterunt cum ſpongia noua vino potenti & generoſo imbuta, & expreſſa, cuiuſmodi eſt vinum maluaticum ſubauſterum, in quo incoctum ſit lignum Indicum, Salſa, ruta, Marrub. Roſmar. Ariſtolochia, Radix Cucumeris agreſtis, nec non Saſſaphras & alumē ſciſſile, & alia quæcunq; ſunt huius generis: Spōgia quoque ex aqua vernali expreſſa erit opportuna. Poſt fomentationem vero Emplaſtra ſunt admouenda, cuiuſmodi eſt Emplaſtrum barbarum vocatum & ſacrum, quod ex Dictamno paratur. Et ad id valent alia magiſtralia quæ parari conſueuerunt. Hæc itaque hoc tempore fieri poſſunt. At ineunte vere, purgato corpore non erit ab re ad expurgandos renes, & refrigerandum iecur, ſerum lactis caprini exbibere, quo tempore Ventriculus muniri poterit, nec non partes ad pudenda pertinentes. Præter ſerum non improbamus aquas Thermales, cuiuſmodi ſunt Patauinæ, vel Lucenſes, & aliæ id genus.

Aquæ Thermales.

Ex calidioribus vero inſeſſiones fieri poſſunt.

Decoctum Ligni & ſalſæ in vigiliis improbatur.

Decoctum vero Salſæ & Ligni non admodum probamus, quoniam cum vim habeat exſiccandi, & Patiens Illuſtriſſ. vigilias patiatur, fortaſſis magis eſſet detrimentum, quod ex eo conſequi poſſet, quam vtilitas, præſertim cum ſit habitus calidioris & ſiccioris.

Diæta.

Verum his omnibus recta victus ratio eſt adiungenda. Aer itaque in actiuis & paſſiuis ſit temperatus. A cibis calidis, acribus aut ſalſis omnino abſtinendum, vim tamen exſiccandi moderatam habeāt, quare carnes ſint optimæ. Diuretica vitentur, niſi corpus fuerit optime purgatum. Lacticinia omnia ſunt fugiēda, &

quæ ex his parātur, nec nō legumina omoia & cibaria ex paſta parata. Olera ooo cooneniunt. Acetaria ex capparibus ſunt oppor runa, nec oon ex earne contrita. Vioum noo ſit admodum potens, ſit autem ſubauſterum, & in pauca quantitate ſumptum, abſtineat ab aqua quantum poteſt fieri. Inter fructus, piſtacea ſunt opportuna, nec non pyra cocta, reliqui ſunt ſuſpecti. ſomnus ſit paulo conſueto longior. Exercitium ſit moderatum ante eibum, Conquieſcat à cibo. Aluum lubricam habeat, ſin minus, arte prouocetur. Animi accidentia vetāda ſuot. Venus, ſiquid aliud, eſt ioimiciſſima.

In præſeruatione, & curatione Calculi Renum.

D. Andreæ Galli

CONSILIVM CLIX.

CAlcvlvs requirit duas methodos, ſcilicet præſeruatiuam, & curatiuam. In methodo autem præſeruatiua ſeruandus eſt talis ſcopus, oe in corpore eoaceruentur humores craſſi. Quamobrem in primis inculpata io ſex rebus non natnralibus vtatur victus ratione, quæ hoc loco enarratur. Eligatur in primis aer ad ſiccum declinans, & parum ad calidum. Exceſſiua namque caliditas ſpiritum reſoluendo eſt apta noxam facere. Quapropter habitatio io ſtubis valde calidis minime expedit: eſto quod hyems ſit, & præcipue, quia aer ita calefactus ad membra ſpiritualia & ad cor trahitur, io quibus pituita & craſſi humores coaceruantur. Euitetur aer frigidus, craſſus, nebuloſus & paluſtris. Exercitium ſumme laudatur deambulando vſque ad ſudorem ioclusiue, & facto ſudore abſtergatur, & exiccetur cum panois lineis. Hora autem cōuenieos erit matutina, id eſt, per duas boras ante praodium, & per horā vnā aote cœnam, ſed hoc ſit lenius matutino exercitio. Somnus ſit oocturnus, & ſit ſeptem vel octo horarum. Somnus meridianus noo approbatur, niſi prçcedeotem noctem duxerit inſomnem. Viteotur omnes animi paſſiooes, quæ ſcilicet iofrigidant, vtpote timor, triſtitia, vehemens circa aliquid difficile cogitatio. Coitus ſit moderatus, & poſt factam primam cibi concoctionem, vel ſaltem poſt primum ſomnum. Procuret omoi die habere beneficium ventris: ſi non ſponte, vtatur iſto clyſtere:

Hypocauſta improbantur.

℞. Decoctionis aniſ.
Fœoicul.
Chamomel.
Bliti.
Maluar. ℔. j.
Hieræ picræ ℥ ß.
Ol. Chamomel.
Anethio. an. ℥ j ß.
Salis parum, f. clyſter.

De cibo & potu elare conſtat ex dictis, quod euitaoda ſunt omnia edulia, quæ craſſum & tenacem ſuccum generaot, & omnia aſtringētia, & quæ iotempetie ſunt frigida, & pituitam multiplicant. Iſta ergo non cōueniuot, legumina, cibi de paſta, rizū, miliū, earnes groſſæ, bubulæ, eaprinæ, cervioæ leporinæ, carnes oēs poreinæ, agninæ, capita quadrupedum, viſcera, ac interiora eorum, ſicuti inteſtioa, epar, ſplen, & huiuſmodi, capones impinguati, & in carcere detenti, pariter aliæ aues impinguatæ in carceribus detentæ, anſeres, anates, & aliæ aues aquaticæ noo conueniunt: nec caſeus, nec lac, nec omnia alia, quæ ex lacte fiunt, expediunt. Nō comedat piſces lacunales, nec piſces qui ſint magni, noo ſquamoſi, ceu ſunt anguillæ rincæ, lambretæ, cancri, oſtreæ, ranæ, teſtudines. Oua dura quoquo modo indurata, fungi, tubera, radices omnes, omoia frixa ex carnibus, lactuca, cucumeres, cucurbita, pruna. Hæc omnia omittantur. Quæ eooueniunt ſunt hæc: Panis factus ex bono frumeoto, beoe fermentatus, mediocriter ſalſus decoctus in furoo, & nō ſit pluriū, quam duorum vel ad ſummum trium dierum, muodatus à cortice exteriori aduſto. Caro cooueniens eſt alaudæ, perdicis, phaſiani, turdi, turturis, columborum in turribus nidificaotium pullorum, & pullarum gallinarum iuuenum, & caponum exercitatorum, & vniuerſaliter omniū auiū, quæ ſunt in communi vſu, nō ſuperflue pinguiū, caro hædorum, vitulorum elixa magis conueniunt, quā aſſata, cum coctionis ſint facilioris, & aluū magis leniant, quæ carnes cōdiūtur cū ſemioe vel fœniculi vel aniſi. Aues tameo aſſari poſſnot: ex harū carniū iuſculo poſſuot confici ſua fereula. Modo, ſi placet comedere piſces, ſint tales, qui in flumine rapido velociter curreote capti ſuot, aſſentur, & oon elixeotur, & aſpergantur cinnamomo, vel pipere, vel zinzibere, vel aniſo, vel fœoiculo. Oua tameo concedi poſſuot, ſed raro. In primis ſint recentia, noo diu aſſeruata, tunc conquaſſentur cum vioo & aqua bulliente cum ſale, & decoquantur tamdiu duntaxat, vt tremula & tenera remaneant. Butyri & olei vſus ſit rarus, quibus ſolum pro condimento vtatur. Lardi vſus admittitur, quia ratione ſalis attenuat, & calefacit, & exiccat. Ex oleribus cooceduntur Apiū, petroſelioū, beta, ruta, hyſſopus, maiorana, borrago, fœ

Gallinæ incluſæ pingues factæ improbantur.

Lardum admittitur.

go, fænlculum, ſaluia, teneritas lupulorum, aſparagi: artiſcokijex his quæ calidiora ſunt, conueniunt tempore hyemis, ſicur ruta, maiorana, fęniculum. Cappares & oliuæ ſalitæ ante alios cibos ingeſti multum commendantur pro expurgatione humorum pituitoſorũ in ſtomacho recumbentium. Comeduntur autem cappares prius aliqualiter decocti cum aceto paſſulato & pauco oleo communi. Piperis, Zinziberis, cinnamomi, caryophylli, croci, ſinapis, allii, porri, cæpæ, in moderata quantitate vſus laudatur, præcipue tempote frigido. Fercula laudantur, quæ ex herbis conceſſis, vel ex ouis recentibus, vel ex pane, vel ex carnibus ſupra conceſſis componuntur. Approbatur brodium cicerum rubeorum, & brodium caulium cum pane. Aceto & acetoſis moderate vtendum eſt pro appetitus excitatione, & pituitæ inciſione, ſed ſit acetum paſſulatum addito modico cinnamomo. Ex fructibus Auicē. in cap. de his quæ nocent colicis, damnat fructus omnes, excepto melone dulci bene maturo ſumpto ante omnes alios cibos. Potus ſit vinũ antiquum, quod vrinam prouocat. Debet enim vinum eſſe medii coloris, tenue, potens, odoriferum, purum, & ſi quandoque vteretur vino maluatico antiquo fieret iuuamentum. Et ſicut dictum eſt, abſtinendum eſſe ab omnibus, quæ alimentum craſſum & pituitam multiplicant: ita dicimus à multa repletione ciborũ & potuũ eſſe abſtinendum: ſed laudabiles ſint cibi & potus. Nam vinum etiam Galeno teſte licet ſit virtute ſua calidum, in multa tamen quãtitate ſumptum, multiplicat pituitam, & generat morbos frigidos. Deſcendēdo ad medicamenta, primo dicendum, quæ fieri debent in præſeruatione. Ad præſeruandum ergo corpus ab ipſo calculoſo affectu, in primis approbatur hoc, quod his in anno, ſcilicet vere & autumno purget ſe, & in primis fiat tale clyſtere:

Cappares prep.

Acetum paſſulatum

Enema.

℞. Bliti.
Mercurialis.
Fl. chamom.
Melilot. an. M. j.
Sem. aniſ.
Fænicul. an. ʒ ij.

Decoq. in ſ. q. aq. deinde ℞ huius decocti ℔ j. ß.

add. Hieræ picræ ℥ ß.
Mellis roſa. ℥ ij.
Ol. chamomel. ℥ iij.
Salis communis. ʒ ij. ß.

Miſc. & f. clyſter. Deinde accipiat ſeptem ex his ſyrupis ſingulis diebus in aurora:

Digeſtiuum.

℞ Mellis roſa. ℥ j.
Oxymellis ſimpl. ℥ ß.
Aq. Chamomil. in qua decoctum ſit parum Petroſelin. ℥ iij.

Miſc. pro ſyrupo. Poſt hos epotos ſyrupos, capiat hanc medicinam per horas quinque ante prandium.

Infuſum Rhabarbari.

℞. Rhabarb. el. ʒ j. ß.
Spicæ g̃. iiij.

Minutim incidantur, & aſpergantur prius vino Maluatico deinde macerentur in infra ſcripta decoctione:

℞ Paſſularum.
Rad. Petroſelin. an. ʒ iij.
Sem. aniſ.
Fænicul. an. ʒ ij.
Fl. Borrag. ʒ j.

Decoq. ſ. a. in aq. chamomillę q. ſ. deinde fiat çolatura, & in huius colaturæ ℥ iij. maceretur Rhabarbarum vt ſupra. deinde facta forti expreſſione add.

Mannæ el. ℥ j.
Sp. Hieræ picræ ʒ j.
Trochiſc. de violis ſcammonea ʒ ij ß.
Miſc. & f. potio.

Ex ertatis in victus ratione, quia non poſſumus ſemper noſtri iuris eſſe, ideo in æſtate omni menſe, exceptis diebus canicularibus ſemel deuorabit hanc medicinam per duas horas ante prandium:

Bolus è caſſia.

℞. Fl. caſſiæ nouiter extract. ʒ x.
cum Saccharo q. ſ. f. bolus.

Hyemali autem tempore loco caſſiæ, deuorabit hanc Terebinthinam, pariter omni menſe ſemel per horas quinque ante prandium:

Bolus è Terebinth.

℞. Terebinthin. lotæ in aqua hyſſopi & altheæ ℥ j.
Salis gemmæ ℈ j.
Sp. Hieræ ℈ ß.

Miſc. & optime incorporentur, & in cortice oui cum Iuleb roſato de parte in partem deglutiatur.

Curatio.

Exiſtente vero actu dolore, & calculo, laudantur in primis clyſteres, & in primis, fiat clyſter ex oleo oliuæ in quo decocta ſit Ruta ℥ x. vel ℥ xij. capiendo dicti olei, vel fiat ex oleo oliuæ, in quo decocta ſit Ruta & Petroſelinum, poſt hunc clyſterem, fiat alter ex vini maluatici ℔ j. tertio loco fiat talis:

℞. Rutæ ſiccæ.
Petroſelin. an. M. j.
Chamomill.
Melilot. an. m. ß.
Sem. aniſ.
Fænicul. an. ʒ ij.

Decoq. in ſ. q. aquæ, deinde ℞ huius decoctionis ℔ j.

Hieræ picræ ℥ ß.

Mellis deſpumati ℥ ij.
Ol. rutæ.
Anethini an. ℥ j. ß.
Salis ʒ iij. Miſc. & f. clyſter.

Laudatur ius galli factum cum polypodio, dauco, anetho, ſale gemmæ, ſimile docet Meſue: vel tale fieri poterit:

Decoctum polypodii.

℞. Polypod. ʒ vj.
Dauci.
Sem. anethi. an. ʒ ij.

Contundantur & ligẽtur in petia rara, & decoquantur in lib. ij. caulium rub. vel brodii caponis, aut pulli parum ſaliti atque ad conſumptionem medietatis, & f. colatura, de qua mane per horas quatuor ante prandiũ epotabit ℥ vj. Laudatur oleum amygdalarum dulcium recens, capiẽdo ex eo ℥ vj. ante cibum per horas quinque, vel ſex horas. Excellẽtius & tutius videtur medicamen poſt aliquot clyſteres accipere hãc medicinam.

℞. Fl. caſſiæ nouiter extr. ℥ ß.
Sp. Hieræ picræ compoſ. ʒ j. ß.

Sacch. q. ſ. f. bolus, quem accipiat per octauam partem horæ, vel ante prandium aut cœnam. Cæterum factis purgationibus non negligerem encatiſmata, ſeſſiones, fomentationes, ſtante dolore, vt renum meatus dilatentur. Itaque approbarem mundato corpore, ſi ſederet in tina, aut vaſe aliquo, in quo infuſum eſſet tale decoctum, in quo ſederet pro vice per paruum temporis ſpacium, ſed ſæpius in die, ne nimis debilitaretur, & poſtea inungeret locum dolentem tali vnguento: Herbæ pro balneo tales ſunt:

℞. Parietariæ.
Saxifragiæ.
Maioranæ.
Caulium rub.
Artemiſiæ.
Calamenthi.
Chamomillæ.
Melilot.
Anethi.
Rubiæ tinctor. an. j. ß.
Sem. maluæ.
Althεæ cum radicibus an. j.
Sem. lini.
Fœnugr. an. ℔ j.

Miſc. & decoq. in ſ. q. aquæ pro ſeſſione. Vnguentum pro renibus poſt ſeſſionem:

℞. Vnguenti dialtheæ ℥ j. Sed ſi contingeret, quod deberemus venire ad ea medicamina, quæ comminuunt lapidem, hic deſcribo electuarium quoddam, quod opus reficiet.

Electuariũ lapidem comminuens.

℞. Cineris ſcorpion. ʒ ij.
Cantharidum abſciſſis capitibus & alis ʒ j.
Sanguin. hirci exiccati ʒ ij.
Cineris vitri.
Caulis non tranſplantati.
Cineris leporis.
Caudæ tremulæ.
Cortic. ouorum, è quibus egreſſi ſunt pulli an. ʒ iij.
Lapid. Iudaici.
Fellis bouis.
Spongiæ.
Piperis.
Dauci.
Carui.
Sem. altheæ.
Gummi arabic.
Sem. ſaxifragiæ.
Milii ſolis.
Seſeleos.
Carpobalſam.
Xylobalſam.
Spicænardi.
Capill. vener.
4. Sem. comm. frigid. maior. an. ℥ j.

Pulueriſentur pulueriſanda, & cum melle roſaceo conficiatur electuarium. Dabis à ʒ ij. vſque ad tres, mane & ſero ſtomacho ieiuno, cum aqua decoctionis cicerũ rubeorum. Multa alia ſcribi poſſent, a quibus ſuperſedeo, quia actu exiſtente dolore, oportet adeſſe Medicos, qui ſecundum diuerſitatem ſymptomatum diuerſa applicent, & fomenta, & medicamina, ad remolliendam aluum, ad diſcutiendam ventoſitatem, & ad ſubducendum humorem pituitoſum, & feces, & ſimilia. Ideo hæc omnia relinquo Medicis doctiſſimis aſtantibus, quo fit vt etiã me pudeat hæc læuia veloci calamo ſcripſiſſe, cum compertum habeam in tua patria tum ſcientia, tum praxi viros doctos eſſe, ſed hæc duntaxat breuibus tetigi, vt teſtarer me te in omnibus in albo meorum amicorum præcipuum habere & obſeruare. Quæ & qualia ſunt hæc, quę in charta hac deſcripſi, præpotens DEVS in ſalutem tuam dirigat, quam libenter opto. Vale.

In mictu ſanguinis, cum Renum & iecoris intemperie.

CONSILIVM CLX.

QVIES vobis, Affinis Chariſſime, plane conuenit, nocet motus omnis equitationis, vecturæ, præſertim ſcalarum aſcenſus. Symptoma enim hoc iecoris & renum producitur vitio, illius quidẽ, quia calidior & acrior producitur ſanguis, qui venas aperit, & copioſe renib. affluit adeo, vt ſeparari à renibus nequeat, ſed vna cũ Vrina in Veſicam defluet. Vitanda vina, aromata, Diuretica

tea omnia vno verbo, calidiora alimenta penitus. Conducit brodium carnis, auenatum, emulſ. amygd. cannab. &c. inter medicamenta prodeſt: I. Leniens.

Lenitiuum.

℞. Aq. plantag.
Burſæ paſtoral. an. ℥ j. ß.
Flor. Caſſię cum aq. fol. quercus recenter extr. ʒ. v.
Bened. laxat. ʒ ij. Miſc. f. hauſtus.

II. Alterans trium dierum, ſed ita vt alter mediocriter ſanguis è iecoraria mittatur:

Digeſtiuũ.

℞. Herb. Plantag.
Conſolidæ maior.
minor.
mediæ.
Saniculæ.
Millefolii an. m. j.
Sem. Papauer. albi ʒ ß.
Sumach. ℈ j.
Rad. Plantag.
Rubiæ tinct. an. ʒ ij.
Maſticis ʒ j.

Quaſſentur quaſſanda & incid. incidenda, & decoq. in ſ. q. aq. chalybeatæ, ad dimidias poſtea coletur:

Colat. ℞. ℥ ix. adde:
Syrup. de Roſis ſiccis.
de Cichor. cum Rhabarb.
Myrthini an. ℥ j. ß. Miſce.

III. Euacuetur.

Purgans.

℞. Aq. Arnogloſſ. ℥ iij. ß.
Elect. lenitiu. ʒ iij.
Pulpæ Tamarindorum ʒ v. Miſc.

IV. Lumbi inungantur hoc vnguento frigide:

Vnguentum ad lumbos.

℞. Vng. roſ. Meſue.
Infrig. Gal. an. ℥ ß. Miſce.

V. Iecur fomentetur linteo coccineo, Epithemate ſequenti imbuto:

Epithema pro epate.

℞. Herb. Plantag.
Cuſcutæ.
Hepatic.
Burſæ paſtoral. an. m. j.
Sumach.
Balauſtior.
Roſarum rubear.
Fol. Papauer. an. p. ß.

Decoq. in ſ. q. aq. Plantag. ad tertias colaturæ adde Pulner. Santal. rub. ℈ j.
Sanguin. Draconis.
Boli armeni an. ℈ ß.
Gummi Arabici ʒ ß.

Iterum bulliant parum, & fiat Epithema.

VI. Corroboretur ſubſcripto condito:

Electuariũ corroborãs.

℞. Conſer. roſar. ℥ ij.
Flor. cichor. ℥ j.
Confect. Diaolibani ʒ j.
Philonii Perſici.
Tripheræ minoris Fænonis an. ʒ ß.
Pulu. Corall. rubr. ℈ j.
Boli armeni.
Sang. Draconis.
Terræ ſigillat. an. ℈ ß. Miſc.
Cum ſyrup. myrtini, & de roſis ſiccis an. ℥ j. ß. & f. Conditum.

Probum Devs ſecundet vſum.

In Apoſtemate, & vlcere colli veſicæ,

D. Ioh. Nævii

CONSILIVM CLXI.

SIona indicata cum vrina non leuem lacerati colli veſicæ, à ſalſa pituita ſuſpicionem mihi faciunt. Hæc enim in corpore congeſta, & ad vrinæ vias delata vreteres, imo & interdum renes, & veſicam erodit & excoriat. Hinc cum dolore & ardore vrina emittitur, imo & ſphincter vicinitate in conſortium trahitur: hinc Teneſmus, & excernendi deſiderium. Hic affectus difficilis certe eſt curæ, præſertim confirmatus. Per ſe deiicit appetitum, tabefacit, aliaq; ſæniora ſecum inducit ſymptomata, ceu pediſſequas. Medico igitur & chirurgo perito ac prudenti tibi opus erit, qui veram & rectam diætæ, thermarum, & remediorum præſcribat, doceat, & oſtendat adminiſtrationem. Tria interim mitto experiunda in Valle Ioachimica præparanda: I. Alterans quatuor doſium, quod renes, veſicam, meatusq; blande abſterget, & ardorem mitigabit.

Syrupus in tabulatis renum.

℞. Fol. Saluiæ m. ß.
Rad. Althex ſine medítullio ʒ iij.
Liquiritiæ raſæ ʒ vj.
Gran. Alkekengi ʒ iij.
Fol. Menthæ criſp. p. j.

Coq. in ℔. j. ß. aq. fontis puræ ad conſumptionem tertiæ partis coletur. De Colatura
℞. ℔. j. in qua diſſolue
Syr. violat. ℥ j. ß.
de liquir. ℥ j. ß.
Mellis roſat. ſol. ℥ j. Miſce.

II. Bolus à loco affecto ſalſedinem abducens.

Bolus.

℞. Diacatholic. ʒ ij.
Flor. Caſſiæ nouiter tractæ ℥ ß.
Elect. Diaſebeſt. ʒ j. ß.
Sem. Melonum ℈ j.
Gran. berber pul. g̃. vj.

Miſc. f. bolus ſacchato aſperſus,

III. Electuarium ſequens corroborans, & mitigans acrimoniam, ſubinde nucis caſtaneæ quantitate aſſumendum:

Electuariũ.

℞. Conſer. roſar antiq ℥ j. ß.
Diatrag. frig. Nicol. ℥ j.

V

Gran. Alkekengi ʒ ß.
Sem. Cydon. excorticat.
Maluæ.
Altheæ an. ℈j.
Corall. rub. ℈j.
Sem. papauer. albi.
Myrtil. aliquantulum torref. an. ℈ß.
Pulu. puluer. & cum ſyr. violar. q. ſ. fiat Electuarium.

Præparato ita corpore, thermæ ſyluestres adeundæ: & potiſſimum in hoc affectu potandæ calidæ. Incipiendum à ℔. ij. & obſeruandum, num per aluum aut vrinam excernantur iterum. Effectu obſcuro augeri poteſt quantitas, donec ſenſibiliter pari ferè quantitate, qua epotę ſunt, eiiciantur. Commodę diætæ ſcio alioqui dominum ſtudere. Exulent autem hic in primis acria, ſalſa, aceto, aromatibusq; condita omnia. Mulſa loco vini apprimè conferet. Interea etiam aquæ appropriatæ ſyphone iniiciendæ, quæ abſtergant primum, dein conſolident, qua in re chirurgi indigebis opera, quem procurare poteris. Thermarum tamen prius ſucceſſus & effectus tentari poterit.

In Gonorrhœa virulenta pro quodam Magnifico viro,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CLXII.

Gonorrhœa à lue Venerea.

EX iis, quæ doctè atq; peritè excellentiſſimi ſeripſerunt Medici, ſtatuendum eſt, Gonorrhæam iſtam à lue venerea ortam. Itaq; non verum ſemen, ſed corruptum humorem, propter intemperiem, & imbecillitatem vaſorũ fluere, & loca per quæ fertur, malè afficere, vnde ardor atq; dolor conſequuntur. Cum autem remedia ſecundum rationem adhibita malum non prorſus ſanauerint, altius id radices egiſſe, & neglecta victus ratione, vires quaſi hoc virus ſumpſiſſe, conſentaneum. Itaque Viro Nobili hoc in primis inculcandum, quod Galenus noſter monet, ſuperuacaneum eſſe optima medicamenta iis præſcribere, qui rectam victus rationem tenere nequeunt. Fugienda autem ſunt in victus ratione, ſalſa atque acria nimium, fumo & ſale macerata, lacticinia, in ſartagine cocta, carnes ſuillæ, volatilia, quæ in aquis degunt, vt anſeres, anates, piſces, maximè carpiones. deniq; omnia, quæ crudos & corruptos humores generant. Itaque & à varietate ciborum abſtinendum & cruda omnia vitanda. Sed de his atq; tota ſex rerum non naturalium moderatione præſentes Medici monere poterunt: atq; vt non tantum venerem fugiat: verum ne cogitationes quidem de hac ſuſcipiat, cohortandus, ac periculum demonſtrandum, quod omnino cachexiam iſtam, qua partes laborant, conſequetur. Cæterum vt malum funditus extirpetur, vtile eſſe indicarem, ſi per aliquot dies loco ſyrupi hoc decoctum biberet.

Diæta.

Decoctum.

♃. Agrimoniæ.
Veronicæ.
Cardui benedicti.
Verbenæ an. m. j.
Decoquantur in q. ſ. aquæ puræ.
♃. Colaturæ pro vno hauſtu ℥ iiij. his adde,
Syrup. de ſucco agrimoniæ.
Veronicæ an. ℥ ß.
Miſce, fiat potio.

Prius autem, quam inciperet bibere, Florum caſſiæ ʒ x. cum decocto ſcolopendriæ extractæ, ante cœnam, ad leniendam aluum exhiberem. Poſt aſſumptos ſyrupos, diligenter corpus expurgarem, primum quidem infuſo ſenæ cum agarico & Rhabarbaro, deinde cortices Hellebori nigri adde.

Formulas Eruditis præſcribere ſuperuacaneum eſt. Poſt purgationem non roborarem ventriculum aromaticis compoſitionibus, ſed inunctionibus adhibitis, vt ex oleo maſtichino, nucis moſchatæ & ſimilibus. Tandem decoctum hoc, vt in Guaiacini vſu fieri ſolet, per dies 20. aut 30. exhiberem: Primis autem atque poſtremis quinque diebus ſaltem ſemel biberet, reliquis, ſi poſſet, ſudaret: Cæterum ad ſudorem tegumentis non eſt cogendus, cum omnia, quæ vel intus dantur, vel foris adhibentur, calorem immoderatum reddẽdo noxia videantur.

Decoctum Ligni &c.

♃. Limaturæ Guaiaci ℔ ß.
Sarſæ pariliæ ℥ iij.
Rad. Eryngii ℥ ij.

Affundantur aquæ feruẽtis ℔. xx. & ſtent per noctem, mane decoquãtur ad remanentiam ℔ xv. Dentur pro hauſtu ℥ v. vel vj. Victus ratio ea ſit, quæ eſt in cura guaiaci, ita vt aërem frigidiorem fugiat, frigida non bibat, à ſalſis nimiodè caueat, & ſi aluus (id quod ſæpe fit) eſſet aſtrictior, interdum iſtum bolum aſſumeret:

Bolus.

♃. Terebinthinæ in aqua roſacea lotæ ʒ ij.
Rhabarb. elect. puluериſat. ℈ ij.
Succini albi ℈ ß.
Cum ſaccharo & puluere liquiritiæ q. ſ. fiat Bolus, hora vna ante cœnam dandus. Hic etiam bolus alias, cum aluus in officio non eſt, aſſumi poterit.

Cæte-

Cæterum abſoluta cura illa generali ad medicamenta, quæ partes roborant, & malignitatem ac putredinem humoris tollunt, deueniendum. Foris autem loca circa os pubis & genitalia foueri poterunt, decocto ligni guaiaci, cui turis parum addatur & aceti, hoc modo:

Fomentum è guaiaco.

℞. Decocti guaiaci ℔ j.
Turis ʒ j.
Aceti ℥ j. Miſce.

Regioni autem renum adhibendum folium Nymphεæ, quod iſto vnguento prius inungatur.

Vnguentum pro renibus.

℞. Vnguenti roſat. Meſ. ℥ j.
Speciet. diatrionſantal ʒ j. ß.
Coral. rub. & albor. an. ʒ ß.
Miſce.

Intra corpus autem ſumenda mihi hæc videntur: primum iſte puluis ſumatur, ante & poſt curationem, multis diebus matutine cochleare vnum:

Puluis.

℞. Sem. Eryſimi ℥ ij.
Lactucæ ℥ j.
Sacchari ℥ iij. Miſce.

Nonnunquam etiam ſolum ſemen Eryſimi ſiue Irionis aſſumere in ouo ſorbili mane poterit. Ante cœnam alternis ſumat aliquot catapotia ex ſucco portulacæ, admiſtis ſpeciebus diapenidii, & parum ſucci glycyrrhizæ.

Pillula.

Deinde hunc puluerem:

Alius puluis.

℞. Cornu cerui vſti & loti ℥ j.
Succini albi.
Sem. granatot. ſiccor. ʒ ij.
Cinamomi ʒ ij.
Sacchari ad pondus omnium.
Miſce.

Sed his duobus poſtremis medicamentis non niſi poſt generalem curationem, videlicet decocti, vti debet. Hæc ſi cum ratione & diligentia, ac recta victus ratione non neglecta, adhibita fuerint, haud dubie ſanitatem priſtinam, Vir nobilis, beneficio Dei recuperabit. Id vt eueniat precor, & cum morbus ſit pertinax, vt æger pertinaciter ei reſiſtat, ac voluptates & ſodalitates, quæ mali vim ſua præſentia augere poſſunt, ſuæ valetudini non præferat, ſedulo adhortor.

In reliquiis, & puſtulis gallacis, pro Magnifico quodam Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLXIII.

ITA pertinax eſt hoc malum ſæpe, vt leuibus cauſis irritatum redeat, & in alias atque alias formas ſeſe conuertat. Proinde multis etiam diebus poſt curationem opera danda eſt, ne natura prauis humoribus, qui ex mala victus ratione oriuntur, obtuatur, & calor innatus debilitetur, vel exhauriatur. Ad victus rationem, quod attinet, vitanda omnia, quæ malos humores generant, vt carnes excrementitiæ, ſicut ſunt, piſcium, maxime carpionum, ſuillæ, agninæ, item volatilium, in aquis degentium, vt anſerinæ.

Victus ratio in lue Venerea obſeruanda.

Aduſtos etiam humores generantia, veluti ea, quæ vel ſalſa, vel fumo macerata ſunt, aut nimia aromatum copia calidiora, quam par eſt facta. Illud autem plerumque in coctura ferinarum carnium accidit. Frixa etiam in ſartagine cum butyro inſalubria. Piſces autem cum butyro cocti in primis vitandi. Lacticiniis etiam, & ab omni ciborum varietate, & crudis abſtinendum. Porro cum vix poſſit fieri, quin in optima victus ratione non coaceruetur aliqua humorum copia, quæ ad perniciem facere poſſit, pillulis ſequentibus ſingulis menſibus bis vtatur.

Pillula.

℞. Aloes roſatæ, vel ſucco roſarum aliquoties imbutæ ʒ ß.
Agarici albiſſimi opnmi recens trocbiſcati ʒ iij.
Rhabar. electiſſ. ʒ ij.
Maſticb. pulueris ʒ j.
Cinamomi.
Caryophyllor. an. ʒ ß.

Puluериſentur omnia, & perſæpe aſpergantur aqua Cinamomi, deinde cum ſucco cardui, vel ſyrupo è ſucco cardui fiat maſſa: De qua hora vna ante cœnam parciſſimam capiat ʒ j. Reſormentur autem ex ʒ j. pillulæ ix. Annuas etiam purgationes non intermittat, & inchoante vere bibat aliquot diebus in iuſculo gallinæ decoctum carduum benedictum & veronicam cum radicibus cichorii: Deinceps ſumat hanc potionem:

Potio lenitiua verna.

℞. Paſſular. ʒ vj.
Scabioſæ.
Veronicæ.
Fumariæ.
Flor. violat. an p. j.
Agarici albiſſimi ʒ ij.
Fol. Senæ Alex. ʒ v.

Fiat horum decoctio in q. ſ. aquæ puræ, lege artis.

℞. Expreſſionis ℥ iiij.
Syr. roſ. ſolut. ℥ j.
Mannæ Calabrinæ ℥ ß.
Miſce.

Poteſt etiam mittere ſanguinem ex dextra brachii vena media, & deinceps in Maio potionem iſtam repetere. Sic ineun-

te Octobri rurſus aliud medicamentum vacuans, ſumat hoc modo:

Potio purgās autumnalis.

℞. Paſſular. ʒ vj.
Meliſſæ.
Cardui benedicti.
Agrimoniæ.
Flor. Borrag. an. p. j.
Fol. Senæ Alexand.
Epithymi an. ℥ ß.
Cortic. Helleb. nigri præparat. ʒ j.
Caryophyllorum ʒ ß.

Fiat horum decoctio in q. ſ. aquæ puræ lege artis.

℞. Colaturæ ℥ iiij.
Syrup. de pomis.
Roſat. ſolut. an. ʒ vj.
Mannæ calabrinæ ℥ ß. Miſce.

Sumat potiones iſtas ieiuno ſtomacho, & ieiunet iis aſſumptis quatuor horis, ac toto die aëri ſe non exponat, ſed domi contineat, nec aſſumptis potionib⁹ ſudet, vel dormiat. Euacuatis ita vitioſis humoribus, qui morbi huius ſubiectum ſunt, etſi de redituro malo nullum periculum eſt, tamen ne innatus calor debilitetur, immodico & intempeſtiuo coitu, maxime repleto corpore cibo, vſuque potentioris vini, etiam atq; etiam eſt cauendum. Sed in his ſpero eum moderationem, & cautionem adhibiturum. Porro ad corroborandum calorem naturalem, & expellendam omnem mali huius fomitem, interdũ ac præſertim corpore expurgato, in lecto hunc potum ſudoriferum ſumere vtiliſſimum eſt:

Potio ſudorifica.

℞. Rad. altheæ.
Enulæ.
Lapatii acuti an. ℔ ß.
Fumiterræ m. j.

Incidantur & affundantur vini Malnarici ℔ iiij.

Stent in infuſione tribus diebus: Deinde adiiciatur:

Theriacæ præſtantiſſ. ℥ j. ß.

Deſtillentur in vitreo vaſe in balneo Mariæ. Huius deſtillati ℥ ij. addantur ℥ ij.

Aquæ borraginis, vel
Cardui benedicti.

Et ſumat in lecto mane calide.

Puſtulæ galliCæ.

Ad puſtulas autem, vel earum veſtigia tollenda, non neceſſe eſſet aliquid ſcribere, niſi fuiſſent iſtæ, quarum maculæ nunc conſpiciuntur, confricatæ.

Vtatur vero ad abluendum eas hac aqua.

Lac virginis.

℞. Lithargyri argenti ℥ ij.
Aceti ℔. j.

Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis: deinde per pannum colentur, & colaturæ adde ſequentia:

℞. Aluminis.
Sulphuris an. ʒ ij.
Ol. Tartari ℥ ij.
Aq. roſac. ℥ iij.

Iterum bulliant, & prædicto modo colentur, ac poſtea hac aqua vtatur.

Succus etiam limonum mixtus cum lithargyro, optime prodeſt. Item radices polygoni cum albumine oui & ſaccharo deſtillatæ. Non vellem deuenire ad medicamenta mercurialia cum ſublimato: quibus tamen imperiti ſtatim vti nõ verentur. Hæc autem profutura ſpero, ac vt proſint, DEVM precor.

In obſtructione meſenterii, pro Capitaneo quodam Vratiſlauienſi, longo tempore valetudinario,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CLXIV.

QVod ad notionem morbi attinet, non valde Excellentiſſimos Doctores diſſentire arbitramur. De vna re tamen maxime diſcrepant in curatione, ſit ne Magnificus æger purgandus, & quibus modis, an vero recta victus ratione, & quiete naturæ ita conſulendum, quo ipſa malo ſuccurrat, & medicinam morbo faciat: Hoc poſtremum ſi conſequi vllo modo poſſemus, præclare & conſultum, & optime de ægro actum exiſtimaremus. Cæterum ſi materia tam eſt corrupta, vt ad nullam benignitatem deduci, nec obſtructiones, quæ reuera in hoc caſu, quocunque nomine nuncupentur, morbus ſunt, cum impediantur naturales actiones, videlicet coctionis & diſtributionis alimenti, victus ratione tolli (quod in tanti morbi diuturnitate polliceri vix quiſque ſibi poteſt) queant, reſtat hoc, vt materia præparata euacuetur, obſtructa aperiantur, & debilitata membra roborentur. De præparatione vero non neceſſe eſt verba facere. Ad vacuationem quod attinet, cum nobis abſentibus de viribus iudicare non liceat, hoc conſulimus, & doctiſſimos Medicos præſentes hortamur, quo habita ratione virium, & materiæ corruptæ, ac propterea neceſſario remouendæ, ipſi ea medicamenta, quæ maxime tuta ſunt, (cum vterq; idem cenſeat) adhibeant. Nobis correctus vſus fol. ſenæ, mannæ, ſyrup. roſ. ſolut. de pomis, & ſimilium medicamentorum (modo habeatur ratio, ne flatus nimium concitentur, cum iſta omnia medicamenta per ſe flatulenta ſint) non diſplicet. Facta euacuatione in longo morbo Epicraſin vehementer probamus, & laudamus paſſularum cum rhabarb.

In longo morbo Epicraſis facienda.

rhabarb. & ſimilium vſum. Hoc modo ſublata materia, obſtructiones haud dubie tollentur, & vis mali minuetur. Ad corroborandum quod attinet, ſunt quidem ea plurima, ſed valde caute iis, in quibus calefaciendi vis vehementer ineſt, vtendum. Diatrion pipereon cum ſpeciebus aromatici roſati contemperatum probe, non inutile videtur: ſed ſi Medici à thermarum vſu certis de cauſis, quas ipſi perſpicere poſſunt, non abhorreant, fore eas in hac affectione conuenientiſſimas, multis veris rationibus mouemur. Hoc autem iudicio Medicorum præſentium permittimus. Quam curationem in hoc Magnifico viro à benigniſſimo DEO fortunari precamur.

In colica, pro quodam Theologo,

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIUM CLXV.

ANTEQVAM reſpondeam ad capita propoſita & numeris notata, neceſſe eſt, vt arguam quendam errorem tuum, qui facit, vt & vſurpandu nonnunquam pecces, & nocitura petas. Habitus corporis tui per ſe, ſiue natura eſt ſiccior, vt teſtatur macies corporis, ſiccitas inteſtinorum, durities alui, &c. per accidens autem humidior, nempe aliena humiditate, vt teſtatur pituita abundans. Concurrit ſimul frigiditas, quæ coctiones impedit, & plurimum facit ad nouam ſubinde pituitæ collectionem. Præcipue autem ſenectus nos frigidiores facit, & in cauſa eſt, vt pituita cumuletur. Vbi vero pituitam quaſi congelari contingit, & ſimul incidit obſtructio alui, & calor tenuum, facile poteſt incidere colica, concurrentibus ſimul omnibus cauſis. Nam calor renum pituitam iam collectam inflatuat (vt Practici loquuntur) ſeu in flatus diſſoluit, præſertim ſi adſit aliquod incitamētum. Inteſtina vero ſicca, & a calore renum plus arefacta, contrahuntur, feces indurantur, vt nec excrementis, nec pituitæ, nec flatibus ſupra aut infra pateat exitus. Flatibus exitu prohibitis tempeſtas in inteſtinis oritur, & tormina excitantur, dum flatus vndequaq; eruptionem tentant. Atq; hi dolores appellantur colici. Quæritur iam quid agendum? Phlegma, inquies, tollendum, quod totius mali caput eſt. Sed ſi ſequamur voluntatem tuam, qui purgationes phlegmatis validas & eradicatiuas ſitis, & pulueres ſtomachales vehementer calidos & ſiccos eſuris, male facimus. Nam dum in corpore raræ texturæ in accidente tollendo laborabimus, ſubſtantiam diminuemus. Sed perges in phlegma inuehi. Phlegma, inquies, meus carnifex eſt: igitur omnis opera adhibeatur, vt auferatur ex corpore. Idem & ego ſentio, ſed tamē hiccum ratione inſanire oportet. In obeſis dæmonium hoc expellitur ieiunio & purgatione. In exuccis & iunceis non tam euacuationi, quam concoctioni pituitæ inſiſtendum eſt, & magis ex vſu ſunt pulueres ſtomachales, calorem naturalē ventriculi fouentes, quam vehementer calefacientes & ſiccantes, qui dum putantur phlegma conſumere, vtilem interim ſuccum exugunt. Inde apparet noxia interdum fieri & peti. Reſpondebo nunc paucis ad articulos in literis propoſitos, poſtea ſubnectam remedium & vſum.

Corpus natura ſiccum, ex accidente fit humidū.

Senectus facit frigidos & pituitoſos.

Pituita pro mentis in diuerſis diuerſimodo obuiandum.

I. Puluis ſtomachicus, quem amicus quidam tibi dedit, ex pipere longo, zedoaria, caryophyll. zinzib. cardamomo, &c. nimis eſt calidus & ſiccus. Mihi fortaſſis minus incommodaret. Cauſa ex iis, quæ dicta ſunt, manifeſta eſt. In foco an non melius coquit calor moderatus, & ἀνάλογον, quam vehemēs, vrens, vſtulans, humiditatē exorbens, ollam corrumpens, vt ea poſtea nihil tuto coqui poſſit, ſed cruda omnia maneant? Potius igitur excitetur calor naturalis, & foueatur remediis temperatis, vt is pituitam concoquat & vincat, ita ventriculus non tantum pituitæ coaceruabit. Quod ſi excitato calore ventriculi cibus concoquetur, iam ceſſabunt querelæ de quotidiana cruditate, & perpetua generatione phlegmatis. 1.

II. Cupis, vt prohibeatur phlegmatis affluxus ex venis, qui non fit, niſi vehementia dolorum illum irritet. Ego mallem prohiberi generationem phlegmatis in ventriculo, ne poſtea in inteſtina repat, quod multo magis eſt neceſſarium. Sed de hoc infra. 2.

III. Pillulas illas vniuerſales in hoc ſcripſi, vt bis in anno, nempe, vere & autumno vſurpentur. Nam ſi ſæpe vſurparentur, nimis exſiccarent. 3.

IIII. Quod vnguentum ad renes officium ſuum facit, bene eſt. Ad ſiccitatem vero inteſtinorum emendandam loco trium illorum oleorum (quæ ſaltem ad diſcutiendos flatus & dolores ſedandos conſcripta fuerunt) parabitur vnguentum mollificans. Sed tres diuerſæ operationes, emollire inteſtina, diſcutere flatus, & excrementa aluo exturbare, non poſſunt in vnum medicamentum cogi. Alterum enim alterius operationem impediret. 4.

V. De iure prunorum non eſt, quod ſis ſollicitus, ſi paululum aniſi inſpergas: tum enim non inflabit. Si placeret etiam iure pilo- 5.

Ius prunorum.

rum vti, diſſoluatur in eo ℥ß. mannæ, aut amplius, (pro obſtructionis alui magnitudine) ita ſimul & deterſio, & lubricitas inteſtinorum ſequetur. Sambucum non laudo in tuo corpore. Ego inter mea omnia nihil habeo, quod piſi magnitudine ſumptum aluum aperiat, & redimerē id magno, ſi quicquam tale nanciſci poſſem,

6. VI. Pro rotulis cholagogis ex rhabarbaro, ſcribam phlegmagogas.

7. VII. Inter indicationes medicas primū locum habent, quantum, & quando. Ad has qui non reſpicit in vtendo, ſæpe culpam impingit medicamento, quæ eſt vtentis. Sic miſer ſuccus accuſatur, cum errauit in vtendo is, qui noctu ſumpſit, & ipſa quidēm colica præſente. Emplaſtrum, C, dicitur nihil egiſſe. At proxime cuiuſdam optimi viri vxor, cum puerpera ſingultu perpetuo noctu dieque, & obſtructione alui aliquot dierum laboraſſet, cum ex meo conſilio intus caſſiam, foris emplaſtrum illud vſurpaſſer, ſoluta egregie aluo libera ab omnibus, quæ tum ſentiebat, facta eſt, & cum pro deplorata haberetur, nunc viuit & valet, nec amplius tantam alui difficultatem ſentit. Fieri interdum poteſt, vt nimia adſit ſiccitas, ita vt cedere nolit mediocri pharmaco. Interdum nihil aſſumitur, quod intus molliat aluum, & promoueat excrementa. Puluis craſſus ſtomachalis in mediocri cruditate bonus eſt, confortat ventriculum, & deſiccat ſuperfluas humiditates, & iuuari ſe eo plurimi ſentiunt. Sed cum adeſt magna pituitæ collectio, quomodo hanc vincere poſſet puluis ille? Similiter coriandrum ad corrugationem ſaltem ventriculi modicam vtile eſt, valde hiantem ſtomachum contrahere non poteſt. Non autem ſemper fortibus eſt vtendum, & ſæpe fortia plus nocumenti ſecum trahunt. Veluti cum per valde calida & ſicca quæritur corroboratio ventriculi, & interim areſcunt inteſtina. Igitur moderatis opus eſt, & quæ tuto vſurpari poſſint. Prognoſticum nihil te moueat. Non conſiderauit ille quanta fiat in canicularibus difflatio in corpore, & vaporum diſcuſſio, & ex vno, eoque communi indicio ſtatim pronunciauit, tanquam ex tripode proferret oraculum. Quid vero hoc rei eſt, quod iuſculis ventriculi humiditatem & debilitatem augere conſtituiſti, & tibi ipſi indicere abſtinentiam carnium & piſcium? Multo melior Medicus fuit Cicero, qui ad Tironem ſcribens Medici curationem talem non probat. Ius enim dandum nō fuit (inquit) cum κακοστόμαχος eſſet. Et aſtipulantur Medici Ciceroni. Hæc non eſt ad prohibendam pituitam via, ſed caloris natiui excitatio procuranda eſt, quæ potior eſt reliquis omnibus. Reſpondi ad omnia capita (ni fallor) epiſtolæ tuæ, quod ad valetudinem attinet. Reliquum eſt, vt remedia conſcribam, & vſum eorum indicem. Video de nulla re maiorem eſſe querimoniam, quam de pituita. Hanc tu è corpore exturbari velles, ego non generari mallem. Ventriculo tu ſubinde crucem ſtatuis, ego illum ſponte ad officium redire mallem, & ſuo, non alieno calore coquere. Inteſtina intus ſiccantur calidis, & foris quæritur mollificatio. Amantur à te violenta & fortia, ego moderata magis probo, quæ etſi non è veſtigio reſpondent optatis: tamen continuatione tandem obtinetur, quod quæritur. Digeram vero medicamenta in aliquot capita, vt intelligantur. I. Neceſſariam eſſe pituitæ præſentis, atque etiam ſe ſubinde colligentis euacuationem fateor. Sed eam non oportet eſſe nimiam, neque nimis frequentem, & talem, quæ inteſtina non relinquat arida. Primus igitur ordo erit medicamentorum purgantium, quæ recenſebo ordine, initio facto à leuioribus, variatis etiam formis, vt ſi vnum non placeat, alterum vſurpetur. Securiſſimum omnium purgantium medicamentorum eſt clyſter, isque etiam vtilior, & ſine nocumento ſubinde vſurpari poteſt, ad præcauendam pituitæ collectionem, quoties nimirum aliqua pituitæ redundantia animaduerſa fuerit. Poteſt etiam ita parari, vt ſimul & abſtergat, & flatus diſcutiat, & inteſtina poſt ſe mollia relinquat. Hūc malo domi parari, & ad manum eſſe, cum debeat eſſe familiare remedium. Parabitur autem ſic:

Immoderatorum iniuria. *Iuſcula.* *Iura κακοστομάχοις nō vtilia.*

℞. Herb. mercurial. *Enema*
Maluæ an. m. j.
Fl. chamomill. m ß.
Hordei tantundem.
Sem. aniſi.
Fœnicul. an. ℥ ij.
Prunorum nu. vj.

Hæc coquantur affuſa aqua, decocti illius colati, & expreſſi ſumatur tantū, quantum requiritur pro clyſteri in tuo corpore, in eo diſſoluantur ſequentia:

Caſſiæ pro clyſteribus ℥ vj.
El. Diaphænic ʒ ij.
Olei lini ℥ iij.
Sacchar. Thomæi ℥ ij.
Salis pauxillum, f. iniectio.

Hunc clyſterem malui ſic ſcribere, vt coquus tuus illum parare (dum opus eſt) poſſit. Arbitror hunc clyſterem præſtiturum quod debet: ſi quid deſiderabitur in operatione, id mutari, intēdi, aut minui facile poteſt.

teſt. Illud autem quod nunc ſcribam, eſſet egregium ad innoxiam excrementorum alui, & pituitæ eductionem, nec fineret poſt vſum eius aluum indureſcere, ſi modo eſſet qui vteretur. Quidam redactus erat ad extremam maciem, vt σκῖαν hominis eſſe videretur, & laborabat ſimul perpetua obſtructione & duritie alui, & colica ſubinde recurrente. Cum hoc aliquoties vſus eſſet, redierunt inteſtina ad officium ſuum. Eſt autem bolus ex caſſia & hiera cum oleo amygdalarum dulcium, quæ ſimul mixta egregie id præſtant, quod dixi. Poteſt bolus ille in aliquot particulas diuidi, & inuolui quælibet in pane (quem *oblatam* vocant) humectato vel vino, vel aqua cinamomi. Poteſt etiam, ſi libet, inſpergi ſaccharum. Sumitur hora vna ante cibum. Bolum notaui litera A.

Bolus pituitam educens.

Bolus.

℞. Caſſiæ rec. extract. ℥ß. aut ſi caſſia recens non habetur, ſumatur pro caſſia el. lenitinum.
Spec. hieræ picræ ʒß.
Ol. amygd dulc. rec. q. ſ.
Miſce, fiat bolus A.

Si vero nondum ſatis odioſa pituita expulſa videretur, poſſet in menſe ſemel, vel bis potiuncula vſurpari mane calida vno hauſtu 4. vel 3. ad minimum horis ante prandium in hunc modum parata:

Decoctum galli purgans.

℞. Iuris galli, vel gallinę veteris, huic incoque paululum ex foliis herbæ mercurialis, cola, ſumatur deinde de iure tantum, quantum ſufficere videtur ad hauſtum, & nodus B. in hoc impendeat, vel per noctem, vel ſi id non permittet tempus, leniter efferueſcant, & nodus exprimatur. Alioqui ſi per noctem ſteterit, mane calefieri oportebit. Inde addatur Syrup. violac. ſolut. ℥j. (vel quia non ſemper haberi poteſt, eius loco mannæ tantundem) Mellis roſac. colat. ℥ß. Miſce, f. hauſtus.

℞. Liquirit. raſæ ℈j.
Agaric. Trochiſcat. ʒß.
Sem. aniſi ℈j.
Fol. ſenæ el. ʒ ij. ß.
Rhabarb. el. ʒß.
Spicæ Indicæ gr. iij.
Zinzib. ℈ß.

Ex craſſe contuſis f. nodus laxus cum filo. B. Hæc quoque potio domi parari poteſt. Ac etiamſi reliqua aliunde petantur: tamen mercurialis, & mel roſac. colatum apud vos haberi poſſunt. Pillularum vſum hoc rerum ſtatu non magnopere probo, propter ſiccitatem, ſatis eſt ſi bis in anno vſurpentur, nempe vere & autumno, ita tamen ſi vſum earum exegerit neceſſitas. Cupis præterea rotulas, quæ purgant, ſed hæ non relinquent humidam aluum poſt ſe. Scribam tamen & dirigam ad phlegma, vt priores ex Rhabarbaro ad bilem, & potiſſimum ad obſtructionem alui directæ ſunt. Notabuntur litera C. vſus earum talis eſt, qualis rotularum ex Rhabarbaro:

Rotulæ pro phlegmate.

℞. Spec. Diaphœnicon. ʒ ij.
Rhabarb. el. ʒ ß.
Spec. aromatic. roſac. ℈ß.
Sacchar. albiſſ. ℥. iij. diſſol. aq. cuſcutæ q. ſ. affuſa aq. cinamom. f. confectio in rotulis. C.

Addam adhuc vnum purgans externum, quo in ventre laxando nonnunquam vſus ſum, ſed in iis, qui nihil omnino per os aſſumere voluerunt, & tamen neceſſitas coegit, vt aliquid fieret, quod tamen P. T. commendare nolo, cum malim in tam exhauſto corpore, & ſiccitati inteſtinorum obnoxio, leuia, tuta, & lenem aluum relinquentia vſurpari. Vnguentum illud purgans imponendum imæ aluo (nequaquam autem ventriculo. Nam vomitus ſequeretur fortis ſcripſi in peculiari ſcheda, & notaui ſic. † quod tamen vſurpari nolim, niſi neceſſit exigat:

Vnguentum purgans imo [illegible]

℞. Succi mercurial.
Cucumer. ſylueſt. an. ʒ iij.
Colocynthid.
Hellebor. nigri, albi an. ʒ ß.
Aloes ʒ j ß.
Fellis tauri ʒ j.
Mellis q. ſ. f. vnguentum. †.

Hactenus de purgantibus, in quibus tamen non conſtituo curationis ſummam. Nam hęc tantum pituitam collectam è ventre proiiciunt, & aluum aperiunt. Venio nunc ad ſecundum medicamentorum ordinem, nempe ad ea, quę præcauere poſſunt nouam pituitæ generationem. Hic non cōferent pulueres illi vehementes calidi & ſicci, qui ventriculum momentanea caliditate afficiant, & poſtea inteſtina ſicca relinquāt. ſed vtar & ego voce tua, Es müſſen alles andere Sachen ſeyn / etiamſi prima ſpecie exilia eſſe videantur. Nam hic non exurendus, ſed fouendus & excitandus eſt calor naturalis, vt moderato calore concoquat. Ac ſi prima concoctio laudabiliter peragetur, facilius peragentur & reliquæ, & ſponte ſua, naturæ vi aluus ſe exonerabit ab excrementis. In hunc vſum conſcriptus eſt puluis D. vt mane interdum ieiuno ventriculo ʒj. vſurpetur ad corroborandum ventriculum, & vim digeſtiuam:

Pulueres [illegible] & [illegible]

Puluis ventriculum roborans.

℞. Spec. aromatic. roſat. ʒj.
Diathamar.
Lætific. Gal. an. ʒß.
Pulu. Nucis conditæ,

Zinzib.alb.
Cinamom.
Cornu cerui vſti.
Boli armen.præpar.an.℈j.
Sem.aniſi.
Coriand.præp.an.℈ß.
Maſtich.
Thuris an.℈ij.
Sacchar.cand.℥ß.
Miſc.f.puluis D.

Si magis placet conditum, vtile erit quod notatum eſt E. idque ſimul ſpiritus reficiet & cor, aſſumptum quantitate iuglandis. Poſſunt hæc alternis vſurpari:

Conditum.

℞.Rad.bugloſſ.condit.℥j.
Conſer.borrag.
Roſar.
Bugloſſ.an.ʒ iij.
Anthos ʒ ij.
Spec.aromatic.roſat.
Diathamar.
Roſat.nouell.an.℈j.
Cinam.inciſ.℈ß.
Syr. de cortic. citri q.ſ.f. conditum.
E.

Nequaquam autem negligi velim puluerem ſtomachalem craſſum, & piper inciſum, hora vna aut altera ante cibum cum tribus aut duobus cochlearibus iuris carnis degluritum. Videantur ſane hæc nihil facere primo occurſu, ego vero poſt ablatam pituitam ſcio ab his calorem natiuum egregie excitari, ſi adſit continuatio. Vtilis etiam in primis ad ventriculum eſſet ſyrupus ſeu brodium (vt appellant) zinzib. conditi. Eſſet profecto bonum confortatiuum ventriculo tuo ſic affecto, ſi mane vnum aut alterum cochlear exſorberetur. Et quia noctu plerumque ſe exerit & ſæuit cruditas, poſſet de Zinzi. condito radix vna pro concluſione edi, illa calefaceret os ventriculi & cerebrum frigidum, & ſiccaret ſuperiora magis, quam inferiora. Ego ipſemet ſic facere ſoleo, quoties cruditates, refrigerationem cerebri, & tumultuoſa ſomnia ſentio. Oportet etiam accedere bonam victus rationem. Sorbitiones hoc non præſtabunt, quæ potius ventriculum languidum reddunt multo vſu. Vitulina caro, capones, gallinæ, auiculæ, hœdinæ, oua, & ſimiles cibi, qui bonum ſuccum præbent, & minime difficilis coctionis ſunt, hæc alimentum corpori alendo vtile ſuppeditant, præſertim ſi adhibeatur bonum vinum. Deinde exercitio quoque ante cibum excitandus eſt calor naturalis, veluti flabello, captandæ occaſiones hilaritatis, & ſeponendi interdum libri, præſertim à cibo. Talia ſæpe plus proſunt, quam multa & operoſa medicamenta.

Pro ... Zinzibere.

Addere debebam vnguenta & ſacculos ſtomachales, ſed hæc antea ſcripta ſunt. Dices: non ſentio me admodum illis iuuari, vt cupiebam, quomodo hæc externa agere poſſunt in ventriculum, cui inſidet & adhæret pituita? Liberato certe ventriculo à pituita egregie auxiliantur in ſuſcitando calore naturali, & iuuanda concoctione. Non leuiter autem erratur cum bona medicamenta male audire coguntur, eo quod non protinus iuuamentum ſentitur. Calor naturalis modicis præſidiis fouetur, vt ſcintilla modica ſufflatione excitari debet, vehementia hæc non præſtant. Tertius ordo remediorum continebit ea, quæ aluum lubricam retineant, eamq; officio ſuo fungi in excrementorum ſpontanea eductione cogant. Hæc, vt video, tibi eſt ſacra anchora. Videamus autem cur retineatur pituita cum excrementis, & ſequatur colica.

Vnde colica.

Abdomen eſt frigidius. Igitur pituita cum in inteſtina peruenit, quodammodo congelatur, & fit vitrea, & ipſa pituita cum ſit frigida, magis adhuc refrigerat inteſtina, & vi ſua priuat, vt langueat vis expulſiua. Interdum etiam exoritur calor tenuum, qui inteſtina ſibi vicina areſacit, atque hoc modo etiam dura fit aluus exiccatis inteſtinis & excrementis, cumque pituita in flatus diſſoluitur, nec inuenit exitum, colici dolores excitantur, qui non prius miteſcunt, quam flatibus & excrementis per clyſteres, aut aliis rationibus monſtratus ſit exitus. Eſt igitur aluus aperta & lubrica in hoc valetudinis ſtatu magnum ſane beneficium, ſed eo etiam reſpiciendum eſt, vt ſit diuturnum. Tale vero eſſe non poteſt, niſi inteſtinorum intemperiei & imbecillitati conſulatur. Dicam paucis quomodo. Mane cum pro confortatione ex prædictis aliquid aſſumptum fuerit, tum poſt duas horas fricetur abdomen ſeu venter frictione molli, vſque ad aliquam rubedinem, vt ſic calor ventris & inteſtinorum excitetur. Poſtea inungatur vnguentum mollificans, F, circa vmbilicum & infra (non vero vngatur ventriculus) at tum imponatur linteum cera obductum (ein gewichſt Tuch / oder durchs Wachß gezogen / pharmacopolæ parare ſolent) id non ſolum comprehendat partes inunctas, ſed etiam ventriculum, etiamſi non vnctum, vel certe ſuo vnguẽto nempe ſtomachali vnctum. Complectatur nonnihil etiam ſpurias coſtas ſeu hypochondria, & ſuperponatur linteũ aut faſciis ligetur cera tinctum linteum ne decidat:

Linteum in cerata mollificas ventrem.

Vnguentum mollificans.

℞.Ol. lilior.alb.
Chyrini an.℥ß.
Chamomil.ʒ ij.

Maſtic.

Maſtic.ʒj.
Pingued.gallin.
anatis an.ʒ iij.
Butyr.rec.non ſaliti ʒ ij.
Medullæ crurum vituli ʒ iij.
Miſce,f.linimentum F.

Tum ſi ſequeretur exercitium corporis aliquod, vſque ad corporis moderatam caliditatem, citra laſſitudinem tamen, ſuſcitaretur, & à linteo etiam foueretur calor natiuus inteſtinorum. Tandem poſt quietem vnius horæ poſſet cibus ſumi. Et hæc ita fieri oporteret per aliquot dies, donec inteſtina ad officium reducta eſſent. Interdum balneo aquæ dulcis inſidere horam vnam aut alteram ante cœnam vtile eſſet. Cuidam incoquebamus caput, & inteſtina ouis ad emendandam ſiccitatem, quæ in eo erat nimia, & plurimum ſe iuuari dicebat. In egreſſu iterum vſurpari poſſet, (ſi opus eſſet) vnguentum mollificans cum linteo incerato, & quiete ad horam dimidiam. Ille linteum illud ſemper geſtabat, donec ſe melius habere animaduerteret. Pro mollificatione intra corpus vſurpanda nihil melius eſt, quam oleum amygdalarum dulcium, ex recentibus amygdalis expreſſum, quod non eſt rancidum. Id loco butyri in ſorbitiones indi poſſet. Bene ſapit, & præter hoc, quod inteſtina mollit, prohibet ariditatem corporis & pinguefacit. Interdum etiam cum aluus lenibus aperiri nequit, diſſoluenda eſt ℥j. mannæ in paruulo iure gallinæ, vel bubulæ carnis. Vbi vero animaduerſus fuerit renum calor, qui inteſtina & ſedes exiccet, vnguentum ad renes inungendum erit. Sed hæc nota ſunt. Poſtremo ad colicam ſcriptæ ſunt rotulæ G. de quibus quatuor aut quinque, pro earum magnitudine vſurpandæ ſunt ad præſeruationem:

Pro nimia ſiccitate do ſſium.

Aluũ mollit oleum amygdalarum.

Rotulæ ad præſeruationem colicæ.

℞.Pulu.cornu cerui vſti ℈ ij.
oculor.Lucior.
Cancrorum an.℈j.
Sem.card.bened.
Corall.rub.præpar.
Buli armen.veri præpar.an.℈ß.
Maſtich.℈j.

Sacchar. albiſſ.℥ iij. ß.diſſol. aq.menthæ, affuſa aquæ cinam.q.ſ. additis:

Ol.Zedoar.gut.vj.f.conf.in rotulis.G. Et interdum etiam pro flatibus diſcutiendis ſem. aniſi, & fœniculi, vnius ſaltem tunicæ. Hæc exiſtimaui hoc tempore P. T. præ cæteris vtilia fore. Faxit Deus vt per hæc Inculpatam ſanitatem aſſequaris. Scribe quæſo an tibi ſic ſatisfactum putes, vel an præterea aliquid expetas. Ad omnia enim officia, quæ ab amico fido præſtari poſſunt, ſemper ero paratiſſimus. Deus Opt. Max. valetudinem optimam P.T. largiatur, & ad eius recuperationem hæc velit eſſe efficacia. Francof. 30. Maii, Anno 1579.

In colica,

D. IOH. NÆVII

CONSILIVM CLXVI.

PER ſuperiora multa dari medicamenta in colicis, non ita ſemper conuenit, multo ſalubrior eſt crebrior clyſterum vſus: qualis eſt ſequens.

Clyſt.

℞.fol.Maluæ.
Biſmaluæ.
Mercurialis.
Branchæ vrſinæ.
Fl.Chamom.
Meliloti an.m.j.
Fl.Origani.
Calaminthæ montanæ.
Rutæ an.m.ß.
Fl.Lauri p.ij.
Sem. aniſi.
Fœniculi an.ʒ ij.ß.
Cumini.
Carui an.ʒj.ß.
Rutæ ʒ ß.
Bacc.Lauri, nu.ix.
Gran.Iuniperi ℥ß.
Coq.in ſ.q.aquæ ad tertias: Colaturæ
℞.℔.j.in aqua diſſolue.
Hieræ pic.ſimpl.
Bened.Laxat.an.ʒ iij.
Elect.de baccis lauri ʒ ij.ß.
Ol.lilior.albor.
Chamom.
Rutæ an.℥j.
Butyri recentis ſine ſale ʒ x.
Vitelli oui nu.j.
Sacchar.rubei ℥j.
Salis triti ʒ ß.Miſc.f.clyſter.

Altero die ante cœnam dimidia pars ſumatur ſequentium pillularum:

℞.Spec.Hieræ picræ ſimpl.
Pill.Alephang.
Aurear.an.ʒj.
Diagrydii gr.iiij.

Miſce, & f. pillulæ XLII. cum aq. fœniculi, & inuoluantur pulu.
Cinamomi.

Aliquot dein diebus vtatur ante cœnam & prandium ʒ j. pulueris ſequentis, ſæpiſſime in Colica à me experti, cum vino albo:

Puluis in colica expertus.

℞.Cinam.inter. opt.ʒ iij.
Galangæ.
Calami aromat.an.ʒj.
Baccar.Lauri.ʒ j.ß.

Cimini ʒ ij.
Cornu cerui vſti ʒ j.ß.
Sem.Rutæ ʒ ß.
Aniſi.
Fœniculi an.℈ iiij.
Caryophyllor.ʒ j.

Puluerifatis ſingulis ſubtiliſſime,& miſtis adde:

Specier.dianiſi ʒ j.ß.
Sacchari albiſſ.ʒ v.℈ ij. f.Tragea.

Emplaſtrum denīq; in torminibus celebre ſequens eſt.

Emplaſtr. ℞.Emplaſt.de baccis lauri ℥ iiij.
de Meliloto ℥ j.Miſc.

Malaxetur & redigatur in maſſam cum modico ol. Chamom.& Rutacei.

In colica, pro quodam Generoſo Domino,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CLXVII.

CATARRHALI febre, qui morbus Epidemius fuit, Generoſiſſimum Dn.laboraſſe intelligo. Materiam deinceps, ad articulos delatam, excitaſſe articulorum dolores, hos in colicos tranſiiſſe. Renum etiam affectorum magis ſuſpicio fuit, quam indicium certum. Conſilii mei rationes vt exponam, à me poſtulatur. Vtinam poſſem in iſta temporis anguſtia tam accurate hoc facere, quam ex animo cupio. Febris fuit catarrhalis, & quia contagioſa, haud dubie putrida. Putredo inuaſit in pleriſq; corporibus icho res omnes, itaq; per ſudores ea eſt finita. Cū autem in Generoſiſſimo Dn. natura per ſudorem non ſatis corpus expurgauerit, neq; forraſſe auxilia, quæ naturam adiuuarent, adhibita fuerint, nil mirum, ſi febrili calore fuſis humoribus & ichoribus impellentibus materiam ad partes debiles, & in quibus podagrici dolores prius calorem innatum læſerunt, fuerit expurgata & reiecta. Eam vero materiam regurgitaſſe, & colicos dolores excitaſſe, nullo modo mihi perſuadeo. Vera huius colicæ cauſa. Sed cum ratione febris & caloris naturalis, & doloris podagrici impeditæ ſint coctiones, & cruditates auctæ, crudi iſti humores delati ad inteſtina, hoc malum excitarunt colicum. Talia & cruda & craſſa cum per vrinas excreta eſſe ſignificetur, non mirum ſi dolorem renalem commouerint. Imo ſi obſtructis meatibus renum retenta eſſent, & renes ſupercalefacti per obſtructionem, haud dubie illa materia indurata & aduſta, calculos renum produxiſſet. Hæc cum ita ſe habeant, quæ indicentur, Medico patent: Febris & catarrhus, cuius illa fuit ſymptoma, iam abierunt. De podagricis doloribus ſatis, multa alias monuimus. Cum autē colicum dolorem ab humorib. crudis vel obſtruentibus, vel in flatus reſolutis generari conſtet, præcautio in eo conſiſtit, vt cruditas omnibus modis vitetur. Cauenda igitur ſunt omnia, quæ calorem naturalem, coctionum effectorem, vel lædant, vel impediant, in tota Diæta. victus ratione: de quib. cum ſpeciatim monere longum eſſet, hoc vnum moneo, vt varietatem ciborum vitet, & ſimpliciſſimo victu contentus ſit. Is autem ſit boni ſucci, verum non ſuperflui, qualis plerumq; in auib. & animalibus nimio ſtudio ſaginatis reperitur. In potu cereuiſiam triticeam, & vnum Rheananum laudo. A crudis omnibus & flatulentis cauendum, & ſtatim à cibo exercitia, decubitum, atq; concubitum vitandum exiſtimo. Sed de his Medicus præſens monere poterit. Ad conſeruationem caloris vēter torus panno lineo veteri, multis modis Pro fouendo conſeruandoq; calore. complicato, ac ſuffitu facto ex Benzoino & caryophyllis muniatur. Vtatur confectione aliqua excitante & roborante calorem innatum, vt ſunt pulueres, Arom.roſ.cum ambra, ita vt ad ℥ j. pulueris addatur ambræ ℈ ß. & ſacchari ℔. ß. De hoc puluere ſumat vel cochleare vnū per ſe, vel in ouo ſorbili. Magis probo iſtos pulueres, cū in ſaccharo calefacto & fuſo vis ambræ & ſpecierum infringatur. Semel in hebdomada, præſertim in hyeme, recte aſſumet matutine ℈ j. Mithridatii vel theriacæ cū ſaccharo roſato. Interdum zinziber calam. aromat. vel galangam conditam. Ad tardam aluū & remouendam In aluo aſtricta pilula. materiam nihil conducibilius catapotiis ex aloe roſata & myrrha, ita vt ad ʒ j Aloes adiiciatur myrrhæ ʒ ß. Vrgentibus vero dolorib. iniiciatur clyſter, ex decocto veronicæ hoc modo:

Ad dolor. clyſter. ℞.Veronicæ m.iij.
Flor.Sambuci m.j.
Abſinthii p ß.

Decoquantur vel in lacte, vel quod melius eſt, in iure capi.

℞.Colaturæ ℔.j.ß.
Sacchari ʒ iij.
Aloes ℥ j.ß.
Myrrhæ ʒ j.

Ebulliant rurſus, & applicētur. Foris, vt ante & me monuiſſe puto, decoct.ē vino vel lacte cum melle, & myrrha plurimum probo: applicetur autē ventri calidi lineis pannis in ea madefactis. Hęc vero à benigniſſimo Deo fortunari ex animo precor. Et ſi de aliis admonitus fuero, plenius meā ſententiam, cū omnia generoſiſſimi Baronis cauſa velim, expoſiturus ſum. Vt decoctum veronicæ ex vino bibat, omnino conſulo. Renes vnguento noſtro roſato recte inungi poſſe iudico.

In colicis, & aliorum inteſtinorum doloribus, pro quodam Generoſo Domino,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CLXVIII.

Secretum Cratonis in Colica.

COlicis doloribus non memini S.G. infeſtari. Renum autem dolorem ſæpe videri colicum, cum non ſit, ſciunt Medici. Oleum amygdalinũ cum vino Maluatico hauſtum, vſitatum & peruulgatum eſt remedium. Verum ego drachmam dimidiam ſpermatis ceti addo, atq; hoc inter efficacia & ſecreta remedia habeo. Sed videndum ne ſperma vetus ſit ac rancidum. Vſus balneorum, præſertim in his regionibus, in quibus dolor colicus plerumq; in paralyſin tranſit, nequaquam tutus eſt. Galenus in dolore, à ventoſitate orto, cucurbitam magnam cum multa flamma ventri ad vmbilicum admonet, & ita ſubito auxilium ferre affirmat, vt incantamenti ſimile videatur. In pauperibus allium cum ſale contuſum ſæpe magno ſucceſſu ventri apponitur. Sed ſi dolor eſt à materia craſſa, conuenientia enemata ex vino, puluere hieræ & aloe adhibeantur. Hoc vero cum in S. G. propter hæmorrhoides locum non habeat, meminerint Medici caute cum his procedendum. In colica & iliaca plurimum valet extractum calami aromatici ad ℈ j. cum ſyrupo aliquo ſumptum. Item Mithridatica antidotus cum ſucco eſtoniorum in lienteria.

Cautela de Balneis.

Extractum calami aromatici.

In præcautione colici doloris pro quodam Nobili viro,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CLXIX.

SApienter, vt cætera omnia, hoc noſter Hippocr. ſcripſit.

Nihil paruum, nihil contemnas.

Vtinam autem Politici viri illud non tantum in valetudinis cura: verum etiam reipublicæ obſeruarent, minus fortaſſe calamitatum in communi vita eſſet. Cum igitur à me conſilium requiratur de præcautione colici doloris, atq; pareſi, quæ iam ſemel in hoc corpore colicum dolorem conſecuta eſt, principio hoc moneo etiam atq; etiam procurandum, ne rurſus in illud malum vir præſtantiſſimus incurrat, cum perpauci, quos ſecundo hic morbus inuadit, periculum effugiant. Nam prior morbus ita plerumq; naturam debilitat, & eam intemperiem in inteſtinis relinquit, etiam membra paralyſi affecta eo modo debilitat, vt cum ſecundo recurrit, vel intemperantia acceſſitur, optimis etiam remediis parum iuuetur. Hęc eo pertinent, vt vir prudens admonitus maiori ſtudio periculum vitet. Porro cum cruditas prima cauſa ſit, & quaſi fons & origo huius morbi (hanc enim flatus & cæteræ moleſtiæ conſequuntur) in primis enitendum, vt corpus cruditate vacet. Id fiet obſeruata recta victus ratione, quæ in diligenti cura rerum non naturalium, vt Medici appellant, conſiſtit. Quod igitur in præſentia dixi, idem nunc de ſententia Galeni noſtri repeto: ſuperuacaneum eſſe optima medicamenta iis præſcribere, qui rectam victus rationem tenere nequeunt. De aëre non multa dicam, cum ferendus neceſſario ſit occupatis, qualis occurrit; verum etiam cum is corpora noſtra plurimum immutet, contra iniurias illius corpus præmuniendum. Frigidus igitur & humidus quantum fieri poteſt vitandus. Inferior venter totus lineo panno veteri & attrito, decuplo etiam, muniendus, & charta papyri ſuperponenda, vt minus aer inteſtina, & membra nutritioni ſeruientia afficere poſſit. Pedes etiam neque humectandi ſæpe, multo minus refrigerandi. De cibo & potu longa futura eſſet commemoratio, ſi ſingulis inhærere vellem. Vt cibus ſit ſimpliciſſimus, & minime varius, præſertim in vno paſtu ſumptus, moneo. Carnes, piſces, lacticinia minime miſceat, & quantum poteſt, cum piſces, & lacticinia ad prouentum pituitoſi humoris faciant, vitet. A crudis vero plane abſtineat. In potu cum plurimum peccetur, adhibenda eſt diligentia, vt quæ noceant, vel proſint nobis, obſeruemus. Nam potus, quem ventris murmura & flatus conſequuntur, quique per vrinam difficulter tranſit, noxius omnino eſt, itaque cauendus, ac licet ſit diureticus: tamen cum pituitam ſecum rapiat intempeſtiue, obſtruit meatus, & multa incommoda affert. Cereuiſiæ igitur hordeaceæ vſum nequaquam probare poſſum. Neque etiam noſtratis arietis, quem potum plerumque crudum bibimus, niſi vectura, vel debita cura cruditatem emendet. Conuenientiſſimus igitur vſus eſſet cereuiſiæ Bohemicæ bene defecatæ atque maturæ. Vinum omne ſuſpectum. Dulcia enim craſſa & turbida plurimum nocent, etiam ſi parce ſumpta non magnopere lædere videantur. In primis autem Morauica noxia ſunt, & natiuum quiddam, quod hunc morbum conciliat, in ſe continent. Hinc tot colicos & paralyticos in Morauia videmus. Nec ab hac malitia abſunt Auſtriaca, niſi bene atque ſæpe ſint elutriata. Rhenenſia pura, matura, non contaminata hominum fraude, innocentiſſima ſunt. Horum igitur vſum laudarem, ſi in prandio tantum vinum biberet,

Pareſis recidiua incurabilis fere.

Venter quomodo muniendus.

Aries Vratislauienſium cereuiſia cruda.

Vina mala Auſtriaca, Morauica vero colicis & paralyticis inimica.

in cœna vero cereuiſia, vt dixi, alba contentus eſſet. De ſomno, & cæteris rebus non naturalibus, vt Medici appellant, nihil præcipio. Ad medicamenta autem quod attinet, cum etiam in exquiſita victus ratione crudi & corrupti humores colligantur, familiari aliquo medicamento expurgandi ſunt, ne mole ſua noceant. Itaque niſi vel inſignis æſtus, vel frigus obſtet, recte vtetur pilulis, quarum iſta eſt compoſitio:

Pillulæ.

℞. Aloes roſatæ ʒj.
Rhabarb. el. pul. & aqu. cinamo. aſperſi ℈ ij.
Agarici recenter trochiſchati ℈ j.
Maſtich.
Myrrbæ an ℈ ß.

Cum ſyrupu de abſinthio reformentur pilulæ numero xxv. De his pilulis capiat hora vna ante cœnam, præcedente prandio tenui, ſingulis octo diebus quinq;, vt ſi parum ſubduxerint, ſeptem. Videntur quidem clyſteria in hoc malo minus noxia: ſed ſi malum ſupra vmbilicum eſt, parum iuuant. Vt vero ſemper periculoſius inteſtina ſupra vmbicilicum, quam infra laborant: ita clyſteria iniecta, dum obſtructiones in ſuperioribus partibus ſunt, parum materiam attingunt, & ſæpe vſurpata hoc incommodum afferunt. Primum, quod ſegniorem virtutem expulſiuam reddunt, & efficiunt at aluus nõ niſi irritata ſe exoneret. Secundo, quod iſtæ impulſiones ſubitæ materiæ enematum, vel nimis calidæ, vel frigidæ temperamentum inteſtinorum lædunt. Deniq; quod nullum enema applicari poſſit, quin non ſimul multi flatus intrudantur: doloribus tamen vrgentibus cum pilulæ, & ſimilia medicamenta per ſuperiora crudis exiſtentibus humoribus minime tuto adhibeantur, neceſſario ad enematum vſum deueniendum eſt. In primis vero commendatur decoctum veronic. quæ à proprietate colicis medetur. Ea coquitur in iuſculo gallinaceo, & libræ iuris decocti adiiciatur vini Maluatici ℔ ß. Myrrbæ ʒ ß. & tamquam clyſter imponitur. Recte etiam decoctum veronic. ex vino cum dimidio ſcrupulo myrrhæ per ſuperiora inchoãtibus & vrgentibus doloribus datur. Sed curationem, quæ præſentem Medicum requirit, neq; ex præſcripto recte ſuſcipitur, non inſtitui nunc ſcribere. Quæ ad præcautionem facere videantur, de iis monere volui, & cum duo iam abſoluta ſint à nobis: primo, vt cruditates vitentur, nec materia cumuletur: deinde vt materia collecta paulatim ſubducenda ſit: reſtat tertium, quid ad roborandum calorem innatum fieri debeat. Etſi autem calor corrupto temperamento partium, & ſublato, vel impuro reddito humido, cui ipſe inſidet, & à quo fouetur, difficulter ad ſuam moderationẽ reduci ita poteſt, vt officium ſuum integre præſtet: tamen quãtum in nobis eſt annitendum, & anceps potius quam nullum remedium adhibendum. Conſului de vſu ol. abſinthii, quo totus venter matutine inungendus, in abſinthium maxime partes roborare Medicis videatur, ne flatus ſuſcipiant. Sed magis iuuabit meo indicio oleum magiſtrale, quod *ſtomachale* nominant. Maxime autem flatibus reſiſtet ſi ambra liquida, vt vocant, vmbilicum inunget, vel ſi ea haberi nequit, ol. myrthæ. Muniet etiam ventriculum emplaſtro, vel ſcuto, quod vmbilicum attingat ex cera & ladano confecto, ſi huic ambra, griſea vt appellatur, in puluerem redacta, inſpergatur, longe potentius remedium erit. Intra corpus ſumet interdum cum vino poſt parcam cœnam tribus vel quatuor horis ſcrupulum vnum radicis zedoariæ inciſæ. Nonnũquam ſextam partem ſcrupuli myrthæ ſelectiſſimæ. Singulis etiam menſibus matutine horis ſex priuſquam cibũ ſumat, accipiat ſcrupulum vnum Theriacæ, vel Mithridatii bene confecti: & ſi rationes illius hoc ferunt, ſingulis annis ſemel in Thermis lauet. Nam ſi quid aliud, maxime Thermarum vſus labefactatum calorem erigit. *Hirſchbergenſes* laudo, ſed *Landecenſes*, etſi caleſiant, multis de cauſis præfero. Hæc habui quę nunc monerem. Ea ſi ornatiſſimus vir obſeruauerit, hauddubie re ipſa experietur, me recte & fideliter monuiſſe. Vt autem à Deo, ſine cuius numine nihil fœlix & ſalubre, fortunentur ex animo precor.

Si colica ſupra vmbilicum parum iuuant clyſteria.

Incommoda frequentis enematum.

Decoctum veronicæ.

Myrrha.

Præſeruatio.

Ol. abſinthii.

Ol. ſtomachale contra flatus.

Scutum.

Zedoaria.

Landecenſes thermas Hirſchbergenſib. præfert Crato.

In colico dolore, cum ictero, & cachexia, pro quodam generoſo Barone,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CLXX.

POSTEAQVAM Generoſus Dominus in grauiſſimis doloribus colicis, quibus vno anno oppreſſus iacuit variis, medicamentis eſt vſus, in thermis etiam Carolis & in aliis lauit, aquas bibit, & nihil non tentanit, ineunte Februario infirmiſſimis viribus Pragam venit. Cumque viderem virium robur totam curationem poſtulare, vt dolores quoquo modo ſedarentur, quia virtus vitalis, iacente iam naturali, caſura videbatur, cliſteres ex oleis cum decocto veronicę adhibui, & per ſuperiora varia, quæ dolores colicos ſedant, tentaui. Nihil eorum profuit, quæ ſæpe prodeſſe expertus ſum, ſperma ceti, cum ol. amygdalarũ, puluis ex corticibus aurantiorum cum zedoaria, atque alia

Ol. amygd. cum ſperma te ceti. Puluis è zedoaria.

alia fruſtra adhibita. Nihil cucurbita cum flamma profuit, cum tamen flatuum manifeſta eſſent indicia. Neſcio autem, qua bona fortuna in radicem Imperatoriam, quæ *Cardopatia.* ſpecies Chamæleontis albi eſt, & vulgo cardopatia appellatur, incidi: Eam igitur cyatho vini impoſui, & ſingulis diebus ante cœnam hauſtum dedi, & cœperunt dolores conquieſcere. Cum autem radix illa aliquid malignitatis, præſertim cum eſt humidior, haberet, itaque cum triduo ſumſiſſet, & dolores iam remitterent, poſtea drachmam mediam myrrhę in vino ſub medium noctis exhibui. *Theriaca cũ extracto calami aromatici,* Dedi etiam theriacam cum calami aromatici extracto, quæ remedia ſecundum diuinam benignitatem præcipuum auxiliũ tulerunt. Vt autem cauſam, quam ſatis demonſtrabat Icterus, maximas nimirum obſtructiones tollerem, pituitam primum præparare, tandemque paulatim educere ſtudui. In præparatione pituitoſi humoris victus ratione, quæ abſtergeret & incideret, ſum vſus: deinceps catapotiis noſtris ex tribus boc modo factis:

Pillula ex tribus Cratonis.

℞. Aloes ſucco roſar. ſexies imbutæ
Rhabarb. elect. ſubtiliter pulueriſati, & aqua cinamom. aſperſi ʒ iij.
Agarici recenr. trochiſcat. ac oxymelite imbuti ʒ j.ß.
Myrrhæ electi
Maſtiches pulueriſat. an. ʒ ß.

Miſceantur omnia, & fiat maſſa, de qua pro vna vice ex ʒ j. reformentur pill. nu IX. Accepit ante cœnam alternis diebus. Hæ pillulæ ſatis ſubduxerunt aluum, ita vt plurimum pituitæ excerneret: Bibit deinceps aquam cuſcutæ, & ſyrupum de ſucco endiuiæ, & de duabus radicibus. Admiſcui interdum ſyrupum Bizantinum ad hunc modum:

Syrupus.

℞. Aq. cuſcutæ ℔. j.
Syr. de ſucco Endiuiæ ℥ j.
Bizantini.
de duabus radicibus an. ℥ ß.
Miſce.

Ita & colici doloris cauſa, & icterus ſublatus eſt: Remanſit tamen quædam cachexia, ad quam oleum illud, quod in conſilio de tumore œdematoſo pedum ſcripſi, adhibui, & vt in potu aquæ atque cereuiſiæ ſibi temperaret, monui.

In colica, & paralyſi ex colica, pro quodam Nobili viro,

D. Ioan. Cratonis
CONSILIVM CLXXI.

EX literis ad me miſſis non ſatis intelligo, ſit ne colicus dolor, & an is etiam nunc perſeueret, an vero in paralyſin deſierit. *Pro colica Enema.* Si adeſt colicus dolor etiam nunc, iniiciatur per enema oleum amygdalar. dulcium cum vino maluatico, & imponatur aliquid radicis ireos pulu. & dictamni albi pulueriſati. Apponatur ventri rete caſtrati coctum in oleo, adiecto chelidonio maiore, contuſo cum radicibus, ſi haberi poſſunt. *Catuli lactantes.* Proſunt etiam catuli lactantes ventri appoſiti, qui ſi veteribus Latinis Medicis fides eſt adhibenda, malum ad ſe trahunt, atque ipſi deinceps colicis doloribus moriuntur. *Venter anatis viuæ.* Ventrem etiam anatis viuæ deplumatum malum ad ſe trahere, ſi ventri apponatur, experientia cõſtat. Idem præſtat rana viua apppoſita. *Empirica in colica remedia.* Magni etiam Medici aquam frigidiſſimam apponunt, cuius etiamſi autores habeant, nolim tamen vllum temere ad hoc remedii genus deuenire. Per os magno cum adiumento datur album, quod in ſimo gallinaceo reperitur, ex optimo vino. Quidam adiiciunt membranas interſepientes nucleum in iuglande: Decocto braſſicæ vti in vetere iure galli, magno etiam adiumento eſt. Nonnunquam colicus dolor in paralyſin tranſit, atque huius initium iam factum cognoſco. *Paresis.* Cum autem in hoc malo non ad principium neruorum, ſed plerumque ad muſculos malum tranſmittatur, atque ii, vt poſt graues labores langueant, conſequens eſt in exſtirpanda materia curationem ex muſculis, iisque corroborandis conſiſtere, non neglecta corroboratione inteſtinorum. Itaque vmbilico deſtillatum noſtrum ex galbani libra vna, hederæ & baccarum lauri an. ℔. v. imponitur, prius tamen fecibus ſubductis. Nam nequaquam aluo adſtricta exhibendum eſt. *Puluis cornu cerui.* Vbi hoc factum fuerit, vtatur frequenter iſto puluere: Tenera ceruorum cornua in taleolus ſecentur, & ſiccentur atque pulueriſentur. Huius pulueris vnciis duabus adiiciantur myrrhæ drachmæ duæ, piperis albi ʒ j. Vtatur ſæpe ex vino vel potu. *Fotus muſculorum.* Deinde muſculi fomententur decocto roriſmarini, iuæ, & origani. Poſtea inunctiones adhibeantur, quæ pro diuerſitate materiæ ſunt variæ. Formulas notas eſſe Medico præſenti arbitror. Verum ſi eas deſiderat, verbulo admonitus diligentiſſime & lubentiſſime ſum præſcripturus.

In paralyſi ex colica,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLXXII.

ETſt infirmiſſime valeam; tamen perſoluendum mihi eſt tuæ humaniſſimæ epiſtolę;ne beneficii tui immemor atque ingratus videar. πάρεσις, quæ colicum dolorem conſequitur, à paralyſi, quæ apoplexiam vel paraplegiam comitatur, origine & cauſis d ffert. In paralyſi cerebrum,& principium neruorum affectum eſt;itaq; ad caput & ſpinã dorſi remedia adhibemus. In pareſi poſt colicam malum ab inteſtinis oritur,& impetu quodam ad membra exteriora fertur, ac muſculos, tendines,& partes exteriores occupat;ſæpe principio neruorum illæſo. Itaq; primum inteſtinorum malam intemperiem corrigere ſtudemus: deinde materiam,quæ in membris exterioribus eſt, diſcutere, & membra corroborare, hoc eſt,ad ſuam temperiem reducere. Ad intemperiem vero inteſtinorum, niſi inflãmatio adſit, fœlici ſucceſſu deſtillatum è galbano, baccis lauri, & gummi Elemi vmbilico adhibui. Membris vero exterioribus pro corporum conſtitutione fomenta & vnguenta, quorum formulas habet Schuuarzenkopfius, ego certas nunquam obſeruaui, ſed, vt corpora ferebant,ordinaui.

Pareſis à paralyſi differt.

In pareſi à colica intemperies inteſtinorum corrigenda.

Deſtillatum à galbano.

Deſtillatum:

℞.Gum.Galbani.
Elemi.
Hederæ.
Ol. laurin. (aut etiam baccarum lauri)
an. partes æquales.

Herba & radices pro fomento.

Deſtillentur. Seruentur ſeorſim,primo aqua: deinde oleum clarum: tertio oleum craſſius,veluti mel,quod eſt optimum.

℞.Rad.vrticæ m.iij.
Iuæ artheticæ m.ij.
Baccar.lauri.
Saluiæ.
Rutæ.
Roriſmarini an.m.j.
Gran.iuniper.m.j.ß.

Incidantur,& dentur in chartam pro balneo.

Vnguentũ.

℞.Pingued.taxi.
Vulpis.
Gallinæ.
Anatis.
Anſeris.
Ciconiæ an.℥ j.
Succi ſaluiæ.
Abſinthii inſpiſſat.an ℥ß.
Ol. laurini ℥ ij.

Miſc. f. vnguentum, quo inungatur poſt balneum.

In paralyſi ex colica,pro quodam Theologo,

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIVM CLXXIII.

NON ſine magna affectione animi legi querelas tuas de recenti quodã morbo tuo, tibi quidem nouo, & ob hoc ipſum formidabili,ſed veteribus non incognito,vt quem Aetius Medicus ſuo tempore in Italia epidemialem fuiſſe ſcribit, vbi coli dolor ſedem mutauit, & cauſa veluti motu decretorio in muſculos ac tendines extremarum partium translata fuit. Hanc affectionum ſymptomaticam translationem Medici vocant μετάστασιν, cum morbus de vno membro in aliud ob congenerem ſubſtantię ſimilitudinem transfertur. Atq; ea ſane morborum permutatio iam crebrior eſſe incipit, quam vellem. Ex multis recitabo tibi ſaltem duo exempla hominum notorum, vt videas, te ſocios habuiſſe malorum. Alexander N. multo tempore obnoxius fuit doloribus colicis,& rediit is morbus ſæpe propter intemperantiam ipſius, etſi poſt vſum remediorum acceſſiones fuerunt rariores. Tandem poſt ingentem quendam paroxyſmum reſoluti ſunt illi externi artus, nempe, pedes, brachia, & manus, ſecuta ἀτροφία non brachiorum ſaltem, ſed totius etiam corporis. Vſus eſt remediis paulatim phlegma detrahentibus, potione ex herbis & manna, dedit operam, vt aluus quotidie eſſet aperta, confortatus eſt ventriculus intus rotulis,foris vnguentis, & ſacculis, denique cum viderem alienam humiditatem inſinuaſſe ſe in membra exteriora, dedi illi decoctum ligni guaiaci per quatriduum, iuſſi vt ſudaret, quantum vires ferrent. Repetiui id poſtea,cum bene conueniret. Idque factum eſt decumbente ſocero meo Croſnæ, paulo ante mortem ipſius. Quæris euentum? Antea ingerebatur illi cibus inciſus in os, cum ipſe nec cultrum tenere,nec manum ori admouere poſſet. Tũ vero me ipſum inuiſente anatomicum agebat, gallinaque è patina arrepta & inciſa, mihi quicquid toto prandii tempore edebam, præponebat. Reliquum erat, vt paulatim calorem naturalem ſuſcitare, & auctiorem reddere ſtuderet, ſed ille neglectis remediis intemperantiæ frena laxabat. Interea nugiuendus quidam Paracelſicus (qui poſtea furto ablatis rebus alienis, & conuaſatis coniecit ſe in pedes) magnifica illi pollicitus, valetudinem ipſius violentis & vitriolatis remediis, aut venenis potius, ita attriuit, vt poſtea non tam de morbo propulſando, quam de viribus ſuſtentan-

Pareſis Epidemialis tempore Aetii.

Hiſtoria dua.

Vitriolata remedia.

tentandis & retinendis ſolicitus eſſe cogerer. Ita ille, dum ſubito conualeſcere cupit, malam valetudinem (nebulonis illius mendaciis in ſpem ſummam erectus) ſibi accerſiuit, ac ſic tandem periit. Qui ſi recta conſilia ſequi perrexiſſet, per multos annos vita frui potuiſſet.

2. Alius caſus. Alter eſt Albertus N. qui ſimiliter ex colico factus erat paralyticus, ita vt præter collum cæterorum nihil mouere poſſet. Dixi illi ne nimium properaret vſurpandis remediis, ne fieret humorum aliqua vehemens agitatio, ſed ſenſim illi collectos humores detraxi, & propemodum eadem vſurpaui, quæ apud N. prædictum. Eduxi pituitam per nares, adhibui fomenta manibus, vt confortarentur nerui, viuit & valet hodie adhuc, venatur, potat, omniaque munia ita obit, quaſi antea nunquam ægrotarit. Hæc propterea ſcribo, vt videas primum morbum non eſſe nouum & inſolitum, deinde non eſſe incurabilem. Tu quidem ſcribis: illi calamum digitis tenere non potuiſſent: ſed quoniã rogas, vt totam morbi rationem tibi exponam, faciam id quidem lubenter, ſed tu boni conſules, ſi in hac mea inquietudine confuſe ſcribam. Scis ipſe inteſtina eſſe quaſi ſentinam excrementorum corporis, eoque delegari excrementa vt excernantur.

Cauſa colicæ. Id ſi fit, nihil eſt in colica periculi. Sed ſi incidat inteſtinorum repletio, vel primo ex flatibus inteſtina vehementer diſtendentibus, vel ſecundo ex humoribus craſſis, frigidiſſimis, qualis eſt pituita vitrea, vel tertio acribus, rodentibus vt à viridi illa ſeu æruginoſa bile, tum ſane iam materia adeſt colicos dolores excitare parata.

Tria in colica. Sed cum morbus inuadit, tria illa cõcurrere ſolent.

1. I. Obſtructio alui, propter aridorum ſtercorum copiam.

2. II. Siccitas inteſtinorum, cum qua ſæpe coincidit tenuium obſtructio & caliditas, ſiccitatem illam fouens. Interdum etiam purgationes nimis crebræ vias poſt ſe reſiccant, præſertim cum tenues materiæ expurgantur relictis craſſis.

3. III. Affluxus humorum ex venis augens flatus. Hoc rerum ſtatu cum colo ſupra ab humoribus, infra à ſtercoribus obſtructo, flatus nec erumpere aperte, nec propter craſſitiem per occultos meatus tranſpirare poſſunt, oritur miſerabilis illa inteſtinorum diſtenſio (quæ colica dicitur) præſertim ſi arida ſimul ſint inteſtina. In hac quo maior eſt ex venis affluxus in inteſtina, eo plures flatus excitantur, & colici dolores fiunt atrociores. Habes morbi naturam & cauſas: & paucis multa comprehenſa. Quæris quid agendum?

In colica duo agendi tempora. Duo ſunt ad medicandum tempora: alterum præſeruationis, ne morbus oriatur, alterum curationis morbo iam præſente.

Præſeruatio colicæ. Præſeruatio tota conſiſtit in remotione cauſarum (reſpicio ad prædicta) nempe ne generentur humores phlegmatici, humor vitreus, viridis, flatus. Id ſit ſuſcitato calore naturali, & ventriculo ad officium reducto. Ita enim non tot generantur cruditates, nec cibus corrumpitur, & ſi quid oboritur flatuum, ſponte emittitur. Quod ſi humorum aliqua collectio animaduertitur, maturè ea familiari aliquo medicamento adimẽda eſt corpori. Interdum autem maior, interdum minor eſt collectio, & nunc hi, nunc illi humores peccant, nec eadem ſemper eſt corporis diſpoſitio.

Quare [illegible] etiam [illegible] ſæpe [illegible] interdum [illegible] cedat. Vnde fit vt non eundem omni tempore medicamenta effectum ſortiantur, vt propterea non ſemper medicamenta culpam mereantur, præſertim in hominibus raræ texturæ, quos interdum vel venti auſterioris afflatus proſternit. De præſeruatione hactenus.

Curatio. Nunc de curatione, quæ omnia à me hoc tantum conſilio ſcribuntur, vt videas diſcurſum in hoc morbo, & quid facto opus ſit, vtque ipſemet in tuo morbo de remediorum qualitate, tempore & vtendi modo iudicare poſſis. Colica oritur ex flatibus, verum eſt, ſed hic protinus aliqui feſtinant ad flatus diſcutiendos, adhibent fomenta, illinunt vnguenta, dant per os flatus diſcutientia, &c. quæ ſane in colica leuiori faciunt, quod debent, hoc eſt, diſcutiunt flatus, ſed in vehementi tantum abeſt vt proſint primum adminiſtrata, vt plurimum etiam noceant, quandoquidem pituitam in inteſtinis contentam in flatus diſſoluunt, & morbum augent, ſicut memini accidere Doctori cuidam Francofurtenſi, quem remedia contra colicam apta, non apto tempore vſurpata pene enecarant, iamque ad extremam maciem redegerant.

Flatus [illegible] da. Habent flatus diſcutientia ſuum locum, & iis omnino opus eſt, ſed antequam ea adhibeantur, neceſſe eſt vias inferiores aperiri, ſtercora arida obſtructionem facientia educi, & ſiccitatem inteſtinorum emendari.

Clyſteres [illegible] ſtent. Ad hoc medicamentum nullum magis idoneũ eſt, quam clyſteres lenientes, mullientes, & ſi viſcida materia adſit, etiam incidentes & abſtergentes. Neque protinus ſi vnum enema ſucceſſu caruerit, deſiſtendum eſt ab vlteriore vſu illorum, ſed inſiſtere oportet, donec obſtructio à retentione fecum exorta tollatur.

[illegible] Cur autem non recipienda ſint olea in clyſteres, ego non video, cum lubricitent inteſtina, eaque molliant. Multo magis metuo ſiccitatem, quæ non vſurpatis oleis relinquitur. Francofurti D. Lindneri vxor cum præ doloribus colicis iam expi-

ratura videretur, ſanata eſt ſola emollitione inteſtinorum exiccatorum. Impoſui enim rete caſtrati (ein Himmel oder ſchepß Netze) calefactum in lebete, & antequam illud cõſequerer, appoſui vitrum cum lino incenſo, inducias inde quærens in dolore. Emollitis inteſtinis ſtatim excreuit plurimum vitreæ pituitæ, & multum etiam acrium bilioſorum humorum, ſicque illa, quæ moritura putabatur contra ſpem conualuit. Hoc ſaltem adſcribo, vt appareat quanta res ſit emollitio inteſtinorum in colica, quem in vſum olea indi ſoleant. Galenus certe cum ex phlegmate vitreo inteſtina ipſi veluti terebro perforentur, fatetur in illa ſua colica, iniecto per clyſterem oleo rutaceo magnam frigidiſſimæ pituitæ, hoc eſt, vitreæ excreuiſſe & conualuiſſe. Adſcribam verba Langii popularis mei, Medici expertiſſimi, ex epiſtolis eius: Si colon, inquit, flatu groſſo, aut phlegmatis vitrei frigore cruciatu intolerabili (quem crebro extremorũ paralyſis excipit) diuellitur, ſi olea ſubtilioris ſubſtantiæ, quale eſt ſabinum, (in quo ruta aut ſemina cymini, dauci, aniſi, quæ flatus craſſos diſcutiunt, decocta fuerint, additis quæ phlegma illud vitreum educere poſſunt) cum clyſteri infuderis, patientem confeſtim ab huius doloris colici carnificina liberabis. Neminem præterea video ex Medicis expertiſſimis, qui olea horret, aut qui inde paralyſin fieri tradat&, inde ea fieri poſſit ratione aliqua doceat. Videbis id ipſe paulo poſt, cum curationem oſtendero, quomodo colica in reſolutionem extremorum terminetur, aut permutetur. Proinde non opus eſt, vt olea incuſes, quæ te in hunc nouum morbum præcipitarint, indita clyſteribus. Dices, cur autem tam diu durant paroxyſmi, & cur toties recurrunt? Reſpondeo: Quia ſubinde noua fit effuſio humorum ex venis in inteſtina, quæ quia imbecilliora ſunt, ideo promptius recipiunt ad ſe miſſa. Quo magis dolor increſcit, eo maior exagitato phlegmate ſuſcitatur flatuum copia, & à dolore maior quoq; fit vitioſi humoris è venis attractio. Inde neceſſe eſt diuturniores fieri paroxyſmos. Recurrit autem morbus citius vel tardius pro frequenti, aut maiore influxu humorum & flatuum in inteſtina, fitq; hic affluxus ſæpe à toto corpore, interdum vero ex capite etiam tum dolores ſunt tam pertinaces, & ſimul dolet ventriculus & inteſtina. Hactenus de colica. Audi nunc de reſolutione extremorũ. Admirabile eſt in primis, cum reſolutio fiat ex pituita craſſa in crebro contenta, & neruis tenaciter impacta, vt ſpiritus animalis in membrum, in quod nerui propagantur, diſtribui non poſſit: Colica vero generetur ex humoribus & flatibus, vel in colo contentis, vel ad inteſtinum illud aliunde effuſis, qui fiat vt poſt colicam artus reſoluãtur. Sunt enim loca valde diſſita, colon & principium neruorum, & mirum videri poteſt, quomodo materia ad extremos artus peruadat. Reſpondeo: Non in omni colica reſoluuntur artus, ſed tantum in illa, quæ magna ex parte pendet ex delapſu pituitoſi humoris ex capite per venas in inteſtina. In illa tantum ſpecie colicæ ſequitur reſolutio, hoc modo: Dictum eſt dolorem colicum fieri ab humoribus crudis ex toto corpore, atque etiam ex capite per venas in inteſtina effuſis, quibus ſæpe admiſcetur aliquid bilis, quæ mordicat inteſtina. Primum igitur quia humores craſſi & multi ſunt, & à natura ſemel expelli non poſſunt, paulatim & ſecundum partes ex propioribus venis affluunt, & paroxyſmos faciunt. Vbi vero iam maxima pars in inteſtina effuſa, per aluum excreta, & per paroxyſmos abſumpta eſt, vt iam quodammodo miteſcere, & rarius inuadere colica videatur: tum reliqui humores, & præſertim qui in capite ſunt, propter dolores, inediam, vigilias, calidorum & incidentium vſum, &c. attenuati, relicta priori conſueta via, ad propiorem viam declinant, & ita ſecundum neruos ad muſculos, & ſic ad manus & pedes contendunt. Natura quoque ſe exoneratura mauult reliquias illas attenuatas in propinquum locum deponere, quam in locum tam remotum amandare, præſertim cum non vt prius tantis cruciatibus irritetur, & minor fiat à dolore attractio. Ita laxantur artus natura ſe exonerante & detrudente materiam in extremos artus. Et quia natura mauult huc, quam ad inteſtina procul diſſita humores mittere, ideo mitius tum inteſtina afficiuntur, ac quaſi dolore liberata videntur. Non igitur in inteſtinis continentur humores, qui ad artus reiiciuntur (ab oleis in clyſteribus vſurpatis incitati) ſed eo quo dictum eſt modo in artus deturbantur, vt ſequatur impotentia quædam in neruis, &c. Habes tum colicæ, tum huius nouæ affectionis rationem, eo conſilio tam prolixe expoſitam, vt ipſemet videas quis, qualis, quantus morbus, & ne tot colicas tibi comminiſcaris. Recte tu quidem ſcribis (recito verba tua) Fons mali eſt frigidus ventriculus, ne dubita. Is pro bonis ſuccis, quibus corpus alendum erat, gignit cruditates, quæ redundant in caput, & inde decidunt frigidæ illæ defluxiones in brachia & pedes. Quod ſumpto prandio mitigati ſunt, non vſque adeo eſt mirum. Natura cibo concocto, intenta fuit expulſioni hu-

Rete caſtrati.

Olea in colica.

Langius de colica.

Oleum ſabinum.

Cur colicus dolor tam diu duret, & toties recrudeſcat.

Reſolutio extremorum.

Quomodo reſolutio ſequatur colicam.

Quando colica deſinat in paresin.

Motus humorum in colica ad articulos.

Quare dolores colici ſumpto cibo miteſcant.

ni humorum ad membra, ſumpto autem cibo conuertit ſe ab expellendo ad concoquendum ea, quæ fuerant aſſumpta. Igitur tum mitiores facti ſunt dolores ſumpto cibu. Vicinus veſter mihi videtur bene proceſſiſſe, vt tum res tuæ, & tempora tulerunt. Illud neſcio an venæ ſectionem in pedibus conceſſurus fuerim ſi adfuiſſem. Noluiſſem enim ſolicitare amplius materiam ſponte eo defluentem. Quod pillulis & clyſteribus imputas defluxum, traxerunt illa ex vicinis partibus, quæ potuerunt, non in membra, ſed ex membris, & attracta è corpore eduxerunt, ſed quod poſtea humores è capite in extrema membra dilapſi ſunt, Id ipſorum copiæ potius imputandum eſt, quia ſponte ſibi viam quæſiuerunt, & inuenerunt, vt videmus in catarrhis, qui ſæpe nulla re incitati In muſculos, aut ad pectus ruunt.

Ruſticus medicus. Venio ad ruſticum tuum, qui talis mihi videtur Medicus, qualis alter ante ſeſquiannum concionator. Quoſdam curauit, inquis, id eſt, vt ego interpretor, diſtulit illis aliquandiu dolores. Sicut etiam accidit cuidam ciui Saganenſi Nam niſi illi præſeruationi incubuerint, & cauſas ſui morbi ſubinde auferre ſtuduerint, recurrentibus cauſis, recurret etiam effectus. Mitto ex iis, quæ tibi ſcripſit, ſinapi, anethum, aquam chamædryos, cum oleo iuniperi, &c. friuola enim hæc. De cæteris dicam. *Anodynon.* Vnguentum anodynon vſurpaſſe te in magnis doloribus, non videtur mihi male factum, leniente tamen opus fuit. Sed poſtea procedente tempore diſcuſſurio opus erit, & roboratorio, quod ea, quæ influxerunt, diſcutiat, & ſimul membra confortet, ne facile recipiant humores affluxuros. *Auena frixa.* Auena in ſartagine aut lebete friхa, & ſacculo indita egregium eſt fomentum in doloribus colicis. Marchionem Iohannem ex magnis doloribus releuaui hoc vno in thermis, cum nihil reliquorum adeſſet ad manum. Attenuat flatus, & habet etiam vim laxandi. Sed non imponendus eſt ſacculus ventriculo, ſed ventri inferiori. Balneum ſudoriferum ſi te non debilitaret, multum humiditatis eſſet è corpore euocaturum, eius præcipue quæ inſidet membris, quam In aliis decocto ligni guaiaci per ſudores elicui, tibi id conſulere, niſi Medicus adſit, neſcio an tuſim. Sed ſi adeſſem darem profecto ad quatuor aut ſex dies decoctum ſolum, præmiſſa tamen prius purgatione. Præſens enim ſi quid incideret, corrigere accidentia poſſem. Mithridatium quoque mitto, ita vſurpandum quemadmodum *Mithridatium exuſcitat calorem.* prioribus litteris ſcripſi. Exuſcitat continuo vſu calorem ventriculi, & humiditates tunicis ventriculi inhærentes, & concoctionem impedientes abſorbet, & conſumit, ſed non illico vna aut altera vſurpatione. Tu ſane expetis remedia, quæ protinus ſanent, ac niſi cito iuuent, addis, nihil, nihil fecit. Verum eſt, talia eſſe oportere ad manum in magnis doloribus, ſed in corrigendo malo habitu corporis, aut partis alicuius, nequaquam violendis & validis procedendum eſt. *Medicamentis inſiſtendum.* Sed benignis ac lentis, calorem exuſcitantibus durabilem, non exſufflantibus flammam mox euaneſcentem. Si quis te reuocet ad prius præſcripta remedia corrigentia intemperiem frigidam ventriculi, dices, hæc prius vſurpata ſunt, nihil iuuant. At ego ſi mea res ageretur, nequaquam ea negligerem, aut reiicerem. Etſi enim rotulæ puluis ſtomachalis craſſus, ſacculi, vnguenta, & cet. non magnam opem ventriculo adferunt humorum ſarcina aut mole grauato, tamen certum eſt, idque experior indies ventriculum ab humoribus liberatum eiuſmodi remediis multum iuuari, & intemperiem eius corrigi Sunt enim illa omnia propemodum temperata, aut certe contemperata. Qui intemperata & valde calida expetunt, illi primo occurſu aliquid opis ſentire videntur ex illa calefactione, ſed paulo poſt exiccatur aluus, incaleſcunt renes, aduritur ſanguis, &c. Oportebit te animaduerſa humorum colluuie interdum per interualla euacuare remediis vſitatis, vt rotulis tuis ex Diaphœnico, &c. & aluum tenere apertam. Cauſas omnium arbitror ex ſupradictis apparere. Affectionem vero illam tuam nouam nondum habeo pro paralyſi, quia incedis, ſcribis, &c. ſed pro decubitu humorum paucorum & craſſorum flatuum in artus. Spero tamen, cum ventriculus minus cruditatum genuerit, naturam ſponte morbum diſcuſſuram. Reliquorum, quæ fieri debent, ſupra memini. Valde difficile eſt ſcribere homini raræ texturæ, & tali cuius valetudinem etiam auræ mutatio variat, incognitis morbi temporib. & reliquis circumſtantiis. Quanta mutatio poteſt incidere dum mittuntur, & remittuntur literæ? Vtinam cum Medico aliquo tibi vicino de his rebus colloqui, aut mihi ipſi adeſſe liceret. P. T. rectiſſime valere opto. Ignoſce quæſo tam confuſe ſcribenti. Deus nouit, quam parum mihi iam ſit ad ſcribendum temporis. Coloniæ ad Sueuum 29. Martii, anno 158.

In Melancholia per eſſentiam,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CLXXIV.

IN confeſſo eſt, Medicum id vnum recte agere, quod vere recteq; cognoſcit, & eos

morbos, qui in difficili cognitione verſantur, plerumque difficulter curari. Itaque in initio non tam de nomine, quam eſſentia huius affectionis conſtituendum. Animaduertunt autem excellentes Medici affectus illius, quem Græci & Latini melancholiam vocant, in hoc corpore ea eſſe indicia, quæ veluti proprius character eam deſignant, & intenſionem (vt Alexander Trallianus ſtatuit) cum ad maiorem ferinitatem accedit, maniam recte Græcis appellari. Intendi autem non tam ſymptomata, quam ipſius cerebri intemperiem, & morbi cauſam exiſtimandum, nec de nominibus, quæ alias aliter autores vſurpant, contendendum, ſed rem ipſam conſiderandam. Nam interdum fuiſſe mœſtum (quod quidem ſymptoma maniæ, ſicut triſtitia & metus melancholiæ eſt) conſtat, cum nulla maniæ fere indicia perpetua fuerint, incrementa vero, cum melancholicus humor ferueret. Habet enim humor iſte, vt Montanus loquitur, caliditatem, ac potius ſeminarium ignis in ſe, quod quidem alias magis, alias minus intenditur, vt deinceps declarabimus. Nunc vt ad rem deueniamus, morbum intemperiem frigidam & ſiccam cum materiæ affluxu ſtatuimus, cauſam huius melancholicum tam humorem, quam vaporem, qui alias per ſe in cerebro, alias per conſenſum, cum interualla quædam ſymptomata habeant, (de quo conſenſu mihi nihil liquido apparere, vel ex ſcriptis me elicere poſſe fateor) augetur. Nā ſi quis [illegible] conſenſus, vel ab vniuerſo corpore, vel [illegible]liqua illius certa parte dependet, de quibus à Medicis cum præſcriptum non ſit, pronunciare ſuperuacaneum. De liene loqui nimis ieiunum. Cum vero Galenus affectum totius corporis miſſo ſanguine rectiſſime cognoſci (etſi alia quoque eſſe indicia Medici ſciant) nos doceat, vt excellentiſſimi Medici ſanguinem miſſum minime fuiſſe melancholicum perſcribunt, non illis fidem adhibere decet. De melancholia hypochondriaca quædam aſperſi: verum ea non tam perſpicere, quam diuinare licet. Proinde primario affectum cerebrum eſſe ſtatuimus, cauſamque intendi ab externis, interdum ab internis cauſis, videlicet, vaporibus à calidiore ſanguine, vel à bile concitatis, arbitror. Indicia ſunt cum alia, tum quod caput ab ineunte ætate debile, & humoribus pituitoſis acrioribus occupatū habuit. Laborauit enim infans comitiali morbo, vlcuſcula, quæ Medicis pſydracia appellantur, habuit, & etiam nunc habet. Ac vtinam illa copioſe erumperent, melius fortaſſe ſeſe haberet. Etſi enim illa non tam melācholici humoris, quam pituitoſi ſint ſoboles, cū ſint tumores duri, ſubalbicent, preſſi ſaniē reddant: tamen caput prauis humoribus occupari ſatis indicant. Me vero hic nō accedere ad Arabum ſententiam, & pituitā ita aſſari poſſe, vt ex ea atra bilis fiat, exiſtimare profiteor; neque cum iis ſentio, qui cum Hippocratis ſententiam audiunt, comitiales melancholicos fieri, ideo hunc ęgrum melancholia corripi, qui infans comitiali morbo laborauerit, ſibi nulla ratione ducti finguntur. Nequaquam enim, vt Galen. nos docuit, id eſt perpetuum, cum in pueris hunc morbum à pituita oriri nemo propemodum in dubium vocet. Proinde nimium pauca reſpiciunt, qui prompte ex ſententia veterum iudicant. Cæterum cum Hippocrates dicat, tunc fieri comitiales, cum infirmitas ad corpus vergit: Melancholicos vero cum ad mentem, idque minime parua contemplatione egere Galenus fateatur: velim ſane & noſtros Medicos de hoc amplius cogitare. Nam etſi Galenus ita interpretetur, vt ad cerebri corpus conuerti humorem melancholicum dicat, quando vt pars inſtrumentalis laborat, & obſtructionem patitur) ad mentem vero repere, cum vt ſimilare membrum afficitur: tamen quomodo mens ab ipſo humore afficiatur, à multis quæſitum, nec dum repertum. Nam Auerrboes illa, quæ de tenebris & perturbationibus in ſede ratiocinatricis animæ, cum anima non videat ea, quæ in corpore mouentur, afferuntur, ſuauiter deridet: ſed quando iſtæ diſputationes parum ad curationem faciunt, & Galenus animam, vel temperamentum actiuarum qualitatū, aut ab ipſarum temperamento permutari ſtatuit, & Trallianus humorem melancholicum infinitas perturbationes cerebri inducere recte affirmet, omiſſis iis quarum cauſę non patent, neque magnopere ad curationem faciunt, aperta amplectemur. Certum vero hoc eſt, cum timor, audacia, iracundia temperamentum cordis ſequantur, facile ipſum in conſenſum cerebrum trahere. Itaq; cum cerebrum ab humore melancholico, qui vt dixi, ſeminarium ignis, vel vt cū Montano loquar, caliditatem admixtam contineat, affectum eſſet, & ſimul pituita (vt catarrhi perpetui oſtēdunt) laboraret, eamque recte à Medicis melancholiæ quaſi carcer ſtatueretur, conſecuta ſunt ante triennium triſtitię, metus, ſuſpiciones, moroſitas. Hæc vero non modo victus ratione & exercitiis, poſt cibum validioribus, quibus caput admodū repleri ſcimus aucta, ſed cum grauia ſymptomata maximas cauſas habeant, magno cumulo ſubito quaſi in corpore prędiſpoſito aucta. Nam cum flecti ab iis, in quorum

Melancholia intenſior fit mania.

Melancholia ſeminarium ignis.

Melancholia per eſſentiam.

Vlcuſcula pſydracia.

6. Epid. ſub finem.

Epilepſia in pueris à pituita.

Sententia Hippocratis quomodo ſit intelligenda.

Auerrboes mentē melancholico humore affici negat.

Cauſa timoris, audacia & iracundia in melancholicis.

quorum poteſtate eſſe videbatur, deberet, propemodum intempeſtiue fractus eſt. Scimus autem generoſas naturas nulla re grauius, quam contemptu & diſpicientia affici, & principium impetus moderandos potius, quam retundendos eſſe. Hac in parte cum multipliciter initio erratum eſſe à quibuſdã intelligamus, & eos etiam qui dum fauore populari muniri ſunt, ſupra omnes homines ſeſe extollunt, & poteſtate docendi facta abutuntur, nimios fuiſſe, nec mediocritatem diuina ſapientia dignam obſeruaſſe, & lenitatis, quam pietas commendat, immemores fuiſſe, in oculos incurrat, non mirum eſt ſi ad hunc modum animus excelſus de poteſtate exierit, neq; dum in eam redire poſſit. Quod vero hoc anno fuit placidior, cauſa de Poſſidonei ſententia, quam Aetius refert, patet, videlicet quod humore deferueſcente melancholicæ affectiones mitiores efficiantur. Proinde etiam atque etiam irritationes cauendas monemus, & vt molliter & ſuauiter ęger tractetur, ea quæ offendunt, quoquomodo remoueantur, nec inſuauia, moleſta, ingrata, ingerantur, multo minus ad ea quaſi adigatur vllo modo, quibus ægri ſalus curæ eſt, concedatur. Illorum etiam hominum, à quorum conſpectu abhorret, præſentia dimoueatur, nec ſermonibus ingratis obtundatur, nec inſaniam inſaniendo curari poſſe à quoquam exiſtimetur. Magis autem quam æger inſaniunt, qui cum in autoritate conſtituti videantur intempeſtiue ea vtuntur: perterritum terrent, & à pertinacia ac proteruia, quæ morbi initium eſt, pertinaciter & proterue abducere ſtudent: in ſilentio potius, precibus, qui iuuare volunt, incumbant, quam fruſtra verba fortia ſapientiæ fundant. Hoc niſi factum fuerit, & vt in quiete ſit æger, donec ad ſe redeat, & ſe ipſum rectius cognoſcat, procuratum, periculum eſt ne nimium agatur. Non enim euerſa euertenda, ſed erigenda ſunt. Venit hic mihi in mentem Platonica diſputatio de inſania, cum cerebrum quaſi euerſum ſtatuit, & præclare de iſta affectione agit: ſed medica perſequamur. Oſtenſum eſt cerebrum primarie laborare, cauſæ etiam cur ſymptomata remittant & intendantur, eas prolixius explicare poſſemus, verum ingenioſis & doctis oſtendiſſe ſatis eſt. Ad curationem vero quod attinet, notum eſt de ſententia Galeni 6. Epidemior. comm. 2. Vitium humanum tripliciter corrigi, 1. alteratione, 2. vacuatione, 3. epicraſi: & vt primã atq; poſtremam intentionem cõſequamur, præcipue victus rationem recte inſtituendam. Proinde cum Galen. incipientes melancholicos ſola victus ratione humectant & balneis curauerit, hunc tanquam optimum in arte noſtra ducem ſequamur. Victus ratio excellentiſſimis Medicis nota eſt, ſuperuacaneum itaq; monere. De balneorum vſu, licet in iis, quæ perſcripta ſunt, nulla fiat mentio, nõ prætermiſſa tamen iuuare exiſtimamus. Quid enim his vtilius, præſertim inter initia excogitari poterit? Ad vacuationes autem totius corporis & cerebri quod attinet, cum de iis interrogemur, pauca reſpondenda ſunt. Primum cum nulla ſit plenitudo in corpore, nec humor melancholicus ſanguinis miſſione facile extrahatur, de ea agere ſuperuacaneum. Quæſtioni vero de hæmorrhoidibus vt breuiter ſatisfaciam, mirari me fateor, cum principium medicorum Hippocratis & Galeni de his manifeſtæ & perſpicuæ ſint ſententiæ, cur dubitare excellentiſſimis Doctoribus in mentem veniat. Nota ſunt ſenis noſtri oracula, Melancholicis hæmorrhoides ſuperuenientes bonæ ſunt. Item: Inſanis ſi varices, aut hæmorrhoides ſuperueniunt, inſaniæ ſolutio. Sciunt quid de præclara illa L. Martii, à quo ſibi quaſi diuinos honores habitos, cum illius opera à melancholia liberatus eſſet, curatione commemoret. Vtinam igitur, vtinam euocari poſſent. Sunt quidem hæmorrhoides affectus declinantis ętatis, vt Gal. ait, proprii, non ſecus quam melancholia: ſed cum æger noſter in melancholiam adoleſcens incidit, quid vetat adoleſcenti eas mouere? præſertim ſi vllo modo ſunt indicia declinantis humoris melancholici ad ſedis venas. Proponũtur clyſteria vehementia & acria: ea, ne quid diſſimulem, non probo: cum ad ciendas hęmorrhoides non tantum faciant, quãtum inteſtina & venas meſaraicas lædant. Sub veris igitur initium ſanguiſugis ad hoc præparatis vtendum cenſeo, & interea frictionibus, fomentis, & vnctionibus, quibus hæmorrhoides tuto prouocari poſſunt, vtendum. Medicamenta etiam, quæ ad hoc faciant, purgantia dentur, inter quæ aloën atq; ſenam primum locum tenere ſcimus. Propoſuit excellentiſſimi Medici lapidem Lazuli, Armenum, Elleborum nigrum. In elleboro recte præparato magna quidem ſpes, ſed ea extractio, quæ oſtenditur cum aniſo & decoctis, licet eam Cordus & alii probauerint: tamen mihi neque recta, neq; tuta videtur. Nam in elleboro ſiccitas & humiditas quædam venenata corrigẽda, de qua correctione, & extractionis ratione poſſem multa dicere, niſi illud Meſues mihi in animo eſſet. Iſtum eſſe gradum ſapientiæ, ne ad medicinas fortes deueniamus, niſi vbi debiles non contulerint. Etſi autem ſciam omnes fere practicos con-

Generoſa natura moderanda potius quam retundenda.

Docentes ſæpe officio ſuo abutuntur.

Cur melancholici interdum miteſcant.

Melancholici placide & leniter tractandi.

Melancholico moroſis inſpectoribus nõ committendi.

Platonis diſputatio de inſania.

Cura.

Victus ratio.

Balneum aquæ dulcis.

Melancholicis vena non ſecanda.

Nihil hæmorrhoidibus melius in melancholicis.

Clyſteria acria improbantur in prouocandis hæmorrhoidibus.

Hæmorrhoides q… [illegible]

Correctio Hellebori à Cordo propoſita improbatur.

Ad medicinas fortes non veniendum.

ſulere fortiſſima & validiſſima medicamenta purgantia adhibenda: tamen à Meſue perſuaſus, idem facere debile medicamentum repetitum, & minori periculo, quod forte ſemel & confertim facit, atq; experiētia multorum annorum hoc verum eſſe didicerim: ſane cur mihi aliud perſuaderi patiar, veras cauſas, cum tuta ſemper ſint Medicis præſidia eligenda, non video.

Continuatio med:camentorum quid poſſit.

Crato nunquam ſcammoneatis vſus eſt in melancholicis.

Nihil dico quot, & quos ſimiliter affectos curauerim, licet hoc vere poſſem, ſed nunquam me lapide Lazuli, vel ſcammoneatis vſum eſſe vere affirmare poſſum. Itaq; in bonam partem accipiant Medici, ſi nec nunc probem: cauſas cur improbem non recenſeo.

Sena.

Senam non modo tutam eſſe, verum omnibus ſemper inſtrumentis purgandis in primis conducibilem, ventriculo non noxiam, cordi gratam ſcio, præſertim ſi recte paretur. Ea igitur ad hunc modum crebro, vel ſingulis ſaltem ſeptimanis ſemel vtetur, ſicut & alias in melācholicis affectionibus vſus ſum.

Enema ſimpliciſſimū.

Infuſum ſenæ.

Sub veſperam ante cœnam exhiberem enema ſimplex ex decocto maluæ & veronicæ cum oleo amygdalino & ſaccharo, ſequenti die darem hoc infuſum ſenæ:

℞. Paſſular. minor. ʒ vj.
Flor. borrag.
Violar.
Meliſſ. an. p. j.
Galangæ inciſ ʒ vj.
Fol. ſenæ ſelectiſſ. ʒ. vj.

f. decoctio & infuſio per noctem, mane rurſus ebulliant, & fortiter exprimantur.

℞. Expreſſi ℥ iiij.
Syr. roſac. ſolutiu.
de pomis,
Mannæ Alexandr. an. ℥ ß.

Syrupus de pomis.

Miſc. Syrupi vero de pomis deſcriptio hæc eſt:

℞. Herb. ſcolopend.
Pulegii,
Meliſſ.
Chamædr. an. m. j.
Flor. borrag.
beſten.
Ceterach.
Summit. thymi,
Stœchad an. m. ß.
Fol. ſenæ electiſſ.
Epithym. an ℥ j.
Cortic. ellebori nigri ℥ ß.
Succi pomorum Porſdorffianorum ℔. j. ß.
agrimoniæ.
fumiterræ an. ℔ ß.

f. horum infuſio & decoctio, & coletur, adde ſacchari q. ſ. aromatiſetur cum caryophyllis. Hoc ſyrupo non minus tuto, quam illo de tribus, qui ante viginti annos à me in patria mea præſcriptus, nūc alterius nomine vſurpatur, frequenter vti poterit.

Syr. de tribus Cratonis.

Nunc vero ſi non haberi poteſt, infuſum tamen ſenæ ex ſyrupo roſato & manna calabrina non omittatur. In pillulis & electuariis, quæ nimium ſiccantia medicamenta habent, exiguam ſpem pono. Imo periculum etiam à ſiccis & immodice calidis in melancholica affectione eſſe ſtatuo.

Puluis Hali.

Puluerem Hali ſcio à multis commendari: verum dictum Meſues, quod paulo ante recitaui, mihi in animo eſt. Vtatur igitur qui volet. Eadem eſt ratio de electuariis & pulueribus cōfortatiuis, vt appellantur.

Elect. Belgicum Gereonis.

Cautio in Myrobalanis.

Item de electuario Belgico Gereonis. Electuarium de myrobalanis probari aliis patior. Mihi vſus myrobalanorum, in iis, qui obſtructionibus laborant, nō probatur. Sed innoxium in hoc ægro futurū arbitror. Cæterum quod ad roborantia, & alterantia attinet, magno ſucceſſu hoc electuarium vſurpatum ſcio:

Electuariū.

℞. Nucum iuglandium,
auellanarum,
Papauer. alb.
Chryſomelor an ℥ ij.
Amygd. dulc. ℔. ß.
Nucis conditæ ℥ ß.
Macis ʒ ij.
Confect. cum oleo aniſi.
Caryophyllor. an. ℥ j.

cum ſyrup. de ſucco betonicæ miſce ad modum opiatæ.

Lapides pretioſi.

Facta eſt quoque mentio lapidum precioſorum, de quibus alios aliter, cum ſiccent, ſentire ſcio. Cardanus quidem ſcribit de ſe, ſolis ſomniferis potionibus & lotionibus, & vſu chryſoliti intra octiduum melancholicos curaſſe.

Chryſoliti vſus.

De lotionibus & potionibus facile omnes eruditi Medici conſentiunt. De chryſolito periculum fieri poſſe abſque periculo exiſtimo.

Bezoar.

Dedi laboranti ictertia nigra lapidem Bezoar, & minxiſſe vidi tam nigra, quam atramentum eſt, meliusq; ſe habuiſſe. Poſſe de lapide Bezoartico multa referre, cum de illius viribus ſæpe periculum fecerim, ſed nihil attinet.

Ambra orientalis.

Inter ea vero quę cerebrum roborant, magnam vim ambræ orientali tribuo. De illa igitur ſæpe in recenti ouo ſorbili ægrum ſumere velim. Plura non præſcribo. Ne nimium ſiccis & calefacientibus vtantur moneo. Iam vero cum caput ſeu cerebrum primario affectu laborare exiſtimemus, conſentaneum eſt, vt de particularibus remediis, quæ huic adhibeantur, admoneamus. Rectiſſimum igitur eſſe quotidie per apophlegmatiſmos, caput purgare, & à pituitoſo humore liberare:

Apophlegmatiſmus.

℞. Pyrethri.

Zinzibe-

Zinziberis an.ʒj.ß.
Sem.ſtaphyſagr.
Erucæ an.ʒj.
Cubebar.℈j.
Ambræ ℈ß.

cum oxymelite q.ſ.f. ad formam electuarii liquidi, inungatur palatum. Deinde ſingulis diebus, vel certe alternis capiti mane per horam applicarem iecur vitulinum calidum. Adhibentur quoque occipiti magno ſucceſſu grana iuniperi contuſa. Item vbi commemorata non iuuant, hoc linimentum:

Iecur vitulinum calidum.

Linimentum.

℞.Papauer.alb.
Cannabis,
Granor.iuniperi an.m.j.
Thuris alb.℥ß.
Nucleor.perſicor.
Chryſomelor.an.nu.10.

contundantur & commiſceantur cum aq. roſacea & è floribus ſambuci, & ſupra caput totum in panno lineo ponatur, & reiteretur quoties exiccatum fuerit. Ego magno ſucceſſu vſus ſum. De vino etiam ſumus admoniti, ſi cum radicibus eryngii Neccarinum, vel Rhenanum minime potens haberet, omnibus præferrem. Aetius atq; Paulus mirifice vſum aceti cum æger dormire vult, ad cochlearii menſuram in hac affectione commendant, rationem nullam idoneam afferunt, proinde iudicio medicorum permitto. Hanc potionem tutiorem arbitror ſub noctem:

Radices eryngii.

Potio ſomnifera.

℞.Hordei diutiſſime cocti ℥iij.
Amygdal.infuſar.in aq.roſar.℥ij.ß.
Sem.papau.alb.ʒj.

Coquantur duo dactyli in aqua hordeacea, & colaturæ ℔.ij. reliqua admiſceantur, ac percolentur. Detur ſub noctē quando bibere volet. De diuino in morbis quorſum attinet Medicum verba fundere? Si ſpiritus Chriſti in iis eſt, qui homines neſcio quo ſpiritu ducti, in poteſtatem ſpiritus mali tradunt, cur non eadem vi optimum & innocentiſſimum ægrum eximunt? O cæcas hominum mentes. Vere vt Medicus ſcribit NN. dat pœnas, vtinam ſibi non attraheret. Hæc expreſſit iuſtiſſimus dolor, cum ſcribere non eſſet propoſitum. DEVM oro propter vnigenitū filium, qui aſcendit, vt dona det hominibus, vt ſua benignitate medicinas noſtras fortunet, & præpotenti ſua dextra nos atq; ægrum adiuuet. Sine illius enim numine nihil neque in homine, neque in medicina eſt.

In eodem affectu, pro eadem perſona,

D. IVLII ALEXANDRINI

CONSILIVM CLXXV.

EX iis, quæ docte in primis ſcripta legimus, colligi facile potuit, melancholicū affectum in corpore eſſe, & eum quidem per eſſentiam in cerebro, non autem hypochondriacum, aut ex toto corpore pendentem. Nam nec hypochondriaci vlla numerata videmus ſigna, & quod ad vniuerſum corpus attinet, nihil tale timendum hic eſſe, argumento eſt, quod ſanguis miſſus laudabilis fuit, non ater, aut craſſus, qui in his eſſe ſolet, qui totius corporis vitio melancholia afficiuntur. Multæ autem viſuntur notæ per ſe affecti cerebri, quod crebrius affectus iſte recurrat, ac frigidioris & ſiccioris cerebri non deſint ſigna. Cauſæ quoque præceſſerunt, quæ primarii potius in cerebro affectus melancholici eſſe conſueuerunt, animi ſcilicet affectus mentem perturbantes. Et quamuis auctus in liene eſſe humor melancholicus ſcribatur, non tamen inde ſolum hic affectus exoritur: foueri quidem aliqua ex parte indi poteſt. Quandoq; Galen. lienis vitio nonnullos melancholicis affectionibus vexari ſcribit, quod ſic accipiendum eſt, vt non niſi interueniente modo aliquo trium melancholiæ, euenire id ſoleat. Quemadmodum etiam Arabes non ſolum ex liene, ſed à iecinore & vtero, locisq; aliis corporis prouenire dixerunt hunc affectum. Hunc autem quoniam certis ſignis ſcimus à cerebro per ſe affecto oriri, foueri tamen eum à liene recte exiſtimamus. Non attinet autem cauſas omnes hic recenſere diligenter iam enumeratas. Ex victus ratione mala, & educatione ab ineunte ætate praua. Accedentibus animi affectibus, indignatione frequenti, quæ omnes humores non leuiter exaſſare & melancholicos reddere potuerunt, frigidoque ac ſicco iam antea cerebro, non diuerſam intemperaturam conciliare, partique præſertim imbecilli per ſe, affectum talem inferre, cuius imbecillitatis argumentum eſt comitialis morbus in teneriori ætate factus. Vt iam apertum ſatis ſit morbum in intemperatura eſſe. Morbi autem huius proxima cauſa eſt atrabilarius humor. Morbi porro ſymptomata huius erunt corrupta inprimis dianoeticæ partis functio, & triſtitia diuturnior, ſemper melancholici affectus pathognomonica ſigna ſunt habita, ſequunturque non diſſimilis generis alia, ſuſpicio, diffidentia, lachrymæ crebræ. Indignatio autem & iracundia hinc non ſequuntur proprie, ſed ali-

Signa melancholica per eſſentiā.

Melancholia non ſolū à liene, ſed epate & vtero etiam affecto oriri poteſt.

Cauſa antecedentes melancholia.

Symptomata melancholia.

Melancholici cur iracundi.

unde pendent, ex cordis nimirum temperamento. Neque inconuenit vt ex vitali ſpiritu non hono animalis generetur itidem non bonus. De dæmonio memini quoſdam in ea eſſe ſententia, vt exiſtiment dæmonia corpora non poſſe obſidere noſtra, niſi humores nanciſcantur, in quibus ſedem idoneam habeant. Quamobrem quoquomodo exiſtimauerimus, tollendus nobis ſemper erit humor cui inſident, ſiue euacuatione faciendum id fuerit, ſiue conſumptione aliqua, ſiue etiam attemperatione, quæ eſt Græcis *ἐπίκρασις*, qua ſimul & attemperatus mitigatur humor, & ſimul parti temperamẽtum melius conciliatur, quamuis vt aſſequi iſta liceat, metuendum valde ſit propter cauſas magnas, atque affectum iam veteraſcentem. Neque vero laborandum magnopere nobis fuerit, quod ad humorum præparationem & vacuationem attinet, tanta medicamentorum ad hanc rem copia eſt, vt optimus delectus inſtitui poſſit. Sed illud dixiſſe pro officio noſtro ſatis erit, conſiderantibus humoris naturam, & laborantis ætatem, placidiorum vſum nobis maxime probari. Nam cum & humor is ſit, qui irritari frequentius & vehementius nolit, & ætas potentium nimis medicamentorum non ſatis tolerans, vſus leniter ac placide vacuantium medicamentorum ſemper magis nobis probatur. Quod genus eſt electuarium lenitiuum, & Diacatholicon, & Diaſena, & ex ſenæ decocto, in quibus nulla exaſperandi vis eſt. Itaque per interualla temporum iuſta quædam, potiſſimum autem inchoante vere, vel autumni etiam tempore, non abs re fore cenſerem, ſi iuſtior fieret melancholici humoris purgatio, cum paulo plurium dierum præparatione: quo tempore confectio hamech conuenientiſſima videtur. Teſtari de lapide Armeno vere licebit exhibitum aliquibus fuiſſe ſine noxa ad drachmam vſque vel ſcrupulos quatuor etiam. Lauiſſe autem oportet quinquagies: lapis eſt viridis omnino coloris mineralis. Dixi de attemperatione per *ἐπίκρασιν* facta, quæ mihi quidem omnium maxime placeret ratio, vt ex qua multum ſperari boni poſſet. Reſtat vt qui relinquitur humor à natura ſua, quoad eius fieri poteſt, nominatus alteretur & mitigetur, ſiccus eſt, craſſus, ater, terreſtris, humectandus veniet, attenuandus, illuſtrandus, eliquandus. Hæc erit attemperationis ſumma, ſi modo eius iniri aliqua poſſit ratio. Inibitur autem quantum fieri poteſt ex victus ratione optima, repurgato prius, vt diximus, corpore. Nimis autem ſtulte à nobis fieret, ſi referre ſingula vellemus, quæ huc pertinent, præſentibus doctiſſimis Medicis. Specimen tibi laudari ſorbilibus ouis, in iuſculis optimarum carnium, carnibuſque adeo ipſis vitulinis, hœdinis, veruecum, auicularum etiam, caponum & gallinarum, perdicum ac nemoralium auium. Potus etiam in vino albo, non nimis generoſo, vel ſi generoſum plus iuſto fuerit, vinoſumq; nimis, diluendum omnino parum, demendis ſiccandi viribus, quæ vino illiuſmodi inſunt. Tametſi autem ſanguis in vniuerſo corporis habitu laudatus ac floridus eſſe dicatur, curandum tamen diligenter, ne tempore ſenſim ille quoque veluti exuſtus aſſetur, occurrendumq; victus ratione, cuius pars non poſtrema ſunt balnea humefaciendi facultate prædita: quod quidem dulcis aquæ balneum præſtare poſſe videtur, ſi tempeſtiuus & frequens eorum vſus fuerit. Neque diſpliceret, ſi lauationi incoquantur herbulæ aliquot, vt chamomilla, malua, althea, violaria, & borrago. Interea quoniam ex liene foueri affectum hunc quoque diximus, huius pariter habenda viſceris aliqua ratio eſſe videbitur. Remedia ad id accommodata non attinet referre. De hæmorrhoidibus an prouocandæ ſint dubitari poteſt. Etenim, ſi quoniam per conſenſum à tota corporis habitudine ſubortus non ſit affectus is, vt ex multis iam notis liquet, quo caſu venæ ſectio minime neceſſaria, hoc vtique nomine videretur ſanguinis per hæmorrhoides prouocatio non admodum ex vſu futura, quandoquidem fluens inde ſanguis in multis viſus mihi ſæpe fuerit floridus, caloriſque ac ſubſtantiæ laudatæ. Quod idem in hoc caſu reperiri valde credibile ſit, cum repertus quoque eiuſmodi fuerit miſſus ex vena. Niſi vero ſponte prius ſua natura ipſi mittere in hæmorrhoides ſanguinis aliquid tẽtaret. Nam tunc certum naturam eſſe adiuuandam, vel hirudinum applicatione ad hæmorrhoides, vel venatum ipſarum apertione facta aliqua, phlebotomo, puta ſi exorræ attingi poſſent, vel per ſe, vel cucurbitula prius affixa euocare, aut qua alia ratione, vt præter alia taurinum fel goſſipio exceptum futurum vtile eſſet, aut ex cæpis & cyclamino cataplaſma: nec non crebrior aloës per os aſſumptio idem præſtare valeret, & quidem tuto, ſed non lotæ. Qui modus alia pariter ex parte affectui ipſi non obeſſet: exonerata quippe ita aluo ſæpius feculentis excrementis. Reſtat vnum propemodum tantum deliberandum maturius excellentiſſimis Medicis, num faciendum cenſeant, ego non raro ſucceſſum vidi ex decocti ſarſæ pariglię aſſumptione in affectibus grauibus capitis, non ex gallicana ſolum lue contractis, dico dolo-

Balneum diaboli. *Indicationes.* *Vſus placidiorum.* *Confectio hamech.* *Lapis armenus.* *Indicatio.* *Victus ratio.* *Balneæ aquæ dulcis.* *Hæmorrhoides an prouocandæ.* *Vng. Hæmorr. euocantia.* *Decoctum ſarſæ.*

doloribus, aut abſceſſibus, quæ tolli ratione alia potuerunt nulla, ne Guaiaci quidem ipſius decocto, niſi hoc vno remedio: verum etiam in doloribus aliis capitis diuturnis catarrhis, ac deſtillationibus, ad quas ſarſa hęc peculiariter facere animaduerſum eſt. Diſquirendũ iſtud ſtudio omni, num hoc quoque in negocio pręſtiturum aliquid eſſet remedium hoc, præſtare poſſe non diffiderem ego. Nam & humoris noxii partem inde cõſumendam fore ſperarem, partim contemperandam quaſi dilutiorem factam. Nec minus interea temperamenti melioris aliquid conciliari parti ita affectæ poſſet. Siquidem non ea hic, vt in guaiaco calefaciendi atq; exiccandi vis, ſed nec qualitas omnino vlla, quam nocituram ſuſpicer. Conſiderandum tamen, ac precibus aſſiduis exorandus Deus, vt elargiti ſaltem dignetur, in quo vno, vna ac certa poſita eſt omnium noſtrum ſalus.

In eodem caſu, pro eodem ægro,

D. REMBERTI DODONÆI

CONSILIVM CLXXVI.

PROPONITVR morbus & ſatis difficilis ac diuturnus, qui ab 1572. quo incepit, ad hoc vſque tempus perdurat, remiſſior tamen factus, licet quandoq; recurrentibus ſęuioribus ſymptomatis. Eſt autem hic morbus, quantum ex doctiſſimorum Medicorum ſcriptis datur cognoſcere, melancholia. Adſunt continui metus & triſtitiæ propriiſſima ſigna, item ſuſpiciones ſiniſtrę, diffidentia, alienæ cogitationes, lacrymę etiam frequentes, & alia melancholiam conſequentia, quæ animalis facultatis functiones quaſdam deprauatas eſſe oſtendunt. Accidit autem animalium functionum hæc deprauatio ſiue melancholia, vel cerebro primario male affecto, vel toto corpore melancholico ſucco redundante, vel etiã per conſenſum tantummodo alia aliqua parte laborante, à qua ad ſenſuum inſtrumenta vapores ac fumi efferantur. Sed præſens melancholia ex primaria cerebri affectione ſuperueniſſe videtur, ſiquidem cerebrum natura ſua frigidius ac ſiccius ad receptionem humoris melancholici maxime videtur expoſitum, temperamento ſibi ſimilem. Tale autem eſſe cerebri temperamentum oſtendunt, quæ ab excellentiſſimis dominis Doctoribus prolixe ſunt expoſita. Accedit & ſubſtantiæ cerebri craſſities quædam, quæ non parum ad melancholiam fouendam confert. Tarditas certe ingenii & difficilis comprehenſio craſſitiem ſubſtantię cerebri demonſtrans: veluti tenacitas memoriæ eius ſtabilitatem, vt quidem Galenus in arte medicinali ſcripſit. Coniungitur his malis cerebri quædam à primis annis debilitas ex morbo videlicet comitiali, cui in prima ætate obnoxius fuit, qui tandem in melancholiam permutatus cerebri debilitatem permanentem ſatis oſtendit. Iam & intemperara victus ratio non parum huc contulit. In aëre concluſo ac fœtente olim diu verſatus eſt, vino dulci ac potenti abunde vſus, & craſſa etiam cereuiſia intemperanter & intempeſtiue ſeſe expleuit. Nam vt Aëtius teſtatur, non modo à natiua, ſed ex mala ac intemperata victus conſuetudine melancholicum quoque temperamentum contrahitur. Atque hæc quidem eo faciunt, vt cerebrum præcipue, primario & per eſſentiam affectum ſciamus. Quanquam tamen & aliunde nonnullos fumos efferri contingat, per quos & intenditur quandoque, vel varie permutatur morbus. In qua etiam ſententia excellentiſſimi domini Doctores ſeſe eſſe oſtendunt, & verba & autoritatem adterentes, vbi temperaturam cordis melancholicam, corrumpentem, tandem temperaturam cerebri ſtatuunt. Et poſſunt certe in eodem corpore vt plura mala: ita & vnius mali plures cauſæ & occaſiones incidere. Remediorum magna oſtendi poſſet copia, ſed præcipua cura eſſe debet, vt optima victus ratio inſtituatur, & recta ac temperans viuendi norma, ne quæ intemperantia admittatur, aut quicquam intempeſtiue fiat, in quo maxima ſanitatis recuperandæ ſpes eſt. Humores vitioſi erunt purgandi, præſertim vere & autumno, & quidem per leuiora medicamenta: præſtat ſane ſæpenumero per leuiora purgationes moliri, quam per magna illa naturæ moleſta ſubinde medicamenta. Leuiora ſæpius repeti poſſunt, vehementiora ſæpius dediſſe non fuerit ex re. Enumerata ſunt familiaria ac optima remedia à clariſſimo & excellentiſſimo domino Doctore Iulio Alexandrino, Imperatoris primario Medico, quæ ad purgationem humoris melãcholici & aliorum quoque crudorum plurimum faciunt. Tam diſerte autẽ ac eleganter de hoc morbo quoq; reſcripſit, vt non modo in eius ſententiam pttauerim eundũ, ac omnino acquieſcendum, verum & parũ quod præterea adferri poſſet relictum, iudicandum. Quamobrem & breuiorem me eſſe contingit. Inter ea autem quæ à domino Doctore Iulio Alexandrino recenſita ſunt, poteſt & reponi ſyrupus de pomis regis Saboris, compoſitio eius extat apud Meſuem in capite de melancholia. Conferre poſſe videtur confectio ex granis tinctoriis ſiue Alchermes, quæ lapi-

Cerebri craſsities.

Victus ratio in melancholicis præcipua eſt pars curationis.

Lenientia ſæpe iteranda.

Syrupus de pomis Regis Saboris.

Confectio Alchermes.

dem Lazuli admittit, ſæpius lotum, ac diligenter præparatum. Commendantur hæc non modo ad melancholicas mentis commotiones, verum & ad cordis roborationẽ. Vtiliſſima certe compoſitio, ſi ea, quæ Meſue prædicat, præſtare queat, cordi tamen plurimum profuiſſe teſtari poſſumus. Quod ſi autem hæc paranda videatur, præſtiterit accipere ſuccum crudum, & grana tinctoria vtraque ſeorſum. De ſanguinis miſſione parum videtur ſuperaddendum, hoc vnum tantummodo, tametſi omnes Medici præſtãtes probum ac laudabilem iudicauerint, ſanguinẽ à vena aperta profluentem, ac veteres, & inter eos Aëtius cerebro primario affectu laborante, non exiſtimauerit detrahendum, niſi adſit ſanguinis in toto corpore redundantia, aut præſeruationis gratia fiat, tamen ſtatuo & aliorum iudicio, non præter aut citra vtilitatem magnam videtur futurum, præſertim veris aut autumni tempore, ad minus ipſo vere, etiamſi non ob aliam, quam præſeruationis cauſam, cuius gratia etiam capite primario affecto admittit Aëtius, vt iam ſcripſimus, ſanguinis miſſionem. Aperienda autem erit vena interna ſiniſtri brachii. Nam in ſiniſtra parte melancholici humoris potiſſimum ſedem eſſe in confeſſo eſt. Nam ad ſiniſtram faciei partem crebrius humores decumbere ſcribuntur, & in maxillas gingiuasque influere ſiniſtras. Poterit, ſi laudabilis ſanguis apparuerit, mox ſupprimi, ſin minus probus fuerit, permitti, vt aliquandiu effluat, quoad vſque ſanus videbitur, vires modo ferant. Repetita vero eadem, ſi vires vitioſum vna vice educi non patiuntur. Balneum aquæ dulcis ac tepidæ omnino etiam probandum venit, quod non modo à veteribus in hoc morbo laudatur, ſed & ſępiſſime profuiſſe, compertum habemus. Nec diſplicet, vt ſimplicia in aqua decoquantur, malua, althea, violaria, borrago, & flores chamæmeli, non quidem odorati illius, ſed vulgaris, quod vt inquit Galenus, viribus accedit homini familiaribus ac temperatis. Inſidendum autem aquæ tepidæ, in qua hæ erunt incoctæ herbæ aliquanto tempore. Non negligenda quoque ſunt & alia particularia remedia, vt mala cerebri qualitas corrigatur, & ad meliorẽ temperaturam reducatur. Inſtituenda cum & quibus cordi proſpiciatur, nec non lieni, ſi qua parte laboret, vel aliis etiam, vnde vapores ac fumi ad cerebrum attolli queunt, ipſum lædentes ac varie afficientes, quorum materiam non dubito præſtantibus Medicis cognitam & in numerato eſſe, quæ omnia facilius, ſi qua alia laboret pars, cognoſcere poterunt, quam nos abſentes ex relatione. Reſtat de hæmorrhoidibus, quas aperire non inutile eſſe poterit, ſi modo iam ante ex ipſis ſanguis fluxerit, vel ad minus cõpertæ fuerunt prominentes. Secus certe difficilimum fuerit ex his ſanguinem euocare, & fortaſſe nec ſatis tutum id ipſum conari. Quo autem modo, & quibus tandem ſatis ſuperque à Doctore Iulio oſtenſum, à nobis non eſt repetendum: hoc tantum, ſi applicandæ hirudines præſentibus Medicis videtur, vt antea aliquot hebdomadis in aqua pura, eaq; ſæpius mutata aſſeruatę ſint, priuſquam adhibeantur. Et hæc quidem paucula excellentiſſimi & clariſſimi D. Iulii conſilio addenda habuimus, quæ vt boni conſulantur optamus.

Cautio in præparationem confectionis Alchermes obſeruanda.

Vena ſectio.

Balneum aquæ dulcis.

Hæmorrhoides.

Hirudines.

In melancholia, pro quodam Nobili viro,

D. MATTHIÆ STOII

CONSILIVM CLXXVII.

DE temperamento, moribus, actionibus, atq; adeo tota κατασκευῇ corporis, ita plane dictum eſſe in conſilio noſtro, exiſtimamus, vt in eo non multum deſiderari poſſit: Et qui reciprocationem illam cauſarũ cum effectibus diligenter conſiderauerit, non poſſit non de iis certus eſſe, quæ ad intentiones curatiuas ſpectant. Licet autem effectus, & ἀποτελέσματα, vtcunq; bona ſignificentur, tam Medicis, quã Aſtrologicis indiciis, tamen illa euerſa eſſe accidentibus & ſymptomatibus variis, & cauſis quaſi violentis manifeſtum eſt. Sunt q; illa de bonitate temperaturæ cum ſale ſapientiæ accienda. Neq; enim ἀμέμπτου λαχεῖν is cõſequi potuit, qui ex parente ſene genitus, nutricem non ſatis commodam conſecutus eſt, vt de educatione, in qua multa deſiderabantur, taceamus, ne videamur bis cramben. Hoc ſaltem indicandum iudicauimus hoc loco, de σημειώσει in conſilio Dn. Doctoris magnam eſſe confuſionem ſignorum. Primo non recte colligitur, cerebrum temperatum eſſe, & mediocriter ſeſe habere, cum ſubiiciatur, quod ſiccius ſit debito. Neq; recte informatus eſt Do. Doctor de plurium linguarum, quas didicerit cognitione. Epar cum partibus naturalibus humidius eſſe affirmat, & tamẽ ſubiungit abundare ſanguinem bilioſum. Genitalium caliditatem ex prole, quæ fœminea eſt, nõ bene colligi exiſtimamus; ſed nolumus iſta ἀκριβολογεῖν. Si morbus eſſet materialis, & nunc, & ante inſtrumentis illis medicis tribus, quæ ex ratione adhibita ſunt ab ordinariis medicis, aliquid ſaltem effectum fuiſſet vtile: Sed nihil, vel parum, quæ etiam omnes Medici comproba-

Filii temperamentis ſimilibus genitoris raro ſunt firmi temperamenti.

probarunt, profuiſſe cum dolore qoerimur. In primis autem conſideratione dignum eſt, quod cum cootra melancholicam affe-ctiooem plurima adhibita ſint, velut electi-ue illum humorem ducentia, malum tamen ſemper exacerbatum fuerit, etiam facta prę-paratione conuenienti. *Quid conſultum.* Quare ad illud θεῖον confugere coacti ſumos, & fateri ſpiritualem eſſe morbum, & diuinitus immiſſum, in quo profligando fruſtra, vt arbitramur, φυσικῶς elaboretur. *Etiam in ſpiritualibus morbis remedia admouenda, ne alia mala ſuboriantur.* Non tamen omitteodas omoes medicationes cenſemus, ne alia mala ſuboriantur, aut fomentum vberius præſeotibus malis ſuppeditetur, imo ioſtandum precibus & ſupplicationibus publicis, pariterque manus operi admouendas eſſe cenſemus. Quod arbitramur ab iis, quibus ea cura commiſſa eſt, fieri diligenter. Reſtat, vt de tribus illis prędidiorum geoeribus, quę vtiliter adhiberi poſſe, Do. Doctor autumat, ſententiam ooſtram exponamus. *Num ſarſa adhibenda.* Et primum de radice illa, quæ Hiſpanis Zarza parilla, quod rubi viticulam ſonare dicitur. *Sarſa parilla etymologia.* Zarza enim illis rubus eſt, Parra vitis vnde diminuoiuum parilla. Multi hanc ſtirpem, primum ex ooua Hiſpania allatam, deiode ex Hondura, tandem ex Quito prouincia Peruuiana. Smilacem aſperam eſſe, ſimilitudine quadam decepti, contenderuot, præcipue vero Itali, forſan æmulatione quadam, ne viderentur eo medicamento cauere. Sed differentia magna eſt, ſi recte conſideres: *Sarſam non eſſe ſmilacem aſperā.* Nihilominos pro Zarza ſæpe venalis habetur Smilax; ſed huius radices oodoſæ ſunt, vel articulis quibuſdam interceptæ, vt hac ſaltem inſigni nota diſtingui poſſit. Atque hic expendi volumus ariſtolochiæ, quæ κληματῖτις dicitur, alteram ſpeciem, quam in Betica, Hiſpanica Zarzam parillam vocari Carolus Cluſius annotauit. De fructu Zarzæ parillæ nihil ſcribitur, vti nec de foliis, niſi quod hederam quodammodo referat; ſed rami tantum, vel ſarmenta lignoſa cum radicibus ad oos afferuntur. Diſtat hæc, vt dictum eſt, ab aſpera Smilace, cuius duæ ſpecies fructu differentes, in Italia, altera baccis nigris, altera rubentibus inueniuntur. *Vires ſarſæ.* Vires has potiſſimum Zarzæ parillæ incolæ regionum, vbi oaſcitur, prodiderunt, quod ſodorifica ſit, quod lui veoereæ medeatur, nec quicquam aliud fere proditum videmus, quod fide dignum ſit: neque ex ſapore, qui nullus fere percipitur, quicquam coniectari licet. Quare miramur à quibuſdam & contra veoena, & io affectionibus capitis, tum aliis, tum melancholicis vſurpari: Illud de aſpera Smilace ſcriptum eſt à Dioſcoride, & Plinio; huius effectus authorem fide dignum habemus neminem. Cæterum non hæc tantum diſtioctio adhibeoda eſt, vt confuſio illa vitetur, qua pro vera Zarza parilla vſurpantur ſpecies Smilacis aſperæ, ſed & diligenter cooſiderandæ ſuot vires Zarzæ parillæ veræ. In primis autem eius, quæ ex Hondura & prouiocia Quito affertur, de qua hoc proditum eſſe inuenimus ab iis, qui exotica diligeoter ſcrutati ſuot, quod radix receos corrigenda ſit humectantibus & refrigerantibus, propter caliditatem. *Sarſa calida & ſicca in ſecundo gradu.* Calidam enim & ſiccam in ſecundo gradu ſtatuunt, ideoque non conuenire iis, qui calida epatis intemperie laboraot, quique febri aliqua, aut acuto morbo infeſtantur. Arguit caliditatem ſitis, quæ illa vtentibos excitatur, tum vis διαφορητικὴ, quæ ſudores mouet. Quod autem in ea, quæ ad nos affertur, caloris veſtigia guſtu non deprehendaotur, ex eo mioime colligendum erit, quod nulla vel exigua inſit caliditas. Quinimo illud perpendendum eſt, quod medicamentum illud, ſi quis eoocremeorum ſpecter, & probe in ſimplicium examine verſatus ſit, partes admodum diſſormes habet, *Sarſa diſſormis.* quemadmodum & Smilacis, & hederæ ſpecies, quibus cognationem aliquam cum Zarza intercedere fateri nos, & foliorum, & radicum, & ſarmentorum ſpecies cogit. Quid autem de hedera Galenus tradiderit, notum eſt. Ac partes aqueas quaſdam io Zarza, quibus calidæ & acres aliquandiu foueantur, arguit hoc, quod facile exoleſcit. Idq; omnibus plantis accidere nouimus, in quibus aqueum excrementom eſt, & iis quoq;, quibus matrix mollis, ſpongioſa, & quaſi tormentoſa eſt. Hinc fit, vt exoleta ſemper ad oos afferatur. *Sarſa ob vetuſtatē vitiatur.* Nam quanto recentior, tanto vegetior & plenior eſt. Noſtra & ſitu infeſta & rugoſa conſpicitur, tum quando frangitur puluerulētum quiddam ſpargit, idque propterea, quod vix tertio anoo, vt recentiſſima ſit, huc afferri poſſit.

Vis Emplaſtica quain. Quod autem Dn. Doctor de Emplaſtica vi ex ſapore colligit, non ſatis intelligimus. Etenim Emplaſtica terreſtrem ſubſtaotiam habeot, pleruntq; omni mordacitate vacantem. Sic vt corporis poros obſtruant potius; quam infractu libereot. Et licet ſiot quædam Emplaſtica, quæ aëreas partes ſortita, & proinde viſcida ſunt, illa tamen poros quoque non expedioot. Imo Emplaſtica, vt Galenus demonſtrauit ἐμφρακτικῶς καὶ σκληρυντικῶς, plane aduerſantur. Nullo modo ergo ſudorem mouere poſſe videntur, neque ex lentore illo, qui in maſticatione obſcure percipitur, ſufficienter elici poterit humiditas: Imo experientia con-

traxlum euincit, quia vehementer ſiccare omnes fatentur.

Sarſam bonam haberi non poſſe.

His de cauſis arbitramur nos Zarzam, qualem optamus, etiamſi nullis ſumptibus parcatur, haberi non poſſe, niſi quis DEORVM nuncius illam nobis per mare, per terras confeſtim afferat. Quod autem de correctione eius dicitur, id tale eſt, vt ſi fungi aromatibus conditi, & opipare præparati, pro optimo edulio vſurpentur, vel res exoleta alia, adiectis recentibus, corrigatur, in quibus non tam eius, quod principale eſt, quam additorum ratio habenda videtur. Sed concedatur, nos Zarzam recentem habere poſſe, docendum tamen erit, & vel rationibus, vel experientia oſtendendum, hanc radicem melancholico affectu, qui ſit κατὰ περίστασιν, mederi, quod nos latere hactenus libenter fatemur. Quæ de experientia afferuntur, quaſi plurimis profuerit Zarza, in his etiam regionibus nouimus, quale ſit, & quid ad experientiam veram requiratur. Nouimus etiam, quam multa de nouis illis inuſitatis peregriniſque ὑπερβολικῶς dicantur. Sed ne hæc nimis prolixe perſecuti videamur, ad alterum præſidii genus, quod χειρουργίαν attinet, properamus.

DE CAVTERIO ADHIbendo.

Cauteria cum fontanellis non confundenda.

De cauteriis monet Dn. Doctor, indicationibus inſiſtendum eſſe, & illud alias ſubinde repetit, quaſi Medicus rationalis aliquid citra indicationes agere debeat & poſſit. Nos viciſſim monemus, ne confundantur cauteria cum fontanellis, quoniam non tantum aliis cauſis; ſed fine differunt. Cauteria ſiue actualia, ſiue potentialia, loco affecto applicantur, vel vt euacuentur peccantes humores, vel pars ſiccetur, vel roboretur, vel omnibus ſimul, vt ſatisfiat, quemadmodum ex Hippocrate & Galeno apparet. Euacuationis quidem nomine adhibentur, vt in hydrope, de quo 6. Aphor. 27. Roborationis nomine, vt in ſuppurationibus epatis, in parte paralyſi affecta, 7. Aphoriſmorum 45. Deſiccationis vſus manifeſtus eſt in hæmorrhoidum curatione, Ægilope, Ozena, & aliis affectibus. In vſtione Iſchiaticorum tribus illis indicationibus ſeruitur, teſte Galeno 6. Aphoriſmorum 60. Et hic erat vſus cauteriorum apud antiquos. De fontanellis non meminimus, vel ab Hippocrate, vel à Galeno aliquid proditum eſſe. Finis (etſi modus & forma agendi eadem ſit) à cauteriis antiquorum diuerſus eſt.

Fontanellæ non vſitatæ veteribus.

Etenim partem ſuam in διάθεσιν φυματώδη deducunt fontanellæ. Affines erunt cauteriis dropaces, ſinapiſmi, picationes, ſed hæc mitiora præſidia habebantur, & veluti gradus quidam ad cauteria: Sicut vſum fontanellarum frictiones, & deligationes ſupplebant: Scarificationes vtriq; intentioni ſeruiebant: Phlebotomia alteri. Sed de his diſputationem accuratiorem inſtituere non eſt huius loci.

Antequam autem determinemus, vtrum cauterio ſit vtendum, vel fontanella:

Primum, de eo conſtare oportet, qualis ſit materia peccans, an melancholica tantum, an etiam mixta.

Deinde, an fluxerit iam, & recepta ſit, an adhuc fluat. (Nam diuerſi hi ſcopi diuerſam curationem requirunt,) ſi melancholia ſimpliciter recepta eſt in ſubſtantiam cerebri, cauterio locus eſſe vix poteſt, niſi cum humectatione debita, vt cum alii, tum Albucaſis docet, adhibito vel plano, vel punctuali cauterio, & applicata corolla, quæ operatio vno tempore fieri non debet, ſed pluribus vicibus peragenda erit. Si pituita vel bilis admiſta, tutius aliquomodo adhiberetur cauterium.

Sed ſi pluribus locis applicandum eſſet, ſecundum Dn. Doctoris intentionem, vel determinationem, occipitio, vertebris vel ſpinæ adhibendum foret, propter abolitam memoriam: Ita enim concludere videtur, quaſi ibi memoria conſiſtat: vbi autoritatem Fernelii adducit, duorum foraminum vel meatuum in cranio mentionem facientem, per hæc memoriam expediri poſſe opinans.

Nos quidē hæc Fernelio, ne per ſomnum quidem in mentem veniſſe arbitramur: Imo hæc apud Fernelium leguntur in parte Phyſiologica: Haud diſſimulanter hoc loco funditus euertenda iuniorum abſurda, & futilis opinio, quæ memoriam in cerebri ventriculo poſtremo: phantaſiam vero, id eſt, cogitandi fingendique vim in prioribus collocauit, &c. Et quæ ſequuntur, palam ſententiam illam euertunt. Omnino etiam philoſopho, & rationali Medico indigna eſt ſententia, quæ locis interiores ſenſus diſtinguit.

Senſus interiores non diſtingui loco.

Cæterum & pluribus vicibus & diuerſis in locis ſimul cauterium adhiberi, ita inquieto, ita furenti, quo pacto poteſt? Si fontanellis res peragenda eſt, reuulſionis potiſſimum gratia adhibentur.

Videndum itaque & diſpiciendum accurate erit de loco, idque ſumpta indicatione ex natura rei. Si materia non tantum re-

pta eſt, ſed etiam fluit, tum reuulſionis nomine, vt ſemper alias fontanella & cauterium loco ſimul affecto adhibebuntur. Non enim fontanella ſola hoc efficiet in collo excitata, ſed reſpiciendum quoque erit ad partes mandantes nouam materiam. An ab epate, venis, vel toto habitu, an à ſplene mandetur. Nam alia atque alia pars mandans, alium atque alium locum fontanellæ demonſtrabit. Si epar mandat, dextrum crus: Si totus habitus, facta debita euacuatione per phlebotomiam & purgationem conuenientem; fontanellæ in vtroque crure faciendæ ſunt: Sed nec epar, nec totum habitum mandare materiam ſatis conſtat ex noſtro conſilio. Et phlebotomia oſtendit, quod ſanguis ex quacunque parte ſane, ſiue ex frontis vena, ſiue linguæ, ſiue brachiorum, ſiue pedum extraheretur, magis cholericum, quam melancholicum fuiſſe.

Fontanella locus à parte mittente indicatur.

Quod ſi lien ſuppeditat nouam materiam, certe cruri ſiniſtro potius fontanella competet, nec erit locus aliquis vicinior deriuationis nomine deligendus.

Hæc vt Dn. Doctor paulisper expendat, rogamus. Expendat etiam, an cauterium potentiale, quod ſemel applicatum, in manu noſtra non eſt, & ſemper aliquam malignitatem relinquit, vertebris colli adhiberi poſſit, aut debeat. Sed hæc quoque prolixius expoſuiſſemus, ſi opus eſſe apud virum doctum, & probe intelligentem, hæc exiſtimaremus. Itaque capita horum attigiſſe ſatis eſt.

DE HAEMORRHOIDIBUS.

Tertium & poſtremum, quod Dn. Doctor propoſuit de hæmorrhoidibus, id tale eſſe arbitramur, vt minus etiam illi immorandum cenſeamus, cum res ſit planiſſima. Non tantum periculum extimeſcẽdum eſt, quod exiſtere nouimus, quoties vel adhibitis hirudinibus, vel medicamentis aliis, vt taceamus interim de ratione antiquorum, qui inuerſo recto inteſtino, actione laborioſiſſima, & valde dolorifica id ipſum perfecerũt, vt cum alibi, tum in libello de fiſtulis apud Hippocratem videre eſt, id ipſum tentatur. Anus enim ea parte, qua ſphyncter eſt, partim neruoſa ſubſtantia, partim carnoſo circulo conſtat. Neruoſa ſubſtantia non fert acria aut mordacia, aut inciſionem, ſine conuulſionis periculo.

Hirudines.

Sed videndum quoque eſt, an æger tale quippiam ſit admiſſurus, & quidẽ frequentiorem inſpectionem loci, quando opus erit, niſi committere voluerimus, aut partes illæ corrumpantur, non effecta tantum fiſtula, ſed putredine quoq; incidente, de qua fœdiſſimum malum, & prorſus abominabile oriri ſolet. Præterea vt hæc omnia negligamus, vel tanti non faciamus, indicationes tantum ipſas conſideremus. Conducere hæmorrhoidum fluxum laborantibus iis morbis (de quibus Hippocrates 6. Epidem. prodidit) ſi ſponte ſcilicet, & natura, eo ducente, profluant, certum eſt. Imo ſi hæmorrhoides ſupprimantur, melancholicas affectiones conſequi. Hippocrates & Galenus docent, experientia comprobante. Euacuatio enim per hæmorrhoides quibuſdam naturis ſit naturali conſuetudine, bonæ valetudinis cauſa. De hoc ſcribit Hippocrates, atra bile vexatis hæmorrhoides ſuperuenientes bonum. Sed cum hæc euacuatio in genere ſit præter naturam, ideo periculoſa eſt, & non facienda eius conſuetudo. Itaque vbi hæmorrhoides mouere volumus, natura ægri peculiaris inquirẽda, an ex conſuetudine eo modo purgari ſoleat, ſi ſic, aperiendæ.

Hæmorrhoidum prouocatio conſuetis conſueta, inconſuetis noxia.

Cum vero adhibita ſint ante huc ſpectantia quædam, nimirum hierarum vſus, ſectiones venarum in cruribus, frictiones ani, &c. nec animaduerſum ſit, naturam eo tendere, imo neque per omnem vitam æger ſenſerit aliquid ad iſtas venas proruſum eſſe, & ſanguis inſuper magis floridus & bilioſus viſus ſit (vt dictum eſt) vndecunque ſane extractus, non eſt, quod ad illud præſidii genus decurramus, & ſic, contra indicationes veras agentes, conſilium quoque Medicorum præcipuorum, quorum ſententia in hoc caſu requiſita fuit, contempſiſſe videamur.

In affectu Melancholico,

CONSILIUM CLXXVIII.

CVM morbus hic die decreſcente exoriatur, diligentèm certe requirit Medicum, & medelam. Humoris autem melancholici, vt omnium primum, copia minuatur ſequẽs ſyrupus ſingulis, aut alternis matutinis aſſumatur:

Melanogogon.

℞. Succi pomor. dulc.
Meliſſæ an. ℔ ß.
Infunde fol. Senæ Alexand. ℥ ix.
Cort. Hellebori nigri ℥ vj.
Sem. Ocimi contuſi ℥ ij.

Macerentur, & facta forti expreſſione adde ſacch. q. ſ. fiat Syrupus.

Quindecim diebus cochleare vnũ prædicti ſyrupi aſſumat.

Omnibus vero veſpertinis horis de electuario ſubſcripto nucis iuglandis quantitate vtatur:

Electuarium exhilarans.

℞. Amygd. dulc. excort. ℥ ij.
Nucum iugland. excort. ℥ j. ß.
Nucl. perſicor. mund. an. ʒ j.
Contunde cum aq. Meliſſæ, & adde:
Sem. Ocimi ʒ j.
Citri ʒ ij. ß.
Margarit. ℥ ß.
Conſeru. Meliſſæ.
Betonic. an. ℥ iij.
Miſc. & cum ſyrup. de cort. citri, f. Electuarium.

Lixiuium. Lixiuium fiat è Maiorana, Aſaro, & Verbena, quo quotidie ante cœnam caput lauetur.

Anagallis. Potui infundatur Anagallis floribus luteis. Item incoquatur iuſculis & cibis, aut eiuſdem conſerua à cibo aſſumatur.

In melancholia, capitis dolore, & imbecillitate totius corporis,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CLXXIX.

Variis æger noſter ſymptomatis vrgetur. Primum eſt melancholia: Nam continuo eſt mœſtus. Deinde cum aëri ſe exponit, dolore capitis tentatur, circa frontis regionem. Longos & profundos habet ſomnos. Percipit totius corporis imbecillitatem, & manus pedeſque interdum adeo frigidi perſentiuntur, vt calore deſtitui omnino videantur. Adeſt oris ſiccitas & ſitis: item alui durities; ſentitur calor quidam in iecore. *Melancholia.* Melancholia eſt actio deprauata imaginationis, quæ læditur non propter intemperiem, ſed ob errorem externum, ſcilicet ob ſpiritum animalem tenebricoſum; qui redditur tenebricoſus, ob impurum ſpiritum vitalem, qui talis generatur à cordis frigiditate, quæ non tantum natiua eſt in hoc ægro: ſed multis etiam de cauſis adaucta. Vnde Hippocrates ait: Si metus & mœſtitia diu perſeuerent, homines melancholicos euadere: non ſane, quod humor melancholicus à frigiditate gignatur, cum potiſſimum fiat à calore; ſed quia ob cordis frigiditatem non regi poteſt ſanguis in corde genitus, vnde ſpiritus vitalis & paucus, & impurus, ob cordis intemperiem frigidam procreatur; qui poſtea vertitur in ſpiritum animalem tenebricoſum; vnde melancholia. Nec obſtat, quod ad iram pronus eſt. Nam & fœminæ facile ira accenduntur, quæ ſtatim tamen recedit. Hunc affectum Medici & Philoſophi omnes è viſceris frigiditate oriri cenſent. *Dolor capitis.* Dolor capitis fit à flatibus, qui eleuantur à materia pituitoſa, quæ in capite reperitur, inque eo gignitur propter dyſcraſiam humidam, quæ patet ex longis & profundis ſomnis. Sollicitatur enim dolore, dum aeri ſeſe exponit, quia tunc agitantur humores illi, è qua agitatione eleuantur flatus, qui diſtendẽdo partes illas ſenſitiuas, ſoluunt continuum, & dolorem excitant. Non autem ſollicitatur dolore, quoniam deſtillatione detinetur, quia ea materia, è qua flatus gignuntur, extra cerebrum extruditur. Et quoniam (vt diximus) propter frigidam cordis intemperiem, non tantum impurus ſpiritus animalis procreatur, ſed etiam exiguus, ideo mirum non eſt, ſi totius corporis imbecillitas perſentiatur, quia facultas animalis, vt par eſt, ad neruos peruenire nequit. *Totius corporis imbecillitas.* Veruntamen non eſt credendum, tantam eſſe imbecillitatem, quantam ſe ſentire patiens aſſerit. Nam melancholicorum hoc proprium eſt, vt grauiora dicant eſſe ſymptomata, quam ſunt. Eadem cordis frigiditas eſt in cauſa, vt flos caloris inſiti deperdatur, & aliquando manus pedeſque geledi perſentiantur. *Manuum pedumque frigiditas.* Valde enim inſignem eſſe frigidam intemperiem, id oſtendit, quod maximus iecoris calor non poteſt refrenare partium extremarum frigiditatem. Porro iecoris caliditas varia ſymptomata producit. *Aluus ſicca.* Cum enim aluus ſicca exiſtat, id fieri cenſendum eſt, quia calor iecoris feces duras reddit. *Sitis.* Eadem de cauſa ſitim perſentit, quia calor & ſiccitas iecoris communicantur etiam ventriculo. *Mictio frequens.* Frequẽtiſſime etiam mingit, quia iecoris calor ſanguinem fundit, & pluſquam par eſt, ſerum à ſanguine ſeiungit.

Scopi.

Indicationes. Cordis intemperies medicamentis calidis eſt remouenda: iecoris feruor caſtigandus, humores pituitoſi in capite redundantes euacuandi. Quo ad chirurgiam, iam de venæ ſectione nil dicemus. *Miſſio ſanguinis.* Tempore autem veris conſulimus, ante purgationem fieri è cutibus euacuationem, vel per venæ ſectionem, vel per cucurbitulas. *Purgatio.* Hoc autem tempore ſimplicem tantum purgationem laudo. Quare primum leniatur aluus melle roſat. ſolut. & manna. Præparandi humores decoct. è cichor. borrag. endiuia, betonica, & meliſſa. Poſtea mitiſſime purgentur diluto Rhabarb. agaric. cum portione ſenæ & polypodii. *Maſticatoria.* Maſticationes conficiuntur è pyrethro maſtiche & cera:

Facta

Facta hac purgatione vtatur conſeruls de cichor. meliſſa, anthos, borrag. ſimul miſtis, & cum aliqua portione theriacæ, fiat electuarium. *Topica.* Quo ad extetna; ratione iecoris calidioris proderit, ſi circa eius regionem fomentum applicetur è ſucco cichot. *Fomentum.* *Sacculus.* cum aceto. Supta cor geſtetur ſacculus, qui contineat flotes anthos, ſtœchad. meliſſ. ſummitates ocimi, cortices citri, macem caryophyll. cinamom. galang. nucem moſchat. lignum aloës, ambram, ſpecies diamargarit. calid. Miſceantur inuicem decenti proportione, & imponantur in ſacculo, in quo reperiatur bombix ad retinendum pulueres: Sacculus autem ſit è ſerico purpureo & delicatiſſimo. Tempore autem veris poſt venæ ſectionem, vel ſactificationem, purgandum erit corpus iiſdem medicamentis, quæ iam propoſuimus, verum magis iteratis. Nec improbatur ſyrup. de polypodio. Deinde, cum optimo prædicus ſit ſtomacho; *Serum lactis.* laudamus ſerum lactis, ſumptum modo cum manna, modo cum ſyrup. roſar. ſolut. modo cum infuſione ſenæ, ratione ſtipticitatis alui. Laudamus etiam, *Balneum aquæ dulcis.* vt in vſu habeat balnea aquarum dulcium, in quibus efferbuerit meliſſa, borrag. violæ. — Vtatur etiam dictis conſeruis, temporibus calidis, è quibus tamen theriaca dematur, & augeatur doſis borraginis & cichorii, vt his etiam ſinceris liceat vti tempore æſtiuo. Fomentum iecori, ſacculus cordi applicetur. *Victus ratio.* Quo ad diætam, caueat ſibi ab aere nimis ſtigido, quemadmodum æſtate a nimium calido. Caueat à cibis miſtis cum aromatibus: fugiat vinum generoſum & dulce. Moderatum ſit exercitium. Solitudo fugiatur. Somni non ſint ita longi. Sunt enim in cauſa, vt pituitæ copia in cerebro coaceruetur. Tres horas à cœna vigilet. *Aluus adſtricta.* Ad alui duritiem proderit, ſi aliquando ſumet mannam cum melle roſat. ſolut. cum ſyrupo de polypodio, niſi vigeat æſtus. Habet enim vim lubricandi inteſtina. Conueniunt etiam clyſmi è puro oleo communi. Sit læto animo, curas omnes, cogitationes, & ſtudia fugiat, itemque iram: Et in hoc prudentis viri iudicium requiritur. Pila fiat odorata è moſcho, ambra, zibetto, &c.

In melancholia hypochondriaca, pro quodam Nobili viro,

D. IOAN. CRATONIS
CONSILIVM CLXXX.

FLVCTVATIO, quæ percipitur in ſiniſtro hypochondrio, & triſtes animi cogitationes, certiſſima indicia ſunt melancholiæ hypochondriacæ; nondum tamen confirmatæ: Itaque ægrum in bona ſpe eſſe iubeo, neque mœſtitiæ ſuæ indulgere. Interdum aqueus quidem humor colligitur: verum potior pars flatulenta eſt. Id etiam ſonitus aurium oſtendunt. Curatio in eo conſiſtit, vt calor naturalis contemperetur, & materia iſta flatulenta paulatim abſumatur. Inſtituatur autem initio recta victus ratio: qua contemperetur humor melancholicus, & pituita abſumatur. Vt calida omnia noxia ſunt; ſi immoderate iis vtatur: ita frigida & acida peſſima: cruda omnia vitet: ſimpliciſſimo victu vtatur, & non niſi carnibus optime aſſatis: iuſcula item pinguia omnia, & piſces atque lacticinia vitet. Potus ſit vinum optimum, clatum, & diureticum. Cereuiſiam non admiſceat, & exiguo potu contentus ſit. Ad medicamenta quod attinet, pauciſſimis eum velim vti præſertim purgantibus. *Lenientia.* Nec inter purgantia alia admitterem, quam ſyrupum roſatū è roſis damaſcenis, cum aqua roris confectum atque ſolutiuum, addita manna diluta infuſo foliorum perſicorum. Si ſpes eſſet, poſſe hæmorrhoides aperiri, probarem aloëm roſatam. Verum ſi nulla, ab hac quoque abſtinerem. Ad corroboranda viſcera adhiberem trochiſcos de abſinthio hoc modo: *Trochiſci corroborantes.*

℞. Trochiſc. de abſinthio ℨ iij.
Rhabarbari electiſſ. ſubtiliter inciſi, & aqua cinamomi aſperſi ℨ j.

Reformentur pillulę pro qualibet drachma xv. Accipiat ſingulis diebus hora vna ante paſtum quinque. Sæpe autem vteretur confectione ex oleo cinamomi, atq; ex oleo carui. Ita enim & flatus diſſipabuntur, & aqueus humor per vrinam expurgabitur. Foris alia medicamenta non adhiberem, *Ol. ſtomachale.* quam oleum noſtrum ſtomachale, quo inungeret totum ventrem matutinis horis, & diu noctuq; ſiniſtro hypochondrio *Emplaſtrū.* emplaſtrum noſtrum de ladano cum balſamo Indico imponeret; atque per aliquot menſes geſtaret. Cum nimium humectaretur locus (reſudat enim ſemper ex parte tecta quędam aquoſitas) detergatur ea, & ceratum iterum applicetur. Spero hæc pauca medicamenta ad curationem, Deo nos benigne adiuuante, ſatis fore. *Chymica fugienda.* Itaque vt chymica me-

dicamenta, ac in primis antimonium, tanquam peſtem fugiat, neq; imperitæ iactantiæ fidem adhibeat, moneo. Conſilium autem iſtud, non, vt tua ſingularis erga me beneuolentia meretur, ſcriptum: ita tamen cogitatum & datum, vt ſperem recte iudicantem Medicum parum in eo deſideraturum. A benigniſſimo Deo ſucceſſus petendus, & in omnibus longis morbis tolerantia quædam præſtanda. Nullus Medicus ea cito ſanat, quæ natura per ſe ſanare nequit. Anno 1585. 29. Maij.

Oleum ſtomachale. Olei ſtomachalis, cuius in hoc conſilio mentio facta eſt, deſcriptio talis eſt:

℞. Olei de abſinth. ℔. j.
Summit. abſinth. m. j.
Caryophyll.
Santal. citrin. an. ʒ ij.
Roſar. rubear.
Macis an. ʒ ß.
Maſtic. ʒ ij. ß.
Vini odorati ℔. ß.
Coq. ſ. a. & ponantur in ſole.

In hypochondriaca, ſeu melancholia flatulenta,

D. Ioh. Naevii

CONSILIVM CLXXXI.

SClariſſime domine Doctor, caſum profecto difficilem ac dubium mihi deliberandum proponit Reuerendus dominus Decanus, vna cum excellentia tua. Tot etiam variis ſymptomatibus cumulatiſſimum, vt certe neſciam, à quo rationem curationis inſtituere ordiar. Non ſolum enim flatuoſæ melancholiæ: verum & aliorum morborum accidentia adeſſe conſpicio, quanquam negari non poteſt flatuoſum illum atrabilarium morbum maiorem ſymptomatum partem mouere. Ob id (tua pace ſcriptum putes mi Domine Doctor) ex illo accidentium aceruo extricare me facile non poſſe. Quis enim ex tanta copia ſymptomatum ſtatim pronunciabit, quis propriè ſit morbus reuerendi domini Decani, ſimplex videlicet, an complicatus, cum febri, an ſine febri, cum dominum Decanum coram hactenus non viderim: Quapropter durum erit mihi, & quaſi illotis, vt aiunt, manibus irrumpere. Itaque quod facturus ac conſulturus ſum, cum maxima proteſtatione agam, nec volo vt reuerendus Dominus Decanus vna tecum meo conſilio plus pateat, quam quidem ſentias remedia mea illi profutura. Difficile enim eſt abſentibus mederi, & maxime antea non viſis. Itaque à me nihil certi poterit ſtatui. Faciam tamen officium boni viri, & quæ mihi videbuntur in rem ægri futura, literis tibi communicabo. Principio operam dabis vt victus ratio proba domino ægroto inſtituatur. In illa enim credo, cardo curationis vertitur, nec dubito quin iam pridem hoc ipſum à tua præſtantia factum ſit. Deinde obſeruandum an febris ſubſit, vel abſceſſus aliquis in venis meſaraicis, cum magna ex parte malũ hoc, vel ab obſtructionibus, vel apoſtemate pendere conſueuerit. *[illegible]* Iis enim præſentibus non dubitarem ſecandam eſſe venam, vel nigram, vel iecorariam, nec tamen ſanguis multus emittendus erit. Tertio, quod quæris an cruditati potius, aut oppilationibus ſit inſiſtendum: Reſpondeo pro iudicii mei tenuitate, quod & cruditati & obſtructioni ſimul obuiandũ ſit, cum ſint medicamenta quæ vtrumque præſtare poſſunt. Exhiberem igitur aliquot diebus mane diei quatuor aut quinque cochlearia ex miſtione ſyruporum ſequentium, quæ habet.

Syrupus alterans.

℞ Mellis roſac.
Maſtic.
Oxymel. ſimplic.
Syrup. violae.
de cichor. cum Rhabarb. an. quart. j.
Aq. artemiſ.
Cichor. an. ℥ ij.

Miſce, de iſta miſtura exhiberem quinquies, vel ſi non officeret ventriculo, ſexies. Dormiat poſt vſum Dominus ægrotus ad libitum, atq; horis tribus aut quatuor ieiunabit, poſtea ientaculum ſiue prandium ſumet. Abſumpto digeſtiuo exhiberem aliquid mannæ cum leui infuſione Rhabarbari, non negligendo ventris aſtrictiones, quæ in hoc genere morbi ſæpe vſu venire ſolent. Tertio, emendarem iecoris caliditatem vſu vnguenti ſantalini. *Iecoris caliditas.* Quarto, poſt ſumptum cibum offerrem aliquid de Diacytoo. ſimpl. aut de puluere ſubſcripto:

Tragea ſtomachalis.

℞. Cinamom. interior. opt. ℥ ß.
Sem. coriand. præparat. ʒ ij. ß.
Carnium citonior. ſicc.
Zinziberis albi an. ʒ ij.
Sem. aniſ.
Fœnicul.
Carui.
Cortic. malor. citri an. ʒ j. ß.
Sem. citri excortic. ℈ iiij.
Cortic. arantior. ʒ j.
Galangæ ℈ iiij.
Margarit. oriental. præp.
Maceris an. ℈ ij.
Puluериſentur ſingula & miſceantur, mixtis add.

Spec.

Spec. Diatrion ſantal. ℈ ij.
Sacchari ad pondus omnium, & f.
Tragæa.

Aliàs quantum quatuor digitis leuari poterit. Roborabit enim ventriculum ſtomachum obſerendo, ac concoctionis facultatem confortando, & flatus carminando; ventriculum etiam cerato aliquo tegerem, ventrem clyſteribus fluidum tenerem, & quando per debilitatem fieri poſſet, ipſum in balneum aquæ, non multum calidæ ponerem, ab exitu dorſi ſpinam oleo violaceo inungerem. Vomitum etiam quandoque tentarem, & maxime ſi ad vomendum aſſuetus foret, atque ita illis remediis curationem morbi denuo tentarem. Poſtea ad alia, & magis appropriata medicamenta tranſire poterimus, & maxime ſi me prius certiorem feceris, an aliquid fructus ex illis Dominus ægrotus noſter perceperit. Reliqua ad morbum flatuoſum, eius cauſas, & victus rationem pertinentia, inuenies, vt noſti, apud Galenum de locis affectis libro tertio. Vale, vir optime, atque idem doctiſſime. Ex Dreſda 3. Calend. Decembr. Anno 1570.

In eadem affectione, pro eodem,

D. PETRI ANDREÆ MATHIOLI

CONSILIVM CLXXXII.

SI QVANTVM coniicere poſſum, Reuerende domine Decane, ex iis ſymptomatibus, quibus dominatio tua affici ſolet, eu ipſo vexatur morbo, quem antiqui hypochondriacam, ſiue melancholiam flatuoſam vocauere, ſiquidem rugitus circa ventriculum, dolor quandoque in ipſo ventriculo, ructus acidi, & viroſi, artigo, triſtitia, mœror & timor, aurium ſonitus, & interceptio vocis, de quibus omnibus tua dominatio conqueritur, clariſſime demonſtrant, affectu hypochondriaco ipſam proculdubio laborare. Probatur hoc facile Aetii autoritate, qui libro vj. cap. ix. ſic habet: At vero tertia melancholiæ ſpecies, ſiue differentia, cuius principium à ventre oriri diximus, & quę affectio præcordialis ſiue hypochondriaca appellatur, ſæpe ex relatis cognoſcitur. Primum quidem incipiunt ventris ſymptomata, velut ſunt inflationes, rugitus, ructus acidi aut viroſi, & quod morbus ex ſeceſſibus, vomitibus ac ructibus alleuiatur, & qnod ipſi ægri ſemper percipiunt vexationes circa præcordia. Cum igitur hæc melancholia oritur primum ſymptoma circa ventriculum, apparet cumque maior ſit affectio, eam melancholicæ p- turbationes comitantur. Leuatur autem æger alui ſubductionibus, vomitionibus, concoctione & rugitibus. Hypochondriacum morbum, etiam flatuoſum appellamus, ſymptomataque eius eſſe dicimus, triſtitiam & timorem. Quemadmodum igitur quibuſdam ſæpe ex ventre fuliginoſa, quibuſdam autem fumoſa, aut omnino craſſiorum humorum exhalatio ſurſum fertur, veluti inſuffuſos oculos habentibus, aliqua ob oculos verſantur: eodem etiam modo nunc cum melancholica exhalatio ad cerebrum, velut fuligo, & fumus fertur, ſequitur mentis & ſeoſuum caligo, vertigo capitis, & flatuum ſonitus circa aures, & aliis quidem caput plenum eſſe ac graue videtur, aliis vero leue & vacuum. His ſubſcribit etiam Auicenna, qui affectum hunc Mirachialem appellat, ſic inquiens: ſigna vero Mirachiæ melancholiæ ſunt, grauitas circa ventrem, attractio ad ſuperiora, nauſea, mœſtitia animi, corruptio digeſtionis, eructatio acetoſa, ſputum humidum, rugitus, exitus ventoſitas, inflatio, dolor ſtomachi, dolor quandoque inter ſcapulas, & proprie poſt cibum, & palpitatio circa ventrem & inteſtina: Quibus apertiſſime cognoſcitur dominationem tuam nullo alio laborare affectu, quam hypochondriaco flatu, qui cauſatur à cruditatibus, qui continuo in eius ventriculo gignuntur, tum fortaſſe propter nimias curas, & continua ſtudia & vigilias, quæ eibi concoctionem impediunt, tum etiam fortaſſe ex nimia cibi & potus quantitate, quam cum calor innatus conficere non poſſit, fit inde vt cruditates remaneant. Ideoq; recte ab Aetio dictum eſt lib. 6. cap. 9. huius morbi cauſam eſſe cruditates, his verbis: Principium eiuſmodi melancholiæ fit plerumque ex cruditatibus. Flatus enim ipſis ſuccedunt multi, qui facile eleuantur, & circa præcordia diutius morantur, & ructus inde acidi conſequuntur, nullo etiam eiuſmodi cibi accepto. Quod autem ex vigiliis, ſtudiis, & ſolicitudinibus eiuſmodi oriuntur affectus & ſymptomata teſtatur grauiſſimus autor Galenus lib. 3. cap. 7. de locis affectis, ſic inquiens: Homines fiunt melancholici, maxime quando & in vigiliis multis, & multis laboribus, & ſolicitudinibus fuerint circumuenti. Et libro 6. cap. 7. eiuſdem voluminis: De Flatuoſo vero, inquit, vocato hypochondriaco morbo, nemo non dixit, quod triſtitiam, deſperationem, mœſtitiamque inducat, quippe laborantes eiuſmodi morbo, poſt cruditates dictis accidentibus multo vehementius infeſtantur, ac plures ex ipſis ſplenetici quoque fiunt. Atqui quo pacto, & qua via hi fla-

Melancholia hypochondriaca.

Symptomata melancholiæ conſequentia.

Mirachialis melancholia.

Cauſa melancholiæ hypochondriacæ.

Digitized by Google

tuoſi vapores in caput ferantur, & ſymptomata, de quibus diximus, moueant, facile ſciri poteſt ex libris de melancholia Ruffi, Galeni, & Poſidonii,, ac etiam ex Aetii locis ſuperius relatis, vbi ſic habetur: Lata autem eſt via, qua hi vapotes in caput exhalare poſſunt. Nam ventticuli os, quomodocumque affectum, facile in conſenſum trahit cerebrum ob cognationem per maximos duos neruos, qui ex ſuperioribus ad ipſum deferuntut. Quo fit, vt mirum non ſit ex hoc vapore in caput delato, vt excitentur vertigines, aurium ſonitus, mœrores, melancholiæ, & alia quæcumque ſymptomata quæ dominationem tuam vexant. Sed de morbo, euaſis, & ſymptomatibus hactenus. Reliquum eſt, vt nunc de morbi curatione diſſeram, qui nullo mudo tolli aut ſanari poteſt, niſi prius auferatur cauſa, à qua cruditates fiunt ac gignuntur. Ideoq; recte ſcribit Galenus lib. Meth. medendi, c. 10. Illud, inquiens, pro comperto habendum, non poſſe ad perfectionem vllum affectum ſanati, manente adhuc ipſa, vnde natus eſt, cauſa. Hanc itaque nos in primis tollete oportet, & ab ea curationem ipſius incipere,

Curatio.

Galenum ſecutos, qui lib. 4. Meth. med. cap. 4. inquit: In omnibus, in quibus adhuc cauſa manet, omnino ab hac inchoanda curatio eſt. Et lib. 3. cap. 1. de comp. medicamentorum ſecundum loca, Medicus, ait, omnino adniti debet, vt ſciat, quæ, qualis, & quanta ſit morbi cauſa, & vbi maxime ea dominetur, quo videlicet & curationem vnicuiq; conuenientem faciat. Ideoque reuerende Domine, cum borum ſymptomatum, ac ipſius morbi cauſæ ex cruditatibus originem ducant, cruditates vero aut ex vigiliis, aut ex longis ſtudiis, aut cogitationibus aut continuis curis, aut ex erratis in cibo & potu proueniant, operæpretium eſſe videtur, cauſas haſce primum auertere, & optimum in primas vitæ regimen inſtituere, ceteraque, de quibus diximus, corrigere. Hæc itaque à nobis poſtquam fuerint præſcripta, ſi ſeruabit Dominatio tua, nihil mihi profecto verendum eſt, quin tandem priſtinę ſanitati reſtitui poſſit. Nam permanente huiuſce affectus cauſa principali, non ſolum ſanare hanc eſt impoſſibile: ſed proculdubio credendum indies, & morbum ipſum, & ſymptomata auctum iri. Quandoquidem cum morborum, ſymptomatumque ſit proprium, corpus reddere imbecillum, quinetiam ealorem innatum, aliter euenire non poteſt, quam quod oppreſſa natura in deterius decidat corpus. Imo non parum verendnm eſt, ſi curatio negligatur, ne ventriculus, caput, & reliqua corporis membra adeo reddantur imbecilla, vt ſi poſthac velimns cauſam illam priorem auferre, non ita facile membra illa roborari, & in priſtinum reſtitui poſſint, quod ſubinde ex ſeipſis generent cruditates & excrementa, quo fit vt lib. 3. cap. 5. de loc. aff. ſripſeiit Galenus de hae re, his vetbis: Nos haudquaquam latete debet, vbi per conſenſum quis afficitur, fiatque adhuc affectio, quod deletis efficientibus ipſam cauſis ipſa quoque ſimul deletur. Si vero conſentientes partes permanentem iam habuerint diſpoſitionem, quamuis quieſcat cauſa efficiens, ipſa tamen permanebit affectio. Hæc ille. Ideoque cauſæ prouidendum eſt, antequam morbus magis inualeſcat. Et quoniam, vt Galenus inquit, lib. de remed. facile parabilibus, cap. 40. Primns & præcipuus curandi ſcopus in omnibus ægritudinibus conſiſtit in exacta victus ratione, quæ non complectitur ſolum potum & cibum: ſed etiam aerem, ſomnum & vigiliam, repletionem & euacuationem corporis, exercitationem & otium, omniaq; animi accidentia.

Diæta.

De his, quantum ſat fuerit, in primis dicam, deinde vero de medicamentis, quibus eam vti oportebit. Sit itaque aer ad calidum & humidum vergens, non vmbroſus, ſed lucidus, & ſuaue olens, quod arte etiam fieri poteſt, incenſis in dumo odoramentis.

Aer.

Præſtat ad hoc præ cæteris ſtyrax, quam calamitam vocant. Nam ſi fabæ quantitas ignitis leuiter prunis iniiciatur, ſuauem admodum ſpirat odorem. Fugiendus etiam eſt aer nebuloſus & denſus, quin etiam pluuioſus. Venti quoque ſeptentrionales vitandi. Locus habitationis reſpiciat orientem, vel meridiem, ſitque lucidus, elegans, latus & amplus, nullique putredini obnoxius, neq; latrinis adhærens.

Cibus.

Cibus deinde eſſe debet concoctu facilis, & qui bene nutriat, ac in probum vertatur ſanguinem, paucis relictis excrementis, boni ſucci, mediocriter humidus ac flatus expers.

Panis.

Pane nullo alio vtatur, quam ex pura tritici farina confecto, ſiquidem, vt Galenus lib. 7. de loc. aff. de melanchôlico morbo agens ſcriptum reliquit, ſubfurfuraceus panis, & qui ex ſiligine paratur, turbidum & melancholicum efficit ſanguinem. Præterea panis ipſe, quo veſci debet Dominatio tua, probe cum coctus, tum fermentatus eſſe debet, omnique vacare graueolentia, ac ingrato ſapore.

Carnes

Carnes petantur ex quadrupedibus domeſticis iunioribus, nempe. hœdinis, agninis, vitulinis, lacte nutritis. Iuuenum veruecum quam maxime etiam ad rem faciunt, item iuuenum gallinarum, gallinaceorum pullorum, ac etiam caponum iuueuum. Præ

ſtant

ſtant idem perdices, attaginæ, turtures, phaſiani, turdi, cæteraque auicularum genera, quæ in montibus, vineis, ſiluis, ſepibus, & campeſtribus locis victitant. Contra vero improbantur bubulæ, ſuillæ, caprinæ, hircinæ, ceruinæ, leporinæ, ac cæterorum ſylueſtrium quadrupedum, quamuis lepuſculi iuuenes, ceruorum, & capreolorum hinnuli potius concedi poſſent, quam prohiberi. Etenim tenella ætas humidiore ſucco, tenerioreque pulpa referta eſt, quo fit vt hœdinæ, & vitulinæ carnes præ cæteris probentur: bouinæ vero & hircinæ improbentur.

Aues.

Ex auibus prohibentur non modo ſeneſcentes: ſed etiam omnes, quæ in paludibus & aquis victitant, vt anſeres, anates, mergi, & huiuſmodi generis aliæ. Carnes ſale aſſeruatæ, præſertim ſuillæ ac bubulæ, & fumo exiccatæ, haudquaquam ſunt admittendæ, quod non ſolum ægerrime concoquantur: ſed quod inidoneum ſuppeditant alimentum, ſanguinemq; inficiant. Elixæ carnes longe magis præſtabunt, quam aſſæ, cum quod facilius concoquantur, & diſtribuantur in corpus, tum etiam quod humidius conferunt alimentum, id quod maxime expetit huiuſmodi morbi natura.

Aſſata melancholicis non conferunt.

Atqui nō ob hoc interdicam, vt aſſas omnino carnes dimittat, quæ etſi non tam frequenter, concedi tamen poſſunt, præſertim ſi potius interna eorum pulpa deuoretur, quam exterior ſuperficies ignis calore torrida, ſiccaque admodum reddita. Poſſunt eadem in iuſculo decoqui additis ouis, petroſelini foliis, dulcibus pomis & ſaccharo, vel dulci vino cum croci & cinamomi momento, cæteris relictis aromatibus. Piſces optimæ carnis, vt ſunt, qui in ſabuloſis, ſaxoſiſque fluminibus capiuntur, ſecure concedi poſſunt: contra vero improbantur, qui in cœnoſis capiuntur piſcinis, & ſtagnantibus aquis. Item ſalſi piſces, vel ſole & fumo ſiccati, nullo pacto ſunt admittendi, ſicut nec cancri, nec cochleæ, nec conchylia quæuis alia, quod glutinoſas habeant carnes.

Oua.

Oua gallinarum recentia præſtabunt, quocunq; modo parata, præterquam dura, vel in butyro frixa, aut quouis alio modo aſſa. Hiſce enim modis parata concoctu difficilia ſunt, & nidoroſas excitant exhalationes & eructationes. Lac tametſi ſua facultate conueniat, cum tamen facile putreſcat, & flatus gignat, minime conuenire videtur, niſi raro, & quod cæteris præcedat cibis, adiecto ei ſaccharo q. ſ. ad dulcorandum. Id quod de cibis omnibus intelligi debet, qui ex lacte parantur.

Caſeus.

Caſeus quicumque præſertim vetus & carioſus, in melancholicis affectibus Galeno maxime improbatur. Etenim, vt ipſe inquit, vbi forte fortuna in corpora ſtetit ſupercalefactus facile quidem huiuſmodi atrabilarium parit humorem.

Fructus arborum.

Ex arborum & plantarum fructibus, etſi omnes fere facile corruptioni, putredinique ſunt obnoxii, præſertim vbi ſecundis menſis, ingeſto iam priore cibo, deuorentur, vt in hiſce regionibus plerumque fieri ſolet, ii tamen concedi poſſunt, qui dulcedine ſunt præditi, vt dulcia ceraſa, dulcia mala, dulcia pruna, quin etiam vuæ dulces & probe maturæ.

Dulces fructus melancholicis conceduntur.

Melopepones.

Nec omnino prohibeo dulcium odoratorumq; meloponum vſum, modo parcius id fiat, & in ipſius prandii, aut cœnæ principio, antequam alius cibus ingeratur, quod etiam de fructibus, quorum ſtatim ſupra meminimus, fuit intelligendum. Vuæ etiam paſſæ, tam prauæ, quam craſſæ, quæ huc ex Italia conuehuntur, maxime ad rem faciunt, tam in cibis appoſitæ, quam per ſe deuoratæ. Nec improbauerim pingues & ſiccas ficus, præſertim ſi cum dulcibus amygdalis deuorentur. Præſtant hæ quoque in iuſculis appoſitæ, quin etiam earum lacteus cremor cum ſaccharo paratus. Conceduntur vtiliter pinei nuclei, ac etiam piſtacea, quæ ad ventriculum, & iecur roborandum commode ſumuntur. Cappares quoque ſale aſſeruatæ, prius in aqua calida maceratæ, & ſubinde elixatæ, ac oleo, ſacharo, aceto, vuis paſſis mixtæ vtiliter conceduntur. Contra vero fructus omnes vitari debent, qui ſapore acido, aut auſtero habentur, & qui perfectam non ſunt adepti maturitatem. Quin etiam caſtaneæ, ponticæ nuces, (quas auellanas vocant) iuglandes tam recentes, quam ſiccæ, fraga, mora, perſica & huiuſmodi vitanda ſunt. At pyra, quæ grato ſunt ſapore, ac etiam cotonea mala, ſub prunis toſta, ac ſaccharo, vel aniſi ſemine conſperſa, vtiliter ſtatim à prandio, vel à cœna ſumi poſſunt, eo quod ventriculum roborent, & vapores caput petentes reprimant. Sed hiſce deuoratis nullo vtendum eſt potu, nec vini, nec cereuiſiæ. Mala autem aurantia vocata, quin etiam punica dulcia, commode permittuntur, auſtera vero vel acida cōtra. Abſtinendum eſt à cucumeribus, tam recentibus, quam muria aſſeruatis, quod glutinoſum, craſſum & viſcidum coferant alimentum.

Legumina.

Ex cerealibus conceditur vtiliter hordeum, in carnis tamen iure decoctum, ac etiam oriza ex eodem iure, vel lacteo dulcium amygdalarum cremore parata, & ad lentorem vſque decocta, Cætera vero vt milium, panicum, auena, & ſi quæ ſunt alia omnia improbantur. Tollenda è medio ſunt omnia legumina, nempe, piſa, lentes, fa-

bæ, ac etiam cicera, quamuis cicerum rubeorum iuſculum vtiliter concedi poſſit, relictis in olla ciceribus. *Olera.* Olera, præter borraginem, hugloſſum, petroſelinum, intybum, fœniculum, anethum, meliſſophyllum, omnia vitari debent, & præſertim braſſica omnis generis, tam recens, quam muria aſſeruata. *Raphanus ſylueſtris.* Improbantur napi, rapa, paſtinacæ, & radicum genera omnia. Item cæparum omnia genera, allium, raphanus, & maxime ſylueſtris, quem Germani Kren vocant, quod ſuo acri admodum ſucco ſanguinem & iecur inflammet, & propemodum adurat, quemadmodum etiam ſinapis, quæ dulci vino ad intinctus admiſceri ſolet plurimum in Germania. *Aſparagi & lupuli germina.* Probantur aſparagi, & lupulorum germina, quæ ſanguini expurgando idonea prorſus habentur. Nam aqua prius elixata, & deinde ſale, oleo & aceto conſperſa, præter id quod guſtui non habentur ingrata, melancholicos mirifice iuuant. Sacchari & mellis vſus ad ciborum condimenta vtiliter comprobatur. *Butyrum.* Non improbatur butyrum, ſi tamen plus, quam par ſit, non profundatur, quod etiam de olei vſu ſubaudire oportet: atqui inhibendum eſt oleum quodcumque aliud, quod ad cibos, ex papaueris, lini & cannabis ſemine parari ſolet, quod viſcoſus & ater generetur inde ſanguis, menſque & ingenium deſtruantur. Aceto vehementer acri parcius fuerit veſcendum, niſi eius refringatur acuitas paſſis vuis, in eo infuſis, aut cum eo ſemefactis, vel admiſto melle ſaccharoue. *Aromata.* Aromatum nimius vſus maxime vitari debet, quod ſua acredine, calidaque & ſicca facultate, iecur, & ſanguinem pluſquam par ſit excalefaciant. Proinde iis parcius vtendum, præſertimque pipere ac zinzibere. Cinamomum tamen præ cæteris omnibus erit præſtantius, quod reliquis minus calefaciat & exiccet, & præſertim ſi ſaccharum admiſceatur. Admitto crocum, ſed tamen non largius admodum cibis & iuſculis iniectum. *Bellaria.* De bellariis autem, quæ in hac regione ſecundis menſis apponi ſolent, vt placentæ, *Placentæ ne ſtratæ.* quarum varia hic viſuntur genera, tantum hoc dicam, quod cum plurimum ex triticea conficeantur farina, cui fortaſſe nullum acceſſit fermentum, ſintque contumacia, iis potius parcendum putarem, vel modice veſcendum, quod minime eorum vſum admittere auſim. Quorum loco placeret multo magis, vt dominatio tua veſceretur nonnullis confectionibus, quæ ventriculum ac cerebrum iuuarent, cuiuſmodi ſunt, coriandri, aniſi, & fœniculi ſemina, de quibus alternatim ſumere poſſet à prandio, vel à cœna, vnum aut alterum cochlear, aut etiam ſequentem puluerem:

Puluis ſtomachalis.

℞. Sem. aniſ.
Fœnicul.
Coriandr.
Rotul. diarthod. abbat.
Diatrion ſantal.
Manus Chriſti non perlati an. ℥j.
Miſce, f. puluis.

Potus. Cæterum potus vinum album potius ſit, quam rubrum, tenue, non potens, ſubdulce, non auſterum, quo tamen vti debet parcius. Cereuiſiæ autem potus, cum craſſum turbidumque generet ſanguinem (tametſi antea fortaſſis dominationi tuæ fuerit in frequenti vſu, nunc tamen cum melancholicus iſte acceſſerit affectus) cur mihi probandus eſſet, plane non video. Abſtineat à vinis potentibus, à craſſis & turbidis, ſiquidem hæc melancholicum gignunt ſanguinem: illa vero iecur excalefaciũt, & cerebrũ lædunt. *Regula de cibo & potu.* Hactenus de potu & cibis, qui etſi probi ſunt ſucci, mihique comprobati: ſi tamen plus eorum ingeratur, quam par ſit, & ventriculi vis tolerare valeat, nocent, & cruditates generant. Vt autem is euitetur error, ſcopo ac regula quadam opus eſt, proinde comedat dominatio tua bis in die tantum, ſtatutis quibuſdam horis, nec interdiu quicquam ciborum aſſumat, cum nihil deterius ſit, quam incoctum alimentum inconcoctis cibis adiungere, & inter prandium cœnamque interponat ſemper ſpacium ſeptem horarum. *Tempus aſſumendi cibi.* Ac ſi fortaſſe ſeptem à prandio peractis horis, aliquam adhuc perciperet in ventriculo grauitatem, & nullus fuerit cibi appetitus, non niſi optimum erit, vna hora vel altera cænam prorogare, quouſque grauitas cedat, & appetitus redeat, quod ſi non ſucceſſerit, nil ſane melius, quam cœnam omnino intermittere. Præterea meminiſſe oportet, vt inter edendum, cibum probe comminuat, dentibuſque diutius conficiat. Siquidem qui velociter ingerunt cibum, & ſemimanſum deglutiunt, ventriculo laborem inferunt, & flatus maximos procreant. Deinde animaduertendum eſt, ne plus cibi ingeratur, quam ferre poterit ventriculi & caloris naturalis robur, ideoque ſe cibo & potu nunquam repleat, quo vſque extendatur ventriculus, ſed curet vt nunquam ſatur ſurgat à menſa, ne nimia alimenti mole innatus calor impediatur, & ſubinde generentur cruditates & flatus. Atqui qualis, quantaue menſura ciborũ eſſe debeat, recte ſcribit Auicenna his *Cibi quantitas. Recta cibi adminiſtratio.* verbis: Ea enim, inquit, erit cibi recta menſura, quę cum ingeſta fuerit, grauitatem non adfert, in ventriculo non natat, nauſeam

neque

neque ructus commouet, torporem non inducit, neque mentis bebetudinem facit. Ideoq; cibi quantitas mediocris, & ſecundum concoctricis facultatis robur eſſe debet. Ad hæc ignorandum non eſt, quod non parum affert affectis corporibus incommodi, & ſanitati tuendæ aduerſatur plurimum eduliorum apparatus. Quapropter Galenus recte id improbat lib. 3. de victus ratione in acutis, ſic inquiens: Scias quidem multiplices cibus, & præſertim facultate diſſimiles, magnam progignere in ventriculo confuſionem. Quod poſtmodum confirmans Auicenna: Nil, inquit, deterius eſt, quam diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & comedendi tempus protogare. Verum cum hoc frequentiſſime in lautiſſimis nobilium & prælatorum menſis euenire ſoleat, caueat Dominatio tua, ne in hoc fortaſſe aberret à ſcopo. Præſtabit itaque ex multis, quæ apponuntur, eduliis, vnum aut alterum, quæ cæteris meliora, ſapidioraque fuerint eligere, & ex illis tantum comedere, cæteraque aliis relinquere. Multum quoque refert non ignorrare, qui cibi priores, & qui poſteriores in ordine apponi debeant deuorandi. Proinde victus ratio ita decernere videtur, quod liquidi cibi, vt carnium iura, humidi, & qui facile in ventriculo corrumpuntur, vt piſces, fructus, & lacticinia, quique cæteris facilius concoquuntur, vt auicularum, ac iuuenum pullorum carnes, imo & oua recentia cæteros præcedere debent. Contra vero ſuccedere debent ii cibi; qu[illegible] craſſioris, tum durioris ſunt ſubſtantiæ, vt ſunt veruccinæ & vitulinæ carnes, & præſertim ſi aſſatæ fuerint. Hi enim cibi vltimi eſſe debent, qui longiori concoctione egeant. Eſt etiam Dominationi [illegible] curandum, ne potus cibi quantitat[illegible] ſuperet, vt cibus ventriculo non inn[illegible] poſtea fiat, vt inde vapores caput p[illegible]. Siquidem huiuſce incommodis cerebrum imbecillum & morbis periculoſis obnoxium redditur. Ideoque fugiat Dominatio tua compotationes quaslibet, & comeſſationes, potiuſque ſibi ipſi viuat, quam aliis. Cœna breuior ſit prandio, vt minus caput vaporibus repleatur, & melior in ventriculo fiat ciborum concoctio. Poſtremo curandum eſt, vt quotidie ſaltem ſemel aluus excrementa excernat: quod ſi naturæ beneficio conſequi non poſſit, lenienda aluus, vel cum prunis dulcibus ſiccis in vino albo decoctis, & ſaccharo aſperſis, vel cum vuis paſſis in principio prandii, vel cœnæ deuoratis ad ſex ſeptemue cochlearlorum menſuram. Quod ſi fortaſſe non contulerit balanis & ſuppoſitoriis vtatur ex melle, aut lardo, aut ſapone paratis. Quinetiam ſi aluus nimia adſtrictione laborat, clyſtere vtenda erit ex iure carnium, ſaccharo & parum ſalis parato, cuius vſus etſi pleriſque improbetur, eſt tamen tanta clyſteris vtilitas, quantum quiſplam fortaſſis narrare nō poſſit. Sed iam ad corporis exercitationes me confero, quæ cum recte moderateque ſuo ipſo tempore fiunt, maximum præſtant corporibus auxilium, & mirifice ſanitatem tuentur. Namque toti corpori robur addunt, & innatum calorem augent, quo mediante alimentum non ſolum in ventriculo, iecinore, ac venis probe cōcoquitur, paucia aut nullis relictis excrementis cruditatibus vel ſed in vniuerſum corpus feliciter fertur ac diſtribuitur. Quinetiam eiuſmodi exercitationibus corporis meatus laxiores fiunt, quo poſtea fit, vt ſi quæ ſunt excrementa in venis, partim per ſudorem, partim vero per inſenſibilem vaporem inde excernantur, adeo vt exercitationis commoda præpoſuerit, Galenus libro 1. de ſanitate tuenda, non ſolum quibuſcumque medicamentis: ſed etiam cuiuis victus regimini atque rationi. Cæterum animaduertendum eſt, ne plus, quam proſit, Dominatio tua exerceatur, ſiquidem Galeni teſtimonio, exercitationes, quæ modum nimium exceſſerint, bilioſum animal reddant, febres, phreneſin, eryſipelata, cæteroſque calidiores procreant affectus, ſanguine inde ſupercalefacto, & inflammato iecinore. Verum vt nimia corporis exercitatio nocere corporibus ſolet: ita quidem nec minus nocebit vita deſes & otioſa. Nam, vt idem Galenus inquit: otium animal pituitoſum reddit, viſcerum quorumlibet obſtructionem facit; apoplexiam, epilepſiam, & fluxiones concitat. Præterea nec illud ignorandum eſt, exercitium poſt cibum maxime valetudini eſſe obnoxium, Galeni ipſius teſtimonio, quippe, qui libro de cibis boni & mali ſucci, ad tuendam ſanitatem, inquit, ſi corpora moderate exercentur, mirum in modum prodeſt: At contra quies & otium diuturnum maximo illis eſt nocumento. Neque enim morbo quiſquam corripitur, ſi accurate obſeruarit, ne cruditates colligat, aut poſt cibum vehementer exerceatur. Nam ſicuti bonæ valetudini ante cibum exercitatio maximum adfert commodum: ſic motus qualiſcumque ſumpto cibo noxius admodum eſt. Alimentum enim ex ventre ante coctionem in diuerſas corporis partes diſtribuitur, proptereaq; crudi humoris copia per venas aggeritur, quæ multiplices morbos affert. At quales eſſe debeant ſalubres corporis exercitationes [illegible]

Varietas ciborum.

Ordo ciborum.

Potus cibum ne ſuperet. Comeſſationes fugiendæ.

Cœna breuior prandio. Excretiones alui quotidianæ.

Enematum vtilitas.

Exercitia corporis.

Modus in exercitationibus.

Incommoda nimiæ exercitii.

Otii incommoda.

Exercitia post cibum ſumptum incommodant.

nus 2. & 5. lib. de ſanitate tuenda, his verbis: Qui tuendæ ſanitatis gratia exercentur, exerceri debent, quouſque corpus vniuerſum intumeſcat, floridumque appareat motus prompte & æqualiter edat, ſudoremq; cum calido vapore miſtum exudet. Cum aliquid horum fuerit immutatum, ſtatim dimittenda exercitatio eſt. Et hæc proprie mediocris dicitur & ſalubris. Fiant inſuper exercitationes corpore cibo non oppleto, & mane potius ante prandium, quam veſperi ante cœnam, quamuis id non omnino inhibeamus, ſi fiat alimentis iam probe in ventriculo concoctis. Et quoniam varia ſunt exercitiorum genera: Cómodius tamen erit leuis deambulatio per loca amœna & viridia, vbi flores odorati, ac verſiculores, & fructus in arboribus ſpectari poſſunt, ad ſudorem vſq; & donec corpus citra laſſitudinem concaleſcat, quam vti alio exercitationum genere, tametſi præ cæteris laudauit Galenus exercitationes illas, quæ in pilæ paruæ ludo fieri ſolent, quippe quoniam huiuſmodi pilę ludus vniuerſas corporis partes exerceat, nempe, non ſolum exercentur crura, pedes, brachia, manus, thorax, dorſumque: ſed etiam oculi, aures, lingua, & mens ipſa, quæ in cerebro reſidet. Poſtremo cauendum eſt, ne poſt balneum dominatio tua ſe aliquo pacto exerceat, quandoquidem cum balneum vniuerſum non obſcure excalefaciat corpus, & per ſudores euacuet, operæpretium facere non eſt, ne iterum calefiat, & pariter vacuetur. His accedit ſomnus & vigilia, quæ res niſi ordine & ratione regantur, non ſolum iam genitos affectus augent, ſed nouos etiam excitant. Eſt itaque ſomnus omnibus neceſſarius, & vniuerſi corporis ſenſus à ſuis quieſcunt laboribus, ac etiam vt alimentum non modo concoquatur in ſtomacho & iecinore; ſed in vniuerſum in omnibus corporis partibus, quin etiam vt reſtaurentur ipſius, cum omnes facultates, tum functiones, atque corpus ipſum diurnis laboribus afflictum, ſimul in ſe totū refocilletur, repareturque. Somnus itaque, qui ſanitati magis videtur idoneus, eſt nocturnus, cuius initium eſſe debet, elapſis duabus aut tribus horis à cœna, cùm iam præſumptus cibus in ventriculi fundo reſederit. Nam cum natura ipſa longo indigeat ſomno & quiete, id quidem longe melius nocte, quã die præſtari poteſt. Addo etiam quod in tales ſpiritus magis contrahuntur ad centrum nocturno, quam diurno tempore. Debet itaque dominatio tua itura dormitum quieſcere primum ſuper dextro latere, ſiquidem ... in tali ... cubitu iecur ſub ventriculo ... non grauat, nec aliquem infert laborem: ſed ipſum calefacit, perinde vt ignis lebetem, qui illi admouetur. Peracto vero primo ſomno quieſcendum, deinde fuerit ſuper ſiniſtro latere, vt cibus rectius ad ventriculi fundum deſcendat, ibique inhærentis iecinoris calore facilius concoquatur. Præterea prorſus cauendus eſt decubitus ſuper dorſo, quod præter id, quod non parum renes afficiat, cerebrum etiam & neruos lædit. At decubitus ſuper ventre conuenit tantum, cum ægre cibus in ventriculo conficitur. Etenim non parum concoctionem adiuuat. Ad hæc longiore tempore dormiendum non eſt, quam horis ſeptem aut octo, niſi fortaſſe longæ præceſſerint vigiliæ, quæ melancholicos affectus plurimum ſequũtur. Ideoque ſi fortaſſe eueniret, vt dominatio tua ſomno deſtitueretur, vtatur balneis aquæ dulcis tepidis, non calidis, hora vna atque altera ante cœnam. A cœna vero cum ſe dormitum conferre ſtatuerit, lauet cum brachia à cubito ad manus; tum crura à genu ad pedes tepente aqua, in qua decocta ſint medicamenta, quæ recte ſomnum conciliare poſſunt, nempe:

Chamæmel.
Anethum.
Nymphæa.
Flor. violar.
Lactuceæ.
Fol. ſalicis & papaueris capitula.

Nam melancholicis nihil deterius accidere poteſt, quam vigiliæ. Præter id cauendum eſt, ne ſtatim à cœna Dominatio tua ſe cubitum conferat, quod id caput vaporibus repleat, & oculis maxime noceat. Fugiendus etiam eſt ſomnus meridianus poſt cibum quoniam concoctionem cibi impedit in ventriculo & in iecinore, intellectum habeat... pigritiam quandam toti corpori inducit, ... etiam nocturnum impedit ſomnum, lienem auget, neruos debilitat, & memoriam corrumpit. Reliquum eſt, vt corrigantur etiam animi accidentia, à quibus plerumque ſolent oriri melancholici affectus. Sunt animi affectus præcipui, ira, mœſtitia, timor, qui maxime in hoc morbo ſunt euitandi. Siquidem ira bilem plurimũ mouet & acuit, eamque in diuerſas corporis partes penetrare facit, id quod non parum ſanguinem ipſum, & vitales accendit ſpiritus. Mœſtitia vero vniuerſum infrigidat corpus, calorem innatum extinguit, appetitum deſtruit, concoctionem impedit, intellectum peruertit, & corpus exſiccat. Timor autem diſſoluit ſpiritus, cor ...ficit, & animum attenuat. Quamobrem hæc omnia prorſus vitanda ſunt, & pro virili fugienda.

vita

Tempus exercitiorum.
Genera exercitiorum.
Exercitia poſt balneũ vitanda.
Somnus & vigilia.
Somni commoda.
Tempus in dormiendo.
Dextero latere quare in dormiendo.
Decubitus ſupinus.
Decubitus pronus...
Balneum ... ſomnum conciliant.
Lotio poſt ſomnum conciliat.
Incommoda ſomni meridiani.
Animi affectus.
Ira inflammat.
Triſtitia refrigerat corpus.
Timor diſſoluit ſpiritus.

Vita autem inſtituenda eſt hilaris, læta, ac tranquilla, &, vt Celſus inquit, quærenda eſt delectatio ex muſicis cantilenis, iocis, & fabellis. Hæc itaque ſunt reuerende Domine quæ ad victus regimen ſpectant, Ea ſi recte Dominatio tua ſeruabit, nihil mihi verendum eſt, quin plurimum proficiant, cum omnium tam antiquorum, quam recentium autorum teſtimonio, nihil ſit, quod magis conferat ad huiuſmodi affectionis curationem, quam recta & competens victus ratio, & præſertim vbi morbus non fuerit diuturnus, pluribuſque annis inueteratus. Siquidem fatetur Galen. lib. 3. de loc. affect. ſe quamplurimos curaſſe melancholicos tantum balneis & victus ipſius regimine. At cum impoſſibile ſit ſtudioſos viros, & qui curis negotiis ve ſunt addicti, tam exacto vitæ regimine vti, quo minus cruditas, aut vitioſus ſuccus aliquis in eius corpore generetur, ideoq; opere pretium eſt, medicamentis etiam Dominationi tuæ ſuccurrere, ſecundum Galeni inſtitutum, qui libro de ſuccorum bonitate & vitio, quo pacto tales præſeruari debeant, nos docet his verbis: Ergo qui exercitatione vti ante cibum poſſunt, iis exquiſita prorſus vitæ ratio, ne fuerit quidem neceſſaria, aliis vero, qui ob negotiorum molem hoc facere prohibentur, non ſolum diligentiore victu: verum etiam medicamentis ſalubribus opus fuerit. Plurimi quoque eo ſtatu degunt mortales, vti his neque ante cibum recte exercere ſe liceat, neque opportune ſatis cibum capere, neque probe alimoniam conficere, hoſce intactos morbis perdurare diutius impoſſibile fuerit, niſi ſubducta ſibi aluo conſulant per interualla, interdum purgatione etiam validiore, ac tempeſtiua ſanguinis miſſione, ſalubribus adhæc medicamentis opportuno tempore epotis. Hæc ille. Quibus palam eſt, non ſolum Dominationi tuæ opus eſſe diligentiore victu: ſed etiam medicamentis, quod ſi ipſa negligeret, verendum ſane eſſet, ne ſæuiora & perículoſiora acciderent ſymptomata. Quamobrem ſuadeo illi, vt omnino menſe Martio ſe ad purgationem præparet, ne in ipſo veris medio aliquid noui emergat. Nam tametſi ver ex ſe ipſo nullos ſoleat procreare morbos, excitat tamen illos in corporibus immundis, & repletis malis humoribus. Ideoque dicebat Galenus cum 3. Aphoriſ. tum. 1. de temperament. Veris eam eſſe naturam, vt ſi aliquod corpus ſanum excipiat, quod & illud ſaluberrimum ſeruet, & nihil à natura propria renouet: verum vbi plena corpora inuaſerit, quamplura in his excitare morborum genera. Poterit itaque Dominatio tua,

Nihil melăcholicis melius bona diæta.

Vernũ tempus ſalubre & inſalubre.

cum fuerit domi ſuæ, ſtatim ſe purgare, Quod cum facere ſtatuerit, ſumat in primis hanc leuem purgationem mane horis quinque ante cibum:

Purgatio verna.

℞. Decocti florum & fruct. cordial. quantum ſ. add.
Fol ſenæ ʒ vj.
Mannæ el. ℥ ij.
Miſc. f. potos.

Et quieſcat domi. Si vero manna non eſſet ad manus, ſumatur loco eius el. lenitiui ℥ j. & diſſoluatur cum eodem decocto. Die ſequenti ſecet venam communem brachii dextri, quam chirurgi medianam vocant, & extrahantur ſanguinis vnciæ medicinales ſex, hora vna ante cibum, & ea die domi quieſcat. His expeditis ſumat quinque diebus continuis, quotidie vnum ex infraſcriptis ſyrupis tepidum, mane horis quatuor ante prandium, & ſi lubet, dormiat poſt vnam aut alteram horam:

Venæ ſectio.

De coctum longum.

℞. Meliſſophyll.
Borragin.
Bugloſſ.
Betonic.
Pulegii.
Aſpleni.
Adianth.
Fl. Lupuli.
Stœchad.
Cichor. an. m. j.
Rad. Fœnicul.
Borrag.
Bugloſſ.
Aſparag.
Glycyrrh.
Cichorii an. ℥ ß.
Sem. Aniſi.
Fœnicul.
Coriandri præp. an. ʒ vj.
Cinamom. el. ʒ v.

Ferueant omnia l. a. in ſ. q. aquæ ad tertias, & deinde.

℞. huius decocti ℥ iij ß.
Mellis roſat. colat.
Syr. de fumaria.
de betonic. an ℥ ß.

Miſc. & f. ſyrupus, clarificetur pro quinq; vicibus. Ebibitis his quinque ſyrupis ſumat mane ſequenti infraſcriptam purgationem, tepidam in aurora, vno tantum hauſtu, & deinde ieiunet horis quinque, & ea die domi ſe contineat:

Potio purgans.

℞. Adiant.
Aſpleni.
Flor. Cordial.
Stœchad. an. ʒ j. ß.
Cortic. myrobal. chebul.
Indorum an. ʒ ij.

Rad. Ellebori nigri ℈ ij.
Thymi.
Epithymi an. ʒ j.
Fol. ſenæ el. ʒ v.
Cinam. ℈ iiij.
Sem. fœnicul.
aniſi.
coriandr. præ. an. ℈ iiij.

Ferueant hæc omnia ſ. a. in aq. botonicæ q. ſ. quouſque quinta pars euaneſcat, & inde macerentur horis duodecim in calido loco vaſe concluſo, & ſubinde colentur, deinde:

℞. Huius decocti ℥ iij. ß.
Rhabarb. el. ℈ v.
Spicæ indicæ gr. v.

Macerentur ſimul omnia horis duodecim continuis, & deinde colentur, & diſſoluantur in hoc diluto:

Confect. hamech ʒ ij. ß.
El. diacatholic.
lenitiu. an. ʒ iij.

F. hauſtus ſumendus, vt ſupra dictum eſt. Quoniam autem factis purgationibus roboranda ſunt membra affecta, cuiuſmodi ſunt cor, caput, & ventriculus, ſumat die ſequenti à purgatione hunc infra ſcriptum bulum horis tribus ante cibum:

℞. Sacchar. roſac. ʒ iij.
Antidot. Mithridat. ʒ ß.
Pul. lætific. Almanſor. ℈ j.
Miſce, f. bolus cum ſaccharo.

Deinde ſumat per integram ſeptimanam morſellum vnum pro vice infra ſcriptæ cõfectionis bis in die, mane videlicet & veſperi horis duabus ante cibum:

Morſell.

℞. Spec. lætificant. Almanſor.
Diamoſc. dulc.
Aromatic. roſat. an. ʒ j.
Cinamom. el. ʒ ß.
Piſtacior. mundat. ℥ ß.

Sacchar. diſſoluatur in aq. cinam. ſi fuerit ad manus, ſin minus in aq. roſar. q. ſ. f. confectio in morſellis, & pondere quolibet ʒ ij. ß. Et quoniam vſus huius confectionis caput, cor & ventriculum haud parum roborare poteſt, poterit dominatio tua ea vti ſi placebit etiam longiori tempore, & quandocumque libuerit. Cæterum ad melancholicas cogitationes, quibus ſe plurimum vexari Dominatio tua dixit, etſi hæc omnia prædicta plurimum coferant: valet tamen peculiariter infraſcriptus puluis, ſiquidem cor maxime lætificat, & cerebrum ac intellectum clarificat, ſi ſumatur ſemel aut bis in ſeptimana, ex aqua meliſſophylli, borrag. bugloſſ. ſimul mixtis ad quantitatem ʒ ß. pro vice, quacumq; hora opus fuerit. Ita autem paretur puluis.

Puluis cordialis.

℞. Sem. citri ℥ ß.
Fl. Borrag.
Bugloſſ.
Meliſſ. an. ʒ j.
Spec. lætificant. Almanſor.
Diamoſc. dulc. an. ℈ ij. ß.
Zedoar.
Doronic.
Rad. tormentill.
Coralliorum rubror.
Margarit.
Roſar. rubrar.
Fragment. omnium precioſ. an. ʒ ß.
Croci ℈ ij.
Terræ lemniæ el.
Cornu cerui vſti.
Oſſ. de corde cerui an. ℈ j.
Santal. flauor.
Albor. an. ℈ ß.
Fol. auri puri nu. x.
Miſce omnia ſimul & f. pulnis.

Confert etiam aliquando mandere aliquot cubebas ſaccharo confectas. Nam mirum in modum vertiginoſis conferunt. Atqui non ſolum roborantur membra, de quibus dictum eſt, cum iis antidotis, quæ ſumuntur intra corpus: ſed etiam cum localibus exterius adhibitis. Ideoque ſequenti die à purgatione poterit dominatio tua inungere ventriculum trib. diebus continuis cum infra ſcripto vnguẽto mane horis quatuor ante cibum, antequam ſurgat è lecto, & deinde calidum linteolum ſuperponere:

Cubebæ vertiginoſis conferunt.

Vnguentum pro ventriculo.

℞. Vnguenti ſtomachal. ʒ vj.
Ol. de abſinth.
Maſtic. an. ʒ ij.
Spec. atomatic. roſat. ʒ ß.
Miſce, f. vnguentum.

Ad maiorem vero corroborationem poterit ferre ſuper ventriculo cõtinue infra ſcriptum ſacculum:

Sacculus ſtomachalis.

℞. Maſtich. ℥ j. ß.
Spec. atomatic. roſac. ʒ v.
Abſinth. ſicci.
Menthæ.
Roſar. rub. an. ℥ ß.
Fol. myrthi cc. ʒ iij.
Calam. aromatic.
Caryophyll. an. ʒ ij ß.
Spicæ celticæ vetæ.
Nucis moſchatæ an. ʒ ij.
Ligni aloes ʒ j. ß.
Macis ʒ ß.

Conterantur craſſiuſculę quæ ſunt conterenda, & ſuantur in ſindone rubra, & f. ſacculus in forma triangularis figuræ. Si mœſtitia ex melancholia quandoque ruam dominationem inuaderet, tolletur ſi ſumpſerit

pſerit

pſerit puluerem præſcriptum, & deinde cordi applicauerit hunc ſacculum:

Sacculus cordialis.

℞. Spec. cardial. temperat. ℥ ß.
Santal. albor.
flauor.
Lig. aloes an. ʒ j ß.
Flor. borragin.
Bugloſſ.
Roſar. rubear.
Sem. acetoſ.
Ocymi an. ʒ j.
Oſſis de corde cerui ʒ ß.

Conterantur craſſiuſcule, & ſuantur in ſindone rubra, & fiat ſacculus geſtandus ſuper ſiniſtra mamilla. Præterea conſilum meum eſt, vt dominatio tua iterum in autumno, videlicet, mēſe Septembri, ſe purget eodem modo, & iiſdem medicamentis ſuperius deſcriptis: ſed tunc non upus erit venæ ſectione. Nam vt ſuperius ex Galeno diximus, non ſolum oportet eos, qui negotiis & ſtudiis detenti, corpus ieiune exercere nequeunt, vti aliquando validioribus purgationibus: ſed etiam mitioribus per interualla, quocumque anni tempore ſit opus. Quo fit vt non modo bis in anno dominatio tua purgare ſe diligenter debeat: ſed etiam infra tempus, tunc cum ſenſerit multiplicari cruditates, & aliquod emergere ſymptoma, ſiquidem in tali caſu poterit vti hiſce pillulis, quę ſine vlla purgabunt moleſtia, ſumendo eas mane in lecto, hora vna ante auroram, & ieiunet poſt horas quinque:

Pillula.

℞ Pillul. alephangina.
Maſtichin.
Aggregatiu. an. ℈ j.
Diagryd. gr. j.

Cum aqua abſinthii f. pillulæ nu. vij. & inaurentur, ſumantur omnes cum melle roſaceo. Si vero pillulas ſumere nequiret, ſumat earum loco hoc electuarium horis quinque ante cibum:

℞. El. eleſcoph. ʒ v.

Inuoluatur ſaccharo deauretur. Eſt enim boni ſaporis. Si ventriculi dolor quandoq; affligeret, fiat hoc fomentum, quod:

Fomentum pro ventriculo.

℞. Flor. chamomill.
Melilot.
Anethi.
Roſar.
Abſinthii.
Calamenti.
Maioran.
Rutæ.
Menthæ an. m. j.
Sem. aniſ.
Fœnicul.
Carui an. ℥ j.
Calam. odorat.
Caryophyll. an. ℥ ß.
Baccar. lauri ʒ iij.
Nucis conditæ. ʒ ij.

Ferueant ſimul in aqua ad tertiæ partis conſumpt. & deinde in decocto feruente infundatur ſpongia noua tantæ magnitudinis, vt totum poſſit contingere ventriculum, & cum in ſe receperit decoctum, exprimatur fortiter, inter duos orbiculos ligneos, & ita calens, quantum fieri poſſit, ventriculo ſuperponatur, poſito ſuperius linteolo duplicato calido, vt ſpongiæ calorem conſeruet. Et cum inceperit refrigeſcere, ſtatim ſuperponatur alia ſpongia ſimiliter infuſa, amota priore, & ita fiat quouſque dolor remittat, tunc tollantur ſpongiæ, & earum loco applicetur linteolum duplicatum igne calefactū, & exiccetur locus, deinde inungatur oleo infra ſcripto:

Oleum ſtomachale.

℞. Ol. Maſtich.
de abſinthio.
de rutha an. ℥ ß.

Miſc. & contegatur ventriculus linteolo calido. Conferet etiam maxime his doloribus tollendis aqua vitę ſubſcripta, quam bene erit vt dominatio tua ſemper habeat domi:

Aqua vitæ.

℞. Aq. vitę ex optimo vino conf. potentibus & elec. ℔ iij ß.
Spec. aromatic. roſac. ℥ j.
Sem. aniſ.
Fœnicul.
Carui an. ℥ ß.
Caryophyllor.
Nucis conditæ.
Cinamom. el. an. ʒ iij. ß.
Cardamom. maior ʒ ij.
Lig. aloes.
Piper niger.
Zinziberis.
Galang. an. ʒ j.

Terantur omnia in puluerem & ponantur cum aqua vitæ præſcripta in vas vitreum, & claudatur orificium cum cera, ne quid inde expirare poſſit, & dimittantur ita omnia macerari decem diebus continuis, deinde leniter extrahatur aqua vitæ pulueribus in fundo reſidentibus, quouſque exierit clara, miſceatur cum ℥ viij. iulepi roſac. clari. & in vaſe vitreo adeo conquatiatur, vt iulapium cum aqua omnino miſceatur. Deinde claudat orificium vaſis cum cera, & permittatur quieſcere ſeptem diebus; & ſeparetur deinde ab ea, quæ in fundo remanſerit iulapii reſidentia, & aſſeruetur in vaſe vitreo mundo bene clauſo, de qua vbi dolor ventriculi acceſſerit, bibat dominatio tua cochlearia quatuor vel quinque, & illico percipiet auxilium. Hæc itaq; ſunt, quæ pro va-

Digitized by Google

letudine recuperanda Dominationis tuæ mihi nūc ex tempore ſere ſe obtulerunt diſcutienda. Quæ ſi profuerint, vt ſpero, agat Deo optimo maximo gratias, qui ſolus omnes ſanat languores, cui ſemper laus, honor, & gloria.

In melancholia hypochondriaca.

D. Ioh. Nævii

CONSILIVM CLXXXIII.

AFfectiones tuæ, vir Nobiliſſime, potiſſimum à ſanguine & humorib. craſſis aduſtiſque proueniunt. Ab his enim vapores copioſi delati, caput afficiunt, & debilitant, ac ita timorem, triſtitiam, puſillanimitatem producunt. Imo neque infrequenter flatus, tenſiones, punctūras laterum, & ventriculi excitant, nec non exæſtuationem ſubito, vt ingruentem, ita euaneſcentem: *φλόγωσιν* dictam.

Ac certe chronicon futurum eſt hoc malum, præſertim in regimine diligentiori Diætæ reprimatur. Curatio autem tribus potiſſimum expectanda auxiliis:

I. Detractione Phlethoræ.
II. Regimine rerum non naturalium.
III. Vſu remediorum ſalutarium.

Vena ſectio. I. Vena cum ſuperioribus menſibus ſecta fuerit bis, diminutionem ſanguinis maiorem hoc tempore probare non poſſum: ſed ad Maium vſque vt differatur conſulo. *Cucurbitulæ.* Vicatiæ interim cucurbitulæ, ſcarificatæ dorſo apponantur, præſertim ſi aſſuetus fuerit.

Victus ratio. II. Regimen hic certe rerum non naturalium in curatione principem ſibi vendicat locum: Conſuetæ igitur prandii & cœnæ, ſemper parcioris, ſeruentur horę certo ordine, & ciborum genere: Quales ſunt cibi euchimi & facilis concoctionis. Oua recentia ſorbilia, & tremula, pruna, ceraſa exſiccata, plus hordeacea aut auenæ, amygdalarumque ptiſana, paſſulæ, rapæ flauæ, & albæ initio cibi conueniunt. Remoueantur omnia flatulenta, aromatiſata, fumo exſiccata, frixa, pinguia, colorata, præſertim nigra è ſanguine cocta: Vno verbo omnia quæ craſſum & melancholicum ſanguinem producere poſſint. Cibus concludatur pulu. ſtomachali aut cydoniato, aut coriandri ſemine obducto ſaccharo. *Aer.* Aer inter frigidum & humidum ſit temperatus, vitetur nebuloſus auſtrinus, corruptus, putridus, graueolens. In conclauibus quotidie corrigatur, ſuffumigio è ſequenti puluere aut ſuccino graniſque iuniperi. Feneſtræ, ſi poſſibile, orientem & ſeptentrionem ſpectent.

Puluis pro ſuffumigio.

℞. ligni aloes ℈j.
Maſticis ʒß.
Succini albi ℈j.
Olibani ʒj.
Gr. Iuniperi ʒij.
Thimiam. ℈ij.
Myrrhæ ʒß.
Miſce, fiat puluis craſſus pro fumo.

Somno naturali nocturno duobus à cœna ad minimum horis, melancholicis nihil vtilius. qui ſi deficiat, lotione pedum procuretur:

Lotio pedū ſomnifera.

℞. Lactucæ.
Spinachiæ.
Violariæ.
Salicum rubr.
Flor. Chamom.
Trifolii albi.
Aneti an. m. j.
Cap. papau. albi. nu. vij.
Incid. & contund. ac decoq. in ſ. q. aquæ pro lotione pedum.

Exercitium mediocre cœlo ſereno, & vectione & equitatione, coctionem & ventriculum adiuuabit maxime. In aeris vero intemperie illius locum ſubeant frictiones artuum & brachiorum matutinæ in lecto, linteis calidis ad ruborem deorſum tractis. Aluus quotidie fluida ſit, nec vnquam crepitus aut fæces vltra naturam retineantur. Obſtructio ſuppoſitorio communi aut clyſtere tollatur.

Clyſter.

℞. Folior. Maluæ.
Biſmaluæ.
Mercurial.
Brancæ vrſinæ an. m. j.
Fumariæ.
Betonic.
Scolopendr.
Scarleæ an. m. ß.
Sem. aniſi.
Fœniculi an. ʒij.
Pæoniæ excort. ʒj. ß.
Furfurum in petia ligat. p. j.
Folior. Senæ Alexandr. ℥j.
Radic. Altheæ.
Polypodii quercin. an. ℥ß.
Baccar. Lauri ʒj.
Radic. Pæoniæ ʒß.
Fiat horum decoctio in ſ. q. aquæ l. a. ad tertias, poſt horas duas colentur.
℞. Colat. ℔. j.
In qua diſſolue Hieræ picræ ſimpl. Gal. ʒiij.
Conf. Hamech.
Bened. Laxat. an. ʒj. ß.
Olei violarum.
Liliorum alborum.
Communis an. ℥j.

Vitelli

Vitelli oui nu.j.
Sacchar.rubr.℥ß.
Miſce,& f.Enema.

Balneum aquæ dulcis. Neque interdum balneum aquæ dulcis, cui
Roſarum.
Lactucæ.
Flor.Camomill.
Hordei mundi an.m.j.

Incoq. negligatur. Imo nec Laconicum: ſed ita,vt eo die mane,dum adhuc decumbit:
Mithridatii.
aut Theriacæ ʒj.
in aq cardui benedict.
& vini puri an. eochlearibus iiij. diſſoluta,addita
Conf. borrag.ʒj.aſſumatur.

Decumbat ita, ſuperdormiat ſi velit, aut per ſemihoram ſudet etiam: Ingrediatur dein balneum ſudoriferum. Si balneo vti mane non poſſit ſex tamen ab vſu Theriacæ horis ieiunet : Quatuor à prandio leuiori horis demum ſudorem calure balnei excitet. Cucurbitulas etiam ſcapulis, ſi aſſueuerit, applicari ſacrificatas curet. In regendis animi affectibus potiſſima ſalus & medicina : qua in re Dominus optimus ſibi erit Medicus. Otia, & ſolitudines fugiat. Amica ſit muſica , amet colloquia, & conuiuia.

Tria ſalutaria medicamenta hæc commendo:

I. Alteretur & purgetur corpus aliquot diebus:

Digeſtiuũ. ℞.Syrup.de fumar.℥ß.
de Endiuia.
de Betonica.
Mellis roſati colat.an.ʒij.
Aq.fumariæ.
Betonic.
Endiuiæ an.℥j.
Miſce,fiat Digeſtiuum.

Reiteretur quoties opus erit.

Potio purgans. ℞.Rad.Borrag.ʒvj.
Pæoniæ.
Calami arom.℥ß.
Polypodii querc.℥j.
Glycyrrh.raſæ & inciſ.℥ß.
Cort.rad.cappa.ʒiij.
Paſſular.paruarum pinguium ℥j.
Fol.Beton.
Fumariæ an.m.j.
Scolopendr.
Ceterach.
Cuſcutæ.
Cichoreæ.
Sicarleæ an.m.ß.
Sem.Aniſi.
Fœniculi an.ʒij.ß.
Pæoniæ excor.ʒjß.
Quatuor ſem.frigid.maior.an.ʒß.
Fol.ſenæ Alexandr.ſine ſtipit.℥ij.
Agar.recent.trochiſcat.ʒiij.
Rad.Ellebori nigri correct.ʒj.
Epithymi cret.℥ß.
Zinzib.albi.ʒj.
Cort.citri.ʒij.
Prunor. Vngar. exemptis nucleis nu.viij.
Flor.Borragin.
Bugloſſ.
Stœchad.Arabic.
Anthos an.p.j.

Fiat horum decoctio artificioſa in ſ. q. aquæ fontis puræ, ad conſumpt. quartæ partis. Stent poſtea in infuſione in loco calido per horas quatuor : Poſt colentur cum aliqua expreſſione:

De colatura ℞.℔.j.ß. addendo nodulum ſequentem.
℞.Rhabarb.elect.
Schœnanth.
Spicæ an.gr.iij.

Conquaſſentur pro nodulo laxo, qui coquatur in priori decocto , donec tota vis Rhabarb.infuſa fuerit : Poſt bene exprimatur,& decoctum Cinamomi inter opt.ʒij. aromatiſetur,& vſui ſeruetur.

De quo ℞.℥iij.in quibus diſſolue:
Syrup.de beton.
de fumaria.
de Endiuia.
Mellis roſ.col. an.ʒij.
Miſce.

II. Excrementis ita eductis rotularum duę quotidie bis ante cibum aſſumantur : Corroborabunt cerebrum , cor, ventriculum, Lienem & in vniuerſum corpus:

Rotulæ roborantes. ℞.Specier.Dianthos ℥ij.ß.
Diambræ ʒj.ß.
Diamarg frig.ʒij.
Lætitiæ Galen.
Lætific.Rhaſ.an.ʒj.
Diaborrag.ʒj.
Sacchari albiſſ.in aq.
Borrag.& roſar.odorif.
Diſſol ℥ix.
Fiant Rotulæ.

Eiuſdem vſus erunt & condita, quæ alternis ſeptimanis varientur, ne Natura vni aſſueſcat.

Electuariũ roborans. ℞.Conſeru.roſarum.
Borrag.
Bugloſſ.
Violarum.
Saluiæ an.℥ß.
Rob.de ribes ℥j.
de Berber.℥ß.
Specier.diarthod.Abbat.ʒj.

Diamoſch.
Lætific. Almans. an. ℈ j.
Puluer. nucis moſchat.
Caryophyll.
Macis an. ℈ ß.

Cum ſyrupo de Cortic. Citri q. ſ. fiat miſtura in forma conditi, & obducatur folio auri finiſſimi. Aliud.

Electuarii aliud.

℞. Conſeru. Borrag.
Bugloſſ. an ℥ ij.
Violar.
Roſar. an. ℥ j. ß.
Anthos.
Pæoniæ an ℥ j.
Cortic. mali citrii cond. ℥ j.
Calami aromat. condit. ʒ vj.
Specier. Elect. diaxyloaloes ℈ iiij.
Diamoſchi dulc. ℈ ij.
Diarrhod. Abbatis ʒ j. ß.
Margaritar. orient. non perforatar. & præparatarum. ℈ ij.
Semin. mali. citrii excort. ʒ ß.
Specier. lætitiæ Galen.
Lætific. Rhaſis an. ʒ j.
Cinamom. inter opt. ʒ j. ß.
Nucis moſchat. ℈ ij.

Pulueriſ. pulueriſ. & terantur terendæ ac cum ſyrup. de borragine & cort. citri an. q. ſ.
F. miſtura deauretur.

III. Puluere ſtomachali ſemper claudatur cibus.

Puluis ſtomachalis.

℞. Cinamom. inter opt. ʒ iij.
Galangæ ʒ j.
Zinzib. albi ʒ j. ß.
Macis.
Carn. Cydon. ſicc. ʒ ij.
Caryophyll ʒ j.
Myrtill. Ital. ℈ ij ß.
Coriandri præparat. ℈ iiij.
Corall. rubr. ʒ ß.
Margarit. orient. præparat. ℈ j.
Semin. aniſi.
Fœniculi an. ʒ j. ß.
Carui ℈ ij.

Pulueriſentur omnia diligenter, miſtis adde:

Specier. diatrion ſantal ʒ j.
Elect. de gemmis ʒ ß.
Sacchar. albiſſ. ad pondus omnium.

Immiſce, folior. auri ſubtiliter inciſorum nu. iij. & fiat Puluis ſtomachalis.

IV. Emplaſtrum ſtomachale ventriculo flatulento & dolenti applicetur, quod inter cibandum remouetur.

Emplaſtrũ ſtomachale.

℞. Maſticis.
Cortic. thuris.
Caryophyllor.
Ligni aloes an. ʒ j.
Calami aromat. ℈ ij.
Galangæ ʒ j.
Coriand. præpar.
Rad. Cyperi an. ʒ ß.
Corall. vtriuſq; an. ℈ j.
Gran. paradyſ. ℈ j. ß.
Styrac. calam ʒ ij.
Ladani puriſſ.

Pulueriſ. craſſo modo, & cum cera & pice nauali q. ſ. f. cum piſtillo calido maſſa, quæ extendatur corio ad formam ſcuti facto, tegatur ſerico & interſuatur.

V. Catarrhus à capite ſi fluit Emplaſtrum vertici oppoſito retrahatur & exſiccetur.

℞. Maſſæ Ceroti pro Bregmate ℥ j.
Extendatur corio oblongo, tegatur ſerico & interſuatur.

VI. Materia vero quæ ſenſim colligitur pillulis leuioribus decem aut quatuordecim quoque die blande retrahatur.

Pillulæ.

℞. Specier. Hieræ pic. ſimpl. ʒ j.
M. Pill. de fumar.
Aggregat. an. ℈ ij.
Agaric. Trochiſcat.
Rhabarb. Elect. an. ʒ ß.
Epithymi Cret. ʒ ij.
Maſtich. elect ℈ j.
Flor. ſtœchad. arab. gr. viij.
Spicæ gr. ij.
Zinzib. albi gr. j.

Redige ſingula in puluerem, & cum aq. fumar. fiat maſſa ex qua pro ʒ j. f. Pill. xxi. Doſis à cœna leuiori tempore ſomni nu. vij. aut. ix.

VII. Si hepar calidius appareat, dextrum hypochondrion cerato ſantalino mane & veſperi inungatur.

Medicamenta hæc cum Deo, ægri & aſtãtium officio ſanitatem priſtinam reſtituent, vt ſpero.

In melancholia hypochondriaca, podagra, cerebri debilitate, & humiditate, ventriculi frigiditate, fruſtratione concoctionis, & oculorum ſuffuſione, pro quodam Nobili Germano,

D. Hieron. Donzellini

CONSILIVM CLXXXIV.

EX his, quæ nobis & verbis & ſcriptis expoſita fuere, ſtatuimus viri Nobiliſſimi habitum totius corporis eſſe calidiorem & humidiorem temperato. Obæſus enim eſt, & cute & pilo atro colore infectis. Cum autem magna excrementorum & deſtillationum copia laboret: veriſimile eſt, humiditatem calorem ſuperare: præſertim cum tota viuendi ratio eiuſmodi fuerit, vt maxime il-

Signa calidi & humidi temperamenti.

Digitized by Google

me illam augere potuerit. Otium enim & aſſidua literatum ſtudia, & ciborum intemperantia, humidam tempetaturam efficere, vt plurimum ſolent.

Cum autem vniuerſi corporis habitus principem membrorum conſtitutionem ſequi conſueuetit, certum eſt, hepar, cor, & cerebrum, eodem prædita eſſe tempetamento. Vnus à reliquis ventriculus diuerſimode videtur laborare. Is enim manifeſte frigidus apparet, quod aſſiduæ cruditates declarant. Hanc autem partium corporis varietatem multa incommoda ſequi ſolent. βραδυπεψία laborat, id eſt, tarda coctione. Epar autem calidius, rapax eſt, & moram ventriculi tarde concoquentis minime ferens, crudiorem cibum ad ſe trahit. Hic vero cum ſit craſſior, in meſenterũ venis hæret, & obſtructiones parit. Obſtructio vero cibi tranſitum prohibet: & hic in ventriculo & inteſtinis diutius detentus innumera affert damna; exhalationes plutimas in caput mittit, flatus copioſos, rugitus, fluctuationes, dolores inteſtinorum, ſputum copioſum, & alia incommoda affert.

Ventriculi frigidi, & epatis calidioris effectus.

Præterea, cum obſtructio ſit in meſenterio, tranſpiratio inhibetur, vnde fit καῦμα, id eſt, æſtus moleſtiſſimus & exuſtio, à qua ſublati vapores alii in cerebrum mentis ſedem conſcendunt, ac ſpiritibus animalibus permiſti, hos ſplendidos caliginoſos & obſcuros teddũt, vnde metus & triſtitia oriuntur. Quare ipſum melancholia hypochondriaca affici non dubitemus. Quamuis autem melancholia ſit delirium ſine febre, ipſe autem ſit vir prudens & cordatus, minime tamen dubium eſt, ſi non exrerna, interna ſaltem illum alere deliria. Hippocrates certo certius ſtatuit, vbi longo tempore metus & mœſtitia ſine externa cauſa durarunt, affectionem eſſe melancholicam. Certum etiam eſt, illum quærere ſolitudinem, tenebris delectari, & babete inſomnia turbata, triſteſq; cogitationes.

Melancholia.

Signa melancholiæ.

Cum præterea caput habeat ſua natura humidiſſimum, eiuſque humiditas à multis exhalationibus, quæ fiunt à toto corpore, præſertim à crudiore ventriculo augeatur, quæ cum non ad pectus, aut interiores partes corporis deſcendant; ſed potius per poſteriores partes ad brachia & erura decumbant, & articulos occupent, neceſſarium eſt, vt doloribus articulorum quandoque vexetur. Sed cum lentorum excrementorum capitis ſit conuentus, non tantum articulos vexare; ſed eorum aliqua potio ad oculos deſcendens, illos etiam infeſtare potuit. Primum enim, idq; iam diu ante ſexennium, ſiniſter oculus ita fuit labefactatus, vt iam nec ſcriptioni, nec lectioni poſſet inſeruire: dexter autem in eo eſt ſtatu, vt alieno humore ita obductus ſit, vt veluti per caliginoſam nubem rerum ſpecies & ſimulachra proferri videantur.

Dolor articulorum.

Porro autem hanc affectionem oculorum veram eſſe ſuffuſionem, re ipſa declarat, cum pupilla turbida appareat, & alienus in ea humor conſpiciatur, qui per albugineum humorem inter corneam tunicam & cryſtalloidem reſidentem, viſibilium ſpecies libere tranſire non permittit. Huius autem læſionis duplex eſt cauſa: altera cerebri exctementorum copia: altera vero oculorum imbecillitas, ex aſſidua & diligenti lectione orta.

Suffuſio.

Cauſa ſuffuſionis.

Quinque igitur ſunt affectiones præter naturam, quibus Nobiliſſimus vir vexatur: melancholia, podagra, cerebri humiditas & imbecillitas ſumma, ventriculi frigiditas, ac fruſtrata concoctio, & oculorum ſuffuſio. His actiones vitæ neceſſariæ læduntur: ideoque patiens liberari cupit. Omnis ventriculi cruditas initio deponenda eſt, humiditas exſiccanda, iſque roborandus, meſenterii obſtructio rollenda, epar refrigerandum, articuli calefaciendi, ſiccandi, roborandi: materia oculos ſuffundens, & viſionem impediens, amouenda & diſcutienda, & ne noua in illos influat probibendum: cerebrum ab omnibus excrementis liberandum, ſiccandum, & roborandum eſt, ne amplius aut in oculos, aut articulos materiam hanc tranſmittat. Atri etiam vapores, qui in caput aſcendunt, & animalibus ſpiritibus permiſti tenebras offundunt, inhibendi, & ſpiritus ipſi ſplendidiores reddẽdi, vt timore ac triſtitia remotis, lætitia & hilaritas adducatur. Quoniam autem diuerſæ in hoc corpore partes laborant, parum partium morbi à præſenti materia fouentur: ſane illarum partium malæ conſtitutiones tolli & mutari non poterunt, niſi actione remediorũ, quæ tactu operantur. Proinde membra ipſa ab excrementis ſunt liberanda, vt in ea mundata vis medicamentorum poſſit agere, ac illa immutare. Quare curationis initium ab euacuatione neceſſario ſumẽdum. Primum igitur, ſi aridis medicamentis delectetur æger, opportuno temporis & cœli ſtatu.

Indicationes.

Curatio.

℞. Extracti catholici Andernaci ʒ.

aut ad ſummum ʒ j.

Extractum catholici Andernaci.

Matutino tempore ſtomacho vacuo, & ieiuuet horis quatuor. Sequenti die ſanguis

Vena ſectio. detrahendus è communi vena dextra, fluatque ſanguis libere. Corporis enim ſtatus id requirit, nec ætas obſtat, cum ſint validæ vires, vt puto. Tertio die ſequentis ſyrupi ieiunus ſumat tria cochlearia;

Syrupus digerens.
℞. Mellis roſat. colat.
Oxymel. ſimplic.
Syrup. de cort. citri. an. ℥ ij.
Miſce.

Tribus continuatis diebus ſumat eundem ſyrupum: deinde repetat idem medicamentum catholicum. Quod ſi hæ duæ vices non ſatis euacuaſſe videntur, tertia vice idem repetat, ſumpto eodem mane prius ſyrupo. Si magis delectetur potione, loco catholici ſumat hanc:

℞. Fol. Senæ Alexand.
Paſſular. min.
Capillor. Ven.
Polypodii.
Tartari albi pulueriſat. an. ℥ ß.
Aq. Fumiterræ.
Cardui bened.
Bugloſſæ an. ℥ iiij.

Miſce, & per noctem fiat infuſio ſ. a. Mane fiat leuis decoctio, & colatura cum expreſſione.

Decoctum ſena.
℞. huius colaturæ ʒ v.
Mellis roſat. ſolut. ℥ ij.

Miſce pro vno ſyrupo: Repetatur vt ſupra. Facta ſic totius corporis euacuatione, capitis habenda eſt præcipua prouidentia. Quare per tres aut quatuor dies, ſingulo mane, maſtichis puræ granum, magnitudine fabæ, dentibus teratur per integram horam, & ſaliua influens exſpuatur. Liquoris etiam ſequentis cochleare, è palma manus in nares attrahatur, & cum linteo abſtergatur.

Errhinum.
℞. Aq. maioranæ ℥ iiij.
Puluer. ireos ʒ j.

Miſce, & ante vſum agitetur vaſculum, vt aqua turbidior fiat. Caput deinde abluatur adhibito lixiuio, ac ſapone ſequenti, & linteis mediocriter calidis exſiccetur.

Lixiuium.
℞. Saluiæ.
Maioranæ.
Dictam. Creten.
Beton.
Roſar.
Flor. Chamæmel.
Fol. Senæ an. m. j.
Lixiuii dulcis q. ſ.
Miſce.

Fiat decoctio & colatura. Item.

Sapo.
℞. Saponis Veneti ℥ iiij.
Agarici albi. ʒ j.
Cinamom.
Ireos.
Caryophyll. an. ʒ ß.
Camphuræ ℈ j.

Miſce, fiat Sapo ſ. a. Repetantur hæ capitis lotiones bis aut ter in menſe: præcedente ſemper per duos aut tres dies, maſticatione maſtichis. Caput à frigidis arceatur, præſertim noctu. Calidius etiam hypocauſtum illi aduerſatur. Ante ſomnum noctu in ſupremo vertice, in ſutura coronali inſpergatur puluis ſequens, pectine prius capite abſterſo:

℞. Sandarachæ Arab. *Puluis pro ſutura coronali.*
Carabes.
Thuris.
Santal. citrin.
Cubebar.
Nigell.
Rad. Pæon.
Origani an. ʒ j. ß.
Camphuræ ʒ ß.

Contundantur, & fiat puluis minutiſſimus. Ad caput exſiccandum, & ne quid ex eo in oculos aut articulos influat, noctu ante ſomnum ſumatur in vino aut iuſculo carnis calido ſeq. puluer. ʒ j.

℞. pulueris ex oſſibus bubulis limatis & contuſis, & per cribrum tenuiſſimum, aut linteolum rarum tranſmiſſis ℥ j. *Pro exſiccatione capitis puluis.*
Cinamomi tenuiſſ. contuſi ℥ j.
Miſce.

Idem præſtabunt etiam x. grana iuniperi eadem hora manſa & deuorata. Ventriculum calefacit, roborat, & eius cōcoctionem plurimum promouet. Vſus rad. Zinzib. viridis conditæ, quantitate nucis caſtaneæ, mane ieiuno ventriculo manſa & deuorata, quæ etiam capiti non parum eſt profutura. *Grana iuniperi. Roborantia ventriculum. Zinzib.*

Myrobalani etiam chebuli conditi, & caput & ventriculum ſummopere roborant. *Myrobalani chebuli.* Deſtillatione paratur aq. cinamom. Cuius vnum aut alterū cochlear mane vacuo ſtomacho ſumptum, mirum in modum eum iuuat. *Aqua cinamomi.* E maſtiche etiam puluerifata & miſta cum abſinthio, paratur paſta, cuius ſi mane ſumatur quantitas nucis auellanæ, ventriculum reddit robuſtiſſimum. *Paſta è maſtiche.*

In menſa quoque cum omnibus cibis, & in perpetuo vſu erit puluis ſaccharo & cinamomo, loco ſalis, qui patabitur è ſacchari partibus iij. & cinamom. parte j. *Puluis è ſaccharo loco ſalis.* Cuius etiam ſi vnum cochleare ponatur in vaſculum aceti optimi, & miſceatur, intinctus erit ſaluberrimus, & concoctionem plurimum iuuans. *Intinctus.* Hyeme ad robur ventriculo conciliandum, rotula vna confect. diatrion pip. ſimpl. Galen. mane eſt ſumenda. *Rotula diatrionpiper.* Cortices etiam citri & arantiorum condi- *Citri & arantiorum cortices.*

ti ſunt

ti ſunt ſalutares. Antequam autem ad hanc ventriculi prouidentiam perueniatur, conſulo, vt meſenterii obſtructiones aperiantur, ac hepar refrigeretur.

Caliditatë iecoris temperantia.

Hepatis caliditas nimia temperabitur, ſi per decem dies bibatur ℔. j. ſeri lactis caprini, in quo ſi decoquatur vna radix petroſelini & fœniculi, eadem opera obſtructiones meſenterii aperientur.

Obſtructionum meſenterii apertio.

Idem præſtabit vinum abſinthites, meliſſarum, confect. diamargar. frigid. ſyrupus de pomis & de corticibus citri, quæ omnia ſimul melácholiam hypochondriacam facile expugnabunt, & ſummam animi hilaritatem adducent.

Melancholia hypochõdriaca.

In quem vſum etiam parari poterit Electuarium ſequens:

Electuariũ.

♃. Conſeruæ roſar.
Bugloſſ.
Roriſmar. an. ℥ iiij.
Syrup. de pom. de cortic. citri an. ℥ iij.
Specier. diatrion ſantalon, & aromatici roſ. Gabriel. an. ʒ iij.
Corticum citri & arantiorum conditorum an. ℥ ß.

Miſtis omnibus, fiat Electuarium: cuius vnum cochleare mane ſumatur ieiuno ventriculo.

Diacydoniũ.

Diacydonium quoque præſertim à cibo, omnia viſcera roborat, & à capite vapores arcet.

Decoctum ſaſſafras ad dolores articulorum.

Decoctum præterea rad. ſaſſafras, ex occidente allatæ, ad omnia dicta erit opportunum, cum vino miſtum. Articulorum curatio non negligenda: quibus dolentibus adhibendum linimentum de ſucco ebuli; aut mica panis in lacte infuſa, & cocta, addito oui vitello, & oleo roſaceo; aut linteolum aqua vitæ infuſum. Extra paroxyſmum adhibendum eſt balneum ex aqua ferrata, aut chalybeata, incoctis herbis, ſaluia, beton. roſ. hyperico, iua, ligno guaiaco limato, idque ſæpius repetendum. Quod ſi fluxiones fuerint copioſæ & frequentes, & totum corpus, cum ſit nimis obæſum & humidum, videatur exſiccandum: conſulo, vt per multas ſeptimanas ſingulo mane ſumatur ʒ j. pulueris mei podagrici, cuius mentionem facit Eraſtus vir doctiſſimus lib. 3. contra Paracelſ. & retulit in Italum Medicum, eum meum nomen ignoraret. Compoſitionem tamen non addit. Ea vero eſt eiuſmodi (non grauabor enim mea arcana Nobiliſſimo viro patefacere.)

Puluis podagricus Don. Zelini.

♃. Chamædryos.
Chamæpithyos.
Centaurei minor.
Ariſtoloch.
Saluiæ.
Beton. an. ℥ j.
Ligni guaiaci opt. & maturi & nigri ℥ viij.

Singula ſeorſim contundantur in tenuiſſimum pulueřem, & diligenter miſceantur. Hoc vno remedio perfectiſſime curatur podagra; niſi quis in viuendi ratione per omnia velit Sardanapalũ imitari.

Ad comparandam hilaritatem.

Mentis hilaritatem & lætitiam afferent Theriaca Andromachi, confect. Alkermes, diamargar. frigid. vinum abſinthites, meliſſatum, Electuarium è conſeruis ſupra diſcriptum.

In ſuffuſione.

Oculorum affectio ſupereſt, quæ eſt vera ſuffuſio. Et cum multos iam annos perdurarit, & ſit diuturna, conſulere non poſſim, vt Empiricorum opera pro eius curatione adhibeatur, præſertim cum vir Nobiliſſimus in ſecundo iam ſenio verſetur, in qua ætate cum iam duriores factæ ſint oculorum tunicæ, & humor craſſior: non facile nec ſine periculo fieri poteſt depoſitio, nec in hac ætate fœliciter vnquam vidi ſuccedere hanc operationem.

Depoſitio in ſenibus periculoſa.

Quare alia ſunt tentanda auxilia, quæ ſine periculo ſalutis ſpem afferre nobis poſſint. In ſuperioribus autem ſpero nos optima ieciſſe fundamenta huius curationis. Quæ enim ad reliquos morbos à nobis comparata ſunt auxilia, huic curationi neceſſario erunt præmittenda.

Quamprimum ergo, quæ ſupra ſunt propoſita, adminiſtrata fuerint, & potiſſimum, quæ ad capitis & ventriculi prouidentiam pertinent: ad ipſos iam oculos erit accedendum, ac præter iam deſcripta, cucurbitulæ cum ſcatificatione in colli radice ſunt affigendæ. Gargatiſmus etiam per aliquot dies adminiſtrandus, hoc modo paratus:

Gargariſmus.

♃. Decoct. ex hyſſopo & beton. ℔. j.
Aceti ſcyllit. ℔. j.
Miſce, mane vacuo ventriculo vſurpetur.

Electuarii etiam ſequentis ℥ j. ſumatur mane & noctu ante ſomnum;

Electuariũ.

♃ Sem. fœniculi ℥ ij.
Sileris montani.
Chamædryos.
Euphragiæ.
Hyſſopi.
Pulegii.
Saxifragiæ an. ʒ ß.

Singula ſeorſim contundantur in tenniſſimum puluerem, & omnibus ſimul commiſtis cum melle aut ſaccharo fiat Electuarium.

Theriaca.

Eundem etiam vſum theriaca ſæpe adhibita præſtabit. Oculorum ratione

Frictiones. frictiones quotidianæ eſſent vtiliſſimæ; ſed quoniam ad articulos humores trahunt & deducunt, ab illis abſtinendum puto. *Ol. chalcanthinum. Acetum ſcylliticum.* Oleum chalcanthinum rite paratum, & acetum ſcylliticum Galeni more compoſitum, maximè etiam probo, non tantum ad diſſipandum ſuffuſiones: ſed ad reliquas etiam corporis affectiones tollendum: ſi huius cochleare mane vnum ſumatur, & mox ſequatur exercitium moderatum: Illius vero guttæ v. aut vj. in iuſculo bibantur, non ambo eadem die, ſed alternatim. Ad omnes quoque affectiones, & præcipue ad oculos iuuandos ſaluberrimum fore puto *Decoctum ſaſſafras.* decoctum rad. ſaſſafras, ſi aſſidue cum vino bibatur. Odore enim & ſapore refert fœniculum, cuius vires ad oculos roborandos ſunt ſingulares. *Collyria.* Sed collyriis etiam vtendum puto; tum aridis, tum humidis, quorum potiſſimum ſubſcribam nobiliora. Aëtius puluerem è vipera in olla noua combuſta, cum ſucco fœniculi, ac thuris grano, valde probat. Theriaca antiqua cum aqua vitæ ad linimenti formam diſſoluta, & oculo clauſo palpebris illita, mirifice commendatur. *Euphragia.* Euphragia, quocunque modo vſurpata, optima eſt; ex ea paratur vinum euphragiatum. Puluis in menſa, loco ſalis, cum cibis adhibendus: aqua per deſtillationem extrahitur; quorum omnium vſum probamus. *Aqua panis.* Laudatur aqua collecta è fumo panis extracti è furno adhuc calentis, ſi oculi ſæpius ea malefiant. Tenuiſſima enim eſt, oculorumque tunicarum duritiem & denſitatem permeare poteſt. Ego frequentem lotionem oculorum, aut fomentum cum tenello linteolo ex optimi nigri & pinguis *Decoctum guaiaci.* guaiaci decocto efficaciſſimam fore non dubito: ita ſane, vt ſi quid aliud id, quod optamus, poſſit efficere, hoc ipſum decoctum poſſit. Penetratiſſimas enim habet vires, & naturæ humanæ familiares. *Animalium fel.* Animalium fel ab omnibus probatur; quare ſi apud ignem cum aqua euphragiæ, chelidonii, fœniculi, melle, ſaccharo cando diluatur, addita etiam in fine aqua vitæ optima, multum prodeſſe poteſt: *Vrina pueri.* Vrina etiam pueri impolluti commendatur, vt quod humanum fel in ſe contineat. Sed duplex quoque ad nos *Balſamum.* balſamum affertur ex India cum orientali, tum occidentali, fragrantiſſimum vtrumq; huius vires ad viſum reſtituendum, & ab antiquis & recentioribus maxime prædicantur. De diæta nihil addam, cum veriſimile ſit viro prudentiſſimo, & ſalubria & inſalubria è longo vſu eſſe notiſſima. Faxit DEVS opt. max. vt noſtra hæc auxilia Nobiliſſimo viro ſint ſalutaria.

In melancholia hypochondriaca, pro quodam Cancellario Ducis Bauariæ,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CLXXXV.

MALLEM cum erudito Medico, & in curatione verſato, qui & ægri & morbi naturam diligenter obſeruarit, colloqui, quam ipſe aliquid perſcribere, præſertim cum malum hoc non paruam difficultatem habere videatur; ſed cum hoc non conceditur, paucis meam exponam ſententiam.

Quantum ex iis, quæ mihi commemorata ſunt, intelligo, etſi diuerſæ videantur affectiones, tamen ad hoc morbi genus, quod Galenus de ſententia Dioclis Melancholiam hypochondriacam ſeu flatulentam appellat, referri poſſent.

Melancholia hypochondriaca vnde fit. Fit autem ea venis meſaraicis inter hepar & ventriculum ardore quodam quaſi efferueſcentibus, & obſtructione quadam, non ſolum venis, ſed viciniis etiam partibus laborantibus: Vnde humores partim crudi, partim etiam denſati & ſuperaſſati colliguntur, à quibus fumi maligni, & acriores ad cerebrum delati melancholica ſymptomata, & non raro catarrhos, atque anhelitus difficultatem creant. Flatus autem in ipſis hypochondriis multos procreant: inde murmura, rugitus, & grauitas circa pectus percipitur. *Malum initium.* Alias autem malum hoc ab epate, alias à liene inchoat, & ſemper ſtomacho, qui infirmus eſt, atque cruditate laborat, communicatur, eiusque orificium non raro læditur. Laborat autem vt plurimum concocto cibo, cum chymi diſtributio fit, & magnos aucto malo cruciatus facit, ita vt ægri de ſua ſalute deſperent, terribilia ſomnia habeant, varia imaginentur, ſudore frigido interdum, & ſputo multo afficiantur.

Hæc morbi & eſſentia, quæ ſublatis cauſis tollitur. *Curatio hypochondriaca.* Primum autem optima in hac affectione tenenda victus ratio, quæ niſi obſeruetur, in medicamentis ſpes erit dubia: In cruditate enim mederi laborioſum: Ea autem hoc malum præcipue auget. Itaque vtatur cibis boni ſucci, vt eſt vitulina caro, pulli, pipiones, aues nemorales: *Vitanda.* Paluſtres omnes, vt anates, anſeres, carnes ceruinas, ſuum tam ſyiueſtrium, quam domeſticarum relinquat. Non comedat fumo maceraia, non ſalſa admodum: aut aromatibus ſuperflue condita. Abſtineat à leguminibus oleribus. Rapas tamen bene coctas,

& con-

& conditas, caryophyllis comedere poterit. Poma omittat, pyra cocta poſtremo comedat. Non miſceat multos cibos, ſed duobus ferculis, elixa videlicet carne & aſſa contentus ſit. Ante cibum interdum pruna, vel paſſulas ſumat, quæ prius in vino, vel aqua ſacchari maceratæ intumuerint.

Paſſula in vino maceratæ.

Si forte lactucis coctis vel oleribus vti vellet in prima menſa, ſicut & reliqua mollia & elixa ſunt. Nimium non ingerat, maxime in cœna, quam parciſſimam eſſe conuenit. Nutrimento vtatur, neque imbecilli & tenui omnino, neque craſſo & fumoſo. Piſces fere omnes, frixa in ſartagine, oua cum butyro cocta, lacticinia fugiat. Vinum boni odoris maturum, & tenue bibat, nec prolixe eo vtatur. Poſt ſumptum cibum accipiat cochleare vnum pulueris noſtri peptici, qui in pharmacopolio Imperatoris reperitur. A cibo exercitia, quæ cibum præcedere debent, cauenda; etiam graues animi cogitationes, & ſomnus. Frictiones matutinæ vniuerſi corporis cum oleo amygdalino: Balnea quoque in aqua dulci maxime commendantur. Venus caput debilitat, & infirmum ventriculum lædit; maxime igitur moderata eſſe debet. Vt aluus ſit in officio opera danda, & cum adſtricta eſt, iniiciendum ad emolliendum eiuſmodi Enema:

Frictiones. *Balneum aquæ dulcis.* *Enema.*

℞. Maluæ.
Parietariæ an. m. iij.
Veronicæ.
Meliſſæ an. m. j ß.
Chamæmel. m. ß.

Decoquantur in quantitate ſufficienti aquæ puræ, & coletur.

℞. Colaturæ ℔. j. ß adde
Olei oliuar. recentis vel
Violar. ℥ iiij.
Sacchari ℥ ij.
Ebulliant rurſus.

Si forte, cum nulla habeat medicamenta purgantia, neque ſal adſit, tardius eiiceretur, vel parum ſubduceret, decocti maior quantitas ſumi poteſt. Quod ſi loco, aquæ ſumatur ius galli, vel capi, longe vtilior erit hic clyſter.

Quod ad reliqua medicamenta, quæ per ſuperiora ſumuntur, attinet, ſane omnium fortiorum pharmacorum vſum ei diſſuadeo. Scio probari Hieram Logadii, qua vſum fuiſſe Ptolomæum Regem ad omnia vitia Melancholica audimus: Verum ſæpe audacia iſta infœliciter cedit. Plane autem Theophraſti nugis de Antimonio præparato, & ſimilibus, fides non eſt adhibenda, cum metallica illa venenata non trahendo, nō ſegregando bonum à malo; ſed maligna qualitate omnia turbando purgare conſentaneum ſit.

[Fo]rtia medicamenta [fu]gienda. *[H]iera Logadii contra [Me]lancholiam.* *[A]ntimonium [p]raeparatũ.* *Metallica venenata.*

Vſum ſyrupi de pomis, cum helleboro præmiſſis, quæ euacuant pituitam, non improbarem: imo maxime ſuaderem. Quemadmodum ineunte vere vſum Syrupi violacii ſolutiui. Sumuntur autem ad eam quantitatem, quæ aluum ſubducit, & emollit. Vtinam autem hæmorrhoides poſſent aperiri, magnam certe leuationem ſentiret. Aperientia in hoc malo, & obſtructiones tollentia, maximum quoque auxilium ferunt. Inter ea primum locum ego tribuo radici Centauri maioris, quam vulgus Rhaponticum vocat: ſuccus ſanguineus è recenti radice exprimitur, cum ſaccharo in formam ſyrupi redigitur, ac de eo ſingulis diebus matutine ſumuntur cochlearia duo vel tria.

Syrupus de pomis cum helleboro. *Hæmorrhoidas.* *Rhaponticũ verũ.*

Quidam Aſari radices quoque commendant: ſed fortiores ſunt, quam quæ tuto adhibeantur, & admodum ventriculum turbant. Nonnulli eas dant cum hieris: quidam in vino; ſed tunc vomitus conſequitur. Macetare autem in vino radices centaurei maioris, & hora vna ante cœnam ad vncias tres bibere, conueniens erit.

Aſari radices non admodum tuta. *Radices Centaurei maioris.*

In his autem, vt præcipuam ſpem curationis pono: ita roborantia negligenda non arbitror. Vtile autem eſt horis matutinis aliquid de eiuſmodi ſumere Electuario:

Electuariũ.

℞. Carnis Emblicorum condit. ℥ ij.
Conſeruæ roſar. ℥ j. ß.
borrag. ℥ ß.
Caryophyllor. inciſor. ʒ j. ß.
Specier. aromat. roſat. fideliter diſpenſatar. ʒ j.
Cardamomi ʒ ß.
Maſtichis ℈ ß.
Moſchi g. vj.
Cum ſyrupo de corticibus citri & violaceo fiat Electuarium.

Hypochondria autem & ventriculum inungat hoc vnguento:

Vnguentum pro hypochondriis.

℞. Ol. amygdal. dulc. ℥ iij.
Vini maluatici ℥ ij.
Summit. Schænanti.
Ligni aloës.
Galangæ an. ʒ j.
Summit. abſinthii pontici ʒ ß.
Roſar. rubear. p. j.

Decoquantur ad vini conſumptionem, & exprimantur fortiter:expreſſioni adde:medullæ cruris vitulini recentis ℥ij.ß.

Ol.caryophyllor.℈ß.

Nucis moſcar.ʒß. Miſce.

Vbi ſe iunxerit, triplici panno veteri lineo ventriculum arcte muniat, & cingulum ex lineo panno imponat, atque ita toto die gerat,& caueat, ne aër maxime frigidus & humidus ventriculum attingat. Quare & nocto,vt munitos ſit,vētriculus faciat,neq; nocturnum aërem in cubiculum ingredi patiatur. Hæc ſi ſtudioſe obſeruabit, haud dubie pertinacem morbum depellet, & beneficio DEI optatam ſanitatem recuperabit.

In melancholia hypochondriaca,pro quodam Archigrammateo.

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLXXXVI.

SYMPTOMATA multa & varia, quæ diligenter atq; accurate ſunt recitata, manifeſte affectionem Melancholicam grauem monſtrant. Illius vero cauſam eſſe copiam feculenti ſanguinis, & obſtructiones in hypochondriis. Vnde etiam morbus ille, quem Melancholiam hypochondriacam, ſeu de ſententia Dioclis, flatulentam appellant Medici, oritur. Vtinam autem tam facilis eſſet huius mali curatio, quam cognitio in promptu eſt: ſed multum temporis,magnaq; diligentia, vt ad iuſtam temperiem hepar,ventriculus,cerebrum,atque cor deducantur,requiritur. De morbo autem ipſo,eiuſque cauſis prolixe diſputare, & omnia ſymptomata, quæ recitata ſunt, ad fontes ſuos & cauſas proximas deducere, longum,& plane non neceſſarium eſt. Itaq; pauca tantum, quæ mihi ex vſu fore videntur, monebo. Primum autem cum feculenti illius ſanguinis,quem melancholicum dicimus, prouentus in hoc corpore multus ſit, diligenter in victus ratione, ea quæ ſanguinem melancholicum producunt cauenda,videlicet, omnes cibi durioris coctionis, vt carnis bouinæ, ferinæ, leporinæ, anſerinæ: Item legumina,frixa in ſartagine, lacticinia, fumo macerata, ſiue piſces, ſiue carnes, ac quæ multum euaporant. Vina etiam potentia & craſſa, deniq; quicquid ſanguinem adurit, vt ſinapi, atq; aromatum, & ſimilium calidorum vſus. Non enim parum ad hunc morbum augendum fecit. Quod in principio calida illa antidota, quæ contra peſtem dantur, adhibuerit, & deinceps haud dubie ſimilia quoque confortantia, vt vocant, male fecit, ſed cum factum infectum fieri nequeat, vt deinceps cautio adhibeatur, monendum. Moderate calida non nocent; ſed quæ ſimul humectant, ea plurimum proſunt: Itaq; elixis magis,quam aſſis vtatur,& bibat vinum tenue, cum quo folia meliſſæ effe buerint. Cæterum cum in optima & inculpatiſſima etiam victus ratione, propter membrorum, quæ nutritioni ſeruiunt, intemperiem, multum melancholici & pituitoſi humoris abundare neceſſe ſit, paulatim is contemperandus eſt. Ad contemperandum requiruntur ea, quæ ſuauiter humectant, vt ſunt raparum ſuccus cum butyro & ſaccharo: Item, matutinis horis aſſumpta oua ſorbilia, atque in iis puluis hic:

Hypochondriacū malum diuturnum.

Cibi gignentes melancholicum ſuccum.

℞.Margaritar.præparatar.ʒiij.

Chryſolitr.præparat.ʒj.ß.

Cinamomi interioris ʒß.

Sacchari candidi ʒvj. Miſce.

Imponat,quantum cultelli cuſpide teri capi poteſt.

Puluis ... ſorbilibus immiſcendus.

Vbi hoc fuerit factum hora vna, ingrediatur labrum aquæ dulcis, & in eo vſque ad ventriculum, qui diligenter panno lineo munitus eſſe debet, ſedeat, & poſtea ventriculum vnguento, quod paulo poſt præſcribam, calide inungat, ac multoties complicata tela antiqua muniat, ſicq; toto die quieſcat.

Balneum aquæ dulcis.

Semel autem in ſeptimana,vel bis,vtatur inſequente ſyrupo mane, atq; eo die non lauet,nec ſe inungat.

℞.Succi pomorum dulcium ℔.j.ß.

Borraginis.

Meliſſæ an.℔.ß.

Flor.borrag.

Violar.an.p.j.

Foliot.Senæ.

Epithymi.

Cortic. Hellebori nigri præpar.℥ß.

Syrupus de pomis.

Decoquantur lento igne ſecundum artem q.ſ.fiat ſyrupus,qui ſeruetur vſui,imponatur Nodulus ex

Cinamom.

Caryophyll.

Croc.&c.

Specier.aromat.roſat.ac

Diamoſch.dul.an.℈ß.

Quando autem vult eo vti ℥iij. huius ſyrupi addat ℥j. Mannæ,& parum iuſculi capi vel gallinæ, ac tribus horis ante prandium bibat. Fortes purgationes, & medicamenta omnia immodice calefacientia tanquam maxime noxia fugiat. Nec ſæpe Medicos mutet, licet hoc melancholicorum ſit proprium, quia cum ex eorum arbitrio non ſ. mutatio ſubita in melius, & in Medi

Fortes purgationes ... Medicorum mutatio.

Medicos, qui polliceri quiduis audent, incidunt, relictis bonis remediis, ad alia animum applicant. Atque hoc quidem non ſolum malum ipſi auget, verum curationem difficilem atq; periculoſam reddit. Vt autem obſtructiones tollantur, altero die poſt aſſumptum ſyrupum bibat Vini hauſtum ante cœnam, in quo radix centaurei maioris, minutim inciſa per 24. horas fuerit, macerata, & hunc potum tamdiu cōtinuet, donec rurſus ſyrupum aſſumat. Quantum ad corrigendam hepatis intemperiem, atq; obſtructiones in viſceribus & meſenterio aperiendas hic potus proderit, te ipſa experietur. Vt autem melius res procedat, matutinis horis hypochondria & Ventriculum ſequenti vnguento inungat:

Infuſum centaurei maioris.

℞. Ol. amygdal. dulc. ℥ iiij.
Vini odoriferi ℥. ij.
Caryophyllor.
Ligni aloes an. ʒ. j.
Maſtiches ℈ iiij.
Roſar. rubear.
Summitat. abſinthii an. p. j.

Vnguentum ſtomachale.

Bulliant vſque ad vini conſumptionem, & fortiter exprimantur;

℞. Expreſſionis ℥ iiij.
cui adde
Medullæ cruris vituli ℥ j. ß.
Ol. nuc. moſch. ʒ j. Miſce.

Hora decubitus abluat pedes iſtō decocto, & manus etiam immergat:

Lotio pedum & manuum

℞ Foliot. vitis viniferæ.
Salicis.
Lactucæ an. m. j.
Capit. papauer. nu. iij.
Anethi p. ß. fiat Sacculus.

Iſtum ſacculum decoquat in aqua, atque per ſe refrigerari eo vſque permittat, donec ad abluendum ſit conueniens.

Poſt lotionem ſub ingreſſum in lectum:

℞. Cremoris hordei mundati diutiſſime cocti ℥ iij.
Amygdal. dulc. mundatar. & in aq. roſar. comminutar. ℥ ij.
Sem. Papauer. albi comminuti ʒ. j
Conſeruæ roſar.
borrag. an. ʒ ij.

Commiſceantur ſimul lento igne, & per linteolum exprimantur, fiatque potus.

Somnifera in Melancholia minus tuta.

Remedia autem ſomnifera foris adhibita, etſi plurimum prodeſſe videntur; tamen Melancholicis non ſatis tuta ſunt. Adderem etiam quibus ſperarem me poſſe hæmorrhoides fluidas reddere, ſed cum illa ſint calida & ſicca, neceſſario prætermittenda ſunt.

Vnum adhuc moneo, cum minus præcordia æſtuant, vt pultes b . deacei, quibus addatur oleum violaceum, tamquam Cataplaſma præcordiis imponantur.

Ventriculi dolor.

Ingrauibus autem ventriculi doloribus inuoluat laterem calefactum panno lineo, qui in aceto ſit humectatus, & ita dorſo ex parte, qua os ventriculi ſpinæ coniungitur, apponat, nec tamen valde premat.

His remediis ſi recte vſus fuerit & in curatione perſeuerauerit, nec ad alia, vt Melancholici ſolent, animum adiecerit, ſperò ægrum beneficio diuino intra paucos mēſes melius habiturum.

Cæterum ſi vel cogitationib. melancholicis indulgere, vel ſubinde Medicos mutare, atque omnia experiri, omnibuſque diffidere perget, non ſolum malum per ſe graue & pertinax nihil minuet, ſed ſe in longe grauiora coniiciet. Itaque vt prudenter, & caute agat moneo; & curationem iſtam præpotenti DEO committo.

In melancholia hypochondriaca, cum rubedine faciei.

D. BALTHASAR. SCHEIDERI.

CONSILIVM CLXXXVII.

CVM timor & mœſtitia iam adſint, Epate calido, Ventriculo frigido, capite debili, ne nō modo Melancholia hypochōdriaca, quæ iam præſens eſt; ſed ne multò peiora & grauiora inſequantur ſymptomata, verendum maximè. Quod euitabitur; diæta diligentiori & abſtinentia à cibis omnibus, quæ difficulter concoquuntur, caput debilitant, hepar calefaciunt, melancholicū deniq; ſanguinem gignunt, de qua alias. Aluo aperta cibis lenientibus vtatur, Rad. Cichor. Borrag. an. ℥ ß. Polypodii ʒ vj. decoctis in iuſculo gallinæ ℔. iij. ad tertias, prò tribus doſibus. Poſſunt & addi ſaporis gratia ℥ ß. paſſularum. Præterquam enim quod alterabit; blande etiam aluum emollhet, & liquidam ſeruabit. Deglutiat dein bolum purgantem mediocriter. Repetatur bis aut ter; pro vt affectus requiret. Vires reuocabuntur domeſtico huius Conſeruæ vſu.

Electuarium.

℞. Conſeru. Roſar. opt. ℥ iij.
Borrag. ℥ j. ß.
Violar.
Cort. Citri conditi inciſi an. ℥ j.
Margarit. præp. ʒ j.
Cinamom. opt. ʒ ß.
Off. è corde Cerui nu. ij.
Cornu cerui præp.
Xyloaloes an. ℈ j.
Incorporentur cum modico ſyr. de ſucco Borraginis, & f. Electuarium.

Balneo aquæ dulcis tepido in poſterum vtitur ſæpius: dum vero labro inſidet cucurtabulas ſcarificatas humeris imponi curet.

Rubor faciei.

Rubedini autem faciei proderit hæc

Aqua;

Aqua in rubedine faciei.

♃. Aq. Plantag.
Roſarum an ℔.ß.
Aceti vini ℥j.
In quibus bulliant Roſar. rubr. p.j.
Sem. Cucurbit.
Melonum exeort. an. ℈j.
Colentur, adde Champhotæ gr.iij.

Lauetur facies hac aqua, & non abſtergatur. Nec capitis, nec faciei aqua calida aut ſimilib. intemperies augenda Hęc cum Deo, vt ſpero, bene ſuccedent, quod ſi plura requirentur, admoneri potero.

In melancholia hypochondriaca, qua tentabatur vir complexionis Melancholicæ Annorum quadraginta.

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CLXXXVIII.

Cauſa hypochondriaca.

QVamvis multa ſint vitia de quibus cōqneritur vir egregius nullum tamē eſt, de quo magis eſſe ſollicitus debeat, quā de melancholia hypochondriaca, cum inde omnia fere mala prodire videantur. Hoc autem ſymptoma cum ſit imaginatio deprauata, neceſſatio deprauatur fruſtrata facultate imaginatrice, ob permixtionem vaporis melancholici cum Spiritibus animalibus, cuius vaporis cōpia vigiliæ quoque oboriuntur. Hic autem vapor nō in capite generatur; ſed ab Hypochōdriis ſurſum in caput attollitur.

Generatur autem in hypochōdriis ex materia melancholica, quæ cum ſit opus quoddam præter naturam, neceſſario ſequitur ſanguificatiōē, tū labefactata facultate ob intemperiē calidiorem, tum impedita propter obſtructionem venarum Iecoris, quæ obſtruuntur a materia pituitoſa, craſſa, dura, lenta & viſcida, quæ ſequitur læſam ventriculi chylificationē, labefactata facultate ob intemperiem frigidam, nec non fruſtrata ob errorem externum, ob prauam ſcilicet viuendi rationem. Vnde reliqua quoque ſymptomata excitantur.

Indicationes.

Hæc autem cum ita ſe habeant, curationis ratio ſic erit inſtituenda, vt materia quæ facit obſtructiones, emolliatur, attenuetur, incidatur, ac detergatur, Vniuerſum corpus purgetur & euacuetur, Iecur refrigeretur, & ventriculus calefiat, atq; vniuerſus corporis ambitus attemperetur. Interim tamen virtus nō erit negligenda. Quod negocium quam arduum ac difficile futurum ſit, norunt illi, qui huiuſmodi vitia, & præſertim inueterara tractarunt. Quod ſi huic difficultati accedat inobedientia, nihil certi poſſumus polliceri. At ſi optimis præceptis parere voluerit, multa quidem polliceri poſſumus, & reuera præſtabimus. De cuius optima voluntate, quemadmodum non diffidimus, ob id præſidiorum materiæ ſunt proponendæ. Atque vt de re Chirurgica primo loquamur, laudamus vt ſanguis primo euacuetur, ſecta vena iecoraria cubiti dextri, dein hirudinibus hæmorrhoidibus applicatis, ſanguis in ea quantitate detrahatur, quam virtus ſuſtinebit. Caureria vero duo vt fiant non improbamus, verum ſuademus vt vtrumque inuratur, cum materia, quæ in ventre inferiori generatur, per ea euacuari debeat. Et quæ ſurſum tendit deorſum ſit reuellenda. Vt vero hæc tuto adminiſtrari queant, ſuademus vt leniatur aluus cum melle roſatum ſolutiuo & Manna. Electuario lenitiuu & Manna. Pręparetur vero cum brodiis alteratis, cum iis, quæ vim habent attenuandi, & emolliendi, cuiuſmodi ſunt cicbor. borrago, quinque folium, capillus veneris, malua, vbi vero præparati fuerint humores, tunc purgabitur corpus cum infuſione ellebori nigri, & mellis roſarum ſolutiui. Purguto corpore ſemel atque iterum ſi opus fuerit, ius galli non admodum antiqui ſummopere laudamus, quod tamen paratum ſit cum borrag. quinque folio, agrimon. radicibus altheæ, & filicis maris. Hu nonnihil Chynæ addi poteſt, ſi bona habetur, ſin minus, modicum ſalſæ ac ligni. Hinc vero alternis dieb. vel tertio quoquo die adhibeantur ea, quæ vim habent humoré melancholicum educēdi, veluti eſt Epithymus, polypodiū ac ſena, vel huius loco exhibeatur ſyrup. de polypodio. Quod ſi ſerum optime pararum haberi poſſet, alternatim, nunc ius, nunc ſerum eſſet exhibendum, dum modo alternis diebus, vel tertio quoquo die euacuans aliquod medicamentum exhiberetur. Theriaca vero non noua, neque admodum antiqua poteſt exhiberi. Extrinſecus vero laudabitur ſtillicidium ex oleis, quæ vim habent calefaciendi, ſi ventriculo admoueantur ac inſtillentur. Epati vero vt admoueantur refrigerantia, non improbamus; Imo ſi obſeruentur obſtructiones inſignes, non tantum ex Cichorea laudamus Diacbylon, ſed etiam Ceratum ſacrum: Imo ad ſynapiſmata licet deuenire. Inter cetera vero ſummopere probatur balneum aquæ dulcis recta cum ratione adminiſtratum, quibus recta victus ratio adiungenda. Aer itaque in actiuis ſit temperatus, in paſſiuis v[illegible] ad humidum potius, quam ad ſic-

cum

Vena ſectio. *Cauteria.* *Lenientia.* *Preparantia.* *Euacuātia.* *Decoctum Galli.* *Melanagoga.* *Topica.* *Diachylon* *Balneum aquæ dulcis.*

Cibus. cùm vergat. Panis ſit optime fermentatus, & ſit ex optimo frumento & ſpongioſus: Carnes ſint laudabiles: Probantur oua recentia: Inter olea laudantur, borrago, bugloſſ. lactuca, & quæ ſunt huius generis. Acetaria item ſint ex bortag. cichoreo, & cocta potius, quam cruda. Inter fructus laudantur amygdalæ dulces, & ſi refrigerantibus vtatur, parce admodum fiat. *Potus.* Vinum ſit medicatum, quare hoc tempore parari poteſt ex multo borragine, Bugloſſ. meliſſ. quinque fol. malua, althea, agrimon. &c. radicibus capparorum cum modico Salſæ ac ligni. Somnus ſit paulo conſueto longior, atque vt prouocetur, conuenit vſus lactis amygdalarum dulcium, lactuca cocta ante cœnam, ſuffumigium ex decocto capitum papaueris & lactucæ. Ablutio etiam capitis ex lacte recenter ex vberibus excepto. Vrgente neceſſitate ſemina papaueris albi, Syrup. de papauere, Philonium, & quæ ſunt eius generis adhiberi poterunt. Exercitium non ſit vehemens, & ſit ante cibum aluo inanita. Quare laudamus peregrinationes, aluum mollem & fuſam habeat, ſi minus, arte prouocetur. Venere, ſi vxorem habet, parca vtatur. Animi vero curas, & ſollicitudines longe propellat. Et hæc ſunt &c.

In melancholia hypochondriaca, anhelitus difficultate, & vrina ſabuloſa.

D. Hieron. Capivaccii

Consilium CLXXXIX.

Melancholia hypochondriaca, cum ſit illa, quæ hoc tempore Illuſtriſſ. Virum valde ſollicitat, præter quandam anhelitus difficultatem, & vrinam ſabuloſam, videndum eſt, quænam ſit horum affectuum præcipua cauſa, vt curatio recta quadam ratione inſtitui poſſit. Atque vt de Melancholia primo loco loquamur, non eſt dubitandū, quin timor & triſtitia ſint affectus imaginationis deprauatæ, quæ deprauatur fruſtrata facultate, ob errorem externum, qui nihil aliud eſt, quam vapor quidam melancholicus, qui cum ſpiritu animali ſuapte natura æthereo commiſcetur, quo fit vt obſcura quadam caligine perfundatur. *Cauſa melancholiæ hypochondriacæ.* Vaporem autem melancholicum in capite generari, non eſt exiſtimandum; ſed à partibus internis, vtpote ab hypochondriis ſurſum in caput, & ab humore melancholico excitari, qui generatur ob inſignem Iecinoris caliditatem, quæ plurimum quoque adaugetur, propter obſtructionem venarum, quæ alimentum à Ventriculo ſuſcipiunt, ſanguine in illis craſſiore facto, quod mirum non eſt, propter multas cruditates quæ in ventriculo generantur, ob ineptam & importunam viuendi rationem. Quare nec mirari quiſpiā debet, ſi ex inſigni flatuum copia tunicæ illæ extendantur, quo motu tamquam obiecto communi, acerbo, & inſuaui, ſenſibilis facultas excitata, dum eiuſmodi obiectum percepit, ſenſationem efficit corruptam, quo fit, vt obiectū hoc ſenſui communi oblatum, ad appetitum ſenſitiuum transferatur, à quo tamquam à re moleſta cum refugiat, dolor excitatur. *Dolor vnde.* Et quo iniucundius eſt illud obiectum, eo vehementiorem fieri dolorem putare debemus.

Eructationes vnde. Fit etiam propter illas cruditates, que in ventriculo generantur, vt flatus excitentur, vnde eructationes; & quoniam ſeroſitas illa copioſa, quæ in ventriculo generatur, in omentum defertur, hinc murmura & ſtrepitus illi.

Vnde murmura. Quod ſi ſpectemus materiam pituitoſam, quæ a ventriculo ad renes tranſmittitur, ſi illorum caliditatem conſideremus, non erit difficile vrinæ calculoſæ cauſam reddidiſſe.

Et quia feces paucas & cum difficultate excernit, in aliam cauſam non eſt referendum, quam in inteſtinorum ſiccitatem & flatuum copiam. Anhelandi vero difficultas non aliunde proficiſcitur, quam à materia, quæ vias ſpiritus anguſtiores reddit, quæ materia a capite in pectus præcipitatur, atq; in eo fortaſſe generatur, tum labefactata facultate, ob intemperiem humidam, tum fruſtrata ob errorem externum. Etenim cum iuccus crudus & imperfectus in ventriculo generetur copioſus, vix fieri poteſt, quin maior copia nutrimenti in caput attollatur, quam gubernari poſſit, vnde materiæ excrementitiæ quamplurimæ generantur, ex quibus deſtillationes. Hi ſunt affectus, & horum omnium cauſæ, à quibus indicationes ſunt deſumendæ. *Prognoſis.* Atque vt à cauſis primum exordiamur, pro viribus ſtatuendum eſt, vt materia ex qua flatus excitantur, & cuius cauſa obſtructiones fiunt, prius præparata euacuetur, & penitus abſumatur, vt errata in viuendi ratione corrigantur, & ſeroſitas illa in omento exiſtens exſiccetur, renes, pectus & caput expurgentur; deinde, ſi opus fuerit, caput exſiccetur. Inteſtina humectentur, & omentum calefiat, & exſiccetur. Iecur & renes refrigerentur, & virtus hedum partium, verum etiam totius conſeruetur. *Indicationes.* Sed omnia hæc præſtare non ſolum eſt difficile, ſed fere impoſſibile. Quandoque indicantia & plurima habemus, & inter ſe pugnantia. *Seroſitas in omento exiccari non poteſt.* Præterea quis eſt ille, qui ſeroſitatem in omento exiſtentem euacuare, aut exſiccare poſſit? Sa-

gitur feciſſe videbimur, ſi ventriculi aut hypochondriorum dolores mitigemus, ne vehementiores fiant. Neque id conſequi poterimus, niſi Patiens Illuſtriſſ. ſe mandatis clariſſimorum virorum obedientem præſtiterit. De cuius optima voluntate, quoniam non dubitamus ob id ad præſidiorum materias deſcendemus.

Cura Ph. exoto-mia.

Atque vt de re Chirurgica prius loquamur, ſi ſanguis aliquo modo peccabit, vel habebit rationem cauſæ ſine qua non, euacuabitur. Quantitatem docebis vis indicantis, & tribut permittentis; Locum per quem euacuandus ſit, quantū coniectura conſequi poſſumus, eſt vena iecoraria cubiti dextri. Modum docebit ſanguinis reſiſtentia: quo enim craſſior eſt, eo foramen latius fieri debet. Quando vero agendum ſit cognoſcitur ex præſentia indicantis, & abſentia prohibentis. Vt vero materia, quæ in caput attollitur, & à capite ad pectus deſtillat, ad commodiorem locum auertatur.

Cauteria.

Probamus vt duo fiant cauteria; alterum quidem in crure dextro, alterum in brachiu ſiniſtro. Et ſi forte fuiſſent excitata, conſeruentur.

Frictiones.

Frictiones partium extremarum, ſi quando corpus exercere non poteſt, adhibeantur, Plurimum namque ad materiam auocandam prodeſſe poſſunt. Vt vero hæc tuto adminiſtrari queant, corpus erit mundandū:

Lenientia.

Quare leniatur aluus cū melle roſar. ſolut. & Manna, vel caſſia & Elect. lenitiuo.

Præparātia.

Deinde præparetur materia cum mell. roſar. ſimpl. vel Oxymel. abſque diluto. Vbi præparata fuerit materia, purgabitur corpus cum diluto Agarici, Fol. Senæ & Epithymi:

Euacuātia.

Quibus licet addere Mel roſar. ſolutiuum cum ſyrupo roſ. ſolut. Et ſi vnica purgatio non ſufficit, iterum præparanda erit materia, cum ſyrupo de Beton. de pomis ſimpl. & Cichor. & alternis diebus, vel ſingulis tribus, capiat ſyrupum aliquem purgatorium, vt eſt de pomis compoſitus. de polypod. vel Epithymo cum ſyrupo de Cicho. Ex his autem ſyrupis cum 3. vel 4. ſumpſerit, iterum purgabitur corpus, cum diluto Agarici & veratri nigri vel Epithymi, prout huc vel illud magis ſuſtinere videbitur. Hisque addatur mel roſ. ſol. & ſyrupus de polypodio. Vel ad pillulas Cochias cum Elleboro confugere licebit, quæ tamen cum maſticinis corrigantur. Corpore exquiſite purgato, caput ſternutatoriis purgabitur.

Errhina.

Primo quidem leuioribus, veluti eſt ſuccus maioranæ, radicum Betarum, deinde ad validiora erit confugiendum, veluti eſt decoctum Cyclaminis, ſuccus hederæ, myrrhæ, cumini, quibus etiam addere licet duplum medullæ, cucumeris aſinini, quæ trita & lacte muliebri, vel caprillo macerata, & ſubacta atque in collyria redacta, licet adminiſtrare, præſertim ſi caput repletum eſſe videbitur.

Decoctum Salſæ & China.

Interim vero decoctum Salſæ & Chynæ cum borragine eſt exhibendum, vt obſtructiones penitus auferantur, & materia excrementitia exſiccetur, & abſumatur. Doſis autem non præſcribitur, quia pro tolerantia patientis eſt inſtituenda.

Cautio in decocto China & Salſæ adhibenda.

In quo decocto adminiſtrando, ea ſemper cautio eſt adhibenda, ne iecur incaleſcat, quod ex vrina & ſiti facile cognoſcitur. Quo tempore vtetur decocto, victus ſit mediocris: ſubtrahatur enim tertia pars illius cibi, quo alias vti conſueuit.

Potus.

Potus ſit vinum tenuis ſubſtantiæ, & in pauca quantitate, & ſingulis decem dieb. vtatur aliquo purgante.

Sudor.

Quod ſi ſudor illæſo capite quandoque euocabitur, non erit præter rationem, idque inſtrumentis appoſitis & accommudatis. Et quo tempore ſudabit, muniatur iecur vnguento ſandalino, vel ſucco Cichoreæ, cum modico aceti, penetrationis gratia; Renes vero vnguento Roſar, Meſ. vel refrigerante Galeni. Atq; vt ſeroſitas illa, quæ murmura facit, ſi fieri poteſt elidatur, ac penitus abſumatur, & partes illæ roborentur, non improbamus ſtillicidium illarum aquarū ſulphurearum, nec luti adminiſtrationē, ſi forte aderit,

Stillicidium aquarum ſulphurearum.

qua in re illud eſt cauendum, ne oblædatur iecur, quod facile ſuccedere poterit ſi inſtrumentum habebunt accommodatum, quod tāquam paries quidam & vallum diſtinguat regionem vnam ab altera. Locus vero vbi adminiſtrandum eſt ſtillicidium, ſit paulo infra ventriculi regionem atque poſt ſtillicidium, aut luti adminiſtrationem, pars illa foueatur Cerato aliquo, quod vim habeat calefaciendi & exſiccandi, veluti eſt ſacrum,

Ceratum à ſtillicidio applicandum.

vel ex pulueribus & liquoribus calidioribus & ſiccioribus, cum modico Ceræ paratum. Eodem modo caput erit exſiccandum, ni forte cum capitis humiditate fuerit coniuncta caliditas; quia tunc exſiccantibus quidem; ſed frigidis, aut minus calidis erit agendum. Veluti ſi paretur lixiuium aliquod, cum fol. Roſar. Beton. cum agaric. radic. filicis maris, fol. ſalicis, & huiuſmodi aliis. Quod quidem ſtillicidium abraſis capillis, fiet in ſutura coronali. Poſt huius adminiſtrationem, eodem modo pars illa Cerato, quod eandem vim habeat, muniatur. Tempus vero opportunum adminiſtrandi ſtillicidii erit ieiuno ventriculo. Et quia gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo, ob id pluribus diebus hęc alterantia erunt vſurpanda, & quam diu indicantis præſentia poſtulabit. Ne vero materia ita facile à capite ad pectus delabatur, noctu ad eam intercipiendam probamus, vt ſub lingua detineat

ſaccbar.

Saccharum roſatum antiquum. ſacchar. roſ. antiquum cum bolo Armeno permixtum aut confectionem illam, quam Diacodion appollant, aut diatragacãthum. Vt vero materia quæ in pectore exiſtit educatur, medicamentum aliquod probatur, quod vim habeat incidendi, detergendi, cõcoquendi, & ſtomachicum exiſtat, cuiuſmodi erit, ſi paretur ex melle optime deſpumato, cum modico aceti, vel ex oxymelle ſimplici cum penidiis, vel ſaccharo violar. & Diatragacantho miſtura, & ſub lingua detineatur. *Caput roborantia.* Peracta purgatione ad caput & partes inferiores roborandas habeat in frequenti vſu aliquod genus conſeruæ, vt eſt Conſerua Beton. cum ſaccharo Roſar. vel Borrag. vel conſeruæ de Cichorio tempore æſtatis. Frigidioribus diebus, nonnihil etiam Theriacæ, vel alicuius magnæ confectionis admiſcere licebit. Verum omnis medicatio vana & irrita eſt futura, niſi recta & *Victus ratio.* diligens viuendi ratio adiungatur. Quare cibaria habeant vim attenuandi, & flatus *Cibus.* diſcutiendi, & ſint facilis coctionis, atq; inter cibum & potum par ſemper ratio ſeruabitur. Carnes itaque laudabiles & oua ſorbilia probantur, nec non fercula quæ ex his parantur; quæ condiri poſſunt cum ſpeciebus paratis ex Coriandro & ſaccharo, pro guſtus iucunditate: Acetariis potius coctis, quam crudis vtatur, & potiſſimum ex Borrag. Cappar. & Cichor. Inter fructus laudantur amygdalæ dulces, piſtacea, & in ſecunda menſa, vel diacydoniten cum Coriandro confectum, vel pulu. Coriandri cum modi*Potus.*co ſaccharo, vel aliquod aliud, quod flatus diſcutiat, & os ventriculi roboret, vſurpabit. Potus ſit vinum maturum, non potens: ſed mediocre, non nigrum, ſed rubeum, & in pauca quantitate.

Somnus. Somnus ſit moderatus, à meridiano ca*Exercitatio.*ueat, niſi forte noctu vigilauerit. exercitium laudatur; ſed ante cibum aluo inanita, ſedes quotidie procurabit, & ſi natura fuerit auara, iure paſſulato, & in quo pruna damaſcena admodum dulcia vel caricæ pingues & dulces, incoxerint, prouocetur: pro quo paſſulæ & pruna & caricæ deuorari debent, neque ſemel id agendum, ſed pluries, donec aluus lubrica fiat. Huius loco probatur etiam brodium caulium vel betarum, vel mercurialis, cum oleo & ſaccharo ſæpius adminiſtratum. His enim leuioribus aluus erit mollienda, ſi opus eſſe videtur, in reliquis vero rebus non naturalibus, optime quoque ſe gerat. Et hæc &c.

In hypochondriaca paſſione, pro quodam conſiliario Marchionis,

D. Abrahami Seylleri

Consilivm CXC.

Hypochondriaca paſſione te laborare ita certum eſt, vt nulla egeat demonſtratione. Indicant hoc grauitas circa *Signa hypochondriaca.* hypochondria, flatus, & eructationes nidorulentæ, acrimonia recrementorum, rugitus in latere ſiniſtro, & vaporum magna ad cerebrum eleuatio. Quæ partim ex obſtru*Cauſa.*ctione alui, partim etiam Lienis, à ſanguinis craſſitie proficiſcuntur, vt autem fiat effumatio obfuſcans cerebrum, neceſſum eſt, ſubeſſe calorem aſſantem humorem craſſum in meſenterio; aut venis meſaraicis. Quod ſi (vt Diocles aſſerit, quam Galenus, imitatur) eſſet oris ventriculi inferioris, quod inteſtinis continuatur, inflammatio adeſſet, febris continua, & ad multos annos malum hoc minime protraheretur. Hinc conſtat *Myrachialis paſſio quid.* myrachialem paſſionem nihil aliud eſſe, quam intemperiem meſenterii & venarum, agentem in ſanguinis craſſitiem, lienem obſtruentem, ex qua effumationes obſcurantes cerebri actiones reſultant. Eſſentia itaq; *Scopi curationis.* affectionis per ſuas cauſas cognita, facile curationis via inuenietur. Eſt ergo intemperies calida, quæ ſibi ſiccitatem aſſociat, emendanda, & flatus diſcutiendi, atque obſtructio lienis aperienda, & cerebrum roborandum, ne exhalationes recipiat. Verum cum *Diæta.* hic affectus ſit circa partes concoctioni inſeruientes, optima victus ratio eſt inſtituenda, & medicamenta quæ nullam vim inferunt, præſcribenda, præſertim cum ob alui adſtrictionem continuam aluum ducentia *Curatio.* exhibenda ſint. Series autem curationis hęc erit: Primo leniatur aluus, deinde tollatur obſtructio lienis leuiter aperientibus, poſtea extinguatur intemperies meſenterii, & venarum meſeraicarum: poſtremo addatur robur membris affectis. Quę omnia hoc autumnali tempore ſubſequentibus perficientur. *Potio lenit.* Primo die capiat Diacatholiconis ℥j. cum aniſi puluer. ℈j. & immediate hauriat Aquæ Cichorii, vel Endiuiæ, vel bugloſſ. aut borrag. ℥ iij. vel commiſceantur ſimul & fiat hauſtus. Demum 2. 3. 4. & 5. die omni mane ſumat leuiter aperiens:

Potio aperiens.

℞. Syrup. Capill. ven.
Byzantin. an. ʒ vj.
Aq. bugloſſ. ℥ iij.

Miſce. pro vna, & ſic pro quatuor vicibus. Sexto die ſumat medietatem ſubſcripti decocti, alteram partẽ die ſeptimo mane quatuor horis ante prandium:

Euacuans.

℞. Rad. polypd. m. j.

Venæſectio. detrahendus è communi vena dextra, fluatque ſanguis libere. Corporis enim ſtatus id requirit, nec ætas obſtat, cum ſint validæ vires, vt puto. Tertio die ſequentis ſyrupi ieiunus ſumat tria cochlearia;

Syrupus digerens.

℞. Mellis roſat. colat.
Oxymel. ſimplic.
Syrup. de cort. citri. an. ℥ ij.
Miſce.

Tribus continuatis diebus ſumat eundem ſyrupum: deinde repetat idem medicamentum catholicum. Quod ſi hæ duæ vices non ſatis euacuaſſe videntur, tertia vice idem repetat, ſumpto eodem mane prius ſyrupo. Si magis delectetur potione, loco catholici ſumat hanc:

℞. Fol. Senæ Alexand.
Paſſular. min.
Capillor. Ven.
Polypodii.
Tartari albi pulueriſat. an. ℥ ß.
Aq. Fumiterræ.
Cardui bened.
Bugloſſæ an. ℥ iiij.

Miſce, & per noctem fiat infuſio ſ. a. Mane fiat leuis decoctio, & colatura cum expreſſione.

Decoctum ſenæ.

℞. huius colaturæ ʒ v.
Mellis roſat. ſolut. ℥ ij.

Miſce pro vno ſyrupo: Repetatur vt ſupra. Facta ſic totius corporis euacuatione, capitis habenda eſt præcipua prouidentia. Quare per tres aut quatuor dies, ſingulo mane, maſtichis puræ granum, magnitudine fabæ, dentibus teratur per integram horam, & ſaliua influens exſpuatur. Liquoris etiam ſequentis cochleare, è palma manus in nares attrahatur, & cum linteo abſtergatur.

Errhinon.

℞. Aq. maioranæ ℥ iiij.
Puluer. ireos ʒ j.

Miſce, & ante vſum agitetur vaſculum, vt aqua turbidior fiat. Caput deinde abluatur adhibito lixiuio, ac ſapone ſequenti, & linteis mediocriter calidis exſiccetur.

Lixiuium.

℞. Saluiæ.
Maioranæ.
Dictam. Creten.
Beton.
Roſar.
Flor. Chamæmel.
Fol. Senæ an. m. j.
Lixiuii dulcis q. ſ.
Miſce.

Fiat decoctio & colatura. Item.

Sapo.

℞. Saponis Veneti ℥ iiij.
Agarici albi. ʒ j.
Cinamom.
Ireos.
Caryophyll. an. ʒ ß.
Camphuræ ℈ j.

Miſce, fiat Sapo ſ. a. Repetantur hæ capitis lotiones bis aut ter in menſe: præcedente ſemper per duos aut tres dies, maſticatione maſtichis. Caput à frigidis arceatur, præſertim noctu. Calidius etiam hypocauſtum illi aduerſatur. Ante ſomnum noctu in ſupremo vertice, in ſutura coronali inſpergatur puluis ſequens, pectine prius capite abſterſo:

Puluis pro ſutura coronali

℞. Sandarachæ Arab.
Carabes.
Thuris.
Santal. citrin.
Cubebar.
Nigell.
Rad. Pæon.
Origani an. ʒ j. ß.
Camphuræ ʒ ß.

Contundantur, & fiat puluis minutiſſimus. Ad caput exſiccandum, & ne quid ex eo in oculos aut articulos influat, noctu ante ſomnum ſumatur in vino aut iuſculo carnis calido ſeq. puluer. ʒ j.

Pro exſiccatione capitis puluis.

℞. pulueris ex oſſibus bubulis limatis & contuſis, & per cribrum tenuiſſimum, aut linteolum rarum tranſmiſſis ℥ j.
Cinamomi tenuiſſ. contuſi ʒ j.
Miſce.

Grana iuniperi. Roborantia ventriculum. Zinzib.

Idem præſtabunt etiam x. grana iuniperi eadem hora manſa & deuorata. Ventriculum calefacit, roborat, & eius cõcoctionem plurimum promouet. Vſus rad. Zinzib. viridis conditæ, quantitate nucis caſtaneæ, mane ieiuno ventriculo manſa & deuorata, quæ etiam capiti non parum eſt profutura.

Myrobalani chebuli. Aqua cinamomi. Paſta è maſtiche.

Myrobalani etiam chebuli conditi, & caput & ventriculum ſummopere roborant. Deſtillatione paratur aq. cinamom. Cuius vnum aut alterũ cochlear mane vacuo ſtomacho ſumptum, mirum in modum eum iuuat. E maſtiche etiam pulueriſata & miſta cum abſinthio, paratur paſta, cuius ſi mane ſumatur quantitas nucis auellanæ, ventriculum reddit robuſtiſſimum.

Puluis è ſaccharo loco ſalis. Intinctus. Rotula diatrionpipereon. Citri & arantiorum cortices.

In menſa quoque cum omnibus cibis, & in perpetuo vſu erit puluis ſaccharo & cinamomo, loco ſalis, qui parabitur è ſacchari partibus iij. & cinamom. parte j. Cuius etiam ſi vnum cochleare ponatur in vaſculum aceti optimi, & miſceatur, intinctus erit ſaluberrimus, & concoctionem plurimum iuuans. Hyeme ad robur ventriculo conciliandum, rotula vna confect. diatrion pip. ſimpl. Galen. mane eſt ſumenda. Cortices etiam citri & arantiorum condi-

ti ſunt

ti ſunt ſalutares. Antequam autem ad hanc ventriculi prouidentiam perueniatur, conſulo, vt meſenterii obſtructiones aperiantur, ac hepat refrigeretur.

Caliditatis hepatis temperantia.

Hepatis caliditas nimia temperabitur, ſi per decem dies bibatur ℔. j. ſeri lactis caprini, in quo ſi decoquatur vna radix petroſelini & fœniculi, eadem opera obſtructiones meſenterii aperientur.

Obſtructionum meſenterii apertio.

Idem præſtabit vinum abſinthites, meliſſarum, confect. diamargat. frigid. ſyrupus de pomis & de corticibus citri, quæ omnia ſimul melãcholiam hypochondriacam facile expugnabunt, & ſummam animi hilaritatem adducent.

Melancholia hypochondriaca.

In quem vſum etiam patari poterit Electuarium ſeqnens:

Electuariũ.

℞. Conſeruæ roſar.
Bugloſſ.
Roriſmar. an. ℥ iiij.
Syrup. de pom. de cortic. citri an. ℥ iij.
Specier. diatrion ſantalon, & aromatici roſ. Gabriel. an. ʒ iij.
Corticum citri & arantiorum conditorum an. ℥ ß.

Miſtis omnibus, fiat Electuarium: cuius vnum cochleare mane ſumatur ieiuno ventriculo.

Diacydoniũ.

Diacydonium quoque præſertim à cibo, omnia viſcera roborat, & à capite vapores arcet.

Decoctum ſaſſafras ad dolores articulorum.

Decoctnm præterea rad. ſaſſafras, ex occidente allatæ, ad omnia dicta erit opportunum, cum vino miſtum. Articulorum curatio non negligenda: quibus dolentibus adhibendum linimentum de ſucco ebuli; aut mica panis in lacte infuſa, & cocta, addito oui vitello, & oleo roſaceo; aut linteolum aqua vitæ infuſum. Extra paroxyſmum adhibendum eſt balneum ex aqua ferrata, aut chalybeata, incoctis herbis, ſaluia, beton. roſ. hyperico, iua, ligno guaiaco limato, idque ſæpius repetendum. Quod ſi fluxiones fuerint copioſæ & frequentes, & totum corpus, cum ſit nimis obæſum & humidum, videatur exſiccandum: conſulo, vt per multas ſeptimanas ſingulo mane ſumatur ʒ j. pulueris mei podagrici, cuius mentionem facit Eraſtus vir doctiſſimus lib. 3. contra Paracelſ. & retulit in Italum Medicum, cum meum nomen ignoraret. Compoſitionem tamen non addit. Ea vero eſt eiuſmodi (non grauabor enim mea arcana Nobiliſſimo viro patefacere.)

Puluis podagricus Donzellini.

℞. Chamædryos.
Chamæpithyos.
Centaurei minor.
Ariſtoloch.
Saluiæ.
Beton. an. ℥ j.
Ligni guaiaci opt. & maturi & nigri ℥ viij.

Singula ſeorſim contundantur in tenuiſſimum puluerem, & diligenter miſceantur. Hoc vno remedio perfectiſſime curatur podagra; niſi quis in viuendi ratione per omnia velit Sardanapalũ imitari.

Ad comparandam hilaritatem.

Mentis hilaritatem & lætitiam afferent Theriaca Andromachi, confect. Alkermes, diamargar. frigid. vinum abſinthites, meliſſatum, Electuarium è conſeruis ſupra diſcriptum.

In ſuffuſione.

Oculorum affectio ſupereſt, quæ eſt vera ſuffuſio. Et cum multos iam annos perdurarit, & ſit diuturna, conſulere non poſſim, vt Empiricorum opera pro eius curatione adhibeatur, præſertim cum vir Nobiliſſimus in ſecundo iam ſenio verſetur, in qua ætate cum iam duriores factæ ſint oculorum tunicæ, & humor craſſior: non facile nec ſine periculo fieri poteſt depoſitio, nec in hac ætate fœliciter vnquam vidi ſuccedere hanc operationem.

Depoſitio in ſenibus periculoſa.

Quare alia ſunt tentanda auxilia, quæ ſine periculo ſalutis ſpem afferre nobis poſſint. In ſuperioribus autem ſpero nos optima ieciſſe fundamenta huius curationis. Quæ enim ad reliquos morbos à nobis comparata ſunt auxilia, huic curationi neceſſario erunt præmittenda.

Quamprimum ergo, quæ ſupra ſunt propoſita, adminiſtrata fuerint, & potiſſimum, quæ ad capitis & ventriculi prouidentiam pertinent: ad ipſos iam oculos erit accedendum, ac præter iam deſcripta, cucurbitulæ cum ſcarificatione in colli radice ſunt affigendæ. Gargariſmus etiam per aliquot dies adminiſtrandus, hoc modo paratus:

Gargariſmus.

℞. Decoct. ex hyſſopo & beton. ℔. j.
Aceti ſcyllit. ℔. j.
Miſce, mane vacuo ventriculo vſurpetur.

Electuarii etiam ſequentis ℥ j. ſumatur mane & noctu ante ſomnum;

Electuariũ.

℞ Sem. fœniculi ℥ ij.
Sileris montani.
Chamædryos.
Euphragiæ.
Hyſſopi.
Pulegii.
Saxifragiæ an. ʒ ß.

Singula ſeorſim contundantur in tenuiſſimum puluerem, & omnibus ſimul commiſtis cum melle aut ſaccharo fiat Electuarium.

Theriaca.

Eundem etiam vſum theriaca ſæpe adhibita præſtabit. Oculorum ratione

Frictiones. frictiones quotidianæ eſſent vtiliſſimæ; ſed quoniam ad articulos humores trahunt & *Ol. chalcanthinum.* deducunt, ab illis abſtinendum puto. Oleum chalcanthinum rito paratum, & *Acetum ſcylliticum.* acetum ſcylliticum Galeni more compoſitum, maxime etiam probo, non tantum ad diſſipandum ſuffuſiones: ſed ad reliquas etiam corporis affectiones tollendum: ſi huius cochleare mane vnum ſumatur, & mox ſequatur exercitium moderatum: Illius vero guttæ v. aut vj. in iuſculo bibantur, non ambo eadem die, ſed alternatim. Ad omnes quoque affectiones, & præcipue ad oculos *Decoctum ſaſſafras.* iuuandos ſaluberrimum fore puto decoctum rad. ſaſſafras, ſi aſſidue cum vino bibatur. Odore enim & ſapore refert fœniculum, cuius vires ad oculos roborandos *Collyria.* ſunt ſingulares. Sed collyriis etiam vtendum puto; tum aridis, tum humidis, quorum potiſſimum ſubſcribam nobiliora. Aëtius puluerem è vipera in olla noua combuſta, cum ſucco fœniculi, ac thuris grano, valde probat. Theriaca antiqua cum aqua vitæ ad linimenti formam diſſoluta, & oculo clauſo palpebris illita, mirifice commen- *Euphragia.* datur. Euphragia, quocunque modo vſurpata, optima eſt; ex ea paratur vinum euphragiatum. Puluis in menſa, loco ſalis, cum cibis adhibendus: aqua per deſtillationem extrahitur; quorum omnium vſum *Aqua panis.* probamus. Laudatur aqua collecta è fumo panis extracti è furno adhuc calentis, ſi oculi ſæpius ea malefiant. Tenuiſſima enim eſt, oculorumque tunicarum duritiem & denſitatem permeare poteſt. Ego frequentem lotionem oculorum, aut fomentum cum tenello linteolo ex optimi ni- *Decoctum guaiaci.* gri & pinguis guaiaci decocto efficaciſſimam fore non dubito: ita ſane, vt ſi quid aliud id, quod optamus, poſſit efficere, hoc ipſum decoctum poſſit. Penetratiſſimas enim habet vires, & naturæ humanæ fami- *Animalium fel.* liares. Animalium fel ab omnibus probatur: quare ſi apud ignem cum aqua euphragiæ, chelidonii, fœniculi, melle, ſaccharo cando diluatur, addita etiam in fine aqua *Vrina pueri.* vitæ optima, multum prodeſſe poteſt: Vrina etiam pueri impolluti commendatur, vt quod humanum fel in ſe contineat. Sed du- *Balſamum.* plex quoque ad nos balſamum affertur ex India cum orientali, tum occidentali, fragrantiſſimum vtrumq; huius vires ad viſum reſtituendum, & ab antiquis & recentioribus maxime prædicantur. De diæta nihil addam, cum veriſimile ſit viro prudentiſſimo, & ſalubria & inſalubria è longo vſu eſſe notiſſima. Faxit DEVS opt. max. vt noſtra hæc auxilia Nobiliſſimo viro ſint ſalutaria.

In melancholia hypochondriaca, pro quodam Cancellario Ducis Bauariæ,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CLXXXV.

MALLEM cum erudito Medico, & in curatione verſato, qui & ægri & morbi naturam diligenter obſeruarit, colloqui, quam ipſe aliquid perſcribere, præſertim cum malum hoc non paruam difficultatem habere videatur; ſed cum hoc non concedatur, paucis meam exponam ſententiam.

Quantum ex iis, quæ mihi commemorata ſunt, intelligo, etſi diuerſæ videantur affectiones, tamen ad hoc morbi genus, quod Galenus de ſententia Dioclis Melancholiam hypochondriacam ſeu flatulentam appellat, referri poſſent.

Fit autem ea venis meſaraicis inter he- *Melancholia hypochondriaca vnde fit?* par & ventriculum ardore quodam quaſi efferueſcentibus, & obſtructione quadam, non ſolum venis, ſed vicinis etiam partibus laborantibus: Vnde humores partim crudi, partim etiam denſati & ſuperaſſati colliguntur, à quibus fumi maligni, & acriores ad cerebrum delati melancholica ſymptomata, & non raro catarrhos, atque anhelitus difficultatem creant. Flatus autem in ipſis hypochondriis multos procreant: inde murmura, rugitus, & grauitas circa pectus percipitur. Alias autem malum hoc *Malo initium.* ab epate, alias à liene inchoat, & ſemper ſtomacho, qui infirmus eſt, atque cruditate laborat, communicatur, eiusque orificium non raro læditur. Laborat autem vt plurimum concocto cibo, cum chymi diſtributio fit, & magnos aucto malo cruciatus facit, ita vt ægri de ſua ſalute deſperent, terribilia ſomnia habeant, varia imaginentur, ſudore frigido interdum, & ſputo multo afficiantur.

Hæc morbi & eſſentia, quæ ſublatis cauſis tollitur. Primum autem optima in hac *Curatio hypochondriacæ.* affectione tenenda victus ratio, quæ niſi obſeruetur, in medicamentis ſpes erit dubia: In cruditate enim mederi laborioſum: Ea autem hoc malum præcipue auget. Itaque vtatur cibis boni ſucci, vt eſt vitulina caro, pulli, pipiones, aues nemorales: Paluſtres *Victus ratio.* omnes, vt anates, anſeres, carnes ceruinas, ſuum tam ſylueſtrium, quam domeſticarum relinquat. Non comedat fumo macerata, non ſalſa admodum: aut aromatibus ſuperflue condita. Abſtineat à leguminibus, oleribus. Rapas tamen bene coctas, & con-

& conditas, caryophyllis comedere poterit. Poma omittat, pyra cocta poſtremo comedat. Non miſceat multos cibos, ſed duobus ferculis, elixa videlicet carne & aſſa contentus ſit. Ante cibum interdum pruna, vel paſſulas ſumat, quæ prius in vino, vel aqua ſacchari maceratæ intumuerint.

Paſſulæ in vino maceratæ.

Si forte lactucis coctis vel oleribus vti vellet in prima menſa, ſicut & reliqua mollia & elixa ſunt. Nimium non ingerat, maxime in cœna, quam parciſſimam eſſe conuenit. Nutrimento vtatur, neque imbecilli & tenui omnino, neque craſſo & fumoſo. Piſces fere omnes, frixa in ſartagine, oua cum butyro cocta, lacticinia fugiat. Vinum boni odoris maturum, & tenue bibat, nec prolixe eo vtatur. Poſt ſumptum cibum accipiat cochleare vnum pulueris noſtri peptici, qui in pharmacopolio Imperatoris reperitur. A cibo exercitia, quæ cibum præcedere debent, cauenda; etiam graues animi cogitationes, & ſomnus. Frictiones matutinæ vniuerſi corporis cum oleo amygdalino: Balnea quoque in aqua dulci maxime commendantur. Venus caput debilitat, & infirmum ventriculum lædit; maxime igitur moderata eſſe debet. Vt aluus ſit in officio opera danda, & cum adſtricta eſt, iniiciendum ad emolliendum eiuſmodi Enema:

Frictiones. *Balneum aquæ dulcis.* *Enema.*

♃. Maluæ.
Parietariæ an. m. iij.
Veronicæ.
Meliſſæ an. m. j ß.
Chamæmel. m. ß.

Decoquantur in quantitate ſufficienti aquæ puræ, & coletur.

♃. Colaturæ ℔. j. ß adde
Olei oliuar. recentis vel
Violar. ℥ iiij.
Sacchari ℥ ij.
Ebulliant rurſus.

Si forte, cum nulla habeat medicamenta purgantia, neque ſal adſit, tardius eiiceretur, vel parum ſubduceret, decocti maior quantitas ſumi poteſt. Quod ſi loco, aquæ ſumatur ius galli, vel capi, longe vtilior erit hic clyſter.

Fortia medicamenta vitanda. *Hiera Logadii contra melancholiam.* *Antimonii præparati.*

Quod ad reliqua medicamenta, quæ per ſuperiora ſumuntur, attinet, ſane omnium fortiorum pharmacorum vſum ei diſſuadeo. Scio probari Hieram Logadii, qua vſum fuiſſe Ptolomæum Regem ad omnia vitia Melancholica audimus: Verum ſæpe audacia iſta infœliciter cedit. Plane autem Theophraſti nugis de Antimonio præparato, & ſimilibus, fides non eſt adhibenda, cum metallica illa venenata non trahendo, nō ſegregando bonum à malo; ſed maligna qualitate omnia turbando purgare conſentaneum ſit.

Metallica venenata.

Vſum ſyrupi de pomis, cum helleboro præmiſſis, quæ euacuant pituitam, non improbarem: imo maxime ſuaderem. Quemadmodum ineunte vere vſum Syrupi violacii ſolutiui. Sumuntur autem ad eam quantitatem, quæ aluum ſubducit, & emollit. Vtinam autem hæmorrhoides poſſent aperiri, magnam certe leuationem ſentiret. Aperientia in hoc malo, & obſtructiones tollentia, maximum quoque auxilium ferunt. Inter ea primum locum ego tribuo radici Centauri maioris, quam vulgus Rhaponticum vocat: ſuccus ſanguineus è recenti radice exprimitur, cum ſaccharo in formam ſyrupi redigitur, ac de eo ſingulis diebus matutine ſumuntur cochlearia duo vel tria.

Syrupus de pomis cum helleboro. *Hæmorrhoides.* *Rhaponticum.*

Quidam Aſari radices quoque commendant: ſed fortiores ſunt, quam quæ tuto adhibeantur, & admodum ventriculum turbant. Nonnulli eas dant cum hieris: quidam in vino; ſed tunc vomitus conſequitur. Macerare autem in vino radices centaurei maioris, & hora vna ante cœnam ad vncias tres bibere, conueniens erit.

Aſari radices non admodum tutæ. *Radices Centaurei maioris.*

In his autem, vt præcipuam ſpem curationis pono: ita roborantia negligenda non arbitror. Vtile autem eſt horis matutinis aliquid de eiuſmodi ſumere Electuario:

Electuarium.

♃. Carnis Emblicorum condit. ℥ ij.
Conſeruæ roſar. ℥ j. ß.
borrag. ℥ ß.
Caryophyllor. inciſor. ʒ j. ß.
Specier. aromat. roſat. fideliter diſpenſatar. ʒ j.
Cardamomi ʒ ß.
Maſtichis ℈ ß.
Moſchi g. vj.

Cum ſyrupo de corticibus citri & violaceo fiat Electuarium.

Hypochondria autem & ventriculum inungat hoc vnguento:

Vnguentum pro hypochondriis.

♃. Ol. amygdal. dulc. ℥ iij.
Vini maluatici ℥ ij.
Summit. Schœnanti.
Ligni aloës.
Galangæ an. ʒ j.
Summit. abſinthii pontici ʒ ß.
Roſar. rubear. p. j.

Decoquantur ad vini conſumptionem, & exprimantur fortiter; expreſſioni adde: medullæ cruris vitulini recentis ℥ij.ß.

Ol.caryophyllor.℈ß.

Nucis moſcat.ʒß. Miſce.

Vbi ſe iunxerit, triplici panno veteri lineo ventriculum arcte muniat, & cingulum ex lineo panno imponat, atque ita toto die gerat, & caueat, ne aër maxime frigidus & humidus ventriculum attingat. Quare & noctu, vt munitus ſit, vētrieulus faciat, neq; nocturnum aërem in cubiculum ingredi patiatur. Hæc ſi ſtudioſe obſeruabit, haud dubie pertinaeem morbum depellet, & beneficio DEI optatam ſanitatem recuperabit.

In melancholia hypochondriacâ, pro quodam Archigrammateo,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CLXXXVI.

SYMPTOMATA multa & varia, quæ diligenter atq; aecurate ſunt recitata, manifeſte affectionem Melancholicam grauem monſtrant. Illius vero cauſam eſſe copiam feeulenti ſanguinis, & obſtructiones in hypochondriis. Vnde etiam morbus ille, quem Melancholiam hypochondriacam, ſeu de ſententia Dioclis, flatulentam appellant Mediei, oritur. Vtinam autem tam facilis eſſet huius mali euratio, quam eognitio in promptu eſt: ſed multum temporis, magnaq; diligentia, vt ad iuſtam temperiem hepar, ventrieulus, eerebrum, atque eor deducantur, requiritur. De morbo autem ipſo, eiuſque cauſis prolixe diſputare, & omnia ſymptomata, quæ recitata ſunt, ad fontes ſuos & cauſas proximas deducere, longum, & plane non neceſſarium eſt. Itaq; pauca tantum, quæ mihi ex vſu fore videntur, monebo. Primum autem eum feculenti illius ſanguinis, quem melancholicum dicimus, prouentus in hoc corpore multus ſit, diligenter in victus ratione, ea quæ ſanguinem melancholieum produeunt cauenda, videlicet, omnes cibi durioris coctionis, vt carnis bouinæ, ferinæ, leporinæ, anſerinæ: Item legumina, frixa in ſartagine, lacticinia, fumo maeerata, ſiue piſees, ſiue carnes, ac quæ multum euaporant. Vina etiam potentia & craſſa, deniq; quiequid ſanguinem adurit, vt ſinapi, atq; aromatum, & ſimilium calidorum vſus. Non enim parum ad hunc morbum augendum fecit. Quod in principio calida illa antidota, quæ contra peſtem dantur, adhibuerit, & deinceps haud dubie ſimilia quoque confortantia, vt vocant, male fecit, ſed cum factum infectum fieri nequeat, vt deinceps cautio adhibeatur, monendum. Moderate calida non nocent; ſed quæ ſimul humectant, ea plurimum proſunt: Itaq; elixis magis, quam aſſis vtatur, & bibat vinum tenue, eum quo folia meliſſæ efferbuerint. Cæterum eum in optima & inculpatiſſima etiam victus ratione, propter membrorum, quæ nutritioni ſeruiunt, intemperiem, multum melancholici & pituitoſi humoris abundare neceſſe ſit, paulatim is contemperandus eſt. Ad contemperandum requiruntur ea, quæ ſuauiter humectant, vt ſunt raparum ſuecus eum butyro & ſaccharo: Item, matutinis horis aſſumpta oua ſorbilia, atque in iis puluis hic;

Hypochondriacū malum diuturnum.

Cibi gignentes melancholicum ſuccum.

Puluis ouis ſorbilibus iniiciendus.

℞.Margaritar. præparatar.ʒ iij.

Chryſolit. præparat.ʒj.ß.

Cinamomi interioris ʒß.

Saeehari candidi ʒ vj. Miſee.

Imponat, quantum cultelli cuſpide ter eapi poteſt.

Vbi hoc fuerit factum hora vna, ingrediatur labrum aquæ dulcis, & in eo vſque ad ventriculum, qui diligenter panno lineo munitus eſſe debet, ſedeat, & poſtea ventriculum vnguento, quod paulo poſt præſeribam, ealide inungat, ac multoties eomplieata tela antiqua muniat, ſieq; toto die quieſcat.

Balneum aquæ dulcis.

Semel autem in ſeptimana, vel bis, vtatur inſequente ſyrupo mane, atq; eo die non lauet, nec ſe inungat.

Syrupus de pomis

℞.Succi pomorūm dulcium ℔.j.ß.

Borraginis.

Meliſſæ an.℔.ß.

Flor.borrag.

Violar.an.p.j.

Foliot.Senæ.

Epithymi.

Cortic. Hellebori nigri præpar. ℥ß.

Decoquantur lento igne ſecundum artem q.ſ. fiat ſyrupus, qui ſeruetur vſui, imponatur Nodulus ex

Cinamom.

Caryophyll.

Croc.&c.

Speeier. aromat. roſat. ae

Diamoſeh.dul.an.℈ß.

Quando autem vult eo vti ℥ iij. huius ſyrupi addat ℥j. Mannæ, & parum iuſculi eapi vel gallinæ, ac tribus horis ante prandium bibat. Fortes purgationes, & medicamenta omnia immodice calefacientia, tanquam maxime noxia fugiat. Nec ſæpe Medieos mutet, licet hoc melancholicorum ſit proprium, quia cum ex eorum arbitrio non ſ mutatio ſubita in melius, & in

Vitanda fortia purgantia, & Medicorum mutatio.

Medi

Medicos, qui polliceri quiduis audent, incidunt, relictis bonis remediis, ad alia animum applicant. Atque hoc quidem non ſolum malum ipſi auget, verum curationem difficilem atq; periculoſam teddit. Vt autem obſtructiones tollantur, altero die poſt aſſumptum ſyrupum bibat Vini hauſtum ante cœnam, in quo radix centaurei maioris, minutim inciſa per 24. horas fuerit, macerata, & hunc potum tamdiu cōtinuet, donec rurſus ſyrupum aſſumat. Quantum ad corrigendam hepatis intemperiem, atq; obſtructiones in viſceribus & meſenterio aperiendas hic potus proderit, re ipſa experietur. Vt autem melius res procedat, matutinis horis hypochondria & Ventriculum ſequenti vnguento inungat:

Infuſum centaurei maioris.

Vnguentum ſtomachale.

℞. Ol. amygdal. dulc. ℥ iiij.
Vini odoriferi ℥. ij.
Caryophyllor.
Ligni aloes an. ʒ. j.
Maſtiches ℈ iiij.
Roſar. rubear.
Summitat. abſinthii an. p. j.

Bulliant vſque ad vini conſumptionem, & fortiter exprimantur.

℞. Expreſſionis ℥ iiij.
cui adde
Medullæ cruris vituli ℥ j. ß.
Ol. nuc. moſch. ʒ j. Miſce.

Hora decubitus abluat pedes iſtō decocto, & manus etiam immergat:

Lotio pedum & manuum

℞. Folior. vitis viniferæ.
Salicis.
Lactucæ an. m. j.
Capit. papauer. nu. iij.
Anethi p. ß. fiat Sacculus.

Iſtum ſacculum decoquat in aqua, atque per ſe refrigerari eo vſque permittat, donec ad abluendum ſit conueniens.

Poſt lotionem ſub ingreſſum in lectum:

℞. Cremoris hordei mundati diutiſſime cocti ℥ iiij.
Amygdal. dulc. mundatar. & in aq. roſar. comminutar. ℥ ij.
Sem. Papauer. albi comminuti ʒ. j
Conſeruæ roſar.
borrag. an. ʒ ij.

Commiſceantur ſimul lento igne, & per linteolum exprimantur, fiatque potus.

Somnifera in Melancholia minus tuta.

Remedia autem ſomnifera foris adhibita, etſi plurimum prodeſſe videntur; tamen Melancholicis non ſatis tuta ſunt. Adderem etiam quibus ſperarem me poſſe hæmorrhoides fluidas reddere, ſed cum illa ſint calida & ſicca, neceſſario prætermittenda ſunt.

Vnum adhuc monebo, cum minus præcordia æſtuant, vt pultes h[...] deacei, q[...]ibus addatur oleum violaceum, tamquam Cataplaſma præcordiis imponantur.

Ventriculi dolor.

In grauibus autem ventriculi doloribus inuoluat laterem calefactum panno lineo, qui in aceto ſit humectatus, & ita dorſo ex parte, qua os ventriculi ſpinæ coniungitur, apponat, nec tamen valde prēmat.

His remediis ſi recte vſus fuerit & in curatione perſeuerauerit, nec ad alia, vt Melancholici ſolent, animum adiecerit, ſperó ægrum beneficio diuino intra paucos mēſes melius habiturum.

Cæterum ſi vel cogitationib. melancholicis indulgete, vel ſubinde Medicos mutare, atque omnia experiri, omnibuſque diffidete perget, non ſolum malum per ſe graue & pertinax nihil minuet, ſed ſe in longe grauiora coniiciet. Itaque vt prudenter, & caute agat moneo; & curationem iſtam præpotenti Deo committo.

In melancholia hypochondriaca, cum rubedine faciei.

D. BALTHASAR. SCHEIDERL.

CONSILIVM CLXXXVII.

CVm timor & mœſtitia iam adſint, Epate calido, Ventriculo frigido, capite debili, ne nō modo Melancholia hypochōdriaca, quæ iam præſens eſt: ſed ne multó peiora & grauiora inſequantur ſymptomata, verendum maxime. Quod euitabitur, diæta diligentiori & abſtinentia à cibis omnibus, quæ difficulter concoquuntur, caput debilitant, hepar calefaciunt, melancholicū deniq; ſanguinem gignunt, de qua alias. Aluo aperta cibis lenientibus vtatur, Rad. Cichor. Borrag. an. ℥ ß. Polypodii ʒ vj. decoctis in iuſculo gallinæ lb. iij. ad tertias, pro tribus doſibus. Poſſunt & addi ſaporis gratia ℥ ß. paſſularum. Præterquam enim quod alterabit; blande etiam aluum emolliet, & liquidam ſeruabit. Deglutiat dein bolum purgantem mediocriter. Repetatur bis aut ter, pro vt affectus requiret. Vires reuocabuntur domeſtico huius Conſeruæ vſu.

Electuarii

℞. Conſeru. Roſar. opt. ℥ iij.
Borrag. ℥ j. ß.
Violar.
Cort. Citri conditi inciſi an. ℥ j.
Margarit. præp. ʒ j.
Cinamom. opt. ʒ ß.
Oſſ. è corde Cerui nu. ij.
Corni cerui præp.
Xyloaloes an. ℈ j.
Incorporentur cum modico ſyr. de ſucco Borraginis, & f. Electuarium.

Balneo aquæ dulcis tepido in poſterum vtitur ſæpius: dum vero labro inſidet cucurtabulas ſcarificatas humeris imponi curet.

Rubor faciei.

Rubedini autem faciei proderit hæc Aqua;

Aqua in rubedine faciei.

℞. Aq. Plantag.
Roſarum an ℔.ß.
Aceti vini ℥j.
In quibus bulliant Roſar. rubr. p.j.
Sem. Cucurbit.
Melonum excort. an. ℈j.
Colentur, adde Champhoræ gr. iij.

Lauetur facies hac aqua, & non abſtergatur. Nec capitis, nec faciei aqua calida aut ſimilib. intemperies augenda. Hæc cum Deo, vt ſpero, bene ſuccedent, quod ſi plura requirentur, admoneri potero.

In melancholia hypochondriaca, qua tentabatur vir complexionis Melancholicæ Annorum quadraginta.

D. Hieron. Capivaccii

Consilium CLXXXVIII.

QVamvis multa ſint vitia de quibus cōqueritur vir egregius nullum tamē eſt, de quo magis eſſe ſollicitus debeat, quā de melancholia hypochondriaca, cum inde omnia fere mala prodire videantur. Hoc autem ſymptoma cum ſit imaginatio deprauata, neceſſario deprauatur fruſtrata facultate imaginatrice, ob permixtionem vaporis melancholici cum Spiritibus animalibus, cuius vaporis cōpia vigiliæ quoque oboriuntur. Hic autem vapor nō in capite generatur; ſed ab Hypochōdriis ſurſum in caput attollitur.

Cauſa hypochondriaca.

Generatur autem in hypochōdriis ex materia melancholica, quæ cum ſit opus quoddam præter naturam, neceſſario ſequitur ſanguificatiōē, tū labefactata facultate ob intemperiē calidiorem, tum impedita propter obſtructionem venarum iecoris, quæ obſtruuntur a materia pituitoſa, craſſa, dura, lenta & viſcida, quæ ſequitur læſam ventriculi chylificationē, labefactata facultate ob intemperiem frigidam, nec non fruſtrata ob errorem externum, ob prauam ſcilicet viuendi rationem. Vnde reliqua quoque ſymptomata excitantur.

Indicatio.

Hæc autem cum ita ſe habeant, curationis ratio ſic erit inſtituenda, vt materia quæ facit obſtructiones, emolliatur, attenuetur, incidatur, ac detergatur, Vniuerſum corpus purgetur & euacuetur, Iecur refrigeretur, & ventriculus calefiat, atq; vniuerſus corporis ambitus attemperetur. Interim tamen virtus nō erit negligenda.

gnoſis.

Quod negocium quam arduum ac difficile futurum ſit, norunt illi, qui huiuſmodi vitia, & præſertim inueterata tractarunt. Quod ſi huic difficultati accedat inobedientia, nihil certi poſſumus polliceri. At ſi optimis præceptis parere voluerit, multa quidem polliceri poſſumus, & reuera præſtabimus. De cuius optima voluntate, quemadmodum non diffidimus, ob id præſidiorum materiæ ſunt proponendæ.

Vena ſectio.

Atque vt de re Chirurgica primo loquamur, laudamus vt ſanguis primo euacuetur, ſecta vena iecoraria cubiti dextri, dein hirudinibus hæmorrhoidibus applicatis, ſanguis in ea quantitate detrahatur, quam virtus ſuſtinebit.

Cauteria.

Cauteria vero duo vt fiant non improbamus, verum ſuademus vt vtrumque inuratur, cum materia, quæ in ventre inferiori generatur, per ea euacuari debeat. Et quæ ſurſum tendit deorſum ſit reuellenda.

Lenientia.

Vt vero hæc tuto adminiſtrari queant, ſuademus vt leniatur aluus cum melle roſarum ſolutiuo & Manna. Electuario lenitiuo & Manna.

Præparantia.

Præparetur vero cum brodiis alteratis, cum iis, quæ vim habent attenuandi, & emolliendi, cuiuſmodi ſunt cichor. borrago, quinque folium, capillus veneris, malua, vbi vero præparati fuerint humores,

Euacuantia.

tunc purgabitur corpus cum infuſione ellebori nigri, & mellis roſarum ſolutiui.

Decoctum Galli.

Purgato corpore ſemel atque iterum ſi opus fuerit, ius galli non admodum antiqui quod ſummopere laudamus, quod tamen paratum ſit cum borrag. quinque folio, agrimon. radicibus altheæ, & filicis maris. His nonnihil Chynæ addi poteſt, ſi bona habetur, ſin minus, modicum ſalſæ ac ligni.

Melanagoga.

Hinc vero alternis dieb. vel tertio quoquo die adhibeantur ea, quæ vim habent humorem melancholicum educēdi, veluti eſt Epithymus, polypodiū ac ſena, vel huius loco exhibeatur ſyrup. de polypodio. Quod ſi ſerum optime paratum haberi poſſet, alternatim, nunc ius, nunc ſerum eſſet exhibendum, dum modo alternis diebus, vel tertio quoquo die euacuans aliquod medicamentum exhiberetur. Theriaca vero non noua, neque admodum antiqua poteſt exhiberi.

Topica.

Extrinſecus vero laudabitur ſtillicidium ex oleis, quæ vim habent calefaciendi, ſi ventriculo admoueantur ac inſtillentur. Epati vero vt admoueantur refrigerantia, non improbamus; Imo ſi obſeruentur obſtructiones inſignes, non tantum ex Cichorea laudamus Diachylon, ſed etiam Ceratum ſacrum: Imo ad ſynapiſmata licet deuenire.

Diachylon & cichorea.

Inter cetera vero ſummopere probatur balneum aquæ dulcis recta cum ratione adminiſtratum, quibus recta victus ratio adiungenda.

Balneum aquæ dulcis.

Aer.

Aer itaque in actiuis ſit temperatus, in paſſiuis vero ad humidum potius, quam ad ſic-

cum

Cibus. cum vergat. Panis ſit optime fermentatus, & ſit ex optimo frumento & ſpongioſus: Carnes ſint landabiles: Probantur oua recentia: Inter olera laudantur, borrago, bugloſſ. lactuca, & quæ ſunt huins generis. Acetaria item ſint ex bortag. cichoreo, & cocta potius, quam cruda. *Potus.* Inter fructus laudantur amygdalæ dulces, & ſi refrigerantibus vtatur, parce admodum fiat. Vinum ſit medicatum, quare hoc tempore parari poteſt ex multo borragine; Bugloſſ. meliſſ. quinque fol. malua, althea, agrimon. &c. radicibus capparorum cum modico Salſæ ac ligni. Somnus ſit paulo conſueto longior; atque vt prouocetur, conuenit vſus lactis amygdalarum dulcium, lactuca cocta ante cœnam, ſuffumigium ex decocto capitum papaueris & lactucæ. Ablutio etiam capitis ex lacte recenter ex vberibus excepto. Vrgente neceſſitate ſemina papaueris albi, Syrup. de papauere, Philonium, & quæ ſunt eius generis adhiberi poterunt. Exercitium non ſit vehemens, & ſit ante cibum aluo inanita. Quare laudamus peregrinationes, aluum mollem & fuſam habeat, ſi minus, arte prouocetur. Venere, ſi vxorem habet, parca vtatur. Animi vero curas, & ſollicitudines longe propellat. Et hæc ſunt &c.

In melancholia hypochondriaca, anhelitus difficultate, & vrina ſabuloſa.

D. HIERON. CAPIVACCII CONSILIVM CLXXXIX.

MELANCHOLIA hypochondriaca, cum ſit illa, quæ hoc tempore Illuſtriſſ. Virum valde ſollicitat, præter quandam anhelitus difficultatem, & vrinam ſabuloſam, videndum eſt, quænam ſit horum affectuum præcipua cauſa, vt curatio recta quadam ratione inſtitui poſſit. Atque vt de Melancholia primo loco loquamur, non eſt dubitandũ, *Cauſa melancholia hypochondriaca.* quin timor & triſtitia ſint affectus imaginationis deprauatæ, quæ deprauatur fruſtrata facultate, ob errorem externum, qui nihil aliud eſt, quam vapor quidam melancholicus, qui cum ſpiritu animali ſuapte natura æthereo commiſcetur; quo fit vt obſcura qoadam caligine perfundatur. Vaporem autem melancholicum in capite generari, non eſt exiſtimandum; ſed à partibus internis, vtpote ab hypochondriis ſurſum in caput; & ab humore melancholico excitari; qui generatur ob inſignem Iecinoris caliditatem, quæ plurimum quoque adaugetur, propter obſtructionem venarum, quæ alimentum à Ventriculo ſuſcipiunt, ſanguine in illis craſſiore facto, quod mirum non eſt, propter multas cruditates quæ in ventriculo generantur, ob ineptam & importunam viuendi rationem; Quare nec mirari quiſpiã debet, ſi ex inſigni flatuum copia tunicæ illæ *Dolor unde.* extendantur, quo motu tamquam obiecto communi, acerbo, & inſuaui, ſenſibilis facultas excitata, dum eiuſmodi obiectum percepit, ſenſationem efficit corruptam, quo fit, vt obiectũ hoc ſenſui communi oblatum, ad appetitum ſenſitiuum transferatur, à quo tamquam à re moleſta cum refugiat, dolor excitatur. Et quo iniucundius eſt illud obiectum, eo vehementiorem fieri dolorem putare debemus.

Eructationes unde. Fit etiam propter illas cruditates, que in ventriculo generantur, vt flatus excitentur, vnde eructationes; & quoniam ſeroſitas illa copioſa, quæ in ventriculo generatur, in omentum defertur, hinc murmura & ſtrepitus illi.

Unde murmura. Quod ſi ſpectemus materiam pituitoſam, quæ a ventriculo ad renes tranſmittitur, ſi illorum caliditatem conſideremus, non erit difficile vrinæ calculoſæ cauſam reddidiſſe.

Et quia feces paucas & cum difficultate excernit, in aliam cauſam non eſt referendum, quam in inteſtinorum ſiccitatem & flatuum copiam. Anhelandi vero difficultas non aliunde proficiſcitur, quam à materia, quæ vias ſpiritus anguſtiores reddit, quæ materia à capite in pectus præcipitatur, atq; in eo fortaſſe generatur, tum labefactata facultate, ob intemperiem humidam, tum fruſtrata ob errorem externum. Etenim cum iuccus crudus & imperfectus in ventriculo generetur copioſus, vix fieri poteſt, quin maior copia nutrimenti in caput attollatur, quam gubernari poſſit, vnde materiæ excrementitiæ quamplurimæ generantur, ex quibus deſtillationes. Hi ſunt affectus, & horum omnium cauſæ, à quibus indicationes ſunt deſumendæ. *Prognoſtica.* Atque vt à cauſis primum exordiamur, pro viribus ſtatuendum eſt, vt materia ex qua flatus excitantur, & cuius cauſa obſtructiones ſiunt, prius præparata euacuetur, & penitus abſumatur; vt errata in viuendi ratione corrigantur, & ſeroſitas illa in omento exiſtens exſiccetur, renes, pectus & caput expurgentur; deinde, ſi opus fuerit, caput exſiccetur. Inteſtina humectentur, & omentum calefiat, & exſiccetur. Iecur & renes refrigerentur, & virtus nedum partium, verum etiam totius conſeruetur. *Indicationes.* Sed omnia hæc præſtare non ſolum eſt difficile; ſed fere impoſſibile. Quandoque indicantia & plurima habemus, & inter ſe pugnantia. *Seroſitas in omento exſiccari non poteſt.* Præterea quis eſt ille, qui ſeroſitatem in omento exiſtentem euacuare; aut exſiccare poſſit? Sa-

Aa a

gitur feciſſe videbimur, ſi ventrieuli aut hypochondriorum dolores mitigemus, ne vehementiores fiant. Neque id conſequi poretimus, niſi Patiens Illuſtriſſ. ſe mandatis elariſſimorum virorum obedienrem prſtiterit.

Cura Pl. ... med.

De cuius optima voluntate, quoniam non dubitamus ob id ad præſidiorum materias deſcendemus. Atque vt de re Chirurgica prius loquamur, ſi ſanguis aliquo modo peccabit, vel habebit rationem cauſæ ſine qua non, euacuabitur. Quantitatem docebis vis indicantis, & rubur permittentis; Locum per quem euacuandus ſit, quanuũ coniectura conſequi poſſumus, eſt vena iecoraria cubiti dextri. Modum docebit ſanguinis reſiſtentia: quo enim craſſior eſt, eo ſotamen latius fieri debet. Quando vero agendum ſit cognoſcitur ex præſentia indicantis, & abſentia pruhibentis. Vt vero materia, quæ in caput attollitur, & à capite ad pectus deſtillat, ad commodiorem locum auertatur.

Cauteria.

Probamus vt duo fiant cauteria; alterum quidem in crure dextro, alterum in brachio ſiniſtro. Et ſi forte fuiſſent excitata, conſeruentur.

Frictiones.

Frictiones partium extremarum, ſi quando corpus exercere non poteſt, adhibeantur, Plurimum namque ad materiam auocandam prodeſſe poſſunt. Vt vero hæc tuto adminiſtrari queant, corpus erit mundandũ:

Lenientia.

Quare leniatur aluus cũ melle roſar. ſolut. & Manna, vel caſſia & Elect. lenitiuo.

Præparantia.

Deinde præparetur materia cum mell. roſar. ſimpl. vel Oxymel. abſque diluto. Vbi præparata fuerit materia, purgabitur corpus cum diluto Agarici, Fol. Senæ & Epithymi:

Euacuantia.

Quibus licet addere Mel roſar. ſolutinum cum ſyrupo roſ. ſolut. Et ſi vnica purgatio non ſufficit, iterum præparanda erit materia, cum ſyrupo de Beton. de pomis ſimpl. & Cichor. & alternis diebus, vel ſingulis tribus, capiat ſyrupum aliquem purgatorium, vt eſt de pomis compoſitus. de polypod. vel Epithymo cum ſyrupo de Cicho. Ex his autem ſyrupis cum 3. vel 4. ſumpſerit, iterum purgabitur corpus, cum diluto Agariei & veratri nigri vel Epithymi, prout hoc vel illud magis ſuſtinere videbitur. Hisque addatur mel roſ. ſol. & ſyrupus de polypodio. Vel ad pillulas Cochias cum Elleboro confugere licebit, quæ tamen cum maſtieinis corrigantur. Corpore exquiſite purgato, caput ſternutatoriis purgabitur.

Errhina.

Primo quidem leuioribus, veluti eſt ſuccus maioranæ, radicum Betarum, deinde ad validiora erit confugiendum, veluti eſt decoctum Cyclaminis, ſuccus hederæ, myrrhæ, cumini, quibus etiam addere licet duplum medullæ, cucumeris aſinini, quæ trita & lacte muliebri, vel caprillo macerata, & ſubacta atque in collyria redacta, licet adminiſtrare, præſertim ſi caput repletum eſſe videbitur.

Decoctum ſalſæ & Chinæ.

Interim vero decoctum Salſæ & Chynæ cum borragine eſt exhibendum, vt obſtructiunes penitus auferantur, & materia excrementitia exſiccetur, & abſumatur, Doſis autem non præſcribitur, quia pro tolerantia patientis eſt inſtituenda.

Cautio in decocto chinæ & ſalſæ adhibenda.

In quo decoctu adminiſtrando, ea ſemper cautio eſt adhibenda, ne iecur incaleſcat, quod ex vrina & ſiti facile cognoſcitur. Quo tempore vtetur decocto, victus ſit mediocris: ſubtrahatur enim tertia pars illius cibi, quo alias vti conſueuit.

Potus

Potus ſit vinum tenuis ſubſtantiæ, & in pauca quantitate, & ſingulis decem dieb. vtatur aliquo purgante.

Sudor.

Quod ſi ſudor illæſo capite quandoque euocabitur, non erit præter rationem, idque inſtrumentis appoſitis & accommodatis. Et quo tempore ſudabit, muniatur iecur vnguento ſandalino, vel ſucco Cichoreæ, cum modico aceti, penetrationis gratia; Renes vero vnguento Roſar, Meſ. vel refrigerante Galeni. Atq; vt ſeroſitas illa, quæ murmura facit, ſi fieri poteſt elidatur, ac penitus abſumatur, & partes illæ roborentur, non improbamus ſtillicidium illarum aquarũ ſulphurearum, nec luti adminiſtrationẽ, ſi forte aderit,

Stillicidium aquarum thermalium.

qua in re illud eſt cauendum, ne oblædatur iecur, quod facile ſuccedere poterit ſi inſtrumentum habebunt accommodatum, quod tãquam paries quidam & vallum diſtinguat regionem vnam ab altera. Locus vero vbi adminiſtrandum eſt ſtillicidium, ſit paulo infra ventriculi regionem atque poſt ſtillicidium, aut luti adminiſtratiouem, pars illa foueatur Cerato aliquo, quod vim habeat calefaciendi & exſiccandi, veluti eſt ſacrum,

Ceratum à ſtillicidio applicandum.

vel ex pulueribus & liquoribus calidioribus & ſiccioribus, cum modico Ceræ paratum. Eodem modo caput erit exſiccandum, ni forte cum capitis humiditate fuerit coniuncta caliditas; quia tunc exſiccantibus quidem; ſed frigidis, aut minus calidis erit agendum. Veluti ſi paretur lixiuium aliquod, cum fol. Roſar. Beton. cum agaric. radic. filicis maris, fol. ſalicis, & huiuſmodi aliis, Quod quidem ſtillicidium abraſis capillis, fiet in ſutura coronali. Poſt huius adminiſtrationem, eodem modo pars illa Cerato, quod eandem vim habeat, muniatur. Tempus vero opportunum adminiſtrandi ſtillicidii erit ieiuno ventriculo. Et quia gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo, ob id pluribus diebus hęc alterantia erunt vſurpanda, & quam diu indicantis præſentia poſtulabit. Ne vero materia ita facile à capite ad pectus delabatur, noctu ad eam intercipiendam probamus, vt ſub lingua detineat

ſacchar.

Sacc. roſarum antiquum.

ſacchar. roſ. antiquum cum bolo Armeno permixtum aut confectionem illam, quam Diacodion appollant, aut diatragacâthum. Vt vero materia quæ in pectore exiſtit educatur, medicamentum aliquod probatur, quod vim habeat incidendi, detergendi, cõcoquendi, & ſtomachicum exiſtat, cuiuſmodi erit, ſi paretur ex melle optime deſpumato, cum modico aceti, vel ex oxymelle ſimplici cum penidiis, vel ſaccharo violar. & Diatragacantho miſtura, & ſub lingua detineatur. Peracta purgatione ad caput & partes inferiores roborandas habeat in frequenti vſu aliquod genus conſeruæ, vt eſt Conſerua Beton. cum ſaccharo Roſar. vel Borrag. vel conſeruæ de Cichorio tempore æſtatis. Frigidioribus diebus, nonnihil etiam Theriacæ, vel alicuius magnæ confectionis admiſcete licebit. Verum omnis medicatio vana & irrita eſt futura, niſi recta & diligens viuendi ratio adiungatur. Quare cibaria habeant vim attenuandi, & flatus diſcutiendi, & ſint facilis coctionis, atq; inter cibum & potum par ſemper ratio ſeruabitur. Carnes itaque laudabiles & oua ſorbilia probantur, nec non fercula quæ ex his parantur; quæ conditi poſſunt cum ſpeciebus paratis ex Coriandro & ſaccharo, pro guſtus iucunditate: Acetariis potius coctis, quam crudis vtatur, & potiſſimum ex Borrag. Cappar. & Cichor. Inter fructus laudantur amygdalæ dulces, piſtacea, & in ſecunda menſa, vel diacydoniten cum Coriandro confectum, vel pulu. Coriandri cum modico ſaccharo, vel aliquod aliud, quod flatus diſcutiat, & os ventriculi roboret, vſurpabit. Potus ſit vinum maturum, non potens: ſed mediocre, non nigrum, ſed rubeum, & in pauca quantitate.

Caput roborantia. *Victus ratio.* *Cibus.* *Potus.*

Somnus. *Exercitatio.*

Somnus ſit moderatus, à meridiano caueat, niſi forte noctu vigilauerit. exercitium laudatur; ſed ante cibum aluo inanita, ſedes quotidie procurabit, & ſi natura fuerit auara, iure paſſulato, & in quo pruna damaſcena admodum dulcia vel caricæ pingues & dulces, incoxerint, prouocetur: pro quo paſſulæ & pruna & caricæ deuorari debent, neque ſemel id agendum, ſed pluries, donec aluus lubrica fiat. Huius loco probatur etiam brodium caulium vel betarum, vel mercurialis, cum oleo & ſaccharo ſæpius adminiſtratum. His enim leuioribus aluus erit mollienda, ſi opus eſſe videtur, in reliquis vero rebus non naturalibus, optime quoque ſe gerat. Et hæc &c.

In hypochondriaca paſſione, pro quodam conſiliario Marchionis,

D. Abrahami Seylleri

CONSILIVM CXC.

Hypochondriaca paſſione te laborare ita certum eſt; vt nulla egeat demonſtratione. Indicant hoc grauitas circa hypochondria, flatus, & eructationes nidorulentæ, acrimonia recrementorum, rugitus in latere ſiniſtro, & vaporum magna ad cerebrum eleuatio. Quæ partim ex obſtructione alui, partim etiam Lienis, à ſanguinis craſſitie proficiſcuntur, vt autem fiat effumatio obfuſcans cerebrum, neceſſum eſt, ſubeſſe calorem aſſantem humorem craſſum in meſenterio, aut venis meſaraicis. Quod ſi (vt Diocles aſſerit, quam Galenus imitatur) eſſet oris ventriculi inferioris, quod inteſtinis continuatur, inflammatio adeſſet, febris continua, & ad multos annos malum hoc minime protraheretur. Hinc conſtat myrachialem paſſionem nihil aliud eſſe, quam intemperiem meſenterii & venarum, agentem in ſanguinis craſſitiem, lienem obſtruentem, ex qua effumationes obſcurantes cerebri actiones reſultant. Eſſentia itaq; affectionis per ſuas cauſas cognita, facile curationis via inuenietur. Eſt ergo intemperies calida, quæ ſibi ſiccitatem aſſociat, emendanda, & flatus diſcutiendi, atque obſtructio lienis aperienda, & cerebrum roborandum, ne exhalationes recipiat. Verum cum hic affectus ſit circa partes concoctioni inſeruientes, optima victus ratio eſt inſtituenda, & medicamenta quæ nullam vim inferunt, præſcribenda, præſertim cum ob alui adſtrictionem continuam aluum ducentia exhibenda ſint. Series autem curationis hæc erit: Primo leniatur aluus, deinde tollatur obſtructio lienis leuiter aperientibus, poſtea extinguatur intemperies meſenterii; & venarum meſeraicarum: poſtremo addatur robur membris affectis. Quę omnia hoc autumnali tempore ſubſequentibus perficientur. Primo die capiat Diacatholiconis ℥j. cum aniſi puluer. ℈j. & immediate hauriat Aquæ Cichorii, vel Endiuiæ, vel bugloſſ. aut borrag. ℥ iij. vel commiſceantur ſimul & fiat hauſtus. Demum 2. 3. 4. & 5. die omni mane ſumat leuiter aperiens:

Signa hypochondriaca. *Cauſa.* *Myrachialis paſſio quid.* *Scopi curationis.* *Diæta.* *Curatio.* *Potio lenit.*

Potio aperiens.

℞. Syrup. Capill. ven.
Byzantin. an. ℥ vj.
Aq. bugloſſ. ℥ iij.

Miſce. pro vna, & ſic pro quatuor vicibus. Sexto die ſumat medietatem ſubſcripti decocti, alteram partẽ die ſeptimo mane quatuor horis ante prandium:

Euacuans.

℞. Rad. polypd. m. j.

gitur feciſſe videbimur, ſi ventriculi aut hypochondriorum dolores mitigemus, ne vehementiores fiant. Neque id conſequi poterimus, niſi Patiens Illuſtriſſ. ſe mandatis clariſſimorum virorum obedientem pręſtiterit. De cuius optima voluntate, quoniam

Cura Pharmaceutica.

non dubitamus ob id ad præſidiorum materias deſcendemus. Atque vt de re Chirurgica prius loquamur, ſi ſanguis aliquo modo peccabit, vel habebit rationem cauſæ ſine qua non, euacuabitur. Quantitatem docebis vis indicantis, & rubur permittentis; Locum per quem euacuandus ſit, quantū coniectura conſequi poſſumus, eſt vena iecoraria cubiti dextri. Modum docebit ſanguinis reſiſtentia: quo enim craſſior eſt, eo foramen latius fieri debet. Quando vero agendum ſit cognoſcitur ex præſentia indicantis, & abſentia prohibentis. Vt vero materia, quæ in caput attollitur, & à capite ad pectus deſtillat, ad commodiorem locum

Cauteria.

auertatur. Probamus vt duo fiant cauteria; alterum quidem in crure dextro, alterum in brachio ſiniſtro. Et ſi forte fuiſſent excitata,

Frictiones.

conſeruentur. Frictiones partium extremarum, ſi quando corpus exercere non poteſt, adhibeantur, Plurimum namque ad materiam auocandam prodeſſe poſſunt. Vt vero hæc tuto adminiſtrari queant, corpus erit

Lenientia.

mundandū: Quare leniatur aluus cū melle roſar. ſolut. & Manna, vel caſſia & Elect. leni-

Præparātia.

tiuo. Deinde præparetur materia cum mell. roſar. ſimpl. vel Oxymel. abſque diluto. Vbi præparata fuerit materia, purgabitur corpus cum diluto Agarici, Fol. Senæ & E-

Euacuātia.

pithymi: Quibus licet addere Mel roſar. ſolutiuum cum ſyrupo roſ. ſolut. Et ſi vnica purgatio non ſufficit, iterum præparanda erit materia, cum ſyrupo de Beton. de pomis ſimpl. & Cichor. & alternis diebus, vel ſingulis tribus, capiat ſyrupum aliquem purgatorium, vt eſt de pomis compoſitus. de polypod. vel Epithymo cum ſyrupo de Cicho. Ex his autem ſyrupis cum 3. vel 4. ſumpſerit, iterum purgabitur corpus, cum diluto Agarici & veratri nigri vel Epithymi, prout hoc vel illud magis ſuſtinere videbitur; Hisque addatur mel roſ. ſol. & ſyrupus de polypodio. Vel ad pillulas Cochias cum Elleboro confugere licebit, quæ tamen cum maſticinis corrigantur. Corpore exquiſite purgato, caput ſternutatoriis purgabitur.

Errhina.

Primo quidem leuioribus, veluti eſt ſuccus maioranæ, radicum Betarum, deinde ad validiora erit confugiendum, veluti eſt decoctum Cyclaminis, ſuccus hederæ, myrrhæ, cumini, quibus etiam addere licet duplum medullæ, cucumeris aſinini, quæ trita & lacte muliebri, vel caprillo macerata, & ſub-

Decoctum ſalſæ & China.

acta atque in collyria redacta, licet adminiſtrare, præſertim ſi caput repletum eſſe videbitur. Interim vero decoctum Salſæ & Chynæ cum borragine eſt exhibendum, vt obſtructiones penitus auferantur, & materia excrementitia exſiccetur, & abſumatur,

Cautio in decocto chinæ & ſalſæ adhibenda.

Doſis autem non præſcribitur, quia pro tolerantia patientis eſt inſtituenda. In quo decocto adminiſtrando, ea ſemper cautio eſt adhibenda, ne iecur incaleſcat, quod ex vrina & ſiti facile cognoſcitur. Quo tempore vtetur decocto, victus ſit mediocris: ſubtrahatur enim tertia pars illius cibi, quo alias

Potus.

vti conſueuit. Potus ſit vinum tenuis ſubſtantiæ, & in pauca quantitate, & ſingulis

Sudor.

decem dieb. vtatur aliquo purgante. Quod ſi ſudor illæſo capite quandoque euocabitur, non erit præter rationem, idque inſtrumentis appoſitis & accommodatis. Et quo tempore ſudabit, muniatur iecur vnguento ſandalino, vel ſucco Cichoreæ, cum modico aceti, penetrationis gratia; Renes vero vnguento Roſar, Meſ. vel refrigerante Galeni. Atq; vt ſeroſitas illa, quæ murmura facit, ſi fieri poteſt elidatur, ac penitus abſumatur, & partes illæ roborentur, non improbamus ſtillicidium illarum aquarū ſulphurearum,

Stillicidium aquarum thermalium.

nec luti adminiſtrationē, ſi forte aderit, qua in re illud eſt cauendum, ne oblædatur iecur, quod facile ſuccedere poterit ſi inſtrumentum habebunt accommodatum, quod tāquam paries quidam & vallum diſtinguat regionem vnam ab altera. Locus vero vbi adminiſtrandum eſt ſtillicidium, ſit paulo infra ventriculi regionem atque poſt ſtillicidium, aut luti adminiſtrationem, pars illa fo-

Ceratum à ſtillicidio applicandum.

ueatur Cerato aliquo, quod vim habeat calefaciendi & exſiccandi, veluti eſt ſacrum, vel ex pulueribus & liquoribus calidioribus & ſiccioribus, cum modico Ceræ paratum. Eodem modo caput erit exſiccandum, ni forte cum capitis humiditate fuerit coniuncta caliditas; quia tunc exſiccantibus quidem; ſed frigidis, aut minus calidis erit agendum. Veluti ſi paretur lixiuium aliquod, cum fol. Roſar. Beton. cum agaric. radic. filicis maris, fol. ſalicis, & huiuſmodi aliis. Quod quidem ſtillicidium abraſis capillis, fiet in ſutura coronali. Poſt huius adminiſtrationem, eodem modo pars illa Cerato, quod eandem vim habeat, muniatur. Tempus vero opportunum adminiſtrandi ſtillicidii erit ieiuno ventriculo. Et quia gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo, ob id pluribus diebus hęc alterantia erunt vſurpanda, & quam diu indicantis præſentia poſtulabit. Ne vero materia ita facile à capite ad pectus delabatur, noctu ad eam intercipiendam probamus, vt ſub lingua detineat

ſacchar,

Sac... cum roſatum antiquum.

ſacchar. roſ. antiquum cum bolo Armeno permixtum aut confectionem illam, quam Diacodion appollant, aut diatragacāthum. Vt vero materia quæ in pectore exiſtit educatur; medicamentum aliquod probatur, quod vim habeat incidendi, detergendi, cōcoquendi, & ſtomachicum exiſtat, cuiuſmodi erit, ſi paretur ex melle optime deſpumato, cum modico aceti, vel ex oxymelle ſimplici cum penidiis, vel ſaccharo violar. & Diatragacantho miſtura, & ſub lingua detineatur.

Caput roborantia.

Peracta purgatione ad caput & partes inferiores roborandas habeat in frequenti vſu aliquod genus conſeruæ; vt eſt Conſerua Beton. cum ſaccharo Roſar. vel Borrag. vel conſeruæ de Cichorio tempore æſtatis. Frigidioribus diebus, nonnihil etiam Theriacæ, vel alicuius magnæ confectionis admiſcere licebit. Verum omnis medicatio vana & irrita eſt futura, niſi recta & diligens viuendi ratio adiungatur.

Victus ratio.

Cibus.

Quare cibaria habeant vim attenuandi, & flatus diſcutiendi, & ſint facilis coctionis, atq; inter cibum & potum par ſemper ratio ſeruabitur. Carnes itaque laudabiles & oua ſorbilia probantur, nec non fercula quæ ex his parantur; quæ condiri poſſunt cum ſpeciebus paratis ex Coriandro & ſaccharo, pro guſtus iucunditate: Acetariis potius coctis, quàm crudis vtatur, & potiſſimum ex Borrag. Cappar. & Cichor. Inter fructus laudantur amygdalæ dulces, piſtacea, & in ſecunda menſa, vel diacydoniten cum Coriandro confectum, vel pulu. Coriandri cum modico ſaccharo, vel aliquod aliud, quod flatus diſcutiat, & os ventriculi roboret, vſurpabit.

Potus.

Potus ſit vinum maturum, non potens: ſed mediocre, non nigrum, ſed rubeum; & in pauca quantitate.

Somnus.

Exercitatio.

Somnus ſit moderatus, à meridiano caueat, niſi forte noctu vigilauerit. exercitium laudatur; ſed ante cibum aluo inanita, ſedes quotidie procurabit, & ſi natura fuerit auara, iure paſſulato, & in quo pruna damaſcena admodum dulcia vel caricæ pingues & dulces, incoxerint, prouocetur: pro quo paſſulæ & pruna & caricæ deuorari debent, neque ſemel id agendum, ſed pluries, donec aluus lubrica fiat. Huius loco probatur etiam brodium caulium vel betarum, vel mercurialis, cum oleo & ſaccharo ſæpius adminiſtratum. His enim leuioribus aluus erit mollienda, ſi opus eſſe videtur, in reliquis vero rebus non naturalibus, optime quoque ſe gerat. Et hæc &c.

In hypochondriaca paſſione, pro quodam conſiliario Marchionis,

D. ABRAHAMI SEYLLERI

CONSILIVM CXC.

HYPOCHONDRIACA paſſione te laborare ita certum eſt, vt nulla egeat demonſtratione.

Signa hypochondriaca.

Indicant hoc grauitas circa hypochondria, flatus, & eructationes nidorulentæ, acrimonia recrementorum, rugitus in latere ſiniſtro, & vaporum magna ad cerebrum eleuatio.

Cauſa.

Quæ partim ex obſtructione alui, partim etiam Lienis, à ſanguinis craſſitie proficiſcuntur, vt autem fiat effumatio obfuſcans cerebrum, neceſſum eſt, ſubeſſe calorem aſſantem humorem craſſum in meſenterio; aut venis meſaraicis. Quod ſi (vt Diocles aſſerit, quam Galenus, imitatur) eſſet oris ventriculi inferioris, quod inteſtinis continuatur, inflammatio adeſſet, febris continua, & ad multos annos malum hoc minime protraheretur.

Myrachialis paſſio quid.

Hinc conſtat myrachialem paſſionem nihil aliud eſſe, quam intemperiem meſenterii & venarum, agentem in ſanguinis craſſitiem, lienem obſtruentem, ex qua effumationes obſcurantes cerebri actiones reſultant.

Scopi curationis.

Eſſentia itaq; affectionis per ſuas cauſas cognita, facile curationis via inuenietur. Eſt ergo intemperies calida, quæ ſibi ſiccitatem aſſociat, emendanda, & flatus diſcutiendi, atque obſtructio lienis aperienda, & cerebrum roborandum, ne exhalationes recipiat.

Diæta.

Verum cum hic affectns ſit circa partes concoctioni inſeruientes, optima victus ratio eſt inſtituenda; & medicamenta quæ nullam vim inferunt, præſcribenda; præſertim cum ob alui adſtrictionem continuam aluum ducentia exhibenda ſint.

Curatio.

Series autem curationis hęc erit: Primo leniatur aluus, deinde tollatur obſtructio lienis leuiter aperientibus, poſtea extinguatur intemperies meſenterii, & venarum meſeraicarum: poſtremo addatur robur membris affectis. Quę omnia hoc autumnali tempore ſubſequentibus perficientur.

Potio lenit.

Primo die capiat Diacatholiconis ℥ j. cum aniſi puluer. ℈ j. & immediate hauriat Aquæ Cichorii, vel Endiuiæ, vel bugloſſ. aut borrag. ℥ iij. vel commiſceantur ſimul & fiat hauſtus. Demum 2. 3. 4. & 5. die omni mane ſumat leuiter aperiens:

Potio aperiens.

℞. Syrup. Capill. ven.
Byzantin. an. ʒ vj.
Aq. bugloſſ. ℥ iij.

Miſce. pro vna, & ſic pro quatuor vicibus. Sexto die ſumat medietatem ſubſcripti decocti, alteram partē die ſeptimo mane quatuor horis ante prandium:

Euacuans.

℞. Rad. polypd. m. j.

Herb.mercurial.m.j.
Flor.bugloſſ.
Violar.an.p.ij.
Paſſular.℥.j.
Sebeſten.num.xxx.
Aniſi.ʒj.ß.
Medull.ſem.carthami.
Fol.ſenæ an.℥j.
Decoq. in ſ. q. aq.ad medietatis conſumptionem lege artis,& coletur:
℞.Colaturæ ℥ viij.
Syrup.roſac.ſolut.vel de tribus ℥iiij.
Miſce,fiat potio pro duabus vicibus. Roborãda autem ſunt membra affecta, atq; flatus diſcutiendi. Non ſunt ſumenda quæ corpus ſiccant, neque ſubſequens Electuarium indies aſſumendum,niſi interpoſitis aliquot diebus,vel neceſſitate vrgente:

[illegible]

℞.Aniſi vnius cooperturæ ℥j.
Specier.diarrhod.abb.ʒj.ß.
Cortic.citri,ʒj.
Margaritar.præparat.
Flor.bugloſſ.
Meliſſophyll.an.ʒß.
Sacchar.roſac.℥ ij.ß.
Miſce,
Et cum ſyrupo de pomis fiat Electuarium.

Victus ratio.

Temporibus, ſi ſit magna effumatio: applicetur aqua plantaginis cũ aceto roſaceo. Aſſumantur alimenta, quæ non ſiccant vehementer, neq; exhalant, neq; atram bilem gignũt,qualia ſunt,quæ cum aromatis, multa pinguedine,& oleo cõficiuntur, itẽ fumo & aere exiccata,caſeus & lacticinia. Ex vſu ſunt,carnes omnes,exceptis ferinis, & præſertim ſi fuerit incocta borrago. Proſunt poma cocta,& incocta,paſſulæ, ceraſa,lactuca. Iuſcula in pauca ſumantur quantitate, alias ventriculi fluctuationem pariunt. Cremor ptiſanæ eſt vtilis. Eſt autem animus fabulis, cantu, inſtrumentis muſicis exhilarandus, præſertim à paſtu ab omnibus curis & cogitationibus arcendus, obeſt & ira mirum in modum: Tribuatur quoque corpori quies repleto ventriculo: Sunt & pedes ſæpius lauandi ex chamomilla, & violatia. Conficiendum & balneum aquæ dulcis ſingulis ſeptimanis bis,quinque horis à prandio. Anno 69.

Affectus animi.
Lotio pedũ.
Balneum aquæ dulcis.

In melancholia, vertigine, & muſcis ante oculos apparentibus,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CXCI.

CVM Nobiliſſimus Patiens multo tempote, aſſiduoq; ſtudiis operam dediſſet,factum eſt,vt non ſolum ventriculus,cerebrumque debilia redderentur, verum etiam totius corporis actiones male celebrentur. Quorum cauſa cruditates in ventriculo genitæ ſunt,quę omnium malorum,de quibus cõqueritur,in cauſa fuerunt. Quia dum attrahuntur à Iecore, obſtructiones fiunt. quæ Iecur calidius, quam par eſt, reddere valent: vnde fit, vt humor melancholicus producatur, à quo cum vapores eleuentur, & ad cerebrum perueniant, melancholicos affectus producant. Cum vero in ventriculo cruditates illæ detinentur, ab eis ſimiliter eleuantur vapores,qui petentes caput miſcẽtur cum ſpiritib. animalibus, qui in anterioribus cerebri ventriculis reperiuntur, vertiginem efficiunt, & cum portio quædam eorum vaporum ad oculos aliquando perueniat, fit vt muſcas quaſdam ante eos volare ſibi videatur. Pro curatione ſcopi eſſe debent,ventriculum calefaciendo & exſiccando corroborare, cauſam obſtructionum remouere, vapores vt caput petunt, reuellere atq; intercipere habita prius de tota prouidentia. Nec deſperamus hos ſcopos impleri poſſe, quia ad eam vehementiam intemperantiæ illæ non deuenere, vt beneficio medicamentorum in priſtinum ſtatum fere reduci non poſſint. Facile etiam erit remouere cauſam obſtructionum illarum. Quare quod ad Chyrurgiam ſemper obſeruet, vt hæmorrhoidas quas innatas habet, fluere permittat,& in hoc anñno, in quod tempus tota medicatio differenda eſt, ſi clauſæ erũt, per hirudines aperiantur: nec alia erit per venas ſanguinis miſſio. Paretur prætereain crure dextro cauterium, quod valebit vapores illos reuellere. Et hæc quoad Chirurgiam. Leniatur aluus cum Diacatholicone & ſpeciebus Hieræ, & præparentur humores cum Syrupo de Beton. & melle roſar. & expurgentur cum Rhabarbaro Agar. fol. ſenæ, Polypod infuſis in decocto fructuum & florum. Iterum præparentur cum ſyrupo de fumaria compos: & de cichor. ſimplici, cum decocto Borraginis, Ceterach. Agrimon. Meliſſ. & Betonicæ,& iterum expurgentur cum Agarico, Helleb. nigro, additis Epithymo & ſena, cui, ſi placuerit, magis bolus quam potus poterit exhiberi, vt ConfectioHamech, Electuarium lenitiuum. Ex. purgandum deinde caput maſticatoriis cõfectis è cera & maſtiche. Ex his peractis deueniendum erit ad aliquod generoſum præſidium, cuius ratione poſſumus calefacere & exiccare ipſum ventriculum. Quare conueniet ius galli non admodum decrepiti, alterum eum mentha, ceterach, agrimon. beton.meliſſ. fœniculo, & portione etiã ſaſſafras ſtillicidium etiam parabitur ex oleo medicato, vt ex oleo de ſpica, de maſtice, cũ aromatibus,

Cauſa.
Scopi curationis.
Prognoſis.
Hæmorrhoidas.
Cauteria.
Leniũtia.
Præparatio.
Euacuatio.
Maſticatoria.
Ius Galli.

aromatib.& cum vino albo generoſo, quod ſecundum ventriculum adminiſtrari poterit. Vtatur tota hac futura hyeme conſerua ex betonica ex mentha vel ex meliſſa. In quibus aliquando miſceatur portio aliqua Theriacæ. Et hæc requirent diligentem viuendi rationem, qua ic caueat ab aere frigidiore. Cibi ſint boni ſucci & facilis digeſtionis. Caueat a lacticiniis & piſcibus, fructibus moderate vescatur, vinum paretur tempore autumni, in quo bullierint, Stœchas, Betonica, Guaiacum, Saluia, Roſmar. Borrago & ſimilia. Cætera vero omnia præſcriptis correſpundeant, &c.

Dieta.

In ſcirrho lienis,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CXCII.

Cauſa ſcirrhi ... .

SCIRRHVS iſte lienis duas habet cauſas, altera eſt facultas alteratrix imbecillis reddita, quæ imbecillitas eſt hæreditaria, q.a patientis mater & frater eodem morbo correpti fuere, altera cauſa eſt nimius hepatis feruor, qui copioſam humoris melācholici copiam gignit, qui à ſplene attractus ob expultricis imbecillitatem expelli nequit, ideoq; congeſtus tumorem excitat.

Indicationes.

Splen robotandus. Prohibenda humoris melancholici generatio hepar refrigerādo; Humor in liene congeſtus, vt copioſus euacuandus, vt craſſus, attenuādus; vt viſcidus, incidendus. Sed attenuantia non erunt immodice calida & ſicca, ne humor craſſus tebellis reddatur. Quo ad chirurgiam, aperiunda interna vena ſiniſtri brachii. Conuenit etiam hæmorrhoidum apertio. Quo ad φαρμακείαν, locum habēt interna & externa medicamenta. Leniatur ergo aluus, & quia auerſatur potiones, fieri poteſt bolus:

Phlebotomia. Hæmorrhoides.

℞. Elect. lenit. ʒ vj.
Confect. Hamech. ʒ ij.

Miſce, & cum ſaccharo, fiat bolus. Præparentur humores hoc medicamento.

Bolus.

Decoctum præparans.

℞. Rad. filicis.
apii an. ℥ ß.
Fol. ceterach.
Euparotii.
Borrag. an. m. ß.

Fiat decoctio ſ. artem, deinde ℞. dictæ decoctionis ℥ v. Syr. de duabus radicibus.
Oxymell. ſimpl. an. ʒ vj.

Miſce, pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis.
Purgentur hoc modo:

Potio purgans.

℞. Agar. trochiſcat. ʒ j.
Confect. Hamech. ʒ iß
Rhabarb. ℈ iiij. ß.
Spicæ g. iiij.
Mannæ elect.

Flor. caſſiæ an. ℥ ß.
Miſce, & cum decocto flo. & fruct. f. breuis potio. Et quia magna eſt colluuies: ideo hæc purgatio repetenda addita ſolum porticuncula hellebori nigri. Poſtea ad ventriculum & lienem corrobotandum, vtatur conſeruis, & chalybe præparato. v. g.

Ventriculi & lienis roboratio.

℞. Chalybis præpar. ℥ j ß.
Conſeru. borrag.
Cicbor. an. ℥ ij.

Miſce. Huius conſectuæ ʒ ij. capiantur horis quatuor ante prandium: ſuperbibendo vini albi generoſi, aut vini maluatici. Confectiones magnæ, præſertim theriaca, mirifice conducunt. Inter cætera autem maxime probamus vinum chalybeatum, quod paratur, ſumendo vinum album cum limatura chalybis confectum. Quo ad externa, profutura ſperamus lura D. Bartholomæi, quæ moderate calefaciunt, & exiccant, tumoremq; iſtum tollunt. Priuſquam tamen adminiſtretur, probamus fomenta & cerata, quæ emolliunt, attenuant & diſcutiunt. Fomentum ſic paretur.

Vinum chalybeatum. Lutum D. Bartholomæi.

Fomentum.

℞. Aq. loturæ lanarum ℔. xx.
Rad. Althææ.
Maluæ an. ℔. j.
Fol. maluæ.
Lapathi.
Violar. an. m. ij.

Bulliant ſecundum artem ſimul ad conſumpt. 4. partis. In hoc decocto ſpongia noua madefiat, & expreſſa locus affect' ſepties ſingulo mane & toties veſperi foueatur. Ceratum hoc erit:

Ceratum.

℞. Diachyl. magni.
Ammoniaci aceto diſſoluti an. ℔ ß.
Miſce.
℞. Ammoniaci aceto diſſoluti ℥ vj.
Ceræ flauæ ℥ iiij.
Reſinæ abiegnæ ℥ ij.
Ol. de capparibus q. ſ.

Miſc. fiat ceratum. victus ratio à Medicis præſentibus præſcribi poteſt. Illud ſaltem ſuademus, vt à dulcib. maxime caueat, nam ab his lien maxime intumeſcere conſueuit. Cibi viſcidi & craſſi ſunt fugiendi. Exhibeantur quę obſtructiones eximnnt, attenuāt & detergent. Vina ſint non generoſa; ſed diluta. Item, aqua, in qua ferrum candens frequenter fuerit extinctum. Exercitium quotidianum maxime prodeſt: Nam quies potius ad huius morbi incrementum facit.

Dieta.

In reiectione ſanguinis Melancholici per ſedem, & vomitum, pro generoſo quodam Domino,

D. Gvilielmi Rondeletii.

CONSILIVM CXCIII.

Signa & cauſæ ſanguinis à liene profluentis.

SANGVIS ater & melancholicus, qui præclariſſimo viro per ſuperiora & inferiora fluxit, eſt à ſplene, & per venas eas, quas ſplen cum ventriculo communes habet haud dubie fluxiſſe videtur. Meam hanc opinionem cõfirmat dolor tenſorius partis ſiniſtræ cum dolore ventriculi. Humor itaque melancholicus cum ob obſtructionem ſplenis ab eo recipi non poſſit, hinc inde, & potiſſimũ in ramos venę portæ regurgitat, replētur eo & venæ, quę ad ventriculum & inteſtina feruntur: ex ea repletione ſecuta eſt venarum quodammodo diſruptio: quare portionem illius ſanguinis tenuioris quidem in ventriculum, quem vomitu reiicit, craſſioris vero in inteſtina quem per inferiora dimiſit, natura detruſit.

Fluxus ſpleneticus.

Vocatur hic affectus improprie dyſenteria, quam nulla adſit exulceratio: Vocari poſſet ſpleneticus fluxus. Accidit is plerumq; quibus membrum aliquod præciſum & mutilatũ eſt, ocioſis & carniuoris.

Curatio ſymptomatis.

Periculum eſt de hydrope. Omnis enim immoderatus fluxus hydropē excitare poteſt. Periculum etiã de ſuffocatione cum vomitu reiicitur. remedia inſtituenda vel ad ſymptomatis ſedationem, vel ad morbi curationem. In priori quidem cauendus immoderatus ſanguinis fluxus, quia vires mirum in modum deiicit. Impedienda etiam ſanguinis in ventre coagulatio, & refrigeratio, talia ſiquidem ſymptomata induceret ac ſanguis taurinus aſſũptus, de quo Dioſcorides. ſymptomate hoc vtcunq; ſedato & remiſſo, veniendum eſt ad ſplenis tumorem, & obſtructionem.

Curatio tumoris & obſtructionis in ſplene.

Aperiendæ obſtructiones medicamentis minime calidis, ne ſua caliditate, venas aperiant, & fluxum augeant. Sedato ſanguinis fluxu; ſumat ius galli antiqui cum pauco ſaccharo & ſale, deinde accipiat cremorem hordei addito ſaccharo. Ventre & inteſtinis ab eo ſanguine melancholico repurgatis, vtatur oriza in fumo exiccata & decocta, cui aliquid admiſtum ſit ſacchari & grana duo vel tria piperis, cũ pauca quãtitate cinamomi craſſioris. Vtatur euchymis, abſtineat à flatulentis, humidioribus alimentis & adſtringentib.

Vomitus.

Vomitus non eſt vllo modo prouocandus: ſed is ſanguis, & excrementa illa melancholica per inferiora ducenda clyſteribus, & medicamentis purgantibus. Relinquenda venæ ſectio, & eius loco apponenda ſupra ſplenem aut medium ventrem cucurbitula.

Cucurbitula in ſplene aut medio ventri imponenda.

Tempore quo ſanguis fluet, vtatur ſyrupo acetoſo cum aqua & pauco aceto. Extra paroxyſmum bibat vinum album, aut claretum vulgo dictum, multa aqua fontana, nec frigidiori, nec calidiori: ſed temperata dilutum. Quod ſi vomat adhuc, ſumat iuſcula actu frigida, non calida, ne vomitum prouocent. Dum fluit ſanguis, vel per vomitum, vel per ſedem, vtatur ſequentibus.

Potio.

℞. Camphuræ ʒ ß.
Syrupi acetoſi ſimpl. ℥ j. ß.
Aquæ rubeæ maioris vel decoctionis eiuſdem ℥ iij.
Fiat potio, detur fluente ſanguine.

℞. Carabæ ʒ j.
Aquæ portulacæ ℥ iiij.
Syrupi acetoſi ſimpl. ℥ ß.
Capiat vt ſupra.

Fotus.

℞. Aceti ℥ iiij.
Aquæ portulacæ. ℥ iij.
Foueatur regio ſplenis cũ ſpõgia, frigide.

℞. Farinæ hordei quart. j.
Decoquatur in aqua & aceto: applicetur ſupra regionem ſplenis, poſt fotum fiat clyſter ſequens, vt ſanguis deorſum trahatur.

Clyſter.

℞. Hordei integri p. j.
Florum chamomillæ p. ß.
Fiat decoctio in ℔. j. ß. in colatura diſſolue mellis roſati colati. ℥ j. Miſce, fiat clyſter, detur frequenter. Si non moueat hic, augeatur quantitas mellis ad ℥ ij. Extra paroxyſmum ad effectum curandum vtatur ſequẽtibus:

Syrupus.

℞. Rad rubiæ maioris. ℥ j.
Cichorii cum radicibus.
Herbarum capillarium.
Portulacæ.
Borraginis an. m. j.
Sem. portulacæ ʒ ij.
Agarici.
Apii.
Petroſelini,
Sem. porri an. ʒ j.
Flor. Cordialium.
Thamariſci an. p. j.
Fiat decoctio in aceti & aquæ abſinthii Romani an. ℔. j. in colatura diſſolue ſacchari q. ſ. f. ſyrupus. Aromatizetur cum ʒ iij. ſantali albi & ʒ ß. cinamomi craſſi: Capiat quatuor matutinis, quibus finitis capiat potionem ſequentem:

Potio.

℞. Polypodii quercini ℥ ij.
Sem. Cathami. ℥ j.
Senæ ℥ ß.
Epithymi ʒ iij.
Fiat decoctio in iure galli antiqui bene cocti & farciti paſſulis, & in quarta j. colaturæ, diſſolue ſyrupi roſat. laxatiu ʒ ij.
Mannæ g. ℥ j.
Syrupi acetoſi ſimpl. ℥ ß.
Fiat potio, detur bis in hebdomate poſt vſum ſyrupi:

Opiata.

℞. conſeruæ flor. thamariſci ℥ j.
Flor. cichorei ℥ ß.
Capparorum conditorum in

aceto

aceto ʒ iij.
Pulueris diarrhodon. Abb. ℥ ij.

Cum ſyrupo acetoſo, fiat opiata, de qua capiat ad quãtitatem caſtaneæ, ſuperbibendo aquæ abſinthii ℥ iiij. Aceti vini albi ℥ ß.

Puluis.

℞. Sem. aniſi.
Fœniculi.
Coriandri an. ℥ j.
Rutæ ʒ j.
Cimini ʒ ß.

Temperentur in aceto & ſiccentur, quibus adde coralli rubri, inteſtinorum gallinæ vſtorum, & lororum in aq. abſinthii & pauco aceto an. ʒ j. ſacchari roſati tabulati ℥ vj. Cinnamomi craſſi ʒ ß. Fiat puluis de quo capiat cochlearunũ poſt paſtum nihil ſuperbibẽdo. Si venter & pedes inflẽtur, vt in hydropis principio accidere ſolet, tunc mutanda erunt remedia, & victus ratio.

In fluxu alui.

D. IOAN. CRATONIS.

CONSILIVM CXCIV.

Diarrhæa quando ſiſtenda.

DIFFICILE quidem abſenti ſiſtere fluidam aluum, cum non ſatis conſtet, an natura ſuperuacanea expurget: verum cum debilitas conſequatur ſiſtenda eſt. Primum quidem abſtergentibus & alterantibus atq; corroborantibus, deinceps aſtringentibus. Pro abſterſione vtatur hordeo ſeu polenta potius hordei, probe cocta (nam parum cocta flatus efficit) & bibat ante prandium ſcutellam plenam. Quod ſi etiã in iure carnium, vel gallinaceo coquerentur chamomæli flores, & iniiceretur hoc decoctum ad lib. j. cum dimidia loco enematis valde conueniens eſſet. Roborabit vtrunq; Electuarium, quod mitto; quotũ primo vtetur ante cibum, altero quotieſcunq;, & quandocunque velit. Ad aſtrictionem lenem ordinaui vnguentum, ſi illud nõ ſatis faceret, adhiberet emplaſtrum de cruſta panis. Quod ſi & hoc parum valeret, emplaſtrum Diaphœnicon, quod Meſue deſcribit. Emplaſtra in vicinio aliquo pharmacopolio poterunt fieri. Victus rationem nõ muto, verum cũm infirmior ſit ventriculus, quam vt potum aquę coctæ vel cereuiſiæ ſuſtinere poſſit, vtatis vino puro, & ſiquidem habere poteris Rhenano. Cætera exponet miniſter. Poſonii. 4. Iulij. Anno 1567.

Abſtergentia.

Emplaſtrũ de cruſta panis.

In aluo fluida, & flatulenta, pro quodam Norico,

D. IOH. CRATONIS.

CONSILIVM CXCV.

NON dubium eſt ſiue intemperies ſit in hepate, ſiue in ventriculo & inteſtinis, quin cum tam diu durarit, ea iam habitum contraxerit. Itaq; curationem difficultatem magnam habere, Medicus recta in arte inſtitutus, dubitare non poteſt. Hepar incunte ætate fuiſſe calidum & multos vapores tranſmiſiſſe ad caput, qui corrupti fluxiones atq; ſcabiem excitarint, nullum eſt dubium. Illud ſucceſſu temporis factum eſt frigidius, minusque ad ſe humiditatis è chylo traxit. Itaq; eſt aluus fluidior, quemadmodum declaratur à Galeno 2. aphor. 20. & 53. hepatis autem caliditatem ventriculi natiuum calorem corrumpere notum eſt Medicis. Itaque non mirum ſi flatus & ſymptomata, quæ diligentiſſime propoſita conſignataque ſunt, conſequantur, cum chylus in inteſtinis corrumpitur, vel ſtypticorum vſu excretiones retinentur.

Epar calidũ.

Indicatio autem curatoria prima eſt robur membris addere, & corrupta in coctionibus remouere. Hoc an thermæ vel vſus ligni Guaiaci vel ſarſæ parilię præſtare poſſit ſane apud me ingens eſt dubium. Cum autem præmiſſa optima & exactiſſima victus ratione, quæ ſi in vllo corpore, in hoc eſt neceſſaria, ſecundum doctrinam Auicennæ, nõ aſtrictione, ſed vacuatione hic fluxus curandus ſit, mea ſententia nihil conuenientius vel vtilius fieri poſſet, quam ſi omni die, vel alternis, Rhabarbaro iſto modo vtetur.

Indicationes.

Sarſa. & Guaiacum.

℞. Sacchari in aqua Cinamomi diſſoluti ℥ iij.
Extract. Rhabarb.
& Rhabar. opt. ac ſubtil. pulueriſati an. ʒ j.
Roſar. ʒ iiij.
aq. Roſar. q. ſ. fiat confectio in morſulis pondo drachmarum duarum.

Morſuli de Rhabarbari extracto.

Sumet de his vnum ieiuno ſtomacho, & tribus horis ante cibum. Non ſolum enim vitioſos humores, & maxime bilioſos, qui intempeſtiue aluum incitant, educerẽt, ſed ventriculum ac hepar inprimis roborarent. Vt autem robur maius addatur, foris quoq; quædam adhiberi poſſent, videlicet hoc, vel ſimile vnguentum.

℞. Comarum Abſinthij pontici vel Romani p. j.
Roſar. rub. p. ß.
Ligni aloës.
Santalorum an. ʒ j.
Rhabarb. ʒ ß.
Maſtiches ℈. ij.
Ol. cydonior. vel amygdal. in quo flores prunellorum ſylueſtrium ſunt macerati.
Vini ana ℥ iij.
Coquantur ad vini conſumptionem & dentur in vitro.

Vnguentum pro abdomine.

Hoc vnguento mane inungatur totus Venter,& pannus duplex lineus applicetur. In hyeme poteſt addi parum olei, nucis moſchatæ, & maxime cum Lienteria moleſta eſt. Caput autem atq; pedes contra hyberna frigora probe muniat, & ne ſomnus nocturnus vllo modo impediatur,caueat.

Si quoque roborandi gratia ſumere interdum conſeruam è floribus cichorei hoc modo præparatam, non inutile futurum arbitrarer.

Electuarii

℞. Conſerua flor. cichor. ℥ iij.
Meliſſæ.
Roſar. an. ℥ ß.
Specier. aromat. roſ. fideliter diſpenſatar. ʒ j ß.
Corallor. præparat. ʒ j. Miſce.

Vtatur etiam orbiculis ex ſaccharo, maſtiche,& corallis factis.

Hæc potui in iſta ſymptomatum varietate, & occupationum mearum grauitate in præſentia conſulere, quæ vt à Præpotenti DEO benigne fortunentur,precor.

In aluo fluida,cum variis ſymptomatibus,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CXCVI.

CVM à die Septembris decimo ſeptimo, anni LXXII, facile obſeruauerim, quod vitæ genus Nobilis adoleſcens N. N. piæ memoriæ,ad vigeſimum ſextum Iunii, hoc eſt, extremum vſque vitæ ſuæ diem duxit, non erit mihi difficile,ſymptomata,quę tam extra morbum, quam in ægritudine viuum acceſſerunt,paucis enarrare. Relicta igitur Germania,Brixię ad diem vigeſimum ſeptimum menſis prædicti,in itinere aluus ei primum fluere cœpit, idque durans per dies forte quindecim debilem valde reddidit. Quo fluxu tandem ceſſante, iterum conualuit, niſi quod faciei color vſque cineritius remanſit. Porro circa Ianuarii medium aluus ei ſtrictior reddita eſt, remanſitque deinceps ſemper ita, vt, niſi ſuppoſitorium adhiberetur, rarius ſedes haberet, forte tertio, vel quinto, nonnunquam etiam ſexto die, laxari prunorum atque paſſularum vuarum coctarum vſu non potuit; Nihilominus tamen comedit multum, & hilariter nullos ſentiens dolores, aut capitis grauedinem vllam, victus ipſi cum cæteris nobis communis. Ei vinum ſine aqua, & extra prandium, vel cœnam nũquam bibenti, nec exceſſum vllum facienti, ſemper fuit gratiſſimum. Ingruente æſtate ei in facie puſtulæ obortæ ſunt rubicondæ, atque ad diem Aprilis vigeſimum nonum Febri tertiana duplici laborare cœpit. A qua Doctorum auxilio mox liberatus, nunquam ſatis feliciter valuit; Cœnans nihilominus ac prandens more ſolito, vſus ſubinde lactis ſero vſque ad decimum ſeptimum Iunii, quo denuo per integros decem dies incepit vi febris putridæ, & hecticæ decumbere, ac Medicorum præſcriptionibus parere, quoad vigeſimo ſexto prædicti menſis, ſtatim poſt ſolis occaſum vitæ diem vltimum clauſit. Huius igitur cadauer cum poſt horas decem vehementer intumeſceret, nigerque ſanguis è naribus erumperet, diuerſa ſuſpicatos, vt aperiretur, omnino volui. Quocirca in aperto corpore primum pulmones, puſtulis affecti, omnino putridi reperti ſunt. Lien nigrior & grandior, Iecur ponderoſum adeo, & plane exiecatum, ſtomachus cum reliquis partibus purus & integer, continens (ſicuti Medici hæc omnia viderunt) adhuc aliquantulum brodii hordeacei, quatuor horis ante mortem ſumpti, apertum corpus fœtidiſſimum edidit odorem. Cum igitur prædictus Nobilis ad minus menſibus nouem (quod ego cum cæteris quidem optime teſtari poſſum) ſemper maxime ſobrie, imo ſine minimo etiam exceſſu quam temperatiſſime vixerit, ab Excellentiſſimis Medicis cauſas ſcire quã auidiſſime deſidero. Primum vnde aluus adeo ſtricta permanſerit: Deinde, Vnde Iecur, vnde lien vſque adeo affecti, atque pulmones tam valde putridi reddidi ſint, vndeque mors ipſa prouenerit, cum tam in ægritudine, quam extra, nullum commiſerit errorem, eiuſque optima habita ſit ratio, tam Medicorum, quam domeſticorum omnium, victum quoque ſemper habuerit optimum. Num aer hic Italicus morbi huius cauſa extiterit, & an diutius forſan in Germania viuere potuiſſet. Poſtremo quoque, vnde cadauer poſt mortis horam decimam prius inceperit intumeſcere, & tantum cum maximo fœtore nigri ſanguinis copiam per nares eiecerit? Deſuper Excellẽtiſſimorum Dominorum ſyncerum, liberum atq; conſtantiſſimum requirens iudicium. *Quæſtio.*

De affectibus, quos paſſus eſt Nobilis iuuenis, de illius morte, nec non de iis, quæ poſt mortem ſint ſubſecuta, vt ex arte loquamur, hoc vnum in primis ſtatuendum eſt, tanquam manifeſtum, & confeſſum, iuuenem hunc à primordio generationis ſuæ iecur calidiſſimum habuiſſe, caput vero humidius, & pulmones ſatis imbecilles, matrẽ nõ vſq; adeo ſanã. Quo factũ eſt, vt iecinoris caliditate humor melancholicus indies magis magiſq; augeretur, inde obſtructiones, & ꝓpterea etiam caloris incremẽtum, ex quo iecinoris incendio omnia mala tãdem ſunt ſubſe- *Reſponſio.* *Hepar calidum.*

ſubſecuta. Etenim Galenus 6. de decret. 3. & 1. de luc. aff. cap. 7. dicebat. Affecto iecinore ſenſim animal, moraque temporis læſionem in alimento percipere, & colorem contrahere. Quare mirum non eſt, ſi ex generatione humuris melancholici, & propterea frigidi alimenti color ille liuidus & cineritius exortus eſt. *Color liuidus.* Siqᵫ ex multis obſtructiunibus iecur exarſit, & lien tumidior factus eſt. Etenim cum plurimum ſanguinis melancholici generaretur, atque ad lienem tranſmitteretur, neque virtus lienis tanta eſſet, vt humorem illum diſtribuere, aut abſumere poſſet, hunc lienis tumor ſubſecutus eſt. *Tumor lienis.* Et hanc eſſe cauſam putamus, cur iecur ſiccius, ac veluti aridum in cadaueris ſectione obſeruatum ſit, & lien tumidior apparuerit, quod ſecundo loco quærebatur. Hinc etiam apparet cauſa, cur poſt alui profluuium, aluus adſtricta permanſerit. Etenim ſicuti aluus ſit humidior, quando cibus inchylum conuerſus, parcius diſtribuitur in Epar, ſic rurſus ſiccior, & adſtrictior redditur, cum omnis humor in ea contentus, ad Epar fertur: &, ſicuti parcius diſtribuitur, vel, quia plus aſſumitur, quam Epar indiget, vel, quia citius traiicitur, quam Epar attrahit, idque vel ob multitudinem bilis, expultricem facultatem irritantis, vel propter alui vim retentricem debiliorem; ſic omnis humor ad Epar fertur, vel, quia minus ſumitur, quam Epar indiget, vel, quia Epar ſui caliditate citius attrahit, quam par ſit, & omnem chyli humiditatem abſumit, imo propter obſtructiones venarum Epatis ad inteſtina bilis non tranſmittitur, cuius cauſa facultas expultrix proritatur, atque propter caliditatem & ſiccitatem iecinoris, inteſtina quoque fiunt calidiora & ſicciora, & ob id ad retinendum robuſtiora, vt mirum non ſit, ſi in hoc Nobiliſſimo Adoleſcente, præcedente alui profluuio, ſubſecuta ſit alui adſtrictio, non quod cibus plus iuſto fuerit ſubtractus, ſed propter iecinoris caliditatem & ſiccitatem, quæ omnem fere humiditatem abſumpſit, adauctam fortaſſe propter obſtructiones, quarum cauſa bilis quoque tranſitus ad inteſtina fuerit impeditus, & vis retentiua inteſtinorum facta fuerit robuſtior, & feces ſicciores, & hæc vti arbitramur, eſt cauſa illius, quod primo quærebatur. *Cauſa alui humidioris.* *Cauſa ſiccioris alui.*

Cauſa putredinis pulmonum. Quod vero & humorum exuſtio, cum quadam prauitate coniuncta in corpore contracta, fuerit in cauſa, vt pulmones putreſcerent; ex hoc facile coniectari licet, quoniã fieri potuit, vt vapores, & praui ſucci, in caput delati, cum in optimum nutrimentum commutari non potuerint, ob humiditatem capitis cõputruerint, qui ad pulmones tranſmiſſi, puſtulas in pulmonibus excitarint, aut cum pulmones ſuapte natura imbecilliores extiterint, ob prauum alimentum puſtulæ iſtæ fuerint excitatæ, aut vtroqᵫ modo perpeſſi fuerint, quibus puſtulis excitatis, vti par eſt, febris maligna & fixa fuerit excitata, vt voluit Gal. 2. in 3. de vulg. morb. 1. Hoc autem perſuadere quoque videtur raucedo, & catarrhus inſignis, qui apparuit, vt mirum non ſit, ſi ob puſtulas illas veneficas & malignas, quæ virus & materiam veneficam generarunt, calor natiuus pulmonum fuerit extinctus, vnde putredu illa pulmonum inſignis, & tandem mors per ſuffocationem eſt ſubſecuta, quud tertio, & quarto loco quærebatur. Quod cum ita ſit, cur mirari debemus, ſi poſt mortem intumuit, cum huc ſit opus materiæ veneficæ, in iis præſertim, qui per ſuffocationem pereunt? *Cur cadauer intumuit.* Quoniã humores & ſpiritus à proptio principio in materiam deleteriam reuocati, liberi, & ſoluti, quin imo ab eadem refugientes quudammodo ad partes uptimas delabuntur, & ſic vniuerſum corpus attollunt, & ora venarum aperiuntur, vnde ſanguis effluere ſolet, quemadmodum in hoc præſenti cadauere contigit, è cuius naribus ſanguis niger & melancholicus, & ob inſignem putredinem valde fœtidus, effluxit. *Cur ſanguis niger è naribus demortui effluxerit.* Et hoc eſt, quod poſtremo loco in dubium vocabatur. Vt concludendum ſit, materiam hanc, quæ febrem excitauit, & tandem mortem induxit, veneficam quidem fuiſſe; ſed in corpore genitam, quod aliquãdo in corporibus male affectis cõtingere poteſt: Quare non aeri Italico, non prauæ victus rationi, non ineptis, & importunis medicamentis, non alicui cauſæ externæ: ſed prauæ illius corporis conſtitutioni malum hoc eſt adſcribendum.

In fluxu ventris immodico, cum nephritide, & vlcere veſicæ,

D. GVILIELMI RONDELETII.

CONSILIVM CXCVII.

℞. Caſſiæ nouiter extractæ ℥ iij. *Bolus.*
Tamarindorum ℥ ij.
Pulpæ Sebeſten ℥ j.
Rhabarbari Infuſi in aqua Enditiæ
Sem. Plantaginis an. ʒ iij.
Cũ ſyrup. roſ. laxat. q. ſ. fiat opiata, Capiat ℥ j. in forma boli, vel capiat in brodio pulli.

℞. Rad. bis maluæ.
Glycyrrhiz. raſæ.
Cortic. cucurbitæ. *Decoctum.*
Rad. conſolidæ.
Plantaginis an. ℥ ß.
Ceterach.

Cichorii cum radicibus.
Plantaginis.
Endiuiæ.
Portulacæ an.ʒj.
Capit.papaueris nu.j.
Flor.roſar.ſiccar.p.j.

Fiat decoctio in aq: hordei lib.j. in colatura diſſolue ſacchari q.ſ.& fiat ſyrupus, vtatur quinque matutinis, quibus finitis capiat ℥ß.Opiatæ præſcriptæ.

℞.Therebinthinæ ʒij.

Abluat cũ aq.plantag. capiat in craſtinũ.

Electuariũ.

℞.Conſeruæ conſolidæ.
roſar.an.℥j.
Boli præparati ʒ ij.
Gummi Tragacanthi, & Arabici an.ʒj.
Corticis cucurbitæ ʒj.ß.

Cum ſyrupo de papauere, fiat opiata cordialis, capiat ad quantitatem caſtaneæ, ſuperbibendo aquæ plantaginis & roſarum an.q.ſ.bonum hauſtum.

Clyſter veſicæ mittendus.

℞.Hordei integri leuiter torrefacti ℥j.
Roſarum rubearum p.j.
Lentium p.ß.
Corticum cucurbitæ.
Mali granati an.℥j.

Fiat decoctio in aqua plantaginis ad lib. ij.per ſyringam iniiciatur, addendo albuminis ouorum fortiter agitatorum q. ſ. vtatur frequenter.

℞.Maſſę Emplaſtri Diachylonis communis ℥ij.

Fiat emplaſtrum applicetur in perinęo,& geſtet diu.

℞.Ol.roſati.
Myrtini an.℥j.Miſc.

Vngantur renes frigidæ.incipiat ab opiata laxatiua, modò tamen non fluat aluus, Quod ſi fluxerit, vtatur apozemate, aut decocto, quod vtrumque præſtabit, ventrem adſtringet,& vlceri veſicę conducet. Sumat ſingulis diebus ad quantitatem vnius caſtaneæ de opiata cordiali.Iniiciat per ſyringam ſtatim vbi minxerit de decocto præſcripto tam diu, donec ſit curatus ab vlcere. Supra tumorem imponat emplaſtrum, & tam diu retineat, donec tumoris ſit reſoluta materia. ſingulis menſibus capiat ℥ß. opiatæ laxat. & in craſtinum ℈ij. terebinthinæ. *Diæta.* Abſtineat ab vſu omnium herbarum, præterquam à portulaca, qua in iuſculis vtetur, quibus amylum admiſcere poterit. Vinum ſit dilutum multa aqua: Animi & corporis omnem motionem fugiat. Quod ſi aluus immodice fluat, paret clyſterem ex decoctione parata ad veſicam addendo ℥ j. mellis roſati. Abſtineat à ſalſis, piperatis & craſſis. Vtatur euchymis.

In aſtricta aluo, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CXCVIII.

PRÆCEPTVM Hippocratis: Quibus iuuenibus aluus eſt humida, iis in ſenecta ſit ſicca, naturæ conſentaneum eſt. Quia igitur Medici ſunt naturæ miniſtri, eamque cogere non debent violenter, durum fuerit, aliter hic ad aluum humectandam conſulere, quam victus ratione, & eos cibos, qui medicamenti rationem habent, quorum aliquos antea expoſui. Secutus ſum veterum ſententiam de ſalſamentis, ſed quia indicatum eſt mihi, ea prurit[illegible]m in corpore excitare, nolo in eo perſeue[illegible]are. Diſſuadeo etiam potum medicatum, cum potus vehiculum nutrimenti ſit, & cum ad ſoluendam aluum datur, nutrimentum ſecum rapit, quod in ſenibus non fieri ſine periculo ſolet. Pruna Brunnenſia & butyrum, ſi diu continuentur, faciunt quod debent. *Lenientia. Electi domibus ficuum.* Ficus Maſſilienſes ſex vel octo ſumtæ aluum leniunt. Quod ſi hæc nimis parum faciunt, recipe pulpæ prunorum Brunnenſium per cribrum expreſſorum, adde duas vncias Caſſiæ extractæ, & vnciam vnam butyri non ſaliti, & vnciam vnam ſacchari, f.electuarium: ſin metuuntur flatus, addatur cinnamomum vel Zinziber. Deinde cum veſtram Magnificentiam flatus vrgent, & ſupprimuntur, vtatur ſuppoſitorio ex recenti butyro bene ſalſo, cum ſeminibus nigellæ contuſis. Vmbilicus ſæpe vngatur ambra liquida. Vſus quotidianus Theriacæ, qualis eſt Veronenſis ad ſignum campanæ, non parum quoque proderit, *Theriacá Veronenſis.* Accipiat autem poſt medium noctis ad magnitudinem piſi grandioris cum ſaccharo Roſaceo: ita matutinis ſomnus erit ſuauior. Spero autem hæc medicamenta auxiliante DEO profutura.

De aſtrictione alui, & moleſtiis, quæ à flatibus oriuntur, ac de calore nocturno præternaturali, pro quodam Illuſtri viro,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CXCIX.

ITERVM Illuſtris Dominus de aſtrictione alui, & moleſtiis, quæ à flatibus oriuntur, conqueritur. Veriſſime autem iam antea ſcripſi, non facile eſſe Medico corrigere, quod fert natura. Hippocratis noſtri hoc eſt quaſi oraculum: Quibus iuuenibus aluus eſt ſolutior; iis in ſenectute aſtrictionẽ fieri. Hoc in Illuſtri domino quoque euenit,

Incomm. ex enematum.

nit. Per enemata recte quidem humectari poſſet: ſed cum frequens eorum vſus calorem inteſtinorum debilitet, ad prouentum flatuum facit, & naturam ſegniorem reddit. In hoc quoq; corpore aliud incommodum obſtat ſatis graue. Itaq; electuario illo, quod alias præſcripſi, è pulpa prunorũ, butyro, &c. ſua illuſtris clementia vti poterit, & Medici huic prout corpus affectum eſſe videbunt, aliquid addere, vel demere.

Pillula de ladano & bdellio.

Commendant quidã vſum ladani puriſſimi cum modico bdelliũ, & hora vna ante paſtum pillulum vnam vel alteram de eo exhibent. Fateor emollire & temperate calefacere, pituitam etiam magis adhærentem inteſtinis educere, ſed huius quoq; frequens vſus vereor ne ſit moleſtus.

Suppoſitoria.

Glandes vel ſuppoſitoria è butyro bene ſalito tutiſſimi ſunt, eorumque vſum maxime probo, cum neceſſitas exigit.

Senibus tutior aluus adſtricta, quam profuſa.

Verum illuſtri Domino perſuaſum eſſe ſimul deſidero: longe tutius viuere ſenes, & vires faciliustueri, quibus aluus aſtricta eſt, quam ii quibus profuſa. De flatibus alias meam ſententiam ſcripto expoſui: Calorem innatum, qui defluxu ætatis corpus deſeruit, nulla arte reuocare poſſumus.

Flatuum cauſa.

Et cum pituita tenacius inteſtinis adhærens, & tardam etiam aluum efficiens flatuum materia ſit, in primis opera danda ne crudi humores accumulentur. Itaque hic ſola victus ratio tutiſſima medicina. Nam expurgare eam velle neq; tutum, neq; rectum eſt. Meo atque aliorum exemplo didici, nihil eſſe conuenientius, nihil etiam coctioni accommodatius, quam geſtare cerotum ex vna parte ladani puriſſimi, & duabus ceræ compoſitum: ſuauiſſime enim fouet calorem innatum, & ad flatus diſſoluendos atq; coctionem plurimum facit.

Ceratum ad calorem innatum ventriculi fouendum.

Initio nonnihil moleſtum videtur, ſed temporis progreſſu plurimum iuuat. Ego præpotenti Deo, qui mihi hoc medicamentum oſtendit, gratias ago. Certe flatulenta melancholia laborantibus nihil eo vtilius. Si interdum quoq; illuſtris Dominus vtatur orbiculis ex oleo cinamomi, item ex oleo carui, rectiſſimum fuerit.

Calor nocturnus.

D. Monauius in literis ſuis addit: Illuſtrem dominum de calore præternaturali conqueri, præſertim noctu. Multis ſenibus hoc ſymptoma, in quibus difficilior coctio, & diſtributio alimenti, familiare eſt, ſed periculo vacat. Cum enim vapores, qui aſcendunt & cor feriunt, non calorem innatum cordis, ſed effluentem ſaltem afficiant, febrilis iſte calor cenſeri non poteſt. Et mihi non dubium eſt, quin per vſum ceroti illius, de quo dixi, coctiones meliores factæ, calori huic occaſionem non ſint daturæ. Addit Monauius de potu, & prudenter quidem, reipſa enim comperi: ſenes qui calore iſto afficiuntur, non alio modo eum poſſe effugere, quam ſi vino prorſus abſtineant. Sed cum illuſtris Dominus ad cereuiſiæ vſum non ſit aſſuefactus, neq; aquam decoctam ſeni bibere tutum: nequaquam vt à vino abſtineat, conſulere volo. Illud ſaltem moneo, vt vinum purũ atq; tenue, & quod ventriculo gratiſſimum ſit, ſiue Neccarinum, ſiue Rhenanũ, ſiue Auſtriacum, bibat parciſſime, ſæpe potius, quam large hauriat. Si diluendum eſt, in vaſe potius, quam in poculo hoc faciat: atque niſi hoc valetudini aduerſum ſentit, potu aquæ, cum cereuiſiam auerſetur, paſtum claudat. Hæc potui ipſe animo perturbatiſſimo, & valetudine infirmiſſima monere, quæ à præpotenti Deo benigne fortunari opto.

In conſtipatione alui.

CONSILIVM CC.

TRIBVS iſtis medicamentis ſubinde, cum opus eſt, aluus molliatur:

℞. Prunor. Pannon. pingu. & dulc. Paſſulan. mund. infuſ. in Aq. Cichor. in quibus bullierint Rhab. Elect. opt. ʒ ij. & fortiter expreſſi per ſetaceum cribrum an. ℥ ij. quibus adde:

Diaprunis.
Lenitiui.
Diacatholic. an. ℥ j.
Flor. Caſſiæ ʒ x.
Mannæ Calabr. rec. ℥ j. ß.
Specier. diarrh. Abb. ʒ j.
Pulu. Rhabarb. elect. ʒ j. ß.
Cinamomi elect. ʒ ß.

Cum ſyrupo infuſionis roſarum q. ſ. f. Electuarium ſumatur ℥ ß. ante cibum, vt bolus, aut diſſolu. in iuſculo prunorum.

Morſuli.

℞. Specier. Diarrhod. Abbat.
Diatrion ſantal. an. ʒ ß.
Diambræ ℈ j.
Specier. diaturb. cum Rhabarb. ʒ iij. ß.
Electuar. de ſucco roſar. ʒ ij.
Sacchar. albiſſ. in aq. fumar. diſſol. ℥ vj. ß.

Fiat confectio in morſulis magnis.

Sumantur ſimiliter duabus horis ante cibum obſeruatis obſeruandis.

Puluis.

℞. Pulu. Senæ præparat. Mont. ℥ ij.
Specier. diaturb. cum Rhabarb. ℥ ß.
Diarrohd. Abbat.
Dianiſi an. ʒ ß.
Pulu. Cinamom. el. acuti ſaporis ʒ j. ß.
Sacchar. albiſſ. ℥ j. ß.

Miſce, omnia exacte, & fiat puluis.

Doſis pondere aurei Vngarici.

In dyſenteria, pro quodam Magnifico Domino,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCI.

HOc morbo aliquoties S. M. periculoſe ægrotaſſe intelligo, ac non ſolum grauia inteſtinorum tormina, ſed vera etiam vlcera fuiſſe, & purulenta cum ſanguine excreta commemoratum eſt. Memini autem Anno 1567. exeunte menſe Auguſto S. M. grauiſſimis inteſtinorum torminibus tentatam cum fluxu ventris & hæmorrhoidum ſolito vehementiori. Hic morbus habebatur pro dyſentetia, verum mihi excrementa talia viſa non ſunt, qualia eſſe ſolent dyſentericorum, nec ramenta vlla conſpecta. Mucus autem corrupti ſamei ſpeciem babebat, & vſu clyſterum hæmorrhoides irritabantur, vt non modo vberius fluerent, verumetiam grauius dolerent, & vicinas partes in conſenſum traherent. Vomitiones etiam crebræ fuerunt, & appetitus plane proſtratus. Adhibita ſunt aſtringentia foris & intra corpus data. Foris emplaſtrum de cruſta panis, atque emplaſtrum Diaphænicon. Intus aqua ſtillaticia è pane ſecalino, & pulueres cum bolo armena & terra ſigillata. Itaque retenta materia, quam haud dubie natura conabatur expellere, ſuperuenit non ſolum diuturna podagra, verum fluxiones manum quoque tentabant. Hæc ideo commemoro, vt Medici purgationes naturales à præternaturalibus fluxionibus diſcernant. Nunc autem de dyſenteria agam, atque integram curationem præſcribam, vt ſi forte neceſſitas hoc poſtularet, quod melioribus cogitationibus ſubiiciatur, in promptu ſit. Superueniente itaque dolore inteſtinorum, deiectionibus multis & cruentis, & iis ſignis, quæ dyſenteriam indicant, præſentibus, victus in primis ratio recta inſtituatur, atq; ſuperiora ne, vel inferiora inteſtina laborent, obſeruetur. Adhibeatur autem initio clyſter abſtergens hoc modo:

Signa dyſenteriæ.

Clyſter abſtergens.

℞. Hordei torrefact. m. j.
Furfurum p. j.
Verbaſci.
Agrimoniæ an. m. ß.
Decoq. in ſ. q. aq. puræ, colaturæ.
℞. ℥ xviij. ol. roſac. completi ℥ j.
Sacchar. rubri ℥ j. ß Miſc.

Enema ſimplex.

Vel ſimplex enema detur ex decocto capi, in quo iure ebulliant flores chamomæli cum ſaccharo & vitello oui, & hoc repetatur. Si febris adeſt, per os ſumat ius pulli macrum, in quo decoquatur endiuia, atque vt quieſcat, & dormiat omni ſtudio procuretur. Venter inungatur oleo chamomælino & roſato cum cera. Si teneſmus & aſſidu cupiditas deſidendi adeſt, fomentatio fit cum verbaſco. Ventriculus roboretur diligenter. In recta victus ratione nihil prætermittatur, nec detur potus chalybeatus, vt fieri ſolet. Non enim is aſtringit, vt falſo exiſtimant Medici, ſed turbat aluum. Serum autem lactis, in quo chalybs extinguitur, per clyſterem iniiciatur, qui aluum ſiſtit. Hoc tamen ſecunda die morbi non faciendum: verum abſtergens enema repetendum, & ſi exulceratio eſſet in ſuperioribus inteſtinis, ſyrupus abſtergens per os dandus, & inunctionibus inſiſtendum. Idem faciendum tertio die. Sed in quarto morbi mutationes magnæ non ſunt, nihil mutet Medicus in curatione. In quinta autem exhibeatur medicamentum, quod mediocriter ab epate trahat:

Febris. *Teneſmus.* *Potus chalyb. adſtringit.* *2. Dies* *3.* *4.* *5.*

℞. Rhabarb. loti in aq. endiuiæ ʒ j. ß. puluer.
Conſeruæ roſar. ʒ iij. Miſc. f. bolus.

Sexta die detur clyſter, qui magis abſtergat, (niſi malum ſit in ſuperioribus inteſtinis, tunc enim ſyrupus è cichorio, & ſimiles conueniunt) & roboret: 6

Clyſter abſtergens.

℞. Hordei mundi.
Maluæ.
Agrimon. an. m. j.
Roſarum.
Plantag.
Verbaſci an. m. ß.
Rad. ſymphyti ʒ j.
Decoquantur in iure carnis arietis.
℞. Decocti ℔. j. in qua diſſolu.
Adipis caſtrati ℥ j.
Seui hircini ʒ ij.
Ol. roſac. complet. ℥ j. ß.
Vitel. ouorum ſemicoctorum nu. ij.
Sacchari rubri ℥ j.

Poſſunt ſubinde fieri magis aſtringentes, ac probatur mihi iſte:

Clyſter adſtringens.

℞. Seri lactis, in quo chalybs extinguatur ℔. j. ß.
Decoq. in eo oryza toſta, huius decocti
℞. ℔. ij.
Seui hircini ℥ ß.
Ol. roſat. oomplet. vel omphacini, ſi habetur ℥ j. vel ol. cytonior. ℥ j.
Succi plantag. ℥ ß.
Boli armeni ʒ j. Miſc.

Si dolor nihil remitteret, ſed ingraueſceret, foris applicetur omentum arietis in oleo roſato, vel oleo verbaſci coctum, & vngatur venter ſequenti linimento:

℞. Ol. roſat. complet.
Cytonior. an. ℥ j.

Seui

Seui hircini ʒ ij.
Ol. Nucis moſchatæ ʒ ij.
Corall. præparat.
Maſtich. an. ℈ j. f. linimentum.

Vigiliæ. Si vigiliæ adſunt, detur ius pulli cum ſeminibus papaueris, & melopeponum, atque inungantur tempora, volæ manuũ & plantæ pedum ſeuo hircino, cui parum odoris gratia vnguenti roſac. Meſ. admiſceatur. *Sitis.* In ſiti magna, datur aqua fragorum: aqua tormentillæ cum ſyrupo cytoniorum. *Languor.* Item interdum cochleare ſucci cytoniorum. Deficientibus viribus emulſio noſtra margaritarum propinanda, & in tota curatione attentiſſime videndum, ne vires cadant. *Ante ſeptimum adſtringentia non conuenient.* Ante ſeptimum priuſquam vlcera inteſtinorum probe exrergantur, adſtringentia per os non conueniunt, nec foris etiam applicanda ſunt, verum poſt ſeptimum à leuioribus incipiendum. Fit vulgo paſtillus in tegula calida ex vitellis ouorum, nuce moſchata & oleo oliuarum. Quidam etiam tormentillæ pulueres addunt, & ſimili ſe curatum S. M. a coquo ſuo meminit. *Dyſenteriæ vera curatio.* Verum fluxum dyſentericum adſtringere, non eſſe veram curationem, ſed cauſam tollendam, & vlcus ſanandum intelligunt omnes eruditi Medici. Id vero, vbi factum fuerit, adſtringentia tuto adhibentur. Paſtillus, cuius facta eſt mentio, paratur hoc modo:

Paſtillus adſtringens.
℞. Vitell. ouorum nu. iij.
Olei oliuar. ℥ j.
Nucis moſchatæ nu. ij.

In tegula calida fiunt Trochiſci. Sunt alia ſexcenta adſtringentia, quibus in hoc morbo plerique vtuntur. Alii enim calcem equi vſtum, alii capitis lucii piſcis oſſa vſta, alii humana oſſa adhibent. Denique ad varios ſuccos adſtringentes peruenerunt. Sed in morbi initio talia, vel in mortem, vel grauiores morbos præcipitare multis exẽplis poſſet oſtendi. *Tutus pulvis.* Tutus eſt vſus pulueris Tragacanth. in ouo ſorbili cum puluere corall. & nucis moſchatæ hoc modo:

Morſuli.
℞. Pulueris Tragacanth. ʒ j.
Nucis moſchatæ.
Corallor. an ʒ ß. Miſc.

Item boli, terræ ſigillatæ. Exhibetur etiam recte eiuſmodi confectio in morſulis:

℞. Radic. ſymphyti ſub cinerib. toſtat. contuſar. & per cribrum trãſfuſar.
Pulpæ perdicum.
Piſtacior. an. ℥ j.
Sem. plantag.
Acetoſæ an. ℥ ß.
Corall. vtriuſque an. ʒ j.
Sacchar. ℥ vj. Miſc. f. morſuli.

Etiam iſte puluis vtilis eſt:

Alius pulvis.
℞. Gummi arabic. ʒ j.
Corall. præparat.
Boli armen. præparat. an. ʒ ß.
Miſc. detur in ouo ſorbili.

Extract. corallorum ſeu magiſterii. Extracto etiam corallorum, ſeu corallis diſſolutis rectius vtimur, quam pulueribus. Conueniens hic quoque puluis:

Pulvis.
℞. Cornu cerui vſti.
Boli armen.
Corall. vtriuſque.
Santal. omnium.
Maſtich. an. ʒ ß.
Thuris.
Tragacanth. an. ℈ ß. Miſc.

Deſtillata ex pyris ſylueſtribus aqua ex pane ſecalino recenti admodum commendatur. In ſua M. magis probarem vinum, ſeu ſuccum cytoniorum cum extracto corallorum. Foris corpori admouentur multa, vt emplaſtrum de cruſta panis, emplaſtrum diaphœnicon, & ſimilia. Valentiſſimum hoc eſt:

℞. Carnis cytonior. ſub cineribus coctor. ℥ iiij.
Rad. ſymphyti ſimiliter coctar. & per cribrum transfuſarum ℥ ij.
Hypociſtid.
Acaciæ.
Boli armen.
Tragacanth.
Maſtich an. ʒ j ß.
Ol. cytonior.
Myrtini an. ℥ j. ß.
Succi cytonior.
Plantag.
Aceti roſac. & paſſulati an. ʒ vj.
Farınæ Milii q. ſ.

F. emplaſtrum diligenti coctura, & addatur cera. *Opiata cauſtica.* Ad opiata, item cauſtica, non niſi in ſumma neceſſitate deueniendum, prius tamen quam manifeſtus ſit virium lapſus.

In dyſenteria, pro quodam Nobili,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIUM CCII.

IN fluxionibus ventris cruentis, vt in ſputo ſanguinis, diligentem Medici conſiderationem medicatio requirit. Ideo cœca quaſi remedia præſcribere non poſſumus, præſertim cum hæ affectiones oſtendant, quantum inter Medicum doctum & rationalem, atque imperitũ & audaculum empiricum ſit diſcriminis. Tutiſſimus autem eſt vſus clyſterum, primo:

Enema. 1.
℞. Furfurum tritici macri,
Hordei an. p. ij.
Herb. maluæ,
Parietar.

Chamæmel.an.m.ij.
Acetoſ.m.j.

Fiat decoctio in ſ. aquæ lactis quantitate, colaturæ.

℞.℔.j.vel in grandiuſculis ℔.j.ß.add.
Mellis roſat.ſolut.℥j.ß.
Miſc.

Enema. 2.

Deinde adhibeatur alius clyſter:

℞.Herb.plantag.centinodiæ an.m.j.
Roſar.rubear.m.ß.
Radic.tormentillæ ℥ß.

Decoq.in lacte vſtulato, & decocto add.
Mucillagin.ſemin.cytoniorum.
Succi plantag.an.℥j.ß.
Miſc.

Reiteretur hoc enema, vel loco eius quod ſequitur:

Enema. 3.

℞.Lactis vſtulati q.ſ.in q.decoq.
Rad.tormentill.
Conſolidæ an.p.j.
Inque colatura diſſol.
Seui hircin.℥j.vel ℥ß.
Add. vitellum oui, & detur.

Pro potu, quia grauiter ſitiunt, recte illis datur emulſio amygdalarum dulcium cum aqua tormentillæ, & puluis diatragacan. in ouis ſorbilibus. Item puluis:

℞ Pul.rad.tormentillæ ℥j.
Nucis Moſch.℥ß.
Sem.plantag ʒij.

Miſc. f. puluis, de quo mane & veſperi detur drachma vna: ſed prius repurgatis excrementis per clyſteria, vel exhibitionem rhabarbari loti, item miſſionem ſanguinis.

In dyſenteria,

D. Iohan. Pfeil:

CONSILIVM CCIII.

NIsi fæces cruentæ, vireſque inſigniter deiiciantur, non temere & ſubito fluxus comprimendus. Bibat mane bonum hauſtum Aq. hordei, cui Plantago, Burſa paſtoris, & ſacch. roſae. incoxerint. Ex eadem etiam aqua vitello oui addito, clyſter applicetur. Superbibat dein Euacuans ſequens:

Potio purgans.

℞.Sem.Plantag.
Acetoſæ.
Portulacæ.
Endiuiæ an.ʒij.
Herbar.Cordialium an.p.ß.

Fiat decoctio ſ.a. Colaturæ pro vna doſi

℞.℥iij. In hac diſſolue Diacathol.ʒiij.
Rhabarb.puluer.ʒj.f.hauſtus.

Digeſtiuum.

Sequentibus quatuor diebus ſumat digeſtiuum infra ſcriptum:

℞.Syrup.ex infuſ.roſar.ſicc.℥ij.
de Endiuia ℥j.
Aq.Plantag.
Acetoſ.an.℥ij.ß.
Miſc.

Quinto ſuccedat decoctum ſequens:

℞.Sem.Endiuiæ.
Portulacæ.
Plantagin.
Acetoſæ ʒj.ß.
Flor.cordial.p.j.

Coq. in aqua Chalyb. ſ. q. ad conſump. med.colat.

℞.℥iij. in his diſtempera Micletæ ʒiij. add. Pulu. Rhabar. Elect. ʒj. & fiat hauſtus.

Niſi remittat dolor, vngatur venter calide.

℞.Ol.Roſati omphacin.
Cydonior.
Myrtini an.℥j.
Roſar.rubear.
Corall.rub.
Maſticis.
Nucis Moſchat.an.ʒß.

Puluериſanda pulueriſentur ſubtilit. cum modico ceræ fiat vnguentum molle:

Potiunculam etiam Rhabarbari toſti interdum maſticet: Ante cibum ſumat Cytonii ſimplicis bucellam, aut conſeruæ roſarum veteris cum ſucco Cytoniorum.

Fecibus cruentis & inteſtinis vulneratis Clyſter fiat è lacte, admiſto ſucco Plantag. & ol.roſac.bibat lac caprinum.

Neceſſitate vrgente foueat manus & pedes Aceto, cui ſcoria ferri incoxerit. Fumus etiam aceto & terebinth. ferro, æſtuanti affuſis per anum excipiatur. Commendatur ſimiliter fumus excrementi aſinini in clibano exſiccati. Mundificato corpore cataplaſma conuenit è pane, vino rubro, & aceto, aut vnguent: hoc:

Vnguentum pro ventre abad.

℞.Trochiſcor.de Carabe.
de Terra ſigill.an ʒiij.
Galliæ moſchat.
Aliptæ moſchat.an.ʒj.ß.
Corall.rubr.
Sem.roſ.rubr.
Maſticis.
Thuris.an.ʒß.

Pulueriſentur omnia ſubtilit.infund. horis 24. in aceto fortiſſ. Poſt exſiccentur, & denuo pulueriſentur, addendo ol.roſati omphacin.

Cytonior.
Maſtic.an.℥iij.

Ceræ albæ parum, & ad lentum ignem, f. vnguentum molle.

De præſeruatione à Lumbricis, & eorum curatione, nec non de Podagra,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCIV.

LVMBRICOS eſſe de eorum genere, quę tota ſubſtantia pręter naturam ſunt, atq; ideo è corpore eiiciendos, Galenus nobis oſtendit.

Materia lumbricorum.

Materiam vero eorum craſſam, crudam, & excrementitiam inteſtinis adhęrentem, in boc corpore albedo indicat. Efficientem autem calorem, putredinalem illum quidem: verum non abſolute, cum ſecundum Ariſtotelis ſententiam, ſimpliciter putreſcens non generet. Duæ igitur pręcautionis & curationis ſunt intentiones, videlicet, vt opera detur, ne materia in corpore proueniat, vel ſi proueniat, vt educatur, deinde vt calor contemperetur.

Victus ratio.

Materiei in corpore prouentum prohibemus recta victus ratione, quæ eo directa eſſe debet, vt ab omnibus, quę craſſos humores gignunt, ſibi veſtra Generoſitas caueat. Aerem igitur frigidum & humidum vitet, pręſertim nocturnum. Corpus ante cibum, nequaquam poſt exerceat, poſt cibũ non ſtatim dormiat. Balnea à cibo vitet.

Pillula ex aloe.

Aluus vt ſit aperta procuret, vel cum non eſt, pillulis ex aloe, quarum deſcriptio litera A ſignata eſt, vtatur. A cibis craſſis, qui difficulter conficiuntur, & pituitoſis, vt piſcibus, carnibus pinguibus, lacticiniis, & crudis abſtineat. Lactucã tamen cum aceto & oleo oliuarum comedere in cœna poterit: Cibos ſuos acidos, vel ſucco limonum, vel citri, vel arantiorum reddat.

Acetum articulis nocet.

A nimio vero aceti vſu propter podagram, & articulorũ dolores ſibi temperet. Leguminum vſum vitet. Pane fermentato vtatur. Non multum pro vna vice comedat, nec, niſi febricitet hura cœnæ, (quod plerunque fit in vermibus) à cæna abſtineat.

Febris à vermibus plerumque hora cœnæ.

Tunc vero decocto è radicibus cichorii vtatur. Ac cũ febris, & calor præternaturalis adeſt, caueat à nimio amarorum vſu, cum illa calorem pręternaturalẽ augeant. ſed cum ſine febri eſt, recte amara adhibentur, quibus vermes enecantur. oportet enim prius interimere vermes, vel ſaltem facere, vt obſtupeſcant, quàm medicamentis purgantibus educere.

Vermes prius enecandi quam purgantibus educendi.

Puluis vermes necans.

Ad necandos vermes præſcripſimus puluerem, notatum litera B. Eo cum triduo, vel quatriduo Dn. Generoſus eſt vſus, vt mortui educantur, vel pillulis de aloe, vel potione, quę litera C. ſignata eſt, vtendum. Aut ex iure galli pingui cum ſaccharo clyſter vnciarum quindecim iniiciendus. Nam quæ vermibus grata ſunt, per inferiorẽ ventrem inici debent. Olea cũ refugiant, nequaquã clyſteribus admiſcenda, multo minus aloe, vel alia amara:

Olea clyſterum in vermibus non miſcenda.

Vermes necantia.

ſimplicia autem quæ necant vermes, & omni tempore præberi poſſunt, ſunt iſta: Coriandri ſemen præparatum, ſemen citri, arantiorũ, limonum, puluis è vermibus terrenis cum raſura cornu cerui ad drachmam vnam, puluis cornu cerui vſti, terra lemnia, &c. Vſus etiã theriacæ ad magnitudinẽ fabæ matutino tempore, item ſub noctem myrrhæ ad magnitudinem piſi, vtiliſſimus eſt.

Syrup. præſtantiſſ. ex ſucco chamædryos & ſcordii.

Sed in primis præſtans medicamentum ſi ex ſucco chamædryos (D) & ſucco ſcordii ſyrupum confici iuſſerit, & de eo in ſeptimana cochlearia duo matutina hora ſumpſerit. Si volet vt hic ſyrupus purget, feruentis ſyrupi libræ dimidiæ, vncia vna foliorum ſenæ, & agarici albiſſimi vncia dimidia in petia ligata imponantur. Sed ſyrupo purgante ſemel in ſeptimana vti ſatis eſt.

Cataplaſmata.

Si ſucci non habentur, fiant ex herbarum decocto forti. Adhibentur inferiori ventri olea & cataplaſmata, quę vermibus aduerſantur, vt oleum è nucleis perſicorum & amygdalarum amararũ expreſſum.

Oleum è nucleis perſicis.

Item taurinum fel cum illis mixtum, aut cum aloe, aut ſucco foliorum perſicorum. Taliũ medicamentorum aliquot formulas, ſub litera E deſcripſimus. Cataplaſmata etiam ventri apponenda, litera F notauimus. Ad caloris autem contemperationem nihil vtilius omnes Medici practici medulla ceruina exiſtimant: ea non ſolum lumbos & perinæum: ſed vniuerſam ſpinam dorſi inungunt. Hæc igitur ſi diligẽter fuerint per aliquot menſes obſeruata, non dubito quin & vermium generationem ſint impeditura, & ne articulorum dolores crebro ſint graues atque moleſti, effectura. Nam cum ex pituitoſo humore fuſo atq; putrefacto articulorum dolores proueniant, ſublata materia illa, malum boc conſequi non poterit.

Podagra.

Adhibenda tamen alia quoq; ad podagrã ſunt auxilia. Et cum Generoſus Dominus Mithridatica antidoto, vel Theriaca vtetur, vt in lecto ſudet opera danda. Abluendũ ſæpe, ad materiam, quę ex capite fluit, abſumendam, caput & in lixiuio polytrichum decoquendum. Sapone autem medicato vtatur litera G deſcripto, & poſt lotionem capiti applicet ſacculum, litera H deſcriptum. Pedes abluat vino in quo flores verbaſci cum ſale ebullierint.

Pedum ablutio.

Sed tutiſſimum eſt mundare pedes ſępe cum vrina propria, vel puri maſculi, vel cum tument, decoquere in aqua pluuiali baccas lauri, alumen, thus & ſulphur, atq; in hoc decocto linteolum madefacere, & calidè applicare. Si vero rubor & calor adſit, frigide apponendum eſt. Herbas ad fomentationes, videlicet, origanum, abſinthium artemiſiam,

agrimoniam, chamæmelum, & rationem vtendi nouit. * Ne nimium calidis fomentis vtatur, caueat. Inunctiones, cum ſpes curationis propemodum euaneſcat, vitandas exiſtimo. Hæc autem à benigniſſimo Deo fortunari opto.

Sequitur deſcriptio medicamentorum, quorum vſus ſupra propoſitus eſt.

A

Pillula.

℞ Aloës roſat. ℥ j.
Myrrhæ el. ʒ j.
Cum ſyrupo roſato ſolutiuo reformentur pillulæ mediocres. Capiat drachmam ſemis pro vice.

B

Puluis enecans vermes.

℞. Coriandri præparat. ℥ j. ß.
Sem. portulac.
Citri.
Limonum an. ʒ ij.
Zedoariæ ʒ j.
Cornu cerui vſti ℥ j.
Miſc. f. puluis. Sumatur ad drachmam dimidiam.

C

Potio vermes expellens.

℞. Decocti ſebeſten ℥ iiij.
Rhabarb. electiſſ. ʒ j.
Maceretur in eo, & prius aqua cinam. humectetur, atq; expreſſum detur.

D

Syrupus vermes enecans.

℞. Syrupi è ſucco, vel decocto chamędryos, & ſcordii facti.

E

Cataplaſma vermes enecans.

℞. Ol. è nucleis perſicorum, & amygdalarum amar. expreſſ. an. ℥ j. ß.
Theriac. optim. ʒ iij.
Mithridatii elect. ʒ ij. Miſc.
Item: ℞. Succi fl. perſicorum ℥ j.
Aloës opt. in ſpiritu vini diſſol. ℥ ß.
Myrrhæ ʒ ij.
Fellis tauri ʒ vj. Miſc.

F

Aliud cataplaſma.

℞. Fol. abſinthi vulg.
Santonic.
Menthæ an. p. j.
Nucleor. perſicorum.
Amygdal. amar. an. ℥ ß.
Cum felle taurino & oleo amygda. amar. f. cataplaſma.

G.

Remedia podagrica.

℞. Saponis Veneti ℔. j.
Santali citrini.
Rad. iridis an. ʒ ij.
Caryophyllor. ʒ j.
Ambræ g̃. vj.
Diſſoluatur in aqua roſarum ſapo, & ſtet in loco calido, ac reformentur globi.

H

Sacculus capitalis.

℞. Santalor. rubr.
Citrinor. an. ʒ ij.
Roſar. rubear. ʒ j.
Corall. rubeor. ʒ ß.
Nucis moſch.
Caryophyllor. an. ℈ j.
Succini alb.
Maſtich. an. ℈ ß.
Ambræ g̃. vj.
Miſc. f. ſacculus cum bombace ſindone obductus, & ſerico filo diſtinctus, ne pulueres in vnum locum concidant.

De hæmorrhoidibus, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCV.

EST quidem hæc fluxio præter naturam, verum conſuetudine naturalis facta: itaque nequaquam ex toto reprimenda. Nihil enim dubito, quin non ſolum dolores articulorum, & renum grauiores (à quibus corpora præſeruare hæmorrhoides Hippocrates ſcripſit) conſecuturi eſſent, ſi non fluerent, verum etiam morbi grauiſſimi, qui ab eodem Hippocrate recitantur (quod auertat DEVS) S.G. oppreſſuri. Itaque cum fluunt, diligens in primis victus ratio habenda eſt, & ab omnibus, quæ ſupprimunt, cauendum. Solent autem ſupprimere quæcunq; fluxum ſanguinis ex aliis partibus ſiſtunt, vt vſus fragorum frequentior, & crudorum fructuum, qui ſanguinem refrigerant. Id quod in S. G. corpore non ſemel obſeruaui, & deinceps dolores renum & articulorum conſequi animaduerti. Si autem forte aliis de cauſis obſtruerentur, aloë roſata, quod & ventriculum, & caput roborat, ad vnum vel dimidium ſcrupulum aſſumpta ſine periculo aperiri poſſent. Fit autem aloë roſata huc modo:

Supprimentia hæmorrhoidum. *Aperientia.*

Aloe roſata.

℞. Aloës optimæ ʒ iij.
Myrrhæ elect. ʒ j.
Imbuantur puluerizata ſucco roſatum & ſeruetur iſta maſſa, donec habeantur folia roſar. recentia, ac cum illis contundantur ac miſceantur. Si parum maſtichis addatur, melius roborabit, ſed minus aluum ſoluet.

Fomentum. *Apertio hæmorrhoidū.*

Sin vero tumeant, atq; eas aperiri oporteat, primum fomentetur locus decocto maluæ, violarum, parietar. Si fortioribus opus ſit, addatur ebulus, bryonia, centaurium, cyclamen. Deinde inungantur oleo ex nucleis perſicis expreſſo. Id ſi non ſatisfacit, adiiciatur ſuccus cœparum, & fel taurinum, atque iſtis imbuatur pulpa colocynthidis & admoueatur. Sed cauendum ſedulo, ne fortioribus inflammatio excitetur. Eſt enim ſplyn-

ſphyncter ſeu muſculus anum claudens nervoſus, & à vicino oſſe ſacro propagines nervorum in eum locum deducuntur. Itaque grauiſſimi dolores, etiam nullis medicamentis ſtimulantibus in ea parte oriuntur. *Apertio cum ferro periculoſa.* De apertione autem, quæ ferro fit, nihil auſim conſulere, cum ſæpe male ceſſiſſe meminerim.

In hæmorrhoidum dolore, pro quadam Illuſtri perſona,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCVI.

Anodyna ad hæmorrhoides.

HABET S. G. Vnguentum ex butyro roſato Meſ. & lapide calaminari, cumque hoc feliciter hactenus S.G. vſa ſit, illud non muto. Sunt tamen & alia, quæ idem præſtant, vt Tragacant. cum oleo balſamine. Item mucillago pſyllii cum tragacantho & oleo violaceo in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo ducta. Si nulla aſſit inflammatio, vehemens tamen dolor propter tenſionem (ſæpe enim ſanguis craſſus in iſtis venis flatus producit) foueri poſſunt decocto *Fotus.* origani, ſerpilli, quibus herba fragorum additur. Item quod pluribus profuit, ſacculo impleto floribus verbaſci & furfuribus tritici, & in aqua cui parum vini affundatur cocto. Item violaria herba in lacte cocta, & oleo momordicæ admixto præſtat, ſi tamquã cataplaſma adhibeatur. Item oleum è chryſomelis, ſucco ſemperuiui ei addito. Cauendum eſt autem omni ſtudio ne locus exulceretur. Itaque vrina patientis, locus abſtergendus, cum pinguia iſta fuerint adhibita. cum autem moderate fluunt, optima victus ratio tenenda, & quando S.G. phlebotomiã non admittit, iſto modo ſanguinis copia minuenda.

In immoderato fluxu hæmorrhoidum, pro quodam Magnifico Domino,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCVII.

SI immoderatius fluant hæmorrhoides, tunc ſiſtendæ ſint aliquo modo: primum reuulſione ſanguinis per cucurbitulas, & ligaturas, &c. Deinceps localibus remediis. *Radix ſcrophulariæ mouet & ſiſtit hæmorrhoidas.* Quidam de radice ſcrophulariæ affirmant, eam ſiſtere fluxum, & ſuppreſſum mouere, hoc modo: Radix in teſſulas incidatur, & filo connectatur, vinoque iniiciatur, de quo nouem diebus patiens bibat. Poſtea radices ſiccentur. Eo modo autem quo radices exſiccantur, hæmorrhoides quoq; exſiccari, atq; minui cenſent. Vbi autem rurſus aperire & fluere velis, vino vel aquæ imponendas, atq; tunc rugas hæmorrhoidum eodem modo, ſicut radicum extendi atq; aperiri, ſi credere fas eſt. Bibiſſe S. M. ſemel de radice iſta ante annos ſex memini, quid ſit conſecutum neſcio. Certius autem remedium afferam. Prouenit in pratis inſtar pilei magni *Spongia terreſtris ſanguinem ſupprimens.* ſpongia terreſtris, quam Buchenſiſt / item Pfawenſiſt appellant, ea ſiccatur, & cum neceſſe eſt, portiuncula venis fluentibus admouetur. Non enim modo ſanguinem fluentem ſiſtit, *Spongia terreſtris.* verum etiam partes illas exulceratas melius, quam vllum aliud medicamentum ſanat. Experto fides adhibenda. Præſtat idem crocus Martis, in aqua plantaginis, vel fragorum diſſolutus, vel inſperſus, *Crocus Martis.* de quo ante biennium S.M. admonui. Etiam aqua fragorum bibita cum cytoniorum ſyrupo aut ſucco. Sunt & alia plurima, quę vuliter vſurpantur. Verum tuta & experta tantum remedia indicare mihi propoſitum eſt. Initio autem monui non eſſe ex toto ſupprimendas, ne grauius aliquod malum conſequatur. Itaque vt illa, quæ aſtringunt, cautè adhibeantur moneo. Spongia autem terreſtri tuto vti S. M. poterit, ſemperque in pharmacopolio in promptu erit.

In fluxu hæmorrhoidum, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCVIII.

IN hæmorrhoidibs ſuprimendis magnâ cautione vtendum. Primum autem acrior ſanguis contemperandus victus ratione. Vtatur ſæpe butyro nouo, & maxime *Sanguinis contemperatio.* cum pane recenti & adhuc calente (warme Semmel) comedât fraga cum habere poteſt. Et interdum fragorum aquam bibat. Inteſtinum rectum decocto herbæ fragarię cum radicibus ſæpe foueat, & inungat iſto vnguento:

♃. Tragacanth. ℥j.

Ducatur cum aqua fragariæ in mortario plumbeo, piſtillo plumbeo, & addatur *Vnguentum ad hæmorrhoides.* parum lapidis Calaminaris præparati, triti in puluerem & loti, f. vnguentum molle. Aſperguntur etiam recte pulueres ſcrophulariæ, & antimonium crudum pulueriſatum. Sed ad grauiter adſtringentia non eſt temere, abſenti Medico conſulendum, neque præſenti deueniendum.

In excreſcentia in ano, pro nobili quodam viro,

D. IOAN. CRATONIS
CONSILIVM. CCIX.

QVOMODOCVMQVE appelletur hæc affectio, vel appeliari debeat, noo pugnandum arbitror. Oculi videot eſſe quiddam præter naturam, ac cum muſculi claudentis anum actionem impediat, & in loco humido atq; excremenritio mala peiora minetur, auferendum ac tolleodum eſſe. Duo autem ſunt modi: videlicet vt excreſcentiæ illæ ita exſiccentur, ne incrementū ſumant, & aliquando ſucco ſuo deſtitutæ decidant: vel affluxus, qui extuberaotiam & luxuriam iſtam, quaſi auger, iotercipiatur. Quo ad primum attinet, oihil mihi vſu croci Martis rectius vel tutius videtur. Sciu, Suffumigia plurimum adiumenti afferre; verum illud quod præſcriptum eſt in conſilio Medici, haud dubie ſpiritus cordis atq; cerebri grauiter offenderet. Proinde tamquam parum tutum omittendum puto. Eius vero loco ex pice, thure, & cornu ceruí vſto ſuffumigiū, humectato prius loco parietaria cocta appoſita, vſurpari poſſet, & deinceps cancri cootuſi applicari. Puluetes Anrimonii crudi cū ſucco cancrorum paulo fortiores ſuot. Sed, vt dixi, in croco Martis magna & tuta ſpes eſt. Alterum remedium per ligaturas efficiatur, neceſſe eſt. Cum vero ligaturæ radici quaſi excreſcentiæ adhibeantur, ſuperponatur hoc vngueotum:

Excreſcentia tollendæ duo modi.

Crocus Martis.

Suffumigia.

Ligatura.

℞. Butyri receotis diligenter loti ℥ iij.
Lap. calaminar. præparat. ℥ j. Miſc.

Applicetur autem inuncto loco non linteolum, vel lana, vel ſimile; ſed ſpongia terterreſtris, quam vulgo 𝔅𝔬𝔪𝔣𝔦𝔰𝔱 appellamus.

Quod ſi etiam ſpongiæ huius loco filamenta illa Iohannis de Vigo imponatur, plurimum haud dubie prodetunt. De conſolidatiooe poſtea perito chirurgo res non erit in difficili poſita. Rectam autem victus rationem requiri, & corpus excrementis in hac curatiooe vacare debere, Medicis ootiſſimum. Itaq; de his plura (qnod plane oon conceditor) præſcribere; minime neceſſarium.

Filamenta Iohannis de Vigo.

De imminuto teſte, & de hernia inteſtinali,

D. HIERON. CAPIVACCII
CONSILIVM CCX.

DE duobus Illuſtris Baro conqueritur, de magnitudine diminuta teſtis ſiniſtri; & de hernia inteſtioali io ſiniſtra parte ſcroti, quo ad teſtis imminutam magnitudioem, author quidem libri de ſacro morbo ait: vaſa partis ſiniſtræ eſſe minora. Sed tamen imminutio maxima patieotis eſt præter naturam. Quia enim ob herniam illam, pars imbecillitatem contraxit, frigidiorque reddita eſt, non potuit, vt par erat, probum alimentum ſibi allicere & appooere; è quo factum eſt, vt in atrophiam teſtis ille inciderit. Tumor ſiniſtræ partis ſcroti eſt morbus in magnitudioe aucta, vel in ſitu, ſi ſpectemus inteſtinum prolabi è ſede propria. Io hanc partem duo tantum inteſtina decumbere poſſuot, ileum & cæcum: Cauſam autem tumoris eſſe cæcum inteſtinum, ab omnibus vnanimiter eſt ſtatutum. Flatum io inteſtino eſſe, pars manibus contrectata, teſtatur: & ſolet io eo inteſtino materia flatuoſa ſubſiſtere. Lapſum autem eſt hoc inteſtinum è propria ſede, quia in ſuo robore non confirmatur: Non confirmatur, quia peritonæi forameo amplum ipſi præbet anſam, vt poſſit in ſcrotum deſcendere: præbet autem anſam, vel ob ruptionem, vel relaxatiooem: ruptio locum non habet, quia nulla ſcabrities vel inæqualitas ſentitur, & quia oulla cauſa præceſſit: oec enim tuſſis, curſus, clamor, equitatio, ſaltus, immodica commotio in vſu Venereo præceſſit. Sed id faceſſit negotium, quod præteritis meoſibus in egerendis fecibus valde laborauit; quæ poſſet alicui videri occaſio diſrupti peritonæi: ſed quoniam ex eo tempore in hūc vſque diem, non habuit deterius; ſignum certiſſimum eſt, malum hoc talem noo habuiſſe occaſionem: ſequitur ergo vaginalem tuoicam relaxatam eſſe: Et cum nullus externus error, vt curſus, ſaltatio, & cet. acceſſerit, dolorque ooo ſentiatur, ſtatuere licet, relaxationem hanc eſſe natiuam. Statim enim ac ex infantia exceſſit, tangens illas partes, cogoouit, eo affectu ſe laborare, in qua ætate nec ratione clamoris, nec aliorum ſimilium lacorum, credendum eſt affectum eſſe exortom; ſed potius hoc tribuendum eſt innatæ humidiori complexioni, victuiq; humidiori, quæ omoia iſtas partes laxare valent, vnde inteſtinum in ſcrotum deſcendit.

Cauſa teſtis imminuti.

Cauſa herniæ inteſtinalis duplex.

Cauſa herniæ interna.

Cauſa herniæ externa.

Scopi.

Teſtis emaciatus reficiendus & augendus; inteſtioum in propriam ſedem repooendum, repoſitumq; conſeruandum: partes relaxatæ conſtringendæ & roborandæ, illaq; humiditas exſiccanda. His ſcopis mitioribus medicamentis vix poſſumus ſatisfacere: ſed ſi ferro res egit agenda, ſpetamus à toto

Indicationes.

Prognoſticon.

à toto patientem enaſurum, & ad generandum quoq; aptiſſimum, maxime ad mares generandum, quia dexter teſtis nulla è parte eſt culpatus. Veteres enim Medici præcipiunt, vt ſi quis mares gignere velit, in coitu ſiniſtrum teſticulum liget.

Curatio.

Curatio.

Quoniam autem teſticulo imminuto calida præſidia ſunt adhibenda, ne, ſi quæ ſunt in primis viis cruditates, eo, tamquam ad partem debiliorem deducantur, tutius erit aluum lenire, vel mell. roſar. ſolut. vel ſyrup. roſat. ſolut. & manna. Lenita aluo, vt teſticulus nutrimentum ad ſe alliciat, & ſic augeatur, non erit præter rationem, ſpongia cum partem fouere, quæ ſit imbuta decocto chamæmel. maluæ; & rad. altheæ, & fouendæ erunt illæ partes ad ruborem. Non enim licet hanc rem moliri frictionibus, in partibus ſenſibilibus & debilioribus. Peracto hoc fomento, pars molli cerato erit circumliniendā; quod fieri poterit ex ol. fiſticorum, amygdal. dulc. & pinear. addita cera noua: Hæc de teſtis diminutione.

Lenientia. *Fomenta.*

Quo ad herniam; inteſtinum, à quo procreatur, erit manibus in propriam ſedem reponendum, ibique erit conſeruandum ligaturis & medicamentis adſtringentibus. Et cum ligaturæ variæ eſſe ſoleant, nimirum è ferro, ligno, corio, & pulmaceolis è tela paratis; in hac ætate reliquas omittentes, eas ſolum laudamus, quæ fiunt è tela bombacea. Et hæc ligatura ita accommodetur, vt totum ſcrotum amplectatur, ſuſtineatque. Solent patientes huiuſmodi per 40. dies in lecto contineri: ſed quoniam hoc admodum eſſet moleſtium, & periculum eſſet, ne ex otio immodico cruditates in toto corpore generarentur, quæ poſtea (vt in pluribus obſeruauimus) febres varioſque affectus producerent; nos idem ligaturæ beneficio aſſequi conabimur. Medicamenta porro adſtringentia ſunt interna vel externa. Interna ſunt confectiones, electuaria, & potiones, quæ è piloſella, herniola, pentaphyllo parari ſolent, quæ omnia poſſunt exhiberi, pauciore numero. Suſpecta enim nobis viſa ſunt, quippe quæ ſolent inſignes obſtructiones procreare. Conſulto igitur hæc omittentes, deſcendimus ad ea, quæ externis partibus applicantur. Multa ſunt ad hanc rem apta: quemadmodum eſt, quod ceratum ad crepatos de pelle arietina nuncupatur. Extant & alia, quæ tamen omnia, cum patiens ſit mollis naturæ, debent eſſe mitiora, ne impediant vnionem. Supra hæc cerata ſubligaculum geſtabit· & hoc modo totam hyemem tranſiget. Tempore veris non eſſet præter rationem, illam partem ſtillicidio ſubiicere, ex aquis montis Orthonis, in quibus res quædam adſtringentes bullierint. Iam enim agitur ſextus menſis, è quo patiens alius, eodem fere affectu laborans, a nobis ſanatus eſt. Ex his poſſunt etiam inſeſſiones parari. Hæc omnia ſi non contulerint, conſulimus, vt ad extrahendum teſticulum deueniatur. Adeo enim dextre à noſtris miniſtris hoc munus obitur, vt omnes incolumes euadant.

Ligatura in hernia. *Decubiti ligatoris noxa.* *Adſtringentia interna cauta adhibenda, cum inſignitur obſtruant.* *Externa.* *Stillicidii.* *Seſſio ſectura.*

Quo ad victum, vitanda ſunt flatulenta, vt legumina, poma, & vina valde diluta. Teſtes gallorum tota ſubſtantia nutriunt hominum teſtes, qui in frequenti ſint vſu. Motus ſit moderatus. Cauendum à curſu, equitatione, ſaltu, clamore, tuſſi, riſu immodico, vociferatione. Audimus oleum reperiri apud magnum Hetruriæ Ducem, ſexagenarios ruptos ſanans.

Diæta. *Teſtes gallorum.*

In eodem caſu,

D. HIERON. DONZELLINI

CONSILIVM CCXI.

IN ſiniſtra ſcroti parte tumor manifeſtus eſt ac mollis, ſub quo teſtis vix tactu percipitur, vt veriſimile ſit, è deſcenſu inteſtini in ſcrotum, teſtem eſſe læſum, & ita redditum imbecilliorem, vt iuſto alimento deſtituatur, vnde etiam videtur imminutus. Diſruptum eſſe peritonæum minime putamus, cum nulla præceſſerit cauſa, quæ hoc efficere potuerit, & præterea tumor ſit exiguus, & ſine dolore. Exigua igitur vicinioris inteſtini pars in ſcrotum illabitur, cuius certum eſt indicium, quod egeſtiones non impediuntur. Difficilis quidem curatio, quia morbus ab infantia contractus: ſed cum hactenus cum patiens celauerit, & nulla adhuc medicamenta ſint adminiſtrata, bonam ſalutis ſpem concipimus.

Cauſa diminuti teſtis. *Prognoſtik.*

Scopi,

Corpus totum ab excrementis purgandum: deinde inteſtinum in ſuum locum reponendum: mox, vt non amplius deſcendat, curandum, exſiccato & roborato peritonæo, additoque poſt ceratum applicitum conuenienti vinculo. Teſtis per fomenta, balnea, linimenta & ſuffumigia calefaciendus & roborandus. Initium curæ à purgatione eſt ſumendum, cui certe præſens cœli tempeſtas aduerſatur: nec tamen interim putamus otiandum, ne morbus augeatur, dum commodius cœlum expectamus. Conſulimus igitur, vt per integram ſeptimanam ſumat ſingula veſpera initio cœna pil-

Indicationes. *Curatio.*

Digitized by Google

Pilula angelica. lulas duas angelicas paruas & lenticulares, quæ ſecundum noſtram deſcriptionem parari ſolent, quibus ita repetitis, idem conſequemur, quod per medicamentum purgans vehementius, idq; ſine incommodo ætatis alioquin tenellæ. Corpore purgato, parandum erit decoctum, quod calido cum ſpongia molli fouendus eſt ille locus, ſcrotum ſcilicet, & inguen, idq; mane & veſperi ante cibum: Fouendus autem locus eſt, per quartam horæ partem. Decoctum tale erit:

Decoctum proſotu.
℞. Origani.
Saluiæ.
Dictamni an. m. j. ß.
Abſinth.
Roſ. rub.
Burſæ paſt. an. m. j.
Aquæ optimæ ℔. x.
Sem. aniſi.
Fœniculi.
Cimini an. ʒ ij.

Miſce, fiat decoctio ad conſumpt. tertiæ partis, poſtea coletur, & colatura ſeruetur ad vſum. Poſt fomentum exſiccata parte fiat *Suffumigium.* ſuffumigium, quod excipiatur in pudenda, iniecto ſuper prunas thure, aut myrrha, aut baccis iuniperi. Poſt ſuffumigium madefiat locus cum aqua vitæ optima, additis aliquot granis moſchi aut zibetti. Aut illinatur hoc linimento:

Linimentũ.
℞. Ol. Maſtich.
Abſinth.
Anethin. an. ℥ j.
Aloes hepaticæ.
Ladani.
Myrrhæ an. ʒ j.
Aq. vitæ ℥ ß.
Zibetti gr. v.

Miſce, fiat linimentum molle. Oleum etiam è terebinthina illitum ſolum optimum. Hiſce remediis per decem dies adminiſtratis, manu periti chirurgi inteſtinum reponatur in locum ſuum, & appoſito cerato loco accommodato, conueniens vinculum è molli tela bombacina adhibeatur, quo inteſtinum in loco proprio retineatur, nec in ſcrotum delabi poſſit. Ceratum paretur hoc modo:

Ceratum.
℞. Picis Hiſpan. ℔. ß.
Ceræ nouæ ℥ iij.

Miſce, & liquefiant ſimul: Liquefactis addeſequentes pulueres:
Tragacanthi.
Gummi arabic.
Bdellii an. ʒ ij.
Acaciæ.
Hypociſt.
Thuris.
Myrrhæ.
Aloes.
Maſtich. ʒ j.
Boli arm.
Carabe alb. ℈ j.
Ladani.
Terebinth. an. q. ſ.

Pilorum leporis ſubtiliſ. inciſor. q. ſ. ad ceratum idoneum conficiendum. Saluberrimum interim fuerit per multos dies, mane in lecto bibere iuſculum capi aut gallinæ, in quo decocta ſit radix conſolidæ maioris. *Radix conſolida maioris.* In menſa bibat primum hauſtum è vino abſinthite. Vſus theriacæ erit ſalutaris, bis aut ter in ſeptimana, in lecto: Doſis ʒ j. Sit etiam in frequenti vſu zinzib. cond. diacydonium, conſerua roſ. rub. addito bolo armena. Plurimum proderit mane in iuſculo calido ſumere ʒ j. boli arm. orient. pulueriſat. aut terræ ſigillatæ. Cum autem nil magis augeat hunc morbum, quam flatus copioſus, extendens & dilatans inteſtina, ac peritoneum laxans: frequens ſit vſus ſeminis aniſi, quod paulatim maſticetur & deglutiatur, quia valenter flatus diſcutit. *Aniſi ſemen flatus diſcutit.* De teſte abſcindendo dubitamus, num eius ſubſtantia ſit ita læſa, vt de eo tollendo ſit cogitandum, *Sectio diſſuadetur.* quoniam à teſtibus virtus quædam in vniuerſum corpus diſtribuitur. Quare, niſi ſumma vrgeat neceſſitas ad ſectionem non veniendum: præſertim quia ſcopi ſunt exſiccatio, calefactio, & roboratio. Imbecillitas enim non ablationem, ſed confirmationem & roborationem indicat. Quando tamen ſcrotum erit liberum, & inteſtinum in locum ſuum reſtitutum; de tota hac re certius quid ſtatui poterit.

Diæta.

Vitentur olera, lacticinia, piſces, legumina, & fructus horarii. *Fructus.* Sot illi fructus ſalubres ſunt, qui integri totum annum durant, nuces iuglandes, auellanæ, pinei nuclei, amygdalæ, caricæ, piſtaciæ, dactyli, paſſulæ maiores & minores. Carnes auium aquatilium prauæ ſunt, auium reliquarum optimę, *Carnes.* præſertim cortalium, vt ſunt capi, gallinæ, pulli gallinacei, turdi, turtures, alaudæ, & aues nemorales, & campeſtres, palumbes, &c. Caro vituli, & iuuenis iuuenci, & caro ferina optima. Suis autem domeſtici & verruecis pinguioris, mala. Oua, quocumq; modo vſurpata, optima ſunt modo recentia. Iurulenta omnia vitentur, & in vniuerſum victus ſit ſiccior. *Potus.* Vinum nec ſit dulce, aut acidum, nec album, nec dilutum, aut aquoſum; ſed rubrum, maturum, pellucidum, ac minime craſſum. Radices eſculentæ omnes inſalubres, vt rapa, tubera, paſtinacæ, fungi; acres etiam radices fugiendæ, propter flatu-, vt al-

vt allia, cæpæ, porrum, ſobrietas ſeruanda; compotationes vitandæ. Si aluus ſit adſtrictior, ſumantur vna aut duæ è pillulis angelicis initio cœnæ. Venus omnino fugienda. Somous diuturnior malus. Motus omnis immoderatus malus; oec tameo in otio perpetuo degendum: ſed ad caloris oaturalis excitationem, corpus qnotidie ſemel exercendum. Potus ne pondere ſuperet alimenta ſicca. Ordo ſeruetur in cibis, vt mollia duris & ſiccis præmittantur. Ioter vnam menſam & alteram, nullus aut cibus, aut potus ingeratur. Ciborum varietas in eadem menſa fugieoda. Potus in menſa, ne nimium acceleretur, ſumpto prius cibo conuenienti. Vmbratilis vita damnatur. Soli igitur corpus exponatur; quia roborat, viuificat, & vires ſuſcitat. Cœna parcior prandio. Curſus, clamor, tripudia, ſaltationes, ludus pilæ maioris & minoris, & ſciomachia fugienda. Si non omnia auxilia ſupra notata, nunc videbuntur adhibenda, aliquibus ſaltem vtendum erit, donec ineunte vere iuſta curatio adminiſtrari queat. *Exercitia nimia vitanda.*

In ruptura, pro quodam Conſule,

D. IOAN. SIGISMVNDI

CONSILIVM CCXII.

ALvo ſuppoſitorio parum exonerata, ſupinum inungerem decubitum & quietem quam maximam aliquot dierum. inteſtinis tamen prius ſuo loco reſtitutis. Si tumor repoſitionem impediret, fomentum præmitterem:

Fomentum. ℞.Sem.Lini m.ß.
Fœnugræc.m.ij.
Maluarum m.j.
Fol.altheæ m.ß.

Coq.io aq.fluuiali pro fomeoto: Excipiatur ſpongia. Appooerem deinde ſequens Emplaſtrum:

Emplaſtrũ. ℞.Glutiois piſcium ℥ ij.
Colophoniæ ℥j.ß.
Picis naualis.
Gummi Ammoniac.an.℥j.

Omnia fruſtatim inciſa ponantur io aceti ℥j.& ol.Maſtich.℥j.ß. per noctem & diem, poſt liqueſiant in patella, & colentur per ſtramen: colatura inſpiſſetur ſequenti puluere:

℞.Maſticis.
Thuris.
Boli armeni.
Mumiæ.
Sanguin. Dracoāis.
Tragacanth.
Farin. fœnugræci an.ʒ ij.

Miſce, & diutius agitentur, vt fiat Emplaſtrum. Ioducatur ſupra alutam, & artificiali ligatura apprime retineatur: Renouetur quinto quouis die. Potionis etiam vuloerariæ cochlearia duo, de die bis, horis duabus ante cibum propioarem calide. *Potio vulneraria.*

℞.Fol. Arnogloſſæ.
Saniculæ an.m.j.
Rad.Tormeotillæ.
Conſolid.maior.an.ʒß.
Sigilli Salomonis ʒ ij.
Sem.Aoiſi.
Fœniculi an.ʒ j.ß.
Herb.Pyrolæ.
Fragariæ an.m.j.ß.
Decoq.in ſ.q.aq.ſ.a.ad ℔.j.

Colatura dulcoretur ſaccharo candi, vt modice dulceſcat, & fiat potio delectabilis. Lecto ſupious decumbat quietus, capite, ſi poteſt, decliuiore. Vocem quam maxime cōprimat. Cibis aſſis potius, quam humidioribus veſcatur.

Vinum nigrum bibat, aut tenuem cereuiſiam bene defæcatam, cui infundat parum galangæ & baccarum lauri. Huic curæ quatuordecim diebus inſiſtat. Sed nec in poſterum motus vehementior accedat: ſed quieſcat quam maxime poteſt. Emplaſtra vero & ligaturas per integrum continuet annum. Conſolidabitur ita abſque dubio noua ruptura.

Potio etiam vulneraria interdum per mēſem reiterari poſſet. Alui beneficium caſſia acquiratur.

In eodem caſu, ſed ſudore nimio accedente prius ſublato,

D. ISAACI SCHALLERI

CONSILIVM CCXIII.

SINGVLIS diebus decocti longi cochlearia oouem, decem, aut vndecim aſſumantur: *Decoctum longum.*

℞.Fol.ſenæ Alexand.ſioe ſtipit.& follic.ʒ vj,
Prunorum dulcium vngaric. exoſſat.num.vij.
Herb.Scabioſæ.
Fumariæ an.m.ß.
Cichor.m.j.
Cuſcutæ m.ß.
Rhapont.ʒj.ß.
Polypodii quercin.℥ß.
Graminis ʒ vj.
Petroſelio.℥ß.
Sem.Aniſi.
Fœniculi an.ʒ j.
Cymini.

Geniſtæ an.ʒ ß.
Flor. Sambuci p.ij.
Betonicæ.
Bugloſſ.an.p.j.
Rad.Leuiſtici ʒ ij.
Liquirit.ʒ vj.
Cort.Myrobalan.citrin.
Chebulor.an.ʒ iij.
Paſſular. paruar.el.℥ ß.
Agar.albiſſ.trochiſcat.ʒ ij.
Comarum lupuli m.ß.
Scolopend.

Inciſa & conquaſſat. decoq.in ſ. q. aq. ad tertias, colentur & exprimant.

℞.Colaturæ ℔.j.ß.
Dein ℞.Rhabarb.elect.ʒ j.
Spicæ gr.vij.
Cinamom.℈ ß.

Terantur groſſo modo,fiat Nodulus ex ſyndone rubor alligato filo, bulliant parum, dein iterum colentur ſine expreſſ.addendo ſyrupi de Lupulo ℥ j.
de borrag.
Mellis roſat.an.℥ ß.Miſce.

Quod ſi minus quam conueniat, purgat, addantur Boli ſequent.ʒ ij.

Bolus purgans.

℞.Elect.lenitini ʒ ij ß.
Diaphœnic.℈ iiij.
Diaſebeſten ʒ j.
Miſce,f.bolus.

Quod ſi magis, quam vires ferant, euacuabit, abſtineat per diem vnum, aut plane omittat: Conſerua corroborans veſperi ante ſomnum: Rotulæ vero poſt ſomnum mane aſſumantur:

Electuarium corroborans.

℞.Conſer.roſa.ʒ j.ß.
Specier.roſat.nouellæ ʒ ß.
Cortic.citri condit.ʒ ij.
Cum ſyrupo Roſat. de Roſis ſiccis, fiat Conditum.

Rotula.

℞ Specier.diatrionſant.℈ j.
Roſatæ nouellæ ℈ ij.
Corall.rubr. præparat.gr.v.
Folior. Auri fini num.j.
Specier.aromat.roſat ℈ ß.

Cum ſaccharo albiſſ.in aq.roſarum,& ſcabioſæ ſolut.℥ ij.fiant Rotulæ.

Cohibebunt ſudorem, ſi conueniens victus ratio adiungetur, præſertim vinum adſtringens, in quo chalybs ignitus extinguatur:

Ruptura inueterata.

Nunc ad rupturam, tam nouam, quam veterem, cui ſequentia conferrent præmiſſo phlegmagogo & cholagogo ſupra præſcripto:

I.℞.Saniculæ.
Matriſyl.
Pyrolæ.
Arnogloſſ.
Auricul.muris.
Caudæ equinæ an.m.ß.
Maluæ m.j.
Flor. Verbaſci m.ß.
Rad.conſolid.maior.℥ j.ß.
Tormentillæ ℥.ß.
Roſar.rubear.m.ß.
Aluminis crudi ʒ iij.

Conquaſſ.groſſo modo,& inciſa incidenda includantur ſacculis, qui incoquantur vino rubro aut ſtiptico, & aq. dulci, ruptura his calidis diligenter foueatur, dum labro inſidet, Prolabentia: dein inteſtina ſuo loco Emplaſtris & ligaturis coerceat. A balneo vnam aut alteram horam lecto quietus ſupinuſque incumbat. Nulla enim ſalutis ſpes ſine quiete: ſi balneum occupationes non cõcedant; foueatur ſaltem locus præſcriptarum herbarum decocto cum ſpongia calide. Hæc de veteri ruptura. Nouam vtpote paruam, non puto ligaturis & cerotis indigere: nihilominus nihil omittendum. Probarem ſacculum ex Althea.

Ruptura noua.

Sacculo aut ſpongia fomentata ita ruptura & exſiccata inungat, medulla ceruina: Locum vero oppoſitum dorſum & lumbos axungia vrſina, cui pinguedo anſerina admiſta ſit. Verum omnia fruſtra, niſi aliquot diebus continuentur cum inſigni quiete: ſine qua curationem perſequi impoſſibile. Quapropter & ego eandem per decem vel quatuordecim dies iniungo diligenter. Poſtea ceteuiſiæ herbæ potionis vulnerariæ incoquantur. Aſſumatur de hac bonus hauſtus in balneo, aut harum aqua deſtillata vino quotidiano pro potu ad menſam commiſceatur. Curationi huic omnium tutiſſimæ & commodiſſimæ, Dominus in nomine Domine ſe committat, ſucceſſumque in poſterum mihi ſignificet, non deero pro virili.

Locus oppoſitus rupturæ inungendus.

In bubonocele, pro quodam Gallo,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCIV.

TVMOR iſtæ in inguine ab ileo inteſtino, bubonocelem demonſtrat. Hoc malum, etſi inter reliquas herniæ ſpecies mitiſſimum videatur, graue tamen eſt, præſertim cum ileon flatus ſuſcipit. Itaque in victus ratione flatulenta omnia vitanda, nec arcte nimium tumor comprimendus, ne in ſcrotum cogatur inteſtinum, & relaxatio maior fiat. Deinde opera danda, vt aluus ſit lubrica, nec duriores fæces, cum ileon tantum chylum contineat, in eo colligantur. Tumorem muniat leni periſomate, & dera-

Vict.

detaſis pilis totum inungat Terebinthina, ac deinceps hunc puluerem inſpergat, & vt dixi, perizomate muniat:

> ♃. Sanguin. Draconis.
> Maſtiches.
> Thuris.
> Myrrhæ an. ʒ j.
> Sumach.
> Balauſtior. ℈ ij.
> Aloes.
> Tormentillæ.
> Mumiæ.
> Colophoniæ.
> Boli Armen. an. ʒ j. ß.
> Xiloaloes.
> Spicæ an. ʒ ß.
> Miſce, fiat puluis.

Prognoſtic. Vbi decidit iterum locum inungat, & alium puluerem ſuperinſpergat. Poſſent multa alia perſcribi, verum cum perfectam conſolidationem vix liceat ſperare, hæc, ne malum grauius fiat, prodeſſe poterunt. *Sacculus abſinthii ad herniam.* Foueri etiam locus priuſquam Terebinthina inungatur, decocto abſinthii ex vino poterit, & ſacculus paruus ex foliis abſinthii apponi.

Pro præſeruatione, & curatione podagræ, pro quodam Epiſcopo,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCXV.

CVm reuerendiſſimus Princeps firmis ſit viribus, & calor naturalis, omnium operationum naturalium opifex, illæſus, coniugio etiam non deuinctus, initio hoc monendus, ne vllo modo corpus medicamentis affligat: ſed recta victus ratione, & mediocri diligentia articulorum dolores vitari poſſe ſibi perſuadeat. Veriſſima enim eſt Auicennæ de omnibus morbis, quæ à fluxione pendent ſententia: *Niſi materia adſit, neque membrum, à quo defluit, eam exoneraturum, neque debilem partem illam recepturam.* Rectam autem victus rationẽ appello, quæ neq; in qualitate, neque in quantitate peccet. *Victus ratio.* In qualitate præcipue peccatur, cum eſt cibus varius. Itaque varietas ciborum vitanda, & ſimpliciſſimo cibo, qui non multum humorẽ generet, vtendum. *Gallinarum eſus temperatus.* Vſus igitur carnium ſit temperatus, præſertim gallinacearum. Ab iis autem, quæ vel crudos, vel corruptos humores generant, prorſus ſibi temperet. Piſces rariſſime comedat. A cancris, anguillis plane abſtineat. Fungos, carnes ſuillas, lacticinia vitet, cruda omnia fugiat. Fraga tantum & ceraſa rubra ſubacida & perſica bene matura in prima menſa concedi poſſunt. A ceteris abſtineat. Lactucã modice ſumat: capparum & oliuarum vſus tutior. Carnes auium, quæ circa loca paluſtria verſantur, vt anſerum, anatum, item pingues omnes, maxime agninas & ſuillas non attingat. Veruecina rariſſime vtetur, & bouina tenera. Vitulinam etiam non ſatis adultam minime probo. Legumina pauca conueniunt, præter hordeum decoctum. Vtatur vero carnibus magis aſſis, quam elixis. Conditos nimium cibos vitet, & ſimpliciſſimo, vt oſtendi, contentus ſit. Quantitas autem ſit ea, vt de menſa ſurgens plura ſemper appetat, neque vnquam ita cibo ſeſe repleat, vt nullum illius deſiderium relinquat. A potu vero quantum poteſt ſibi temperet. Si ſola cereuiſia triticea tenui contentus eſſe poſſet, haud dubie plurimum adiumenti ſentiret. Sed cum fortaſſe vino aſſueuerit, vtatur Rhenano minime forti, vel crudo, & ei aliquid rubri vini, quod à pede anſerino nomen habet, affundat. A Morauicis, Auſtriacis, Vngaricis, dulcibus & craſſis omnibus ſibi temperet. *Remedium diuinum.* Monui de remedio diuino, adimente articularem dolorem, Vercellenſibus in quodam viro quinquagenario podagrico à Marchione capto, & viginti annis in carcere detento oſtenſo, quod ſatis declarat, vnicum remedium in hoc morbo è victus ratione petendum. *Victus ratio.* Sed alia pauca ad præſeruationem addam. *Præſeruatio.* Primum hoc eſt, vt ventriculi robur medicamentis purgantib. non debilitet. Itaq; præter euacuationes annuas, veris & autumni, quo tempore & ſanguis recte mitti poterit, nullis aliis medicamentis, quam aloe roſata vtatur. Sumat autem ſcrupulum vnum de hac maſſa:

> ♃. Aloes roſatæ ʒ ij.
> Maſtich. ℈ j.

Cum ſyrupo roſac. ſolut. q. ſ. f. pillulæ pro qualibet drachma duodecim.

De his igitur ſua reuerendiſſima Celſitudo ſumat quinq;, hora dimidia ante cœnam, & parce cœnet, atq; iſtis pillulis abſque omni noxa in ſacch. roſ. vel cum melle roſ. ſingulis ſeptimanis vti poterit, imo cum maximo valetudinis commodo. Annuas purgationes non præſcribo, verum hoc moneo, vt talia medicamenta exhibeantur, quæ vires ventriculi non affligant, neq; ita debilia ſint, vt humores potius turbent, quam educant. Infuſum ſenæ & rhabarbari cum manna maxime probarem. Vt vero calor naturalis iuuetur, & humores vel non corrumpantur, vel abſumantur, conſulo vt ſingulis diebus matutine, poſteaquam os & linguam bene mundauerit, de ſequenti electuario ad magnitudinem nucis caſtaneæ ſumat:

Electuarium caryophyllatum.

> ♃. Conſeru. roſar. rub. & ſi haberi poſſunt Damaſcena ℔. ß.

Spec.aromatic.roſa.Gabriel.complet. ℥iij.
Caryophyll.inciſo.℥ij.
Ambræ el.℈j.

Miſc. & cum ſyrupo de cortic. citri f. electuarium. Detur in vaſe vitreo, vel pyxide vitreata. Quantum adiumenti ad vniuerſi corporis valetudinē Reuerendiſſimus Princeps ex vſu illius electuarii ſit habiturus re perſpiciat. Cum autem materia Podagræ præcipue à capite per vniuerſum corpus feratur, duo in primis ad præſeruationem vtilia remedia ſunt oſeruanda : lotio nimirum capitis, & ſudor matutinus in lecto. Caput abluendum curabit ſingulis ſeptimanis bis ante cœnam, nec poſtea aeri ſe exponat. In lixiuio decoquatur polytrichum, & vtatur ſapone moſchato, hoc modo facto:

Lotio.

Sapo moſchatus.

℞. Saponis Veneti ℔.j.
Santali citrin.
Rad.ireos an.℥j.ß.
Caryophyll ℥j.
Ambræ griſ.℈ß.
Moſc.gr.v.
Miſc.f.globi.

Sudor.

In lecto matutine ſudet, quotieſcumque poterit, ac quo frequentius ſua Celſitudo hoc fecerit, eo tutiorem ſe eſſe putabit. Hiberno tempore aliquid theriacæ, vel Mithridatii ſumere, cum ſudare volet, poterit. Remedia ad roboranda membra ſuſcipientia, cum in illis calor natiuus ſit integer, & neq; temperies, neq; compoſitio partium mutata, non video cur ſit opus. Hoc tantum moneo, ne Thermarum, vel lotionum vſum pedibus prodeſſe reuerendiſſima ſua celſitudo ſibi perſuaderi ſinat. Pedes mundare cum ſpongia intincta in vino rubro ſtyptico, in quo ſal ſit decoctum, vtile eſt. Item tempore vindemiarum mane vinaceis, è quibus paulo ante vinum expreſſum eſt, immittere atque fouere. Caligis etiam lineis in vino cum ſale, & ſiccatis vti: ſed aquæ imponere nequaquam cōueniens. Poſt paroxiſmum fomentis ex herbis decoctis in vino ad diſcutiendas reliquias materiæ, quæ affluxit, adhibere iuuat. Verum, vt initio dixi ſola victus ratio, in qua etiam aer frigidus, & humidus continetur, qui magnopere vitandus, rectiſſima præſeruationis via eſt. Curationem dolorū non attingo, cum ea propter tempora morborum, & varietatem materiæ præſcribi nequeat, & errata in ea plurimum detrimenti adferant. Medici igitur præſentis & prudentis conſiderationi relinquenda ſunt, & minus potius quam nimium faciendum.

Lotio pedū podagricis noxia.
Corroboratio pedum.

Caligæ lineæ in vino cum ſale lotæ.

De Podagra nodoſa, pro Barone quodam Polonico,

D. Ioh. Cratonis
Consilium CCXVI.

Esset mihi initio non tam de temperatura Magnifici & Generoſi domini Palatini : quam de morbi cauſa, & natura aliquid commemorandum, & ponenda quaſi hoc modo fundamenta certa præſeruationis & curationis morbi articularis, quo magnificus dominus affligitur. Sed cum temporis anguſtia hoc non ferat, & ægritudini, bonis potius remediis, quam Autorum ſententiis varie conquiſitis ſis occurrendum : ſuperſedebo longiori diſputatione, & quæ rectam & tutam medicationem ſpectare videntur, exponam. Nam etſi morbus Magnifici domini, qui genu, cubitum, manus, ac pedes & vniuerſum corpus afflixit ſit inueteratus, & iam durities ac nodi fieri cœperint, vnde ſcriptum eſt à Poeta:

Tollere nodoſam neſcit Medicina podagram:

Præceſſerint etiam medicationes pernicioſæ, virtus cordis, hæpatis, & ventriculi ſit debilitata & ob hæc omnia, & his plura valetudo pene deſperata : tamen non dubito, quin arte & ingenio boni Medici, ita in meliorem ſtatum poſſit reduci vt nec ſępe morbus, nec multum affligat. Abſoluta vero ſanitas, & valetudo plane firma potius à Deo, quam à Medicis eſt ſperanda & petenda. Proinde Magnificum & Generoſum dominum adhortor principio, ne vlli Medico credat grauioribus medicamentis morbum ſe depulſurum affirmanti, fugiat vnctiones mercuriales, & thermas, & in iis aut ſimilibus remediis, quæ bona fide, ſumma diligentia proponam, & præcipue in diuina benignitate ſpem ſuā collocet. Quod ad morbum attinet non recenſebo ambages de natura, cauſis, & reliquis, quæ à medicis prolixe diſputantur. Nam in omnibus ferme articulis debilitatem eſſe conſtat, cum diuturna fluxione materię crudæ & billoſæ ad iuncturas, in quibus inflammatio & tenſio per certa interualla fieri ſolet. Poſito autem iſto conſtat in curatione morborum, quæ à fluxione dependent, quatuor eſſe conſideranda: primo, membrum mandans, id eſt, à quo fluunt humores: ſecundo, recipiens, hoc eſt, ad quod fluunt : tertio vias, id eſt, per quas fertur materia, & quarto, materiam ipſam. Mandantia, recipientia, & viæ, roborationē & alterationem debitam requirunt. Materia ablationem. Præclare autem Auic. inquit : *Si materia fuerit ſublata, neque membrum mandans mandabit, neq; recipiens recipiet.* Quare cum in præſeruatione, tum in curatione primo

Prognoſtica.

Vnctiones Mercuriales & Therma.

In cura morborum à fluxione dependentium, quatuor conſideranda.

Materiæ conſideratio omnium prima.

primo ad materiam eſt reſpiciendum, & ca-uendū, ne ea in corpore generetur, & ſi quæ eſt genita, vt illa quamprimum auferatur, deinde vt membra alterentur & roborētur.

Victus ratio.

Materiæ autem generationē in corpore caueamus bona victus ratione, & recta adminiſtratione earum rerum, quas Medici *non naturales* vocant. Primum igitur aer nebuloſus, pluuioſus, & ventoſus vitandus, præſertim nocturnus. Dormiat igitur ſua Magnificentia clauſis feneſtris in cubiculo, vbi aer ſit exiccatus, & temperatus in calore & frigore. Talia ſunt ea loca, quę ſua Magnificentia inhabitat. Caput, à quo magna pars ægritudinis dependet, ſit perpetuo mundum & munitum, non tamen nimium à pellib. calefiat.

Exercitium manibus & pedibus debilitatis non conuenit.

Exercitium admodum contra cruditatem prodeſſet: ſed quia & manus & pedes à doloribus ſunt debilitati, nō poſſum exercitium conſulere. Nam membra debilia firmanda ſunt. Somnus ſit nocturnus 8. vel 9. horarum, primo ſuper latere dextro, deinde ſuper ſiniſtro, poſtremo rurſum ſuper dextro. Si autem S. M. aliter cubare conſueuerit, non mutet conſuetudinem. Cum S. M. cœnat, non niſi 4. horis à cœna cubitum eat.

Capitis lotio.

Lotiones & balnea omnino vitet. Caput autē ſingulis ſeptimanis ſemel abluat, & in lixiuio, quod ex cinere ſarmentorum virium ſit factum, decoquantur roſæ, betonica, ſtœchas Arabica, & agaricus albus. Paretur autem ſapo in hunc modum:

Sapo.

℞. Saponis veneti ℔. ß.
Santal. citrin. ʒ v.
Rad. ireos ʒ ij.
Caryophyll.
Lig. aloes an. ʒ j.
Macis ℈ j.

Moſchi parum, ſiquidem gratus S. M.

Quod ad victus rationem, cibus ſit moderatus, ſimplex, boni ſucci, minime excrementoſus & flatuoſus, & nunquam ad ſatietatem ingeſtus.

Ciborum varietas.

Ideoque S. M. ſit contenta vno ferculo, & non varios & diuerſos cibos miſceat. Nihil enim pernicioſius in hoc morbo, quā ciborum varietas & diuerſitas, cum ea non minus quam multitudo & ſatietas cruditatem inferat, quæ mater huius mali eſt. Vtatur autem carnib. optimis & laudatis, quales præſcribunt Medici; vitulina, hœdina, gallinis, caponibus, perdicibus, phaſianis, colūbis, auibus nemoralibus. Extremitates auiū & gallinarū Medici in hoc caſu improbant. Item aues quæcumq; in locis paluſtrib. degunt. Abſtineat à ſuilla, leporina, fungis, caulibus, leguminibus. Aſſæ carnes, quam elixæ conuenientiores ſunt, piſcibus raro vtatur, & non niſi c[...]mis & elixis. Abſtineat à coctis cum bu[...]o aut oleo, vel frixis. Non comedat piſcium capita.

Oua ſine butyro.

Ouis ſine butyro vtatur, & nullo modo cum butyro conficiat. Vſum fructuum, & pręſertim pomorum plane S. M. vitet. Nec caſei aut lactis vſum probo. Deniq; vt dixi, ſi fieri poteſt in prandio ferculo vno, aut altero ad ſummum eiuſdē generis vtatur. Fugiat acetoſa & euaporantia, vt allium, cæpas, ſinapi, tamquā certam perniciem.

Hydromel Lithuanicum.

Potus ſit cereuiſia pura & defecata, aut hydromel Lithuanicum, quod fortaſſe minus moleſtum eſſet, ſi vnum aut alterum folium ſaluiæ imponeretur, aut etiam cum illo decoqueretur. Vino prorſus abſtinendū cenſeo: ſed ventriculi cauſa concedendum puto, vel panem ex optimo tritico confectū bene fermentatum intingat in maluati cum, non admodum potens, & ſic in modū paſtæ aſſumat. Hæc de victus ratione ſatis, præſertim cum de ea alii quoq; Medici monuerint. Quod ad medicamenta attinet, vellem ſi votis res ageretur, M. S nullis prorſus medicamentis, & præſertim purgantib. vti: ſed cum naturali calore debilitato, & ratione aeris etiam in laudatiſſima victus ratione conſentaneum ſit in hoc corpore partim crudos, partim aduſtos & bilioſos humores coaceruari, qui non aliter, quam medicamentis educi poſſunt, neceſſe eſt vt ſingulis menſibus bis expurgetur. Ad hunc vſum præſcripſi has pillulas, de quibus S. M. aſſumat ʒ j. tribus horis ante prandium:

Pillulæ.

℞. Myrobal. cittin. ʒ iij.
Agaric. albiſſ.
Rhabarb. el.
Aloes opt. an. ʒ ij.
Maſtich. ʒ j.

Aſpergantur decocto iuæ artheticæ & caryophyll. & cum ſyr. de cort. citri reformentur pro qualibet drachma pillulæ vij. Sumat tribus horis ante prandium, & ſuperbibat aquæ betonicę cum ſyr. de betonica cyathum. Quod ſi S. M. abhorret vſum pillularum, conſulo vt ſingulis menſibus bis hac hyeme, aut ſaltem ſemel vtatur hoc infuſo ſenæ, quod:

Infuſum ſenæ.

℞. Paſſular. enucleati ℥ j.
Galangæ.
Sem. aniſi an. ʒ j.

Decoq. in ſ. q. aquæ puræ, & in decocto macerentur per integram noctem:

Fol. ſenæ Alexandr. elect. ℥ ß.

Exprimantur fortiter, & ℞. huius expreſſionis ℥ iiij.

Syr. de corticibus citri ʒ v. Miſc. f. potus. Sumat V. M. in aurora. Hoc infuſum veſtræ Magnificentiæ admodum vtile fururū confido.

Sena dotes.

Nam ſena piruitoſos & aduſtos humores educit, & etiamſi aliquibus propter flatus eſt moleſta: tamen quicquid ſentiant a-

lii Medici ventriculo innoxia. Hepar hoc modo & alia membra roborat, quia adſtrictionem quandam habet, proinde huius infuſi vſum hac hyeme magis, quã pillularum probarem, præſertim cum audiam moleſtas fuiſſe alias pillulas, ſatis modeſte & prudenter à Medico præſcriptas. Cauendum præſernm in præſeruatione iudico ab aliis medicamentis, quæ à longinquo, vel ad articulos humores trahunt, & eos valide commouent. Quia ſæpe incautior eorum vſus paroxyſmum adducit. Cæterũ quemadmodum Hippocrates & Galenus monent, annuas purgationes non poſſum non laudare, & etſi præſenti Medico corpus, prout tunc ſeſe habuerit, inſpicienti committendas puto: tamen & paucis ſententiam meam exponam. Nam in vulgaribus confectionib. pharmacopolarum parum ſpei pono. Ineunte igitur vere vellem ſuam Magnificentiam per aliquot dies bibere ſyrupos hos:

Vehementer purgantia vitanda.

℞. Aq. betonicæ ℥ iiij.
Syr. de betonica ℥ j. Miſc.

Deinde præparato corpore vtatur ſua Magnificentia hoc decocto:

Decoctum longum.

℞. Herbar. betonic.
Iuæ artheticæ.
Capillor. Veneris an. m. j.
Stœchad. Arabic.
Saluiæ an. p j.
Myrobalan. citrin. ʒ vj.
Paſſular. enucleat. ʒ x.
Polypodii quercin.
Liquiritiæ an. ℥ j.
Agaric. albiſſ. ℥ ß.
Cortic. ellebor. nigr. ʒ j. ß.
Sem. citri.
Caryophyll.
Galangæ.
Sem. aniſ. an. ʒ j.
Epithymi Cretic.
Fol. ſenæ el. an ℥ j. ß.
Rhabarb el ʒ j.
Spicæ ʒ ß.

Decoq. l. a. in ſ. q. aquæ iuæ artheticæ & fumariæ, id eſt, propemodum in libris tribus, ad conſumptionem medietatis, & myrobalani, ſena, rbabarbarum, epithymum macerentur integrum diem naturalem ſecundum artem, & fortiter exprimantur, ac depuretur expreſſio, & ſeruetur vitui in loco frigido. De qua dentur ℥ iiij. cui adde ſyrupi roſati ſolutiui, de corticibus citri an. ℥ ß. Miſce, & ſic pro vno, & reliquis duobus. Bibat autem hoc decoctum ter aut quater alternis diebus cum cuſtodia diligenti. Quod ſi non fortiter educeret, ſingulis dieb. bibere poſſet. Obſeruentur autem infauſtæ conſtellationes, & ne in lunæ coniunctione aut oppoſitione aſſumat.

Cautela Aſtrologica.

Quia vero concitati homores à medicamento purgante ſæpe impetu quodam ad membra feruntur affecta, idcirco conſulo cum talibus purgationibus, vel etiam præſcriptis pillulis ſua Magnificentia vtetur, vt fiat decoctum hoc:

Articulos roborantia. 1. Fomentum.

℞. Abſinthii.
Chamæmel. an. m j.
Roſar. rubear. m. j. ß.
Salis ℥ ij.

Bulliant in aqua ferrata ad conſumptionem medietatis, in iſto decocto madefiat pannus linteus, & applicetur locis affectis in manibus & pedibus die purgationis, & altero etiam poſt purgationem. Et cum deponitur, inungatur locus affectus hoc vnguento leuiter:

℞. Ol. roſat. omphac. lb. ß.

2. Vnguentum corroborans articulos.

In quo coquantur lumbrici terreſtres numero quindecim, loti in vino, & coletur, colaturæ adde: ſalis ℥ j. & terrantur ſimul in mortario. Hac inunctione aliquot diebus ſua Magnificentia vtatur poſt purgationes. Etſi autem ab infuſo ſenæ nihil eſt periculi: tamen vtile eſt iſto quoque vnguento poſt infuſum ſenæ, inungere loca affecta. Miſſionem ſanguinis licet Galenus in hoc morbo mirifice commendat, in libro de ſectione venæ: tamen ego de hac deliberandum eſſe ſentio amplius, & prudenti Medico, & præſenti phlebothomiam committo, neqne hic leges præſcribo. Vomitus quantum ſcriptis omnium Medicorum commendetur in hoc morbo ſciunt eruditi, & habet profecto magnam vtilitatem, non ſolum ratione euacuationis crudorum humorum: verumetiam diuerſionis. Proinde ſi magnificus Dominus in menſe ſemel ſaltem poſſit vomere, vtile hoc ſanitati futurum eſſet. Rationes ciendi vomitus, multæ ſunt, ſed non omnes tutæ. Quo pacto vero ventriculus ſit roborãdus deinceps dicemus. Si magnificus Dominus hæmorrhoidum beneficium poſſit conſequi, vel natura, vel arte magnam in ſpẽ ſalutis oſtenderet. Sed de hoc, & de cauteriis dicam in conſilio, quod poſt vernũ tempus ſum daturus. Nunc de medicamentis alterantibus & roborantibus totum corpus, & eius partes meam ſententiã explicabo. Primo pro roborando vniuerſo corpore, membris tam mandantibus, quam recipientibus, vtatur Magnificus Dominus ſingulis diebus mane tribus vel quatuor horis prius quam lecto ſurgat hoc electuario:

Vomitus.

Roborantia totum.

℞. Conſer. Roſar.
Borragin. an. ℥ j.
Anthos.
Saluiæ.
Citri condit. an. ℥ ß.

Emplaſtr.

Theriac.

Theriac.præſtantiſſ.
Mithridat.opt.an.ʒj.
Sem.citri.
Corall.præparat.
Margarit.præp.an.℈ij.
Fol.lauri nu.v.

Miſc. & cum ſyrupo de corticibus citri q. ſ. f. electuarium. Aſſumat autem ad magnitudinem caſtaneæ, vel nucis iuglandis paruæ, & ſi ſuperuenerit ſudor, ſeſe in lecto contineat, & ſudet. Non tamen conſulo, vt ſingulis diebus ſudet. Neque, vt arbitror, multum ſudabit, cum natura non ſit aſſueta hoc modo muſculoſas partes expurgare. *Thus in catarrhus vtile.* Hora decubitus alternis diebus deglutiat Magnificus Dominus granum vnum thuris albiſſimi, aut hoc cum ſaccharo roſaceo commiſceat. Mirifice enim prodeſt ventriculo & cerebro, ac influxionibus & catarrhis remedium eſt admodum laudabile. Ad roborandum etiam cerebrum & ventriculum, flatus diſcutiendos, & tardam coctionem, item oppilationes hepatis corrigendas, vtatur tribus horis poſt prandium, vel hora vna ante, rotula vna de oleo aniſi confecta. *Rotula cum oleo aniſi.* Et ſingulis diebus poſt aſſumptum cibum capiat cochleare plenum ſequentis pulueris: *Puluis pepticus.*

℞.Coriandri præparat.℥j.ß.
Panis albi toſti ℥j.
Corallor.rubeor.præparat.
Margarit.præparat.an.℈ij.
Sacchar.albiſſ.℔.ß.Miſc.

Hic prohibebit fumos, quibus repletur caput, & cibi in ſtomacho corruptionem, & coctionem iuuabit. Vt autem calor naturalis adiuuetur, & hoc quoq; modo cruditati, & tardę coctioni reſiſtamus, inungatur ventriculus hac hyeme ſingulis dieb. cum ſua Magnificentia è lecto ſurgit hoc vnguento:

Vng. ſtomachale.

℞.Medullæ crurum vituli ℥j.
Pul.maſtich.ʒj.ß.
Caryophyll.
Macis.
Lig.aloes an.℈ij.
Corallor.præparat.℈j.
Ol.caryophyllor.℈ß.

Specieb. diligentiſſime pulueriſatis miſc. Quod ad capitis roborationē particulatim attinet, propoſui antea lotiones cum leui exterſione. Conſulo autem vt, cum lotionibus vtitur, accipiat olei amygdalarum dulcium guttas decem, & his admiſceat guttā olei caryophyllorum, ac caput inungat. *Inunctio.* Quia valde cerebrum corroborat. Nocte autem hunc puluerem ſuturæ coronali ſuperinſpergat: *Puluis ſuturæ coronali inſpergendus.*

℞.Roſar.rubear.
Myrtillor.
Cora[illegible]or.præpar.an.ʒj.
Maſt.ch.℈ß.

Miſce, fiat puluis.

Hoc remedio mirifice iuuantur, quibus fluxiones ad partes inferiores decumbunt, & caput debile eſt. Condito etiam macis ſua Magnificentia pro roborando ventriculo & capite vti poterit. *Conditum macis.* Hæc de alteratione & roboratione membrorum principalium ſatis, quæ ſi Magnificus Dominus adhibuerit diligenter, plus verę vtilitatis ex victus ratione vera, & ex medicamentis præſcriptis, quam ex vnctionibus, aut vllis aliis medicaminibus percipiet. Terebinthinæ & iuæ artheticæ vſus, ratione morbi conueniens eſſet: ſed propter ventriculum & caput reformido. Magnopere autem laudo Myrobalanorum conditorum vſum. *Myrobalani conditi.* Nunc de tumorum, aut dolorum remediis pauca addam. *Tumorum & dolorum remedia.* Nam vtinam non nimis multa remedia Dominum in præſentem calamitatem deduxiſſent. Si haberemus oleum ex oſſibus humanis, & oleum ceræ, antreferrem hoc omnibus aliis medicamentis: *Ol. ex oſſib. humanis.* ſed cum nunc non ſit in promptu, nec ſtatim poſſit confici, alia remedia eligenda ſunt. Conſulo autem vt in iſto itinere tumori, qui eſt in genu, hoc medicamentum quinq; diebus adhibeat. *Tumor in genu.* Accipiat vitellos ouorum ſex coctos ad iuſtam duritiem, & addat croci ʒj. & commiſceat, & tumori ſuperimponat mane, & retineat quatuor vel quinq; horis. Cum ſua Magnificentia venerit Cracouiam, vtatur deinceps ad œdemata & tumores, tam in manibus, quam in pedibus hoc vnguento: *Vng. ad tumores manuū & pedum.*

℞.Pinguedinis Tauri ℥ij.
Salis vſti ℥j.
Ol.oliuat.ʒvj.
Miſce, probe in mortario.

Hoc inungatur per plures dies, donec ſua Magnificentia domum peruenerit, vbi ad remouendos tophos in iuncturis hoc vnguento vtetur: *Vng. pro tophis in iuncturis.*

℞.Mucilagin.altheæ.
Sem.lini.
Ol.chamæmel.
Pinguedin.anſeris.
Ol.vulpin. in quo vulpecula viua ſit cocta.
Ol.lumbricorum terreſtr.an.℥ß.
Salis triti ʒij.
Croci ℈j.

Miſc.f.vnguentum molle, quo iuncturæ inungantur, & ſemper inſpergatur puluis lumbricorum terreſtrium lotorum in vino & combuſtorum. Hęc ſatis de localibus. Nam plura ſcribemus in conſilio, quod, Deo iuuante, deinceps Magnifico & Generoſo Domino Palatino ſum daturus. Vnum addam à veteribus Medicis excogitatum medicamentum, quo arthriticos ſanari poſſe

affirmant, ſi per integrum annum eius vſus continuetur, velut menſe Ianuario aſſumatur ad ℈ ij. per quinq; dies. In Februario totidem & tantundem. In Martio per duos dies eandem quantitatem aſſumat. In Maio tribus diebus. In Iunio vno ſolo die. In Iulio duobus. In Auguſto vno. Septembri duobus Octobri duobus. Decembri duobus. Ita tamen vt præſcriptam rationem victus ſernet. Sumat autem in diluculo in aqua iuæ, artheticæ, vel betonicæ, cum ſyrupo de iua arthetica, vel betonica. Deſcriptio pulueris hæc eſt:

Puluis podagricus.

℞. Ariſtoloch. ℥ j.
Centaurii ʒ iij.
Gentianæ ʒ vj.
Mei ʒ v.
Hyperic. ʒ vj.
Petroſel. Macedon. ℥ ß.
Agaric. albiſſ. ʒ ij.
Rhapontic. veri, vel rhabarbar. el. ſi Rhaponticum non habetur. ʒ j.

Ex his omnibus fiat puluis cum ſumma diligentia. Hoc remedium, vt dixi, eſt veterum Medicorum, & à multis, vbi alia remedia nõ contulerunt, expertum. Quod ego, qui veterum inuenta amo & veneror, non improbo, atque eius vſum veſtræ Magnificentiæ commendo: ſed ita vt aliorum quoque Medicorum eruditorum, & recte ac candide indicantium ſententias audiat, quorum iudicio, & hoc meum conſilium ſubiicio. DEVM autem fontem vitæ, & ſanitatis oro, vt Magnificum virum clementer reſpiciat, & huic meæ curationi benignitate ſua ſucceſſum fœlicem reddat.

De præſeruatione à pegagra, pro quodam Illuſtri Domino,

CONSILIVM CCXVII.

Dolor pungitiuus cum calore, rubore venarum tumore simile.

ELAPSIS proximis hiſce diebus Illuſtris Dominus in pedum dolorem pungitiuum, non quidem illum quantum intellexi vehementem & diuturnum, ſed tamen cum calore, rubore, & venarum manifeſto tumore incidit. Et inter ambulandum, præſertim in loco inęquali, in figendis pedibus incommodum & dolorem ſentit. Hiſce occaſionibus Illuſtris Dominus non immerito victus, podagram cœpit timere. Et in hanc ſuſpicionem eo facilius venit, quod Illuſtris Domina Mater, piæ memoriæ, olim ſimili morbo obnoxia fuerit. Quare non de nihilo cœpit & hunc morbum timere, & qua ratione ab eo præſeruari poſſit, mihi in mandatis, vt adnotarem, dare: quod libenter pro mea erga Illuſtrem Dominum obſeruantia feci. Quamobrem quæ ad hanc rem facere, & Illuſtri Domino neceſſaria eſſe exiſtimani: paucis adnotaui. Cum igitur Illuſtris Dominus ætatem iuuenilem, in conſtitutione totius corporis, optima ſane illa & vere ſanguinea præſeruari cupiat, omnino Illuſtri Domino video neceſſarium fore, vel hoc ipſo medio Aprilis, vel proximi menſis principio, ſi tum fortaſſe per occupationes ciuiles & regias, magis commodum erit, ex vena interna dextri brachii, quam Epaticam vocamus ad quantitatem v. vel vj. ℥ prima vice, ac vno interpoſito die tantundem mittere. Hoc bolo tamen Caſſiæ pridie sub horam cœnæ præ aſſumpto:

Podagra metus.

Præſeruatio à podagra.

Vena ſectio iterata.

Bolus.

℞. Flor. Caſſiæ recent. tract. ℥ j. ß.
Cinamom. Elect. ʒ ß.
Miſce, fiet bolus.

Hæc caſſia ſi quid impuri ſucci in ipſo ventriculo, & inteſtinis, ac primis venis & capacibus illis ductibus erit, educet: ac ne etiam in locum emiſſi ſanguinis, quod non raro ſolet fieri, crudus humor in ipſa miſſione ſanguinis, aut paulo poſt ſuccedat, præcauet. Per octo aut ſeptem dies ante venæ ſectionem minus ſolito edat, cibum optimi ſucci, & facilis concoctionis ſumat. Quod ſi obſeruauerit, optimam concoctionem ſibi procurabit, omnem cruditatem fugiet, & in omni reliquo vitę decurſu Illuſtris Dominus ſibi ipſi apprime conſulet. Ac in his duobus magis ex parte tota ſanitatis tuendæ ratio conſiſtit. A caſſia deuorata, & vena ſecta Illuſtris Dominus quinque aut ſex diebus aſſumat hunc ſyrupum, qui:

Syrupus præparans.

℞. Syrup. roſat. ſolut.
de ſucco Endiu.
de Lupulis.
de Granatis an. ℥ ß.
Aq Endiu.
Acetos.
Lupulor. an. ℥ j.

Miſce, fiat hauſtus pro vna vice, & ſic pro quinque ſequentibus.

Sumptis ſyrupis die ſequenti à primo ſomno Illuſtris Dominus deglutiat has pillulas, quæ:

Pillulæ.

℞. Pillul. de hermodactyll. minor.
Aggregatiu. an. ʒ ß.

Miſc. & cum aq. betonic. f. pillulæ nu. xv. & deaurentur.

A pillulis ſumptis octo horis, vel amplius, ante prandium per horam cyathum vnum iuris pulli inſipidi cum cochleari ſacchari hauriat. Coquatur pullus cum hordeo, & de eo iure bibat, poſt vnam horam prandeat, & edat minus ſolito, & cibum facilis

Ius pulli cum ſacchato & hordeo à purgatione.

cilis concoctionis. Die ſequenti ad corroborandum ventriculum in aurora, vel etiam per horam vnam atque alteram ante prandium deuorabit ſequenrem bolum.

Electuarii.

℞. Sacchar. Roſat. ℥j.
Specier. aromat. roſat.
Diarrhod. abbat. an. ℥. v.
Miſce, fiat bolus.

Quod ſi Illuſtris Dominus à pillulis abhorruerit, & libentius potionem ſumere voluerit, ſeq. φάρμακον idem facit:

Infuſum Rhabarbari.

℞. Rhabarb. Elect. ʒj.
Agaric. præparat. ℈ij.
Spicæ ℥. v.

Infundantur omnia per ſedecim horas in decocto florum cordialium, plantaginis, acetoſæ, & myrobalanorum omnium, cum modico odoriferi vini. Vt nullus contingat error Apothecarius, ſumatur ex floribus, cordialibus herbar. acetoſar plātag. & omnibus myrobalanis an. parum & decoq. ſ. a. in ſ. q. aq. ad tertiæ partis conſumptionem: De hac decoctione colata ſumat q. ſ. ad infundenda præſcripta medicamenta. Mane vero facta forti expreſſione, & colatura, adde Diacatbol. ʒ v.

Diaphænic.
Electuar. de ſucco roſarum an. ʒj.
Rhabarb. pulueriſat. ℈ß.
Syrupi roſat. ſolut. ℥j.

Miſce, & diſſolue in ſupra dicta decoctione q. ſ. & fiat potus, bibat calide in aurora. Leuatiuum, & prandium ſumat, vt ſupra. Et hæc de venæ ſectione, & verna purgatione ſufficiant. Quod ſi Illuſtrem Dominum in Autumno ſimilis dolor, & ſymptoma inuaſerint, aut certis indiciis & coniectura, ea futura formidauerit, poterit tunc temporis venæ ſectionem iterare, ac ſanguinem mittere ſemel tantum ad ℥ v. vel vj. ſumpta primo Caſſia, vt ſupra, & ſequentibus diebus ſyrupos, & purgationem eodem modo, quo ſupra ſumet. Reliquis vero temporibus æſtate & hyeme Illuſtris Dominus ſequenti ratione ſanitatem tuebitur, ſi ex infra ſcripto pharmaco, ſiue Electuario ſemel in menſe, aut bis ſumpſerit ad ℥ß. aut paulo plus, idque per vnam horam ante prandium, ſine cibum, cuius deſcriptio eſt.

Præſeruatio & curatio autumnalis.

Electuarii tempore æſtatis & hyemis à podagra præſeruans.

℞. Rad. Iridis.
Stœchad.
Liquirit.
Epithymi.
Iuæ arthetic.
Paſſulat. an. ʒ ij.
Folior. ſenæ oriental. recent.
Ag[illegible]ici correcti.
C[illegible]momi an. ℥ß.

Aq. fontis q. ſ. ad prædicta excipienda & decoquenda, quorum decoctorum ſumatur quantitas conueniens, in quam infundantur die vna:

Rhabar. Elect. ʒj. ß.
Spicæ ʒj.
His colo expreſſis add.
Carui.
Caſſiæ fiſtulæ.
Mannæ Elect.
Sacchari optimi an. ℥j.

Coq. denuo ſumma diligentia ad decentem conſiſtentiam. De hoc Electuario ſumat Illuſtris Dominus, vt ſupra, plus vel minus, pro vt eius ſucceſſum in humoribus educendis expertus fuerit. Eſt enim medicina ſecuritatis, & nobiliſſima contra vertiginem neruorum tremorem, imbecillitatem viſus, anhelitus difficultatem & anguſtiam, pectoris dolorem, renum & veſicæ vitium, craſſum gignens lotium, & craſſius ſedimentum, corporis totius plenitudinem non eam modo, quæ ad vaſa ſed etiam ad virtutem dicitur. Subtrahit omnem vitiatum ſuccum & humorem corruptum citra offenſam, bilem quidem vtramque, pituitam, ſeroſamque humiditatem educit, flatus diſcutit, nec ventrem ſicciorem reddit, quo beneficio pleræque Medicinæ aliæ carenr, neruos roborat, vertigini opitulatur, pectus lenit, iecur atque lienem ab obſtructionibus liberat, & vt ſummatim dicam, eius vſus eſt tutiſſimus, & à multis incommodis & morborum generibus præſeruat. Quare eius vtilitates, facultates, & laudes, neutiquam aſcribere piguit, ac eſt per me multoties hæc benedicta Medicina experta. Quare Illuſtris Dominus eam magnifaciat.

Electuarii vſus.

Porro hyeme harum pillularum vſus erit & conuenientiſſimus & vtiliſſimus, quod paulatim materias & humores ad pedes defluentes educendo per ſeceſſum diuertunt, quarum hæc eſt compoſitio.

Pillulæ.

℞. Aloës optimæ.
Rhabarb. Elect. an. ʒ ij.
Agarici elect. an. ʒ ij.
Caryophyllor.
Nucis Moſchatæ.
Santalor. citrinor.
Roſat. rubear. an. ℈j.
Myrobal. chebulor.
Indor. an. ʒß.

Pulueriſentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea aſpergantur ſucco iuæ, & permittantur exiccati, & ita iterum aſpergantur, donec fuerint ſepties exiccati, poſtea cum ſyrupo de betonica q. ſ. fiat maſſa pillularum, ex ʒj fiant pillolæ, num. iij. aut v.

deaurentur. Sumat per menſem ſemel aut bis in ingreſſu lecti. Ad pedes autem ipſos vtatur Illuſtris Dominus hoc linimento, remedio profecto vt vetuſtiſſimo, ſic & optimo & decantatiſſimo, quamuis familiari & domeſtico.

Linimentū vetuſtiſſimum & decantatum.

Mihi magis arridet ſal D. Eraſti è ligno Iuniperino.

Lotio pedū.

℞. Salis communis in tenuiſſ. pollinem redacti q.ſ. ol. roſac. q.v.

Et reducantur ad formam linimenti, hoc pedibus affricetur, vt coram docui. Si quando voluerit pedes lauare, vtatur hac lotione:

℞. Flor. chamomil.
Roſar. rubear.
Iuæ artheti.
Betonicæ.
Fol. Salicis.
Nucum cupreſſ. an. m.j.
Salis vulgaris m.ß.

Decoq. in ſ. q. aq. & aliquoties inter decoquendum chalybs ignitus in hac decoctione extinguatur. Poteſt etiam affundi menſura vna vini boni rubri, vel albi. Hac lotione vtatur ante cœnam, vel ingreſſum lecti, vel, quod omnium optimum eſt, mane exoneratis primum aluo, & veſica. Et hæc ſufficiant, quãtum ad præſeruationem cum medicamentis attinet.

Victus ratio.

Quod vero ad victus rationem pertinet, quandoquidem eam, quæ ſit ſalubris Illuſtri Domino coram explicaui, paucis hic perſtringam.

Præſtabit aqua cocta cum cinamomo, cuiuſmodi iam multis honoratis, & Principibus viris in quotidiano vſu eſt, loco potus in prandio & cœna, quam vino vti. Vel ſi hanc non poſſit, vtatur vino rubello, vermiglio Italice dicto, pellucido & tenui, vel albo & tenui. A generoſo abſtineat. Adhæc in vindemia Illuſtris Dominus parabit ad ſuum vſum, infraſcriptum vinum. Accipiat tres metretas aquæ, in qua coquantur ciſtelli quatuor ſaluiæ, & totidem betonicæ decoquantur, donec vna pars aquæ conſumatur; facta forti expreſſione & colatura, adde octo metretas albi vini boni & maturi, bullire permitte; & repone ad vſum, idq; poſtea bibe, vbi defecatum fuerit. Caueat Illuſtris Dominus omnem cruditatem, frigus capitis, & pedum, Venerem immodicam: comeſſationes, ſtationes aulicas diutius extractas, celeriorem progreſſum, crebrum equitatum, animi omnes immoderatos affectus, ac hanc auream ſententiam ſemper præ oculis habeat: NE QVID NIMIS, vigilia, ſomnus, Venus, exercitia, cibus, potio, quies, omnia moderata ſunto. Piſces, fructus, legumina, caſeum fugiat. Optimum quemq; cibum, pullos, capos, gallinas, carnes vitulinas, hœdi lactãtis, perdicum, phaſianorum, auicularum in montibus degentium; oua recentia, & ſorbilia, fercula ex auena, hordeo, amygdalis, & paſſulis, prunis, &c. edet, ac reliqua, quæ à me coram intellexit.

Vinum artificiale medicatum.

Hæc ſunt, quæ Epiſtolari forma & ſtylo pro meo more, citra ſuperſtitionem omnem, ac verborum fucum, quod morbi (vt vulgo dici ſolet) herbis & non verbis curantur, Illuſtri Domino libenter & diligenter pro mea erga illum obſeruantia adnotaui, quibus ſi, vt ſpero, imo neutiquam dubito, pro ſua ſingulari prudentia acquieſcet, procul dubio ſe & ſanitatem ſuam, non ſolum à podagra, ſed & omni alia graui ægritudine, facillime tuebitur, & quam diutiſſime, præſertim in hac ſua fœliciſſima corporis conſtitutione, & ætate hac florida, incolumis permanebit. Quod faxit DEVS optimus maximus, cuius gratia & clementia ſanitas præſens conſeruatur, amiſſa recuperatur, ſermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem. Poſtremo, non poſſum, non iterum atque iterum Illuſtrem Dominum pro mea erga illum obſeruantia & rogare & adhortari, vt memor ſit eorum, quæ coram dixi, de cruditate omni euitanda, & proba concoctione procuranda, & cibis boni ſucci, & facilis concoctionis ſumendis, conuenienti tempore & quantitate. Et in ſumma, diligenter in omni vita obſeruet, à quibus lædi ſe, iuuari ve ſentiat. Ita enim fiet, vt in pauciſſimis Medicorũ opera indigeat. Quod faxit Trinus & Vnus, cui laus & honor, Amen.

Herbis non verbis morbi curantur.

Regula in diæta obſeruanda.

In eodem caſu,

D. ANDREÆ GALLI

CONSILIVM CCXVIII.

ILLVSTRIS & Generoſe Comes, cum M. V. quadam pedum cum imbecillitate, tum dolore affici quandoque ſoleat, ſuſpicatur, ne quando podagra afficiatur. Quare me rogatum voluit, vt cum rectam victus rationem, tum & medicamenta, quibus à tam miſerabili morbo ſe tueri poſſit, deſcriberem. Cæterum omnibus in confeſſo eſt, quod quis ab aliquo morbo ſe tueri, nequit, niſi prius præcognouerit cauſam illius morbi, cum amota cauſa aboleatur effectus.

Cauſa autem podagrici morbi eſt, humorum crudorum repletio. Eorum enim cruditas oboriri ſolet, aut ex immoderato otio,

Cauſa morbi podagrici.

Cauſa cruditatum.

otio, deſidia, Venere, aut ex praua victus ratione, ſiue ex ciborum copia, ſiue ſint boni aut mali ſucci; aut non præconſideratis in primis eorum quantitate, qualitate, ordine, numero, horis, aut arte coquinaria: aut ex pluribus comeſſationibus, & in eis longa mora, & lautioribus, ingluuie, ebrietate: aut ex potentioribus vinis, eorumque in eadem menſa diuerſitate. Quibus omnibus crudis, incoctis, & vitiatis humoribus venæ inde opplentur. Inſuper concurrunt membrorum imbecillitas, morbus hæreditarius, & prauorum, ac crudorum humorum copia. De prauis humoribus ſcribit Galenus, in lib. de cibis boni & mali ſucci: *Quod autem ex vitioſis humoribus morbi gignantur, cruditas aſſidua in cauſa eſt, ſiue ex boni, aut mali ſucci oriatur cibis. Sed illud euidens palamq́; eſt, eam cruditatem longe aliis deteriorem eſſe, quam vitioſi ſucci cibaria effecerunt. Hæc autem duplici modo ſe habent, vel cum tenuem ſuccum reddit & acutos morbos, cum maleficis quoque febribus inuehit, ſuccorumque vſtio in vnam duntaxat particulam decumbente, eryſipelata, herpetes, aliaque affectiones calida oriuntur: aut craſſum efficit ſuccum, ideoq; articulorum, & renum vitia, arthritides, nephritides, podagras, & anhelationes progignit.* Scribit inſuper Galenus ſuper Aphoriſmum 30. ſexti libri: *Si quis podagra corruptus eſt, vna cum hoc, quod genuum & manuum articuli intumeſcunt, in quendam etiam articularis morbi modum repente incidit, ob plenitudinem ex multis cruditatibus aceruatam.*

Cruditas à vitioſis cibis.

Imbecillitas partiũ non eſt cauſa per ſe podagræ.

In ſecundo loco facit membrorum ſuſcipientium imbecillitas, vt admonet Galenus in 3. Method. cum aliquando vaſorum ipſorum vitium eſt, cum venæ, vel arteriæ imbecilliores ſunt, ſic vt aliorum vaſorum ſuperuacua recipiant. Adhæc refert Galenus ſuper Aphoriſmum 20. ſexti libri: *quod res tota ita ſe habeat, neceſſe eſt: pedes eſſe imbecilliores natura, ſi quis podagra affici debeat.* Imbecillitas autem partis non eſt ſufficiens ad generandam podagram, vt patet ex intermedio tempore acceſſionũ, in quo prorſus non infeſtantur, quamuis naturalis imbecillitas continua ſit, niſi influente aliquo ad pedes humore ſuperfluo: ſi nunquam igitur hic humor flueret, liquet, quod nunquam accederet paſſio: non flueret autem, ſi corpus ſemper vacaret ſuperfluitatibus, ſi mediocri vteretur exercitio, & homo cibum bene coqueret. Vnde deſidiæ, & crapulæ eis nocent: nocet etiam, vina potentia multum bibere, præcipue cum aliquis ieiunus ea potauerit. Hæc enim neruorum ſubſtantiam pr[illegible] priſſime offendunt, ſicut & coitus, teſte Galeno prædicto loco: Noſtris autem temporibus vſque adeo auctis numeroſis eduliis, vt nihil eis addi poſſe videatur, infinita eſt podagricorum multitudo, cum nonnulli ſint, qui ne exercentur quidem, ſed cruditatibus & ebrietatibus incumbunt, & ante cibum bibunt vina potentia, ac Venere vtuntur immoderate. Nonnulli vero, etſi in omnibus non peccant, tamen in vno ſaltem, aut altero delinquunt. Atqui peccatum magnum cum fuerit, in vno eorum, quæ diximus, ſat eſt deliquiſſe.

Vina potentia ante cibum nocent.

In tertio cauſarum loco occurrit morbus hæreditarius, quem Galenus prænotato Aphoriſmo deſcribit, dicens: *Quod plerique & patres, & auos habuerunt podagricos, in quibus ſemen erat vitiatum, atque ideo filiis vehementior eſt.* Et Auicenna dicit: *Quod ebrietates, comeſſationes lautiores, vina potentia, & diuerſa in vna menſa delitia, Venus immoderata, & maxime poſt cibum ſtatim cruditates efficiunt, à quibus podagra ortum habet.* Itaque neceſſum eſt, vt in tempore paruam prouidentiam deſideret. In Magnificentia veſtra iam paratæ ſunt aliæ concauſæ: Effectiua ſcilicet, Inſtrumentalis, & Patiens. Effectiua cauſa eſt temperamentum Magnificentiæ veſtrę, cum ſit calidum & humidum. Nam humiditatis ratione humores redduntur fluxibiles, caloris ratione colliqueſiunt, & magis fluidi efficiuntur. Inſtrumentalis autem cauſa in Magnificentia veſtra eſt meatuum naturalium mollities & relaxatio, quæ temperamentum Magnificẽtiæ veſtræ calidum & humidum ſequuntur, nec non vacuitas, iuncturarum raritas, ſitus, quæ omnia etiam ſequuntur temperamentum Magnificentiæ veſtræ. Patiens autem eſt, cum Magnificentia veſtra ad concipiendam podagram procliuis quodam pedum affectu corripiatur, qui affectus, ſi diu pedes teneat, imbecilliores eas reddit, quorum imbecillitate iuncturæ humoribus replentur, ex quibus deinde podagra ſuboritur. Ex his conſiderare poterit, quam paratum habeat corpus M. V. ad concipiendam podagram, quo fit, vt ſi ab ea ſoſpes fieri cupiat, caueat ſibi à præſcriptis cauſis. Quo ad rectam victus rationem, vt M. V. ea ſe præſeruare poſſit, hoc loco eam non duntaxat, ſed etiam medicamina, quibus ſe præſeruare queat, deſcribam. Intentio autem præſeruatiua à podagra hæc requirit. In primis diminuendi ſunt [illegible]mores, ne venæ illis oppleantur. Poſtmodum firmandæ ſunt iuncturæ, ne eos ſuſcipiant. Tandem præſcribenda eſt victus ratio, ne in venis coaceruentur cruditates. De prima intentione admonet Galenus in ſexto, de

Temperamentum.

Partium imbecillitas.

Præſeruatio.

tuenda ſanitate: *Si longo tempore vitioſum ſuccum augeri ſinas, grauis quiſpiam morbus te inuadet, ſane poſſunt eam curam impendere iis diebus, quibus publicum feſtum aliquod celebratur, quo nimirum liberi à ſeruili miniſterio ſunt. Verum multi ob intemperantiam adeo nihil agunt, vt quod vitioſum in corpore collectum eſt, ne dum corrigant, ſed ipſum magis accumulent, dum vitioſo victu in ipſis feſtis vtuntur. Quo fit, vt pleriſque diuturni morbi accidant, quibus tota vita explicare ſe nequeunt, cuius generis mala ſunt, podagra, & articularis morbus, & calculus.*

Hac vero noſtra tempeſtate ſæpe contingunt bacchanalia, frequentes ebrietates, longe comeſſationes, iſta nempe, per feſta Galeni intelligimus. Nunc autem cum conuiuamur, tota die menſam haudquaquam relinquimus, tota die ac nocte bibimus, alteri propinamus pocula, quo vſque ebrii exiſtamus. Non admirandum ergo erit, ſi innumeri ſint Podagrici. Quare cum hæc contingant ex tali culpata victus ratione, tunc operæpretium erit minuere tales humores ſingulo anno, veris tempore initiante. Scribit enim Hippocrates in Aphoriſmo 47. ſexti libri: *Quibuſcunque venæ ſectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vere purgari oportet, vel venam incidere.* Galenus in commento exponit: *Hos enim oportet, vt anticipemus, euacuare vere adueniente, vel per venæ ſectionem, ſi plenitudinis paſſionibus ſubiiciuntur, vel per purgationem, ſcilicet eorum, quæ ex corruptione proueniunt.* Ita plurimos ſanauimus amicos, qui longo tempore antea ſingulis annis morbis capiebantur. Atque podagram & morbum articularem, adhuc incipientem, & nondum nodos circa articulos facientem, ex tali vacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. Quam ſententiam approbat Galenus in libro de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, vbi ſcribit: *Equidem complures ipſe ſanaui, qui tribus aut quatuor annis per interualla pedum doloribus laboraſſent, exundante humore veris initio expurgato, aut ſanguine diminuto.*

Venæ purgationes.

Cæterum, neminem id latere puto, illos deinceps in omni victus ratione debere eſſe moderatos. Nam intemperantes, vinoſosque, ac Veneri, gulæque deditos, neque purgatione, neque ſanguinis diminutione magnopere adiuueris. Nam per vitæ intemperantiam, crudorum humorum copiam ocyſſime colligunt: Verum his, ne manum quidem admouere, tentandum eſt. Illis vero, qui præceptis ſalubribus obſequuntur, ſummopere profueris, ſi veris initio primum quidem eos euacuabis; deinde ad exercitia, victusq; rationem ſalubrem perduxeris. Itaq; initiante vere, id eſt, in medio menſe Martii Magnificentia veſtra in primis deuorabit has pillulas, per horas quinq; ante prandium:

℞. Pillul. de agarico Meſ. ʒj. *Pillula.*
Cum aqua betonic. fiant pillul. num. vij. deaurentur.

Poſt has pillulas ſeptem diebus ſequentibus, omni mane in crepuſculo diei, potabit vnum ex his ſyrupis:

℞. Syrupi roſ. de roſis ſiccis. *Syrupus.*
Oxymel. ſimpl.
Mellis roſat. col. an. ℥ß.
Aq. abſinthii.
Betonic.
Enulæ an. ℥j.

Miſce, & dentur ſepties, clarificentur & aromatiſentur cinamomo. Postquam potauerit hos ſyrupos, die ſequenti deuorabit has pillulas per horas quinq; ante prandium:

℞. Pillul. fœtidat. *Pillula.*
Cochiar. an. ʒß.
Cum aqua betonic. fiant pillul. num. vij. deaurentur.

Die ſequenti poſt pillulas per tres horas ante prandium comedat hoc Electuarium totum:

℞. Conſer borrag. ℈iiij. *Bolus.*
Mithridat. elect. ʒj.
Miſce, fiat bolus.

Diebus ſequentibus omni mane comedat vnam ex his rotulis per horam ante prandium:

℞. Specier. pliriſarcor. *Rotula.*
Diambræ.
Diamoſch. dulc. an. ʒß.
Sacchar. diſſol. in aq. betonic. fiat confectio in rotulis.

Item: Comedat cochlear vnum de ſeq. Electuario in fine menſæ.

℞. Gelatin. cytonior. cum ſaccharo, ℔j. *Electuarii cytoniati.*
Liquefiat in vino albo, poſtea add.
Corall. rubeor.
Sem. Coriand. præparat. an. ʒij.
Zinzib. pulueriſat. ʒj.
Piperis g x.
Cinamom. ʒj. ß.

Miſce, & optime incorporentur, & fiat mixtura puluerisatis puluerisandis. Diebus ſequẽtibus poſt eas vltimas pillulas per tres horas ante prandium trahat per nares de iſto caputpurgio calido medium cochlear pro vice:

℞. Succi acori. *Errhinum.*
Cyclaminis an. ʒß.
Clarificentur, poſtea add.:

Aq ma-

Aq.maioran.ʒ vj.
Sacchar.candi ʒ ij.
Miſce pro caputpurgio calide.

Item,poſtquam attraxerit per nares,easq; purgauerit, tunc per mediam horam maſticet de ſequenti maſticatorio,& aquam,quæ in os venier,expuet.

Apophlegmatiſmus.

℞.Pyrethri.
Coſti.
Staphyſagr.an.ʒ ij.
Foliot.lauri.
Origani.
Roriſmar.an.ʒ ß.
Rad ireos.℈j.
Maſtich.ʒ vj.
Gummi arabic.
Tragacanth.an.ʒ iiij.

Maſtix & Tragacanthum, & gummi arabicum mollificentur cum muccagine Sebeſten, & cum aliis rebus pulueres miſceantur, & fiant pillulæ ad magnitudinem auellanæ,exſiccentur ſub tegula calefacta. Item omni nocte cum vadit dormitum, aſpergat de iſto puluere ſuper commiſſuram coronalem, & mane cum pectine amoueat iſtum puluerem:

Puluis ad ſuturam coronalem.

℞.Stœchad.
Origani.
Calament.
Pulegii.
Ariſtoloch.rotund.
Aſari.
Maioran.
Sandarac.an ʒ iij.
Betonic.
Macis.
Flor. hyperici an.ʒ ij.

Pulueriſentur omnia per ſe, deinde permiſceantur, Item,in die ſemper odoret tales pilas manu geſtandas,quoniam aperiunt oppilationes profundas cerebri, & confortant ipſum, expurgant materias ab auribus, ab oculis, & à palato:

Noduli odoriferi.

℞.Herb.puleg.
Origani.
Calaminth.
Serpilli ʒj.
Granor.paradyſi ʒ ß.
Sem.rutæ.
Stœchad.
Maioran.an.ʒ.j.ß.
Macis ʒ ij.
Caryophyll.
Storac.calamit. an. ℈ j.
Ambræ ℈ j.
Moſchi g̃.v.
Lig. aloes ʒ ß.
Flor. [illegible]riſmar.
Sem [illegible]ſilicon. an ʒ ß.
Cubebar.
Sandarac.an.℈j.
Roſar.
Cortic.citri an.℈ ij.

Puluerisentur omnia per ſe, & ligentur in ſindone. Item, omni mane & ſero per duas horas ante cibum accipiat talem fumum per aurem:

Vapor auribus immittendus.

℞.Serpill.
Abrotan.
Stœchad. arab.
Maioran.
Pulegii.
Menthaſtri.
Origan.an. m.j.
Abſinth.m.ij.
Colocynthid.℥ ß.
Flor.Chamæmell.
Melilot.
Fol.Saluiæ.
Calamenth.
Aſari.
Betonic.an.m.ß.
Sem.anethi.
Origani an.℥ ß.

Herbæ indantur, & bulliant omnia ſimul in quinque ℔. aq. & aceti ad conſumptionem tertiæ partis; deinde per vas ſimile infundibulo deferatur fumus huius decocti in aurem, & cum amplius non effumabit, tunc iniiciatur in ipſo decocto lapis fluuialis ignitus. Talis enim ſuffitus efficaciſſimus eſt in aperiendo aurium obſtructiones,exſiccat & remouet tinnitum. Poſt talem ſuffitum ſtatim obſtruat aures cum ſequenti ſacculo:

Tinnitus aurium.

Sacculus auribus ſiccandis.

℞.Flor.origan ʒ iiij.
Pulpæ colocynth.ʒj.

Contundantur minutim, & ponantur in ſacculo qui calefiat ſuper aſſere nouo calefacto. Item, omni decimoquarto die deuorabit ſeptem ex his pillulis, in quibus eſt magna facultas mundificandi caput, & omnium ſenſuum inſtrumenta corroborandi.

Pillulæ in tinnitu aurium.

℞.Succi Eupator.
Liquirit.
Salis indi.an.℈j.
Zinzib.
Cinamom.
Caryophyllor.
Cubebar.
Roriſmarin.
Nucis moſchat.an.ʒ ß.
Lig.aloes veri ℈j.
Aloes Epatic.elect.℥ j.
Agaric.
Hermodactyl.an.ʒj.
Pulpæ colocynth.ʒ ß.

Pulueriſentur & infundantur in ℥ vj. aq. maioranæ, diligenter commiſcendo, & ita fiet quinquies exſiccando, fiatq; Magdaleon, & pro omni drachma fiant piſiulæ nu. viij.

Hæc ſunt, quæ conferre debent ad præſeruandum à podagra, ſed magis contra tinnitum & ſibulum aurium, quibus continuo afficitur M. V.

Cæterum ad inſtitutam orationem reuertor. Poſtquam ſe purgauerit in vere, M. V. anim aduertat, an mitiante vere venæ ſint ſanguine valde expleræ, tunc epotis tribus ſyrupis, minuat ſanguinem ex vena baſilica dextri cubiti, & extrahat ℥ v. ſanguinis, & hoc per horas duas ante prandium, & eodem die non dormiat.

Vena ſectio.

Cum ergo M. V. voluerit ſe præſeruare à podagra, admonitu Galeni non permittat, vt coaceruentur humores in corpore, vbi in ſexto de tuenda ſanitate ſic ſcribit: *Si longo tempore vitioſum ſuccum augeri ſinas, grauis quiſpiam morbus incidet, &c.* Et ſubdit: *Eorum aliis diuturni morbi incidunt, quibus tota vita explicare ſe nequeunt, cuius generis mala ſunt: Podagra, articularis morbus, & calculus.* Itaque cum M. V. perceperit corpus ſeu venas exuberantibus humoribus, aut prauis fœcis oppletas eſſe, tunc deglutiat ſeptem ex illis pilulis, ſuperius deſcriptis, ſumendis omni decima quarta die per horas quinque ante prandium. Poſtmodum omni die fricet pedes mane, cum vult ſurgere è lecto, ſero quoque in introitu lecti, cum oleo oliuæ & ſale communi optime commixtis & tritis ex ſententia Galeni in 11. de ſimplicium medicamentorum facultate, & Aetii lib. 12. cap. 11.

Vnguentum ad articulos roborandos.

℞. Ol. oliuæ, vel roſar. ℥ j.
Salis communis, vel quod melius eſt, ſalis ex lig. iuniperi ʒ j.
Fiat. vnguentum.

Ac cum his ex frictione tali inſitus calor augetur, & ſi quid præter naturam eſt, diſcutitur, recrementaque conſumuntur, & affecta membra fiunt robuſtiora, & aduerſus affectionem firmantur. Reliquum eſt, vt hoc loco doceam M. V. inculpatam victus rationem.

Diæta.

De aëre.

Non degat in aëre craſſo, fœtido, nebuloſo, pluuioſo, ventoſo, fumoſo, clauſo, etiam aëre humido. Purus ſit ergo aër, calidus, moderata caliditate hyberno tempore, in æſtate non admodum frigidus. Calor ſtubarum in hyeme non ferueat. In hyeme ſuffumigentur cameræ & ſtubæ, huiuſmodi trochiſcis ponendis ſuper carbonibus ignitis:

Trochiſci pro fumo.

℞. Styrac. calamit.
Galliæ Moſchat. an ℥ ß.
Pulu. caryphyllor. ʒ. vj.
Camphoræ ʒ j.

Fiant Trochiſci cum aq. roſar. moſcha & in vmbra ſiccentur. Vtentur radii Solis & Lunæ.

De motu & quiete.

Vtatur matutino exercitio vſque ad ſudorem excluſiue, ſed quieſcat poſt cibum, & eo tempore, quo ſomnus corpori debetur. Caueat etiam ab exercitio, ſtomacho cibis repleto.

De ſomno & vigilia.

Dormiat ſeptem horis in nocte, in die haudquaquam dormiat. Eat dormitum poſt horas duas ab aſſumpta cœna. Dormiat capite eleuato, toto corpore bene tecto, non dormiat ſuper ventrem, quia nocet oculis talis decubitus, neque ſuper dorſum, cum talis decubitus facit fluere humores ad nucham & neruos; ſed in primis decumbat ſuper latere dextro, deinde ſuper ſiniſtro, demum iterum ſuper dextro. Nec ſæpius de latere ad latus ſe prouolutet, quoniam ex tali agitatione impeditur cibi concoctio, rugituſque & flatus, & eructationes in ventriculo ſuboriuntur. Sed quando ſe peruoluere voluerit de latere ad latus, ſit intercapedo duarum horarum.

Regula de decubitu.

Volutatio prohibetur.

De inanitione & repletione.

Corporis repletio eſt illa, quæ omnium ægritudinum materialium eſt mater, podagræ præſertim. Hæc eſt illa, qua plus iuſto caput, nerui & iuncturarum cauitates, cum per viam defluxionis, tum per viam paulatinæ ingeſtionis, craſſis, incoctis, fœtoſiſve humoribus opplentur. Itaque nunquam cibus ingeratur, niſi adſit appetitus. Item cum appetitus adſit, non tardetur cibus. Item eo appetitu intenſo exiſtente & voraci, non tantum cibi ingeratur; quantum appetitus cupit: Item, cum in ventriculo grauitas aut faſtidium, aut ſatietas quædam, aut nauſea, aut abominatio percipiatur, à cibo tam diu abſtinendum eſt. Item, non ingeratur cibus, vſq; quo cibus prior ingeſtus ad inteſtina deſcenderit, quod communiter eſſe ſolet poſt horas ſeptem & octo. Item, quantitas cibi tanta ſit, quantū calor innatus concoquere poſſit, qua videlicet ventriculus non grauetur. Deterior enim eſt, teſte Auicenna 3. primi, comeſtio, quæ ventriculi grauitatem facit. Potus ſimiliter tantus ſit, quo cibus in ventriculo non natet. Item: Nullus cibus, nullus potus actu vel potentia frigidi in multo vſu habeantur. Item: Cibi, qui ſunt facilis corruptionis, quemadmodum oua recentia & fructus hortani, & qui aluum remolliunt, quemadmodum olera nonnulla, vt ſpinachia, l[illegible]cum, &c. aliis cibis

Regula de cibo.

Potus.

cibis præmittantur. Item: Ante cibi ingeſtionem corporis recrementa excernantur. Quemadmodum mucoſitas narium, ſcreatio, lotium, alui excrementum. Item: Si poſt ſoluram aluum nauſea, vel grauitate, vel faſtidio vẽtriculus affectus fuerit, ante cibi ingeſtionem vomitus prouocetur, fiatq; ſponte imponendo digitum, vel pennam in guttare, linguam comprimendo; vel propinetur talis hauſtus tepidus:

Vomitorii.

℞. Syrupi acetoſ. ſimpl. ℥ ij.
Aq. fontis ℥ iij.
Sacchari ℥ j.

Miſce, & tepide potus iſte exhibeatur. Poſtea parum deambulet. Deinde ponat digitum in guttur comprimendo linguam, & prouocetur vomitus. Poſt talem vomitum, quieſcente ventriculo, cibum ſuſcipiat.

De cerealibus.

Conuenit vſus hordei optime decocti. Lentes, etſi craſſum ſuccum generant; non tamen omnino aſpernandæ ſunt, abiecta ptima decoctione. In æſtate conueniunt, in illis præſertim diebus, quibus carnes comedere non licet. Faba, niſi flatus excitaret, & ſomniare faceret, concedi poſſet, quoniam non eſt mali ſucci, neque obſtruit. Piſa fabis ad omnia præſtantiora ſunt. Lupinus ſatis craſſi ſucci eſt, & nutrit, non eſt mali ſucci: ſimilis eſt lentibus, niſi quod minus exſiccat. Chondrus, id eſt, alica, ſiue far, ſi exacte in ventriculo concoquitur, & in ſanguinem à iecinore conuertitur, optimi ſucci eſt. Omittantur cicera, phaſeoliq; cum ad iuncturas humores deferant. In æſtate conceduntur milium, panicum, cocta in brodio carnis. In hyeme conceduntur far, riſum, dulcorata cum oleo amygdal. dulc. vel cum earum lacte & modico ſaccharo.

Faba non mali ſucci, neq; obſtruunt.
Piſa fabis præſtantiora.

De carnibus & animalibus domeſticis.

Carnes animalium.

Caſtratorum caro approbatur, cum animalium ſuauior ſit, magisq; nutriens, & melior concoctu. Hœdorum, ac vitulorum caro valde approbatur, cum natura ſint ſicciora animalia, cæterisq; multo meliora ad cõctionem & nutrimentum. Caro arietis non improbatur. Vituperantur carnes, quæ ſunt difficilis concoctionis, & craſſi ac lenti nutrimenti, quales ſunt, ſuum, buum, agnorum, hircorum, &c.

De volatilibus domeſticis.

Pullorum, gallinarum, caporum caro inculpabilis eſt, cum inter tenuem & craſſum medium ſuccum generent. Omittantur carnes anſer[illegible]m, anatum, & cæterarum auium aquatic[illegible]um.

Ex ſylueſtribus quadrupedibus.

Conueniunt capreoli, lepores iuuenes, apri iuniores. Omittantur ceruorum carnes, vrſorum, &c.

Ex ſylueſtribus volatilibus.

Aues fere omnes ſunt boni ſucci præter eas, quæ in lacuſtribus, vel paluſtribus, vel in immundis aquis fluminibusque degunt. Perdicum ergo caro inter tenuem & craſſum ſuccum optimum generat ſanguinem. Caro phaſianorum, columbarum volare incipientium, attagenarum, turturum, turdorum, merularum, coturnicum, franguillinorum, paſſerum paruorum, auiumque in montibus, in ſyluis, & dumis degentium, &c.

Ex partibus animalium.

Mammarum caro ſi fuerit animalis boni habitus, bonum ſuccum efficit. Articulorum caro animalium iuuenum, quemadmodum hœdorum, vitulorum approbatur. Omittatur cordis caro, cum ſit difficilis concoctionis & tardi tranſitus. Ventriculus gallinarum & anſerum, quamuis difficilis ſit concoctionis, tamen multum nutrit, ideo non reprobatur. Iecur animalium bene habentium, boni ſucci eſt, & ſuillum melius, ſi caricis animal nutriatur. Iecur anſerinum, ſi anſer nutriatur cibis cum lacte miſtis, non ſolum ſuauiſſimum eſt, ſed etiam maxime nutrit, & optimi ſucci eſt. Inteſtina & matrix minus boni ſucci ſunt, ideo non approbantur. Teſticuli animalium iuuenum, quemadmodum hœdorum, vitulorum, non reprobantur. Teſticuli gallorum ſunt ſuauiſſimi, & bonum corpori dant nutrimentum. Suilli pedes meliores ſunt roſtro, quemadmodum hoc auribus. Alæ volucrum iuuenum, quæ copioſe nutriunt, optimæ ſunt, peſſimæ macilentorum & ſenum, & anſerum. Partes anteriores poſterioribus ſunt meliores. Carnes aſſatæ ſunt meliores elixatis partibus extrinſecis toſtis. Pro appetitu conſeruando infundantur in vino vel ſuccus granatorum, vel ſuccus arantii cum pauco ſacchari, ſi minus acerba fuerunt.

Iecur anſerinum.

Ex his, quæ ab animantibus decidunt.

Lac caprillum.

Lac caprillum inter cætera lactis genera moderate ſe habet, cum non admodum pingue ſit, nec craſſum. Non reprobatur caſeus nouus, dulcis, mollis, oua nuperrime nata, optima ſunt ſuffocata, vſque ad mediam conſiſtentiam. Elixata meliora ſunt aſſis. Butyrum ventriculum imbecillum reddit, & pituitoſas gignit ægritudines.

Butyrum pituitoſos producit morbos.

De piſcibus.

Piſces.

Piſces concedi poſſunt, ac illi præſertim,

qui in puriſſima aqua degunt, maxime vbi terrea non exiſtunt littora, ſed arenoſa vel ſaxea, vnde piſces ſaxoſi ſunt, velocis concoctionis, & finalis bonitatis, conuenientes ad conſeruandam ſanitatem. Itaque omnes alii omittendi ſunt, cum in ventriculo longam moram trahant, & cum in corpore praua & tenacia procreent excrementa. Ideo non approbantur piſces lacunales, paluſtres, & ſimiles, qui degunt in quietis vel fœtidis locis. Item: Sale conditi & infumati.

De oleribus.

Olera. Lactuca in æſtate in acetariis conceditur, acetoſa pariter & lupulus, & cichorium, ſpinachia, cucurbita, portulaca, quibus addatur mentha, fœniculum, petroſelinum. Hyemali tempore calidorum olerum vſus expedit, eorum præſertim, quæ à proprietate ſubſtantiæ cerebrum, nucham, neruos, ventriculum corroborant, quemadmodum ſaluia, amaracus, roſmarinus, mentha, ſerpillum, byſſopus. Non approbantur eaolera, quæ aquoſum & fluxilem ſuccum & tenuem ſanguinem gignunt.

De radicibus olerum.

Rapæ non conueniunt, quia aquoſum ſanguinem gignunt. Rapunculi, baucia, caricæ admittuntur, & radices petroſelini, aſparagi, allium, porrum, cæpæ, raphani, napi, licet primarum qualitatum ratione competerent: attamen caput & neruos ſua acrimonia lædunt, cerebrũ fuliginibus replent, ideo omittantur.

De fructibus olerum.

Cappares approbantur. Cucurbita in æſtate non eſt mali ſucci, attamen cum aliis horariis fructibus omittatur. Quoniam vt refert Galenus II. de aliment. facult. cap. II. *Hi terræ fructus, quales ſunt cucurbita, melones, citrulli, cucumeres, & huiuſmodi, gelidæ & humidæ ſunt ſubſtantiæ, ideoq; nimia humiditate affecti, humidam progignunt alimoniam.* Huius generis omnia vitioſo ſucco notata, omnino dimittantur.

De ſeminibus olerum.

Conueniunt ſemina fœniculi, aniſi, &c.

De fructibus arborum.

Arborum fructus. Caſtaneæ, licet non ſint mali ſucci, quia aluum ſuppriment, ac difficilis concoctionis, & flatuoſæ ſunt, dimittantur. Ficus recentes, & vuæ, cum ſunt exquiſitæ maturæ, non ſunt mali ſucci. Ficus ſi in ventriculo concoquuntur, medium dant ſuccum inter craſſum & tenuem, præſertim cum ſunt benè maturæ. Vua autem cum eſt benè matura & appenſa, quod flatuoſum abiicit, exactè vitio caret. Caricæ & boni & mali ſucci ſunt, ſi comedantur, cum nucibus optimi ſunt alimenti, & bene nutriunt. *Carica cum nucibus comedenda.* Cum amygdalis non ita bonum ſuccum generant, nec ita nutriunt. Approbantur cybebæ, amygdalæ dulces cum ſaccharo, auellanæ torrefactæ, & melle conditæ, pyra cocta, cytonia cocta aſperſa ſemine fœniculi aniſi, & ſaccharo condita poſt cibum. Citoniorum paucus ſit vſus, quoniam teſte Auicenna 2. Canon. non tantum lædunt iuncturas, ſed etiam in eis dolorem inferunt: ideo raro comedantur. Cæteri omnes euitandi ſunt fructus, quorum mollis & humida quoque eſt conſiſtentia, quia non tantum tenuem & humidam ex ſe alimoniam corpori afferunt; verum etiam flatuoſam, cerebro ac neruis noxam procreant, quales ſunt ceraſa, tam acerba quam dulcia, chryſomela, perſica, mora, meſpila, granata, præſertim acerba, dactyli nuces, poma, melones, pruna citrina, vel rubea dimittantur, niſi vrinæ crudæ gratia, vel excernendi ingererentur: Oliuæ Medicis vituperantur, eoq; maxime, cum fuerint maceratæ in aceto, &c. *Ceraſa.*

De condimentis.

Aromata. Aromata omnia ſtante corporis repletione, humores ad iuncturas deferunt. Inanita corporis repletione hyemali tempore aromata expediunt, qualia ſunt vtrumque piper, cinamomum, crocus, nux moſchata, caryophyll. Zinzib. cardamomum, vtrumque galanga. amygdalæ, fiſtici, pineæ præparatæ cum ſaccharo vel melle conditæ; cum paſſulis & mica panis, & vino granatorum, cibi in diuerſos ſapores condiri poſſunt. *Condimenta tempore æſtiuo.* In æſtiuo tempore expedit ſalſa facta cum acetoſa, vino granatorum, vel cum ſaccharo dulcorata, vel cum paſſulis decoctis in ea. *Hyeme.* Hybetno autem tempore approbatur vſus Zinziberis conditi, pulpæ exterioris corticis citri conditi, eryngii conditi, acori conditi, ingeſtorum per horas tres ante prandiũ. *Omni tempore.* Omni tempore expediunt myrobalani conditi, nuces conditæ, lupuli conditi, conſeruæ roſar. violat. borrag. bugloſſ. coriandrum præparat. cuius v. grana poſt cibum comedantur.

De potu.

Potus. Vbi vinum, teſte Auicenna 2. primi, im moderate epotum, in ventriculo & neruis acetoſatur, illis noxium eſt. Vina tenuia validiora humores ad iuncturas deferunt. Galenus 5. Aphoriſmor. comment. 5. admonet, quod repletis neruis conuulſio fit: ſolet autem facillime eos replere vinum, vt quod calidum habet temperamentum, talis ſiquidem natura omnia ſub trat, dummodo non admodum craſſam bſtantiam habue-

Digitized by Google

Vinum copioſe ſumptum nocet neruis.

habuerit. Subſtantiæ igitur copia neruis affert conuulſionem. Id quod dicimus de neruis, idem poſſumus intelligere de podagra & arthritide, qui affectus parum differunt.

Podagra & arthritis quid differant.

Dicit Aetius lib. 12. cap. 6. Podagra & arthritidis affectio eiuſdem ſpeciei inter ſe exiſtunt. Differt autem podagra ab arthritide, non toto genere; ſed affectis locis. In omnibus eſt articulorum debilitas diuturna cum fluxione. Auicenna in capite de cautela à doloribus iuncturarum: *Denitent potare plurimum vinum generoſum, imo omne vinum.* At in cura dolorum iuncturarũ ſcribitur: *Oportet vt dimittant vinum omnino, vſque quo ſanentur ex ea ægritudine integre.*

Abſtinentia à vino curauit podagram.

Patieos dolores iuncturatum non bibat vinum toto tempore vitæ ſuæ, & ſi non poteſt ab eo abſtinere, abſtineat ſaltem vno aut duobus aonis. Rhaſis 12. Contioentis reſtatur, quod vidit plures patientes dolores iuncturatum vini potum relinquere, & ſanati ſunt de podagra omnino, aut ad minus diminuta eſt paſſio in illis. Tamen admonet Rhaſis conſiderandum, an ex abſtinentia vini aliquid aliud nocumentum eueniat, hoc ſi contingat, iubeas omnino non abſtinere à vino. Magnificẽtia veſtra ergo conſideret, quan-

Ebrietatis incommoda.

tum noceat vini potatio, & maxime cum excedit modum, quantumque eo magis noceat ebrietas, calorem innatum ſuffocat, epatis & cerebri temperamentum corrumpit, neruos eneruat, quamuis vinum moderate epotum, calorem innatum viuificat; ſed eius copia, & ſuperflua potatio, quemadmodum nimium oleum in lucerna lumen extinguit. Nocet facultati naturali & ſenſibili, & eius organis, vt latius declarat Auerroes in canticis Auicennæ. Cæterum, cum Magnificentia veſtra adhuc non laboret podagra, bibere poterit vinum, ſed cum moderamine. Verum in menſa non bibat diuerſa vinorum genera, neque craſſa, neque

Vinum rubrum adſtringens.

turbida, neque dulcia, neque acerba, neque potentia; ſed bibat vinum rubrum, ad facultatem adſtringentem declinans, quod non ſit valde potens. Caueat, ne inebrietur de cereuiſia. Ipſa enim, teſte Dioſcoride, cerebri membranis & neruis nocet, ac prauos in corpore gignit humores, conturbat mentem etiam.

De accidentibus animi.

Accidentia animi.

Animi accidentia, quæ in humoribus repentinos motus efficiunt, ac à centro ad circumferentiam, & è conuerſo ſpiritus commouent, penitus ſunt euitanda, qualia ſunt validus riſus, gaudium repentinum, timor, verecundi- ira, furor, ſollicitudo. Expedit autem mo- iocriter lætari, bene ſperate, & ſuauiſſima frui animorum conſuetudine; ſed non in comeſſationibus & ebrietatibus. Venus moderate exercenda quandoq; eſt, ſed caueat, ne poſt ingeſtum cibum, nec vllo modo ſtomacho ieiuno eam exerceat, ſed per horas quinque poſt ingeſtum cibum tempus commodum eſt. Et hæc, quantum à præſeruationem à podagra, & curationem tinnitus aurium ſufficiunt. Quæ omnia præpotens DEVS in ſalutem Magnificentiæ veſtræ dirigat, cui ſit honor & gloria.

In eodem caſu,

CONSILIVM CCXIX.

Diæta.

PRIMO & ante omnia vtatur bona victus ratione, vitando cibaria cuncta craſſæ & viſcidæ ſubſtantiæ, vt ſunt carnes animalium magnorum, piſces, præſertim carpiones, anguillæ, truttæ, & huiuſmodi. Legumina omnia, caſeos, lacticinia, & paſtiellia, & reliqua id genus. Potus ſit ſemper vinum tenue dilutum. Vitet ſemper vina potentia, & præ omnibus modice bibat inter capiendum cibum: inter vnum autem & alterum cibum nunquam. Quod ſi aliquando infeſtetur ſiti, habeat aquam decoctam

Sitis leuiganda.

cum paſſulis, & ſemine fœniculi, aut bibat eo tempore cereuiſiam ex hordeo. Vtatur infraſcriptis pillulis ſemel, aut bis in mẽſe, capiendo ex illis ʒj. duabus horis ante cœnam.

Pillulæ.

℞. Myrobal. citrin.
Chebulor.
Indor. ʒj. ß.

Infundantur in ſuccis roſat. endiu. fumiterræ an. ℥ iij. Maneant in infuſione per diem naturalem, & poſtea calefiant ad ignem. Deinde colentur & exprimantur. Colaturæ add.

Rhabarbar. elect. ℥ ß.
Vini aromatic.
Aq. abſinthii parum.
Spicæ nardi an. ℈j.

Rurſus ſtent in infuſione per horas duodecim, poſtea colentur & exprimantur, deinde iterum add.

℞. Agarici præparat. ʒ iij.
Salis gemmæ.
Zinzib. an. ℈ß.
Caſſiæ recent. extract.
Mannæ elect. an. ℥j.
Aloës Epatic. ʒ ij.
Mellis roſac. ℥ ß.
Bdellii ʒj ß.

In ſupraſcriptis infuſionibus diſſoluatur caſſia, manna, bdellium; poſtea exſiccen-

tur paulatim, ſemper agitando cum ſpatula, donec veniant ad paſtam pillularem, quibus deinde vtatur, ſupra indicatum eſt. Item: Vtatur bis in anno, vere & autũno, infra propoſita confectione, ſumendo ex ea ℥ß. ante prandium per quatuor horas.

Confectio in podagra.

℞. Tragacanth. alb.
Succi cytoniorum an. ℥ß.
Hermodactyl.
Zinzib. Elect. an. ℥ß.
Succi roſarum puri.
Mannæ elect. an. ℥ß.
Turbith. elect. ℥ß.
Mucillag. ſem. cytonior. ʒ iij.
Sacchari fini ℥ viij.

Fiat confectio ſolida, vtatur vt ſupra, ſuperueniente dolore podagrico, adhibeatur infra ſcriptum linimentum.

Linimentũ in nimio dolore.

℞. Mucillag. ſem fœnugr.
Sem. althææ.
Pſylli an. ʒ j. ß.

Additis oleis roſarum & chamomel. an. q. ſ. fiat linimentum. Extrahantur mucillagines cum aceto.

Ad idem:

℞. Medullæ panis infuſæ in lacte q. ſ.
Caſſiæ recent. extract. ℥ j.
Vitelli oui num. j.
Cum ol. roſar. omphacino & chamæmel. an. ℥ j.

Fiat Emplaſtrum in mortario.

In principio menſis Maii quotannis mittatur ſanguis ex baſilica dextri brachii copioſe pro iudicio præſentis Medici. Quin etiam eodem tempore poterit purgare corpus conuenienter, & vti parte artis præcautrice, tum vero præſente dolore pro eo, ac viſum illi melius fuerit remediis vti, quæ niſi in præſentia affectus nõ poſſunt recte præſcribi.

In eodem caſu,

D. Pet. And. Matthioli

CONSILIVM CCXX.

CVm non ſolum podagra, ſed & cæteri corporis morbi, (vt inquit Galenus lib. 3. Aphoriſ. 19. & primo de morbis vulgaribus) ex malo victus regimine plerumque proueniant, non poſſum non probare Illuſtris Domini conſilium, quandoquidem, cum futuram vereatur podagram, Medicum conſulere voluerit, qui vitæ regimen illi conſcriberet, quo ab hoc infeſtiſſimo affectu ſe tueri & præſeruare poſſit. Qua in re prudentiſſime agit Illuſtris Dominus, quod procul dubio longe magis præſtet futuris malis in tempore præuenire, quam præſentibus occurrere. Accum id à me fieri, ſcribiq;, pluries expetiuerit, tametſi non deſint hic Medici præſtantiſſimi, qui id muneris doctius, ac fortaſſis diligentius, quam ego, præſtitiſſent, ego tamen, qui illi ob ſuæ humanitatis benignitatisq; candorem plurimum debeo, id ſane recuſare non potui.

Melius eſt præſeruare quam curare.

Quapropter diligenter, & quo potui ſtudio, præſeruatiuum hoc regimen deſcribere decreui, quod ſi ea ſeruabit cura ac diligentia, qua ad id ſcribendum me excitauit, minime mihi verendum eſt, quin illa non ſolum a podagra ſe tueri poterit, ſed à quocunq; etiam morbo, quo homines vexari poſſunt. Eſt enim Galeni ſententia, vt quemadmodum ex mala victus ratione omnes poſſunt prouenire ægritudines; ita econtra prohiberi optimo vitæ regimine. Quod tantum conſiſtit in metiendis, ordinãdisq; ſex rebus non naturalibus, in quibus tota vita noſtra conſiſtit. Sunt itaq; res non naturales: Aer, cibus & potus, repletio & euacuatio, exercitatio & otium, ſomnus & vigilia, & animi accidentia. Quæ omnia corpora noſtra cõſeruant, & deſtruunt, pro eorum bona vel mala viuendi norma, qui ſub cœlo viuunt, & habitant.

Diæta ſeruantiſſima ratio.

De aëre.

Aer.

Cum ſine aëre omnia, quæ ſpirant, animantia viuere nequeant, & à Galeno pluribus in locis dictum ſit, ambientem nos aërem corpora noſtra plurimum immutare, de eo in primis verba faciam. Eligat itaque Illuſtris Dominus aërem ſalubrem (qui vt Galenus habet libr. 1. de tuenda ſanitate, mundus lucidusque ſit, nec ſtagni, aut paludis, nec cloacæ, ſtabuli, fimi, aut alterius tetri odoris halitu infectus, nec qui æditis vndique montibus, clauſus eſt. Quod concluſus aër, qui difflari non poſſit, facile putreſcat. Quamobrem ſuam eligat habitationem in loco mundo, vbi optimus ſit aër, & vbi flumen vicinum non ſit, quod ibi aërem craſſum ac nebuloſum efficiat. Thalamus deinde, ac cæteræ eius manſiones ad Orientem magis, quam ad Auſtrum & Septentrionem reſpicere deberet, eum auſter ſua humiditate capita repleat, ex qua repletione facile defluxiones oriuntur, quæ in neruos & articulos excurrunt, & Aquilo, vel Boreas ſua frigiditate, capitis & cerebri excrementa, ac etiam ſuccos exprimat, quo poſtea non magno negotio ſit, vt expreſſa inde materia pituitoſa in ſubiectas corporis partes labatur, & præſertim ad articulorum propagines, fiatque inde podagra, vel chiragra, vel Iſchiadicus affectus. Tegaturq;

Conditiones bonæ habitationis.

Caput moderate tegendum.

turq; caput, vt non adeo caleſiat, quod materiæ in ipſo exiſtentes colliqueſcant, nec noua ibi à ſubiectis trahatur membris, & quod nec tum à frigore lædi poſſit. Cerebrum enim, vbi præter id, quod decet, caleſiat, non ſolum colliquata à calore excrementa in ſubiectas expellit partes, ſed etiam vapores ex aliis attrahit membris, & nouam regenerat materiam. Quapropter temperie quadam vti oportet, quæ calorem non excitet, & à frigore tueatur. Quæ quidem ratio pariter habenda eſt, cum cæteris totius corporis indumentis, tam æſtate, quam hyeme. Hypocauſta etiam moderate caleſiant, vt neque caput aggrauent, neq; ſudores cieant, vt ſæpe ac ſæpius hic in Bohemia & Germania fieri ſolet. Quandoquidem cum nos ambiens aër calidior fuerit, quam par ſit, corpus totum areſacit, naturalem calorem extrahit, concoctiuam facultatem imbecillem reddit, cruditates gignit, & vniuerſi corporis ſuccos commouet. Itaque vitandus etiam eſt Sol, cum eius radii nimis flagrant. Quin etiam vitanda eſt itineratio, vel manſio ſub lunaribus radiis nocturno tempore. Præterea qui podagram futuram verentur, pedes à frigore tueri debent calceis, vel caligis ſuffultis leuiuſculis pellibus. Tales enim ſunt leporum pelles, quæ præter id, quod ſua leuitate nullum ſane incommodum adferunt, præſtant etiam probatiſſimorum authorum teſtimoniis, ad roboranda vniuerſa corporis membra. Præſtabit etiam, quandoque māſiones ſuffimentis odoratis alterare, quod etiam non ſolū contentum ibi aërem ab omni mundent infectione, & puriorem reddant; ſed quod ſpiritus reficiant, & principalia membra roborent: quamobrem ad huiuſmodi ſuffitus parandos ſuauiſſime incēdi poterit ſuper prunis ignitis, vnus ex infraſcriptis paſtillis:

Hypocauſta moderate calida.

Pedes à frigore muniendi.

Leporum pelles.

Suffimigill.

℞. Styrac. calamit. ping. ℥j.
Benzoi elect. ℥ß.
Lig. aloes ℥ij.

Contundantur omnia craſſiuſcule, deinde ſimul bull. in ℔. j. ß. aq. roſar. & deinde cochleari ferreo extrahantur res illæ odoratæ, & formentur inde paſtill. x. pro ℥j. & ſiccentur.

Cibus & potus.

Cibus.

Panis ſit ex flore triticeæ farinæ confectus, cui parum ſalis admiſceatur, ſitq; bene fermentatus, & optime decoctus, ſecundum Galeni dogma, qui primo de alimentorum facultatibus: *Panes*, inquit, *ad concoctionem approbatiſſimi ſunt, qui plurimum fermentati, & probe elaborati in clibano igne moderato percoquuntur. Nam perfuſior ignis primo ſtatim occurſ... durans, exteriorem ſuperficiem in teſte modum adurit & indurat, crudis incoctisq; remanentibus interioribus partibus: quo fit, vt panis tum ineptus, tum prauus euadat. Qui autem longiore ſpacio vndique æquabiliter præaſſatur, hic & probe in ventriculo concoquitur, atque ad ſequentes functiones accommodatiſſimus euadit.* Hæc Galenus. Nec quidem abs re tam accurate de pane conficiendo ſcripſit, cum ſit primum inter omnia humanæ vitæ alimentum. Sit etiam panis, non ex longiori tempore confectus, ideoque laudatur biduanus, triduanus, quatriduanus. Nam durus (vt Galenus ait) corpori quidem imbecillo præbet alimētum, ſed aluum conſtringit, ægreq; è ventriculo labitur. Quanquam laudatur aliquando recoctus in his, qui ventriculum humentiorem habent, atque deſtillationibus obnoxium. Carnes eligantur ex quadrupedibus, hœdinæ, vitulinæ, veruecinę, cum cæteris facilius coquantur. Abigantur è conuerſo bubulæ, agninæ, arietinæ, ac ſuillæ: cum non niſi magno labore conficiantur, & craſſos lentoſq; procreent ſuccos. Inter ſylueſtria vero, quæ venationibus capiuntur, conferunt ex capreolis, & ex iuuenibus lepuſculis ſumptæ. Nam leporis ſenioris ac pariter cerui, non ſolū concoqui nequeunt; ſed atrabiliarios, pituitoſosq; procreant ſuccos. Quanquam (vt Galenus lib. de attenuante victu ſcribit) ceruorum hinnuli aſpernandi non ſunt, ſicut nec hœdi ob ætatis mollitiem. Ex domeſticis & altilibus, volatilibus, nullæ erunt præſtantiores carnes, quam pullorum gallinaceorum, ſcilicet caponum, gallinarum, & aliarum iuuenum. Nam anatum & anſerum carnes concoctu contumaces ſunt, & ſuccos tum pituitoſos, tum melancholicos procreant. At iuuenum columbarum valde nutriunt, ſi concoquantur; ſed ob nimiam, quam habent humiditatem, ab excrementis non vacant. Ex ſylueſtribus autem laudantur perdices, phaſiani, attagenæ, ſylueſtres gallinæ, turtures, turdi, merulæ, & auiū fere omniū carnes, quæ in nemoribus, mōtibus & campeſtribus locis victum quæritant, ſicuti vituperantur coturnices, quas quaglias vocant, ac anſeres & grues, ac cætera volatilia, quæ lacuſtribus & paludoſis locis nutriuntur. Commēdantur igitur laudabiliores, tum aſſæ, tum elixæ, cum hac tamen conditione, vt elixa ſemper pręcedant. Nam aſſæ cum longiori cōcoctione indigeant, non immerito ſunt poſtponendæ. Sed hoc etiam non ignorandum, ſcilicet aſſaturæ idoneas eſſe pinguiū ac humidorum animalium carnes, magis quam ſicciorum. Salitæ etiam carnes quandoq; ad conciliandū appetitum concedi poſſunt, ſi tamen fuerint

Panis nec nimium recens, nec nimis diu aſſeruatus eſſe debet.

Recoctus.

Carnes.

Carnes ferinæ.

Carnes volatilium domeſticorum.

Carnes volatilium ſylueſtrium.

Carnes aſſæ.

Carnes muria aſſeruatæ.

ex præſtantioribus quadrupedibus, de quibus ſuperius meminimus. Verum, quoniam ægre concoquuntur, & ſitim excitant, parceiùs vtendum & veſcendum eſt.

Partes animalium.

Verum quoniam carnium temperamentum & vices variant, ſecūdum partium ac membrorum differentias, ea propter de animalium particulis aliquid nobis diſſerendum eſt, à capite incipiendo: quod cum diuerſis quoque conſtet partibus, cerebro, oculis, auribus, naribus, labiis ac lingua, diuerſum exhibet corpori alimentum.

Cerebrum.

Cerebrum itaque in primis ſi largius edatur, pituitoſum præbet alimentum, ægre concoquitur, & ſtomachum relaxat, quin etiam cibi appetentiam deſtruit. Verum ſi, vt Galenus inquit, 3. de facultate alimentorum, recte in ventriculo concoquatur, alimentum corpori non infimæ notæ præſtabit. Sed & illud ſcire operæpretium eſt, quod volatilium cerebrum longe præſtantius eſt, quam quadrupedum.

Oculi.

Oculi licet cæteris capitis membris facilius concoquantur in ventriculo, ob pinguedinē tamen ſibi admixtam, vt Iſaacus ſcribit, laborem ventriculo inferunt, & lentum præbent alimentum.

Aures & nares.

Aures & nares Iſaaci, & Galeni teſtimoniis, parum alunt, & difficile concoquuntur, quemadmodum cætera cartilaginea, quæ tanto concoctu ſunt difficiliora, quanto ſeniora ſunt animalia, à quibus ſumuntur.

Labia.

Labia quanquam lentum ſuccum gignunt, tamen vt Galenus inquit, lib. de cibis boni & mali ſucci commode concoquuntur.

Lingua.

Lingua temperatæ eſt ſubſtantiæ, & mediocriter alit, quamobrem cæteris capitis partibus præſtat. Nam omnes aliæ partes podagricis minime competunt, cum pituitoſos generent ſuccos.

Oſſium medulla.

Oſſium medulla, ſi largius ſumatur, vt Galenus 3. de aliment. facult. inquit, nauſeam facit, & appetitum deſtruit, & ventriculum laxat, quare parcius medullis veſcendum eſt.

Cor.

Cordis caro ſubſtantia dura, fibroſaque eſt, ideo non ſine magno negotio concoqui poteſt.

Pulmo.

Pulmo quanto iecore lieneque mollior & rarior eſt; tanto concoctioni accommodatior eſt, leuiuſcule nutrit, & non illaudabile præbet alimentum.

Ventriculus & inteſtina pedeſtrium animalium.

Ventriculus & inteſtina pedeſtrium animalium ægre concoquuntur, vt Galenus inquit, & difficile in ſanguinem conuertuntur, quo fit, vt ab iis abſtinendum ſit.

[Vo]latilium.

Verum volatilium ventriculi, vt gallinarum, caponum, & anſerum aliter ſe habent. Nam & facile concoquuntur in ventriculo, & bonum præbent alimentum.

Iecur.

Iecur ex quadrupedibus ſumptum, craſſo ſucco conſtat, & difficile conficitur, & tarde commeat. At ſi ex lactantibus adhuc animalibus fuerit, vt hœdi, agni, vel vituli, melius conficitur, & recte nutrit.

Anſerinū.

Porro anſerinum iecur, vbi anſeres ficubus & lacte nutriuntur, non ſolum præſtantiſſime nutrit; ſed & magnam cum palato init gratiam. Præſtant item gallinarum & caponum iecinora, quod belle nutriant.

Lien.

Lien cum melancholici ſanguinis fons ſit & officina, praui ſucci habetur alimentum. Renes praui admodum ſunt ſucci, & concoctu pertinaces, quin & guſtui inſuaues.

Renes in volatilibus probantur.

Sed in volatilibus aliter ſe habent, cum guſtui placeant, facile conficiantur, & bonum exhibeant alimentum.

Teſtes.

Teſtes difficile concoquuntur; at ſi ventriculi robur illos probe concoxerit, alibiles ſunt, iiſque præſertim, qui ex animalibus ſiccioribus ſumuntur, vt ſunt hœdini ac vitulini: Galeno tamen præferuntur cæteris ſuilli:

Teſticuli gallorum.

Sed gallorum teſticuli omnium præſtantiſſimi habentur.

Vbera.

Vbera cum lacte tument, vt Galenus inquit, magnopere commendantur, & expetuntur: alimonia enim, quæ ex eis prouenit, cum probe in ventriculo concoquuntur, cum carnis alimonia certat: Si vero non concoquantur, crudum & pituitoſum humorem procreant, quo fit, vt ab iis hi abſtinere debeant, qui ventriculi imbecillitate laborant.

Pedes.

Pedes, & præſertim ſuilli, ſi per elixationem probe ac diutius cocti fuerunt, bonum præbent nutrimentum, deinde hœdini ac vitulini: Nam ſeniorum animalium non probantur.

Cauda.

Cauda cum à calore naturali longinqua ſit, & à ſanguine incocto nutrita, contumax concoctu habetur, ideo ventriculo inimica.

Alæ.

Alæ pinguium anſerum concoctioni, & nutritioni idoneæ ſunt, his vero magis ipſarum gallinarum.

Caro adenoſa.

Adenoſa caro, quæ circa pectus animalium congelati lactis inſtar habetur, nutritioni præſtat, eaq; præſertim, quæ ex ſiccioribus accipitur, nempe hœdi ac vituli pinguis.

Pinguedo.

Pinguedo autem omnium in vniuerſum improbatur, quod ventriculum eneruet, improbum generet ſanguinem, cibum in ventriculo ſuſpendat pituitam gignat, & alia incommoda quam plura procreet.

Sanguis.

Sanguis omnis concoctioni rebellis eſt, tantoq; peior eſt ſanguis, quanto ab animalibus defluxerit melancholicis, vt bubulus, ceruinus, & leporinus.

Suillus guſtui ſuauiſſimus.

Suauiſſimus eſt guſtui ſuillus; verum in cibis podagricorum ego nullum laudauerim ſanguinem.

Oua ſorbilia cum ſaccharo.

Oua belle conueniunt recentia, gallinarum ſcilicet, quæ ſuo in cortice cocta potabilia nuncupantur, præſertim ſi ante ſaccharo albiſſimo aſpergantur, ac etiam ſine cortice elixa, quæ perdita vocant, lacti coagulato ſimilia, & non dura, non iniucundum præbent alimentum. Sicuti nec illa, quæ iuſ[cu]lis ac plurimis

rimis inſeruntur fereulis. Frixa enim cum ægre concoquātur, aluum ſiſtant, nidoroſas pariant eructationes, vt Gal.inquit,& facile in vapores caput petentes vertantur, vt dura etiam, omnino ſunt dimittenda.

Lac.

Lac etiā in caſu noſtro improbandum videtur, cum omnibus capitis affectibus obſit, ac facile in ventriculo putreſcat,

Caſeus.

pariterque caſeus abigendus eſt, præcipueq; vetus. Nam non modo ſalſos procreat ſuccos: ſed craſſos lentos ac pituitoſos, quæ omnia deſtillarionis materiam augent. Hinc itaque fit, quod iuſculum ex caſeo paratum, minime laudare poſſim. Verum ſi quādo caſeo veſci libet, is quidem vltimo loco ſobrieq; ſumatur, & ventriculi tantum ſigillet oſculum, ſitq; potius recens, quam vetus.

Piſces.

Piſces etſi podagricis non admodum conueniunt, cum frigidum & glutinoſum præbeant alimentū, concedi tamen poſſunt, qui ſaxatilibus fluminibus ac ſabuloſis capiūtur, ſicut ſunt lupi, truttæ, tinnuli, capitones. Hi enim valde excrementoſi non ſunt (vt Gal. inquit) ac velociter permeant. Verum enimuero animaduertendum eſt, ne in frequentiori habeantur vſu, nec cum lacte vel caſeo miſceantur, nec infrigidati comedantur, præſertimq; cum humenti aſſeruantur loco. Præterea ſi piſces eiuſmodi pingues inueniuntur, vt tinnuli, craticula aſſari potius debent, quam aqua & aceto, vel vino elixari. Anguillæ ex omni piſcium genere peſſimę ſunt, & podagricis infeſtiſſimæ. E quorum genere cum etiā lampretę ſint, etſi à quibuſdam expetuntur, non tamen eas podagricis probauerim. Teſtacei autem piſces, vt oſtrearum, canerorum, & cochlearum omne genus, cum omnes concoctu cōtumaces exiſtant, ego non ita facile podagricis conceſſerim frequentem eorū vſum, quamuis nec illos omnino improbauerim, vbi quis robuſtum habeat ventriculum, & parce de iis comederit.

Legumina.

Ex cerealib. & leguminibus quędam ſunt, quæ facile cōcedi poſſunt, quædam vero minime. Conceditur itaq; hordeum, far, auena, halica oryza, panicum milium, præſertim ſi antequā coquantur, macerentur prius in aqua calida, quouſque ad ſummum tumeſcant, & deinde abiecta prima coctionis aqua, decoquantur in probatarum carniū iure, vel lacte amygdalarū dulcium.

Modus coquendi legumina.

At legumina, quæ fere omnia inflant, & craſſum generant ſanguinem, mihi dimittenda videntur, tametſi a piſorum probe coctorū eſu Illuſtrem Dominum non auerterim; quod in Bohemia in frequentiſſimū veniant vſum, quem tamen non laudarem [illegible] is frequentior fuerit, & abundantior. [illegible]; & fabas, & lentes, & cicera, & phaſe[illegible]os podagricis nunquā laudauerim, niſi quandoque appetitus conciliandi gratia.

Piſa probe cocta.

Ex oleribus ea eligi debent, quæ temperamento ſunt proximo. Commendatur à Galeno inter cætera lactuca, quæ tamen magis æſtate quam hyeme conuenit. Præſtabunt etiam intybus, cichoreum, borrago, quod duæ priores iecori ſint idoneæ, poſterior vero cor ipſum roboret. Vitet braſſicam, & præſertim capitatam, betam, ſpinachiam: hęc enim plus ſeroſitatis, quam ſanguinis gignunt & fluxibiles reddunt humores.

Condimenta.

Probantur in ciborum condimentis anethum, fœniculum, ſaluia, amatacus, petroſelinum, melyſſophyllum, quæ cum calida ſint, non ita conueniunt in æſtate, vt in vere, hyeme, & autumno. Æſtate itaque his parcius vti licebit, vel aliis frigidis admixtis, nempe lactuca, portulaca, oxalide, & ſimilibus.

Aſparagus & lupulus podagricis nocent.

Aſparagum autem & lupulum non admodum probamus: quod hic etſi ſanguinem mundet, maxime tamen corporis meatus reſeret, & aditus fluxioni præbeat: Ille vero relaxet, aperiat, & humores fluxibiles reddat. Improbantur ea etiam olera, quæ nimis acuta deprehenduntur, vt eruca, ſerpillum, ſatureia, naſturtium, ſinapi, tum quod iecur excalefaciunt, & ſanguinem adurant, tum etiam quod caput petant, & eo vapores mittant. Id quod etiam faciunt cæpæ, allium, porrum, & raphanus, tam domeſticus quam ſylueſtris, quam Germani Krehn oder Merrettig vocant.

Raphanus terreſtris. Radices eſculentæ.

Ex radicibus, quæ in cibum veniunt, cum omnes (vt Galenus inquit) ægre concoquantur, & flatus gignant, nullæ penitus conueniunt. Rapa tamen, quandoque appetitus gratia ſumpta, vbi probe fuerit elixa ex iure carnium, concedi poteſt, præſertim ſi parcius & rarius comedatur. Cæteræ tamen, vt napus, paſtinaca, carotæ, ſiſer, quod Germani Mörlin vocant, vitandæ ſunt, & pariter aliæ omnes, ſi quæ ſunt, quæ in ciborum veniant vſum.

Fungi.

Deteſtamur fungorum omne genus, cum admodum mali ſint ſucci, ſtuporem, paralyſin, & apoplexiam generent. Sunt etiam inter oleta, quæ ſuos edunt fructus, quales ſunt, melopepones, cucurbita, cucumis, anguria: verum cum ſeroſum generent ſanguinem, facile putreſcant, & pro frigidis & humidis habeantur, probare non poſſumus, tametſi adeo moroſus Medicus dici nolim, quin quandoque melopeponis parum conceſſerim, vbi optimus, odoratuſque fuerit ad manus, & in principio prandii, vel cœnæ parcius deuoretur.

Melopepones.

Probantur cappares ſale aſſeruatæ, ſi prius aqua macetatæ, & deinde elixæ cum oleo, aceto non admodum acri, &

Capares cocta.

vuis paſſis comedantur. Eas vero paruas & duriuſculas, quæ in aceto aſſeruatæ afferuntur, pariter probamus, ſi prius diebus aliquot in aceto macerentur, quod cum vuis paſſis efferbuetit, & ſuam remiſerit acredinem.

Fructus horarii.

Fructus etiam, qui horarii vocantur, & crudi comeduntur in æſtate, vt ſunt, ceraſa, pruna, mora, fraga, pyra, mala perſica, ficus & vuæ, cum frigida & humida ſint, ſanguinem aquoſum generent, ac facile putreſcant, frequentiori vſui non competunt. Etſi maturæ ficus & vuæ (cum frigidæ & humidæ ſint, ſanguinem aquoſum generent, ac facile putreſcant, frequentiori vſui non competunt) vt Galenus inquit, cæteris innocentiores habeantur, & fugacibus omnibus præclatius nutriant.

Pyra & cytonia.

Sic etiam pyra, & cytonia mala ſuper prunas, vel in cineribus cocta, ſecundis menſis recte conceduntur, ſaccharo vel aniſo aſperſa: ipſa enim non modo ventriculi oſtium toborant, & aluum cient, ſed & vapores in caput exhalari prohibent.

Mala cocta, ſaccharo & aqua roſarũ reſperſa.

Illud etiam de malis, quę in hyemem aſſeruantur, pollicetur Galenus, præſertim cum cocta deuorantur, ſaccharo, & roſar. aqua reſperſa.

Oliuæ.

Oliuæ tabe aſſeruatæ, etſi ad cibi appetentiam faciant, cum tamen ægre concoquantut, & ſua ſalſedine humores inficiant, dimittantur. Sicut etiam autantia poma, limones tam recentes, quam muria aſſeruati, & huiuſmodi alia, tum frigida, tum acida (niſi appetitus gratia parce ſumantur) minime ad rem faciunt. Punica mala, quæ nec admodum acida, nec dulcia reperiuntur, poſſunt Medicinæ vice quandoq; ſumto cibo aſſumi. Ipſa enim vapores ad caput permeantes non obſcure tepellunt.

Amygdalæ, pineæ, piſtacea, pectori & neruis proſunt.

Amygdalæ, pineæ nuces, piſtaciaque, anhelanti pectori & anguſto, optime conueniunt, ac etiam affectis neruis.

Nuces ponticæ.

Laudant aliqui ponticas nuces, quas auellanas appellant, attamen cum à Galeno improbentur, quod dolores capitis inferant, in bilem facile vertantur, & concoctu ſint difficiles, eorum quidem ſententia penitus eſt reprobanda: Improbamus & caſtaneas ea de cauſa, quod concoctu ſunt contumaces, & flatus gignãt. Siccas ficus probamus, præſertim ſi cum nucibus vel amygdalis deuorentur. Quin etiam & ſicca pruna concedimus ex vino elixa, & ſaccharo aſperſa.

Acetum.

Acetum deinde quod plurimis ferculis commiſceri ſolet, quamuis tum craſſa tenuia facere, tum lenta incidere valeat, pectoti tamen, cerebro, & neruoſis partibus obeſt, ideoque non competit, niſi prius paſſulis iniectis diu inſoletur, vel leuiter decoquatur.

Butyrum.

Butyri vſus ſit etiam, ſicut olei mediocris, quoniam omnia pinguia ventriculum laxant, & facile vapores ad caput euolare faciant.

Saccharum.

Saccharum ptobatur, nam vbi fercula ſunt dulcoranda, maxime ptæſtat: id quod etiam de melle cocto, ac deſpumato intelligi poteſt.

Aromata.

Atomata omnia, nempe, Pipet, Zinziber, Caryophylli, Cinamomum, & alia, quæ in ciborum vſum expetuntur, vbi corpus excrementoſum inuenerint, longe magis obſtruunt, quam proſunt: quod excrementitios ſuccos in caput, in neruos, & in articulos ducant: atqui vbi corpus excrementis vacet, præſtabunt ſane, & præſertim hyeme quod concoctionem adiuuent, flatus expellant, & vniuerſum roborent corpus, ſi tamen modum non exceſſerint.

Incommoda frequentioris aromatũ vſus.

Nam vbi copioſius, quam par ſit, deuorentur (vt paſſim in Bohemia fieri ſolet) non ſolum iecur admodum excalefaciunt, & ſanguinem accendunt: ſed ſitim etiam excitant, & caput, neruos ac articulos afficiunt.

Crocus.

Crocus parce obſoniis admixtus, ſuo calore in cibis plurimum placet, cor exhilarat, & pectus dilatat: copioſior vero ſumptus (vt Galenus inquit ſecundo de communi medicina ſecundum locos) caput ferit, & intellectum perturbat, quo poſtea fit, vt affecto cerebro, pariter afficiantur & nerui, & corporis totius articuli.

Cinamomum.

Probamus inter cætera aromata Cinamomum, quod non admodum ſua acredine excalefaciat, & dulcedine quadam miteſcat, poſſitque tam hyeme, quam æſtate vſurpari.

Confectiones ſaccharata.

Ex fructibus, nucleis, & ſeminibus ſaccharo aſſeruatis, probamus myrobalanos chebulos, acorum, quem calamum aromaticum vocant, zinzib. citri corticem, amygdalas, nucleos pineos, piſtacia, coriandrum, aniſum, cinamomum. Præſtabit itaque his pro bellariis vti præſertimque coriandro, quod ventriculum roboret, & prohibeat ne vapores caput petant,

Potus.

Reſtat modo dicendũ de potu: qui (vt Galenus inquit, libro de diſſolutionibus continui, Haly Abbas quinto Theoricor. & Iſaac in particularibus dictis) duabus de cauſis humano corpori neceſſarius exiſtit.

Potus vtilitas.

Prima quidem, vt corpus humectet, ac loca humidarum ſubſtantiarum repleat, quæ continuo diſſoluuntur. Secunda vt cibum tranſmittat, ad omnia perferat corporis membra, ac ipſum adeo per commixtionem tenuem reddat, vt per meatus facilius penetrare valeat.

Potus commixtiuus.

Ignorandum præterea non eſt, quod potus, qui cum alimentis ſumitur, tam in prandio, quam in cœna, recte commixtiuus appelletur, ob ſui ipſius cum cibo commixtionem:

Delatiuus.

ille vero qui completa concoctione in ventriculo, & incompleta in i[illegible]ore bibitur, delatiuus appellatur, eo quo[illegible]er corporis parti-

particulas cibum penetrare faciat. Is enim in conſuetis, & his, qui impinguari volunt, conducens eſt. Inſuetis vero, & qui commixtiuum ſecundum rectam metam hauſerunt, minime. Poteſt igitur Illuſtris Dominus bibere vinum rubeum, vel ſubrubeum medioeris vinoſitatis, maturum, à fecibus purgatum, clarum & odoriferum, adeo vt ventriculum roboret, & cerebrum vaporibus non inficiat. Cuius tanta quantitas hauriatur pluribus vicibus, vt pro ciborum ingeſtorum cōmixtione ſit ſatis. Nam cum potus cibi quantitatem excedit in ventriculo, abſque dubio ſupernatat cibus, quo fiet, vt vaporibus inficiatur cerebrum. Præter hæc poſt præaſſumptum alimentum, aquam vel vinum bibere non conuenit, priuſquam fiat alimenti deſcenſus, quippe quod concoctionem intercipiat, & cibum ſupernatare faciat. Pariformiter ieiuno ventriculo vinum bibendum non eſt, cum corpori vniuerſo, præſertimque cerebro & neruis ex Galeni & Auicennæ ſententia, magnam admodum inferat noxam, ſicuti tam poſt mulierum congreſſum, quam poſt balneum, vinum ſtatim bibitum, maxime nocet. Vitet pro poſſe Illuſtris Dominus crebras conuiuiorum compotationes & ebrietates, quandoquidem non modo potus ex vino largius, atq; immoderate hauſto calorem naturalem ſuffocat & deſtruit adeo, vt tantam alimentorum molem neque concoquat, neque regere valeat, ſed (veluti Galenus 3. de victus ratione in acut. 3. de temperamento. Item in lib. de morb. & ſympt. cauſis. Ariſtoteles 30. problem. Auicenna 3. primi, & Halyabbas 5. Theoricorum teſtantur (caput vaporibus replet, corpus totum per accidens infrigidat, cum naturalem ſuffocet calorem, cerebro, ſpinali medullæ, neruis, neruoſiſque particulis maxime nocet. Item, apoplexiam, paralyſin, epilepſiam, attonitum morbum, conuulſiones, tetanos, & tremorem progignit, articulorum dolores excitat, mentem corrumpit, animam attenuat, & animales facultates enetuat: quæ omnia non alia de cauſa infert, niſi quod cerebro maxime noceat. Sit itaque potus moderatus ex vino iam præſcripto, quod tamen non ſit, neque multorum annorum, neque muſtum, vel valde nouum: Nouum enim ſanguinem tum paucum, tum turbidum generat, pituitam auget, ægre concoquitur, & frigidos procurat morbos: ſicuti pluribus annis inueteratum, cerebri membranas ſua tenuitate & caliditate lædit, præſertimque liberalius hauſtum. Ad hæc vitand… ſunt vina potentia ac generoſa, & præſer… in quæ ſunt tenuiora, quod non modo excalefaciant, plus quam par ſit; ſed & iecur, & cerebrum, & neruos, & articulos lædant. Cauendum præterea eſt à vinis arte, cum glacie vel niue, vel alio modo admodum refrigeratis, vt multis in locis fieri ſolet æſtatis tempore, quippe, quoniam neruis, pectori, pulmoni, cerebro, ventriculo, inteſtinis, veſicæ, renibus, iecinori, ſpleni, dentibuſque maxime nocet: Item, paralyſi frigidos procreat morbos. Ideoque libro …bis boni & mali ſucci, dicebat Ga…us: Qui minime exercentur ſumma æſtate, cum vehementi calore vrgentur, fontis aquam bibant, niuiſque & vini refrigerati vſum vitent: hæc enim, quamuis protinus nullam iuuenum corporibus ſenſibilem læſionem inferant, ſenſui tamen, occulteque creſcente vitio, cum iam ætas progreſſu temporis inclinauerit articulos, neruos, cerebrum & viſcera iis morbis vexant, qui vel difficulter admodum, vel omnino tolli non poſſunt. Ac tametſi non deſint Medicæ facultatis grauiſſimi authores, vt Auicenna, Rhaſis, & alii nonnulli, qui podagricos à vino omnino abſtinere velint, idque rationibus comprobant: cum tamen Illuſtris Dominus nullo podagræ affectu hactenus fuerit vexatus, non eſt, quod nunc cenſeam, debere illum à vini potu abſtinere. Cereuiſiam autem podagricis ſane laudare nequiuerim, quod à Dioſcoride ſcriptum ſit, eius potu non modo lædi cerebri meninges, ac etiam neruos; ſed & prauos inde procreari ſuccos. Veruntamen cum frequentiſſimus ſit in Bohemia cereuiſiæ vſus, qui tractu tēporis vertitur in naturam, cereuiſiam nec præferam, nec auferam.

Vinum.

Vinum ieiuno ventriculo non bibendum.

Compotationum incommoda.

Muſtum.

Vina potentia.

Vina refrigerata vitanda.

Cereuiſia podagricis noxia.

De repletione & inanitione.

Comedat bis in die, labanturque ſemper à prandio ad cœnam ſeptem vel octo temporis horæ, quibus vniuerſaliter, &c, vt in pluribus alimentorum concoctio fieri ſolet, quorum eduliorum quantitas non ſit adeo magna, vt laborem ventriculo inferat. Nam multa alimentorum quantitas, etſi ſit optimi ſucci, (vt Galenus inquit, in lib. de morbor. cauſis, & de continui diſſol. & Auicenna 3. primi) & quæ plurimum alimenti præbere poſſit, frigidos tamen morbos excitabit. Maxime autem (vt Galenus inquit in lib. de cibis boni aut mali ſucci) ad morborum generationem facit cruditas humorū, quæ ex crapula generatur, ſiue boni, ſiue mali ſucci cibos ſequatur, quanquam peior ſit, quæ à mali ſucci prouenit alimento. Etenim immodica repletio tam cibi, quā potus pernicioſiſſima eſt. Alimentorū enim abun-

Immodica cibi repletio.

dantia (vt Galenus inquit, libro de morborum cauſis) eo pacto naturalem noſtri corporis calorem ſuffocat, quo magna lignorum ſtrues incenſum ignem, & olei plus, quam par ſit, lampadis flammam extinguit. Quapropter eodem libro dicebat Auicenna: *Ciborum equsdem menſura exiſtat, quam vẽtriculi robur conficere poſsit.* Ea enim recta erit menſura, quæ cum ingeſta fuerit, grauitatem non affert, in ventriculo non nata[...] nauſeam non commouet, neque ingenii [...]betudinem facit, neque ſomnia tumultuantia repræſentat, neq; ructus ſui ipſius ſaporem redolentes, poſt tempus excitat. Ideoq; cibi quantitas mediocris, & ſecundum concoctricis facultatis robur eſſe debet. Illud etiam non ignorandum (vt Galenus 3. de victus ratione in morbis acutis ait) cibos multiplices, & præſertim facul[ta]te diſſimiles, magnam progignere in ventriculo turbationem, à quo ſumens Auicenna tertio primi. Nil deterius eſt, inquit, quam diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & cõmedendi tempus prorogare, quoniam cum poſtremum aduenit nutriens, primus iam incipit digeri cibus, quod his in regionibus ſæpius in tanto Magnatum & Nobilium numero accidere in conuiuiis ſolet, ideoq; animaduertat Illuſtris Dominus, ne ſæpius in hos incidat errores. Sciendum præterea eſt magni etiam eſſe momenti, non ignorare ea alimenta, quæ prima & poſteriora, tam in prandio, quam in cœna ingeri debeant. Lubrica enim, vt iuſcula humida, & corruptibilia, vt fructus & piſces, concoctu facilia, vt iuuenum pullorum carnes, & oua recentia, ſemper præcedere debent: ſicuti ſtyptica, craſſa, & concoctu contumacia ſuccedere. Nam hæc, ſi concoqui debent, longiori tẽpore in ventriculo permanere neceſſe eſt (vt Galenus de alimentorum facult. 2. memoriæ prodidit.) Pariterq; cauendum, ne plus potus, quam cibi ingeratur, ne inde poſt modum ventriculo innatet cibus, & vapores caput petentes affatim oriantur, quo nil certe peius in omni cerebri deſtillatione, ac articulorum doloribus. Cœna breuior ſit prandio, ne multi vapores inde oriantur, & caput in ſomno petant. Nec obſtat, quod dixerit Galenus contrarium, ſcilicet cœnam prandio copioſiorem eſſe debere, quippe quoniam à ſanis, non à catarrho & articulorum doloribus vexatis, hoc fieri debere ait, cum calor naturalis in interioribus frigiditate noctis magis deliteſcat. Poſtremo pro poſſe curandum eſt, vt quotidie aluus ſubducatur, quod ſi naturaliter fieri non poſſit, fiat ſuppoſito balano ex melle parato. Inquit Galenus: *quod tempore Hippocratis pauci podagra laborabant, propter vitæ moderationem. Noſtris vero temporibus vſq; adeo auctis edulijs, vt nihil eis addi poſſe videatur, infinita eſt podagricorum multitudo, cum nonnulli ſint, qui ne exerceantur quidem: ſed cruditatibus & ebrietatibus incumbant, & ante cibum vina bibant potentia, & rebus Venereis vtantur immoderate.* Ex quibus Galeni verbis facile coniicere poterit Illuſtris Dominus, nulla alia de cauſa magis gigni podagram, quam crapula, ebrietate, & malo victus regimine. Et hęc ſufficiant, quo ad repletionem & inanitionem, & ad ea, quæ tamquam regulæ vniuerſales in alimentorum aſſumptione haberi debent.

Menſura cibi.

Varietas ciborum fugienda.

Ordo ciborum.

Qui cibi primum aſſumendi.

Somnorum cœna.

Aluus ſingulis diebus reſpondere debet.

Quare podagricorũ hoc tempore tãta multitudo.

De exercitatione & quiete.

Maximum corporibus adiumentum eſt moderata, debitoq; tempore facta exercitatio, adeo vt victus omnimodam regulam & medicamentorum omnium vires antecellat. Quod atteſtatur Galenus 1. de ſanitate tuenda, cum inquit: *Exercitationis commoda victu & medicamentis attenuantibus praſtant. Nam medicamenta, quæ obſtructos meatus, tum craſsitudine, tum abundantia, tum excrementorum lentore reſerare valent, ea quidem tum calida, tum ſicca eſſe oportet, ideoq; & carnem liquant & ſolido extenuant, quod etiam ab extenuatoria victus ratione fieri accidit: at exercitationes tum ſoluere excrementa, tum per ſudoris meatus eiicere poſſunt, nullo habitus noſtri corporis incommodo. Nam iis firmitas quadam membris accedit, cum & naturalis ipſe calor accẽditur, & ex partium inter ſe attritu durities quadam indolentiaque comparatur.* Hæc Galenus. Sed animaduertendum eſt, ne exercitium modum excedat. Nam teſte Galeno 1. de ſanit. tuend. Motus, qui modum nõ ſeruant, vituperandi ſunt, ſiue ex rationali, vel appetitoria, vel animoſa animi parte cieantur. Nam motus, qui modum nimium exceſſerant, bilioſum animal reddunt, febres, phreneſin, eryſipelata, & cæteros calidiores procreant affectus. Ideoque exercitationes modum excedentes, nullo pacto ad tuendam ſanitatem faciunt. Verum quemadmodum immoderata exercitatio maxime nocet; ita quidem etiam obeſt exercitatio illa, quæ intra modũ ſubſiſtit, cum teſte Galeno, loco præſcripto, etiam animal pituitoſum reddat, viſcerum quorumlibet obſtructiones faciat, apoplexiam, epilepſiam, & fluxiones concipiat, & podagram, & articulorum dolores excitet. Nam ea de cauſa Galeni tempore (vt refert 6. Aphoriſmor. 28. & victus intemperantia Eunuchi podagra laborabant. Quo autem tempore & termino ab exercitatione ſit deſiſtendum, optime docuit Galenus ſecundo & quinto, de ſanitate [tu]enda, cum inquit

Vtilitas exercitiorum.

Exercitationis nimia in commoda.

Terminus exercitii.

inquit: *Qui exercentur, exerceri debent, quouſq; corpus intumeſcat, color floridus appareat, & propte & æquabiliter ſudorem cum calido vapore mixtum, exundet. Nam cum aliquod horum fuerit mutatum, ſtatim inhibenda exercitatio eſt.* Ad hæc proprie mediocris dicitur & ſalubris: ſicuti leuis inutilis, & immodica nocens. Quapropter dicebat idem Galenus 3. de ſanitate tuenda. Qui tantum tuendæ bonæ valetudinis cauſa exercentur, iis nec neceſſum, nec vtile plane eſt, immodicos adire labores, cum non ſolum corpus attenuent, & laſſitudines inferant: ſed humores agitent, & defluxionibus aptent. At contrarium agit moderata exercitatio, vbi quis podagram fugare cupiat. Quippe, inquit Galenus, 6. Aphoriſ. clarum eſt, & in podagricis manifeſte apparens, quod influente aliquo ad pedes humore ſuperfluo, paſſio generatur, ſi nunquam igitur hic humor influeret, liquet, quod neque vnquam accideret paſſio: non fluet autem, ſi ſemper vacans ſuperfluitatibus corpus extiterit: erit autem vacans ſuperfluitatibus, ſi mediocri exercitio vtatur, & homo bene cibum coxerit, vnde & deſidiæ, & crapulæ eius nocent.

Somnus & vigilia.

Somnus & vigilia. Somnus, vt in definitionibus inquit Galenus, eſt quies, vacatioque ab animantis actionibus, quam conciliat vtilis materia, quæ ex ventriculo in cerebrum colligitur. Vel eſt remiſſio animæ ſecundum naturam à finibus ad principatum: Et protrhet. comment. 11. inquit idem Galenus: *Demonſtrauimus vigilantiam quidem fieri, tum propter ſiccitatem, tum caliditatem primæ ſentientis partis, id eſt, cerebri ſicuti ſomnum ex contrariis, cum ſcilicet ex humidi vtilis copia grauetur corpus, quomodo ex crapula profundus erit ſomnus.* Is autem neceſſarius omnibus eſt, vt ſenſus ab exercitatione quieſcant, vt alimentum non modo in ventriculo concoquatur, ſed in tota corporis mole, vt reſolutæ corporis facultates inſtaurentur, & vt corpus totum labore affectum refocilletur. Probatur autem (vt Paulus & Auicenna atteſtantur) nocturnus ſcilicet, duabus vel tribus horis à præſumpta cœna, & cum iam cibus in ima ventriculi parte reſidet. *Somnus debet eſſe nocturnus.* Nam ad concoctionem perficiendam longiori ſomno indiget natura. Id enim longe melius nocte, quam die fieri poteſt. Nec tamen ob id longiori tempore, quam ſeptem vel octo, ad ſummum horarum ſpacio eſt protrahendus. Cum (Galeno teſte 2. de victus ratione in acutis) ſomni prolixitas corporis & capitis grauedinem efficiat, admodum humectet, vt halituoſa incipiat excrementa. Quo fit, ex Pauli & Auicennæ ſententia, vt importunus ſomnus animales facultates imbecillitate afficiat, innatum calorem extinguat, caput aggrauet, memoriam deſtruat, nauſeam inducat, calorem inficiat, & malum totius corporis habitum gignat. *Importunus ſomnus.* Cauendum præterea pro poſſe eſt a meridiano ſomno. Nam qui interdiu, vt Paulus lib. 1. fatetur, obdormiſcunt, integrum tempus ad abſolutam alimentorum concoctionem non habent: Nam intertupta ante horam ſuam coctione, à meridie reſurgentes, ſubinde acidos ructus edunt, ac cerebrum etiam flatibus repletur, & vt Auicennæ teſtimonio comprobatur, humentes procreat morbos, colorem inficit, lienem auget, neruos imbecilles reddit, ſegnitiem parit, & memoriam deſtruit. *Somnus diurnus incommoda.* Idcoque neruorum & articulorum doloribus vexatis admodum improbatur. Statim præterea à cibo dormiendum non eſt, quippe quoniam oculis obeſt, caput replet, & corpus totum multis impedit modis, ſicuti ſtatim poſt exercitationem, poſt balneum, & euacuationem, etiam non obſcure nocet. *Non ſtatim à cibo dormiendum.* Decubitus autem, vt Auicenna iubet, primo in dextrum latus, capite mediocri altitudine ſuper puluinari collocato, aptari debet, ac deinde in ſiniſtrum, quo cibus prompte ad ventriculi fundum deſcendat, vt à iecore illic incumbente concoctio adiuuetur. *Dormitur in latus dextrū primo, mane ſiniſtrum.* At ſuper dorſum decumbere ab omnibus improbatur authoribus, cum multorum teſtimonio, fluxione tentatis ſit peſtilens, & comitialem morbum, apoplexiam, paralyſin, & ephialten concitet. *Decubitus ſuper dorſum incommoda.* Ex quibus concludi poteſt, quod longiori tempore protrahere ſomnum, catarrho & podagra vexatis, ſit admodum inconueniens, ideoque recte probari poteſt dicterium illud: *Eſuriant, ſitiant, vigilent, qui rheumata curant.*

Accidentia animi.

Animi accidentia. Sub hoc membro Doctores etiam de coitu tractare conſueuerunt, quo fit, vt ego eorum proſequar inſtitutum. *Coitus.* Coitus igitur cum ſuperfluum quiddam ſemen appellatum, è corpore educat, neceſſarius omnino exiſtit. Nam cum in aſſuetis non exercetur (vt latius Galenus in 6. de locis affect. atteſtatur) tam in viris, quam in fœmellis, morbos valde graues excitat, ſcilicet melancholiam, mœſtitiam, capitis grauitatem, ciborum faſtidium, ac etiam febres. A quo ſumens Halyabbas 5. Theoricarum: Si ſeminis, inquit, exuberantia ſuis aucta in vaſis, coitu non euacuatur, aut à natura non expellitur, in inguinibus fit, & aliis corporis partibus non leuis ex-

tenſio, omniſq; in corpore grauitas, ſæpeque ſuis ſemen calefit in vaſis, & fit febris. Nonnunquam autem eius aſcendunt ad cerebrum vapores, vbi & peſſimos generant morbos, ſcilicet ſenſuum, & intellectus hebetudinem, capitis grauitatem, oculorum tenebras, temperamenti permiſtionem, ciborum inappetentiam, cordis tremorem, & venenum viperino ſimile, quo repentina morte quandoque nonnulli correpti ſunt. Quamobrem à moderato coitu Illuſtris Dominus nullatenus abſtineat. Quapropter in arte Medicinali dicebat Galenus: *Etſi Venereorum, iuxta Epicuri ſententiam, nullus eſt vſus ſalubris: attamen venera confert. Si tantum internalli in eorum vſu adhibetur, vt neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe homo quodammodo leuior factus videatur, ac melius ſpirare.* Tempus vero ad coitum exercendum opportunum erit, cum in exceſſuum omnium mediocritate corpus fuerit conſtitutum, cum ſcilicet neque ſupra modum plenum, neque vacuum extiterit. Qua ratione concludi poteſt, horam coitus commodiſſimam eſſe, cum iam prima alimentorum concoctio ſit abſoluta. Ideoque errore ducuntur, qui ſtatim poſt cœnam, vel prandium tenſo alimentis ventriculo, ac crapula largiore repleto, cum ſuis vxoribus congrediuntur, minime animaduertentes, quod magna corporis iactura naturalem calorem ab alimentorum coctione diuertant. Verum ab immoderato Venereorum vſu maxime abſtinendum eſt. Nam ſicuti eorum abſtinentia maxime nocet, pariformiter frequentia multa humani corporis naturam deſtruit. Et propterea libro de ſemine dicebat Galenus: *Omnia animalis vaſa, & membra tantiſper euacuari neceſſe eſt, quoad repleatur id, quod potentiſſimum eſt.* Atque hoc modo accidit, vt bis in occaſionibus omnes animales partes, tam ſeroſo humore, quam vitali ſpiritu priuentur: ſiquidem hic quoque ex arteriis vna cum genitali humiditate excernitur. Nihil igitur mirandum eſt, ſi ii, qui immoderato coitu vtuntur, imbecilliores euadant, cum & vniuerſum corpus vtrorumque horum puriſſima parte fraudetur, & accedat etiam voluptas, quæ vel ſola adeo idonea eſt, ad vitales vires diſſoluendas, vt nonnulli iam nimia voluptate affecti interierint. A nimio igitur coitu abſtineat Illuſtris Dominus, ac neque repleto corpore, neque poſt balneum, aut purgatorium medicamentum, aut poſt ſanguinis miſſionem, aut poſt labores, aut vigilias, coitu ſtatim vtatur. Quamquam minus longe ſit malum ex Galeni ſententia, in arte Medicinali, cum mulieribus congredi corpore repleto, quam euacuato, calefacto quam infrigidato, humecto quam exſiccato. Abigat præterea à ſe omnem pro poſſe iracundiam, & quamlibet triſtitiam. Quippe; quoniam ſicut hæc corpus infrigidat, naturalem calorem extinguit, concoctionem corrumpit, & oſſa, vt inquit Salomon, exſiccat: ita illa bilem accendit, ventriculum inficit, ſanguinem perturbat, tremorem commouet, & maniam inducit: ſicut etiam magna & ponderabilia negotia cerebrum & intellectum hebetant, & melancholicos humores procreant. Pro poſſe igitur omnia hæc mala animi machinamenta à ſe auertat, & omni quidem ſtudio & prudentia gaudeat & lætetur. Poſtremo, ſciat Illuſtris Dominus, quod teſte Galeno rectum viuendi regimen tanti exiſtat momenti, vt quam plures ab eius inſtituto non diſcedentes, à diuturnis, & admodum periculoſis morbis euaſerint: ideoque in hac non parua eſt habenda fiducia. Sed de his hactenus.

Venenum viperino ſimile ſemine.

Immoderatus coitus.

Voluptas.

Ira.

Reliquum nunc eſt, vt de ſanguinis miſſione ac purgantibus medicamentis aliquid in in medium adferam. Nam cum arduum admodum ac difficilimum ſit, imo etiam impoſſibile, vt quis adeo prudenter ac diligenter ſe habere poſſit in ſeruando victus regimine, quin quandoque non erret, & ob id coaceruet, exerementitios humores hos quidem expellere neceſſe eſt, ne tractu temporis ad articulos permeent, & ibi, vt ſolent, cruciatus excitent. At ſi hoc in iis fieri expetit, qui ſeruandæ victus rationi plurimum ſtudent, quid igitur prohibet, quin hoc longe magis fieri debet iis, qui ſæpiſſime ac latius delinquunt. Id enim hoc in regno quotidie euenire obſeruabimus. Nam adeo hic inceebuit compotandi mos ac coepulandi conſuetudo, vt impoſſibile ſit, illam effugere poſſe quenquam, ac præſertim Nobiles ac Magnates, eum quotidie fere lautiſſima pateat conuiuia.

Quare annua vena ſectio & purgatio ſit neceſſaria.

Quamobrem non ſolum viuendi tegimen ad fugiendam podagram mihi ſcribendum fuit, ſed ea etiam afferenda ratio, qua cum venæ ſectione, tum exſoluente medicamento excrementitios vniuerſi corporis ſuccos expellere poſſit. Vbi autem excernendorum fuerit multitudo, vt plerumque iis ineſſe ſolet, qui crapula, & compotationibus ſe replent, iubet Galeni liber, de his, quos purgare oportet, iis ineunte vere ſecari venam. Vbi vero humorum ſit tantum corruptela, ſolam dare potionem, dum adhuc ſani degunt, ne ſubiode ægrotent. Verum, vbi quis & [illegible]enitudine, & humorum corruptela laboret non ſolum ſangui-

ſanguinis miſſione illius corpus inaniendum fuerit,ſed etiam potione. At cum nihil addubitem, Illuſtrem Dominum repletione fere continuo eſſe affectum,cui facile accedere crediderim, nonnullam humorum etiam corruptelam, nihil ſane prohibet, quio putem duo hæc remedia illi eſſe neceſſaria. Cæterum, quo anni tempore hæc fieri debeant,non ſolum libro nuper citato docet Galeous, ſed & lib.6. Aphoriſ. 48.ſic inquiens: *Liquet,quod de his, qui adhuc ſani degunt:ſed ægri futuri ſunt, niſi euacuentur aere aduenıente.* Quo fit,vt ad Februarii finem, vel ad Martii initium ſtatim euacuatio debeat ſuſcipi, quæ ita mihi inſtituenda videtur.

Minoratiuum.

℞.Elect.lenitiu.
Diacatholic.an.ʒ iiij.ß.

Miſce cum ſaccharo,& fiant boli iiij. vel v.& deuorentur horis quinque ante cibum. At ſi magis hæc in potu, quam in Electuario haurire cupiat. Diſſoluantur cum aq. betonicæ q.ſ. & pauca aqua cinamomi, & fiat potio.

Phlebotomia.

Sequenti die hora vna vel altera ante cibum ſecanda erit vena communis, ſiue mediana dextri brachii, nec prius claudenda, quam ſanguinis ℥ vj.effluxerint. Poſt hęc ſequenti die ad concoctionem humorum, qui pellendi ſunt, paretur hic ſyrupus.

Digeſtiui.

℞.Syrupi de Endiuia.
de Betonic.an.℥ß.
Aq.betonic.℥ iij.ß.
Miſce pro ſyrupo.

Sumatur quinque diebus continuis tepidus in aurora, poſt cuius ſumptionem, ſi poſſit, dormiat ad libitum, & ieiunet deinde horis quatuor. Sumptis hiſce ſyrupis, accipiat ſequenti die in aurora infra ſcriptam potionem calidam, poſt quam dormiat ſtatim, ſi poteſt, vna tantum hora, & ieiunet horis quinque. Potio ita paratur.

Euacuatiuum.

℞.Myrobalani.
Sebeſten.
Prunor.Damaſc.an.num.iiij.
Paſſular.ʒj.ß.
Polypod.quercin.confracti ʒ ij.
Flor.cordial.an.p.j.
Folior.betonic.m.ß.
Senæ oriental.℥j.
Cinamomi.
Zinzib.an.℈j.
Sem.anis.ʒ ß.

Miſce, & ſ.a. ex omnibus fiat decoctio in aqua ad conſumptionem tertię partis,& coletur.

℞.huius Colaturæ ℥ iij.ß.
Aq.cinamom.ʒj.
Diacatholic.ʒ v.
Diaphœnic.ʒ ij.
Rhabarb.ſubtilit.puluer.℈ iiij.
Agaric.Trochiſcat.℈j.

Miſce,fiat potio, & dulcoretur cum pauco ſaccharo.

Hoc facto, poterit tribus ſequentibus diebus horis tribus ante cibum mane tantum ad roborandum ventriculum, & cerebrum ſumere infra ſcriptum Electuarium.

Electuarium.

℞.Conſer.roſar.℥j.
Mithrid.elect.ʒ ß.
Spec. aromatic.roſar.Gabriel.℈j.

Miſce, & fiant inde boli tres, & inaurentur, ſumatur quotidie bolus vnus ex his tribus, vt dictum eſt.

Hæc itaque ſunt Generoſe Domine Comes, quæ pro regimine præſeruatiuo contra podagram tibi ſcribenda duximus. Quæ ſi ſeruabit, non vereor, quin illi maxime ſint profutura, ad laudem Dei omnipotentis, & optimi maximi, qui ſolus omnes ſanat languores.

In podagra, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCXXI.

CVM de eo, quod vere cognoſcit Medicus, conſilii ſui rationes recte exponere poſſit; miror mihi initio tenebras quaſi obiici, cum perſcribitur inunctionibus chymicis longo tempore Illuſtrem Dominum vſum, quibus malæ qualitates ſunt inductæ, & non attingitur, quales nam illæ fuerint. Certe cum conſilium à me expetatur, in primis de his me moneri oportebat, ſed vtut ſit, ne officio meo defuiſſe videar, ſimpliciter ſententiam meam exponam. Initio autem hoc affirmo, me inunctiones chymicas toto pectore auerſari; idque iſtis rationibus adductum facere: primum, quia eiuſmodi medicamenta calori naturali non ſunt proportionata, itaque vt vim adferant naturæ, vel eam lædant, neceſſe eſt. Secundo, quod ſulphur & mercurius metallicorum nulla arte ita plane corrigitur, vt naturæ conueniens reddi poſſit. Poſtremo, quod violentum naturæ inimicum ſit, neque Medico, qui naturæ ſubſeruire debet, vſurpandum. Quod vero ad cauteria attinet; cum materiam Medici non tenuem tantum, ſed mixtam, craſſam, atque ſalſam eſſe fateantur, quid iis proficimus? Pauca materia, eaque tenuis per fonticulos iſtos, vt appellant, euacuatur; cum iſta Podagrici

Inunctiones chymicas Crato auerſatur.

Cauteria podagricis parũ conducere.

Seroſi humores ſunt cauſa podagræ.

maxime abundent, imo craſſa materia podagram g'gnere noo poſſit, niſi tenuis illa, & ſeroſa, tamquam vehiculum adſit, & inflammationem excitet. Hoc vero ſi tota per cauteria poſſet euacuari, nihil conuenientius podagricis eſſe cauteriis ſeu fonticulis iſtis iudicarem. Verum cum videamus, quã exigua pars effluat, atque illud, quod effluit, non tam ad curationem, quam præcautionem morbi faciat, quorſum propter paruum atque incertum commodum magna incommoda ſubeunda? Multis enim exemplis erudimur, quam minime tuto cauteria, præſertim in pedibus, atque hoc noſtro Germanico aere adhibeantur. Et dum propter aeris Germanici intemperiem, & frigiditatem clauduntur, quam ſubito mors cõſequatur? Poſſem aliquot recitare clariſſimis Medicis non ignota exempla, ſi neceſſe eſſet. Sed fac eſſe fonticulos iſtos, non ratione podagræ, ſed ſanandorum vlcerum fieri. Si hoc quærimus, vel diuerſionis, vel deriuationis finem ſpectamus. Eam autem quomodo conſequi liceat, ſi ad membrum affectum materia trahatur, & deducatur, Medici viderint. Non libet in hanc ſententiam ſcribere plura. Cum autem corrupti humoris ſeroſi & ſalſi remotio è corpore manifeſte nobis indicetur; eas vias, quas natura demonſtrat, perſequamur. Primum igitur optima victus ratio præſcribatur, deinde, mixti, craſſi, atque maligni humores præparentur, præparatique euacuentur. Præparari poterunt decocto cardui benedicti educi atque euacuari agarico. Nam ſimpliciſſimis medicamentis vtendum cenſeo. Hoc modo craſſioribus humoribus è corpore remotis, propinandum ad ſummum viginti quinque, vel triginta diebus decoctum ſarſæ pariglię: ita vt in octo libris aquæ duæ vel tres (ſiquidem ſarſa pariglia non ſit recens & bona) vnciæ decoquantur. Sumat autem octo primis diebus tantum vnum hauſtum ſudoriferum matutine, deinde decem diebus bis in die bibat atque ſudet. Ad extremum rurſus vno die ſemel tantum vtatur. Aeri ſe non exponat, & abſtinendis abſtineat. Rectam victus rationem obſeruet, non modo in curatione; verum etiam poſt curationem. Pro potu vtatur ſecundo decocto, io quo radices eryngii admiſceantur, vt ſeroſis humoribus per vias etiam vrinæ exitus pateſiat. Scimus, quantum ſarſæ vſus in periculoſiſſimorum vlcerum curatione proſit. Caput autem & ſummam curationis podagræ eſſe ſtatuo: efficere, vt corpus ſeroſis humoribus vacet. Rationes ſæpe Medicis à me ſunt oſtenſæ, nec hoc loco referendæ. Si tamen hæc curatione ſeroſi humores exhauriri, exulceratæ partes curari & roborari non poſſent, aliud cõſilium de thermis Landecenſibus in promptu eſſet. Quæ profecto, ſi tempeſtiue à moderatis hominibus (quis enim immoderatos & intemperantes curet) adhibeantur, plurimum momenti in cura podagrę, modo morbus ſit curabilis, afferunt. Sed de thermis alio tempore agemus. Illud nunc moneo, cum materia ſalſa & acris graues dolores in partibus, quas exulcerat, inducat, vt ad contemperandum & leniendum illam pulmentum ex radicibus altheæ in puluerem redactis, atque in lacte decoctis loco affecto, & dolenti adhibeatur. Quantum hoc cataplaſma valeat, res, vt ſpero, oſtendet. A benigniſſimo autem Deo, qui ſolus ſanat & curat, benigne hoc fortunari opto.

Cauteria in aere Germanico minus tuta.

Præparatio humorum.

Decoctum ſarſæ.

P otus rad. ſarſæ cum rad. eryngii.

Thermæ Landecẽſes.

Pulmentũ ex puluere rad. altheæ.

In podagra, pro quodam Nobili viro,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCXXII.

PODAGRA neque hyeme cum humores intus concentrantur, neque in commotionibus peregrinationum rectè curari poteſt. Ideo nunc pro iſta occaſione ſuadere parum poſſum. Quod ad priora remedia attinet, quæ ad mitigationem mali adhibui primum quidem ad calidorum humorum, qui non modo pituitam ad articulos deuehunt ſed dolores ipſos concitant auerſionẽ, hanc potionem præſcripſi:

Emulſio.

℞. Aq. borragin ℔.j.ß.
Margarit. præparat. ʒj.
Papauer. alb. ʒj.ß.

F. emulſio, cui margaritis adiunctis in ſubſtantia, add.

Syrupi de papauer.
Violat. an. ℥j. Miſc.

Ad maturationem autem, & mitigationem dolorum ſuaſi hoc:

Anodinon.

℞. Aq. è florib. verbaſc. ℔.j.
Myrrhæ ℈j.
Croci ℈ß. Miſc.

Antea monui de vnguento ad calidita- tem renum: & ad humores aduſtos ſyrupus de pomis cum ſena præſcriptus eſt, qui & aluum lenit, neque vehementer præcipitat humores, qualia in fluxionibus neceſſario ſunt adhibenda. Nam plerumque etiam ad locum affectum demittũt materias, & chronicon malum efficiunt. Quæ vero vehementer purgant, etſi videantur prodeſſe, maximopere tamen afficiunt corpora, cum humidum radicale, & calorem naturalem affligant, & membra ipſa [...]ctionis valde de[...]

Syrupus de pomis.

Vehementer purgantia lædunt.

de debilitent, vt paulo poſt non minus excrementorum iorus colligatur, quam purgatione ademptum ſit. Quapropter & à medicamentis talibus, & Medicis indoctis cauendum eſt. Quod hæmorrhoides fluunt, magnum in eo ſalutis præſidium collocet, & cum aluus non eſt aperta, ad drachmam ſemis aut minus etiam vtatur aloe roſata paulo ante cœnam, ac pedes calidos ſeruet, niſi malit, vt fortius purget. Tumor pedum eſt à calore debilitato, nec hydropis initium à tumore incipit, ſed ab intemperie epatis. Quia autem epar non corruptum eſt, hac quidem in parte nullum eſt conſilium. Pedes muniat pellibus leporum, & plantis pedum artemiſiam ac abſinthium ſupponat. Præſeruatio podagræ in commoda victus ratione poſita eſt, maxime ne membra affecta refrigerentur, aut nimium incaleſcant, aut humectentur, ſed ſicca ſeruentur. Vitet vina fortia, & quicquid humores commouet, vt venus, ira. Aluum ſemper apertam habeat vſu pillularum de aloe. Sudet mane quotidie. Sunt quidem & alia remedia quæ præſeruationi ſeruiunt, ſed in itinere vſurpari non poſſunt. Interea contentus ſit nobiliſſimus Dominus extracto è iuniperis, & id ſingulis diebus aſſumat.

Hæmorrhoides. *Tumor pedum.* *Artemiſia. abſinthium.* *Extractum è iuniperis.*

In eodem affectu, pro eodem,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCXXIII.

SI obtemperaret æger conſilio meo præſcripto, non indigeret aliis remediis. Nam quod integre ſe ſperat poſſe conualeſcere, id neque debeo, neque poſſum polliceri. Quia autem certum eſt thermas, præſertim quæ cupream mineram habent, quales ſunt Landecenſes, calorem innatum & articulos roborare, ſuaderem vt hac temporis occaſione vteretur, præmiſſa prius tali corporis euacuatione.

Thermæ cupreæ. *Pillulæ de Terebinthina.*

℞. Terebinthin. ſi haberi poteſt Cypriæ ℥ß.

Coq. in aqua maluæ, donec albeſcat. Huic adde:

Rhabarb. puluerisat. ʒiij.
Pul. iuæ arthriticæ.
Succin. alb. an. ʒj.
Succi liquirit. ℈j.

Miſc. & inuoluantur puluere cinamomi, & f. pillulæ mediocres. De his pillulis vtatur aliquot diebus ad quindecim duabus horis ante prandium, & ſi vehementius aluum moueret, quieſceret aliquot diebus. Poſt ſumptas pillulas bibat ſerum caprinũ, in quo deco[cta] ſit betonica, addito cochleari ſacchari roſati. Quod autem à me poſtulantur remedia profectioni accommodata, cum ignorem quo iturus ſit, & quam longa ea via ſit, nihil poſſum præſcribere, cum Galenus dicat: qui rectam victus rationem tenere nequeunt, iis optimam medicinam præſcribere ſuperuacaneum eſt. Quæ poteſt autem ratio viuendi commoda in itineribus obſeruari? Præterea duo tantum præſcribam, obſeruata tamen diæta. Primum ſi hæmorrhoides non fluent, trib. pillulis vtatur ante cœnam, & ſtatim quadrante horæ poſt cœnet, nec diutius differat cœnam, quam velim eſſe parcam.

Pillulæ de aloe roſata.

℞. Aloes roſatæ ℈j.
Reformentur pillulæ nu. iij.

Deinde vt ſingulis diebus mane hoc electuario vtatur quantitate iuglandis:

Elect. cerebrani.

℞. Conſer. roſar. recentiſſ. & Damaſc. ℔j.
Carnis myrobalan. emblic. condit. ℥iij.
Ambræ el. & gryſ. ℈ß.
Caryophyll. incil. ʒ vj.

Miſc. cum iulepo roſar. & ſyrupo de corticibus citri, & f. electuarium. Quod ſi hoc electuario cum conueniente diæta quotidie vſus fuerit, animaduertet hoc ſibi profuturum, vt diuinæ clementiæ ſatis gratus eſſe non poſſit.

In podagra, pro quodam Magnifico Domino,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCXXIV.

MAGNIFICVS Dominus rectam victus rationem tutiſſimam & veriſſimam Medicinam, quemadmodum Hippocrates noſter nos admonet, eſſe putet: Eam igitur, ſiquidem ſe à medicamentis iuuari poſtulat, obſeruet. Longum vero eſſet recenſere ſingula, quæ in victu obſeruanda: in pauca igitur contraham. Simpliciſſimo victu contentus ſit. A potu vini, ſi poteſt, abſtineat, aut vinum minime potens, neq; acetoſum, quam parciſſime bibat. Piſces modice & raro attingat. Cancris non vtatur. Oleta & legumina vitet. Sunt tamen magni Medici, qui vſum braſſicæ ſingulariter commendant, & laborantibus podagra tunc cum adeſt dolor, ſolam braſſicam edendam præſcribunt. Hoc quidem certum eſt, quo victus parcius alimentum præbet, & ſalubriorem eſſe. Itaque podagricis cauendum à gallinarum & caponum carnibus, quia multi ſunt nutrimenti, & copioſum ſanguinem generant. Ab vno paſtu ad alium ſeptem ad mi-

Vinum non potens, nec acetoſum Podagricis in pauca quantitate conceditur. *Braſſica.* *Regula podagricorũ.* *Gallinarũ & caponũ carnes podagricis vitãda.*

nimum horas interponat. Poſt cibum neque ſtatim bibat, neque dormiat. Ante cibum ſe exerceat, pedes tamen neque eundo, neque equitando exerceri velim. Horis *Balneã.* tribus poſt cœnam cubitum eat. Venus moderatiſſima ſit. Balnea, niſi ſudorifera, nulla. *Vomitus.* Aluus vt quotidie ſit aperta, operam det. Si facile vomere poſſet, nihil conducibilius, quam ſi vel ſingulis menſibus vel certe tunc, cum acceſſiones timendæ, vomitu ſe expurgaret: ſed vt naturæ quaſi vim faciat non ſuadeo. Vtiliſſimum autem eſt podagricis, vt ſingulis diebus mane in lecto ſu- *Sudor.* dent, & ſi non conſueuere hoc, facere adſueſcant: Nam ſeroſi humores plurimum ſunt *Signa aduenturi paroxyſmi.* podagricis noxii. Itaque per ſudorem & vrinam expurgandi. Ac quoties ſudores nõ prodeunt, & vrina pauca eſt, certum eſſe *Succus è baccis ſambuci.* podagræ aduentantis initium ſciat. Ad vtramque intentionem recte dantur matutine duo cochlearia ſucci è baccis ſambuci cum ſaccharo præparati ad modum ſyru- *Fotus poſt paroxyſmũ.* pi. Fomenti etiam pedibus admouentur ex decocto artemiſiæ, origani, abſinthii, & chamomillæ in vino & aqua. Fiat autem vas, in quo fumum pedibus excipiat, ita vt bene concaleſcant, tecti. Hoc fomentum vtiliter adhibetur poſt paroxyſmum podagricum. Sed enim iam dolor eſt præſens, atque incipit malum, nequaquam fomentum *Curatio podagræ inuadentis.* adhibendum. Applicanda vero ſunt initio, quæ partem roborant, & affluxum nimium prohibent. Itaque ſcobem cornu ceruini ſumat in aquam verbaſci ponat, & percolatam aquam pedibus ſeu parti, ad quam ſit *Succus verbaſci.* affluxus, applicet. Deinde ſola aqua verbaſci vtatur, vel ſucco, qui in vaſe vitreo floribus verbaſci repleto: & ſoli expoſito, reperitur. Nam iſte ſuccus eſt longo potentior. *Folia Tabaci.* Poſtremo folia Tabaci calefacta apponi poſſunt, & cum dolores remittunt, fomen- *Capitis ablutio.* ta adhibere. Pedes neque ablui ſuadeo. Caput autem abluere ante cœnam ex lixiuio, in quo polytrichum ſit decoctum, nec poſtea ſe aeri exponere, vel hoc facere in balneo ſudorifero vtiliſſimum eſt. Sed cum Magnificus Dominus lotiones non ferat, de his *Abſtinentia maxima Medicina.* plura non ſcribo. Vſus Theriacæ vel Mithridatii in hyeme valde conueniens. Abſtinentia vero maxima Medicina.

In eodem caſu, pro eodem,

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM CCXXV.

MAGNIFICE Domine, ex litteris M. T. intellexi. M. T. nunquam grauius ex doloribus podagricis laboraſſe, quam hoc ſemeſtri, in abſentia Doctoris ordinarii, quod ſola nihil remedii applicare auſa fuerit. Et cum M. T. à me petat, in his conſilium, & remedia, nihil omnino mallẽ, quam me M. T. hac in parte pro declaranda voluntate gratificari poſſe: Quamuis M. T. meo conſilio non magnopere egeat: cum Cæſareum Medicum Cratonem habeat, cuius conſilio & opera vti poſſit. Eſt præterea in hoc morborum genere podagra, quæ mitigationem nonnunquam admittit, curationem raram aut nullam, iuxta illud ingenioſiſſimi Poetæ.

Soluere nodoſam, neſcit medicina podagram.

Sunt tamen remedia, quibus inſultus podagrici præueniri, auerti, & mitigari poſſunt, quæ puto M. T. à Medicis adhibita eſſe. Eſt autem ex morbis rheumaticis, qui *Cauſa externa podagra.* certis quibuſdam periodis inuadere ſolent, hæc tamen certitudo mala admiſſa victus ratione interdum turbatur, vt & inuaſionis tempus conſuetum anteuertat, aut protrabatur nonnunquam. Animaduertenda igitur victus ratio, qua citius ſolet accerſiri & excitari morbus. Exacerbatur ſæpe ita, & excandeſcentia animi, venere intempeſtiua, & collecta plenitudine humorum, quæ purgantibus clementioribus, & præſertim clyſteribus, humores non mouentibus valide, tempeſtiue eſt ſubmouenda, & prius tollenda, quam illa ratione temporis anni, aut mole mouetur ad fluxum. Si igitur humores ſuauiter ſubtracti, imo reuulſi fuerint, minus moleſtiæ inferre poſſunt, nec tam grauem morbum generare. Hoc tempore M. T. præſcriberem rationem purgandi, ſi de tempore inuaſionis paroxyſmorum conſtaret, & credo hæc Medicum præſentem pro ſua doctrina adminiſtraturum, vna cum ratione victus, in quo ſuadeo vt à vinis Morauicis abſtineat, quæ neruis valde *Vina Morauica neruis infeſta.* nociua eſſe exiſtimo. De Thermis Landeclanis, quæ a Medicis M. T. proponuntur, *Thermæ Landecenſes.* nihil iudicare poſſum, cum mihi ſint ignotæ prorſus, & ignota etiam cauſa morbi, ſitne calida, an frigida. Frigidæ cauſæ non oberunt, ſi erunt temperaratæ. Sin minus, & morbus eſt à calidis humoribus, ab iis M. T. omnino abſtinendum puto. Ne tamen M. T. defuiſſe omnino, aut non gratificari voluiſſe videri poſſim, mitto duorum remediorum formulas, altera qua vſus ſum, & adhuc vtor in doloribus à calida cauſa, ſignatum litera A. altera, qua in frigida B. quarum facultates M. T. experiri poterit etiam, non nocebunt ſpero ſi nihil iuuerint. Vellem tamen aptiori . dminiſtrare, ſi ma-

ſi mihi de certa morbi cauſa conſtaret. A qua imponitur tepida loco doloroſo, panno lineo, qui vbi exiccatur, iterum humectatur & imponitur, quemadmodum etiam agendum cum Emplaſtro, quod calidum imponitur. Conſul quidam noſter grauiter cũ podagra conflictatur, pinguedinem equinam calidiſſime imponit ex parte colli equini deſumptam, ex qua iuba dependet, multis remedium prædicauit. Vſus eſt & medullã equorum, ex equis ſanis occiſis deſumpta. Vſus eſt & lixiuio ex ſtercore ciconiæ, quod loco doloroſo impoſuit. Et ne fluxio podagrica augeretur, ſubinde auerterem clyſteri, aut pillulis ante cœnam ſumptis, quarum deſcriptionem ſubiunxi, non quod putem ignorare Medicos: ſed potius vt oſtendam voluntatem M. T. meam. Gratias autem ago M. T. pro tranſmiſſa ambra, cuius cum tres ſpecies ab Arabibus deſcribantur (fuit enim Græcis ignota) ex iis gryſea cenſetur optima. Puto autem odorem illius reſolutum intra tranſmiſſione, nam meliorem vidi. Eſt autem maxime familiaris calori noſtro natiuo, exhibita cum ligno aloes & coralliis redacta in pillulas. Noui ſummum Principem, qui his pillulis alternis diebus pro arcenda cachexia vtitur. Puto autẽ ambram non eſſe ex piſcibus vt quidam opinantur, ſed ex naphtæ genere, quod ſuccinum orientale demonſtrat, moſchum vel ambram olens, cuius momentum, vel particulam M. T. tranſmitto. Nec magnopore interea intereſt ex quibus oritur ſcire, modo vſum cognoſcamus, quem ex Arabibus petimus, qui in artem noſtram ambram induxerunt. Vſi ſunt ea crebertime ob eam facultatem, quam præſtat calori natiuo. Gratias ago M. T. quod tranſmiſerit, & cum ſtudioſiſſimus ſim ſimplicium medicamentorum, nulla re M. T. me ſibi deuinctiorem reddere poterit, quam tranſmiſſione talium rerum & materiarum rariorum, Chriſtus M. T. ab hoc peſſimo dolore cuſtodiat, & conſeruet, cui M. T. commendo. Lipſiæ 12. Auguſt. Anno 1579.

Pinguedo equina. — *Lixiuium è ſtercore ciconiæ.* — *Ambra.* — *Cachexia.* — *Ambra è naphta genere.*

Sequuntur formulæ remediorum, quarum ſit mentio in hoc conſilio,

Aqua podagrica.

℞. Locuſtarum tiliæ, hoc eſt, propaginum recentium tiliæ inciſarum ℥j. Infundantur in aquis Vngulæ Caballinæ, Endiuiæ an ℔.ß. Extrahatur mucillago ſ.a. in qua diſſolue. Boli armen. oriental. opt. ℈iiij. Miſce, detur in fictili. Signetur A.

Emplaſtrũ.

℞. Pulpæ ſimilæ durioris non acidæ tritæ ℥ij.
Puluer. Folior. Chamomel.
Verbaſci.
Melilot. citrin. an ʒß.
Cum ſem. papauer. in expreſſione olei illius relictar. ℥ij.
Radic. Hyoſciami alb. ʒij.
Mandragoræ ʒj.ß.
Flor. caſſiæ recent. extract. cum aqua ſemperuiui ℥j.

Coq. in lacte caprino, in quo opii gr.j. diſſolutum fuerit, ad ſpiſſitudinem pultis. Vtatur pro emplaſtro, quoties exiccatum fuerit, imponatur recens, ſiue die, ſiue nocte. Signetur B.

Pillulæ.

℞. Turbith Hermodactyl. an. ʒß.
Cinamom.
Galangæ.
Aniſi.
Serapin. an gr.xv.
Zinzib. gr.x.
Sacchar. crudi ʒij.
Diagrid. gr.v.

Pulueriſata ſubigantur cum ſucco caulium, & formentur pro ℈j. pill. vij. Dentur in pixide M. T. ſumat pro vice pillulas vij. hora ante cœnam, & elapſa hora moderate cœnet, contenta vno ferculo. Quod ſi ſequenti die non ter aluum ſubduxerint, augeat numerum pillularum, donec ter vel quater aluum ſubducant & reuellant humores ad debiles partes fluentes.

In præſeruatione, & curatione podagræ pro quodam Nobili viro,

D. HIERON. CAPIVACCII *CONSILIVM CCXXVI.*

Hiſtoria morbi.

NOBILIS quidam Salisburgenſis Podagra ſubinde hoc modo iam diu laborat, quo infra ſcripſi, ea de cauſa vt excellen. D. Medicus ægroto conſilium dare facilius poſſet. Iſte igitur Nobilis alias rariſſime ægrotauit, & habet corpus ſatis plenum atque robuſtum. Dum in iſtis locis, nimirum Salisburgi, vbi omnium generum vina optima, & fortiſſima habentur, vtpote Vngarica, Auſtriaca, Rhenenſia, Tyrolenſia, commoratur, & in Aula Reuerendiſſ. Principis Archiepiſcopi Salisburgenſis degebat: vino bono, vt fit ab Aulicis, nimium vſus eſt, & potus ſemper fuit maior & crebrior ipſo cibo. Ex ea re ante decem annos ſenſit podagræ initium, quam podagram cum per aliquot annos nõ vehementem experiretur, exiſtimauit eam plane tolli poſſe, ſi Thermis vteretur. Itaque Epiſcopali Medico etiam diſſuadente, diſceſſit tamen in Thermas, quas vocant, Gaſteinenſes in Rauraica valle ſitas, quæ inſi-

Therma Gaſteinenſes.

gnem præ cæteris vim calefaciendi habere dicuntur. Reuerſus ex Thermis, paulatim peius babere cœpit, nec tamen ſæpe à vino forti & copioſiore abſtinuit, nec corpus multum exercuit. Ab eo tempore Podagra paulatim augeſcente ſuperioribus proximis annis ſæpius quotannis laborare cœpit, maxime vero circiter menſem Martium, aut paulo poſt, deinde æſtiuo tẽpore, tertio circiter menſem Nouembris. Et quanquam alias præter iſta tria tempora podagra laboret: tamen ita leuem dolorem ſentit, vt non neceſſe habeat decumbere, ſed menſe Martio, item æſtiuo tempore Podagra eum vehementior inuadit, ita vt etiam nec pedibus, nec manibus per aliquot ſeptimanas vti queat. Quando autem eum Podagra iſtis tribus temporibus inuadit, tunc primo die & nocte ſatis magnum ſentit dolorem, ſed poſteaquam dolur remiſit vehementior, tunc ægrotus, ſi modo in lecto quieſcit, nec ſe mouet, dolorem admodum tolerabilem ſentit, atque eo modo in lecto ſe ſuſtentat, ita tamen vt nec Podagrici tumores interim abeant & euaneſcant, nec membra atque nerui relaxari videantur: atque hinc fit, (quemadmodum nuper hoc menſe) vt per quinque aut ſex ſeptimanas, aut etiam paulo diutius, nec ſtare, nec ire poſſit, & à famulis ex alio lecto in alium portare debeat.

Podagra lateralis.

Porro ægrotus podagricum dolorem non tantum in pedibus, ſed interdum etiam in genibus, & manibus percipit, interdum etiam circa cubitos, axillas, coxas, femur vtrumque. Interdum etiam in ſiniſtro latere Podagra laborat, ſicut hoc menſe, quo iam diu in tergo tantum decumbere cogitur, nec latera mouere poteſt. Quod autem ad ipſius dolorem attinet, eum ægrotus non tantum ſentit, quantum alii podagrici ſentire dicuntur. Etenim in ipſo etiam dolore tactum ferre poteſt, etiam non ſubtilem. Ægrotus delicatis cibis non eſt aſſuetus, ſed gaudet cibis craſſioribus & fortioribus. Itaque hactenus carne bubula Vngarica libenter veſci ſolitus eſt, ſed non in Magna quantitate. Quod vero attinet ad exercitium corporis, eo admodum raro vſus eſt. Munus enim quo apud Principem fungitur, ei potius ingenium quam corpus exercere permiſit. Agit autem annum circiter quinquageſimum. Etiam decem fuit liberorum pater, vxorem autem cum duceret, annos habebat circiter triginta. Quoties autem Podagra laborat, tunc quoad cætera bene valet, nec vllum ſtomachi, aut aliorum membrorum vitium animaduertit. Qua vero ſibi vehementer timet, ne Podagra tam diuturna, & in ſingulos annos vehementior, radices tandem agat, atque ſibi lethalis exiſtat, ideo ad Excellentiſſ. D. Medici conſilium confugit, & etiam atque etiam rogat, vt ſua Excell. ſibi præſcribat atque ſuadeat, quomodo morbus iſte (qui communiter incurabilis habetur) ſi non tolli, ſaltem aliqua ex parte leuari, eiuſque progreſſus impediri poſſit. Hoc quoque non omittendum puto, vrbem Salisburgum, vbi ægrotus habitat, eſſe prope montes altiſſimos ſitam, & aerem habere haudquaquam ſubtilem, ſed craſſiorem. Ægrotus exiſtimat morbum ſuum oriri ex calidis fluxionibus, atq; eum morbum leniri poſſe ſperat, vel purgationibus ſingulis annis certo tempore adhibendis, vel venarum ſectionibus, vel adhibitis cucurbitulis, vel bona diæta in cibo & potu, aliiſque rebus inſtituenda, vel aliis modis, de quibus Excellen. Dn. Doctor optime conſulere poterit. Ægrotus alioquin difficile natura eſt præditus, & medicamenta atque purgationes in ipſo non facile operantur, præſertim leuiores. Hæc igitur eſt ægroti iſtius Nobilis & morbi eiuſdem deſcriptio, ſecundum quam vt E. V. conſulere, & conſilium litteris mandare dignetur, ſæpe dictus ægrotus tam rogat vehementer, quam valetudinis amans erga E. V. cupit eſſe gratiſſimus.

D. Hieronymi Capiuaccii, Medicinæ Practicæ in ſchola Patauina Profeſſoris Primarii, ad propoſitum caſum reſponſio:

INTELLEXI Nobilem hunc virum tot ſingulis annis ab articulorum doloribus cruciari, quos dolores voluntariæ motionis noxa comitatur, vi cuius cogitur à ſibi conſuetis muniis abſtinere, quia non ſtare nec ambulare poteſt, ſed à famulis de loco ad locum defertur. Ipſum dolores hi præſertim ſecundum inferiores artus moleſtãt, qui non tamen vehementes adeo & intenſi ſunt, vt vitalium indicationum rationem ſubeant, imo nec affectas partes digitis prementibus hos exacerbari contingit. Ab his malis, quando abſunt, corpus ſuum præſeruari Nobilis optat, atque ita vt vel in hæc non amplius incurrat, vel ea ſaltem placide magis, & per maiora interualla affligant: ſed cum Medicos rationales non deceat affectionis alicuius præſeruationem præſcribere, niſi prius affectionis cauſa inuenta & inſpecta. Idcirco priuſquam, vt ab his malis præſeruetur, quid ſit agendum, quave ratione procedendum, ſcribam: neceſſe fore exiſtimaui, breuiſſima oratione horum morborum cauſas exquirere. Motionis igitur voluntariæ noxa contingit à natura of-

Cauſa læſionum facultatis in motiua.

fenſa

ſenſa, labefactata pariter & impedita. Labefactatur ob malam compoſitionem, quæ conſiſtit in anguſtia, repletioneque cauitatum articulorum, & in aucta ſupra modum magnitudine ligamentorum, tumore ſcilicet. Impeditur autem ob intemperiem earundem partium frigidiorem & humidiorem. Cæterum malæ compoſitionis & intemperiei iam dictæ cauſa opifex proxima eſt humoralis materia confluxa; quæ ſui corpulentia malam ſtructuram efficit, ſed qualitate altera. Solet autem in membris materia præter naturam colligi, vel paulatim & via quadam congeſtionis, quando nimirum pars infirma ægre concoquit, ratione eius offenſæ concoctionis excrementa in parte multiplicantur & aceruantur: vel confertim & via confluxionis, quando materia vel attrahitur, vel tranſmittitur. In hoc Nobili viro materiam humoralem in artus confluere iudico, quia ipſum repente affectus hi arripiunt. Namque cum horum locorum nullus calor immodicus præceſſerit, nullus etiam dolor hæc grauiter lancinans antegrediatur, exiſtimo materiam humoralem in artus excurrere per viam tranſmiſſionis. Accidit autem in artubus materiæ fluxionem firmari propter imbecillitatem, quam aſcititiam ex relatis coniicio, propter malam viuendi rationem in cibo & potu,& ob veneris vſum. Quas cauſas multum poſſe & ad refrigerandos, humectandos, & immoderate laxandos artus, omnes norunt. Materia huiuſmodi ab initio miſta eſt ex ſanguine,bile,& pituita. Dico autem ab initio, quia temporis interuallo humores calidiores in tenuitatem reſoluuntur & tranſpirant. Pituita vero ſui frigiditate, craſſitie, & lentore calori reſiſtens permanet. Atq; hinc euenit dolores eſſe in principio acerbiores, qui poſtea diſſolutis diminutisque calidioribus humoribus miteſcunt. A toto corpore materia hæc in artus per venas propellitur, quæ materia peccans, cum opus præter naturam ſit, læſam aliquam functionem conſequitur. Et hæc functio eſt & chylificatio & ſanguificatio. Chylificatio quidem ratione pituitæ, ſanguificatio ratione calidorum humorum: Offenſa autem eſt chylificatio, non læſa facultate coctoria; quia ex caſu mihi propoſito intelligo, ventriculum Nobilis viri & robuſtum ſatis, & bene temperatum eſſe: ſed ob errorem externum, qui oritur à cauſa externa, à cibis ſcilicet craſſis, & immodico vini hauſtu. Sanguificatio etiam vitiatur partim læſa facultate & labefactata ob intemperiem calidiorem iecoris, & ob errorem externum, vinum ſcilicet merum & potens, à qno vino potuit etiam iecur accendi. Dum peccantes hi humores copioſi & noxii colligntur in venis totius corporis, non mirum eſt ſi otio & quiete, cnm nequeant conſumi, ſæpe aggrauantes atque moleſtantes vim expolſoriam, propellantur ad artus, tanquam ad cloacas quaſdam, & præcipue ad inferiores; tùm qnia naturæ impetu craſſiores humores deorſum potius vergunt, quam ſurſum, tum etiam, quia hi magis à fonte caloris diſtant.

Indicationes.

Gratia igitur præſeruationis oculos ad duo potiſſimum dirigere expedit, ad materiam ſcilicet peccantem, & ad partes affectas. Ratione materiæ iam genitæ, oritur indicatio euacuandi, ratione vero confluxionis reuellendi. Et quia non licet materiam peccantem in quali, purgare, niſi primo alteretur & præparetur, ideo oritur etiam indicatio præparandi. Cumque non liceat materiam peccantem in quanto euacuare, niſi primo ſi quæ ſunt in primis viis excrementa educantur, ideo oritur indicatio leniendi. Quo ad partes affectas, artus omnes, præſertim inferni, calefaciendi, ſiccandi, vel leuiter denſandi ſuor. Iecur etiam moderate refrigerandum.

Prognoſticum.

Scopos hos abſolui quidem poſſe confido, cum in viſceribus effatu dignæ diſtemperantiæ non ſunt, (quæ quaſi ſemper hos ita affectos comitantur,) non ex toto tamen, nec ita facile, futuram hanc præſeruationē polliceor, propter antiquam & inueteratam articulorum imbecillitatem.

Auxilia.

Iam ergo auxiliorum materiæ proponantur. Ex chirurgico fonte elicio ſectionem venæ, hirudines & cauteria.

Vena ſectio.

Nam cum vitia articularia ſint magni momenti, quis exiſtente plenitudine hæc efficiente & fouente, aut producere potente, magnum auxilium ſanguinem minuens differret? Cuius magni auxilii materia eſt venæ ſectio. Hoc ergo vere futuro proximo abſentibus malis, audacter vena baſilica dextri cubiti, aut communis aperiatur, & ſanguis in ea educatur copia, quæ videbitur præſenti Medico congrua & idonea, pro ratione & plenitudinis indicantis & virium permittentium.

Prouocatio hæmorrhoidum.

Autumno poſtea antea malorum inuaſionem ſanguis adhuc euacuari poterit debili auxilio, ac proinde hirudinibus hæmorrhoidibus adhibitis, ne magna nimium fiat bis in anno ſecta vena, ratione ætatis & virium ſpiritus vitalis diſpendiū.

Cauteria in brachiis.

Cauteria etiam probo, non in cruribus quidem, propter maximam harum partium imbecillitatem, ſed in brachiis potius. Per hæc enim emiſſoria fiet reuulſio, maxima humorū colluuie à natu-

ra extra corpus per hæc depulſa & expurgata. Ex fonte Pharmaceutico gratia lenitionis ventris elicio, vel mel roſaceum ſolutiuum cum Manna, ſi excrementa pituitoſa & ſatis craſſa primos obſidebunt ductus, diſſolutum in aqua ſtillaticia betonicæ, ſin minus roſat. ſolut. diſſolutum cum aqua ſtillaticia cichorii. Gratia præparandæ materiæ peccantis in quali, probo ſerapia ex betonica & ex cichoreo additis decoctis, vel aquis ſtillaticiis cichorii, betonicæ & iuæ. Pro hac materia purganda ſunt in vſu pillulæ illę de hermodactylis maiores: cochiæ, addita maſticinatum particula ne ventriculus labefactetur, & ipſius pulueris iuæ gratia vehiculi, vt longius harum vis perueniat & ad artus ducatur. Non ſemel ſed bis fiet præparatio cum purgatione.

Lenitiua. *Digerentia.* *Euacuatio.*

Corroborantia. Pro corroborandis articulis intrinſecus & quamprimum vtatur decocto ligni, corticis & ſalſæ.

℞. Salſæ ℥ iiij.
Ligni ℥ iij.
Cortic. ℥ ij.

Decoq. in ℔. xij. aquæ ſtillaticiæ endiuiæ, ſonchi & cichorii, ne iecur accendatur, ad conſumptionem dimidii, vel in aqua communi additis in fine quaſi decoctionis m. iiij. fol. cichorii & endiuiæ. Pulueres etiam probantur ex betonica, ſalſa & cortice, redacti ad formam pillularum, cum pauxillo ſyrupo, ex cichoreo & tres ex his ante ſyrupum ligni, corticis & ſalſæ ſemper aſſumat. Bis in die hoc vtatur, & ſpacio quadraginta dierum, pluriumque pro tolerantia. Intrinſecus autumno futuro & hyeme probatur terebinthina illa Cypria, elota in aqua betonicæ cum pulueribus iuæ & betonicæ. Probatur illud celebre Alexandri Tralliani Diacorallium, probantur magna antidota. Ea tamen lege his vtatur, ne ratione caliditatis iecur accendant, vnde vel roſarum cōſerua, aut cichorii corrigantur, abluique poterit terebinthina ex aqua cichorii. Extrinſecus gratia crurum pedumq; adminiſtrentur lotiones paratæ ex aqua alterata cū maſtiche, nucibus cupreſſi, betonica, & iua ſalnia. Gratia iecoris non deſunt, quæ intrinſecus aſſumantur aëre calidiore, vt poſt vſum ligni refrigerantia mlta, vel vti conſerua roſarum, cichorii, ſerum lactis caprinum. Extrinſecus etiam dum longo temporis interuallo ligni bibet decoctum, regioni iecoris poterunt admoueri Epithemata confecta ex ſucco vel cichorii, vel endiuiæ addito modico aceti. Linimenta etiam veluti eſt roſaceum & ſantalinum. Diligens inſtituatur viuendi ratio, nec cibis illis craſſis vtatur, ſed tenuibus & coctu facilibus. A vino per annum abſtineat, & loco vini bibet aquam alteratam cum coriandris, & tempore frigidiori addatur modicum cinamomi. Vinum poſtea eligat tenue & aquoſum. Veneris voluptuoſæ vſum relinquat, nec niſi per rariſſima interualla coëat. De aliis rebus non naturalibus non loquor cum certo ſciā Clariſſimos Medicos in ea regione non deeſſe, qui congruam & idoneam ipſi viuendi rationem inſtituere & præſcribere poſſint. Et hæc currenti calamo dicta ſunt pro ſalute Nobilis huius viri. Patauii, Anno 1575.

Pil. ex pulu. ſalſa. *Diacorallii Tralliani.* *Lotio crurum.* *Victus ratio.*

Medicus Archiepiſcopi Salisburgenſis ad D. Hieronymum Capiuaccium de præcedenti caſu.

NOBILIS hic vir articulari morbo iam annis circiter duodecim vexatur, qui quidem ab initio dolores in pedibus ſolum, comitante tumore rubeo circa malleolos & digitos excitauit aliquomodo tolerabiles, nec diu durantes. Nunc vero procedente tempore & ætate, magis affligit, nec in vno loco fixus permanet, ſed diuerſas corporis partes oberrando, præter pedes etiam genua manus & coxas, & ſcapulas occupat, qui vtplurimum præterquam quod verno & autumnali tempore acceſſiones ſuas facere conſueuerat, etiam æſtiuo tempore inuadere ſolet. Duraruntque acceſſiones fere menſtruum tempus, præter proximam, quam autumno habuit. Hæc enim per ſeptem ſeptimanas fere durauit. Cauſam ipſe arbitratur longioris doloris, quod conſuetas corporis euacuationes diſtulerit, ac demum omiſerit. Et quamuis toto anni tempore acceſſiones non permaneant, ac interim, quia à doloribus liber, ſanus ſibi videatur: perpetuam tamen imbecillitatem in pedibus percipit, ac grauitatem cum tumore impediente facultatem motricem. An vero membra externa, ob primarium aliquem affectum doleant, ac functione ſua deſtituantur: an vero ab intemperie vel affectu aliquo membrorum corporis internorum cauſa morbi dependeat, facile diiudicari poterit, ſi huius Nobilis viri principalium partium, quæ toti corpori actiones ſuas mutuant, temperamentum conſideretur, ac eius virium ratio habeatur. Quantum ad tria principalia corporis membra attinet, videtur vitalis actio æqualis temperamenti eſſe, quæ tum ex pulſus magnitudine & robore, tum etiam animi magnitudine, ac aduerſorum tolerantia, ac conſtantia talis eſſe deprehenditur. Cerebrum humidum arguit defluxio & deſtillatio,

Perpetua moleſtia pedum.

tio, qua ſubinde laborat. Quamuis ingenii acumen & ratiocinandi vis ac memoria firma in eo vigenres, temperatum id eſſe indicent: ex accidente tamen proprer intemperantiam in cibo & potu; & præterea ætatem declinantem & canitiem, in humidius & frigidins mutatum videtur. Nam vino vaporoſo & potente gaudet, & ſi largius biberit, præſentem grauitatem in cerebro percipit, quam etiam conſtitutione aeris frigida & humida perſentire ſoler. Epatis temperamentum in calido excedere dubium non eſt, quia venas habet latas, plenas, conſpicuas, vrinam citrinam, croceam, ſpumoſam cum pauca hypoſtaſi, & in fundo farina arenoſa, rutila & rubicunda reſidet. Acepar præcipue vitioſum eſſe ex ſanguine ipſo diiudicatur, quod in omni ſanguinis detractione, nunquam ſyncere rubeus apparuerit, ſed liuidus, ſubniger, & cum multa aqua citrina immixtus. Ventriculum quoque vitioſe concoquere indicio eſt, quod non multum appetat, & parce comedat, nec cibis euchymis delectetur. Nam faſtidit auiculas, capones, aues, piſces, oua, & omnes carnes aſſas: econtra ſapiunr, caro bubula cocta, pedes & inteſtina boum, lac & omnia pulmenta ex lacte parata. In potu, vino vtitur potente Rhetico, faſtidit tenuia & oligophora, cereuiſiam & frigidam rarius bibere ſolet, niſi immodica ſiti laboret. Dulcia vina omnino non curat. Et ſi quid ventriculum faſtidire faciat, ingeſſerit, id faciliме per vomitum reiicir, ac putat ſe ventriculum à futuro morbo per vomitum præſeruarc.

Scabies.

Ante biennium ſcabie laborauit per vniuerſam cutim, quæ adeo moleſta fuit, qnod dies noctesque dolores prurigínoſi nunquam ceſſarent. Hoc vero ſolatii inde habuit, quod articularis morbus tum mitius accederet. Et ex vſu Thermarum nitroſarum ſcabies curata fuit, at dolores articulares intenſiores redierunt. Cumque ex his facile conſtet morbum hunc externarum partium, & potiſſimum Epatis vitio cauſam ſuam traxiſſe, ſcire cupit Nobilis hic vir, an affectus iſte, ſi non ex toto curari: tamen aliquo modo, ne acerbius in poſterum affligat, præſeruari poſſit. Dubitat etiam, num ſi à vini potu abſtinuerit ex toto, propter longum eius vſum aliqua noua corpori alteratio accidere poſſit, cum audierit aliquos articulario morbo laborantes, à vino abſtinuiſſe, in deterius relapſos ob conſuetudinem mutatam.

Decoctum ligni & ſalſæ parigliæ non ſuccessit.

Decoctum ligni cum ſarſa pariglia abhorret, quod viderit eius vſum aliquibus hic non feliciter ſucceſſiſſe. An vero decocto ligni poſthabito, alia curandi ratione affectui huic ſubuenire poſſit, à Doctiſſ. & clariſſimo D. Medico certior fieri cupit.

Reſponſio D. Hieronymi Capiuaccii Medici Patauini:

NOBILIS hic vir pro præſeruando corpore à doloribus articularibus multa ſcire optat. Atque primum rationem prognoſtici: Nunquid omnino euelli & profligari poſſint: vel ſi fieri boc non poterit, vtrum mitiores & per rariora interualla corpus eius affligentes, hoc fieri ſit poſſibile.

Galeni ac curatione podagræ prognoſticon.

Galenus noſter in 6. lib. quem ſcribit de regenda valetudine: Dolores articulares, ait, eſſe affectiones præter naturam diuturnas, rebelles, remediiſque recta ratione adminiſtratis valde reſiſtentes. Et præſertim hoc debet intelligi, quando dolores hi diu progrediuntur. Nam cum ad hos promouendos dolores articulorum imbecillitas præter naturam concurrat, rationi conſentaneum eſt, doloribus his per longum temporis interuallum perſeuerantibus articulos imbecilliores reddi. Cum res ita ſeſe habeat, & dolores qui Nobilem virum cruciant, non ſint vnius menſis, nec duorum, nec ſex, nec vnius anni, nec duorum annorum, nec ſex, ſed duodecim: Concludo eſſe impoſſibile, vt hi dolores penitus remoueantur.

Prognoſticon.

ſpero tamen quod materiis auxiliorum iam propoſitis mitiores euadent, & quod non ita frequenter ipſum inuadent. Nam ſi articulorum imbecillitas præſertim eſt in cauſa horum dolorum, nonne hac imminuta imbecillitate, dolores minus acerbi, & rarius infeſtantes efficientur? Dubitatur deinde circa exhibitionem ligni & radicum ſarſæ patilliæ, cum multi perceperint vſum huius decocti nocumentum. Ego ſum huius ſententiæ, quod maximam ex vſu huius vtilitatem percipiet.

Rationes, cur ſalſa pariglia & lignum ſanctum podagricis ſint exhibenda.

Et ratio eſt, quia omnia remedia conferunt, dum adſunt ea, quæ indicant remediorum exhibitionem. Cum in articulis huius Nobilis viri introducta ſit imbecillitas propter intemperiem frigidiorem & humidiorem, nonne maxime conducent remedia calefacientia, ſiccantia, & ad longinquas partes penetrantia? Materia autem remedii calefacientis, ſiccantis, & ad longinquas partes penetrantis, præſtantiſſima & efficaciſſima eſt decoctum ligni Indici, & radicis ſalſæ. Sed præterea nonne cerebrum habet frigidius & humidius: Nonne ventriculum frigidiorem? Atqui horum membrorum diſtemperantiis magnopere opitulabitur decoctum ligni Indici, & radicum ſalſæ.

Obiectio.

Sed aliquis obiiciet iecur eius cali-

dius, quod non indicat remedia calefacientia & ſiccantia, ſed refrigerantia. Reſpõdeo:

Reſponſio ad obiectionem.

Quando adſunt contraindicantia, debemus attendere ſemper ad ea quæ magis poſſunt. At in hoc magis poteſt exceſſus frigiditatis quam caliditatis. Ergo præcipue ſunt oculi dirigendi ad frigiditatem. Nam habemus articulos frigidos, cerebrũ frigidum, & ventriculum frigidum. Iecur autem duntaxat calidius eſt. Ecce quod plura ſunt membra habentia frigiditatem excedentem, & vnum tantum reperitur membrum calidius. præterea incipit prima ætas declinãs, in qua ſolet calor diminui.

Epithemata.

Extrinſecus etiam dum aſſumet decoctum, regioni iecoris poterunt adhiberi epithemata refrigerantia, & vnguenta refrigerantia iam alias à me propoſita. Et poſt huius aſſumptionem, ſi iecur calidius redditum videbitur, poterit vti illis conſeruis refrigerantibus, & ſero lactis caprini. Sed obiicitur: At multi non perceperunt iuuamentum ex vſu huius decocti. Reſpondeo,

Cur optima medicamenta adhibita, non iuuent.

Quandoque remedia non iuuare, quamuis adſunt horum indicãtia, dum perperam adminiſtrantur, vel ob inſolentiam patientium, vel ob inſcitiam Medicorum. Læto itaq; animo præparet ſe ad ſacroſancti Remedii huius aſſumptionem. Quærit nunquid prærerita huius remedii materia poſſit alio modo curari: Ego conſtanter affirmo, nullo alio modo curandi nos poſſe vti, qui tantum iuuamenti ſit allaturus, vt iam prædictus. Quia ex Hippoc. in magnis & extremis affectionibus magna remedia conueniunt. Dolores autem articulares duodecim annorum ſunt affectiones magni momenti. Ergo expoſtulabunt magna remedia. Vnde cum multa reperiri poſſint, artus frigidiores, cerebrum frigidius, & vẽtriculum frigidiorem corroborantia, nullum tamen erit magis idoneum in hoc indiuiduo, quam decoctum ligni & ſalſæ. Quantum attinet ad vinum,

Abſtinentia à vino.

ſi non poterit à vino commodam abſtinentiam per annum integrum perferre, menſis ſaltẽ ſpacium huius vſum relinquat: vel ſi fieri id non poterit, eo ſpacio temporis ſaltem vinum relinquat, in quo Medici curationem aggredientur. Nam vinum ſolet præcipitare materias ad locos debiles.

In podagra, & dolore lateris dextri, pro quodam Magnifico viro,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCXXVII.

DE italico puluere antea ſatis meam ſententiam tum tuæ Magnificentiæ, tum D. Monauio expoſui, eo fine huius generis pulueres & compoſitiones ab antiquis Medicis deſcriptas reperiri, vt ſeroſi humores tollantur, à quibus ſunt infenſiſſimi illi dolores podagrici. Non prodeſſe autem eadem remedia, niſi iis, qui optima diæta vtuntur, neque cruditates intemperantia cumulant, Medicis iisdem notiſſimum eſt. Cum ſciam igitur V. M. non poſſe ſemper ordinem exacte obſeruare, qui requirebatur, nõ ſine graui cauſa de puluere vſurpando dubito, & ſane grauius periculum, quam auxiliũ inde video expectari poſſe. Quod ſi ſeruare diætæ rationem V. M. poſſet, vel hoc electuario, vel puluere vti concederem. Olim in aula frequens fuit ſuccus vel ſyrupus de ſpina ceruina, qui ſyrupus domeſticus fuit appellatus, quo multi Aulici in podagra & aliis morbis, cum leniter purget, & ſeroſa educat, pro præſeruatione cum fructu vſi ſunt.

Syrupus de ſpina ceruina.

Eum ſyrupum domeſticum ſingulis ſeptimanis exhiberem ſemel, vel certe ſingulis quatuordecim diebus. Nam & materiam calculi remoueret, & dolorem in latere dextro mitigaret. Eodem facit & hoc ſi radices Eryngii in potum iniiciantur.

Radices eryngii.

In podagrico dolore, pro quodam Magnifico viro,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCXXVIII.

In podagra duo præcipue conſideranda.

IN Podagrico dolore, duo præcipue conſideranda ſunt: Fluxio & materia fluens, atque membrorum ſeu pedum imbecillitas. Materia fluens in hoc corpore præcipue à capite deſcendit, eſtq; frigida, ſeroſis humoribus commiſta. Ii ne immodice in hoc corpore augeantur, recta victus ratione, capitis tempeſtiua lotione, & ſudore præcauendum.

Victus ratio.

Ad victus rationem quod attinet, velim ſimpliciſſimam eam eſſe: piſces, cancros, lacticinia, cruda omnia à menſa remoueri, diſtincta ſpacia prandii atque cœnæ obſeruari. Cœnam parciſſimam eſſe, pomeridianum ſomnum caueri, neq; cubitum, niſi duabus horis poſt cœnam ire, à potu, remota menſa abſtinere, neq; vnquã, niſi dum cibum ſumit, bibere. A vino forti ſibi temperare. Rhenanum purum conuenientiſſimum erit. Ab Vngarico & Auſtriaco, dulcibus etiam omnibus & impuris cauere. Vina medicata ex carduo benedicto, vel betonica proſunt. Balnea, equitationes, concubitum frequentem plurimum nocere omnibus notum eſt. Proinde & Poëtæ fabulantur, ex Bacchi atq; Veneris cõcubitu natam Poda-

Podagra Bacchi & Veneris filia.

Podagram, ſignificantes ebrietatem & veneteorum vſum in primis Podagram procreare.

Sudor matutinus.

Sudor matutinus in lecto vtiliſſimus eſt, ac ſi ad eum ſe aſſuefecerit, haud dubie commodum percipiet.

Lotio capitis.

Caput in ſeptimana bis vel ter ante cœnam abluat, & in lixiuio polytrichum herbam decoquat, & ſapone tali vtatur:

Sapo moſchatus.

℞. Saponis Veneti ℔.j.
Santal. citrin.
Rad. ireos an. ʒj.ß.
Caryphyllor. ʒj.
Ambræ g̃. vj.

Diſſoluatur ſapo aqua roſarum, & admiſceantur ſpecies, ac ſtent in loco calido, reformentur globi. Poſt capitis lotionem aëri ſe non exponat, ſed intra conclaue detineatur. In hyeme vtatur interdum Theriaca, vel Mithridatica antidoto ad magnitudinem auellanæ, mane ante ſudorem in lecto. Vere autem, æſtate & autumno ſumat hunc puluerem:

Pulueres abſorbentes ſuperfluos humores.

℞. Cornu cerui crudi ℥j.
Cornu cerui vſti.
Raſuræ eboris an. ℥ß.
Oſſium de crure bouino ʒij.
Corall. rubeor.
alborum an. ʒj.
Cinamom. el. ʒj.ß.
Sacch. albiſſ. ℥ij. Miſc. f. puluis.

De hoc accipiat quantum cochleare poteſt capere horis tribus ante prandium. Abſumunt enim iſti pulueres ſuperfluos humores, qui fluxionũ ſunt materia. Ad roborandos pedes quod attinet, etſi ita eorum robur exhauſtum videatur, vt reſtitui vix poſſit: tamen conandum eſt.

Fomentum pedes corroborans.

Primum igitur hoc fomento vtatur, accipiat origanũ, artemiſiam, agrimoniam, & betonicam, ac decoqui iubeat. Hoc decoctum calide iniiciatur vaſi idoneo, & pedibus panno ſimplici primum contectis, excipiatur fumus, deinde pannus duplicetur, & magis magiſq; contegatur, ſudor abſtergatur. Rurſus ſilices ignitι iniiciantur, & ſudet per dimidiam horã. Hoc fiat matutine cum lecto ſurrexerit per aliquot dies: maxime vero cum dolores remiſerint. Nam præſentib. doloribus hoc fieri nequit.

Aq. è vitulino hepate pedes roborans.

Poſt fomentũ illud inungantur pedes aqua è vitulino hepate cum ſaluia deſtillata. Eſt aliorum quoq; deſtillatorum, & vnguentorum vſus: verum cum res declaret, minime bono ſucceſſu iſta adhiberi, abſtinendum cenſeo. Pedes non lauet: ſed ex decocto origani, & agrimoniæ in vino adiecto ſale, cum ſpongia vel linteo mundet, idq; ſæpe faciat. Dolores cum tolerabiles ſint, medicamenta quibus in paroxyſmis vtendũ ſit, non præſcribo. Aqua è floribus verbaſci, in quibus flores verbaſci æſtiuis diebus macerentur in ſole tutiſſimum remedĩu ad ſedandos dolores, ſi linteola ea imbuta loco dolenti applicentur, puto.

Aq. flo. verbaſci.

In principio quidem folia roſarũ rubearum ſicca, & raſura cornu cerui in aqua iſta ligata in petia, & expreſſa imponi poſſunt, ita vt vi aſtrictoria affluxus prohibeatur. Deinde vt citius ad ſtatum inflammatio perueniat. Aquę verbaſci parum myrrhæ addatur. Plura remedia non præſcribo. Hæc vero vt à benigniſſimo Deo fortunentur opto.

In arthritide, pro quodam Nobili viro,

D. HIERON. DONZELLINI

CONSILIVM CCXXIX.

Signa temperamenti calidi.

VNIVERSA corporis temperatura eſt temperato calidior & ſiccior. Nam habitus corporis extenuatus eſt, ac macilentus, atque ideo ſiccus. Calorem vero declarat floridus cutis color. Cum autem habitus & temperatura, ſequantur membrorum principum conſtitutionem, ac præſertim epatis & cordis, hæc calidiora & ſicciora eſſe rationi eſt conſentaneum.

Signa ventriculi frigidi.

Ventriculum vero frigidiorem eſſe minime dubitamus, non tantum communi ratione eorum, qui nimio epatis calore præditi ſunt, & abdomen habent gracile, à quo ceu puluinari ventriculus fouetur, quo extenuato, & omento etiam ſua pinguedine deſtituto ventriculum frigidiorem fieri neceſſe eſt, atque ideo etiam concoctionem admodum imbecillam eſſe. Sed ex intemperanti etiam victus ratione, ventriculus talis reddi ſolet, ſiue quod frigidioribus cibis vſus ſit, ſiue quod nimia copia, aut cibi, aut potus, eius obrutus ac pene ſuffocatus ſit calor.

Signa cerebri frigidi & humidi.

De capite idem ſtatuendum putamus, cerebrum ſcilicet eſſe iuſto humidius & frigidius. Cũ enim copioſam gignat deſtillationem, quæ tam frequenter ad omnes fere corporis particulas defluit, non alia ratione gigni poterit, niſi ex frigidiore & humidiore cerebro, à quo & ab aliis membris multa proficiſcuntur excrementa, & propria etiam temperatura in ipſo aceruantur, quæ poſtea aut ſuo pondere, aut à facultate eius excretrice in internas partes decumbunt.

Signa naturalis articulorum imbecillitatis & laxitatis.

Illud vero fieri etiam neceſſarium eſt, vt oſſium articuli à natiuitate ſint imbecilles, eaque imbecillitas à frigidiore intemperie oriatur, addita etiam laxitate quadam. Nam facile excrementa recipiunt. Fere enim fieri ſolet, vt validiores partes in imbecilles ſe exonerent, ſuaq; in illas trudant excrementa. Sed cum

ex arthriticis parentibus genitus ſit,nec ſine articulorum imbecillitate arthritis fieri poſſit,atq; hæc ex parentibus in prnlem deriuetur, certum eſt nnbiliſſimum hunc virum articulorum imbecillitate labnrare. Ætas eſt florens,annum iam agit trigeſimũ, quod ad præſagium pronunciandum nos plurimũ iuuabit. Cum eius inſtitutum, mores & conſuetudo mihi nota nnn ſint, de illis ſtatuere nihil poſſum, quare ad alterum caput accedendum.

Status præter naturam.

Arthritis quid.

V I R nobiliſſimus aſſidue articulorum doloribus infeſtatur, quæ affectio continui eſt ſolutio, & à præſente humore vincula & muſculorum extremas partes occupante fere fieri ſolet. Hic vero humnr cum excrementitius ſit, aut in articulis generetur, aut aliunde tranſmittatur, ego partim in illis creari, partim ac plurimum ab aliis partibus demandari putn. Certum eſt igitur arthritin eſſe in genere fluxionum. In fluxione autem quatuor potiſſimum conſiderantur: Terminus à quo, terminus ad quem fit fluxio, viæ per quas humor tranſit, & humor ipſe fluens. Caput eſſe fontem earum fluxionum, quæ ad articulos decumbunt, certiſſimis rationibus à Medicis eſt conſtitutum. Extrema autem ad quæ deſinit fluxin eſſe articulns ipſe ſenſus declarat. Viæ ſunt partes ſub cute, & inter muſculos à capite ad articulos pertinentes. Materia tenuis eſt humnr, legitimnm cerebri excrementum, quale in hyeme refrigerato cerebro effluere ſnlet ex naribus, nec niſi tenuis eſſet, per tam anguſtos & longos meatus penetrare non poſſet. Hic cum iam in articulis diutius hæſit, fit craſſior, vt aliquando etiam in thophos cnnuertatur, idque aut loci frigore, aut calore natiuo tenuiores partes diſſoluente, aut medicamentis acrioribus importune adhibitis, & nimium exſiccantibus. Hic vern humor, etſi in cerebro generetur, aliunde tamen etiam originem ſumit. Cum enim ventriculus ſit frigidinr, & perpetun fere laboret cruditate, magnam vaporum cnpiam inde in cerebrum fieri neceſſe eſt, quæ poſtea in humnrem lotii frigiditate concreſcunt. Cum autem epar ſit calidum plurimas ad caput exhalationes mittit, vt ingens in cerebro excrementorum prouentus inde exnriatur, qui poſtea deſtillationum proxima eſt cauſa.

Quatuor in fluxione conſideranda.

Materia & viæ fluxionis podagricæ.

Scopi ad curationem pertinentes.

M A T E R I A nmnis excrementitia ex toto corpore exturbanda eſt, quæ eſt in capite, ventriculn & inteſtinis. Caput & ventriculus calefacientibus ſiccandus & roborandus. Epar refrigerandum & temperandum ne nimium ferueat. Articuli calefaciendi, ſiccandi, conſtringendi, rnborandi, viç quoque per quas humor fluit, conſtipandæ & robnrandæ.

Præſagium.

C V M aliqunt à ſcopis iam dictis minime præſtare poſſint, cum natiui ſint adfectus, & ab ipſa natura ingeniti, vt penitus tnllantur, vix fieri poteſt: Cum tamen præcipuus curatinnis ſcopus ſit ſobrietas, & recta & parca viuendi ratio, rariſſimum eſt exemplnm, vt quis hydropota ſit arthriticus. Cum vern Hippocrates ſcribat eunucbum podagricum fieri non poſſe: Nnbiliſſimus autem vir vxorem habeat, eamque adoleſcentulam, quam grauis aduerſaria ſit Venus patet, & dici ſolet: Naturam expellas furca, tamen vſque redibit: & cum hæc deprauata natura tot habeat fomenta, difficilis quidem erit curatio, ſed cum Hnratius dicat: Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur vltra: non eſt deponendus animus, quin aliquid præſtari poſſit. Leniri poteſt mnrbus. Si aſſiduus, interpolatio fieri pnteſt: ſi vehemens dolnr mitior reddi poteſt: interualla paroxyſmorum lnnginra, vita tolerabilior, quam antea δύσκολα τὰ καλά. Si quis etiam de temperantia mihi vadimnnium præſtaret, auderem integram valetudinem polliceri, nempe Hippocratis & Galeni præcepta, & naturam rei ſecutus. Cum enim arthritidis dolor infeſtare nnn pnſſit, niſi ad articulorum imbecillitatem, humoris fluor accedat, alioquin podagrici perpetun laborarent, eum articulnrum imbecillitas ſemper illns comitetur. Tantum autem laborant, cum defluxus ad articulos decumbit: certum eſt, ſi quis ea vtatur temperantia, vt nullus in corpore illius humor redundet, nullam vnquam fieri fluxinnem, atq; adeo ne paroxyſmum quidem. Quare in laborantis pnteſtate eſt, vt ſit perpetun ſanus. Et profecto ſatius eſt remedium, quam morbi moleſtiam ferre. Vna iuuentus omnem nobis ſpem adimere videtur. Nam ſi hoc fit in viridi, quid fiet in arido? ſed prudentia nobis maiora pollicetur. Et ſi noſtra præcepta diligenter fuerint obſeruata, nobiliſſimum virum ſe nobis fuiſſe obſequẽtem minime pœnitebit.

Hydropota raro podagricus.

Temperantia optima podagræ curatio.

Remedia.

I N P R I M I S ab nmnibus excrementis vniuerſum corpus expurgandum, ſed ab agitatnriis medicamentis cauendum eſſe ventricnli imbecillitas docet. Quare ante hyemem cnnſulo, vt ter aut quater ſumat

clemen-

elementiſſimum ſyrupum de polypodio, ita tamen, vt inter vnum & alterum intercedăt tres dies, in quibus vtatur mane tribus cochleatibus, ſequentis mixturæ:

℞. Oxymellis ſimpl.
Mellis roſac.
Syr. de corticibus citri, an. ℥ iiij.

Miſce, eſt ſyrupus ſine aquis, præparans ad euacuationem.

Syrupi de polypodio purgantis deſcriptio.

Syr. de polypodio purgans.

℞. Fol. ſenæ el.
Paſſular. min. an. ℥ ß.
Capillor. vener.
Polypodii.
Tartari albi an. ʒ iij.
Aq. fumiterræ.
Cardui benedict.
Bugloſſ. an. ℥ ij.

Miſce, ſtent per noctem in infuſione ſ. a. mane f. leuis decoctio, & coletur cum expreſſione.

℞. Dictæ colaturæ ℥ iiij.
Mellis roſac. ſolut. aut Mannæ.
el. ℥ ij.

Miſce, fiat ſyrupus purgans.

Extractum Catholiconis Andernaci.

Extractum etiam Catholicon Andernaei ſingulare eſt purgatiuum. Præmiſſa hac vniuerſali purgatione, per tres dies, ſingulo mane ſumatur in os granum maſtiches electæ, magnitudinis fabæ, & vbi incaluerit, dentibus teratur, & phlegma in os fluens expuatur. Mane ſequenti alia maſtiche adhibeatur. Poſt hanc capitis peculiarem euacuationem, ſi non videtur caput probe expurgatum, per duos aut tres dies mane trahatur per nares ſuccus anagallidis, aut cyclaminis, aut aq. mellis, aut liquor ſequens:

Maſticatorium.

Errhinon.

℞. Aq. maioranæ ℥ iij.
Ireos puluériſat. ʒ j. Miſc.

Lotio capitis.

Tum caput lauetur lixiuio dulci incoctâ ſaluia, betonica, maiorana, meliſſa, roſis rubris, foliis ſenę, origano: inter lauandum adhibeatur ſequens ſapo bis aut ter.

Sapo.

℞. Saponis venet. ℥ iiij.
Agaric. albiſſ. ʒ ij.
Cinamom.
Caryophyll.
Ireos, an. ʒ ß.
Camphoræ ℈ j.

Miſc. cum aq. maioranæ aut ſaluiæ f. ſapo. Bis in anno repetēda eſt præcedens euacuatio. Maſticatorium vero, errhinon & lixiuium cum ſapone bis in menſe repetatur. Ad roborandum & exiccandum caput, aſſidue geſtanda eſt manibus pila ſequens, naribus admouenda.

Pila odorata.

℞. Ladani puriſſimi ℥ j.
Storac. calamit. ʒ ß.
Santal. albor.
Lig. aloës.
Galliæ moſchatæ.
Caryophyll. an. ʒ j.
Myrrhæ.
Santal. citrin.
Thuris an. ʒ j. ß.

Aq. roſac. q. ſ. formetur globus, qui geſtetur manibus, aut facto foramine collo ſuſpendatur de filo. Thuris etiam grana accenſis carbonibus iniiciantur, & fumus naribus attrahatur, idque ſæpe repetendum in menſe. In commiſſura coronali ſpargatur in nocte puluis ſequens ad caput roborandum & ſiccandum.

Puluis pro ſutura coronali.

℞. Thuris.
Sandaracæ Arab.
Santal. citrin.
Nigell.
Cubebar.
Rad. pæoniæ. an. ʒ j.

Contundantur & f. tenuiſſimus puluis, vt farina. Vſus vero optimæ theriacæ ſaluberrimus ſemel in ſeptimana ſumptæ. Galenus, Paulus, Aëtius teſtantur vſu cineris oſſium, præſertim humanorū combuſtorum nonnullos arthriticos & epilepticos fuiſſe curatos. Aceti etiam ſcillitici vſus maxime commendatur. Quare aliquoties ſumatur per menſem vnum cochleare magnum. Quantum vero præſtare poſſit oleum vitrioli recte paratum, ſi bis in ſeptimana ſumantur quatuor guttæ in iuſculo aut vino, mane ieiuno ventriculo, eſt incredibile. Multi fonticulos commendant, qui certe plurimos iuuarunt, ſed duo multo præſtātiora iam proponam, quæ ego in multis expertus ſum ſaluberrima. Prius eſt pillularum paſta quædam in hunc modum parata.

Cinis oſſium humanorū.

Acetum ſcilliticum.

Ol. vitrioli.

Fonticulis præſtantiora.

Pillulæ.

℞. Myrrhæ.
Aloës epatic.
Lig. aloës.
Cinam. el.
Maſtich.
Rhabarb. el. an. ʒ ij.
Moſchi g̃. v.

Miſce, fingatur cum oxymelite maſſa, ex qua formentur pillulæ nu. xxxvj. Per integrum menſem alternis diebus vnam accipe mane, poſtea vero ſingulis ſeptimanis vnam accipe; donec numerus abſumatur. Ratio huius remedii vera eſt, quia cum arthritis ſit fluxus ad articulos, ex vſu harum pillularum fit, vt natura aſſueſiat excrementa non ad articulos, ſed ad naturalem excrementorum locum demandare, & à conſueto reuocare, vt hæc curatio diuerſione fiat. Qua ratione etiam diuretica commendari ſolent, quale eſt ſequens:

Diuretica.

℞. Sem. leuiſtic.
Aniſi,
Petroſelin. an. ℥ ß.
Erithrodani,
Meliſſæ,
Gentianæ an. ʒ iij.
Saluiæ,
Betonic. an. ℥ ij.
Miſc. f. puluis. Δόσις ʒ j in iuſculo mane.

Alterum vero quod propoſui medicamentum eſt puluis ſaluberrimus, quo curati ſunt multi. Sumitur ʒ j. mane in iuſculo.

Puluis ſaluberrimus.

℞. Chamædr.
Chamæpit.
Centaur. maior.
minoris.
Saluiæ,
Betonic.
Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotund. an. ℥ j.
Guaiac. opt. duplum omnium reliquorum pondus.

Miſc. f. ex omnibus puluis tenuiſſimus, ſumitur per multos menſes in aqua mellis aut ſaccbari. Hactenus tractata eſt morbi curatio. Paroxyſmi vero & doloris præſentis curatio à nobis minime prætermittenda eſt, ne quid à nobis præterea deſiderari poſſit.

Paroxyſmi cura.

Cum igitur iam humor fluxit ad articulos, & dolorem excitat, inprimis eſt illud nobis propoſitum, vt dolor mitigetur. Nam dolor trahit tanquã cucurbitula & auget morbum. Quare adhibentur ſtatim vnguentum de ſucco ebuli, aut mica panis in lacte cocta, addito oui vitello, oleo roſato & croco. Aut loco dolenti admoueantur lintea madefacta in aqua vitæ. Aut fiant fomẽta cum ſpongia imbuta decocto ſem. lini, fœnugræci, fl. chamomill. anethi, meliloti, verbaſci. Cum vero dolor ceſſarit, ac pedes laxo tumore obſeſſi, admouentur ſacculi pleni ſurfure calefacto cum ſeminibus ſiccantibus contuſis.

Dolorem mitigantia.

Roborantia pedes.

Ad roborandos vero pedes & manus ne nouam materiam admittant, vtatur balneo aquæ ferratæ, in aqua decoctum ſit hypericon, ſaluia, roſæ, vrtica, guaiacum. Paretur etiam calceus, totum tegens pedem ex aluta, quę intus ſit illita cerato diacalcitidis more Galeni parato, ac perpetuo geſtetur, ſæpe illud renouando.

Galenus ex aluta illita diacalcitidis cerato Galeni.

Extra paroxyſmum cum nullus dolor eſt, corporis exercitatio, ſaluberrima. Item vectio, venatio, equitatio, ludus pilæ, ambulatio. Vinum ſaluiatum roborat & ſiccat vniuerſum corpus, vinũ abſinthites ventriculum robuſtiſſimum reddit. Diæta omnis ſit exiccans. In menſa perpetuus ſit vſus ſequentis pulueris loco ſalis.

Puluis ſtomachalis.

℞. Zinziberis albi ℔. ß.
Cinamomi
Caryophyllor. aut in hyeme
Piperis an. ℥ j.
Miſc. f. puluis.

Si in aceto ponatur cochlear huius pulueris fit optimus intinctus, embamma. Zinziber cõditum, & myrobalani chebuli conditi ad caput & ventriculum roborandum præſtãtiſſimum. Aquæ cinamomi cochlear vnum ieiuno ſtomacho acceptum vtiliſſimum. A cibo & potu ſemper medulla panis, aut diacitonium, aut coriandrum ſumatur. Diætam præſcriberem, ni putarem me operam luſurum. Eius tamen loco addo regulas aliquot ſalutares, quarum obſeruatio hominem poteſt reddere immortalem. Illud puto ſignificandum, me multa remedia annotaſſe, quæ omnia ſunt efficaciſſima, idque ea de cauſa, vt intelligeretur artem medicam eſſe remediis copioſam, ac inde ſpes ſalutis oriatur. Non tamen omnia ſimul vſurpanda, ſed alternis vtendum, ne natura nimia auxiliorum copia opprimatur & fatigetur.

Regulæ ſalutares.

1. Menſæ ne ſint æquales, ſed cœna ſemper leuior.
2. Inter vnam & alteram menſam nullus cibus aut potus ingeratur.
3. Potus quantitas non ſuperet alimenta ſicca.
4. Molles cibi ac liquidi ſemper durioribus præmittendi.
5. In eadem menſa ciborum varietas vitanda.
6. Cum licet per pedes ſemel quotidie corpus exercitio incaleſcat.
7. Vitandi animi affectus, & curæ prudẽtiæ freno moderandæ.
8. Somnus octo horas non excedat, nec ſeptem ſit breuior.
9. Somnus diurnus omnino fugiatur.
10. Si quid nimia menſa eſt peccatum, ſequentis menſæ parſimonia corrigatur.
11. Semel in ſeptimana vna menſa omittatur, cum ſcilicet natura minus cibo videbitur indigere.
12. Cibus non deglutiatur, quin in ore probe maſticetur.
13. Nullus ſumatur cibus, niſi priore concocto, ad quod octo horæ in imbecilli ſtomacho requiruntur.
14. Ea ſit cibi & potus menſura, quam vſus docet commode ac ſine labore cõficere poſſe.
15. Motus, cibus, potus, venus, omnia mediocria.
16. Animaduertendum eſt aërem, cibum, potum

porum, corporis motum, veſtes leuiores, aut grauiores, ac reliqua omnia, à quibus ſcilicet læditur, aut iuuetur, vt illa fugiat, hæc vero ſequatur.

17. Sanitaris ſtudium eſt non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad laborem.

Faxit DEVS optimus maximus, vt hæc præcepta D. V. ſint ſalutaria, à quo ſolo & corporis & animæ ſalus expectanda. Anno 1584.

In Arthritide, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCXXX.

CVM in hoc generoſo Domino non modo articuli, partim ab humoribus podagricis, partim etiam dolore admodum debilitati ſint: ſed cætera quoq; membra ita ſint affecta, vt de collo & ceruice etiam conqueratur, præterea interna viſcera, præcipue vero ventriculus, naturalem ſuum calorem non habeant, & leui errato offendantur, magna eſſet temeritas, ſi perſu[illegible] generoſo Domino auderem, ipſum [illegible] conſilio perfectam ſanitatem eſſe co[illegible]tutum.

Natiuus calor extinctus non reducitur.

Nam natutalis calor ſemel extinctus in partibus reduci nullis rationibus poteſt, vt humores, qui podagram gignunt, non recipiant: ſemper etiam in tali cõſtitutione corporis interna viſcera, maxime caput, materiam præparabunt aptam fluxionibus. Eruditis autẽ Medicis omnibus notum eſt, duas eſſe artbritidis cauſas, vnam materiam, alteram debilitatem articulorum, in quibus ſurit artbritis.

Materia fluxionum in podagra vnde oriatur.

Materia etſi potiſſimum ex cibo potuq; colligitur, vt anſeribus, carpionibus, carne ſuilla, nimio vſu piſcium, varietate ferculorum; adiuuat tamen plurimum ataxia, & ordinis in vſu neglectio, intempeſtiua cœna & ſomnus. Etiam ea quæ materiam commouent & exagitant, vt ira vehementior, dulcia ac fortia vina, motus à cibo validior, maxime venus, quæ externa etiam membra debilitat. Ad eam imbecillitatem, & collectionem materiæ ſi accedat frigidus, humidusque aer, malum augetur; permutatio item aeris admodum calidi in hypocanſtis & frigoris externi, aut econtrario, ſi è nimio frigote ſubito nos in calidiſſima conclauia transferimus. Si itidẽ caput, à quo plærunq; in ſubiecta membra humores demittuntur, refrigeretur, aut vaporum copia oneretur, vt fit à crapula. Pedes nimium aq. tepida loti: ſed ſulphureæ thermæ, quæ alumen & ſulphur habent, & calorem natiuum roborant, præmiſſa neceſſaria euacuatione corporis, & obſeruata iuſta victus ratione concedi poſſunt.

Equitatio podagricis incommoda.

Equitatio non ſatis commoda podagricis; cum non ſolum pedes in ea grauentur, ſed & materia agitetur. Nihil autem ęque nocet, vt vinum & venus. Ex his generoſus Dominus æſtimare poterit, quarum rerum vſu potiſſimũ podagram ſibi attraxerit, & quomodo vitari poſſit. Quod ſibi deeſſe ſibi ipſe nolit, & obſiſtere non modo materiæ collectioni, ſed eiuſdem præcipitationi etiam didicerit, adiici à me poterunt ea, quæ ad partium infirmarum robur multum profutura eſſe videbuntur, ne in tam crebros paroxyſmos incidat, & valetudo paulatim confirmetur.

Curatio.

Ac primum quidem, quoniam fieri non poteſt, vt in hoc corpore, etiam obſeruata exquiſita victus ratione, nulla excrementa colligantur, conſulo, vt generoſitas tua ſingulis annis ſemel aut bis leni aliquo purgante medicamento ſe euacuet. Ad præparationem autem materiæ placeret mihi vſus huius ſyrupi:

Digeſtiuum.

℞. Mellis roſac. ℔. ß.
Syr. de ſucco betonic. ℥ iiij.
Extract. calam. aromatic. ℈ j. Miſc.

Mane de hoc ſumat cochlearia quatuor.

Purgans præſcribi poſſet eiuſmodi:

Purgatio.

℞. Paſſular. min. ʒ vj.
Betonic.
Meliſſ.
Iuæ arthetic.
Scolopendr.
Capill. vener. an. m. ß.
Flor. borrag.
Violar. an. p j.
Galangæ ʒ j.
Cortic. myrobalanor. citrin. ʒ j. ß.
Rhabarb. el. ℈ iiij.
Agaric.
Fol. ſenæ el. ℥ ß.

F. infuſio, & decoctio ſ. a. in ſ. q. aq. puræ; expreſſio fiat diligens, & per pannum linteum cola, colaturæ ℞. ℥ iiij.
Syr. roſac. ſolut. ℥ j.
Mannæ Calabrin. opt. ℥ ß. vel ʒ vj.
Brodii zinziberis parum.
Miſce, fiat hauſtus.

Hanc potionem ſumat generoſus Dominus, poſtquam ſex vel ſeptem diebus ſyrupo præcedente vſus eſt, vt antea monui, horis quinque ante prandium, nec redormiat; & eo die aërẽ vitet, quod ſine præſentis Medici conſilio tamen non faciat.

Venæ ſectio ſtomacho debili minime conuenit.

Idem de vena conſulat, an neceſſaria ſit, vel non ſit. Nam quia ſtomachus eſt adeo debilis, ego tum à vehementer purgantibus, tam à nimia venæ miſſione, maxime cum & noctu pedes intumeſcant abhorreo. Ad alui apertionem

& eductionem materiarū peccantium, quin & ad roboranda viſcera, generoſus Dominus ſingulis menſibus bis hora ante cœnam vtatur drachma vna harum pillularum.

Pillulæ.

℞. Aloës optim. ℥ß.

Imbuatur ter ſucco endiuiæ vel roſar. & exſiccetur, poſtea iterum & tertio imbuatur, & exſiccetur, huic alii add.

Rhabarbar. ſubtil. triti ʒj.
Agaric. opt. fideliter trochiſ. ℈iiij.
Maſtich.
Myrrhæ an. ℈j.

Pulueriſentur ſingula, infundatur aqua cinamomi, & addatur ſyr. roſac. ſolut. parum, f. maſſa, de qua pro ʒj. f. pillulæ ſeptem, vel minores. Ab vſu harum pillularum ſequenti die aluus ſponte bis aut amplius fluet ſine offenſione. Magnam rationem habeat ventriculi, & mane hoc oleo inungat:

Oleum stomachale.

℞. Menthæ,
Roriſmar.
Comar. abſinth.
Roſar. rubrar. an. p.j.
Lig. aloës.
Santal. citrin.
Galangæ,
Caryophyll. an. ʒj.
Maſtich. ℈iiij.
Ol. amygd. dulc. recentiſſ. ℔.j.

Vini maluatici, vel Rhenani boni ℔.ß. Decoq. in vaſe duplici ad vini conſumptionem, fiat expreſſio diligens. In hyeme, adde, ol. nucis Moſch. ʒß. Detur in vitro. Hyeme & æſtate id faciat; ſed imponat linteum triplicatum. Ad capitis roborationem hoc electuarium profuerit, ſi de eo mane magnitudine iuglandis (paulo parcius æſtate) ſumpſerit.

Elect. caput roborans.

℞. Conſer. roſar. recent. ℥xviij.
Borrag. ℥ij.
Carnis Myrobalan. emblic. condit. ℥j.ß.
Cortic. citri condit. ℥ß.
Spec. aromatic. roſac. rec. & fideliter diſpenſat. ʒiij.
Caryophyll. inciſ. ʒij.

Miſc. & cum ſyr. de betonic. q. ſ. f. electuarium molle. Detur in pixide incerata.

Hæc ſunt remedia, quæ omnia & proſectum materiæ prohibent, & internas partes roborant, quæ fluxionibus cauſam præbent. Vt vero etiam externis ſuccurratur, & maxime articuli roborentur, & materia quæ à doloribus ibi remanet, abſumatur, nihil eſſet conuenientius acinis vuarum expreſſarum, cum haberi poſſunt, ſi tepidi vna cum ſucco nouem aut decem diebus debilibus partibus applicentur. Id tempus, quia iam præterit, ſumat generoſus Dominus origanum, abſinthium, artemiſiam, & chamomillam, eaſq; quatuor herbas in aqua coquat, & infundat calide in vas tectum ſuperne, iniiciantur lapilli igniti, & aſpergantur vino bono, & hic fumus excipiatur a pedibus, donec ſudent, deinde in ſartagine calefiat triticum, & imponantur pedes, vt eos ſiccet: id ſexies fiat, poſtea plantæ muniantur pelle leporina, & caligæ ex ſemper gerantur, vt frigus auertatur. Quod ſi mane ſudor ſe oſtenderit, iuuandus eſt, non inhibendus. Et quia humores ſæpe in totum corpus diſperguntur, aliquando ante cœnam (quæ ſemper parca ſit, aliquando & nulla) totum corpus ex decocto illo quatuor herbarum ſudare faciat excepto capite. Hoc tamen lauetur ex decocto polytrichi. Etiam extra balneum ſingulis ſeptimanis bis aut ter ante cœnam ſolum caput eo lixiuio abluat, & tum aërem prorſus vitet. Quam ſint hæc futura vtilia generoſo Domino, diuino auxilio paulo poſt experietur. Vnum coram monebo, cui ſi obſecutus fuerit generoſus Dominus, non dubito, quin magnum præſidium ad ſanitatem recuperandam ſit habiturus.

Succedaneū.

Pellis leporina.

Lotio capitis.

dolore articulari, & ſcabie, ſeu impetigine.

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CCXXXI.

Mala hæc à tribus cauſis originem duxere ab hepate nimis calido; à capite humido, & a ventriculo frigido & humido. Iecoris incendium inde facile coniicere poſſumus, quod vere proximo elapſo, quando lue venerea admodum laborabat, ſicut & iam quædam aſſunt reliquiæ; decoctum guaiaci per plures dies aſſumpſit, quod veneno quidem venereo profuit, obfuit tamen iecori, & id impenſe calidum & aliquo modo ſiccum reddidit. Hoc igitur poſtea maiori feruore correptum, multos humores acres, mordaces & lue affectos genuit; qui à partibus nobilioribus & robuſtioribus ad ignobiliores & imbecilliores, ſcilicet ad cutim, quæ excrementorum quaſi corporis ſentina eſt, propulſi ſunt; vnde puſtulæ exortæ ſunt per vniuerſum corpus, quæ in vlcus pruriginoſum & ſerpens verſæ & expanſæ ſunt. Humores autem, qui ſuapte natura ſunt frigidi & pituitoſi, aſcititia autem qualitate calidi & ſalſi, quadam bilis portione permiſta, ad articulos delati ſunt: partim à capite tranſmiſſi; partim ab articulis, propter imbecillitatem recepti, vnde dolores articulares exorti ſunt.

Cauſa podagræ.

Cauſa impetiginis.

ſunt. Generatio horum humorum pender è peccaris in victu cummiſſis, maximeque in potione.

Scopi.

Indicationes. Victus ratio mutanda. Hepatis feruor extingueudus. Vniuerſum curpus vacuandum. Caput exiccandum, ventriculus calefaciendus & exiccandus. Articuli roborandi & exiccandi, ne fluxionem facile recipiant, Gallica virulentia extirpanda; ſcabies delenda. *Prognoſtica.* Cura eſt difficilis, quia lues in præcipuo viſcere contraxit habitum, & dolores articulares ob diuturnitatem ſunt veluti confirmati. Non tamen impoſſibilis cura: cum tota dirigatur potiſſimum ad euacuandum humores, & extinguendum iecoris incendium. *Curatio.* Ligni Indici decoctum non habet locum, quod plus iuſto calefaciat hepar; ſed decoctum ſalſæ & chinæ, quæ attenuant, moderate exiccant, citra immodicam caliditatem. *Salſa parilla.* Omnia enim quæ valde calefaciunt, in hoc caſu ſunt viranda. Salſæ & chinæ doſis ſit ab ℥ iij. ad v. aquæ ad ℔. v. fiat decoctũ ad conſumpnonem medietatis & colatura ſeruetur pro ſyrupo. Quod reliquum eſt, decoquantur in lib. x. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis & pro potu communi retineatur. Decoctum parari etiam poteſt cnm hordeo, cichoreo, hepatica, vel etiam lactuca: ſic enim magis feruor hepatis compeſceretur. *Hordeum.* Hordeum præter frigiditatem, haber etiam vim abſterſoriam: ſed oportet eſſe hordeum copioſum, & optime coctum, cum longam patiatur coctionem. Magis poteſt ad indicandum hepatis intemperies; quam virulentia ad prohibendum; ideo magis intemperies, quam virulentiæ demus operam. *Pillulæ ex china & ſarſa.* In maximo vſu habemus pillulas quaſdam è china ſalſa, & herbis refrigerãribus iam deſcriptis: hæ ſemel diebus alternis per horam ante prandium capiendæ erunt. *Sudor.* Quo ad ſudorem: hic obeſſet, ſi ſpectamus iecoris incendium; quia tamen ope ſudoris facile huiuſmodi morbus finiri coler, ſuademus vtendum eſſe ſudore; Deſiſtendum tamen per aliquor dies, dum hepatis incẽdium aliquo modo ſit extinctum. Dum decoctum adminiſtrabitur, caueat à vino, & vtatur aqua ſecundo loco præparata. *Diæta.* Victus ſit tenuis; ita tamen vt tolerari poſſit. Do coctio vtetur ad minus quinquaginta aut ſexaginta diebus, cum aduerſus longam & diuturnam affectionem ſit pugnandum; eoque quamprimum vtatur, nam in hoc præſidio ſalutis ſpem poſitam habemus. Ideoque non placet, quod eius vſum patiens in aliud tempus differre vult ob quædam negotia. Quod ſi tamen iam adminiſtrari non poſſit; interim ſerum caprinum ad extinguendum hepatis calorem ſumere poteſt. *Serum caprinum.* Ideoque pluribus diebus ſecum domi detineat tres vel quatuor capras, easque nutriat rebus refrigerantibus, vt lactuca, endiuia, cichorio, hordeo, fuliis ſalicis, rubi, vt lac magis fiat frigidum. Caueat autem ſummopere ne capræ ſalem comedant, quia contrarius ſequeretur effectus. *Diarrhæa ex ſero caprino orta, quomodo corrigenda.* Si vero vſus ſeri ventriculo officeret, & ipſum labi faceret in διάῤῥοιαν, vt huic obſiſtamus incommodo, in primo cyatho ſyrupum de mentha imponamus. Extrinſecus autem inunctiones, ex ol. maſtich. de abſinth. in regione ventriculi non improbatur. Si cupimus, vt viam vrinæ petat ſerum, in primo cyatho miſcemus aut ſyrup. de beton. aut lac ſem. melonum. Laudamus etiam vſum trochiſcor. *Trochiſci viperini.* qui multum in ſcabie iſta poſſunt: & affectibus etiam articularibus pruſunt. Sic parentur:

♃. Salſæ ℥ j.
Trochiſcorum viperinor. ℈ j.
Miſce.

Sint in frequenti vſu: Quemadmodum & terebintb. ad ℥ j. hac hyeme vſurpabitur ſæpius, cum partium imbecillium roboratio expetetur. Integram ſanitatem pollicemur ægro, quia ætas robuſta, & patiens obtemperans. Quo ad chirurgiam igitur, conuenit venæ ſectio è baſilica dextra; ſanguis enim peccat ſecundum quantitatem, formam & morum. Quia autem ſanguis impurus & ſalſus per vniuerſum corpus eſt diſperſus, non ſufficit Venæ ſectio; *Venæ ſectio.* ſed alio etiam opus eſt præſidio, quod hunc humorem probe poſſit euacuare. *Cucurbitulæ.* Proinde multæ cucurbitulæ numero xvj. plus minusve, diuerſis corporis partibus applicabuntur, quot videlicet ſufficere pro patientis quantitate videbuntur. Et hæ erunt affigendæ poſt purgationem. *Fonticuli.* Fonticulum vnum in crure gerit, qui non eſt ſubmouendus, ſi cer locum idoneum non habeat, attamen nec dolorem inducit, nec aliud ſymptoma affert, imo ſi opus eſſet, alterum in brachio efficiendum proponeremus. Sed prius optamus, vt remedia proponenda experiatur; quæ ſi non prodeſſent è toto, tunc in brachio nouum cauterium figere oporter. Corpore per venæ ſectionem optime inanito, ad φαρμακείαν veniendum. *Lenientia.* Leniatur aluus mell. roſ. ſol. aut melle & manna, aut caſſ. vel elect. lenit. *Digerentia.* Præparentur humores, ſyrup. de cichor. de borrag. de ſucco roſ. cum mell. roſa. ſimpli. & decoctis accommodatis. *Purgantia.* Purgentur diluto rhabarb. & agar. & folior. ſenæ, quibus addatur mel

roſ.ſol.aut manna. Et quia colluuies non poteſt vna vice exhauriri, ideo grauioribus iteranda eſt purgatio. Præparentur ergo demum humores ſyrupis tum ſimpl. tum compoſ. vt eſt ſyrup. de pomis compoſ. de cichor. cum Rhabarb. de fumar. Hic autem ordo in ſyrupis obſeruetur, vt tertiu quouis die cõpoſiti exhibeantur, interpoſitis diebus ſimplices. Euacuentur pil. coch. vel allaiareth. de agar. Meſ. Quandoque vt iecur attemperetur, vice ſyruporum forte tutius erit, toto eo tempore ſerum lactis caprini ad minimũ ad ℔.iiij. propinare. Poſt corporis purgationem, cõtra luem pugnandum, decocto paulo ante deſcripto. Externa reſpiciant cutim & articulos. Cutis nobis videtur nimium exiccata, ob humorem calidorum & ſiccorum defluxum: Proinde laxanda erit & rarefacienda, vt humor acris, qui pruritum & puſtulas facit, inſenſibiliter poſſit euacuari. Laudamus igitur, vt lo̊ueãtur partes corporis, procul ab articulo, cum aquis, in quibus violæ, maluæ, & lactucæ ſint poſitæ. Poſt fomentum ad cutem corroborandum & ſiccandum, non improbantur aquæ mannæ, & aq. montis orthonis. Inunctiones olei viperini exiccant, & ſi in cute remanſerit qualitas mala, prohibent ne rurſus poſſit repullulare. Inunctio huius linimenti prodeſt.

Pro cute & articulis.

℞. Olei roſati ℥ ij.
Ceruſſæ ℥ j.
Sulph. viui ʒ j.
Salis ʒ j. Miſc.

Linimentũ pro ſcabie.

Et cum aqua hellebori nigri, aut ſucco limonum fiat linimentũ, vel rad. hellebori nigri decoctum paretur. Articuli roborandi & exiccandi vinaceis, oleo ſalito. Caput humidum, quod multam pituitam gignere videtur, expurgetur maſticatoriis & errhinis. Ventriculi frigiditas & humiditas cum non ſit effatu digna, decocto ſupra ſcripto poterit auferri. Quoad diætam, cauendum à plus iuſto calefacientibus & exiccantibus, vt ſunt cibi calidiores, aromata, ſalſa acria, vina generoſa.

Diætã.

In Arthritide.

D. Hieron. Capivacci

CONSILIVM CCXXXII.

PRocurandum eſt, vt aluus quotidie faciat officium, id aut cibis lubricantibus aut leuibus medicamentis fieri poteſt. Cibi qui id præſtare poterunt, ſunt fercula ex beta, Spinacia, braſſicaue, oleo & ſale confecta. Caricæ quatuor aut ſex, in prima menſa ſumptæ. Pruna optime matura ac dulcia recentia quatuor, aut plura ſi parua ſint. Temporibus vero, quibus recentia non adſunt, ſicca macerentur in vino dulci, ac in eo coquantur, aut in iuſculo pinguiori a dicto ſaccharo aut optimo melle. Poterit & hoc præſtare paſſulatum vſus, ſi ſub dio fuerint expoſitæ quatuor aut quinque noctibus reſperſæ Sacchaio Thomaſino, non admodum albo, ſi earum ſumpſerit duo aut tria cochlearia, & eas optime maſticauerit initio prandii; ſiq; cum iis comederit offam panis cõfecti ex tenuiori parte furfuris pauca adiecta farina, & mellis modico. Medicamenta lenientia ſunt, Caſſia ex arundine excepta ad quantitatem ℥ iij cum arundine. Aut ſi electuarii lenitiui ℥ j. ſumat ante prandium per horam. Non abs re fuerit, etiamſi ſaltem ſemel in menſe, (euitando tamen calorem) capiat ex hoc medicamento ʒ ij. vel iij. vel ad ſummũ quatuor mane horis quatuor ante prandiom, quod maxime commendandum eſt in hoc genere morbi, ſicut experimento fuit ſępiſſime probatum, quod tale eſt;

Cibi aluum mollientes.

Medicamẽta lenientia.

℞. Hermodactylor. albor. mundorum à cortice
Diagridii an. ʒ ij.
Coſti.
Cymini.
Gingiberis.
Caryophyllorum an. ʒ j.

Electuariũ ſolutiuum in podagra.

Terantur omnia, & cum ſyrupo facto è melle & optimo vino, fiat Electuar. Hoc ſoluet aluum, & materias quæ dolores creaſet, educet. A ſomno diurno abſtineat, niſi noctes duxerit inſomnes. quo caſu non ſtatim à cibo erit dormiendum, ſed interiecto ſaltem horæ ſpacio. Cibaria ſint panis optimus, fermentatus, mediocriter ſalſus, bene coctus in furno, non permixtus caſeo, butyro, aut pingui aliquo, ſed ſit purus ex optima farina. Carnes ſint gallinaceæ, vitulinæ, hædinę, veruecis, caſtrati, perdicum, Faſianorũ & auicularum, quæ in montibus, aut nemoribus degunt. Aromata non omnino interdicenda; ſed ſit eorum paucus vſus. Salſamentorũ vſum non damno in prima menſa, verum in parua quantitate, vt pituitam è vẽtriculo detergeant. Sicut etiam admittuntur aliqui piſces ſaliti ea de cauſa, vt ſunt ſardæ, Haleces, & ſimilia mollia ſalita; oua recentia, tenera, & tremulla optima ſunt, minime vero indurata, aut frixa admittantur. Caſei vſus maxime damnatur. Butyrum pro condimento parce conceditur. Piſces in minima copia conceduntur, ac raro, qui in craticula aſſati, aut elixi ſunt, & cum mediocritate aromatum conditi. Frixi vero deteriores ſunt, & adhuc magis ſi in butyro.

Diæta.

Aromata.

Carnes & piſces ſaliti molliter concedantur.

tyro. Et qui concedi poſſunt, ſunt aut maritimis vndis agitati, aut fluuiatiles, non paluſtres, aut ex aquis ſtagnantibus & eorum caro mollis, friabiliſque ſit, non viſcida aut lenta. *Cancri.* Cancri & omne genus teſtaceorum conchylium, & oſtrearum damnatur. *Teſtudines.* Teſtudines concedi poſſunt; Acetaria, quia acetum nocet neruoſis partibus, non ſint in frequenti vſu, & ſint cum aceto non admodum forti permixta aut ſaccharo, aut melle, aut paſſulis, vt ſunt cappares ſalæ exemptæ. Radix & folium cichorii, Endiuiæ, borrag. bugloſſ. fœniculi coma tenera, meliſſaque conceduntur. Radicula eſculenta etiam admittitur, vt ex ventriculo detergeat pituitam. *Dia ſynapi Moſtarda Italorum.* Poteſt aliquando Moretum, ſiue ſalſam viridem pro condimento edere, & Diaſinapi, quod nos moſtardam nuncupamus. Amygdalas etiam cum iuſculo, aceto, & ſaccharo mixtas concedimus. Fructus etiam conceduntur, vt pruna, ficus, vuæ, bene maturæ, piſtacia, pineæ, amygdalæ, auellanæ nuces. Pyra & cydonia damnantur; Quia faciunt dolores arthriticos; & non niſi coƈta, & cum ſaccharo reſperſa, & melle condita, & raro in parua quantitate. Ceraſorum omne genus parciſſime admittat, & omne genus fructuum mollium quod comederit, præponatur omnibus cibis. Duri vero fructus poſtponantur. *Vinum.* Perſicis optime maturis parce etiam veſcatur. DE VINO vnum dixerim, ſi Dominatio ſua per biennium vino abſtinuerit, à morbo hoc liberabitur omnino. Quod ſi minime velit facere, ſaltem parciſſime bibat, & vinum non ſit dulce, craſſum, vel nouum. Et ſi rubrum habere poſſit, magis probarem quam album; & ſit olygophorum, aut aqua coƈta lymphatum, & ſi aliqua acerbitate foret præditum, non tamen multa, maxime videretur opportunū. Vina illa Cretica, & ſimilia potentia ſunt vitanda. Nam vltra hoc, quod neruis nocent, caput etiam replent, & deinde excitantur fluxiones; Vitanda etiam eſt cereuiſia potens. *Phlebotomia.* Bis in anno mittatur ſanguis è dextro brachio ad ℥xij, vel circiter, pro vt viſum fuerit Medico, qui tum aderit. Et hoc erit agendum in fine Aprilis, & in initio Septembris, vel citius, vel ſerius, prout regio calidior vel frigidior fuit eo tempore. Quod ſi hæmorrhoides eo tempore fluxerint, ſanguis mittendus non erit; ſed differendum, donec per aliquot dies non fluxerint. *Hæmorrhoides.* Quod ſi toto anno fluerent, & corpus non videretur admodum grauatum ob plenitudinem, tum à venæ ſectione omnino erit abſtinendum. Facta autem miſſione ſanguinis, ſi eam fieri contigerit, etiam expurgandum eſt corpus à ſuperfluitatib. tum *Purgatio.* pituitoſis, tum bilioſis. Primum aluus leniatur hoc medicamento, per horam ante prandium.

℞. Electuar. lenitiu. ʒx.
Pulner. Hermodactyl. ℈j. *Bolus.*

Miſce, & cum ſaccharo, Fiat bolus. Deinde coquatur materia per dies octo aut decem.

℞. Syrup de betonica.
Mel. roſati.
Syrup. de ſtœchade. an ℥ß.
Decocti betonicæ.
Cichorii an. ℥iij.
Miſce.

Quibus aſſumptis expurgabitur corpus aſſumendo pill. ſeq. quinque horas ante prandium, quibus ſuper dormire poterit per horam:

℞. Pill. de Hermodactyl. ʒj. *Pillula.*
Specier. Epiſcopi ʒß.

Miſce & fiant pillulæ v. deauratæ. In defectu Specier. Epiſcopi ſuccedere poſſunt pill. cochiæ præparatæ cum rad. Hellebori nigri. *Thermæ.* Commendantur etiam thermæ ſulphureæ & aluminoſæ, aut etiam ſalſæ tempore Maii, per dies decem, Purgato tamen ante corpore medicamentis ſupra ſcriptis. Hyeme ter in ſeptimana mane ſurgens accipiat ſeq. medicamentum;

℞. Reſinæ terebinthinæ, aut abietinæ in vino albo, bis terue lotæ ʒij. *Bolus.*
Puluer. hieræ ſimplic.
Turbith. albi. gr. vj.

Fiant boli, quos in placentis azymis vino madidis capiat. Item in ſeptimana ſemel tribus horis ſaltem ante prandium ſumat ex Mithridatio ʒß. ſuperbibendo hauſtum vini generoſi. *Mithridatium.* Non oberit etiam ſi in vltimo cœnæ comedat 50. nucleos pineos ablutos aq. roſar. aut aqua, in qua aliquid ſit Cinamomi incoctum. *Nuclei pinei.* Aliquando etiam comedat folia Saluiæ, vel ſola, & ſine condimento, vel cum modico ſalis olei, ac vini reſperſa, & accipiat quando it cubitum. *Folia Salu.* Pro ſuperfluitatibus expurgandis ſumat ſemel in menſe (modo calor non vigeat) medicamentum ſupra ſcriptum, quod conſtat ex Hermodactylis. *In dolore iuncturarum.* Doloribus abſentibus, bonum erit pro iuncturis roborandis, quæ dolore affici conſueuere, eas inungere oleo ſalito calidiuſculo eo tempore quo lectum ingredi volet. Et ſit oleum hoc pacto paratum:

℞. Olei Oliuæ Omphacini lib. j.
Salis ℥ij.

Bulliant in duplici vaſe, quod balneum

Ligatura infra genu podagram excitat.

Mariæ vocant, ad conſumptionem quartæ partis, & ſeruetur in vſum: Caligas infra genu non liget. Nam hoc, ſi quid aliud, facit ad podagram excitandam. Pariter etiam nil habeat, quod pedes aut comprimat, aut adſtringat. Si quando abluere volet pedes (quod raro fiat) conſulo vt id fiat vacuo exiſtente ventre nempe ante cœnam, nec poſtea ambulet multum, ſed quieſcat potius. Et incoctum ſit in aqua, qua vult abluere Roſinarinum, ſaluia, Roſæ, betonica, & ſalis modicum. Vel vtatur, ſi poſſit haberi, aqua marina, in qua eadem ſint incocta. Si facile vomat, laudo, vt ſaltem ſemel in menſe euomat à prandio, aut à cœna, & ieiunus vomere poſſet facile, bonum eſſet vt mane euomeret. Nam in arthritide nulla melior eſt euacuatio & diuerſio, quam ea, quæ per vomitum fit. Eo tempore quo vult euomere (quia vomitus nocet oculis) vt eos etiam tueamur ab hoc incommodo, bonum erit vt liget oculos aliqua faſcia; nec ſtatim à vomitu ſoluat eam, ſed ſinat ad octauam horę partẽ vel circiter. Dum dolores infeſtant, à reliquorum vſu abſtineat, & roſaceo tantum vtatur. Leguminum frequens vſus pedes debilitat, 6. Epidem.

Vomitus in Podagra laudatur.

Oculi à vomitu defendendi.

In podagra,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM CCXXXIII.

Pillula.

℞. Aloes Epaticæ ℥ j.
Agarici recenter trochiſcati.
Rhabarbari electi an. ʒ ij.
Caſtorei ʒ j.
Maſtiches.
Spicæ nardi an. ℈ j.
Syrup. roſ. laxat. q. ſ. fiat maſſa pillularum, de cuius ʒ j. formentur pillul. vij.

Electuarium ſolutiuum.

℞. Catholici ℥ j.
Electuar. de citro ſoluti.
Diacarthami an. ʒ ß.
Rhabarbari electi ʒ ij.
Cum ſyr. roſ. lax. q. ſ.
Fiat Opiata.

Syrupus.

℞. Rad. Acori vulgaris.
Glycyrrhizæ recentis.
Calami aromatici.
Cyperi an. ʒ vj.
Cortic. citri ſiccor. ℥ ß.
Herbar. Betonicæ.
Meliſſæ.
Hyſſopi.
Chamedryos.
Chamepytios.
Primulæ veris.
Scabioſæ.
Agrimoniæ an. m. j.
Cichorii vtriuſque.
Acetoſæ cum rad. an. m. ij.
Iuiubarum.
Sebeſten an. par. viij.
Prunorum dulc. par. x.
Paſſularum contuſarum ℥ j.
Sem. Aniſi.
Fœniculi an. ʒ iij.
Flor. cordial. an. p. j.
Polypodii quærc. recent. ℥ iij.
Turbith. elect. ℥ j.
Hermodactyl. ℥ ß.
Salis Gemmei ʒ ij.
Fiat decoctio.

Cape de colatura lib. j. ß. in qua diſſolue ſyrup. viol. ℥ iiij. ſyrup. de ſtœchade, & mellis Anthoſati an. ℥ ij Pulu. Diarthodon Abbat. ℈ iiij. Gingib. ʒ j. Fiat ſyrup. clarificatus & aromatiſatus pro quatuor doſibus.

Potio purgans.

℞. Polypodii querc. recent.
Sem. Carthami contuſi an. ℥ j.
Glycyrrhizæ recent. ʒ ij.
Sem. aniſi ʒ j.
Fiat decoctio in ℥ iiij. Colaturæ infunde.
Rhabarbar. elect. ʒ j. ß.
Agarici recenter trochiſcati ℈ iiij.
Fiat expreſſio, cui adde ſyrup. roſ. laxat. ℥ j. ß. Capiat finitis ſyrupis.

Rotula.

℞. Pulter. Diatrion ſantal. ℈ iiij.
Rhabarb. elect. ʒ ij.
Conſeru. roſar. ʒ j.
Sacchari diſſoluti in aqua abſinth. q. ſ.
Fiat confectio in rotulis ponderis ʒ ij.
℞. Theriacæ elect. & mediæ ætatis ʒ j.
Conſeruæ roſarum ʒ j. ß.
Miſce.

Oleum.

℞. Ol. roſati omphacin. ℥ iij.
Myrthini.
Maſticini.
De lentiſco an. ℥ ij.
Salis communis ʒ j.
Myrrhæ electæ ʒ ij.
Iridis Florent. ʒ j.
Miſce.

Cataplaſma.

℞. Medullæ Caſſiæ recent. extra. ℥ iij.
Fecum olei roſat. ℥ ij.
Croci ʒ j.
Miſce.
℞. Medullæ panis ſyncomiſti ℥ iiij.
Maceretur in lacte caprino, cui adde mucilaginis ſeminis pſyllii extractæ cum aq. roſar. ℥ j.
Croci ℈ iiij.

Fari-

Farinę hordei ℥.ß.

Ol. de Nenuphare q.ſ.

Reducantur ad formam cataplaſmatis.

Præcautio, conſiſtit in expurgatione cor. oris.

Arthritis quancunque partem afficiat, præcautione magis quam curatione egere videtur, vt & alii affectus, qui paroxyſmos habent, nec aſſidui ſunt. Præoccupatur autem frequenti ac ſedula corporis expurgatione, quod niſi excrementis ſcateat, quę ad articulos tranſmittuntur, nunquam podagra excitabitur. Eſt autem excrementorum prouentus maxime à ventriculo, non ſatis rectę cibos conficiente. Quamobrem huius maxima ſollicitudo eſſe debet. Quando igitur celebrata eſt vniuerſalis purgatio, ventriculus minime eſt negligendus. Itaque præſcripſi in hyeme vtum cataportorum, quibus & humores excrementitii è corpore educentur, & viſcera robur excipient. Eorum integram drachmam ſingulis tribus menſibus deuorabit, atque eo interuallo ſemel in hebdomade aſſumet duas tresve pillulas, ſi aluus non ſponte & libere deiiciet, vel in corpore grauitatis ſenſus aliquis percipietur. Hora aſſumendarum pillularum eſto crepuſculum matutinum, vel hora vna aut altera præcedens ſi commode expergiſcatur.

Pillula tempore hyemis.

Electuarii. tempore verno.

Tranſacta hyeme, vel aliis ſex menſibus vtetur Opiata purgatrice. Cuius doſis pro ſingulis duobus menſibus eſt ℥j. neque frequentior eſſe debet, aut vehementior tum temporis excitata medicamentis purgatio. Præter hæc quibus aſſueſcere ſuadeo, optimum erit vere & autumno ſolennem purgationem inſtituere, quomodo præſcripſi ex ſyrupo vicumque purgatorio & potione ſequenti. Atque ſi videatur, pro minoratiuo, vt vocant, aſſumat pillularum, vel opiatæ purgatricis præſcriptarum doſin vnam. Cæterum vt magis, magiſque & ventriculus & cætera viſcera confirmentur, erit operæ prætium vt tabellis vocatis; & opiata, quæ theriacam recipit, alternatim ſcilicet, bis ſingulis hebdomadis aſſumpta tabella, vel opiata, quanta eſt iuglandis magnitudo, horis quatuor ante prandium vtatur. Si tamen diſpliceat frequentior vſus; ſatis eſſet ſingulis hebdomadis ſemel alterutrum deuorare. Eſt autem conuenientior hyemi opiata; æſtati tabellæ. Hæc præcautionis gratia inſtituta (vt mundum euadat corpus, & nutritioni inſeruientia viſcera firmiora euadant, nec ſit quod ad articulos tranſmittere cogitent.) multo efficaciora habebuntur.

Diæta.

Si victus ratio admodum cauta accedat. Atque ea ſit omnino frugalis, & vt plurimum abſtemia, Venerisque neſcia; quæ huius partis præcipuæ ſunt. Quia tamen matrimonio coniunctis, & natura ſalacioribus condonandum eſt aliquid; eſto Veneris exercitium non niſi cogente natura: atq; horis antelucanis à ſomno libero, & cœnæ heſternæ concoctione facta. Vinum hyeme ſit Lota, niſi tortiuum reperiatur, quod Loræ ſubſtitui poteſt. Æſtate aqua potetur. Nocet plurimum à cibo ſumpto lectio, cogitatio, & quiuis animi aut corporis excellentior motus; Tibiarum nulla ſit defatigatio, ſeu ambulatio, ſeu equitatio inſtituatur. Pedibus frigidum omne valde inimicum iiſdemque & cæteris partibus extremis imbecillitatem afferre ſolet; ac arthritidem accelerat. Victus reliqua præcepta, Medico præſenti, prudenti, & docto ſciens relinquo. Aliud aggredior, quod pars eſt curationis, quando infeſtat dolor. Variis eſt vtendum remediis, quorum alia dolorem ipſum demulceant, alia morbum deleant prorſus.

Curatio doloris.

Demulcet omnium maxime linimentum ex Caſſia medulla, & aliis quibuſdam præſcriptum; quod initio ſtatim imponi debet. Ab hoc vtendum, quod ex mica panis conficitur, donec abſoluta ſit curatio, quam vbi conſecutus fuerit, deinde illinat affectas partes oleis cum ſale, & myrrha præſcriptis, vt articuli confirmentur, nec nouæ defluxioni locum dent; atque huiuſmodi remedium familiare admodum eſſe debet, bis terue, ſingulis ſeptimanis repetitum.

Quod ſi aliquando diſpliceat, & malit ipſe emplaſtrum articulis male affectis applicare, fiat id ex Diapalmate remollito oleo Roſarum omphacino.

Vomitus Arthriticis Prodeſt.

Prætermiſeram fere quod minime eſt negligendum ad Arthritidis præcautionem, maximi momenti eſſe, vomitum ſingulis menſibus excitatum bis duobus diebus continuis vel ſponte ieiuno ventriculo, vel cibis repleto pluribus, variis & pinguibus, niſi tamen corporis conſtitutio, pectoris anguſtia, & colli longitudo vomitum diſſuadeant. Ac faxit DEVS Optimus vt his præſidiis bene munitus, aut nunquam tanti mali acceſſiones ſentiat, aut ſolito maiora interualla, & mitiores omnino paroxyſmi accidant. Spero tamen futurum, vt nunquam repetat morbus, ſi ad vnguem à nobis præſcripta, & æquo animo ſeruentur.

In podagra confirmata,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCXXXIV.

Conſolatio podagricorum.

CVM videam, Nobiliſſimo Dn. conſilia Medica parum frugifera eſſe: Conſolationem ſubſtitui medicam, quę rectè conſiderata, etſi morbum auferre non poſſit tolerabiliorem tamen reddet eundem, & demulcebit dolores implacabiles.

Patientia,

Potus conueniens media curatio.

Paucos habui podagricos, qui adeo de potus electione ſolliciti fuere: ac profectò veriſſimum eſt, potum conuenientem mediam eſſe curationem. Quare pro potu vnice ſuaderem, cereuiſiam præſertim diureticam, eam tamen quæ & ventriculo vna accepta eſſet, ne coctioni officeret nauſea, qua ſi ventriculus refrigeraretur, hauſtulum interdum vini Rhenani puri ſubiicerem. De delectu vini ſententiam meam antea expoſui.

Potus medicamentoſus male permiſcetur cibis.

Potus medicamentoſus cibis admiſcere neſcio, qua vera ratione defendi poſſit: quibus colorentur non ignoto: nihilominus re bene examinata non tam facile vt admittam perſuadebor. Rationes adducit Medicus plauſibiles, quod videlicet ventriculo arrideat, potus cum ligno ſaſſafras, quod aquæ ante aſſeuerit: nihilominus plures contrarias firmiores adducere poſſem. Miſturam cereuiſiæ, & vini etiam culpari poſſe non me latet: Sed ita omnis cibi & potus commiſtio in vitium vocaretur. In concoctione potiſſimum amplexus ventriculi nutrimentum concoquentis expetitur: At fœlix æger cui tecta victus ratione hic procuratur.

Ventriculi concoctio.

Balneum Laconicum.

Iudicium de balneo Laconico non mihi diſplicet: ſudor tamen rectius & tutius in lecto prouocatur: ſubitæ enim alterationes initio nonnihil periculi portenduot. Medicamenta ſufficienter in conſolatione Medica docui: vbi & Emplaſtrum vertici imponendum commendo: Lotiones enim capitis iuſtis de cauſis non facile admitto.

Lotio capitis noxia.

Fricare interdum leniter caput curarem furfuribus hordaceis, roſis rubeis, & ſantalis commiſtis: idem hæc præſtat frictio, deraſis aut breuioribus pilis, & tutius quam crebra aquæ perfuſio. Medicorum conſilium non laudo neque vitupero. Si ego vero eius eſſem conſtitutionis & ætatis omnibus mellis acidi vſum præfertem, aut in iuſculo aliquot olei vitrioli bene correcti guttulas diſſoluerem. Scio illius præſtantiam. Aliqui ab eodem vt metallico & corrodente abhorrent, ſed temere. In corpore humano aliam vim & effectum habet: quod quotidie in gingiuis exulceratis experimur. Putridam enim conſumit carnem, ſanam abſtergit & corroborat. Sed plura de his cum Domino D. Monauio agam:

Mel acidum.

Oleum vitrioli.

Melacidum tale eſt:

Accipiatur mellis roſati, vel quod in hoc corpore conuenientius eſſe videtur: ſyrup. de Betonica ℥ iij. His adiiciantur nouem guttæ, olei Vitreoli. Accipiat primum de hoc vnum cochleare, matutine ieiuno ventriculo, dein duo cochlearia poſtea tria: atque ſic eo vti pergat, ab vno ſcilicet denuo incipiendo. Vſus illius eſt tutus, ac ſuauis, & ventriculum humidum mirifice adiuuat, atque pituitam è corporibus remouet.

De præſeruatione à podagra,

D. Abrahami Seylleri

CONSILIVM CCXXXV.

Cauſa difficilis cura.

PODAGRAM ſubinde recurrere tam notum eſt, vt demonſtratione non egeat. Quod cauſæ inquirendum. Tritum enim illud: Nil ſine cauſa. Itaque cauſæ cognitæ ſi euitabuntur, & iſte affectus moleſtiſſimus minime redibit. Variant Medici in cauſarum podagræ aſſertione, quod facit, quo minus affectos hoc malo reſtituant, neque affectum recens acquiſitum ex integro depellant. Quod autem etiam interdum optime cauſis cognitis malum recurrat, facit ægrotum inobedientia, & mala victus ratio. Ita enim peruerſa eſt hominum conſuetudo, vt etiam ſaluberrima nonnunquam auerſentur conſilia. Approbant quidem meliora: deteriora ſequuntur, ſeducti ea perſuaſione, non eſſe immutanda, quæ à teneris perperam conſuetudine ſiot contracta, præſertim cum videant plurimos crapula obrutos, vt etiam neque mens, neque per ſuum officium faciant, vitam protrahere, nec morbos incurrere. Sed hi neque DEO neque hominum nomine digni ſunt, & aliquando haud dubie pœnas dabunt. Vtinam omnibus is ſit animus qui Rogatiano podagrico fuit, qui ſemper vnico contentus ferculo, priſtinæ valetudini reſtitutus fuit, profectò numerus podagricorum minime creſceret. Hinc Poëtæ experientia edocti podagram Bacchi filiam merito eſſe voluerunt. Certum eſt fundamentum podagræ malam concoctionem eſſe in ventriculo & epate. Non enim euenit podagra

Mala conſuetudo.

Rogatiani abſtinentia.

dagra, vbi concoctio elaboratur perfecta, quæ fit, cum ventriculus & epar non laborant, & omnia, quæ aſſumuntur, & circa corpus fiunt, modum non excedunt. Ita ſane innati caloris robur conſeruatur, cuius adminiculo omnes corporis actiones dextre perficiuntur, & corpus minime à morbis tentatur. Podagrici ſuam fortunam non deplorent; ſed gulam & reliqua, quæ ſunt immoderatiora. Ex his enim calor innatus, epar & ventriculus labefactantur, vnde cruditas & deſtillationes reſultant, quæ tamquam ſuperflua & inutilia ad articulos detruduntur, & dolores excitant, & quãto plus delinquitur, tanto citius etiam dolores vehementiores recurrunt: Sunt in aliquibus pedes, ſeminarii a parentibus ægris, apti ad recrementa ſuſcipienda: Etiam ex morbo præcedente, vel conſuetudine defluxionis artuum intemperies augetur, quæ tandem materiæ affluxum admittit. Vt autem eiuſmodi malum euitari poſſit, cauſæ omnes amouendæ ſunt. Facilius enim eſt inhibere, quominus cauſæ agant radices, quam cum dolores adſunt, remouere. Idcirco M. V. ſummopere ſtudebit, ne latũ, vt dicitur, vnguem ab ordine ſubſcripto recedat, ita demum ſane a moleſtiſſimis doloribus liberabitur. Mane cum M. V. ſurrexerit, ac aluus reſponderit, & vrinam reddiderit, os colluatur eum aqua, cui modicum aceti admiſtũ fuerit, vt pituita faucibus adhærens educatur. Demum caput pectendo repurgetur, & facies ac manus aqua frigida vel vino lauentur, hinc ad Deum præcibus fuſis ad munia conſueta recurrendum, quibus abſolutis corpus, vel deambulando, vol equitando, vel vehendo, &c. exercendum. Ita enim excrementa vltimæ coctionis expelluntur, calor innatus vegetior redditur, ac membra ſolida robur acquirunt. Quod ſi deprehendetur præcordiorum tenſio, ructus ventriculi, amaror linguæ & oculorum caligo, poſteriori die ſomnus protrahendus. Victus ſit moderatus, neq; multa fercula ſimul miſceri debent, quæ coctionem turbant. Dum carnibus M. V. vtitur, non veſcatur piſcibus, cum valde inconueniens ſit in prandio piſces & carnes miſcere. Sit M. V. contenta prandio, & cæna, reliquas comeſſationes, præſertim nocturnas fugiat. Prandii & cænæ tempus ſit ſtatutum, ita vt intercurrant ſeptem ad minimum horæ, ne cibus priori admixtus cruditates cieat. Cibi qui ſunt optimi ſucci & liquidi & leuiores, ſemper ſolidiores præcedant. Et quanto moderatiores & ſimpliciores extiterint, tanto naturæ familiariores & ſalubriores.

Podagra ex ſanitate actionum oritur.

Podagra hæreditaria.

Oris collutio cum paſca.

Diæta.

Piſcium & carnium mixtio noxia.

Nunquam vtilis eſt nimia ſatietas, ideo tantum M. V. comedat, quantum conſuetudo & natura ferunt. Semper vtilis eſt frugalitas, vt exemplum Rogatiani & experientia comprobant, quæ neque cibum, neque potum ad ſatietatem vſque requirit, ſed deſiderium adhuc aliquod poſt ſe relinquit. Cibi enim liberalius ſi aſſumuntur, naturam non ſolum aggrauant, verum etiam opprimunt. Nec ex vſu eſt inedia & abſtinentia nimia. Seruabit ergo Mag. V. victum moderatum. Conueniunt ſorbitiones, ex piſis, auena, ptiſana, gallinis, caponibus, carnibus & amygdalis, piſces omnes ſaxatiles, aues nemorales, leporum, capreolorum, aprorum, vitulorum, hœdorum, veruecum carnes. Admittitur & caro ſuilla nonnunquam. Fugiat autem M. V. quæ in ſartagine frixa ſunt, quod malum non mediocre præbeant, & inter coquendum ſœtorem in vẽtriculo excitent, alioſque cibos miſtos corrumpant. Præterea omnia opere piſtoreo confecta, ex farina, butyro, caſeo, lacte. Item raphanum, cæpas, allia, porrum, caules, fabas, lentes, piſa, milium, omnes piſces in limo, ſtagnis, lacubus captos. Fumo deinde & aere induratos, vel ſale maceratos exceptis halecibus. Neque caro fumo indurata ex vſu eſt: Aues quæ in aquis degunt, vt anas, anſer, gallinago aquatica, roſticillę, item capones qui & ipſi creberrime podagra laborant, non ſunt M. V. vtiles. Potus ſit vinum album, clarum, tenue, non dulce, non acidum, neque nimium potens, & cereuiſia optime deſpumata, clara & tenuis, non recens, quia difficulter per meatus vrinarios tranſit, neque vetuſta nimium, quod ſua acredine ventriculum lædat. Potio plus iuſto frigida, vel aqua puteana, vel glacie, vel ſale nitri frigidior reddita, ſumme vitãda, quod ventriculo & omnibus partib. neruoſis inimica ſit. Eſt & euitanda ſummopere temulentia & ebrietas, quæ corporis, & animi vires deiiciunt, ſenectutem accelerant, articulareſque morbos inducunt augentque. A paſtu cauendum ab omni vehementiori corporis exercitio, agitatione, meditatione, animi graui contentione, ira, mœſticia: Tempus honeſtis & iucundis colloquiis terendũ, & abſoluta concoctione ad munia conſueta redeundum. Si ſomnus obrepat, non ſtatim illi indulgendum eſt. niſi M. V. conſueuerit, vel nocte præcedente vigilauerit, hac ratione poteſt admitti duabus horis à prandio. Inualuit apud noſtrates peſſima quædam bibendi conſuetudo, cum ſelecto dare volunt, prius vẽtriculũ potione onerant. Mit dem ſchlafftrunck:

Nimia ſatietas fugienda.

Cibi prohibiti.

Halecu.

Capones podagrici.

Ebrietas.

Comeſſationes Germanorum caſtæ ebrietatis cauſa.

quod ſane in cauſa eſt, quod plurimi catarrhi oriantur, & varijs malis homines affligantur. Noctu diligenter aduertendum ne caput vel corpus aeris inclementia vel radiorum lunæ contactu lædantur. Cum ſurgendum eſt muniatur corpus mitra, corpus vero pellita veſte, pedes etiam artus à frigore tuientur, neque nimium calefiant. Calcei, & caligæ artus non ſtringant, & nunquam menſæ aſſidendum, dum pedes madent aut refrigerati ſunt. Nocet & veneris immoderatior vſus, quod calorem innatum reddat imbecilliorem, & coctio nulla integre abſoluatur, id quod pallor corporis, auditus, & viſus obtuſio, & omnium ſenſuum exteriorum deiectio oſtendit. His ita obſeruatis ſecunda valetudo ſine vllo medicamentorum auxillo ſeruari, ac morbi per periodos inuadentes facile cuitari poſſunt. Verum cum M. V. non habeat eam vitæ libertatem; vt præſcripto ordini debite ſatis faciat, ipſeque varia in hoc ſtatu turbulento videam negotia veſtra, quæ vel cibum ſumere oportunum, vel alimenta aſſumpta fœliciter conficere non ſemper admittunt: idcirco à morbis præſertim à podagra immunis M. V. eſſe non poteſt, niſi per interualla alui ſubductione, & conuenienti, & tempeſtiua ſanguinis detractione vſa fuerit. Hæc enim materiam ex quotidiano victu collectam tollunt, eamque auctam, ne ad loca affecta delabatur, ſubtrahunt. Fiet hoc omne commode ſi M. V. vere & autumnu corpus purgando, venam ſecando, & decocto ſudorifero mundificauerit. Ita materia in corpore collecta, etiam illa quæ articulis inhibita eſt, impreſſaque mala qualitas extinguetur. Tempore intermedio conferent M. V. morſuli prius ordinati, vt & ante præſcripta potiuncula, quotieſcunque ſe inſerit aliquod incommodum.

Pedibus madidis aut refrigeratis non edendũ.

Euacuatio verna & autumnalis.

Sunt & pillulæ alephanginæ & maſtichinæ ex vſu. Ad ventriculi & Epatis robur conſeruandum, & caloris interni tenorem augendum M. V. capiat vnum & alterum de orbiculis ſubſcriptę confectionis, alternis ſemper diebus:

Rotula epar corroborantes.

℞. Specier. diarrhod. Abb. ℥ ij.
Diamargar. frig. ʒ j.
Santal. omnium.
puluerisat. an. ℈ ij. ß.
Margarit. præpar. ʒ ß.
Sacchari ſolidi & optimi ℔. ß.

Diſſolu. in aqua endiuiæ & parum cinamomi, & fiat confectio in orbiculis.

Approbatur etiam Theriacæ & Mithridatii aſſumptio. Confert mirifice vſus rad. Artemiſiæ ſi cibis incoquatur, inſtar radicum petroſelini. Multi enim ſolo earum vſu ab articulorum doloribus liberati ſunt. Pedes ne materiam recipiant, lauentur ſæpius mane & veſperi ex hoc lauacro.

Radix artemiſiæ cibus incoquenda.

℞. Herbar. Arthemiſiæ.
Abſinthii.
Origani.
Flor. Chamomillæ an. m. ij.
Aluminis.
Salis an. m. j.
Lixiuii parati ex cineribus fagi.
q. ſ.

Hæc ſimul calefiant ad ignem, & cum opus eſt, pedes immittantur, vt liquor ſupra talos emineat. Reſoluit, abſumitq; materiam neruis articuliſq; adhærentem, reuocat calorem extinctum; & inceſſum adiuuat reparatq;. Etiam hoc lauacro vtendum cum tumor vel rubedo in pedibibus apparent, & vbi inceſſus inhibetur. Hæc breuib. vt M. V. valetudini conſulerem, litteris mandare volui. Chriſtus cœleſtis & ſummus generis humani Medicus & conſeruator bene fortunet.

De podagra,

D. ABRAHAMI SEYLLERI

CONSILIVM CCXXXVI.

PRIVSQVAM decocto ligni vtaris; opus eſt purgatione corporis exquiſita, non vna vice, ſed per ἐπίκρασιν molienda, quam Doctiſſimis Medicis veſtratibus relinquo. Quia autem humorum ſalſedo & aduſtio vſui ligni aduerſari videtur, ſine noxa vſurpari poteſt ſi contemperetur medicamentis temperatis, inter quæ Scorzoneræ radices numero, quas ſalſis atque aduſtis humoribus moderandis ſemper expertus ſum efficaciſſimas. Poteſt etiam vlteriori aduſtioni occurri, ſi cichoracea permiſceantur decoctioni. Arthritidis ratione adiicerem chamæpityos m. j. vel ij. Ac ne epatis & renũ calor in igneum extollantur, munire vellem refrigerantibus & robur conciliantibus. Vſum vero ligni continuarem ad quadraginta dies, & paulo amplius. Interim circiter vigeſimumprimum aut vigeſimumquartum conuerterem me ad articulorum dolores, ſi qui ſupereſſent, mitigandos, & materiæ articulorum internodiis impactę diſcuſſionem. Hiſce præſidiis non dubito malum ceſſaturum:

Præparatio corporis antè vſum ligni.

Ligni tempĕrandũ rad. Scorzonera.

℞. Ligni Guaiaci limati ℔ j.
Rad. Scorzoneræ ℥ iij.
Paſſular. ℥ j.
Sem. aniſi ʒ iij.
Cinamom. ʒ j. ß.
Santalor. citrin. ℈ iiij.

Decoctum ligni.

Infun-

Infundantur in libr. xviij. aq. ſimpl. feruētiſſimæ in olla vitreata, poſtea bene clauſa ponatur ſuper cineres calidos per noctem, mane coquantur ad medietatem ſupra ignem clarū, colatura diuidatur in partes viij. Remanentiis add.

Cinamomi ʒj.ß.
Santal citrinor ℈ij.
Aq.communis ℔.xx.

Coquantur ad tertias pro potu communi.

Hac deficiente

Potio ſecundaria.

℞.Lig. Guaiaci ℥ iij.
Rad. Scorzoneræ ℥ß.
Paſſular. ʒ iij.
Sem. aniſi ʒj.
Cinamom. ℈ij.
Santal. citrinor. ʒß.

Coq. in lib. xx. aq. ad tertias, Colatura bibatur inter edendum.

Pro quodam Podagrico, & calculoſo.

D. HYERONYMI DONZELLINI

CONSILIVM CCXXXVII.

CALCVLVS & Podagra morbi fere ſunt affines & agnati, & ex eadem materia, phlegmatica ſcilicet, & in iiſdem corporibus, quæ ſcilicet epate & renibus ſunt calidioribus; ſtomacho autem phlegmatico prædita ſunt, fieri ſolent. Illud præterea commune etiam habent, quod morbi ſunt hæreditarii, & ex parentibus in filios per propaginem quandam transfundi ſolent. Quæ omnia cum in te cōſpiciantur, & grauiores affectus, & difficiliorem curationem oſtendunt. Etſi enim in florenti hac ætate, in qua naturæ robur viget, lenius affligant, in declinante tamen ætate, cum robur natiuum imbecillius redditur, verendum eſt, ne & frequentius & grauius infeſtent. Quare mature occurrendum eſſe, arbitramur. Quemadmodum autem reliqui morbi per ſuarum cauſarum remotionem curari ſolent, ita tn his etiam faciendum puto. Quare eorum cauſis prius explicatis ad ipſam curationem tandem accedam.

Calculi & podagra morbi affines.

Podagræ duæ præcipuæ ſunt cauſæ; Altera eſt articulorum imbecillitas & laxitas hæcque aut ab ipſa natiuitate contracta, aut nimio labore, cæteriſque humanæ vitæ incommodis, accerſita. Altera cauſa eſt humor phlegmaticus plurimus excrementitius, qui ordine quodam à partibus corporis validioribus ad imbecilliores exonerari ſolet. Fieri autem non poteſt podagta, ſi altera cauſarum abſit: Qare in eius curatione aut vtraque cauſa, aut altera ſaltem eſt ſubmouenda. Iuncturarum laxitatem cum à parentibus ſit deducta, penitus tolli poſſe, minime putamus, roborari tamen aliquando illas poſſe iudicamus, ne aut tam facile aut tam multa reliqui corporis excrementa ſuſcipiant.

Duæ podagræ cauſæ.

Prognoſticon.

Alteram vero cauſam, humorem videlicet affluentem, remouere in noſtra eſt poteſtate, vt Galenus ſentit, ſtante etiam in iuncturis imbecillitate, poſſe vnumquemque à podagra præſeruari, modo ea ſobrietate & temperantia vtatur, qua minime cumulentur excrementa, aut ſi penitus hoc impetrari non poſſit, eorum ſaltem opportunam euacuationem æger admittat.

Totam igitur podagręcurationem in tres partes diuidemus: Quarum prima præſentem iam paroxyſmum ac podagricum dolorem tollit; Secunda corpus vniuerſum ab excrementis expurgat, ne denuo reuertatur; Tertia iuncturas roburat, ne qua excrementa excipiant. Cum primum fluxio in aliquem articulum decumbit, & illic dolorem excitat, ſtatim debet inungi ol. Roſat. omphac. in quo paululum ſalis ſit impoſitum & calefactum. Cum vero ceſſauit fluxio, ad diſcutiendam materiam & ſedandum dolorem inungatur articulus ol. Roſ. completo, in quo lumbrici terreſtres ſint lento igne ita decocti, vt liqueſcāt. Proderit etiam appoſitio emplaſtri hoc modo confecti;

Curatio.

Topica in principio doloris applicanda.

Dolorem ſedantia.

℞.Aquæ ſimpl. menſuram mediam,
Aceti Cyath.j.
Furfuris frumenti q. ſ. fiat Emplaſtrum.

Cataplaſma dolorem ſedans.

Miſce & decoquantur per quartam partem horæ vnius, deinde in linteo impoſita loco dolenti per quatuor aut quintæ horas applicentur. Vrtica etiam in vino cocta & appoſita mire dolorem ſedat.

Vrtica.

Extra paroxyſmum, vere & autumno, Aprili ſcilicet mēſe, & ſeptembri, omni ratione corpus euacuandum eſt: Primum igitur ſumi debet potio ſequens calida, mane tribus horis ante cibum;

Præſeruatio.

℞.Electuar. linitiu. ℥j.
Diaphœnic. ʒ ij.
Syrup. Roſar. ſolut. ℥j.

Minoratiuum.

Miſce & cum decoctione communi q. ſ. fiat potus. Sequenti die mane ſecetur vena epatis in dextro brachio, & mittantur ſanguinis ℥ vj. aut viij. deinde per quatuor ſequentes dies aſſumantur ſingulo mane tria cochlearia ſequentis ſyrupi.

℞.Oxymel. ſimpl.

Syrupus digerens.

Mellis roſati an. ℥ iiij.

Miſce.

Poſt abſumptum ſyrupum accipies ſequenti die in aurora has pillulas;

Pillulæ.

℞. Pillular. Cochiar.

Aggregat. an. ℈ ij.

Miſce.

Et cum aqua Cinamomi formentur pillulæ x. & deaurentur. Quod ſi magis delecteris bolo, capias ſequentem;

Bolus.

℞. Hieræ Pachii. ʒ vj. cum Sacharo, fiat bolus.

Aqua chalybeata pro lotione extremorum.

Poſt totius corporis euacuationem vti frequenter debes aqua ferrata, in qua cocta ſint alumen, ſulpur, abſinthium, gallæ balauſtium & cortices mali granati. Hoc decocto brachia & crura ſint balneanda.

Capitis lotio.

Caput etiam ſemel in ſeptimana ablui debet lixiuio, in quo decocta ſint, Betonica, Saluia, Roſmarinus, Roſa, pulegium, ſena, galamenthum, & Agarici fruſtum, aut omnia aut aliqua. Inter lauandum adhiberi ſolet ſapo odoratus, Plurimum enim refert vt caput exiccetur, cum plurimas à toto corpore exhalationes ſuſcipiat, quas deinde condenſatas in inferiora membra demittit.

Victus ratio.

Ad ſuperius dicta, victus ratio moderata adiungi debet; ſine qua hoc in morbo nihil eximium aut à Medico præſtari, aut ab ægrotante expectari debet. Ad ſcribam autem quæ maxime noxia exiſtimantur, ex quibus, quæ ſalubria ſunt, colligere non erit difficile. Vinum omne, præcipue potens, craſſum, turbidum, muſtum dulce, large bibitum, Lac, caſeus, olera, legumina, fructus molliores, piſces præter paucos & meliores. Caro omnis pinguis, cerebrum animalium, partes neruoſæ vt pedes; iuſcula nimis pinguia, compotationes, nimia venus, aluus aſtricta, nimium otium, exercitium à cibo, nimius ſomnus, Aer frigidus nimis, aut calidus, pluuioſus, caliginoſus, ventoſus. Si ea quæ hactenus tractata ſunt, diligenter fuerint obſeruata, eadem opera & podagræ & calculo proſpectum fuerit.

Cum enim eadem ſit vtriuſque materia, ſi ea aut non generetur, aut genita opportune euacuetur, qui inde ſequi ſolent affectus minime erunt metuendi. Quia tamen humanitatis tuæ corpus valde eſt obeſum, craſſum ac humidiſſimum, adhibitis omnibus ſuperius deſcriptis remediis, impetrari vix poterit, quin aliquas excitet fluxiones. Quare aliqua eſt ratio ineunda, qua corpus exiccetur, & fluxionum fontes auferantur, aut ſaltem deriuentur & diuertantur. Hoc vero omnium commodiſſ. præſtare poteſt podagricum illud medicamentum, quo hactenus multi aut plane reſtituti ſunt priſtinæ valetudini, aut ex deploratiſſimo ſtatu in meliorem & tolerabilem reducti.

Puluerìs podagrici vſus.

Puluis ille eſt tenuiſſimus cuius initio ʒ ß. ſumi debet, deinde paulatim augeri pondus vſque ad integram drachmam, & ad multos menſes, & ad annum etiam, ſi ita opus eſt, vſurpari. Bibitur mane in liquore aliquo calido, neque politicis actionibus affert aliquid impedimenti, aluum enim minime mouere ſolet. Eius vires ſunt in primis ſtomachum à phlegmate exſiccare, & roborare, & eius concoctionem adiuuare, atque ita phlegmatis generationem impedit. Quod ſi aliqua eius portio generetur, ob Naturæ & temperaturæ naturalis vitium, huius medicamenti vti per vrinam euacuatur. Vniuerſus præterea corporis habitus & ſanguinis maſſa exiccatur, & denſatur, & fluxionum claudantur viæ. Tandem ipſæ iuncturæ roborantur, ne corporis excrementa recipiat. Hę ſunt vires medicamenti illius podagrici, quod tibi ſalutare fore non dubito. Ad quæ omnia diuinum auxilium merito nobis implorandum eſt.

In eodem caſu,

D. Heinrici Stapedii

Consilium CCXXXVIII.

In principio Podagrici doloris obſeruanda.

VT primum Articularis dolor inuaſit, conſuetus cibus ex dimidio circumcidendus, vino tum interdicendum. Huius enim calore fluxiones augentur. Bibenda cereuiſia optime cocta tenuis, aut aqua ſacharata cum pauco Cinamomo, ſalſa, acida, & ſimilia vitentur. Iuſcula item crebra.

Clyſter.

In principio etiam dolorum aluus, ſi adſtricta, leniatur clyſtere velglande. Altero die corpus euacuetur medicamento aliquo vtcunque valido, ne forte humores magis ob imbecillitatem exagitet, quam euacuet, & ſic fluxionem doloremque geminet; Sitque talis;

Potio purgans.

℞. Aquæ Saluiæ.

Betonicæ.

Vini albi an. ℥ j. ß.

In quibus infunde Rhabarb. optim.

Agarici Trociſchar. an. ℈ iiij.

In expreſſione diſſolue electuar. Diacatholic. ʒ ij. aut iij.

Syrup. violac.

Capillor. Veneris an. ℥ ß.

Miſce.

Detur in Aurora. Purgationi huic nulla eſt præmittenda præparatio, quia humor Aquoſus & tenuis qui initio profluit, facile medi-

medicamentum ſequitur. Quod ſi non ſatis tale vel ſimile medicamentum, ob copiā humorum fecerit, bis ter ue ſumatur.

Dolores ne proſternant nimis ægrotum, initio ſtatim leniēdi sūt hoc remedio, quod humores articulis non impingit;

Cataplaſma pro leniendo dolore.

℞. Aquar. Solatri.
Plantaginis an. ℥ iij
In quibus macerentur ſemin. Altheæ Cydoniorum an. ℥ j.

Fiat Mucilago, quæ tepide inducatur, & obducatur ſtuppa cannabina, aut linteis ſtuppis, vt non areſcat.

Si inflammatio maior ſit, infundatur aceti ℥ j. In cæteris articulis, vt cubito genu, coxendice, &c. addantur Camphor. g̃. ix. Interdum fouebuntur partes aquis deſtillatis dictis in quarum lib. ß. Camphor. grana vj. imponantur.

Incipiētibus doloribus, nec olea, nec adipes nec metallica exterius applicētur, quia multis modis aduerſari deprehendi. Extincto dolore & rubore ablato, humor reliquus hoc Emplaſtro tollatur.

Emplaſtrū humorem podagræ à partibus remouens.

℞. Gummi pini ℥ j.
Picis nigræ ℥ ij.
Ceræ recentis ℥ j. ß.
Axungiæ gall. veteris ℥ j.
Puluer. radic. Hermodactyl.
Sulph. viui an. ʒ iij.

Fiat emplaſtrum, & tertio die remoueatur. Ad manuum pedumque contractionem & motus imbecillitatem hæc vſurpāda; Quotidie manus & pedes in decoctionē ſequentem immergantur per horam;

Fomentum pro extremorum contractione.

℞. Baccar. Iuniper.
Radic. Enulæ.
Altheæ an. ℥ ij.
Folior. lauri.
Myrthi.
Saluiæ.
Betonicæ.
Stœchad.
Origani.
Calamenth.
Maioranæ.
Roriſmar. an. m. ß.
Sem. lini.
Fœnugræc. an. ℥ ij.

Fiat decoctum in lixiuio ſarmentorum claro q. ſ. addendo ſalis commun. ℔. j. Poſtea inungantur ol. ſequenti;

Oleum deſtillatum pro contractione articulorum.

℞. Radic. Pyrethri.
Nuc. moſchar.
Caryoph. contuſ. an. ʒ ij.
Flor. Saluiæ.
Hyſſopi.
Roriſmar.
Stœchad.
Spic. Nardi an. ʒ j. ß.
Rad. Ariſtoloch. Hermodactyl.
an. ℥ j.

Permiſtis omnibus affunde aquæ vitæ lib. j. Sinantur die vna macerati. Deinde adde Therebinth. optim. lib. j. ß. Reponantur omnia in alembico vitreo, & deſtillentur igne lento, & ſeruetur aqua & oleū in vſum. Ponantur ad plantas pedum & manuū candentes lapides vino extincti, donec ſudor è manibus & pedibus emanet, poſtea ſupra ſcripto oleo deſtillato inungantur. Ablatis doloribus menſe vno atque altero hæc tentanda, vt morbus præcaueri poſſit; Corpus, obſeruata recta victus ratione, duodecimo quoque die euacuetur medicamento aliquo, aut per pillulas, vel per potum, vel per vinum ſequens, quod multos mihi notiſſimos præſeruauit;

Præſeruatio.

Vinū à Podagra præſeruans.

℞. Turbith electi in minimas partes fracti ℥ viij.
Folior. Senæ mundatæ integræ ℥ iiij.
Radic. Hermod. inciſorum ℥ iij.
Cinamomi electi inciſ. ℥ ij.
Vini albi opt. ℔. iiij.
Aquæ fontis lib. ij.
aut vini albi opt.
tenuiſſ. lib. vj.

Imponantur omnia ſimul in vas vitreum bene tectum, & ſtent ſimul in infuſione in calido loco, in quo leniter ebullire poſſint per dies ſex aut octo, & ſeruetur ad vſum. De hoc bibatur mane ante cibum tribus horis poculum tepide cum melle Roſar. ad ℥ j. vel ſaccharo, idque ter in vno menſe. Poculum debet eſſe paruum vel magnum, pro vt ventrem ſubduxerit: ſi huic vero pro vna doſi addantur ℥ ij. ſequentis ſyrupi ad calculum etiam prodeſt.

Syrupus altheæ ad calculum.

℞. Succi altheæ ℔. ij.
Adianthi nigri.
Aſplenij.
Adianthi albi an. p. iij.
Sem. quatuor frigid. maior. an. ℥ ß.
Fiat decoctio ad ℔. j. ß. & fiat ſyrupus.

In Podagra, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCXXXIX.

PLERVNQVE duo iſta mala, videlicet renum dolor à calculo, & podagra in corporibus coniunguntur. Eſt autem podagra ſpecies arthritidis ſeu morbi articularis, cuius variæ ſunt appellationes à locis,

Morbi articularis appellationes pro partium affectarum diuerſitate variant.

quæ morbifici humoris copia in corpore collecta occupar, atque in iis inflammationem, grauesque dolores concitat, ſumptæ. Nam in manibus chiragra, in coxendice iſchiadicus dolor, in genibus gonagra, in pedibus podagra eſt. Duo autem in præcautione ſeu præſeruatione ab hoc morbo ſpectande, primum morbifici humoris copia, an in corpore generetur, & ita cumuletur, vt in partes imbecilliores fluat, atque transfundatur. Deinde vt partes imbecilliores, ad quas fertur, roborentur, ne fluxioni obnoxiæ fiant. Imbecillitas partium cauſam habet, vel ſemen paternum atque maternum, vel Veneris vſum intemperatum, præſertim nondum confirmatis articulis, vel intemperiem aliquam, vt calorem reſoluentem atque laxantem, aut frigore lædentem, ac calorem intraneum opprimentem, vel aliquod accidens externum, vt plagam, vulnus, luxationem, contuſionem, &c. Solam autem partis imbecillitatem non neceſſario conſequi podagram, aut morbum articularem manifeſte conſtat. Itaq; neceſſe eſt, vt materia, quæ affluat, & partes occupet, in corpore aſſit. Ea autem maxime ex cruditate prouenit, & ſeorſim calidumque humorem, qui inflammari queat, ſibi adiungit, atque articulos vel per affluxum, vel per collectionem moleſtat. Affluxum concitant ſeroſi humoris in corpore collectio, vini meracioris, aut acidioris vſus, maxime ieiuno ventriculo, vel multis cruditatibus repleto, omnes animi vehementiores motus, corporis defatigationes. Fluit autem materia, vel à capite, eaque eſt pituitoſa, vel ab epate, quæ ſeroſa eſt, habetque admiſtos humores de aliqua maſſa ſanguinis, aliàs magis, aliàs minus. Cum à capite fluit, prius aliqua grauitas, vel dolor capitis, colli, ſcapularum, ſeu humeri morbum præcedit. Cum ab epate & venis prolabitur, inappetentia adeſt, & vrinæ pauciores ſolito redduntur. In præſeruatione autem, cum materiam à capite collectam, ab eo fluere animaduertimus, per nares conuenientiſſime expurgamus. Ab epate & venis per hæmorrhoides & ſudores. His recte atque ordine conſideratis, tota præſeruationis ratio perſpicua patet. Cum itaque principiũ præſeruationis ſit cauere, ne materia fluxioni idonea in corpore proueniat, victus ratione in primis cruditas vitanda, nec dum nauſea, vel inappentia adeſt, in his & ſimilibus morbis cibus ingerendus, & vt quidam loquuntur, appetitus cogendus. Cæterum cum de victus ratione ſupra ſit actum, hoc loco illud monendum, medicos

In præſeruatione quæ ſpectanda.

Cauſa imbecillitatis partium.

Solam imbecillitatem partium non neceſſario inſequi podagram.

Cauſa affluxus & generationis materiæ.

Signa materia a capite defluentis.

Præſeruatio.

Diæta.

obſeruatione & ratione moueri, vt podagricis vſus omnium pomorum, & carnium capi quotidianum, carpionum etiam & anſerum interdicant. Cum autem in accuratiſſima etiam victus ratione ſemper aliqua ſuperfluitas, præſertim in corporibus, quæ debito modo non exercentur, colligatur, opera danda eſt, vt prius purgetur, vel certe non fundatur, quam dolores excitet. Itaque cum S. G. annuas purgationes non ferat, vt ſemper aliquid paulatim ſubducatur, ſtudendum. Fieri vero id, ſi vel aluus laxa apertaque reſeruabitur, vel vbi adſtricta fuerit, iis remediis, quæ antea propoſuimus, moueatur. Podagricis autem in primis vſus myrobalanorum conditorum conuenit. Ac cum S. G. ſatis prompte euomat, non inutile eſſet, interdum vomitu materiam euacuare, atque hoc modo, ne ad partes inferiores labatur, eam reuellere, poſt vomitum tamen abſtergente & roborante medicamento vtendum. Tertiò, cum non minus acetoſa vina, quam potentia materiam fundant, & ad articulos deducant, ab iis abſtinendum, nec prius bibendum, quam cum ſolidior cibus ingeſtus eſt, Valde enim noxium eſt poſt iuſcula, vel inani ventriculo bibere, præſertim vinum. Itaque, vt monui, Medici primum hauſtum aquæ eſſe volunt. Quartò, exercitia & defatigationes poſt prandium, mora etiam in Sole, & calido aere, à quibus præcipitetur materia, vel frigido & humido, qui partes affectas lædit, moderanda. Quinto, caput & pedes probe aduerſus omnes aeris iniurias muniendi, ac ne noctu, vel apertis feneſtris, vel denudato corpore atque capite S. G. cubet, cauendum. Plurimum autem, præſertim hybernis diebus ac noctibus refrigerationem maturinam quotidianam obeſſe, non dubium eſt. Sexto, vitentur omnes animi grauiores motus, quantum hoc fieri poterit. Septimo, vſus Veneris ſit rarior, aut certe neq; repleto, nec prorſus inanito corpore. Octauo, vt caput per nares, reliquum corpus per hæmorrhoides exoneretur, enitendum. Quod ſi roborantia corporis accederent, & ſudores in lecto poſſent prouocari, haud dubie podagra mitius S.G. tractaret. De iis, quæ robur pedibus addunt, vt inunctionibus ex medulla bouina cum ſale, oleoque ceræ, dicendum eſſet, verum cum ſciam S. G. iſta non admittere, non debeo eſſe odioſus. Illud tamen monendum, vt lotiones pedum, atque reliqui corporis vitentur, & cum pedes mundandi ſunt, vino, in quo roſæ ebulliant, ſpongia abſtergantur. Prius vero quam de cura-

Qui cibi podagricis prorſus fugiendi ſint.

Enematis.

Myrobalani conditi.

Vomitus.

Vina acetoſa vitanda.

Quando bibendum.

Exercitia poſt prandium fugienda.

Caput à nimio frigore & calore defendendum.

Animi affectiones vitanda.

Venus poſt cibum fugienda.

Roborandi pedes

Lotiones pedum vitanda.

Morbi articulares num incurabiles?

curatione aliquid dicam, quæſo S. G. duo me patiatur explicare. Primum, vtrum ſua natura morbi articulares ſiue podagra, ſiue chiragra ſint, incurabiles cenſeantur. Secundo, an nulla prorſus medicamenta ad locum affectum, & dolentem adhibenda, ac an iis adhibitis difficilior morbus reddatur.

Morbum articularem nō eſſe incurabilem.

Quod ad primum attinet: Non eſſe ſua natura morbum incurabilem teſtatur ratio, & experientia, quæ exemplis confirmari poteſt Quod autem raro curetur, moribus potius hominum, quam medicinæ aſcribēdum. Nam vt plurimum vel hæreditarium eſt malum, vel intemperantia accerſitum, ad quam cum redeāt homines, mirum non eſt, ſi morb. quoque reuertatur. Aſclepiades medicus vetuſtiſſimus ad victus rationem omnium morborum curationem retulit. Neque is ſum, qui ignorem omnia fere medicamenta ſtomachum lædere, aut S. G. quod DEVS prohibeat, nocitura ſuadere velim.

Natura morborum curatrix.

Vincit interdum natura citra artis auxilium morbos, verum omnia naturæ permittere, vt D. F. Ferdinandus Imperaror ſacrat, ad nos dicere ſolebat, modica eſt ſcientia. DEI quidem & naturæ eſt ſanare: Medici vero curare (quantum in ipſis eſt) & ne quid natura detrimenti patiatur prouidere. Sed accedo ad alteram propoſiti noſtri partem:

An anodyna & corroborātia in principio recte applicentur.

An articuli ſint prius, quam laborent, roborandi, & in doloribus medicamentis localibus adiuuandi. Sunt qui exiſtimant, vna parte roborata, materiam in alteram fluere, atque ita augeri morbum. Illud verum eſſe in intemperantibus, & qui rectam victus rationem tenere nequeant, denique qui nec phlebotomiam, nec vacuationes vllas admittant, non nego.

Localia in temperatis recte adhiberi.

Verum qui temperantes ſunt, & tempeſtiuè purgantur, in illis nos recte localibus medicamentis vti, antequam morbus inuadat, etiam doloribus ingruentibus (modo tempeſtiue atque recte adhibeantur) tamen nō dubito, vt nullum vnquam medicum doctum aliter ſentire (niſi forte ad gratiam loqui voluerit) audiuerim. Recte vero adhibentur, cum & ipſa materia humoris fluentis, fluxionis tempus & modus, denique viæ per quas fertur, obſeruatur. Hoc cum impetiti facere nequeant, nihil mirum ſi curando malum deterius reddant, vel etiam illis ipſis remediis, quibus aliquando adiuti ſunt, vel nihil proficiant, vel etiam lædant.

Cognitio humoris peccantis.

Humoris autem cognitio ex corporis temperatura, victus ratione, anni tempore, humoris affectione, & doloris proprietate ſumenda. Hic quantum etiam peritiſſimo medico in varia humorum miſcella oriatur laboris, optime ſcio. Sed recta ſequenti, errori venia danda, cum is nullam noxam afferat. Non enim ſupra captum eſt humanum errare. In ſanguineis verno, vel æſtiuo tempore, plenaque victus ratione, ſanguinem abundare atque fluere medicus conijcit. Hyeme vel inchoante vere pituitam. Conſiderat tamen alia quoque.

Signa ſanguinis peccantis.

Nam à ſanguine color rubeus, dolor vehemens & pulſatorius, tumor non modo venarum, ſed totius partis affectæ magnus, acceſſiones quotidianæ, minus tamen diuturnæ, quam à pituita.

Signa pituitæ excedentis.

A pituita enim cum oritur, pars affecta ſubalbida eſt, tumor œdematoſus, qui preſſus foueam relinquat, dolor mediocris, qui quotidie ſub veſperam ingraueſcit.

Signa bilis.

A bilioſo ſanguine maximus caloris ſenſus, calor ſubpallidus, vel ſubrubeſcens, (nunquam enim eſt bilis ſola) tumor exiguus, dolor ab vna parte in aliam mutatur, & tertio quoque die exacerbationes fiunt maiores. A ſanguine melancholico tardiſſime podagra oritur, & raro humor vnus ſolus eſt, quod ad curationis difficultatem non parum facit.

Medicamenta pro diuerſitate materiæ peccantis contemperanda.

Ab effectu autem humorū hæc ſumuntur indicia: ſi multus eſt, ſiue ſanguineus, ſiue pituitoſus humor, valde partem diſtendit. Si calidus, pars intenſe caleſit; licet ſemper caleſiat. Si frigidus, minus. nunquam autem tantum frigidus. Si acris, erodit, & grauiſſimos dolores affert. in miſcella autem humorum, medicamenta quoque localia arte contemperanda. Sanguinea materia calefacientia medicamenta prorſus non admittit, refrigerantibus autem exacerbatur. Bilioſa mitigatur refrigerantibus, pituitoſa calefacientibus. In principio tamen ſiue inchoante fluxione ſemper ea, quæ partem roborant, hoc eſt, modice adſtringant, & affluxum humoris reprimant, adhibenda. Cum partim materia fluxit, partim fluxura eſt, mitigantia tutiſſima ſunt, quæ tamē prorſus non relaxent. Cum iam fluxit, maturantia, & dolorem iſto modo ſedantia, ne materia concreſcat & indureſcat.

Stupefacientium vſus.

Cæterum, qui ſtupefacientibus incohante vel vigente malo vtuntur, etſi dolorem ſedant, tamen haud dubie calori innato, qui omnium operationum naturalium in quacunque parte efficiens eſt, vehementer obſunt.

Dolor quomodo ſedandus.

Non igitur ita ſatis eſt dolorem mitigare vel ſedare, ſed ita ſedare oportet, ne à medicamento plus ſit mali loco affecto, quam à morbo fuit. Dolorem autem perferre atque pati, etſi laudabile videatur, tamen ſi vel grauis, vel diuturnus eſt, procul dubio calorem innatum ita debilitat, atque membrum affligit, vt non modo in præſentia plus materiæ attrahat, verum cum ea à natura tota ſuperari nequeat, nodos, hoc eſt, immedicabile

Falſam eſſe vulgi opinionem, ſuperari à medicamentis abſtinendum eſſe.

malum, vel certe eam infirmitatem, vt ex leuiſſimis cauſis morbus recurrat, facit. Hæc ego copioſius expoſui, vt S. G. intelligat, me fateri medicinam in curatione huius morbi, ſicut in multis aliis, coniecturis vti, veras tamen rationes habere, cur nequeam hoc dicere, in doloribus podagricis nihil eſſe faciendum. Etſi vero non debebam

Curatio.

quicquam his addere, tamen vt conſtet medendi rationem, qua vtendum putabam, rectam & tutam eſſe, pauca addam. Materia quæ hactenus viſa eſt dolorem affluxu facere, magna ex parte ſanguinea

In ſanguinea podagra conuenit.

fuit, ſed interdum pluſculum pituitæ, interdum etiam bilem adiunctam habet. In ſanguinea, cum videlicet rubet locus, & calor ac dolores ſunt vehementiores, ratio ſuadet, vt lateris affecti vena cubiti i-

Vena ſectio.

nitio præmiſſo leui enemate, ſecetur: idque in multis optimo ſucceſſu feci: quieſcere enim malum, ac affluxum humo-

In pituitoſa vomitus.

rum ceſſate animaduerti. Sin vero pituitoſa eſſet fluxio, quæ magis moleſtat, ac prægrauat, quam magnos cruciatus affert, vomitum prouocarem: id quibus fiat mo-

Oxymel podagricis bene diluendũ.

dis oſtendi. Sed hoc monendum, oxymel podagricis bene diluendum, & ℥ j ß. oxymel. ℔. j. ß. vel ℥ viij. aqua hordei addenda, tepideque bibenda. Si fortius vomitum prouocare vis, addantur ſucci Raphani contuſi & expreſſi ℥ ij. vel ſeminis raphani ʒ j ß. Iulorum iuglandis exiccatorum & pulueriſatorum ℈ ij. Sunt qui purgante medicamento fortiore vtendum cenſeant & quoſdam iuuant. Fortiter autem & violento impetu ducentia, naturæ, & inpri-

Medicamenta purgantia in doloribus podagricis noxia.

mis ventriculo vim inferunt. Nequaquam inchoantibus vel perſeuerantibus doloribus Podagricis purgantia medicamenta adhiberi velim. Vacuato autem ventriculo vomitu recta victus ratio inſtituenda, atque coctus capo cum iure ablegandus, ac molliores carnes bouinæ potius ac braſſica, non tamen aceto condita, ceraſa exſiccata, oryza, & ſimilia apponenda. Non enim multi nutrimenti cibi dandi, & vino atque carnibus, etiam ouis abſtinen-

In principio.

dum. Simul ac vero materia fluere incipit, ac percipitur, bolum armenam in aqua plantaginis ſolutum adhiberem, vel aquam verbaſci ad lib. ß. cui ʒ j. ſantali rubri addatur. Interdum cum calor non vehemens eſt, mucilago pſyllii cum aqua verbaſci adhibetur. A relaxantibus vero, quale eſt ca-

Relaxantia in principio non applicanda.

taplaſma illud vſitatum ex pane lacte imbuto cum vitello ouorũ, oleo roſato, & croco in principio abſtinerem, etſi crocus & roſatum oleum vim relaxandi corrigere videan-

In augmento

tur. In proceſſu vero fluxionis tutius hoc adhibetur, ſed magis placet decoctum medullo, quæ eſt in cornu cerui in aqua ſimplici, cum eſt materia calida: vel admiſta vino, vbi frigida. Etſi vero raro frigida ſola eſt, tamen interdum cum tumor œdematoſus eſt decoctis calidioribus origani, artemiſiæ, vtimur. Magnopere vero elaborandum eſt, ne materia in nodos concreſcat, id cauemus cum ſanguinem ouium ſæuo

Tophus prohibendus.

hircino mixtum apponimus. Pinguibus non vtor libenter, ſed in materia calida & vehementiſſimis doloribus oleum ranarum, quod hoc modo fit, plurimum prodeſſe obſeruaui:

Ol. ranarum in vehementiſſimis doloribus.

℞. Ol. puri ℔. j.
Ranarum fluuial. num. iij.
Fl. verbaſci m. ij.

Iniiciantur ranæ viuæ in oleum donec moriantur, & coquãtur in olla vitreata lento igne clauſo operculo vſque ad carnis diſſolutionem. Deinde contundantur & rurſus bulliant, & percoletur oleum, & olla mundetur. Iſti oleo addantur Terebinthinæ bonæ ℥ iiij. Miſceantur lento igne, &

In declinatione.

ſeruentur vſui. Cum vero membrum iam dolore vacat, ſed ad motum non ſatis idoneum ſit, fomentetur locus decocto origani, artemiſiæ, abſinthii & chamæmeli, ita vt mane optime ſudet, & ſudor aliquo-

Sudor & lotio capitis podagra cura.

ties abſtergatur. Nihil enim magis in hoc malo (dummodo materia nondum concreuerit) ſudore prodeſt, & capitis lotiones ex decoctione polytrichi: id quod expertus vere affirmo. Verum de his non debeo in medium afferre plura, præſertim cum S. G. aliter ſit perſuaſa neſcio à quo, Medicum fuiſſe non oportet. An enim tot remedia fruſtra inuenta, atque à doctiſſimis viris præſcripta ſont, & ſucceſſu non omnino vbique infelici probata? Vnum tamen addam, in quo non omnem, aliquam tamen ſpem auxilii pono, videlicet,

Catellus appon. in dolore.

vt ingraneſcente dolore ad pedem affectum ponatur catellus. Catellum enim non tantum calore ſuo facere, vt diffletur materia & digeratur, ſed mali vim ad ſe pertrahere ita, vt interdum quoque mori animaduerſum ſit. Tunc vero ſepeliendum exiſtimant in loco, ad quem homines non accedant, ſed hoc ſuperſtitioſum exiſtimo. Appoſitum vero dolores ſedare rationi conſentaneum eſt. Hæc habui quæ in iſta temporis anguſtia monere volui, quæ vt à benigniſſimo Deo benigne fortunentur precor.

Depra-

De præſtruatione, & curatione morbi articularis, pro quodam clariſſimo Iureconſulto.

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCXL.

IN vera curatione morbi articularis non modo ad materiam fluentem ad articulos reſpiciẽdum eſt, vt ei occurratur, ne videlicet aut generetur in corpore, aut mature educatur, ſed vt articuli & membra recipientia fluxiones, quibus per interualla inflammatio & tenſio dolores gignens adiuncta eſt, debitam roborationem & alterationem accipiant. Materiæ autem in corpore generationem in vniuerſum prohibere, etiam obſeruata exquiſitiſſima diætæ ratione, videri poteſt impoſſibile, at ſi neceſſitate vrgenre talis obſeruetur, qualem Franciſcus Pecbius quondam, de quo Franciſcus Alexander Medicus ſcribit, eum iam quinquagenarium captum morbo articulari grauiter afflictum totis annis viginti turri incluſum fuiſſe, vixiſſe autem ſola aqua & pane. Ea diæta beneficio naturæ materiam abſumptam, & motu atque exercitio articulis roboratis adeo vt liberatus nullos vnquam dolores podagricos ſenſerit. Ex quo perſpicuum eſt immoderationem in victu huius morbi quaſi matrem eſſe. Quare ſi quis eo liberari velit, aut rarius mitiuſque affligi, ſciat ſimpliciſſimam victus rationem ſibi obſeruandam eſſe, vitanda quæ ſeroſos humores augent, ſicut ob eam rem in hoc caſu Medici gallinarum etiam carnes improbant: Poſſunt autem vtiliter gallinæ aut aſſati, aut adiecto carnis bubulæ fruſto coqui. In vniuerſum cauendum à carnibus excrementitiis, vt à ſuilla, agnina, auibus, quæ in locis paluſttibus degunt, vt anſeribus, anatibus. Abſtinendum etiam à piſcibus maxime carpionibus, & qui ſquamis carent, & in ſtagnis capiuntur, quod volo etiam de cancris intelligi. Non vtendum lacticiniis & in butyro frixis. Denique victus ſit ad ſiccum declinans, & qui quam minimum vitioſorum humorum coaceruet. Peſtilens eſt ciborum varietas, & vſus fructuum, & præſertim pomorum. Potus eligatur, qui ſuperfluitates non augeat, ſed per vrinam aquoſa educat. Nam ita ſtatuendum eſſe, prudentiſſimi iudicant, in diæta podagricorum maximam habendam eſſe potus rationem. Conſtat vina plurimum incommodi afferre, prẹſertim Vngarica, Morauica, Bohemica, Auſtriaca, ob exhalationes copioſas & admiſtam calcem, impurioreſque terræ partes quaſdam: Rhenanum non ita nocere docent exempla eorum, quibus eius vſus plurimum profuit. Poſſunt & vaſorum mutatione vina puriora reddi, & iis qui eo carere non poſſunt, accommodatiora fieri. Cereuiſiæ quidem non ſunt vniuſmodi, tamen ea eligenda, quæ pura, defecata, vt Bohemica, & quæ diuretica eſt. Docti enim Medici omnes ab experimentis didicerunt, ea corpora, quæ multum vrinæ emittunt, & ſudant frequenter, minus à Podagra tentari. In quibus vero illa duo excrementa ſudor inquam & vrina detinentur, ii ad hunc affectum maxime procliues ſunt. His de cauſis moueor, vt ſaſſafras, quod nuper inuentum eſt, vſum, ad præſeruationem nequaquam improbem, ſi facultatem habet vrinam & ſudorem ciendi. An vero, quod aliqui gloriantur, id inſit ei ligno, experimento nullo obſeruaui. Apud antiquos legimus remedia quædam, tum ad curãdum, tum præſeruandum præſcripta, quæ vim exiccandi habeant, & abſumendi ſuperfluitates corporis, vt Diacorallium, quod ab Alexandro Tralliano commendatur. Prædicatur etiam mixtura quẹdam è ſale Sambuci, cum ſpeciebus Diacorallii, & magni fit à plurimis. Ego nec prædico, nec contemno illa, ſed relinquo ſuis autoribus: Ego & ratione & experientia multiplici adductus raſuram cornu ceruini optimi ligatam in petia, & impoſitam potui, certum habeo, & vrinam prouocare, & corpora, modo ad id procliuia ſint, facile ad ſudorem diſponere, ſi præſertim mane in lecto ſe contineant, & membra foueant, quod qui faciunt, à podagra fere liberi ſunt. Nam cum craſſi humores abſque ſeroſis non poſſint fluere, optima eſt præſeruãdi ratio, in victu ſeroſorum copiam euitare, & ſi in corpore cumulentur per ſudores & vrinas tempeſtiue educere. Manifeſtum eſt enim quamprimum ſerum intus detinetur, aut ſudor inhibetur, maxime ſi conſuetus fuerit, imminere paroxyſmos podagricos. Id à Medicis hactenus quia non ſatis eſt obſeruatum, in plurimis malum extrema inualuit, adeo vt materia indurata, & debilitato calore natiuo in curatione parum ſpei ſit poſitum. Ad roborãda autem membra Thermæ quidem, & alia topica celebrantur, ſed mea ſententia nihil conuenientius, quam in Octobri fomentum factum ex vinaceis, è quibus tempore vindemiarum paulo ante vinum expreſſum eſt, idque faciendum toto illo tempore vindemiarum, verum purgato iam corpore. Remedia, quæ in paroxyſmo ſolẽt exhiberi, cum tempora morborum non vniuſmodi ſint, nec facile obſeruari poſſint,

Podagricus carcere & abſtinentia curatus.

Gallina carne bubula coquenda.

Poma peſtifera.

Potus podagricorum ſit diureticus.

Vina noxia.

Vina vaſorum mutatione puriora reddi.

Cereuiſia.

Præſeruatio à podagra ſudoris & vrinæ excretio.

Saſſafras diureticum.

Diacorallium.

Sal ſambuci.

Raſura cornu cerui.

Vinacea.

Topica qualia eſſe debeant. & ſæpe materia fluens alia eſt atque alia, non tutum eſt præſcribere, ſed Medicus prudeus pro ſtatu præſenti facile inueuter, quod initio impetum humorum ſiſtat, poſtea ad maturitatem faciat, denique materiam reſoluat, & membrum nō debilitetur, ſed ei robur addatur. Ad reſolutionem, cum poſt paroxyſmum tumor adeſt, nihil melius eſt fomentationibus. Eas nonuulli ita præparant ex herbis, abſinthio, artemiſia, & eruca. *Thermæ artificiales. Pedes non humectandi.* Aliqui artificiales Thermas faciunt ex alumine, & ſulfure cum pauco Thuris, & baccis lauri. Ego ſuadeo vt pedes quam minimum humectentur, ſed vapor excipiatur à pedibus de eruca, abſinthio & artemiſia coctis iu aqua & vino, omiſſis tum vuguentis, tum purgantibus fortioribus.

In Arthritide, pro quodam Theologo.

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIVM CCXLI.

REVERENDE, doctiſſ. ac humaniſſ. vir, cum pietati tuæ res ſit cum morbo graui & diututno, qui iamdudum pedibus vincula iniecit, ac brachiis etiam manibuſque infeſtus eſt, paruxyſmis ſubinde recurrentibus, ego quidem P. T. conſilio meo non defuturus eſſem, ſi vel vna eſſemus, vel plus mihi ad ſcribeudum ſpacii ſuppeteret. Sed quia P. T. hinc diſcedere properat, & temporis anguſtia cogitare me de tanto morbo non ſatis ſinit, ſcribam interim conſilii mei paulo ante expoſiti ſummam, ſtans pede in vno, vt quia gratificandi facultas, qualem cupio, non adeſt vuluntas tamen appareat. *Duæ arthritidis cauſæ.* Morbus P. T. Arthritis eſt, ſeu articulorum dolor, & quaſi quædam eorum inflammatio: Ea oritur ex fluxione, quæ duas præcipuas cauſas habet, nempe materiam fluxionis & membrorum imbecillitatem. Primum igitur quo ad materiam fluxionis attinet: magnus eſt in corpore tuo ſuperfluarum humiditatum prouentus, & ablata etiam veteri materia, paulo poſt gignitur noua. Culpa reſidet in ventriculi frigidi & humidi languore, qui cibos non ſatis elaborare poteſt, præſertim deſtitutus flabello exercitiorum. *Exercitium caloris flabellum.* Itaque lente & minus integre cibi concoquuntur, inde cruditates & humiditates ſuperfluas exiſtere neceſſe. *Epar quomodo ſit cauſa fluxionis.* Poſtea epar debile cum errata primæ concoctionis corrigere non poſſit, ſanguinem minus laudabilem procreat, redundautem humiditate multa, quæ ſanguinem dilutiorem efficit, & ſimul rudimēta arenularum in ſe continet, vnde poſtea renum fit obſtructio. Renibus vero obſtructis & ex obſtructione incaleſcentibus, humiditas ſeroſa non ſecernitur à ſanguine per renes, quorum hoc peculiare eſt officium, ſed quodammodo regurgitat, ita ſanguis vehementer ad fluxiones idoneus efficitur, & facili incitamento ad pedes decurrit. *Capitis repletio.* Hiante etiam ventriculo & renibus obſtructis, & ex obſtructione incaleſcentibus, multa fit ad caput effumatio, & ex fumis repletur caput, iiſque condenſatis iam præſto eſt fluxionis materia.

Ad membrorum imbecillitatem concurrunt caput & epar. Altera cauſa eſt imbecillitas membrorum, & quidem triplicium. Primum mandantiom ſeu mitteorium, quæ veluti ſcaturigines quædam ſunt fluxionum, qoalia ſunt caput & hepar, quæ fluxionum materiam minuere & conſumere non poſſunt; ſed qualitate irritata, aut quantitate grauata, eam ad membra remotiora & imbecilliora amandant. *Viarum laxitas.* Deinde laxitas viarum, per quas fluxiones argenti viui inſtar decurrūt. *Extremorū debilitas.* Tandem membrorum recipientium fluxiones, debilitas, quæ aduentaori materiæ reſiſtere non poſſunt; ſed eam reeipere coguntur. *Caput quomodo fluxionis cauſa.* Cum igitur in capite collecta eſt materia decurrit illa è ſupernis partibus (vel frigore expreſſa, vel calore diſſoluta, vel copia nimiā incitata) & ſub cute ad articulos imbecilles delabitur, ibique ſe in cauitates articulorum inſinuare ſtudet, & ſub membranis, quæ articulorum extrema ambiunt, locum quærit. *Defluxus ſubcutaneus.* Ita ad hæc loca protruſus humor implet articulum, eouſque, vt membrāna, ligamenta, nerui atque tendines diſtendantur, & ex ea diſtenſione oriantur dolor, calor & tumor. Eadem eſt ratio redundantiæ humiditatum in veuis, & ſæpe hæ operas tradunt mutuas. Quod vero tam prompte fluxiones in articulos irruunt, cauſa eſt imbecillitas articulorum, quæ prouenit ex ligamentorum aliarumque partium laxitate & viarum amplitudine. Hic P. T. morbus eſt, & hæ ſunt cauſæ, ſiue in pedibus, ſiue in brachiis & manibus ſentiatur malum. Ac quando fluxiorum frequentia & vehementia debilitantur partes affectæ, ſolent interdum circa articulos durities ſeu tophi enaſci, quæ vſum extremarum partium aut inhibent, aut faciunt impeditiorem. Quæritur iam quid agendum hoc rerum ſtatu? Dicam paucis (quia ob temporis breuitatem multis non poſſum.) Ad duo præcipue hic reſpiciendum eſt: nempe ad præſeruationem & euacuationem. *Præſeruatio.* Præſeruatio conſiſtit in remotione cauſarum; Oſtenſum autem eſt cauſas harum fluxionum eſſe collectam materiam, & membrorum imbecilitatem. Igitur neceſſe eſt, vt primum corpus liberetur ab inutili

nuxia-

Euacuatio materiæ.

noxiarum humiditatum ſarcina remedia homores educentia, non agitantia, vtque ea per commoda interualla vſurpentur, ne materia nimium cumuletur. In hunc vſum expediret habere medicinam aliquam familiarem, quæ ad conſtitutionem corporis tui quadraret, qua per interualla detrahi poſſent humores. Hoc conſilio ſcripſi

A.

potiunculam A, quæ calida vno hauſtu ebibenda eſſet, mane hora quinta dilato interim prandio ad decimam vſque. Huius vſus non tantum eſt in vere & autumno, quibus temporibus potiſſimum mouentur humores; ſed intermediis etiam temporibus, rarius tamen aut frequentius pro animaduerſione collectionum. Quod ſi poſt vſurpatam potionem in capite adhuc reſtare humiditatem, animaduerſum fuerit, poſſet

B.

P.T. pillulas B, interdum vſurpare, vt reliqua illa humiditas ex capite detraheretur. Sumendæ vero eſſent mane hora quinta, & ieiunandum quinque horis. Prodeſſet etiam interdum ſub cœnæ tempus pillulas quaſdam vſurpare non tam purgandi, quam

C.

diuertendi cauſa. Tales ſunt pillulæ C, quarum medietas vno die ante cœnam, altera ſequenti vſurpare poſſet. Hactenus de ablatione materiæ. Verum non ſatis eſt ablaram eſſe materiam, niſi etiam prouideatur,

Generatio nouæ materiæ quomodo prohibeatur.

ne generetur noua. Prohibetur autem nouæ materiæ generatio, caſtigata & idonea victus ratione & correctione debilitatis membrorum concoctioni ſeruientium, præterea cloacarum corporis apertione. De victu non vacat ſcribere, & P.T. procul dubio ipſamet infelici multarum rerum vſu obſeruare didicit, quæ prodeſſe aut no-

Ventriculus & epar corrigenda.

cere ſoleant. Debilitati autem ventriculi (quandoquidem calor exercitiis non excitatus, languet) ſuccurrendum eſt remedio aliquo familiari, & minime aduerſo, quod ventriculum calefaciat, & hepati (quod natura ſua calidus eſt, licet accidentaria ratione, à naturali conſtitutione iam declinare conſpiciatur) non noceat. Tale remedium

D.

eſt Tragæa ſtomachalis craſſa D, quam P. T. Croſna ſibi afferri curare poterit. Sumitur mane quantum cochleari modico, aut

Os ventriculi claudentia.

quatuor digitis apprehendi poteſt. Rotulis etiam & morſulis, zinzib. condito, calamō aromatico condito, & fotis vnguentis & ſacculis ſtomachalibus, ventriculi imbecillitas emendari poteſt. Et claudi præterea vſu granorum maſtichis & thuris, vt interdum à ſumpto cibo ſex aut ſeptem degluttiantur, aut ſumptione Coriandri vna ſaccharacea tunica obducti. Ego diacydonium parare ſoleo cum ſpeciebus inciſis, os ventriculi claudentibus & calefacientibus, &c. Præter hæc omnia accurata cloacarum corporis habenda eſt ratio, nempe, vt primum aluus teneatur aperta, ne à fecibus induratis retineantur, quæ à corpore educi conducibilius eſſet, ac ne ſordida fiat in caput effomatio. Deinde, vt renes ſeroſam a-

Renes contemperandi.

quoſitatem à ſanguine abſtrahant, quod facere non poſſent obſtructi & incaleſcentes. Ideo præſente grauitate circa renes vtile erit vnguentum E, quod calidum inungatur regioni renum ſub cingulo circa os ſacrum, & imponatur linteum calidum triplicatum.

De tertia cloaca capitis, videlicet de naribus dicam paulo poſt. Quæ hactenus dicta ſunt, omnia ſpectant ad ablationem materiæ præſentis, & ad præcautionem futuræ. Altera præſeruationis pars conſiſtit in cor-

Corroboratio membrorum mandantium.

rectione membrorum debilium, de quibus ordine paucula dicam. Membris mandantibus (quæ fluxionum fontes ſunt) non melius conſuli poteſt quam euacuatione, quæ ſane fit per venæ ſectionem in iis, in quibus ſanguis abundat, & hepate ſunt calidiore. Quibus vero caput nimium repleri ſolet, iis vtilior eſt purgatio, qualis illa eſt, quæ fit per

E. Capitis. F. Euacuatio.

pillulas ſupra notatas litera E. Reliquæ vero deriuandæ ſunt ſubinde per nares, per aquam F, infuſam volæ manus, & attractam. Plurimum inde humiditatis reiicitur, & fluxio hoc pacto diuertitur, ne ad ſcapulas, & porro ad brachia & manus delabatur. Poſſent inſtitui gargariſmi ad diuerrendum humorem ex capite, deinde ad exſiccandas reliquias herbæ cephalicæ imponi lixiuio, ad caput lauandum, atque etiam inſpergi puluis exſiccans ſuturæ coronali, vt parti mandanti adimeretur humor, antequam ad lo-

Viarum laxitas quomodo adſtringenda.

ca, ad quæ non debeat, perflueret. Viarum vero laxitas adſtringi, & hoc pacto fluxus inhiberi poteſt, fumo abſinthii excepto in linteum triplicatū & ceruici impoſito. Sed cum id fit, neceſſe eſt, vt humoribus alia oſtendatur via per pillulas. Tandem reliqua articulorum & neruorum membrorumque recipientium confortatio, fieri poteſt per vnguenta, ex lumbricis & radice ebuli parata. Familiare iſtud eſt, vt accipiantur ſalis

Familiare linimentum.

torrefacti, & in mortario contuſi cochlearia duo, & affundantur olei optimi ℥ v. & bene miſceantur. Hoc vnguntur & confortan-

Thermæ.

tur articuli; quanquam ſi ad thermas proficiſcendi daretur occaſio, egregiam opem viis & membris recipientibus allaturæ eſſent, reſoluendo quod influxerat, & adſtrictione firmitudinem membris conciliando. Sed illa duo præire oporteret, materiæ eductionem è corpore, & membrorum mandantium correctionem. Atque hæc totius fere præſeruationis ſumma eſt,

Euacuatio. teria augeatur, imo collecta, priuſquã fluat, ad aluum deriuanda & deducenda. Præſtabit hæc potio ſequens;

Potio purgans.
℞.Rad.Polipodii.
Fœniculi.
Cichorei an.ʒj.
Calam.aromatic.℈j.
Herbar. primulæ Veris p. j. iuæ Arteticæ.
Agrimoniæ an.p.ß.
Folior.Senæ Orient.ʒ.v.
Agatici Trochiſcat.
Rhabarbar.elect.an.℈j.
Turpethi optimi ℈ß.
Sem.aniſi ℈j.
Zinzib.
Cinamnm.an.℈ß.
Flor.Cichor.
Anthos.an.p.ß.

Conquaſſata infundantur In brodium Iuris feruentis ſtent per noctẽ. Mane leniter ebulliant, in cnlatura diſſolue;

Mannæ elect.ʒ v fiat Potio.

Hac potione cum cacochymia exquiſite nõ detrahi poſſit; ſed præſertim in capite muci latitent, qui vim huius eludant: etiam particulari euacuatione per pillulas cephalicas reliquiæ ſubducantur.

Pillulæ capitales.
℞.Maſſæ pillul. Cochiarum de Hiera cum Agarico ſine quibus an.℈j.
Aurearum ℈.v.
Cum Aq.Beton.q.ſ.f. plllulæ num.30.

Sed cum quotidie omnis ſuperfluitas ad iuncturas feratur, eam meo conſilio commodiſſime & tutiſſime frequentiori pillularum lenientiũ (quas multis proficuas fuiſſe apprime gloriari vete poſſum) vſu hora vna ante cibum auertemus;

Pillulæ lenientes in Podagra.
℞.Maſſæ Pillul. Aſſaiareth.
Aggregat.
de Hiera comp.an.ʒj.
Agaric.trochiſcar.
Rhabarb.elect.an.℈ij.
Turpethi optim.ʒ ß.
Cortic.Myrobalan.citrin.℈j.ß.
Diagridij.
Stœchad.an.℈j.

Senſim & cum ſyrup. de ſtœchad.q.ſ.fiat Maſſa, è ʒj. formentur pillul. xv. ſingulis 14. diebus aſſumendæ.

Talis euacuatin accurata, præſertim vere & Autumnn decernenda; cui & accedat venæ Iecnrariæ aut Medianæ ſectin. Cucurbitulæ vero ſolum vltima Lunæ quadra dorſo applicandæ, præmiſſis pillulis Cephalicis. Non hæc generalis capitis ſufficit purificatio, niſi & particularior inſequatur, quæ diuerſionem & euacuationem acceleret, vt pnte per Erthina;

Vena ſectio.

Cucurbitula quando conueniant.

Errhinum.
℞.Aquæ Sambuel.
Maioran.
Beton.an.℥j.ß.
Sem.nigellæ ſubtilit.puluerilat.℈ß.
Bulliant parum; poſt adde
Succi Betæ depurati ℥ ß.
Sacebari albi ʒij. Miſce pro Errhinn.

Renum roboratio.

Nec renes aut lumbi negligendi. His enim obſtructis, & feruentibus ſerum à ſangine non ita, vt conuenit, ſequeſtratur, ſed retentum fluidiorem facit. Hinc fluxiones crebrinres & vehementiores in articulns. Interna Diuretica hic non admittuntur: inter externa vern ſequens vnguentum præcipuum eſt;

Vnguentum ad renes.
℞.Vng.roſati Meſ.ʒ ij.
Dialthea.
Infrig.Gal.an.ʒj.ß.
Ceroti ſantalini ℈ij.
Ceræ albæ parum, fiat Vng.

Prędicta omnia ſaburram ab articulis dinertunt, & ſubducunt. Sed quid faciendum ne de noun producatur. Duobus hoc cauebimus.

I. Alteratione & corroboratinne partium quarum imbecillitate & vitio humiditas illa generatur.

II. Diæta exquiſita, qua ſine nulla ſpes præſeruationis, multo minus Curationis.

Cum igitur vẽtriculo frigido, plus appetente, & ingerente, quam concoquente, epate vero calido & humidn, labores, neceſſario euaporationes ad caput fiunt, & inde Catarrhi decidunt. Ille itaque neceſſario calefaciendus, & exſiccandus erit, quo concoctio fiat perfectior, & cruditas, morborum mater, prohibeatur. Præſtabunt id Puluis & Mnrſuli alternatim duabus horis ante cibum ſumpti;

Cruditatis remedia.

Puluis ſtomachalis.
℞.Trag.ſtomach.craſſæ ʒ iiij.
Cinamom.elect.ʒj.
Galangæ.
Calami arnmat.
Zinzib.an.ʒ ß.
Caryophyllor.
Nucis moſchat.
Zedoariæ an.℈j.
Macis.
Cubebarum.
Glycyrrhizæ an.℈j.ß.
Amyg.dulc.ʒ ij ß.

Morſuli.

Incidãtur omnia groſſo modn. Adde Pului. Sacchari albiſſ. diſſolut. in Aqua roſatum ℥ v.ß.
addendo Ol.Cinamnmi gutt.iij.
Macis gutt.v.
Fiat confect.in mnrſuln.

Qun tempore etiã ſaceulus ſtomachalis ap-

pliçari poterit, à latere vino irrorato feruẽte calefactus.

Iecoris intemperies, quam vrinæ rubor & ſitis monſtrant, blande ſequenti temperabitur confectione:

Electuariũ iecur refrigerans.

℞. Conſer. roſarum ℥ j. ß.
Anthos ʒ iij.
Radic. Cichor. condit. ℥ j.
Bugloſſ. condit.
Lactuc. Hiſpan. an. ℥ ß.
Cinamom. inciſ. ℈ j. ß.
Macis inciſ. ℈ j.

Inciſis conditis & aromatibus ac reliquis miſtis, fiat confectio.

Hæc auxilia, licet contraria videantur, ſunt tamen ita comparata, & temperata, vt neutrum alteri officiat; ſed quodlibet ſuo loco ventriculo & iecori proſit.

Victus ratio.

His diæta & quantitate, & qualitate moderata, quæ caloris proportioni reſpondeat, accedat, neceſſe eſt.

Super eſt, vt neruis & articulus fluxionibus correptis præſto ſimus; nempe receptorum humorum diſcuſſione & exſiccatione, tandemq; ne nouos facile admittant adſtrictione.

Euporiſton è ſale.

Huic ſcopo inſeruiet vtiliter ſequens Euporiſton: ℞. Salis bene roſti cochl. ij. contund. in mortario optime, & affunde olei comm. ℥ v. commiſceantur optime, & ſeruentur ad illinitionem.

Pellis canina.

Benefaciet & pellis canina, inuncta oleo coſtino. Interdum & pedes lauentur decocto origani, artemiſ. abſinthij, chamomillæ, roſar. &c. nec thermæ omittendæ. Hæc de præſeruatione: Verum quæ cura doloris;

Cura doloris

Doloribus vrgentibus anodyna experiuntur, quę, vt audio, tibi in promptu ſunt. Non tamen omnia ſine diſcrimine admittuntur. Imo cum dolores & paroxyſmi varient, ac nunc articuli, nunc muſculi magis & minus afficiantur.

Narcotica non temere adhibenda.

Non eadem certe ſemper conueniunt narcotica, ſed præſentem Medici docti & experti requirunt oculum & iudicium.

Cataplaſma ſa..n principio & augmento conuenientia.

Illud generale in principio dolorum, linteum humitum lacti calido imbutum apponere, ſæpius in augmento etiam prodeſt, ſicut & cataplaſma commune ex pane albo, vitello oui, croco & lacte. Confert etiam dolori & tumori ex oleo Iuniperi, chamomæl. axungiæ taxi, canis, ana æqualibus partibus iunnctio.

In arthritide, pro generoſo quodam Comite,

D. ABRAHAMI SEYLLERI
CONSILIVM CCXLIII.

EX informatione literarum tranſmiſſarum cognouimus abunde cauſas inualetudinis, quas etiam ſingulari cum diligẽtia inter nos trutinando fere examinauimus.

Cauſa dolorum arthriticorum

Duo initia dolorum articulornm, iſchiadis, podagræ, & reliquarum ſpecierum, quæ loco duntaxat, non natura differunt, concurrunt, copia congeſtorum humorum, & articulorum imbecillitas, quæ vel a primo ortu, vel ex erroribus in victus ratione commiſſis pro tractu temporis contrahitur.

6. Aphor. 28

Verum membrorum imbecillitas dolorem exacerbare non poteſt, niſi humores noxii ad articulos defluant. At non confluunt, niſi impellantur. Impulſioni occaſionem præbet humorum abundantia, vel quantitate, vel qualitate, quæ ex victus ratione incongrua reſultat. Eſt nunc peruerſa viuendi ratio, præſertim aulicorum, qui varietate multiplici ciborum delectantur, vnde ventriculus plus iuſto repletus ſuum munus dextre non perficit, & vitium in eo contractum poſtmodum non emendatur. Idcirco cruditates voracitatem & luxum comitantur, quæ anſam arthritidi, & eius ſpeciebus præbent. Duo in noſtra deliberatione propoſuimus capita, quæ breuibus literis mandauimus.

Scopi curationis.

Primo, vt morbus præſeruetur, vel quo ad fieri poteſt, omnibus modis euitetur, vt tardius ſuam ſæuitiam, & minori cum moleſtia exerat. Deinde ſi rediret, vt quamprimum commodis propellatur remediis. Solet enim malum ſæpius redeundo non ſolum diutius durare, verumetiam in reliquos corporis articulos ſerpere. Ad partem enim ſemel affectam ex iterata fluxione materia copioſior decumbit, pluraq; loca occupat.

Prognoſticon.

Ne ergo malum inualeſcat, & radices altius figat, non erit difficile hoc perficere, cum morbus non ſit hæreditarius, neq; ſæpius afflixerit.

Præſeruatio.

Ad præcauendum diligens cura requiritur in victus ratione, cum fundamentum huius mali ſit coctionis in ventriculo & epate aliqualis labefactatio. Hoc autẽ euitatur, cum omnia, quæ aſſumuntur, & circa corpus fiunt, modum non excedunt; ſed ſunt omnia moderata. Ita caloris innati robur conſeruatur, cuius adminiculo omnes coctiones atque actiones in corpore dextre perficiuntur, & corpus immune à morbis efficitur. Immoderata omnia calorem innatum deiiciunt, epar & ventriculum labefactant, vnde cruditates & deſtillationes reſultant, quę tanquam ſuperflua & inutilia ad articulos detrunduntur, atque dolores concitant. Et quanto plus delinquitur, tanto citius dolores etiam acerbiores recurrunt. Itaq; veſtra Magnificentia conabitur, ne à præſcripto ordine recedat.

Collutio oris matutina.

Mane cum cibum in cœna aſſumptum per ſomnum idoneum dextre coxe-

coxerit, os cum vino vel aqua, cui modicum aceti roſacei admixtum ſit, colluat, vt materia laryngi, & faucibus adhærens detergatur, prius tamen caput pectendo emundetur, & facies, manuſque lauentur, hinc ad DEVM precibus fuſis munia demandata exequenda, quibus abſolutis corpus deambulando, vel equitando; vel vehendo excernendum, vt excreméta vltimæ coctionis expellantur, membra ſolida à contracta intemperie liberentur, atque calur innatus vegetior reddatur. Quod ſi præcordiorum grauitas, vel tenſio, oculorum caligo, ventriculi ructus, vel amaritudo linguæ deprehenduntur, die poſteriori ſomnus ſit lungior. Multa fercula non debent ſimul aſſumi, quod non ſolum ventriculi coctionem turbent; verumetiam animum & corpus effœminent. Vitet veſtra Magnificentia piſces, cum carnibus veſcitur, ſic vice verſa. De die contenta ſit Magnificentia veſtra cœna & prandio, ita tamen inſtituantur, vt intercurrant ad minus ſeptem huræ, ne cibus nouus priori admiſtus cruditates generet. Cibi ſint optimi ſucci, atque liquidi ſemper ſolidiores antecedant. Nimia ſatietas nunquam vtilis eſt, tantum M. V. comedat, quantum conſuetudo & natura ferunt, ſemper frugalitas ex vſu eſt. Si plus ingeritur, quam concoqui poteſt, cruditates crebræ & infinitæ oboriuntur. Nunquam comedendum, niſi appetitus inuitet, & prior cibus coctus ſit. Seruabit ergo Magnificentia veſtra victũ moderatum. Conueniunt ſorbitiones ex piſis, auena, ptiſana, branca vrſina, gallinis, capis, carnibus & amygdalis dulcibus. Caro laudabilis eſt vitulina, aprina, leporina, capreolorum, hœdina, gallinarum, caponum, perdicum, phaſianorum, columbarum, turdorum, merularum, auium nemoralium. Aſſæ, quam elixæ ſalubriores. Oua proſunt. Lactis vſus non confert, niſi raro & temporibus calidis. Caſeus nocet. Piſces ſaxatiles, & ex aquis currentibus capti, proſunt aſſi magis, quam elixi, vel aromatibus conditi, ne frigidos & pituitoſos humores generent, qui maximam huic morbo præbent occaſionem. Legumina vitanda, vt oriza, panicum, milium, ſpinachia, beta, & cucumeres conueniunt temporibus calidis. Ac ne nimis ſtricta ſit diæta omne genus lactucæ admittitur. Cappares commendantur. Ficus, paſſulæ, ceraſa dulcia, pepones conceduntur, ſi paſtum vini potentis ſuperbibatur, auellanæ, amygdalæ, granata dulcia non obſunt. Reliquorum fructuum nullus vſus. Allio tamen fercula conditi poſſunt. Raphanus quoque ante paſtum prodeſt. Aromatum vſus, vt cinamomi maceris, gingiberis, piperis, croci admittitur. Fugiat Magnificentia veſtra, quæ ſartagine friguntur, quæ malum ſuccum præbent, & inter coquendum nidorem in ventriculo excitant, qui etiam alios corrumpit cibos. Præterea omnia opere piſtorio confecta, ex farina, butyro, caſeo & lacte, artocreas, caules, fabas, lenticulos, piſa; milium, omnes piſces ſtagnantes in limo, & lacu captos, fumo & aere induratos, vel ſale maceratos; exceptis halecibus, carnes fumo exſiccatas, aues, quę in aquis degunt, vt cygnus, grus, anser, item pedes caponum, quod & ipſi podagra laborent. Vinum ſit clarum, non admodum dulce, nec acerbum, nec acidum; neque adeo potens, & cereuiſia optime depurata, clara, non recens, neque vetuſta nimium, ne ſuo acore ventriculum, & neruoſas partes lædat. Potio aquæ puteanæ, vel glacie, vel ſale nitri frigidior reddita, ſumme vitanda, quod ventriculo & neruis maxime inimica ſit. Euitanda ſummopere temulentia & ebrietas, quæ corporis & animi vires eneruant, ſenectutem immaturam accelerant, atq; articulares morbos concitant. Vt Poëtæ experientia adducti arthritidem, & eius ſpecies Bacchi filias nuncuparint. Inceſſus velox & vehemens ſummopere obeſt. Multum ſtare quoque nocet, quod materias ad iuncturas delabi facit. Ideo cauendum ab omni corporis vehementioris exercitio, præſertim à paſtu, nec meditationes animi graues, ita aut mœſtitia cibum ſequantur. Corpus enim à naturali diſpoſitione euertunt, & morbos conciliant. Abſoluta coctione ad conſoeta munia redeundum. Quod ſi ſomnus obrepet, non eſt ſtatim indulgendum, niſi Magnificentia veſtra conſueuerit, vel nocte antecedente vigilauerit, is poteſt admitti duabus horis poſt paſtum. A cœna vltra duas horas protrahere ſomnum ſumme corporis vires debilitat, præſertim ſi lucubrationes nocturnæ accedant. Noctu diligentia ſingularis adhibenda, vt caueatur, ne caput contactu radiorum lunarium lædatur. Aer nebuloſus, ventoſus, & maxime frigidus, euitandus: Ideo pedes, & artus bene muniantur. Calcei & caligæ artus ne ſtringant. His rite obſeruatis ſecunda valetudo abſque medicamentorum vſu conſeruabitur. Sic enim morbi per circuitus affligentes euitantur. Verum cum Magnificentia veſtra non habeat eam vitæ libertatem, vt præſcripto ordini ſatisfaciat, ob muneris demandati magnitudinem: Idcirco materia coaceruata ex intempeſtiuo

Varietas ciborum vitanda.

Carnes non piſcibus commiſcenda.

Carnes laudabiles.

Piſces.

Legumina.

Raphanus ante paſtum conceditur.

Halecus.

Vinum.

Duabus horis à cœna à ſomno [illegible]

Præſeruatio tempore veris & autumni. victu per interualla ſubductione alui, & tempeſtiua ſanguinis detractione abigenda, & membra debilitata roboranda, ne materiam collectam facile recipiant. Quod commode fiet, ſi vere, antequam humores incipiant fluere, & autumno, Magnificentia veſtra præſente Medico omnia dextre ſubierit. Is enim habita ratione temporis, anni conſtitutionis, corporis & loci, omnia ordine inſtituere poterit, vt materia in corpore collecta, & articulis imbibita, educatur, & impreſſa membris qualitas mala extinguatur, atque membris læſis robur inducatur.

Proinde, ſi omnia conſenſerint, vere & autumno vena ſecanda, atque iiſdem temporibus, ac crebrius, ſi videbitur, corpus expurgandum. *Decoctum ſarſæ.* Non abs re eſſet vſus decocti ſarſæ pariglíæ, quod peculiari vi materiam peccantem educit, & interiora membra roborat, ac intemperiem inductam extinguit. *Vomitus menſtrui.* Commendatur vomitus ſingulis menſibus, inſtar auxilii non poſtremi. Opportunum eſſet interpoſitis diebus vti Tryphera perſica, pondere ℥ß. cum aqua Endiuiæ, hyeme Tryphera ſaracenica, cum aqua menthæ, vel ſaluiæ. *Tryphera perſica & ſarracenica.* Principes partes robur acquirent, ſi Magnificentia veſtra mane morſulum, vel Electuarii portionem capiet: *Morſuli principes partes roborantes.*

℞. Specier. atomatic. roſac.
Diamarg. frig. an. ʒ ij.
Puluer. agallochi ʒ j.
Spodii præparat. ʒ j. ß.
Sacchar. in aqua meliſſ. diſſolut.
℔ ß.
Ol. nucis Moſchat. gutt. iiij.
Fiat confectio in morſulis.

X.

Electuarium.
℞. Sacchar. roſac. ex roſis Damaſc. ſi haberi poſſunt ℔ ß.
Caryophyll. groſſo modo inciſor.
atque aq. roſac. irrorat. ʒ iij.
Spodii præparat ʒ ij.
Cum ſyrupo de corticib. citri q. ſ.
Fiat electuarium.

Ad coctiones fœlicius celebrandas prodeſt ſequens puluis à paſtu: *Puluis poſticus.*

℞. Coriandri præparat.
vnius coopertur. ℥ v.
Diacydonit. ſine ſpeciebus
ʒ iij.
Specier. roſatæ nouell.
ʒ ij.
Cinamomi elect. ʒ j. ß.
Maceris ʒ ß.
Sacchari roſacei tabul. ad pondus omnium, fiat Tragæa.

Cubeba. Conferunt etiam optime grana cubebarum, ſi ſex mane nonnunquam deglutiantur. Item, ſub noctem thuris granum ſumptum. *Thus.* Theriaca æſtate, Mithridatium hyeme omni menſe ſub ingreſſum lecti ſi capiuntur, multum præſtant interioribus roboris. *Theriaca & mithridatiũ ante ſomnũ data.* Si forte, quod Deus auertat, malum rediret, victus ratio tenuis inſtituenda, & à vino omnino abſtinendum, donec morbus inclinauerit. Eſſet autem potus commodus aqua, in qua mel & ſemina coriandri ebullierint, in fine aliquid Cinamomi groſſo modo contuſi iniiciendum. Purgandum eſt corpus aliquoties, vel cariocoſtino, vel pillulis, quibus hermodactyli admiſcentur, quæ materiam & influentem, & iuncturas iam influxam educant. *Pillulæ de hermodactylis.* Quod ſi phlebotomia expedire videatur, in principio nullo modo negligenda. *Vena ſectio.* Eſt etiam doloribus proſpiciendum, ne multum materiæ attrahatur, & materia influxa reſoluenda. *Anodyna in podagra.* Maxillæ luciorum pulueriſatæ, & lacti caprino commixtæ ad ſopiendum dolorem plurimum virium habent, *Puluis maxillarum luciorum dolorem ſopiſcit.* vel cornu cerui lima raſum, & in vino decoctum, fomentando locum mirifice confert. *Raſura cornu cerui.* Sic aqua cypri: Item, vlmi folia in vino decocta loco tumenti adhibita, multum proſunt. *Aqua cypri. Item: Vlmi folia.* Confert & hoc ad ſopiendum dolorem, ſi dicta non contulerint:

Aqua podagrica.
℞. Aq. plantagin.
Sambuci an. ℔ ß.
Solatri.
Vini deſtillat. an. ℥ iij.
Miſce.

Vel applicetur aqua Tapſi barbati, in qua aliquid Thuris ebullierit. *Tapſus barbatus.* Item, Mucilaginem fœnugræci cum aqua & aceto extractam, adiecto melle, multi comprobarunt, tanquam efficax auxilium. Hæc aqua quoque optima cenſetur in declinatione, ſi in ea panni imbuti ſæpe admoueantur. Item:

℞. Saluiæ.
Rutæ.
Iuæ artheticæ.
Hyſſopi an. m. j. ß.
Salis an. ℥ ij.

Macerentur in octo libris vini, addendo aceti vini ℔. ij. & deſtillentur.

Pinguia omnibus modis euitanda, quod ſua humiditate membra relaxent, & idonea ad recipiendos humores reddant. *Pinguia vitanda.* Ad corroborationem articulorum lotiones pedũ ſingulis ſeptimanis bis vel ter adhibitæ multum faciunt. *Roboratio pedum.* Sumatur lixiuium, in quo chalybs extinctus ſit, adiiciantur flores chamomillæ, herbæ paralyſis, abſinthii, artemiſiæ, pedis columbini, & vna atque altera ebullitione facta, addatur parum ſalis & aluminis.

Cæte-

Calculus renum.

Cæterum, non unquam Magnificentiâ veſtra calculo renum moleſtatur, qui procul dubie victus ratione præſcripta diligenter obſeruata, dolores minime excitabit. Quod ſi inuaderet, ſtatim vel vomitu, vel aliquo purgante ventriculus inaniendus. Præterea vtendum, quæ præſeruant à calculo, vt eſt vſus nucis ponticæ ante cœnam.

Nux pontica.

Si tres vel quatuor deuurentur; ſed vſus earum continuandus eſt. Syrupus è ſucco veronicæ, ſi paululum ſucci glycyrrhizæ admiſcetur, multum virium in præſeruatione obtinet. Aquæ diureticæ atque pulueres, & aliæ formæ medicamentorum eiuſdem efficaciæ non ſolum multum incommodát; ſed etiam miſeros & deploratæ valetudinis homines efficiunt. Itaque ſummopere Magnificētia veſtra fugiat omnia diuretica, nec exemplis, quę proponuntur, ſe falli ſinat. Eſt & ad renum intemperiem tollendam diligens adhibenda opera. Valet vnguentum roſatum Meſuæ, & Galeni infrigidans cum oleo amygdalarum amararum hoc modo confectum:

Diuretica noxia in calculo.

Vnguentum pro renibus.

℞. Vnguenti Roſat. Meſ. ℥j.
Ol. amygdal. amarar. dulcium
an. ʒ ij.
Miſce.

Emplaſtrum ex cancris.

Vſus etiam Emplaſtri ex cancris, præſertim dolore vrgente, conuenientiſſimus eſt: Præterea quæ per clyſmata, cataplaſmata, fomenta, & alia, ſunt exequenda in artuum & calculi doloribus, ratione temporis anni, conſtitutione ægri corporis, loci, in quo dolor percipitur, præſcribi omnino non poſſunt. Ex his Magnificentia veſtra intelliget noſtram in tuenda eiuſdem valetudine operam non defuiſſe. CHRISTVS cœleſtis Medicus Magnificentiæ veſtrę largiatur firmum incolumitatem, ſine qua animi & corporis robur ad obeunda officia patriæ, & totius Chriſtianæ Reipub. ſalutaria conſiſtere non poteſt.

In Arthritide, pro quodam Magnifico viro,

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIVM CCXLIV.

PLANE me mirifice affecit inualetudo veſtra, & quia hi catarrhi, & dolores initium ab immoderato vini vſu traxerunt, deinde repercuſſiuis humorem ad interiora repellentibus malum auctum eſt, quo magis in vtroque temperare ſibi V. M. poſſit, monebo quædam huic caſui conuenientia. Cum omnia illa ſymptomata à catarrhis oriantur, reſpiciendum eſt potiſſimum ad ea loca, vnde manant. Plerunque autem eorum fons caput eſt, inde ad humeros brachia dorſum & pedes defluunt, & quo loco influunt, ibi dolores cient, diſtendunt, inflammant, & tumorem concitant. Quod vero frequenter in pedes delabuntur, faciunt obſtructiones eæ, quæ circa lumbos ſunt, & loci ſitus. Nam cum in renibus viæ non patent, vt ſeroſi humores à ſanguine ſeparentur, alias vias quærit natura, & quia pedes infimo loco ſunt, eò ſubſidunt. Si vero duo illa membra, caput & renes per ordinarias vias expurgarentur, & libera eſſent, caueretur prouentus & cumulatio materiæ, quæ primum obſtruit, vt euacuationes non procedant: deinde nouas cruditates excitat, maxime ſi intemperantia & vinum acceſſerit, tum igitur minus eſſet crudorum humorum, & corpus præſeruaretur. Ergo in præcautione præter diligentiſſimam victus rationem ad id attendendum eſt, vt aluus laxa ſit, & quotidie ſufficienter inteſtina à fecibus liberentur per ſedes ad minimum ſemel. Quod ſi ſponte non fieret, poderit electuarium, quod adſcribam: ſumitur aotem quantitate caſtaneæ hora vna ante cibum, plus minusve, prout neceſſitas poſtulat. Ita materia fluens non colligeretur, nec caput facile repleretur. Eſt autem forma talis:

Fons catarrhorum caput.

Præſeruatio.

Electuarium lenitiuum.

℞. El. roſat. ℥ ß.
Lenitiu.
Eleſcopli.
Diaphœnic. an. ʒ iij.
De ſucco roſar. ʒ ij.

Cum ſyrupo de fumo terræ pauculo, fiat mixtura, itemque electuarium. Quod ſi caput repletum eſſe, obſeruatum fuerit, & fluxionis decurſus metuitur, vtendum iis pillulis, quæ ante deſcriptæ ſunt, vt materia mature ſubducatur, antequam in alias particulas decumbat. Non illud præcipio, vt ſemper purgationes iterentur, ſint idonea interualla, & tum præcipue fiat, cum neceſſitas vrget, & periculum imminet. Poſt pillularum vſum, materia ſuperflua etiam à capite detrahatur, attracta in nares aqua maioranæ, & emunctis poſtea naribus, quod ſi nimis leue eſt, puluis maioranæ contuſus addatur; vel ſuccus ex beta addito pauco melle, in quem linteolum intinctum naribus Indatur, vt aſſueſcant humores inde defluere. Pro corroboratione ventriculi, quę hic admodum eſt neceſſaria, & apertione epatis & renum, proderit conditum aſſumptum quantitate caſtaneæ, quod corpus firmat, & epar ac aluum aperit. Poteſt autem ſumi; quotieſcunque viſum fuerit, modo

Errhina.

mane ſingulis diebus ſemel fiat. Deſcriptio eſt:

Electuarii ventriculum corroborans.

℞. Conſer. roſar. ℥ß.
Fumiterræ ʒ v.
Anthos ʒ iij.
Pimpinellæ conditæ ʒ vj.
Zinzib. conditi.
Calam. aromat. cond. an. ℥ß.
Specier. Diarrhod. abb. ʒ j.
Aromatic. roſat. ʒß.

Condita craſſo modo incidantur. Miſc. omnia, fiat cum ſyrupo de betonica conditum.

Et quia plerunque in hoc corpore hypochondria & loca renum incaleſcũt, vt multum materiæ attrahatur, & humores compingantur, & obſtructiones, non intermittat æger ad primum huiuſmodi ſenſum, & in hypochondriis dolorem, eas partes vnguento inungere, vt occurratur malo. Vnguentum autem tale eſt:

Vnguentum ardens.

℞. Infrigid. Gal.
Ceroti ſantal. an. ℥ß.
Diapopuleon ʒ iij.
Rad. plantag. aquatic. ʒß.
Specier. Diatrion ſantal. ℈ j.

Cum oleo myrtino & roſac. an. q. ſ. addẽdo aceti parum, fiat vnguentum.

Quid præterea ad præſeruationem in vere & autumno faciendum ſit, ſatis in præſcripta victus ratione indicatum eſt. Modo coctione negligatur, & ſi ventriculus ad digerendum imbecillior eſt, curet ſibi præparari hunc ſacculum, & eum ventriculo hora vna ante cibum imponat. Sed prius aſpergatur vino, & vapor à calido latere excipiatur, vel imbuatur aqua abſinthii, & ſi tempus prandii inſtat, dematur: & ſi eo die nihil aliud accipiendum eſt ex remediis, ſuadeo roſatam nouellam, de qua orbiculos tres vel quatuor ſemel mane deglutiet. Optime enim confortant ventriculum, & epar contemperant. Deſcriptio ſacculi ſtomachalis eſt:

Sacculus ſtomachalis.

℞. Herb. menthæ.
Betonic.
Abſinth.
Origani.
Roſar. rub. an. m. j.
Flor. Chamomill. p. iij.
Sem. Cymini ℥ß.
Aniſi.
Carui an. ʒ j ß.
Galangæ ʒ j. ß.
Nucis moſchatæ num. j.
Caryophyll. num. xx.

Conquaſſ. miſc. & f. ſacculus ſtomachalis interpaſſatus:

Rotularum formula eſt eiuſmodi:

℞. Rotul. roſatæ nouellæ ℥ iiij.

Sed de paroxyſmo deinceps dicendum. Præſeruatio tantum occurrit fluxionibus. Quod ſi quid neglectum eſt, & decumbunt humores in articulos ſtatim ſubueniendum eſt, ne plus affluat, & id abſumatur, quod iam affluxit. Ideo ſtatim inter initia quędam ſunt adhibenda ad aluum leniendam, vt & cætera membra tanto facilius ſe poſſint exonerare, ita quod fluxurum eſt, ei anteuertetur. Quamprimum igitur in articulos fluxio deſcendit, pillulæ ſtatim ſumantur, vt præcidatur fluxui materia, & retrahatur fluxus à locis, ad quæ decumbit:

Curatio podagra iam inuadentis.

℞. Maſſæ pill. de hiera cum agarico, ſtomachicar.
Cochiar. an. ℈ j.
Diagrid. g̃. ij.

Cum ſyrupo de ſtœchade q. ſ. formentur pillulæ mediocres, inſtar piſorum.

Et ſic, cum materia imminuta eſt, viæ fluxui intercipiendæ ſunt, ne tanto impetu decumbat. Sumat autem abſinthium, & prunis iniiciat, (ſed extra conclaue, in quo eſt. Nam aliàs dolorem capitis gignit) vt fumũ de ſe præbeat. Ei iniiciatur linteum triplicatum aut quadruplicatum, & cum vaporem eum linteum imbuit & incaluit, impone calide in ceruicem, & ſi frigidum factum fuerit, rurſus calefacito, ita retinetur affluxus, & impetus infringitur. Sequitur porro, quid pro parte affecta agendum ſit.

Abſinthium dolorem capitis conciliat.

Quamprimum aliquid in articulo ſentitur, ſit in promptu oleum roſatum, & chamomælinum, minime vetus, nec rancidum, & quamprimum aliquid ſe oſtenderit, locum inungat oleo roſato. Commodius tamen eſſet, ſi lumbricos in vino lotos & contuſos ei oleo incoqueret. ita eſſet efficacius. ſed expreſſione opus eſt, vt abiiciantur lumbrici. Sin dolores augentur, addatur oleo roſato oleum chamomælinum, vt reſoluatur tumor, & ſi nimis inualeſcunt, penna hoc vnguentum illinatur:

Topica in principio doloris.

Anodynum.

Ol. roſac. ℥ j. ß
Chamomæl. ℥ß.
Pulu. ſem. fœnugr.
Chamomæl. an. ℈ ij. ß.
Miſc. f. linimentum.

Lenit hoc dolores. Cum ipſis autem doloribus ſimul etiam inflammationes renum infeſtant, à quibus grauior fit paroxyſmus. Ideo non deſinat, calorem renum contemperare illo vnguento.

Eodem tempore vtatur hoc electuario, quantitate caſtaneæ, quod eodem directum eſt, & ſitim ſedat, membra quoque nutritionis roborat. Eſt autem tale:

℞. Con-

Elect. refrigerans hepar & renes.

℞. Conſer borrag.
Cichor. an. ʒ iij.
Roſar. ʒ v.
Specier. Diatrion ſantal. ſine
Campbora ʒ j.
Diarrbod. abb.
Roſat. nouellæ an. ℈ j.
Carnis paſſul. maior.
Cibebar. an ʒ iij.
Tabular. manus Chriſti ʒ ij.
Pyrorum muſcatell. minutim inciſ.
℥ ß.

Cum ſyrupo de cichoreo q. ſ. f. conditum.

Capitis euacuatio per errhina. Capitis per nares euacuatio, nunquam intermittatur, & in remiſſione doloris fiat fomentatio ex abſinthio, & ipſi loco etiam applicetur dolenti. Verum vt pars etiam affecta & dolens roboretur, commendo hoc vnguentum. Id, vt dixi, & in doloris remiſſione, & cum in totum abiit, vel ex parte reſtat, calide apponatur, vel illinatur. Nam debilitatis membris vires addit, & ab influentibus humoribus præcauet. Eſt autem tale:

Vnguentum anodynon corroborans.

℞. Succi radic. ebuli ℔. ß.
Succi rutæ ℥ iiij.
Lumbricorũ terræ prius in vino albo ablutorum ℥ v.
Ol. roſar.
Cbamomæl. an ℥ j. ß.

Incidantur lumbrici in patella. Add. [illegible]cci & olea, coq. omnia lentiſſimo igne ad conſumptionem ſuccorum. Exprim. quibus add.

Ceræ.
Terebintbinæ an. ʒ j ß.
Miſc. f. vnguentum.

Quod ad rationem victus attinet, puto antea ſatis iam me monuiſſe, & breuiter omnes vitioſos cibos, maxime vaporoſos vitet, neque ſolum in morbo, ſed etiam extra morbum adſit temperantia in victu, & præcipue in potu. Hæc monere in præſentia mihi viſum fuit, & poſſem multorum veriſſima exempla recenſere, quibus hæc ipſa plurimum profuerunt. Sed vt qui naufragus eſt, ei ſuccurri non poteſt, niſi & ipſe ſuum officium faciat: Ita in ſanitatis recuperatione ægrum etiam obtemperare conuenit.

In Arthritide, & Nephritide, pro celeberrimo quodam Iureconſulto,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCXLV.

Podagra curabilis quando.

NON eſt deſperanda curatio in iis ægris, in quibus partium recipientium fluxiones, temperies nondum eſt perdita & amiſſa, etiamſi podagricæ inflammationes & dolores ſuboriuntur, Sed cum intemperies ita eſt aucta, & calor innatos ita diminutus, vt nulla arte corrigi poſſit, curatio, quæ eſt reductio membri ad naturalem ſtatum; ſcillcet, eum à quo dilapſum eſt, parum firmltatis habet. Præſeruare vero nil aliud eſt, quam cauſas vel declinare, vel auertere. Cauſæ cum morbus ſit in genere fluxionis, ad quatuor quaſi prima capita deducuntur, primum corrigẽda intemperies, tam partis demandaoris, vt vocant, quam membri ſuſcipientis. Viæ etiam roborandæ, & materia in primis, vel reducenda, vel recta victus ratione, ne fluat, corrigenda. *Indicatio ſumpta à cauſis.* Eſt autem materia duplex, vna craſſa & cruda, altera tenuis, quę ad fluo em & inflammationem facit: Vtramque victus ratio idonea emendat, quam qui tenere nequit, fruſtra ad medicamenta confugit. *Materia duplex: Craſſa & Tenuis.*

Victus ratio. Cum vero victus ratio præſtantiſſimi viri mihi ſit ignota, & ex vulgaribus libellis haud dubie perſpecta, non eſt quod multa moneam. Vinum ad fluxionem facit, ſed tamen in debilitate ventriculi, vino non temere interdicendum eſt. Bibendum autem adſtrictionem babens, & minime acidum, nam acida neruis & articulis noxia. Piſces materiam pituitoſam ſuppeditant. Cruda ciborum varietas ad inæqualem coctionem & cruditatem faciunt. Anſerinæ carnes, ſuillæ, nimium humoris excrementitii habent. Legumina craſſum ſuccum generant. Hæc igitur vitanda. Item affectiones animi, quæ materiam fundunt, inprimis vero iracundia & triſtitia, ſed his te non arbitror indulgere. *Curatio.* Ad medicationem quod attinet, etſi ab vniuerſo corpore humores ad membra infirma fluere poſſunt, tamen plerunq; à capite ad ſubiectas partes fluunt. *Lotiones capitis.* Itaq; lotionibus capitis ex polytricho nil vtilius. Hac enim ratione exiccatur caput, & humores abſumuntur, frequenter vero faciendum ante cœnam, & deinceps aer fugiendus. Inſpergendus autem capiti iſte puluis.

Puluis capiti inſpergendus.

℞. Roſar. rubear.
Corallor.
Myrtill. an. ʒ j.
Succin. albi ʒ ß.
Ambræ g̃. iij.
Miſc. f. puluis.

Deinde opera danda (id quod te facere intelligo) vt ſingulis diebus in lecto ſudes, & hyberno tempore in menſe bis vel ter ſcrupulus vnus optimæ Theriacæ aſſumendus. Mirifice quidam commendant ad abſumendam fluxionis materiam vſum oſſium humanorum combuſtorum & in pol- *Oſſa humana bouina.*

linem in lapide porphyrio contritorum. Sed & ego bouinis oſſibus cum ſucceſſu felici ſum vſus; addidi etiam corallos albos & cornu cerui combuſtum, & ad ℥j. exhibui ante ſomnum. *Articulos corroborantia.* Ad corroboranda membra ſuſcipientia valent ea, quæ calorem innatum augent, & temperiem partium reſtituunt. Inter omnia autem præcipuum locum habet *Vinacea.* vſus vinaceorum, cum è torculari tempore vindemiæ, accipiuntur, ſubito in illis pedes & membra affecta, immergantur, & donec bene incaleſcant, per horam dimidiam, aut integram, ſepeliantur. Fiat hoc dum vindemia durat. Multæ inunctiones, emplaſtra, fomentationes, lotiones, ad eandem intentionem ab aliis præſcribuntur, ſed & ego parum ipſis tribuo, atque vt abſtineas moneo. Intemperies ſæpe ab illis maior introducitur, & materia attrahitur. De altero affectu, *Nephritis.* videlicet nephritide, quæ plerunque cum Podagra coniuncta eſt, & ſæuior illa, conſului, vt auellanis vtereris. Velim autem hora vna ante cœnam te accipere quinque excorticatas. Nam & temperiẽ renum corrigunt, & materiam calculi euacuant. In his autem duabus intentionibus tota conſiſtit Nephriticorum curatio. Itaque partes illas corporis, ad quas ſiti ſunt renes, rectum eſt tali vnguento vngere.

Vnguentum nephriticũ.

℞. Vnguenti roſ. Meſ. ℥j.
Amygd. amar. num. vj.
Ol. amyg. amar. q. ſ.
Fiat Vnguentum.

Accedit ex hoc vnguento hæc quoq; vtilitas, quod laxiorem carnem renum reddit, id quod Hippocr. noſter in præcipua parte curationis ponit, vt via pateat iis remediis, quæ generationem calculi impediunt. Ad ventrem leniendum caro paſſularum præclarum eſt auxilium, ſed ſi aluus eſt adſtrictior, ſumantur quinq; pillulæ de iſta paſta:

Pillulæ.

℞. Aloes roſatæ ʒj.
Maſtich. ʒß.
Cum ſyrupo roſato f. pill. xv.

A diureticis vt abſtineas moneo: interdum drachmam vnam vel mediam pulueris betonicæ in iuſculo mane ſumas. *Anodynon calculi.* In doloribus decoctum radicum altheæ, & herbæ veronicæ, in aqua, cui mel & butyrum adiiciatur, bibas. Et enemata ex ſolo decocto veronicæ ad libram vnam cum dimidia, cum butyri vnciis tribus vel quatuor, addẽdo mellis roſati vncias duas vel tres, dolores leniunt & ſedant. Hæc intra ſolicitas animi cogitationes ſcripſi, ea vt benigne fortunet Chriſtus precor.

Poſt ſcriptum:

Lauet ſæpe caput lixiuio, in quo herba polytrichum decoquatur, foueatur calor in pedibus, cum non laboras, decoctis in aqua & vino, arthemiſia, origano, chamomil. Romana, & parum aluminis. Accipiatur vapor matutine. Vtaris optima & moderatiſſima victus ratione, fugias vina corrupta. Vt calculi materiam depellas, ſumas ante cœnam interdum nucleos auellanarũ mundatarum. Item vuas paſſas maiores, quas cibebas vocant, & comminuas dentibus acinos. *Cibeba.* In vino maceretur herba veronica, & illud bibas: ventriculum optime lineo panno veteri duplo munias, pedes ne refrigeres, interdum catapotia maſtichina ad ʒß. paulo ante cœnam ſumas. B. V.

In Arthritide nodoſa, Melancholia hypochondriaca, atque renum affectione, pro quodam Epiſcopo,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCXLVI.

IN atthritide iam nodoſa facta, longe facilius eſſe conſilium dare, quam conſulta exequi, ipſe optime ſcio: Ac quam pertinax ſit malum Melancholiæ, quam difficiles curationes in renum affectionibus, intelligo. Itaque ſi vel diutius deliberaſſe, vel tardius reſpondere videor, in bonam partem interpretari cupio. Non enim tantum varietas affectionum: verum etiam curationum, cogitationes meas eſt remorata, dum quaſi ad ædificium, quod ruinam minatur, Artifices concurrere, & vndique ſubiici remedia animaduerti. Semper autem Melancholici eo difficilius ſanantur, quod de ſpe boni facile decidunt, & varie pollicitationibus, ac reprehenſionibus Medicorum afficiuntur, & impelluntur. Vtut autem iſta ſeſe habeant, recti & tenacis propoſiti virum, rectum animi curſum tenere, nec ſermunculis ab eo dimoueri oportet. Scribo igitur hæc optimo animo, etiamſi me vel iudiciorũ varietati, vel etiam morborũ grauitati ſatisfacere nõ poſſe minime ignorem. Chiragra atque podagra iam amplius non latent in obſcuro. Ne autem articulorum morbus grauior emergat, cauẽdum. Id quod conſideratis cauſis fieri neceſſe eſt. Cauſæ vero duæ ſunt: *Podagra cauſa duæ.* Vna morbifici humoris natura, altera partium laborantium imbecillitas. *Cauſa imbecillitatis partium.* Hæc autem vel à ſemine parentum eſt, vel intempeſtiuo vſu vini & Veneris, vel ab intemperie calida reſoluẽte atque laxante partes, vel frigida calorẽ naturalem in membris opprimente, vel ab externa aliqua læſione, vt luxatione, contuſione, plaga, &c.

Verum ſola partis imbecillitas non facit, vt neceſſario doloribus articulorum aliquis infeſtetur, niſi materia ſit in corpore, quæ ad partes imbecilliores demandetur. Itaque præclare dixit Auicenna: Sublata materia, nec membrum mandans, ideſt, à quo fluit materia, mandabit, nec recipiens ſuſcipiet.

Regula Auicennæ.

Danda igitur in præcautione opera in primis eſt, ne materia in corporibus colligatur atque cumuletur. Eſt autem materia podagræ duplex, craſſa atque tenuis, craſſa quidem cruda, tenuis, ſeroſa, & inflammationi (nihil enim aliud eſt, quam inflammatio, licet non exquiſita intra ipſum articulum) obnoxia. Sunt vero humores alias craſſiores, aliàs tenuiores, plerumque tamen coniuncti craſſiores minus inflammantur, tenuiores magis, propterea & vehementiores dolores fiunt, & interdum febris conſequitur, irruente materia cum impetu. Nam quando hæc in membro ſenſim colligitur, grauitas prius in eo, quam dolores percipiuntur. Porro materia iſta partim à capite, partim ab hepate fluit. Scio hic varie diſputare doctiſſimos Medicos de via & modo, ſed hæc perſequi non eſt noſtri inſtituti, cum Hippocratis ſententia ſatisfaciat, omnia in corpore eſſe confluxibilia; Et conſentaneum ſit, naturam extrudere iſtum humorem, à quo maxime læditur, atque offenditur: ſicut in Vomitu videmus vnum genus cibi eiici retento altero: Materiam autem non eſſe vniuſmodi apparet, cum aliis dolores miteſcant calefacientibus adhibitis, aliis refrigerantibus applicatis, vt Hippocrates, quinto Aphoriſmorum vigeſimoquinto oſtendit. A capite quidem fluens materia pituitoſa eſt, & grauitas capitis, colli, Scapularum, ſeu humeri dolorem articulorum præcedit.

Præcautio in quo ponenda. — Materia podagræ duplex — Vnde affluxus fiat. — Materia diuerſa argumentum. — Signa pituitoſæ materiæ à capite deſcendentis

Ab hepate autem cum per venas extruditur, plerumque inappetentia ægri laborant, & vrinas pauciores ſolito mittunt, venæque pedum intumeſcunt, aliàs magis, alias minus.

Si malum ab epate.

Cum autem materiam à capite defluere animaduertimus, nihil melius, quam per nares, ſputa, & capitis purgationes collectam in capite euacuate.

Si à capite.

Cum à liene operam dare, vt per hæmorrhoides, ſudores, inediam, miſſionem ſanguinis, vomitum, purgationes, prius amoueamus, quam morbum faciat.

Curatio ſi à liene.

His recte conſideratis, tota ratio præcautionis iam patet: Sed paulo accuratius omnia explicabo, vt officio meo plane me voluiſſe ſatisfacere agnoſcat.

Primum, quia intelligimus conſiſtere præcautionem in eo præcipue, ne materia fluxioni idonea in corpore cumuletur. Ideoque optimam victus rationem in primis requiri manifeſtum eſt. Non dubito autem, quin de victus ratione alii Medici multa monuerint, & vulgares etiam libelli monere poſſint: Proinde de iis quæ præcipue noxia cenſentur, ſaltem pauca adferam.

Cumulatio materiæ quomodo vitetur. — Diæta.

I. Cruditas vitanda, & cum nauſea adeſt, à cibo abſtinendum, ac ſi fieri poteſt vomendum. Vomitu enim ad præcautionem in morbis articularibus nihil conducibilius.

Cruditates. — Vomitus.

II. Monentur Medici ratione & obſeruatione, vt morbis articularibus obnoxiis interdicant vſum pomorum, caponum frequentem, anſerum & carpionum. Nam poma humores ſoluunt, & fluere faciunt; & caponum caro humorem quendam habet, quem ad articulos natura extrudit; piſcium vero humidiorum omnium par eſt noxa, ſed caponum caro, licet nimium etiam nutrire videatur, tamē parcior vſus nequaquam reprehendi poteſt.

Poma noxia — Humor qui in caponibus ad articulos natura extruditur.

III. Non minus nocent, quæ replent corpus cruditatibus, quam quæ vel materiam ipſam fundunt, vel ad articulos deducunt. Itaque vina potentia & aceroſa quoque fugienda; nec prius bibendum, quam cum ſolidior cibus ingeſtus fuerit. Valde enim noxium eſt, ſumpto ſaltem iuſculo, aut pauco cibo vinum bibere, multo vero magis, inani & ieiuno ventriculo, vel iam concoctionem cibi elaborante, vino ſe obruere.

Vina unde podagricis noxia.

Cum autem in exactiſſima etiam victus ratione ſemper aliqua ſuperfluitas colligatur: Medici annuas purgationes, vernas atque autumnales præſcribunt, ac Galenus affirmat ſe multos ita tutos reddidiſſe, præſertim vero ſectione venæ adhibita. De hac autem cum difficultates quaſdam in hoc corpore conſecutas cognouerim, non auſim vrgere, præſertim cum ſcarificationes repetitæ venæ ſectionis loco eſſe videantur. Plurimum tamen in hoc corpore adiumenti afferre eam poſſe, ſi prudens Medicus tempeſtiue illa vtatur non dubito. Sed interea ſcarificationes octies vel ſexies repetitæ, tantum præſtabunt, quantum venæ ſectio.

Annuæ purgationes. — Venæ ſectio. — Scarificationes.

Vt autem hæmorrhoides quoq; fluerent, optimū eſſet. Ego quidem propter alterum morbum, videlicet Melancholiā diligenter de mouēdo iſto fluxu cogitaui: Verum cum hepar admodum ſit calidum, & aliqua ex

Hæmorrhoides.

Hæmorrhoides epate calido ſicco medicamentis non irritanda.

parte ſiccum, per medicamenta, vt ſunt, Aloe Roſata, Extractum calami Aromatici, proritare non auſim. Fomenta foris adhibita parum faciunt. Relinquuntur igitur nobis ſanguiſugæ, quæ haud ſcio, an puſſint facile applicari, etiamſi ex Italia habere eas non difficile ſit. Nam ſi latent tum euertere muſculum in quo inſident, minime tutum eſt. Imponere autem fortiora medicamenta, vt ſuppoſitoria ex radice Cyclaminis, item ex ſtercore columbino, felle taurino & oleo, in quo colocynthidis pulpa decuquatur, parum conueniens. Cæpa excauari poteſt, atque imponi oleum amygdal. amararum, & ita coqui ſub cineribos ſuccoque expreſſo hæmorrhoides inungendæ. Vt autem ferro aperiantur, non velim conſulere.

Ratio promouendi hæmorrhoides.

Cæterum quod ea medicamenta attinet. quæ ſubducendo aluum materiam paulatim euacuant, multa poſſent perſcribi, ſed inſita calida hepatis intemperie, & renum quoque calidiore & ſicciore affectione etiam atque etiam cauenda ſunt. Itaque licet catapotiis non ſine ſucceſſu poſſimus vti; tamen in his quoque cautio adhibenda eſt; Minus vero calente aere externo, (modo etiam nimium intenſumque frigus non ſit) & pedibus bene munitis iſtas pillulas capere poteris:

Pillula.

℞. Aloes roſatæ ℥ß.
Rhabarb. electiſſ. ſubtilit. puluериſati & aq. cinamomi aſperſi ʒ ij.
Agarici recenter trochiſcat. cum ſyrup. conſeruat. Zingib. diſſoluti ʒ j. ß.
Maſtichis.
Specier. aromat. roſat. an. ℈ß.

Cum ſyrupo roſar. ſolu. fiat maſſa, de qua pro vna drachma reform. pillul. ix. eas capiat ſemel in menſe hora vna, vel duabus ante prandium.

Cæterum cum aer paulo eſt calidior, Morſulos, quorum deſcriptio ſequitur, aſſumere poteris:

Morſuli rhabarbari.

℞. Mannæ Calabrin. electæ ℥ ij. diſſoluantur in aq. cinamomi, & adde catnis paſſular.
Myrobalan. Emblicor. an. ℥ ß.
Rhabarbar. electiſſ. & aqua cinamomi aſperſi ʒ iij.
Extract. Rhabarb. ʒj. cum ſaccharo q. ſ. fiat confectio in Morſulis.

Sumat matutinis horis vnum vel duos, prout aluum ſubduxerint.

Porro vt annuas purgationes vere videlicet, & autumno, præſcribamus, & ſi non neceſſarium videatur, cum hæc præſentis ſint Medici; tamen vt conſideratis circumſtantiis habeat aliquid, quod vel ſequatur, vel mutet, formas quas ego rectiſſimas eſſe arbitror, addam.

Syrupi longi improbantur ob ventriculi infirmitatem.

Præparatis igitur humoribus, non vt vulgo fit, ſyrupis iſtis longis, quibus primum ventriculus, ita multis diebus obruitur, vt deinceps natura citius reiiciat medicamentum, quam ad actum deducatur; ſed ſolis ſyrupis cum extracto aliquo, veluti in vere ſyrupo de ſucco cardui vel veronicæ cum extracto calami aromatici. In autumno de ſucco Betonicæ vel Meliſſæ, cum extracto Galangæ; ita vt matutinis horis duo cochlearia ſaltem aſſumeret per aliquot dies. Verno tempore eiuſmodi medicamẽtum purgans exhiberem:

Præparantia in podagra.

Potio purgans tempore verno.

℞. Paſſular. ʒ vj.
Galangæ ʒ ß.
Meliſſæ.
Flor. violar.
Borrag an. p. j.
Agarici albiſſimi ℈ iiij.
Rhabarb. electiſſ. ʒ j. ß.
Folior. Senæ elector. ʒ iij.

Fiat horum decoctio & infuſio in q. ſ. aq. puræ l. artis.

℞. Expreſſionis ℥ iiij.
Syrup. roſac ſolutiui.
Manoæ Calabrinæ an. ℥ j.
Miſce.

Poſſetque repeti, ſi forte ſemel non ſatis expurgaret.

In autumno poſſet vti ſequenti potione:

Potio purgans tempore autumni.

℞. Paſſular. ʒ vj.
Capillor. Vener.
Meliſſæ.
Scolopendriæ.
Ceterach.
Cuſcutæ an. p. j.
Epithymi.
Follor. Senæ, an. ℥ ß.

Fiat horum decoctio l. a. in q. ſ. aquæ puræ.

℞. Colaturæ diligenter expreſſæ ℥ iiij.
Syrup. de pomis ſolutiui ℥ j.
Mannæ Calabrinæ.
Syrup. roſ. ſolut. an. ℥ ß.
Miſce.

Atque hæc de euacuationibus.

Membrorũ roboratio.

Quibus autem modis membra principalia ſint roboranda, & calor naturalis fouendus, deinceps cum de altero morbi genere dicendum erit, agamus. Nunc de præcautione à doloribus podagricis, ac potius arthritidis agemus.

Præſeruatio.

Podagra non eſt incurabilis.

Primum autem hoc explicãdum, vtrum ſua natura articulares morbi ſiue podagra ſit, ſiue chiragra incurabiles exiſtant: Non eſſe

eſſe ſua natura morbum incurabilem, ratio & experientia demonſtrant. Ratio manifeſta eſt, quia videmus inchoante hoc malo abſque vllo medicamento adhibito ſedari dolores, ſolui materiam, & membra ad ſuam integritatem redire.

Fluxiones etiam poſſe verti & intercipi: in multis vero ita roboratas eſſe partes, vt poſtea, quam tentatæ aliquoties ſint fluxionibus; tamen deinceps non ſuſceperint.

Cur raro curentur. 4.

Cæterum, quod raro curentur, culpa hominum & imperitia Medicorum accidit. Nam vt plurimum hæreditarium eſt malum, vel intemperantia acceſſitũ, ad quam cum redeant homines, non mirum, ſi morbus quoque reuertatur. Deinde certum eſt, in iſto morbo non eſſe materiam, quæ fluit vniuſmodi, & difficulter à peritiſſimis etiam Medicis naturam humoris diſcerni. Cum igitur calidiores humores in ligaturis & chordis, per quas articuli mouentur, diſſoluuntur, & pertruduntur craſſi ad membranas, quibus puſtea hærent, maloque inueterato partes fiunt debiliores, vt facile fluxiones ſuſcipiunt. Inde ſi non dolores, ſaltem tumores conſequuntur, quemadmodum in hoc corpore ſuperioribus menſibus vidimus.

5. Varietas humorum.

Tophi in podagra quomodo generentur.

Proinde, etſi apud me propemodum ſit firmum & certum hoc vſu veniſſe; fidiſſime tamen, quæ diligenter à me cogitata & obſeruata ſunt, monebo. Duo autem mihi conſideranda videntur: Primum, an in hoc corpore membra recipientia ſint roboranda. Deinceps, quid vigentibus & ceſſantibus etiam doloribus (ſi forte tophi ſolui poſſent) tentandum.

Indicationes.

Quod ad primum attinet, vetiſſimum eſt intemperantibus, qui rectam victus rationem tenere nequeunt, denique qui nec phlebotomiam, nec vacuationem vllam admittunt, non temere corroborantia partes adhibenda; Natura enim roborata, materiam ad alias partes depelli atque trudi animadnerſum: Verum in iis, qui temperanter viuunt, & tempeſtiue purgantur, recte localibus medicamentis vti poſſe, antequam morbus inuadat, etiam doloribus vigentibus (modo tempeſtiue atque recte adhibeantur) nullum plane eſt dubium. Ad corroborationem quidem vtuntur, medulla bouina, & ceruina cum ſale ſubacta, ad formam linimenti, & ea confricant articulos fluxioni obnoxios: ſed longe mihi vtilius & conuenientius videtur, ſi oleo communi admiſceatur axungia ſuis caſtrati. Fomenta etiam exſiccantia ex lixiuio cum ſale & alumine parari poſſunt. Cauendum vero in hoc corpore, cum materiam craſſiorem in tophos coire videamus, ne eos indiſſolubiles reddamus.

Roborantia qua & quando adhibenda.

Roborantia articulos.

Axungia ſuis caſtrati.

An tophi podagrici ſolui poſſint.

Cæterum, an aliquo modo poſſint diſſolui, & quibus medicamentis, cum maxime curationi obſtare videantur, magnam hæc difficultatem habent. Sed dum adhuc quaſi in dubio eſt malum, anceps potius remedium cum ratione, quam nullum eſt adhibendum.

Quidam magnæ eruditionis & authoritatis viri exiſtimant, atque ſic præſcribunt, poſſe ſolui tophos, ſi caſeus putridus cum iure, in quo ſuilla perna cocta fuerit, imponatur. Iulius Scaliger puluerem piperis v-ſti addit. Quidam coccognidium cum myrrha & aceto tritum adhibent, vt erumpant emollita. Hæc experiri minime laborioſum atque difficile, ſed inter optima remedia & tutiſſima, quæ partes etiam affectas roborant, & calorem innatum fouent, hoc ponendum, & diligenter ſingulis annis, cum amplius fieri nequeat, vſurpandum: Videlicet, vt tempore vindemiæ immergantur pedes, atque manus affectæ vinaceis, poſt expreſſionem calentibus adhuc, vel muſto calido calefactis, mane per dies quindecim. Etſi enim hoc remedium non plane tophos diſcutit, tamen articulis maximum robur addit. Ac poſſum nominare virum præſtantem, cui hoc medicamentum communicaui, atque ab eo præclaro munere ſum donatus, qui plane incedere non poterat, & iſto remediũ beneficio Dei reſtitutus eſt. Quo autem vuæ maturiores, eo plus adiumenti vinaceorum vſus affert. Alia remedia non addo, niſi forte vigentibus atque vrgentibus doloribus catulum parti affectæ (volunt autem quidam, vt illius pilis ſit concolor) vel deſtillatum ſoliorum verbaſci cum thure & myrrha modica adhibere velit: Vbi inflammatio magna eſt, decoctum atque deſtillatum foliorum, ſalicis: item corticis illius cum vino, cum malum iam eſt in declinatione. Fomentationes ex artemiſia, origano, chamomælo, & abſinthio, ceſſantibus iam doloribus præclare iuuant. Quemadmodum & ſuperiore proxima æſtate re ipſa declaratum eſt. Satis multa de podagra, & quidem ea, quæ vix curari omnino poterit, egimus: nunc ad aliud malum, videlicet Melancholiam, quæ haud ſcio, an non ipſa podagra ſit moleſtior, accedamus. Eam autem vere ex hypochondriaca affectione eſſe poſſum ſtatuere. Fit enim ea, cum in venis Meſaraicis humores, partim crudi in ventriculo relicti, partim in

Scaliger.

Vinaceorum vſus.

Deſtillatum verbaſci.

Decoctum & deſtillatum fol. ſalicis.

Fomentationes.

Melancholia.

Cauſa hypochondriaca.

epate ſuperaſſati quaſi concurrunt & efferueſcunt, obſtructione etiam ipſis venis laborantibus, ac interdum hepate, interdum ſplene male affectis, vel etiam vtroq; membro ſicq; fumi inde eleuantur, à quibus cerebri ſpiritus perturbantur, & quaſi caligine corripiuntur; vnde nocturni quaſi pauores, timores, & deſperationes oriuntur, & vita quaſi ægrotantibus moleſta, atque acerba redditur. Hoc malum vbi altius radices egit, vix ita tollitur, vt non aliquando recurrat. Sunt tamen quæ mitigent, & vehementiam illius, quaſi retundant. Inprimis autem remedium petendum eſt à pietate & ſapientia; pietas, prouidentia & promiſſionibus diuinis nititur, eas certas ſtatuit & capillos capitis noſtri, omniaque vitæ momenta, DEVM patrem cœleſtem in numerato habere credit. Prudentia vero moderatur affectionibus, conſiderat rerum cauſas, & ſollicitis animi cogitationibus malum non minui; verum augeri perſpicit. Cum igitur alios lædere minime ſit licitum, ne nobis ipſis manus inferamus, cauendum. Cæterum multa ſunt remedia; ſed non æque omnia iuuantia. Primum autem opera danda, vt cruditates & flatus vitentur; Id recta victus ratione fit, & iis quæ vim diſcutiendi flatus habent. De victus ratione ad quam rectiſſime Aſclepiades, Vetuſtiſſimus & ſapientiſſimus Medicus, curationem morborum retulit, nihil amplius dicam. Quæ autem cruditates corrigunt & flatus diſcutiunt, ea calorem, vel foris adhibita, vel intra corpus ſumpta, augent. Foris Ventriculus, imo hypochondria quoq; hoc vnguento poſſunt inungi, atque foueri.

Symptomata melancholica.

Pietas in morbis quid.

Prudentia in morbis.

Cruditates corrigentia & flatus diſcutientia.

Vnguentum pro abdomine.

℞. Ol. amygdal dulc. recentis, in quo folia roſarum decoquantur, vel ſimul recentia exprimantur ℥ iiij.
Medullæ cruris vituli recent. ℥ j.
Maſtiches pulueris ʒ j.
Olei caryophyllor. g̃. v.
Olei nucis moſchat. ℈ j.
Miſce.

Inungatur mane ventriculus, & pannus lineus vetus, ſuper imponatur. Intra corpus ſumenda varia ſunt; vt manus Chriſti, quemadmodum vocamus, cum margaritis, & oleo cinamomi, vel aniſi: Item Emulſio noſtra Margaritarum: Cum vero diſſolutæ Margaritæ non vbique reperiantur, & rationem diſſoluendi tradere nobis difficile ſit, præſertim imperitis pharmacopolis; hoc interim vtatur.

Emulſio margaritarum.

℞. Margaritar. præpar. ʒ ij.
Chryſolyt. præparat. ʒ j.

Commiſceantur cum Iulepo roſato & addatur aquę borraginis è floribus in vitreo vaſe deſtillatæ ℥ iiij.

Syrup. de ſucco borraginis ℥ j.
Aq. cinamomi ʒ ß.

Miſc. ſumat de hoc ſingulis diebus tria cochlearia, maxime cum malum moleſtat. Hi etiam morſuli matutinis horis aſſumpti plurimum proderunt.

Morſuli.

℞. Sacchari in aqua roſacea diſſoluti, & cum albumine oui agitati ℔. j. ß.
Piſtaceor. elot. & contuſ. ʒ vj.
Pinear. elotar. & inciſar. ℥ ß.
Specier. aromat. roſ. fideliter diſpenſatar. & completar. ʒ ij.
Olei Cinamomi gutt. ij.
Conſeruæ roſat. ℥ iij. fiat confectio in Morſulis.

Sumat de his vnum prius eloto ore & purgata lingua: quod matutinis horis omnino fieri debet. Non tamen quotidie his vtatur: ſed interdum prius indicata medicamenta (quæ non parum ad podagræ & doloris renalis curationem valent) ſumat.

Altera autem curationis ratio eſt, vt obſtructiones tollantur. In eo ego primas tribuo vel ſyrupo è ſucco centaurii maioris facto, vel radice ipſa in vino macerata, donec vinum ruborem à ſanguineo radicis ſucco contrahat. Syrupi ſumat duo vel tria cochlearia ante cænam: de vino quinque cochlearia tribus horis poſt parcam cœnam aſſumere licet, non obſtante, quod vinum omne ieiuno quaſi ventriculo ſumptum, podagricis maxime noxium ſit. Adhibentur quoque in hoc morbo multa amuleta: ſed ego iſtis omnibus emulſionem ex margaritis & Chryſolito præpono.

Obſtructiones quomodo tollantur.

Syrupus è ſucco centaurii minoris praſtantiſſimus in melancholia.

Amuleta.

De Renali dolore fateor me non ſatis certum eſſe: Cum autem plerumque affectiones renum cum podagricis coniungantur, & dolor in ea parte, qua renes & vreteres ſunt, percipiatur, ſane à calculo, vel certe materia craſſa, quæ calculum poſſit producere, accidere arbitror.

Renalis dolor.

A diureticis autem medicamẽtis, & quæ calculos pellere ſolent, abſtinendum diligenter moneo: Niſi enim illud factum fuerit, vere calculoſus efficietur, vel grauioribus doloribus, quam vel podagrici ſunt, vel Melancholicæ moleſtiæ, afficietur. Foris igitur ea quæ renes emollire, & materiam attenuare poſſint, quemadmodum doctrina Hippocratica monemur, adhibeat. Superiore æſtate cataplaſmate ex parietaria & emplaſtro ex cancris

Diuretica calculoſis vitanda.

Emplaſtrum ex cancris.

vſus

vſus ſum; quæ deinceps quoque poterunt vrgente malo adhiberi, ita tamen vt emollientia clyſteria, prius iniiciantur, & viæ communes vacuentur, quale hoc eſt:

Clyſter in calculo.

℞. Maluæ.
Parietariæ.
Vetonicæ an. m. iij.

Decoquantur in aqua puta, & diligenter exprimantur:

℞. Colaturæ ℥ xv.
Olei amygdalar. dulc. recent. amarar. an. ℥ j. ß.
Sacchari ℥ j.
Miſce.

Talia Clyſteria, quæ non continent medicamenta ſolutiua, nihil lædunt inteſtina, renes emolliunt, & cum oppreſſi excrementis inteſtinorum grauiter doleant, à dolore liberant; flatibus, qui in renali dolore morbum augent, viam aperiunt, & multis modis proſunt.

Vinaceorum facultas.

Cæterum cum Vinacei, de quibus ante dixi, moderato ſuo calore materiam collectam attenuent, ſubſtantiam autem renum molliorem reddant, ita vt calculi per eam facilius tranſeant, vel ſi ſola materia, nondum compacta, & excocta adſit, eam placide ſecernant, denique cum adſtringente facultate robur renibus addant, omnino velim ea renibus quoque atque vreteribus ſeu meatibus vrinariis inter duos panniculos lineos inuoluta, quinque ſaltem diebus vna hora matutina, aut ante cœnam applicari. Nam quin magnopere profuturæ ſint, non dubito, cum ratione, autoritate atq; experientia me edoctum ſciam. Remedia autem quæ intra corpus ſumuntur, propemodum infinita ſunt, ſed minime tuta. Ego vſum radicum Eryngii vel conditarum, vel in vino maceratarum, & ſyrupum è ſucco Veronicæ, omnibus aliis antefero. Etiamſi radices Rubi atque Ononidis, vbi caculi manifeſti iam ſunt, plurimum quoque valere non ignorem.

Syrupus è radicibus eringii. Syrupus è ſucco veronicæ.

Ab aquis veto deſtillatis, & omnibus diureticis abſtinendum; ſemel me monuiſſe ſatis. Ob renum quidem caliditatem hauſtus aquæ fragorum conuenientiſſimus, ſi modo ventriculus eam ferat; ſed vnguento hoc renes inungere longe tutius;

Deſtillata & diuretica non tuta.

Vnguentum pro renibus.

℞. Vnguenti Roſacei Meſ. ℥ j ß.
Olei amygdal. dulcium ℥ ß.
amarar. ʒ ij.
Miſce.

Adde aliud, quod renes emollit: Accipiatur ſuccus maluarum & miſceatur lento igne ad formam linimenti, eoque lumbi in ea parte, qua renes ſunt, vngantur.

Hæc omnibus medicamentis, quæ ſingulari modo à Chymiſtis, & principibus viris offeruntur qui ſæpe tamen opinione, & peruerſitate hominum falluntur, anteferenda eſſe certus ſum. Cum autem candide, ingenue, aperte & plane liberaliter communicauerim, ſpero eum, cui ſunt communicata, ita vſurum, ne Medici indocti qui ex aliorum laboribus atque induſtria ſua conſectatur commoda, nomen mereatur, operamque daturum, vt Cratonem hæc ſcripſiſſe non pœniteat. DEVS æternus fons omnis boni, & qui dat ſalutem ægris, Medicisque facultatem iuuandi benigne ea quæ & optimo & fidiſſimo animo perſcripſi, fortunet.

In affectionibus, & doloribus articulorum, ac humoribus in articulos defluentibus.

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCXLVII.

HOc malum in tanta viuendi licentia non modo frequens fit, ſed ita homines affligit & debilitat, vt planè vti membris non poſſint. Eſt autem communis opinio, morbum hunc curabilē non eſſe, quam falſam eſſe multorum temperanter viuentium exempla docent; quin & ratio id euidenter probat. Quia enim curatio morbi ablatio eſt cauſæ facientis morbum: duæ autem cauſæ ſunt morbum gignentes, humores vel à capite, vel toto decumbētes, & debilitas pedum vel articulorum, quæ duo impoſſibile non eſt tollere: ſequitur quibus in corporibus naturalis calor, qui humores abſumit, nō prorſus eſt proſtratus, neq; membra & articuli extreme debilitati ſunt, in iis podagram poſſe curationē admittere. Quod vero reſtituuntur pauci, intemperantia facit primum, deinde humorum varietas. Præterea quod id, quod roborandis partibus adhibetur, temperamento humorum debet eſſe conueniens. Experimenta vero in his non ſolum periculoſa, ſed etiam fallacia. Quoniam autē in omnibus rebus eſt ſatius præoccurrere, quam poſt factum deliberare & auxilia quærere, prius præſeruationis modum ponam. Quod ad humores attinet, vt non colligantur, modus & ratio obſeruanda, non modo in victu, ſed omnibus, quæ alterare corpus poſſunt, & res non naturales appellantur, vt aer, ſomnus, venus affectus animi, motus, euacuatio excrementorum,

Arthritis nō incurabilis.

In quibus podagra ſit curabilis.

Præſeruatio.

præcipue cibus & potus, ne quis exceſſus vim naturæ inferat, vini immoderatus vſus peſſimus. Et quia inter vinum & braſſicam naturalis quædam anthia eſt, vtile creditur ſi podagrici frequenter braſſica, & pane hordeaceo fruantur. Quod ſi quis ita ſibi moderari in victu non poteſt, vt prouentus materiæ caueatur, ei vix vllum præſidium relictum eſt, ne ea quidem quæ roborare alias calorem poſſunt: Nam quamuis modus adhibetur in his omnibus, nihilominus tamen difficile eſt aliquid efficere, ne dum apud flagitioſe incontinentes, cum ſemper in his excrementa adſint, & natura ab his lædatur, cum recipit toties iofluxum materierum. Vt autem iis ſubueniatur, qui obſequi præceptis & moderari ſibi poſſunt, opera danda, ne colligantur humores ſuperflui, ſed ſingulis annis bis certis temporibus à medico præſente expurgentur, qui medicamenta vſurpet, neque calorem, neq; ventriculum labefactātia, & quia facile poſſunt vomere, i id ſingulis menſibus faciant, ſin minus lene phlegmagogon eligant. Ad id prodeſt mechoaca puluerifata, ita vt ad vnam vnciam pulueris tres vnciæ amygdalarum, & tres vnciç ſacchari addantur, miſceantur cum aqua roſarum, & fiat maſſa vt panis marcius, de quo vncias duas ante cibum ſumat. Si ſatis non purgat, doſis augeatur. Vtiliter etiam aſſumitur pillularum maſtichinarū ʒj. cum agarici trochiſcati ℈j. cum oxymelite vel ſucco zinziberis in pillularum formā, quales ſuni commode poſſunt, redacta. Cętera fortiora podagricis non ſuadeo. Et ne tantum ex internis partibus pituitoſa educantur, ſed & ſeroſi humores, qui maxime defluxum faciunt; neceſſarium eſt ad præcautionem, vt quotidie vel ſæpius in ſeptimana ad mouendum ſudorem aſſumatur cochleare vnum de hoc deſtillato:

Braſſica. Panis hordeaceus.

Podagrici helluones nunquam curantur.

Phlegmagogon Mechoaca

Panis marcius

Deſtill. ſudoriferum.

℞. Mel. ſſ. valerian. & baccas iuniperi, aſpergantur vino bono dulci, & in aqua meliſſæ macerentur, ac in vitro deſtillentur bene operto vaſe, & ex eo ſumatur cochleare vnum quotidie. Sed à ſudore caput & totum corpus mundetur, & caput lixiuio, in quo coctum ſit polytrichū, ante cœnam lauetur, caueatque à lotione aerem. Quod ſi vires cōſtant, valde profuerit præmiſſis purgationibus Guaiaci decocto vti, ſed ita præparato:

Guaiaci decoctum.

℞. Ligni Guaiaci limitati ℔. j ß.

Infunde aquam feruentem, & ſtent diebus duodecim vaſe bene munito vitreato. Huius ſume ℔ j. & adde lib. xii. aquæ, coquatur ad dimidium, in fine iniice pugillos tres chamædryos. Bibe de eo decem diebus vncias ſex. Poſtea viginti diebus veſperi & manè duabus ſemper horis ante cibum, vt à prandio ad cœnam interſint horæ ſeptem vel octo, & ſudes, ſi potes, horam vnam. Poſtremo rurſus bibe decem diebus ſingulis ſemel, vt ita bibatur diebus quadraginta. Vitentur interea acetoſa & ſalſa nimium, & in vno prandio & cœna ferculo vno ſit contētus, carne veruecina, vel gallinarum cum vuis paſſis. Si poteſt ferre adhibeatur cibo ſecundum decoctum, in quo ad ℔. j. ligni, viginti libræ aquæ affundātur, & decoquantur ad tertias appeoſo cinamomo in linteolo. Hoc remedio non modo multi podagræ diu reſtiterūt, ſed in vniuerſum ab ea ſeſe liberarunt. Quod vero ad roborationē attinet partium, & ſublationem materiæ peccantis in articulis, ſunt thermæ, in quibus eſt vena cuprea, valde conuenientes; ſed non poſſunt plus iuuare, quam calor ſinit ioſitus. Multi confidunt ſenecione, quæ ſecunda eius ſpecies eſt, & herba S. Iacobi vocatur, ſi in ea laueot quindecim diebus, ſemper dimidiam horam ante cœnam: aliqui & bis de die. Sed quia natura, & materia morborum diſſimilis eſt, etiam vis non eadem ſe oſtendit io omnibus. In omnibus lotionibus dum vſurpantur, vel ſub ingreſſum, vapor adhibeodus eſt pedibus ex baccis iuniperi, ſtorace calamita, Benzoino, caryophyllis puluerifatis, vel trochiſcis pro fumo. Multi ſalutariter vtuntur ligno iuniperi, & in eo aliquot diebus lauant, & maximè laudant ad roborandos articulos. Sane non eſt inutile refrigerans partibus. In primis autem laudatur hoc vnguentum:

Roboratio.

Thermæ cupreæ.

Senecio.

Lignum iuniperi.

℞. Duas ollas ſupra æqualiter reſpondentes. In medio pone orbem incruſtatum vſtum, ſed plenum foraminibus, & ita infima olla terræ infodiatur, huic primæ impone ollam alterā, quæ ſupra terram emineat, in hanc inſere oſſa contuſa caluariæ equinę, & cum bene argilla munitum vas eſt, ignis incendatur vndique (ſicut cum deſtillatur lignum iuniperi) tum effluit materia in inferiorem ollam. Hanc materiam ſen ſuccum vitro infunde, & illine deorſum articulos. Alii etiam oſſibus humanis ad id vtuntur, aliqui etiam puluere humaorum oſſium, ſed hæc non proſunt ad membra roboranda. Quod autem vſus oſſium exiccet, atque ita podagricos iuuet, negari nō poteſt. Sequuntur remedia ad dolorem leniendū. Multi exiſtimant in doloribus nihil eſſe vſurpandum aut applicandum. Ferri poteſt hæc opinio, niſi id fiat à præſtantibus Medicis, ſed iis, qui neq; tempus morbi, neq; materiem conſiderant, verum quia defluxu iſto partes admodum debilitantur, & morbus producitur, non eſt reiiciendum prudentis Medici conſilium. Nam omnino magna opus eſt

Vnguentum ex oſſibus roborans.

Anodyna.

Prudentia in vſu topicorum adhibenda.

in vſu

in vſu cautione. Nam quæ in principio dolorum & affluxus proſunt, non conueniunt ſtatui, multoque minus declinationi, aut fini. Igitur & propter intempeſtiuum vſum & varietatem materiæ ſæpe non iuuat, quod iuuit alios.

Topica in principio.

Initio adhibenda, quæ articulos roborant, & affluxum prohibent vt cornu cerui coctum in aqua verbaſci, & applicatum foris. Item ſantali rubri in aqua plantaginis verbaſci ad lētum ignem deſtillata loco affecto applicati.

In augmento.

Poſtquam affluxit materia, & tumeſcere locus incipit, ſume aquam deſtillatam verbaſci, adde myrrham, vel medullam panis albi triticei cum lacte, luteo oui & croco, & impone. Coquatur item artemiſiæ pugillus vnus, & in expreſſione intinge panem, & parti affectæ adhibe: ſuccus item parietariæ cum lacte caprino miſtus impoſitus.

In ſtatu emplaſt. Anodynon.

Dolorem in paroxyſmo lenit in magna inflammatione emplaſtrum factum ex aqua roſatum & veronicę ex pauco alumine campbora, & fimo vaccæ nigræ loco affecto impoſitum. Item:

Balſamum quo intolerabilem dolorem arthriticum leniens.

℞. Maſtich.
Thuris.
Myrrhæ.
Ammoniac.
Oppopanac.
Bdellij.
Mumiæ an. ℥ ij.
Vitrioli ℔. j.
Mellis ℔. ij.
Tartari ℥ j. ß.
Spiritus vini ℔. iiij.

Deſtill. id præbet optimum balſamum, lenit mirifice, ſi penna illinatur, etiam intolerabilem dolorem.

Decoctum ebuli.

Item decoctum ebuli cum fabarum polline, butyro recenti, æquis partibus in olla miſtis, impone furno, vt fiat quaſi vnguentum, illine locum, qui maxime dolet.

Vnguentum Aqua verbaſci.

Idem præſtat aqua verbaſci florentis in vino rubro deſtillata applicata. Item vinum rubrum & oleum roſatum miſta. Item olei roſacei ℔. j. Ranæ duæ, & pugillus vnus lumbricorum in vino lotorum, ad ignem coquantur, exprimantur, & applicentur.

Radix aron ſingulare contra dolorem remedium.

Radix etiam aron miſta cum ſtercore vaccæ eſt ſingulare contra dolores. Item fomentum ex decocto radicis vrticæ. Item vrina deſtillata pueri penna illita, modo prius putrefacta ſit ante deſtillationem.

Ol. hyoſcyami articulos deprauat.

Oleum etiam hyoſcyami cõmendauit Imperatori Maximiliano Elector Palatinus. Dolorem ſedat quidem, ſed articulos deprauat.

Ol hypericonis.

Oleum Hypericonis cum terebinthina & lumbricis in frigida podagra vſurpant & chirurgi, & valde vtile eſt refrigeratis partibus. Huius deſcriptio & præparatio valde copioſa eſt, & omnibus pharmacopolis nota. Iuuat etiam catellus dolores podagricos: Item braſſica in aceto cocta, adiectis duobus oui luteis, & pauco aceto roſarum. Item pulicaria in oleo macerata, & nodis podagricorum applicata. Item muſcus terreſtris cõtuſus calidæ podagræ dolores tollit. Item rapæ coctæ & emplaſtri modo applicatæ. Item muſcus communis coctus vtilis calidis doloribus. Sedat etiam pulegium ſi ad ruborem vſque imponatur. Frigidam materiam euocat ſuccos cæparum illitus aſperſo pipere. Deinde ſpongia vino imbuta, in quo cuminum coctum ſit. Helleborus albus coctus & petroſelinum impoſitum.

Ad viſcoſos humores.

Ad viſcoſos humores in articulis podagricorum fumus ſeu vapor vtilis ex erica cũ floribus, & balneum ex eadem. Item lixiuium ex cinere fagi cum forti vino pedibus vtile eſt, ſi mane & veſperi ante cibum imponantur.

In tumore.

Cum intumeſcunt membra coque roriſmarini herbam & radicem in aceto, & pedes ex eadem laua.

In tophis.

Cum materia in articulis induruit, caſeum veterem ſume, & vſtum lapidem moralem puluериſatum miſce in decocto crurum ſuillorum. Radix item cannabis cocta & tuſa impoſita.

In declinatione.

Cum defecerunt dolores, & articuli ægre mouentur, ſume abſinthium, origanum, agrimoniam, & artemiſiã, coque in aqua & vino, & fomenta pedes: alii in lixiuio coquunt acri, & immittunt pedes, apparet plus poſſe, ſed non ad diuturnitatem.

Iſchiadici dolores non ferunt purgationes. Flores verbaſci.

Iſchiadici dolores purgationes non ferunt. Nam humores magis in ea loca decumbunt: vtilius flores verbaſci in triticea cereuiſia coctos imponere. Emplaſtrum etiam ex lacte, vitellis & pane, ſed pro albo pane ſumatur panis autopyrus, & admiſceatur aliquid verbaſci vel candelæ regiæ.

Veſicatorium ex piperitide.

Item piperitis cum helenio in forma emplaſtri impoſita puſtulas paruas efficiunt aquoſas, & cum aperiuntur dolorem ſedant. Item ſiſymbrium contuſum & impoſitum. Item pulegium eodem modo vſurpatum. Idem chamædrys, vel etiam verbenæ decoctum per tres dies ſumptum. Item: Bryonia vel vitis alba contuſa & emplaſtri loco impoſita. Item Peucedani radix puluеriſata & cum aceto & oleo mixta impoſita. Item folia vrticæ & pulegium in oleo oliuatum cocta. Item calx illota aquæ fontanæ iniecta, & per triduum impoſita.

Clyſter.

Si quando in hac affectione purgatio eſt neceſſaria, fiat clyſter ex centaurio, melle, & butyro. Si in omnibus articulis furit & arthritis eſt, externa remedia omittenda ſunt, & corpus per medicum ſecundum generalem curandi rationem expurgetur.

Arthritis vaga.

Eſt & ſpecies arthritidis, quæ vaga dicitur, quod exacerbationes ab vno membro in aliud deferantur. Niſi id eſt à

fluxionibus gallicis decoctum vrticæ vtiliter bibitur.

In debilitate articulorum, vigiliis, & alui conſtipatione, pro quodam Generoſo, Domino,

D. IOH. CRATONIS
CONSILIVM CCXLVIII.

GENEROSE & Illuſtris Domine, intellexi ceſſaſſe dolores podagricos, ſed membra languere, & vigilias eſſe moleſtas, & aluum conſtipatam. Quanquam autem de his non valde expetitur meum cõſilium, & Medicis ipſis auxilia non defutura ſunt, tamen debitæ obſeruantiæ, & commodi publici ratione habita, hæc pauca monere viſum fuit. Primum nihil vtilius ad roborandos articulos fomento ex origano, arteniſia, & abſinthio, cum paucis roſis in vino coctis, & adhibito decocto pedibus per vaporem tantum. Pro ſomno nihil vtilius, quam veſperi ſolo vino Pucino vti, ſed bene defecato, quod ſi flatus generaret, corrigi poſſet admiſtis foliis roriſmarini in eo maceratis. Aluus aperitur, ſi in eodem vino Pucino (German. Reinfall) pruna Borinnenſia macerentur, & ante cœnam edantur. Nullum enim purgans cenſeo vtile, qualecunq; id ſit. Nec vtile eſt naturam frequentibus clyſteribus, quaſi ignauam reddere. Nec eſt quod quicquam ſenex moueatur alui adſtrictione, cum id magis conſeruationi virium proſit, quam aluus fluida, & quam facile ſolutam aluum deiectio virium in ſene ſequitur, quæ non facile recuperari in his poſſunt. Vinum, quod lac, ac præcipuum nutrimentum ſenum eſt, purgantibus miſcere non placet, ne natura auerſetur. Butyrum cum ſaccharo optima eſt medicina ſenum in aluo lenienda. Et ſi ſumantur radices petroſelini, & bene coquantur, addatur butyrum recens & ſaccharum, deq; eo brodio hanſtus ſumatur ante prandiũ, non modo alui lenitio ſequetur, ſed & vias vrinæ à calculo purgabit. Hic Medicis conſideranda propono ſalſamenta, quibus in hoc caſu veteres vſi ſunt, & à nobis magno incommodo ægrorum intermittuntur. Nam certum eſt ea ſalſamenta non ſolum pituitam incidere, deiicere, & ita aluum mouera, ſed & ventriculum vehementer roborare, coctionem iuuare, & appetentiam excitare. De quo plura monebo, ſi intellexero, ad quod genus ſalſamenti maxime inclinet Illuſtris Dominus. Verum cum pruritus corporis adeſt, abſtinendum à ſalſamentis & ſalitis cibis, etſi alias ad ſoluendam aluum multum conducant. Sudorifera in hoc corpore locum non habent. Malim inunctionẽ ex oleo violarum purpurearum cum pinguedine gallinę, & medulla ceruina, quæ etiam ſomnum adiuuaret.

Corroborantia.

Pro ſomno.

Aluum lenientia.

Alui adſtrictio ſenib. commoda.

Vinum purgantibus nõ miſcendum.

Butyrum cum ſaccharo.

Salſamenta.

Inunctio.

In dolore Iſchiadico, pro quodam Barone Vngaro,

D. IOH. CRATONIS
CONSILIVM CCXLIX.

DECEM præteriere menſes, ex quo Magnificus Dominus quibuſdam torqueri cœpit doloribus. Primo etenim occurſu genu dextrum inuaſerunt: qui aliquandiu ibi perſeuerantes, tandem ad commiſſuram fœmoris cum coxendice aſcenderunt: ne illic quidem, firmam conſtituerunt ſedem, ſed oberrando, modo hunc, modo illum articulum vehementiſſime excruciarunt: imo & interiacentes muſculi in tumorem eleuari, motu conuulſiuo humoris hinc inde diſcurrentis manifeſtum edidere ſpecimen, ſequutus è veſtigio vehementiſſimus dolor, qui plurimas noctes inſomnes agere coegit, cum totius pedis (cui ne inſiſtere quidem poterat) motus ablatione, eum eum neque contrahere, neque extendere, multo minus in gyrum agere potuerit. Septimo poſt inuaſionem menſe accerſito Medico, leuibus vſus eſt purgantibus, ne quicquam præter veſicatorium appoſitum fuit, è quo hoc beneficii dicit ſe conſecutum, quod non amplius vagans humor ſit deprehenſus, ſed ſuperioribus relictis quaſi in genu totus decubuerit, vbi & nunc ſæuiſſimos fert cruciatus, ſi intempeſtiue ſeruorum negligentia pes eleuatus fuerit. Deinceps in natis dextræ apice, vix vlla in commiſſura fœmoris cum coxa percepta moleſtia, quam leuiter etiam in orbem ducere poteſt, dolores ſe obſeruare conqueritur. His remedia adhiberi matura deliberatione poſcit Magnif. D. quæ tum demum rite conſcribi poterunt, vbi hæc ſymptomata ad ſuos morbos, & cauſas, tanquam ad ſua capita reducentur. Quicquid articulos corporis humani præter naturã afficit, arthritidis denominationem ſortitur, ſola excepta membri luxatione, potiſſimum ſi à defluxione originem traxerit. Vbi enim fluxio imum pedem vniuerſum, aut eius particulas, pollicem, tarſum aut calcem occupauerit, podagra nuncupatur: ſi genua, gonagra; ſi coxam iſchias ſeu coxendicum morbus; ſi manus, chiragra: ſcapulas ſæpe & claniculatum circa iugulum commiſſuram inuadit, quæ tamen

Generale articulorum doloris nomen arthritis.

cum

cum à morbo venereo frequentius oboriatur, nulla certa appellatione hactenus inſignita eſt, ſed inter illius luis accidentia reiecta fuit. Cauſa propinqua omnium defluxionum eſt humor, & is quidem vel ſanguineus, bilioſus, melancholicus, pituiroſus, vel ſeorſum quilibet, aut plures ſimul (quod frequentius euenit) permixti. Fons defluxionum perennis dicitur eſſe cerebrum: neque tamen inficias ire poſſumus ex inferioribus viſceribus cerebro materiam copioſiorem ſuppeditari, quam cum conficere nequeat frigiditate ſua (ceu in media aeris regione pluuiæ & nubes) concreſcere faciens in ſubiectas partes prolabi concedit. Neque ſufficit cognouiſſe membrum mandans, niſi etiam explorata nobis fuerit membri ſuſcipientis imbecillitas. Ita ſiquidem naturæ prouidæ induſtria comparatum eſt, vt nobiliora, & ob id validiora membra ſua excrementa ſuperflua ignobilioribus & debilioribus tranſmittant, quæ ſi porro protrudere nequeunt, tutos receptus illis præbent. Vnde hanc imbecillitatem pedes Mag. D. contraxerint, inquirendum. Temperamentum equidem Mag. D. à prima generationis origine fuit calidum & humidum, cuius merito abundaſſe ipſum ſanguine, qui etiam nunc rerum in ipſius corpore potitur, nemini eſt dubium. Progrediente poſt modum ætate ob continuam triplicis ſubſtantiæ abſumptionem, quæ reſarciri minime poteſt, veritati conſentaneum eſt calorem non nihil remiſiſſe. Si victus rationem conſideremus, qua vix quicquam magis inordinatum excogitari poteſt, ex comeſſationibus compotationibuſque crudas materias coaceruatas. Vnde proceſſu temporis etiam temperamentum ad frigidius permutari potuiſſe coniicimus. Poſita igitur ſanguinis & pituitæ redundantia, cui acceſſit non nihil biles ex generoſorum vinorum & aromatis conditorum ciborum quotidiano vſu. Cur magis dextrum crus, quam ſiniſtrum fuerit affectum non mirum. Vulnus habet Mag. D. quod in pueritia adhuc illi inflictum eſt, in genu dextro, aliud quoque paulo ſupra genu prope eo loci, vbi ſextus muſculus crus mouens inſeritur palmæ à genu longitudine. Deinceps & diu vlcera in tibiis habuit. Hæc materiam ſua ſponte ad procliuia loca tendentem receperunt, & ob debilitatem ex vulnere, ob frigiditatem lõgius propellere nequiuerunt, ſed illic cumulatam detinuerũt. Et quia alias podagra laborauit, niſi oportunis circa prima initia illi occurſum fuerit remediis, mos eſt morbi vt occupatis pedibus altius tendat, & primum genua, tum cuxas & manus inuadat.

Materia fluxionis.

Membrum mandans.

Membrum recipiens.

Cauſa imbecillitatis pedum.

Morbus igitur iſte eſt arthritis, & quidem coxondicus morbus, cum gonagra, quæ totum pedẽ contraxerunt, vt extendere eum minime valeat. Curandus itaq; eſt præmiſſo prius augurio. Decimeſtris eſt morbus, principiis non eſt obuiam itum, materia in profundo latet, vnde non niſi vehementiſſimis educitur remediis, eaque iam ob diuturnitatem frigidior reddita, adeo parti eſt impacta, vt leuibus & paucis remediis non ſit ceſſura. Inſtat autumnus & hyems frigidis, & quidem articularibus morbis infeſta. In dubium etiam vocari poſſit ægri obedientia, præſertim abſente Medico. Hæc male nos ſperare iuberent, niſi contrarium ſuaderet Mag. D. ætas nondum conſiſtentem egreſſa, pręterea temperamentum adhuc calidum & humidum, conſtitutio corporis robuſta & virilis, quæ ſpem nobis pariunt naturæ & medicamẽtorum beneficio morbum euictum iri, atq; exquiſitiſſima victus ratione, non neglectis remediis, quæ paulo poſt ſubiicientur. Nec id tamen integre pollicemur ante tepores vernos aduentantes: tutus & ſecurus eſſe poterit per autumnum & hyemem ne denuo cruciatus intolerabiles inuadant. Perfectam autem curationem, & in integrum reſtitutionem ante vernum tempus ægre adipiſci poterit.

Prognoſtica.

Autumnus & hyems arthriticis infeſta.

Victus ratio huiuſmodi erit: Aerem ſalubrem requirat, non ob paludes vicinas obſcurum, vel caliginoſum, ſed ventis peruia ſit habitatio, præſertim Aquilonibus & Euris. Frigidum quicquid ſit, neruis, & morbis illos obſidentibus infeſtum. Maximopere ergo ab aere frigido nocturnoq; cauendum, quia cerebro ceu è ſpongia humores exprimendo ad ima prolabi facit. Hyeme in ęſtuariis corrigi poterit igne modico, qui nimius quoq; ſi fuerit vitio non caret, quia, ſicut & apricatio ſub ſole calidiore fundit & liquat humores, vnde promptius fluunt. Mediocritas igitur obſeruanda.

Victus ratio.

Aer nec nimis calidus, nec nimis frigidus.

Sit modus in rebus, ſint certi denique fines.

Paulo calidior tamen aer frigidiori præferendus, quia actionib. naturæ magis amicus calor. In victus ratione patrium & gentilem morem prorſus dediſcere oportet. Copioſa enim aromata, licet non generent humores frigidos, nihilominus vectoris munus ſubeunt, & materiam ad penitiores partes ſua tenuitate traducunt, vbi cum exhalare nõ poſſint, ob loci frigiditatem incraſſantur, & impacti dolores ciere conſueuerunt. Eadem generoſi vini eſt ratio, nec non cœparũ, alliorum, raphani, tam domeſtici, quam agreſtis, ſinapi. ex quibus quotidie menſas non tam ornant, quam onerant. Panis vtatur ſimilaceo puro, licet interdum &

Aromata noxia.

ſyncomiſto vti qui ob furfuris aliquid, quod relictum eſt, aliquam vim detergendi conſequitur cuius merito & aluum mouet.

Carnes.

Carnibus vtatur vitulinis, hœdinis, has tamen petroſelino & pipere modico conquaſſato, ſi humidiores videantur, corrigere poterit. Caponis caro & gallinaceorum præfertur in iure ſimplici. Immodicum tamen & frequentiorem vſum Medici Podagricis minime tutum cenſent. Volucres omnes, præter quam paluſtres, & alias quaſdam difficilis concoctionis, malive ſucci, conducunt, vt phaſiani, turdi, merulæ, perdices. Anates & anſeres craſſum ſuccum generant, ægrè concoquuntur, ideo minus laudati. Pipiones ſeu columbæ, ſi in domeſtica corte alantur, obeſiores, non admodum probantur, ſylueſtres, ſeu palumbi interdum ex indulgentia conceduntur.

Piſces.

Piſces omnes, quia crudum, pituitoſumque ſuccum generant, prohibiti, potiſſimum vitandi grandiores, vt eſoces, & paluſtres ac lutulenti, viſcidiq;. vti tenchæ, cyprini, anguillæ: quidam tamen interdum moderate poſſent concedi, velut, luciũ, percæ, truttæ ſiue auratæ. Quemadmodũ & omnia lacticinia, vſq; adeo vt hæc ſola cibaria materiã vberẽm generandi morbi articularis ſuppeditare poſſint. Saxatiliũ eſu modico, & truttarũ non in vniuerſum interdictum erit, præſertim ſi vino atq; aceto bene cocti, & accommodatis quibuſdã herbis conditi apponantur. Tum enim aliqua viſciditatis aufertur portio, ſaliti vero piſces fumo exiccati, & indurati, à mẽſis in totum arceantur, vti quoq; carnes fumo exiccatæ, aut ſale maceratæ, bubulæ, ceruinæ, aprinæ, ſuillæ recentes, vel inueteratę, & ex iis confecta farcimina. Negotium enim faceſſunt ventriculo, & cum ægre concoqui poſſint, plurimum illis conficiendis laboris impendit ventriculus, & ex neceſſitate multa cruda coctionem ſubterfugientia relinquuntur. Caſeus è lacticiniorum genere eſt, quare peius cane & angue illi exoſus eſſe debet.

Olera.

Olera nõ admodum laudatum ſuccum producunt, ſpinachia, beta, aſpargi, radices cichoriũ iuſculo carnis incocta interdum, ſed rato aſſumi poſſunt. Braſſica vel recens cum cremore lactis, vel ſalita cum lardo concedi vix poſſunt. Legumina, piſa, lentes, fabę, quia flatus gignunt, qui vias dilatant, & expeditum humori fluenti iter præbent, improbantur. Summatim hæc referendo omnia alimenta quæcunque multum ſanguinis generant, vt oua ſorbilia, & carnium iuſcula pinguia, aut quæ frigidum crudum, pituitoſum, vt piſces, fungi, extimeſcenda. Præterea quæ crudum ſuccum ad articulos deducere poſſunt, inter quæ ſunt aromata, quæ excepto pipere perpetuo mulctari debent à culinis exilio,

Aromatum vſus pernicioſus.

Vinum gonet oſum ieiuno ſtomacho hauſtum, ſinapi, allium, radices vel ſemina aperientia.

Mulſa.

Loco vini vtatur mulſa, quæ ſic conficienda: ſumat betonicam, iuam, & roſmarinum herbas, quas aquæ fontanæ incoquat, & mellis deſpumati addat, quantum voluerit, ne ingratus ſit illi dulcis ſapor nimius. Ratione ventriculi nonnihil calami aromatici addicere poterit. Aut ſi penitus vino abſtinere non poterit muſti duabus amphoris tertiam aquæ, cui incoctæ ſunt herbæ ſupra deſcriptæ adiiciat, & ita bullire dum ſua ſponte ferueat muſtum permittat: vbi reſederit potus quotidiani loco vtatur. Alioqui vinum pernicioſiſſimum eſſe Mag. D. ſibi certiſſime perſuadeat. Quo ad ſomnum, tempeſtiue cubitum ſe conferat, tribus tamen à cœna horis.

Somnus meridianus cum catarrhoſis noxius.

Meridianum fugiat, quia replet caput, & quoniam non iuſtum ſpacium temporis illi conceditur, quo vapores à coctione eleuatos diſcutere poſſit, neceſſario illic crudi exiſtentes catarrhorum occaſionem præbent, ſatius eſt, ſi quid nocturno ſomno derogatum fuerit, ſub auroram, vel ante prandium compenſare. Exercitia ſi quicquam aliud plurimum Mag. D. conducerent: & quia pedibus eſt captus, manibus ſeſe exerceat, geſticulando, velitando, & palæſtricam exercendo, vel ſi hoc negetur, ferram trahendo, vel ante prandiũ vehi equo, aut curru geſtarique debet, vt corpus aliquantiſper congeſtos crudos ex diuturno decubitu ſuccos ſenſim diſcutiat: calor quoque acuatur natiuus, vt poſtmodum alimenta ſynceere conficiat, crudaque abſumat. Pedibus parcat ne afflictis maiorem addat afflictionem. Veneris vſus ſuperfluus neruoſo generi inimicus. Ideo illi nimium indulgere noxium. At ſi natura poſtularit non niſi poſt primum ſomnum, vel ante cœnam, cum coctione abſoluta minus podagricis noxius ſit, exercendus. Tum vero primum ex vſu fuiſſe dicetur, vbi leuius ſeſe habere, & melius ſpirare deprehẽderit.

Balnea.

Balnea aquæ dulcis præſertim prandium excipientia vehementer improbantur, quia laxant neruoſas partes, & articulos, vt facilius alimentum nondum in ventriculo confectum illabatur, teporeque ſuo quaſi effœminatos reddunt artus.

Animi affectus noxii.

Quo ad animi affectus, iram, excandeſcentiam inprimis vitare oportet, quia iſtis affectibus ſanguis commouetur, fluidior redditur, ſpiritus fluctuant, & ita impetu quodam perturbatus ſanguis, cum calore etiam acrior redditus, quamuis debilitatam ante occupat partem. Hilarioati

quo

qno ad eius fieri poteſt, & vitæ conditio indulget, ſtudeat. à terrore, odio, triſtitia alienus ſit. Et cum in hoc potiſſimum morbo ex læſa ſæpins patiētia in furorem ſæpe prorumpant, inprimis canenda eſt nimia indignatio, quia bilem commouet, doloreſqoe acriores inuehit. Curationem autem hoc pacto exordietur. Defluxio cum pariat malum, cura adhibenda eſt membro mandāti & recipienti. illud quidem ablationem ſuperflui poſcit, ne reſiduum quid ſuperſir, quod ablegari poſſit, boc vero corroborationem ne ſuſcipiat excrementa, ad ſeſe tranſmiſſa. His tota curatio abſoluetur ſcopis, ſi corpus adeo mondum fuerit, vt nihil redundans reperiatur, quod articulis committi poſſit, iique tantum adepri fuerint roboris, vt licet adſit materia, eam tamen non admittant, ſed aliorſum propellant, vel per halitum calor innatus ea diſcutiat. Prouentus excrementorum proba victus ratione impeditur quidem, cum tamen in omni coctione excrementa relinquantur, ab iis corpus præſeruare plane eſt impoſſihile. Redundantia ergo auferatur hoc pacto, ſi lenitiuo præmiſſo, quod primos ductus aliquātiſper vacnat, vena ſecetur, poſtmodum ſyrupis materia ad plenariam expulſionem præparetur:

Bolus.

℞. Pulpæ caſſiæ recens extract. ℥j. Vel ʒx.
Specier. hieræ ſimpl. ʒij.
Miſce cum ſaccharo. f. bolus.

Eius loco lenitiuum electuarium, vel catbolicon vſurpari poterit. vel:

℞. El. lenitini ʒvj.
Agaric. rec. trochiſc. ℈ij.
Cum ſyrupo conſeruationis zinzib. f. bolus.

Vena ſectio.

Poſtero die vena ſecanda, & quidem interna dextri lateris. tum quia plus vacuat vena magna, tum quia eſt è latere dolente ſecundum rectitudinem plus aliarum ſectione conducet. Sanguis ad libram vnam emltti ſecure poterit. Hinc ad decocta, vel ſyrnpos præparatorios deueniendum, qui fiunt ex radicibus, herbis, ſeminibus aperientibus, incidentibus, attenuantibus, & diſcutientibus. Puta radice fœniculi, aſparagi, graminis, polypodii, enulæ, iridis. Herbis vero betonicæ, roriſmarini, marrubij, ſaluiæ, chamædryos, chamæpit. hyſſopi, maioranæ, ſerpilli, pulegii, origani, quib. ratione iecoris agrimonia, capilli veneris, cichorium, endiuia, cetrach adiici poterunt. E ſeminibus rutæ, aniſi, petroſelini, dauci. E floríb. bugloſſa, borrago, chamomilla. Ex his decocta parari poſſunt, & in colatura diſſolu. ſyrup. de betonica, de ſtœchade, artemiſia, hyſſopo, praſſio, oxymel. ſimpl. & diureticum, fortaſſis tandem etiam ſcylliticnm. Hi ſyrupi ſub finem clarificari poſſunt, & aromatiſari cum pauco cinamomi caryophyllorumq; vel ſpeciebus Diagalangæ, aromatici ve roſati. Decocto neceſſario ſemper aliquid agarici in petia ligati ratione ſubducendæ pituitæ adiungendū eſt.

Clyſteres acres iſchiadicis conferunt.

Dum hos bibit ſyrupos, aluus ciēda clyſteribus acribus, adeo vt etiam prouocent ſanguinem. Ita enim conferre nonnullis viſum eſt in iſchiade. Fiant ex herbis emollienſibus, quibus ſemina carminantia adiiciantur, necnon centaurea minor, agarici & colocyntbidis nonnihil. In colatura autem diſſoluantur olea liliorum alborum, chamomelin. rutacei. Electuaria vero, hirea Dicolocynthidis & Logodionis, benedicta laxatiua, aloes nonnihil cum ſale copioſo ad maiorem irritationem. Indum quoque & Diaphœnicon ex vſu fuerint in clyſmatib. Syrupos decem dies continuos bibere poterit tertio quoque die, ſi ita videbitur, reiterato clyſtere. Abſolutis iis, medicamenta, quæ à longinquo trahunt exhibenda, coius generis ſunt pillulæ cochiæ, aggregatiuæ, fœtidæ, de hermodactylis, indæ, lucis maiores, quib. aliquid trochiſcorum de colocynthide, aut hieræ Hermetis adiici poterit. Pillulas ſi pondere ʒj. ß. ſumpſerit, ita demum operaturas credat.

Topica.

Interea temporis poterit locum affectum inungere oleo liliorum, irino, lumbricorum, de Euphorbio, viperioo, caſtoreo.

Ol. philoſophorum.

Maximam autem vim habet lateritium, quod philoſophorum vocant, cum petroleo ſeu naphtha permixtū. Oleum de pullis ciconiarū nonnulli conficinnt, cui axungiam ſerpentinā adiicinnt.

Ol. è tera cum adipe humano.

Genu illinere poterit oleo de cera, cui adeps bumanus adiūctus fuerit. Emplaſtrum ex terebinthina, cui inſperſus fuerit puluis hermodactylorum, nonnullis vehementer probatur, ſi coxæ & vniuerſo femori applicatum fuerit.

Filum crudum coctum

Filum crudū aliqui feliciſſimo ſucceſſu lixiuio acri incoquunt, & fernēs prope loco affecto vna cum cineribus ſuperimponunt. Cuius loco alii pelles animalium præferunt, quibus amiciunt femur & coxendices, coque ſolo remedio plurimos ſanaſſe affirmant.

Vinacea.

Sed tutiſſimum nunc eſt totum pedem immergere matutinis horis vinaceis, quæ ſi non ſatis calent, muſtum calefactum iis affundat. His ſi non ceſſerit materia ineunte vere rurſus expurgato corpore ad veſicatoria, rubrificantia, ſinapiſmoſque noſmet conuertere decet.

Veſicatoria.

Hæc fiunt è Thapſia, ſtercore columbino, caricis, vel fermento exceptis, aut ranunculo, flammula, cum lixiuio acri &

caricis fiat emplaſtri modo Cantharides ſi adiiciantur, & ſemen ſinapis, tum vere veſicas producent, & fortaſſis etiam cruſtas. Sed prius hoc emplaſtrum coxendici apponat, quod fit ex calce viua, tartaro. olibano, baccis lauri, atque ſinapi, cum melle mixto. Ad genu vero ſi tumor non reſederit, & materia in tophum concreuerit, caſeum antiquum cum decoctione pernæ, vel pedum ſuillorum, tanquam emplaſtrum applicabit. Omnibus his rite peractis ad Thermas, tanquam ad ſacram anchoram vere aduentante properandum. Eo loci aut totum corpus immergat, vel lutum effodiat, & totum pedem ad ſolem eo obliniat: vbi exaruerit thermali aqua rurſus irriget, vel nouum lutum illi apponat. Hoc continuare poterit ſpacio menſis vnius, aut dierum quadraginta. Sint autem thermæ ſulphureæ, quæ caliditate ſua abſumant humorem in articulis congeſtum. Eiuſmodi ſunt Piſthinienſes in Vngaria. Tum etiam corroborationis gratia ad alias tranſeundum, quæ aluminis & nitri aliquid continent, cuiuſmodi ſunt Veradinenſes, in quibus aliquot hebdomadas tranſigat, vt articuli, ligamenta, neruique leui earum aſtrictione tantum virium adipiſcantur, ne poſthac humorem ad ſeſe exoneratum ſuſcipiant. Capitis corroborandi gratia poſſunt præſcribi conſeruæ ex floribus cichorii, roriſmarini, betonicæ, ſaluiæ, iuæ, & adiici ſpecies aromaticæ, dianthos, aromaticum roſatum, diarrhodon abbatis, corall. præp. aut cum aquis capitalibus rotulæ confici è ſpeciebus, quibus materiæ prouentū impedire poſſit. Maxime vero commendatur vſus extracti calami aromatici, cum ſyrupo de betonica vel melle roſaceo. Lotiones capitis cum lixiuio, in quo maiorana, polytrichum, abrotanum, roſæ, cocta ſint, probantur. His remediis auxilio omnipotētis Dei, qui cum de terra medicinam condiderit, euentus quoque proſperos illis ſolus concedere poteſt, ſperamus Mag. D. integre priſtinam ſanitatem recuperaturum, quam illi ex animo optamus.

Ad tophos.

Thermæ abſumentes humorem in articulis collectum.

Thermæ corroborantes.

Caput corroborantia.

Extractum calami aromatici.

Pro iuuene Iſchiade laborante, luxatione imperfecta pedis dextri, & eiuſdem ſtupore,

D. HIERON. CAPIVACCII CONSILIVM CCL.

NOTISSIMI ſunt affectus, qui Nobiliſſimum Patientem ſollicitum tenent, inprimis vero Iſchiadicus dolor, ſecundum coxam dextri lateris, ita vt pars illa luxata imperfecte repetiatur, & propterea claudicare cogatur. Sunt etiam querelę de ſtupore quodā pedis dextri, qui per interualla quandam ipſum inuadit. Et quantum pertinet ad Iſchiadicū illum dolorem, quamuis ab initio ſatis mitis & blādus ſe oſtenderit, vt ipſe vllam medicinam exhibere minime coactus fuerit, adeo tamen nunc inualuit, vt ad medicamenta accedere cogatur, ne imperfecta luxatio in perfectam euadat.

Et quanquam referat Galenus lib. de anatom. adminiſtratione, Iſchiadis articulum, non poſſe imperfecte luxari. hæc tamen ſententia, non ſolum nobis, qui hanc imperfectam luxationem eſſe ſtatuimus aduerſatur: ſed etiam ipſimet Galeno, qui in lib. de vſu partium talem luxationem poſſe fieri cenſuit. Nos autem hos locos ita ſolemus conciliare: Fieri nempe poſſe imperfectam luxationem à cauſa interna: à cauſa vero externa, minime. Vt cum à cauſa interna hoc malum, vt iam diximus, fiat, imperfecta luxatio dici poſſit. Quæ inde habuit originem, quia cum adoleſcens eſſet, ludens cecidit, ſicque illa pars debilitatem contraxit, vnde facilime potuit excrementa ſuſcipere, quorum cauſa tendines ſunt relaxati: Sicque cum os non potuerit ex toto detineri, inceperit luxari. Hi autem humores nulli alii fuerūt præterquam pituitoſi, qui generantur in capite, quod humidius eſſe grauitas quam in ipſo perſentit, optime oſtendit. Et cum hi humores copioſi ſatis ſint, ſequitur vt expultrix à grauitate irritetur, ad expellendam materiam ad illas partes. Et hæc eadem etiam materia eſt in cauſa ſtuporis illius, quādoquidem ab ea eleuentur vapores, qui tranſmiſſi ad neruos pertinentes ad genu dextrum impediunt illuſtrationem ſpirituum animalium. Vnde quia à vaporibus id contingit, idcirco ſtupor ille cito fit citoque diſſoluitur. Reliquum modo eſt, vt videamus quid agendum ſit, vt mala hæc remoueamus. Curandum itaq; erit, vt humor emolliatur, incidatur, attenuetur, atq; etiam euacuetur, parsque corroboretur, ne excrementa ille ſuſcipiat. Cerebrum vero erit exiccandum atq; expurgandum. Quæ quanquam factu facilia eſſe videātur, tamē quia morbus inueteratus eſt, & in partibus internis reperiatur, non videntur facilia. Verum cum iuuenis ſit, & hucuſq; nullā ſit expertus medicinam, ſperamus, ſi non in priſtinū, ſaltem in multo meliorē ſtatum euaſurū, atq; ab integra luxatione præſeruaturum iri. Et cum æſtus ab omni medicatione nos deterreat, cum hoc malum tātum temporis pertulerit conſulimus, vt tota medicatio in autumni tempus differatur: Et interim tātum diligentem victus rationem præſcribemus, vt fructus, cibos craſſos, vinum, Venerē immode-

Galeni locus de imperfecta Iſchiadis articuli luxatione explicatur.

Interna cauſa luxationis.

Cauſa ſtuporis.

Prognoſticon.

Digitized by Google

moderatam,curſumq; & omnia, quæ non ſolum valent craſſos ſuccos producere; ſed etiam ea,quæ membri robur euertere poſſunt,ipſumq; debile reddere,prorſus euitet. Sed hoc tempore relicto,in autumno erunt hæc molienda. Et primo initium curationis ſumet à venæ ſectione dextri cubitus,cũ corpus & plenum ſit, & calidiora medicamenta ſint exhibenda. Poſt venam ſectam brachii,pedis affecti vena etiam aperiatur, *Cauteria.* & cauterium parabitur in brachio ſiniſtro. Sic enim materia pituitoſa deriuabitur & euacuabitur. Poſtremo loco, poſtquam ſcilicet expurgatũ fuerit ex toto corpus; ſi malum non cedat,erit deueniendum ad reme- *Veſicantia.* dia cauſtica & veſicantia,& à mitioribus incipientes ex iberide,ex cantharidibus conficiatur paſta,quę ſi non proderit,ad ferrum ignitum erit deſcendendum, & fiet vſtio in quatuor vel ſex locis. Leniatur aluus cum mell. roſ. ſolut.& elect. lenit. Præparentur humores decocto beton.iuæ,cichor. Et expurgetur corpus cum pillulis cochiis. Iterum præparentur humores etiam ſyrupis compoſitis,vt ſyrupo de beton. de ſtœchad. & expurgetur rurſus corpus pillulis de hermodactylis. Caput erit expurgandum cum maſticatoriis confectis ex maſtiche & cera. Deinde vt abſumantur humiditates,quæ in capite & ligamentis reperiuntur, erit deue- *Decoctum ligni & ſalſæ.* niendum ad alia maiora præſidia. Quare conueniet decoctum guaiaci & ſalſę,& portio addatur ſaſſafras cum iua. Et tunc temporis ea victus ratio pręſcribatur,qua vti ſolemus in lue venerea, à qua immunem eſſe egregiũ patientem, minime cenſemus,cum *Stillicidium ſupra ſuturam coronalem.* bis iam antea bubones perpeſſus ſit Stillicidium paretur ſupra ſuturam coronalem,vel ex aquis Aponenſibus , vel arte factum, vt ex ſulphure cum beton.ſtœch. & agar. Parti affectę apponatur emplaſtrũ ex iberide,ſuffumigium daretur ex lapide molari. Luta etiam D. Bartholomæi admodum conuenient. Item & vſus vinaceorum. Hyemis vero tempore laudamus, vt ſingulo mane ſumat *Pillulæ ex Terebenthina cum ſale Theriacali.* pillulas ex terebintho cum ſale theriacali,& puluere iuæ. His etiam addi poſſunt pillulæ artheticæ. Et ſi magis efficax medicamentum requirit, poterit ſumere medicamentũ illud ab Alexandro adeo laudatũ & exper- *Diacorallium.* tum nempe diacorallion. Multum ipſi conferet,ſi ad ſcrupulum vnum per totam hyemem ſumſerit per ſex horas ante prandium. Et ea ratione exhibeatur, quam nos docet Alexander. Et hoc medicamentum eſt cæteris anteferendum. Magnis etiam antidotis vtatur, vt theriaca, mithridatio,& vtatur ea victus ratione, quam ſuperius propoſuimus,id in memoria habens, vt tempore autumni vinum ſibi paret medicatum; in quo bullierit lignum,betonica,& ſimilia.

In dolore circa os ſacrum,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CCLI.

CONQVERITVR egregius Patiens de dolore infenſo circa os ſacrum,ratione cuius ſæpe ſæpius fit, vt ambulare non poſſit. Et præterea de tumore in inguine dextro. Quorum affectuum cauſæ ea diligentia ſunt inueſtigandæ, vt earum eſſentia pateat,ac inde indicationes ex vſu hauriri poſſint. Hic dolor procul dubio inde traxit ori- *Cauſa doloris circa os ſacrum.* ginem,quod materia catarrhalis deſtillans, ad illas partes eas diſtendat. Ex quo ſolutio vnitatis,vnde illi acerbiſſimi dolores oriuntur: Generatur autem hæc materia in capite cum lęſa facultate coctrice ipſius cerebri, ob intemperiem frigidam & humidam,tum etiam fruſtrata ob errorem externum: Ventriculus enim debilis redditus, cum nõ poſſit optimum chylum generare, prauum demittit ad iecur,ibi nõ poteſt in bonum ſanguinem mutari. Talis defertur in cerebrum, à quo,cum non poſſit regi, facultas expultrix aggrauata illam materiam detrudit ad prædictas partes ſubiectas. Tumor autem inde factus eſt,quoniam pars plus iuſto alimentum ſuſcepit,vnde caro concreuit. Hęc *Indicationes* mala,cum ita ſe habeant, vt auferantur, oportet caput & ventriculum calefacere & exſiccare. Materiam morbificam, præſertim pituitoſam,auertere, deriuare, & prorſus extirpare,tumorem vero auferre. Qui- *Prognoſticon* bus ſcopis ſatisfacere, meo quidem iudicio non eſt impoſſibile. Licet autem materia illa catarrhalis ſit vehemẽs, ratione propriæ eſſentiæ,ratione tamen dignitatis & facultatis corpus regentis nulla eſt vehementia, ſiquidem pars,quæ obſidetur, non eſt nobilis,licet non ſit ſpernenda. Præterea virtus facile tolerat. Nam eſt ſatis robuſta, & ratione quantitatis & qualitatis. Patiens enim noſter eſt in virili ætate conſtitutus, vt ſit optime ſperandum. Qua ſalutis ſpe concepta, ad materias deueniendum, & primum chirurgicas: Inter quas laudamus, vt *Vena ſectio.* ſecetur vena communis cubiti dextri, ſanguis detrahatur ad quinque vel ſex vncias; ſi conſonum pręſenti Medico videbitur.

Cauteria. Præterea probantur duo cauteria, vniuerſo corpore expurgato, alterum in crure dextro, vt materia illa reuellatur & euacuetur. Quoad pharmaciam, leniatur al- *Lenientia aluum.* uus vnciis ij.ß.mellis roſarum ſolut. cũ decocto florum & fructuum. Deinde præpa-

Præparantur humores. *Euacuantur.* rentur homores, cum iuribus alteratis, cum fol. borrag. betonic. cichor. Præparatis humoribus expurgentur cum ʒj. Rhabarbari elect. agaric. trochiſcat. ʒj. infuſis in decocto florum & fructuum, addendo ℥ ij. Mannæ, & tantundem mellis roſar. ſolut. Quod ſi corpus non videbitur optime euacuatum, iterum aſſumat iura illa alterata per tres dies, & iterum propinetur prædictum purgans. Probatur præterea, vt caput expurgetur naſalibus & maſticatoriis, quæ poſſunt parari ex pipere, pyrethro an. ℈j. cum ʒ ij. maſtic. & cum cera in debita quantitate. Naſalia cum ʒj. Mannæ, & ℥j. ſucci betæ. Purgato corpore & capite, probatur decoctum ſalſæ, cum modica ligni portione, per viginti quinq; vel triginta dies. *Decoctum ligni & ſalſæ.* Paretur autem hoc modo:

℞. Salſæ pariliæ craſſo modo contuſæ ℥ ij. ß.
Ligni ʒ vj.
Aq. fontanæ ℔. ix.

Miſc. & fiat infuſio per viginti quatuor horas. Dein fiat decoctio ad conſumptionem medietatis. In fine decoctionis adde folior. borragin. beton. cichor. an. pugill. vnum ſemis, & fiat expreſſio. Seruetur pro ſyrupo. Deinde recipe, quod reſiduum eſt, adde aquæ ſimplic. ℔. xiv. fiat decoctum ad conſumptionem tertiæ partis. In fine ebullitionis adde paſſul. dulc. libram ſemis, & facta expreſſione, ſeruetur pro potu communi. Aſſumat mane ante prandium, per horas quinq; vnc. viij. Poſt prandium per horas ſex aſſumat vncias vij. Tranſactis dein quatuor horis, cœnet. In aſſumendo autem decocto ſingulis decem aut duodecim diebus aſſumat pillulas paratas ex terebinthina cypria ad drachmas duas cum puluere ſalſæ formatas. Pro corroborando capite paretur lixiuium alteratum cum agarico, cum folio roſar. & beton. quo ſæpe caput abluatur. *Lotio capitis.* Tumor autem, cum aliis materiis auferri non poſſit, cauſtico aperiatur, & chirurgo cura tota relinquatur. Ratio viuendi dictis correſpondeat. Aer ad calidum & ſiccum vergat. Panis ſit optime fermentatus. Carnes ſint laudabiles. Fugiat agnorum & porcorum, item omnia lacticinia ac legumina. Vinum ſit mediocre, & rubrum potius, quam album. Somnus moderatus; itemque, exercitium ante cibum, & aluo inanita, quæ ſemper mollis & fuſa ſit, aut arte talis fiat.

Et hæc, &c.

In tumore ædematoſo, à podagra reſiduo, pro quodam Generoſo Domino,

D. Thomæ Iordani

CONSILIVM CCLII.

IN tumore œdamatoſo circa malleolos vtriuſque pedis à podagra reſiduo, qui vſum etiam ambulandi aufert, à nobis conſilium & auxilium requiritur. Hic emergit quæſtio: *Quæſtio.* An materia ſenſim in membro colligatur, vel aliunde defluens, illic accumuletur? quæ niſi prius enodata fuerit, hærebimus in vado. Nam ſi in membro coaceruatur, ei ſoli remedia apponenda erunt: ſi aliunde eò deturbatur, illuc quoque acies mentis dirigenda. *Signa humoris aliunde affluentis.* In pede materiam coaceruari non poſſe, oſtenditur hoc argumento, quod noctu tumor euaneſcit, vt mane vix eius veſtigium appareat, veſperi vero intenditur ob ſitum pedum decliuiorem, & humoribus auctis ob cibi potuſque diurnam aſſumptionem. Non dubium eſt, imbecillitatem contractam in pedibus, illicq; magis cōſpicuum tumorem, cum oſſa pauca carne ſint veſtita: veruntamen ex toto corpore præcipites eò labi, tanquam in locum imbecilliorem humores, extra omnem quoque eſt controuerſiam. Vtriuſque igitur ratio habenda tam membri mandantis, quam recipientis. Superflui humores educi poterunt crebro vſu pill. de aloe roſata cum myrrha, *P. Iulo de aloe roſata.* potiſſimum victu moderato inſtituto, tum crebris ſudoribus in lecto prouocatis, quæ omnia Generoſo Domino in vſu ſunt familiari. Cum autem localia remedia potiſſimum vrgeantur, & de Thermis, quæ ſpes eſſe poſſit, inquiratur; dicendum aquas medicatas hoc anni tempore nullius eſſe efficaciæ, alias tamen pedum lotiones interea temporis inſtitui poſſe, nimirum, ſi ſcoria ferri candens ſæpe aqua extinguatur, aut ſimplex aqua fabrorum, in qua ferrum extinctum ſit, ſumatur, in ea pedes per octiduum, vel etiam plus mane in lecti egreſſu lauentur. *Fotus.* Poterit alternis diebus commutare, & fomentis etiam ſiccis è candentibus ſilicibus vino rubro, cui betonica & roſmarinum incocta fuerint, affuſo vti. Nam iſta materiam in pede collectam abſumere, & robur partibus addere poterunt, ſiquidem exſiccant & adſtringunt, quod roborantibus medicamentis peculiare eſt. Cum exemerit pedes è lauacro, prunis aliquot orbiculos iniiciat, & pedes ſuffiat, vt ſi quid fluiditatis & aqueæ humiditatis nerui contraxiſſent, vapore iſto rurſus exſiccetur. Locus poterit iungi oleo coſto, vel iunipe-

ri, vel

Inunctiones ex oleo hyperici & iuniperi.

ri, vel etiam hyperici, licet ad tam vehementia initio deſcendendum minime cenſeam. Laudatur à nonnullis balneum ex ligno iuniperi, de quo coram moneri poterit G. D. cui de diæta nihil adiicere volui, viputa, quę illi prius eſt notiſſima. Hæc interea. Verno tempore Deo dante, de aliis remediis, & forte etiam thermis deliberatio erit inſtituenda.

Trochiſci ad podum ſuffitum.

℞ Gummi ſandaric.
Thuris an. ʒ ij.
Ladani puri.
Benzoini an. ℥ j.
Cinamomi.
Caryophyllor.
Nucis moſchat. an. ʒ ß.

Puluetiſentur omnia, & cum gummi Tragacanthi commiſceantur, & formentur Trochiſci ad pondus mediæ drachmæ.

Balneum iuniperinũ Matthioli.

Balneum ex ligno iuniperino tale inſtitni poſſet: ℞. Ligni iuniperini conciſ. ℔. xij. Decoq. in aheno ampliſſ. in aq. ſ. ad tertias. In eo ſedeat æger ad vmbilicum purgato corpore. Nonnulli podagriei in lectulo iacentes, perpetuoq; dolote vexati, huius vſu adeo reualuerunt, vt expeditiores facti ad negotia, redierint, quoquo libet ambulantes, autore Petro Andrea Matthiolo.

Conſolatio Medica in articularis morbi doloribus.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCLIII.

MVLTA ſcripſi, cogitaui plurima, & cum præſtantiſſimis in arte Medica viris rationes contuli, de curatione motbi articulatis, quem ab vno membro deſumpto nomine podagram vulgo vocant, atq; conſilium meum iis, quos ex animo iuuare ſtudui, bona fide nihil occultans, vel diſſimulans expoſui. Vidi etiam, atq; id, quod multorum cognitionem effugit, perſpexi ad fluxionis procliuitatem, & doloris grauitatem præcipue facere collectionem ſeroſi humoris in corpore, ac medicos ea re ſiccando, & ſudorifera medicamenta exhibendo auxilium ferre debere, ſed quando intelligo me tot conſiliis nihil proficere, non quidem intemperantiam atque negligentiam vllius accuſo, quam haud dubie ii, quibus mens eſt, ipſi in ſe culpant. & minime excuſandam cenſent, verum ea, quæ ad conſolandum quaſi dolorem mihi in mentem veniunt, vt hac quoque in parte fides atque beneuolentia mea declaretur, ſubiicienda putaui. Primum, cum dolores iſtos à defluxione humorum, vel ab vniuerſo corpore, vel quod ſæpiſſime accidit, à capite in articulos, tanquam partes inferiores, & loca ignobiliora, atque à fonte calori remotiora oriri ſciamus, dum materia concluſa in articulis vel incaleſcit, vel partes diſtendit, atque inflammationem parit, æger ſpem vitæ prorogandæ in his terris concipere poteſt, cum naturæ fortitudo in hac quaſi expulſione, materiam à partibus principalibus ad minime principales detrudat; & robur ſuum oſtendat. Sed quando admittere hoc, quod cauete poſſis, ſtultum eſſe exiſtimatur, prudentiæ videtur, operam in primis dare, ne materia in corpore cumuletur, vique illius prouentus, quantum in nobis eſt, præcaueatur. Secundo, cum veto dolore oppreſſi, à natura quaſi caſtigari noſtram inconſideratiam & negligentiam ſentiamus, gratiam huic monitrici habeamus. Ac cum explotatum nobis ſit, materiam iſtam, vel ex victus plenitudine, vel varietate oriri, ſatietatem nimiam, & varietatem ciborum vitemus, certoque perſuadeamus, hac vna ratione nos & vitæ & valetudini noſtræ optime conſulere, atque dolores, ſi non in vniuerſum, certe eorum crebritatem, atque magnitudinem effugere. Si victus rationem optimam & tutiſſimam medicinam cum Hippocrate ſtatuamus, & ita eam ſequamur, vt nihil, quod vllo modo nos lædere prius obſeruatum ſit, committamus. Si vero in iſta attentionis diligentia, & præcautionis accuratione forte dolores recurrant, meminerimus præpotentem Devm bene nobiſcum agere, qui nos hoc modo ad meliorem mentem reuocat, & intemperantiá noſtram multiplicem caſtigat. Tertio, ſed durum videtur conſuetis abſtinere, cibum gratum corpori detrahere, ſe ab hominum conuictu ſubducere, atque omni ſuauitate ſibi interdicere. Fateor & hoc facilius præcipi, quam obſeruari à nobis ipſis ſcio. Verum cum ſingularis præſtantiæ mentis ſit, non ea facere, quæ plurimi faciunt, verum quæ ſapientes, atque optimi dicunt, cum obedire rationi, quam affectioni præſtet, ſane in hac aſperitate victus prudens multa, quibus conſoletur, habet: Primum enim natura ipſa ſimpliciſſima omnia eſſe rectiſſima, atque in iis minimum erroris oſtendit, atque in victu minus errare eos, qui ſimplicem victum præſcribunt, quam qui multiplici atque vario vtuntur, declarat. Deinde mediocritatem in omnibus eſſe laudabilem & tutam ſani omnes intelligunt & fatentur. Facilius vero nos obſeruare eam poſſe, cum ſeparatim quaſi à cõuictu aliorum viuimus; & nos à multitudiue atq; incitamentis ſub-

Seroſum humorem præcipue cauſam fluxionis & doloris.

1.

Dolores podagrici vitam prorogare poſſunt.

2. *Podagra pœna intemperantiæ & adhortatio ad temperantiam.*

3. *Difficultates quæ podagricis in exquiſitiori diæta obſeruanda obueniunt.*

Cauſa quæ nos ad temperantiam monere debebant.

Antipodagrica.

tumuis laudata efficient? Scio veteres ſua antidota decantaſſe, quæ Trallianus recitat. Recentes etiam ſcriptores multa habere, quæ miris laudibus extulerunt. Radix Chinæ quid non præſtare viſa eſt; Ac nuper emerſit lignum indicum ſaſſafras. Allatus etiam puluis ex Italia, & veteres compoſitiones in vſum renocatæ. Verum quid cum iſtis agas, membrorum temperie perdita? Fortiſſima medicamenta purgãtia quidam præſcribunt, atqne cũ detractis per vim humoribus ceſſare dolores ſentiunt, non parum illis tribuunt. Sed quis ea erit audacia, vt repetenda ſæpe ſuadeat? Multi thermas, luta, atque alia remedia ad confirmandos articulos præſcribunt, ſed hi partibus affectis tantum conſulere videntur. Itaque cum fomes intus in corpore maneat, minime exoptata conſequuntur. De inſana cauteriorum ſpe nihil dico. Nec vitupero localia remedia, præſertim ea, quæ calorem natiuum in membris fouent & excitant. Sed cnm in tanta vel intemperantia, vel corporis vniuerſi intemperie, varietas materiæ, influentis nequaquam ſit nobis ſatis perſpecta, vix ex arte vlla localla remedia adhiberi poſſunt. Proinde, quæ vni maxime conuenerunt, alium interdum grauiſſime lædunt. Quid igitur, inquies, faciendum? Animus ad omnes caſus bumanos præparandus, patientia muniendus, & recte viuendo atq; ferendo, ad landabilia aſſuefaciendus. Sexto, video legentem iſta vultum ducere, & præſertim eum, cui corporis cura cnræ eſt. Verum ne quid diſſimulem, Galeni ſententiam oraculum puto: Ei qui rectam victus rationem tenere nequit, medicinam optimam præſcribere ſuperuacaneum eſſe. Quo vero victus ad nurtiendum & augendum corpus eſt exqniſitior, quo plenior, lautior & ad ingluuiem paratior, eo nocentior. Detrahendum eſt in hoc morbo, non addendum, & in primis opera danda, ne cruditati locus concedatur. Hæc enim ſi quid aliud maxime ad articulares morbos facit. Itaqne qui cruditatem vitant, & ſeroſorum humorum prouentum in corpore cauent, hi vel dolores articulorum effugiunt, vel moderatius ferunt. Cruditatis autem vitandæ ratio in recta obſeruatione ſex rerum non naturalium conſiſtit, inter quas poſt cibum & potum principem locum habet Venus. Sapienter enim fabulantur Poetæ: ex concubitu Bacchi atque Veneris natam podagram, ac præcipuas cauſas complectuntur. Exceſſus enim in venere plurimum ad debilitatem partium facit, & vires ventriculi atq; cerebri frangit. Potus vini nimius calorem innatum extinguit, & ſeroſorum humorum copiam auget. Seroſi humores, ſi victus non ſit nimium bumidus, & potus minime largus, facile caueri poſſunt, maxime ſi per vrinam, vel ſudores tempeſtiue excludantur. Facit ad hoc inprimis vſus cornu cerui, ſi affectus doloribus articulorum in potum linteolo tectnm iniiciat, & matutinis horis in lectulo ſe ad ſudorem componat. Quod ſi forte hoc medicamentum nimis leue videatur, interdum theriacam vel mithridatinm poſt mediũ noctis inſtar piſi vel fabæ ſumere proderit. Si plurimum craſſioris & tenacioris pituitæ æger congeſſerit, in primis vſu mellis acidi iuuabitur, atque minori periculo, quam à laudatis pulueribus vel electuariis, non ſine periculo ſiccantibus, atque hoc modo cum ſiccitas caloris limia ſit, calorem præternaturalem excitantibus. Electuaria ex ſuccis herbarum, vt veronicæ, iuæ, & ſimilinm magnopere probo, verũ hæc perpurgatũ corpus requirunt, & Medici conſiderantiam temperaturæ ægri poſtulant. Vnam igitur formulam omnibus præſcribere minime ſcientiæ Medicæ videtur. Cnm vero non modo hoc requiratur, vt corpus excrementis vacet, verum etiam articuli debiles corroborandi ſint, præſcribere ad illud certum aliquod remedium in tanta varietate temperamentorum atque lapſuum, quomodo poſſumus? Illud reticere non debeo, cum materia plerunque à capite defluat, plurimum adiumenti quibuſdam lotiones capitis attuliſſe, præſertim ſi hoc ceratum, quod ex cera & ladano aſperſo ſuccino albo atq; ambra fit, roſis etiam & ſantalis, cnm caput eſt calidius, impoſitum geſtetur. Hæc pauca remedia, quæ recta atque tuta eſſe multis rationibus veris & euidentibus, ac exemplis etiam probare poſſem, ſubiicienda putaui. Nequaquam vero aliorum ſciẽtiæ, qui ſua landant, obſto. In oculos incurrere arbitror quantum in hac parte & ægrotantes & Medici fallantur, atque infinita exempla, tum mediocrium hominum, tum vero ſummorum Regum & Principum teſtantur. Exemplo autem ſapere tutiſſimum eſt. Cæterum ſi quid alicui Deus, quo articulos iuuari ſentit, offert, ſiue per Medicũ, ſiue per alios, cui recta ratio conſentiat, is ei acceptum referat. Experimenta vulgaria ſequi, falli non minus eſt, quam in iſtis potionibus chinæ, ſarſæ & ſimilium decoctorum ſpem ponere. Si quid enim iuuare videntur, hoc victus ratio præſtat. Opinione vero noſtra, vel perſuaſione medica nos decipi, cum idem ſummis hominibus, qui toties decocta illa hauſerunt, acciderit, æquo animo feramus, ac quando ad eundem lapidem bis impingere

Cur topicis etiam præſtantiſſimis ſæpe nihil proficiamus.

Cruditas podagræ mater.

Podagra ex nimia Venere.

Exſiccandi & ſudorem mouens.

Ceratum capitale.

prouetbium vetet, non temere naturam afflictemus. Semel in communem errorem cum magnis & ſapientiſſimis incidiſſe ſolatio ſit. Cum vero obſeruatio diligens atq; moderatio prudens in victu ſemper iuuet, nunquam lædat aut fallat: eam negligere non modo extremæ ſtultitiæ atq; amentiæ, verum neglectionis noſtræ, quam pietas vetat, putemus, & cum noſtra culpa nihil admiſſum, quo dolor ſit accerſitus vel auctus, conſcientia nobis teſtis fuerit, ſummam conſolationem, abeſſe à culpa, nobis perſuadeamus, atque neceſſaria recte ferre, neq; Deo repugnare placide ſtudeamus.

Victus ratio nunquam fallit.

In Quartana pro, quodam Nobili,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLIV.

Quartana à pituita mixta cum melancholia.

HANC febrem eſſe à craſſo humore conſtat, vndecunque craſſitiem habuerit. Galenus 13. Method. & in lib. de tumoribus ait, craſſos humores, vel à ſanguinis fece, vel à pituita oriri. Itaque quartanam à pituitoſis humoribus feculento ſanguine mixtis naſci poſſe ſtatuo. In hac quoque ſententia eſt Galenus 2. de criſibus, vbi pituitam craſſa ſua conſiſtentia naturam humoris Melancholici referre oſtendit. Sed venio ad quæſtiones. I. An exquiſitior euacuatio hoc anni tempore ſit adhibenda; Reſpondeo, concocta medicanda eſſe ait Hippocrates. Cum autem hic morbus longus ſit, & concoctio tarda, nihil aliud eſt intempeſtiue in hoc morbo purgare, quam vires ventriculi imminuere, humores turbare, ex craſſis craſſiores, & ex longo longiorem efficere. Nunquam purgandus Melancholicus humor, niſi prius educta pituita. Ideo laudatur vomitus. Hic clyſteria ſola ſufficiunt, nec debilis ventriculus affligendus. Si omnino purgans dandum, darem trochiſcatum Agaricum; ſed prius aliquot diebus decoctum raparum cum ſacchari drachma vna, & parum Zinziberis, vel integra grana piperis. Ad II. De Theriaca danda aſſentior ſed leuiora prius darem, Nucleos perſicorum quinque vel ſex, & cochleare vnum ſyrupi de ſucco meliſſæ, vel hauſtum aquæ meliſſæ probe deſtillatæ, deinde ad Theriacam venirem. III. De Melanagogo dando in hac imbecillitate ambigo. Medicus enim Chriſtianus tuto debet mederi. IIII. De venæ ſectione. Afferunt Practici experientiam. Ego, niſi inſignis ſit cruditas, non repugno. V. Si hæmorrhoides recte poſſunt aperiri, & indicia apparent tumoris, plane placeret mihi hoc præſertim tempore. Acidularum vſus ſpleni prodeſt, & ſplenis affectio quartanæ curationem facit difficiliorem. Probo tamen vt viſcerum robur per olea & fomẽta conuenientia roboretur. Ita enim facilius curatur. Affectiones animi cauandæ. Inunctiones ſpinæ dorſi in rigoribus probantur, & veteribus Medicis in vſu fuere.

Crudorum purgatio ventriculũ debilitat.

Pituita ante melancholiam ſubducenda.

Decoctum raparum.

Leuiora theriaca præmittenda.

Acidulæ.

Inunctio ſpinæ.

In Quartana, pro alio quodam viro Nobili,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLV.

Quartana tuta

QVARTANAS tutas eſſe etiam plebeis notum eſt: verum non tractandæ inclementius, ne alius morbus accedat, & diuturnitate vires frangat. Itaque vt in aliis morbis longis, victus ratio tenenda, quæ robur non diminuat, nec, vt vulgus putat, in abſtinentia ſpes curationis ponenda. Abſtinendum à ſalſis, & maceratis carnibus bouinis, ceruinis, ſuillis, piſcibus, anguillis, carpionibus: ſaxatiles cum aromate concedo. Non lacticinia, & acetoſa. Comedat carnes aſſas & elixas. Molliora ſemper præcedant, vt endiuia, lactuca, atriplex Romana, id eſt, ſpinachia cum vuis paſſis cocta. Cruda quoq; in menſa vitet. Die paroxyſmi ante paroxyſmũ, cũ nunc matutini ſint, non edat, à paroxyſmo edat. In longis enim morbis virium robur præcipuam ſpem curationis facit. Potus, vinum Rhenanum, vel Neccarinũ, modo non acidum. Non cereuiſia cruda & flatulenta. Hordeaceæ defecatæ proſunt. Somno nihil detrahẽdũ, modo ne ſit paroxyſmus, vel inſtet. In remiſſione non eſt noxius. Nũquam dormiat apertis feneſtris. Cum abeſt febris exerceatur, non defatigetur. Vires ſi debent conſeruari, venus debilitãs caput & ventriculum vitetur. Cæterum cum ſolida & carnes hic diminuãtur, prodeſt die paroxyſmũ ſequente in labro aquæ dulcis ex flumine hauſtæ lauare, non tamen ſit nimis calida, & totum corpus hoc vnguento inungere:

Victus ratio in quartanis

Balneum.

Vnguentum

℞. Ol. amyg. dulc. rec. expreſſ. ℥ iiij.
Succi artemiſiæ expreſſ. ℥ ij.
Coquantur ſimul, & dentur in vitro.

Quotidie habeat beneficium ventris, & à medicamentis purgantibus vehementibus, etiam roborantibus calidioribus abſtineat. Alunm moueat hac potione.

Potio purgans.

℞. Paſſular. minor. ʒ v.
Flor. borrag.
Violarum an. p. j.
Herb. ceterach.
Epithymi an. ʒ iij.
Folior. ſenæ ſelect. ʒ vj.
Decoq. l. a. in ſ. q. aquæ puræ, colaturæ ℞. ℥ iiij. his add.

Syr.

Syr.roſat.ſolut.vel de violis ſolut.℥j.
Mannæ el.ʒvj.
Syrupi conſeruat.Zinziber.parum.
Miſc.

Rotula cum extracto rhabarbari.

Prodeſt etiam orbiculum vnum cum extracto Rhabarbari aſſumere. Ad præparationem humorum nihil melius decocto raparum, & vſu nucleorum perſicorum. Ad ſymptomata: Quartana labnrantes affecto ſunt ſplene, etiamſi non ſentiant. Vngatur igitur ſplen hoc vnguento:

Vnguentum ſpleneticum.

℞ Ol.amygd.dulc.rec.℥iij.
Succi veronic.℥j.ß.
Succi cæpar.ʒij.
Cortic.radic.capp.ʒj.ß.

Coquantur diligenter, & exprimantur, & colaturæ add.

Axungiæ gallin.℥j.& miſc.

Epati admoueatur ſacculus ex furfuribus hordei, aqua iſta aſperſa:

Sacculus epaticus.

℞ Aq.Taraxacon.
Vermicular.an.℔.j.
Aceti roſac.℥j.
Spec.pro epithemate hepatis ʒij.
Miſc.

Vbi calnres febriles intenſi, fiant duo ſacculi ex furfuribus hordei & dorſo applicentur, & permutentur. Et quia ſudor & calor poſt febrem moleſtus, & vires frangit, ſpina dorſi hoc vnguento vngatur à paroxyſmo:

Vnguentum ad ſpinam dorſi.

℞ Ol.violar.
Nymphez.
Lactis muliebr.an ℥j.
Miſc.

Ante paroxyſmnm bibat poculũ aquæ meliſſæ, in qua parum conſeruæ botraginis maceratum ſit.

In quartana, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLVI.

VTINAM tam feliciter conſilium dem, quam ex animo hoc facio, & quam te Reipublicæ ſuperſtitem eſſe opto. Quin autem ita ſum daturus, non dubito, cum beneficio DEI, in aliis recte ſucceſſerit tes, & de euentu, qui bene ſperare iubet, ſignificetur. Primum autem Quartana non ex alio morbo eſt nata: deinde minime inclementer initio tractata. Autumno cœpit; verum autumnus nobis pro æſtate fuit. Itaque non puto multo diutius, quam vſu artis præſtantiſſimus Medicus exiſtimat duraturam. Meminiſſe autem veſtram generoſam clementiam arbitror, me ſuperiori anno Dominum Georgium Broskouskii ante hyemem curaſſe. Euaſiſſe etiam mea opera, valetudine pene deſperata, præſtantiſſimum Dominum Rueberium, vt de aliis nihil dicam. In ea igitur ſententia V. G. manere volo, medicamenta purgantia fruſtra adhiberi, cum ne pituitoſum quidem humorem (qui haud ſcio, an non multo magis Quartanæ cauſa ſit, quam Melancholicus) euacuant, tantum abeſt, vt limoſum iſtum poſſint: ſi tamen aluus ſit adſtricta, recte adhiberi enemata humectantia ex decocto veronicæ, atque cardui benedicti iudico. Ac vere affirmo, me magni nominis virum ſolo vſu enematum (cum alia remedia omnia aſpernaretur) liberaſſe, ſed hoc fit in illis, qui initio paroxyſmorum tormina ventris ſentiunt. Diligenter autem obſeruandum eſt, quæ pars corporis in ipſa inuaſione laborare videatur, eaque diligenter fouenda, & calor innatus (qui eſt omnium actionum naturalium opifex) adiuuetur. Audiui hæc à Medico excellentiſſimo, qui quartana confectus fere, ab empirico iſto modo eſt curatus. Primum parti, quæ initio paroxyſmi afficiebatur, fomenta adhibebat, proceſſu temporis, quod materiam educeret. Exiſtimabat autem emplaſtrum, quod adhibebat, fuiſſe ex Elleboro compoſitum. De his vero ſcribere nunc non vacat, fortaſſe aliis literis Excellentiſſimo Domino Andernaco vberius meam ſententiam de natura & curatione Quartanæ exponam. Nunc quid in plurimis rectum vſu atque experientia compertum ſignificabo. Multis diebus Quartana laborantibus ſolum decoctum raparum do. Admonitus ſum de hoc excellentiſſimi Medici Guainerii conſilio, qui ſcripſit, ſe Abbatem quendam felicius rapis, quam aliis medicamentis curaſſe, ſic autem exhibeo; Mundandas ab exteriore cortice, deinde decoquendas curo, primum ius tempeſtiue abiicio, aliam aquam puram affundo, & donec diffluant rapæ decoquo, exprimo ſuccum accurate, & addo butyrum recentiſſimum abſque ſale cum ſaccharo, ſi flatulentus eſt æger, adiicio caryophyllos leniter inciſos. Matutinis horis de quinque nucleos perſicos mundatos. In iſta curatione perſeuero plerumque diebus quindecim. Dum aluius eſt adſtricta, enemate lenio. Ante acceſſionem decoquo in vino Neccarino herbam illam, quam Matthiolus appellat Clinopodium, & ante acceſſionem exhibeo, & ne quid in paroxyſmo bibant vero, viribus omnibus rationibus conſulo

Pituita potius quartanæ cauſa, quam melancholia.

Enemata quartanam curant, vbi initium febris cum torminibus ventris.

Locus affectus in quartanis.

Decoctum raparum.

Nuclei perſici mundati.

Clinopodiũ.

Victus rationem exactam non requiro. A lacticiniis tamen & piſcibus abſtinere iubeo. Nec ſiccantria & calefacientia concedo. *Vomitus.* Hoc modo ſeruaui plurimos. Vbi valde eſt contumax morbus, & calores nimiũ moleſti & graues, in augmento paroxyſmi, iis qui prompte euomunt, aquam roſarum tepidam exhibeo, & non ſolum arteriis in brachiis & pedibus, verum omnibus articulis radices vrticæ contuſas, & cum aceto maceratas applico. Ventriculi autem viribus (ſicut in omnibus morbis longis) quantum poſſum, conſulo. Hæc potui nunc ſcribere, quæ vt Generoſiſſimo Domino proſint, ex animo precor.

In quartana, cum palpitatione cordis, & tumore in ſura, pro eodem.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCLVII.

Vix vnquam quartana ita diſcedit, quin aliquas relinquat corpori moleſtias: iis autem principio obſtandum, ne natura à morbo longo debilitata, exhauſtis membris naturalibus aliis morbis opprimatur. *Pediſſequa quartanæ.* Duo vero in primis morbi ſunt poſt quartanam pertimeſcendi: *Melancholia hypochondriaca.* Hypochondriaca Melancholia; (quam Flatulentam Diocles appellauit:) & *Hydrops.* Hydrops. Jtaque vt cruditates & obſtructiones tollantur, quæ hydochondriacæ affectionis cauſæ ſunt, & iecur, quo illæſo, nihil de hydrope periculi, in ſua temperatura conſeruetur, opera danda. De recta victus ratione non moneo. Exactam autem prorſus non requiro. Bona tamen eos vti debere, quibuſcunque ventriculus laborat, & cruditates moleſtæ ſunt, veriſſimum eſt. *Palpitatio flatulenta.* Palpitatio iſta haud dubie per conſenſum à ventriculo & à flatibus oritur, non igitur magnopere metuenda. Vbi enim ventriculus vires ſuas recuperauerit, & in officio fuerit, palpitationes minus graues & moleſtæ erunt. Proinde licet aluus ſit fluida, tamen principio vſu *Pillulæ.* pillularum maſticinarum pituitam vacuarem. Exhiberem autem bis in ſeptimana hora vna ante cœnam ʒ ß. Nec vteret fortioribus medicamentis purgantibus. *Syrupus obſtructiones viſcerum reſerans.* Deinde ad tollendas obſtructiones darem aliquot cochlearia, vt duo, vel tria ſerapii de duabus radicibus cum ſpeciebus aromatici roſati, hoc modo:

℞. Serapii de duabus radicibus ℥ iij.
de ſucco endiuiæ.
de ſucco borrag. an. ℥ j.
Specier. aromatic. roſat. ʒ j. ß.
Miſc.

Si ventriculus parum corroboraretur, adderem ad ſyrupum præſcriptum, guttas tres extracti calami aromatici. Nam & præſcriptus ſyrupus tribus vicibus aſſumendus eſt. Foris autem diligenter fouerem & ventriculum & hypochondria hoc vnguento:

Vnguentum ad hypochondria.

℞. Ol. amygd. dulc. ℥ viij.
Vin. optimi ℥ j. ß.
Comar. abſinth. p. j.
Flor. roſar.
Lauendulæ.
Summit. anethi.
Fl. chamomill. an. p. ß.
Lig. aloes.
Maſtich. an. ʒ j.

Decoq. ad vini conſumpt. atq; hoc vnguento hypochondria inungantur. Ventriculus autem iſto:

Vnguentum ſtomachale.

℞. Ol. præſcripti ℥ j. ß.
Pulu. Maſtich.
Caryophyll. an. ʒ j.
Specier. aromatic. roſat.
Ol. nucis moſchat. an. ℈ j.
Ceræ parum, miſc.

Muniatur autem ventriculus poſt inunctionem tela linea. *Palpitationis cura.* Si palpitatio moleſta eſſe pergeret, interdum mane ʒ ß. Theriacæ vel Mithridatii ſumat. Foris etiam cordi Theriacam diſſolutam cum aqua lauendulæ admoueat. *Tumor ſuræ.* Etſi autem tumor in ſura aliquam intemperiem epatis minari videatur, tamen nihil metuo, cum poſt longos morbos præſertim collectis cruditatibus ſæpe intumeſcant pedes. *Poſt longos morbos ſæpe intumeſcunt pedes.* Vtetur tamen interdum orbiculis noſtris ex Rhabarbari extracto, & horis matutinis ſpongia madefacta in vino, in quo abſinthium ebullierit, ſuram foueat. Roborantium vſum (quorum in ſuperioribus conſiliis feci mentionem) non negligat, & à potu aquæ abſtineat. Vinum Neccarinum bene maturum non offendet. De Thermarum vſu quid ſcribam ambigo, *Thermæ poſt chronicum malum improbantur.* ſi ventriculi roborandi cauſa adhibeantur, atque id vere præſtant, non obſto, quo minus vtatur, ſed poſt longos morbos afflicto iam ſatis non arbitror afflictionem addendam. Hæc autem iudicio præſtantiſſimi Medici præſentis promitto, & benigne à præpotenti Deo fortunari peto.

In febri quartanâ.

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM CCLVIII.

CVM domum, Vir humaniſſime, cogites redire, febri in declinatione exiſtente, ne in itinere ſuccumbas, regimine & conſilio prudentis Medici opus eſt. Quare non ratione febris modo, ſed & metu ſymptomatum eo die, quo redire ſolet, ad minimum tempore paroxyſmi neque dormiat nec bibat: Si ſitis & debilitas vigent, cochleare vnũ ſyrupi aſſumat, aut electuarii caſtaneæ quantitatem, aut morſuli medietatem.

Syrupus ſitim ſedans.

℞.Rob de Ribes ℥iiij.
Ceraſorum.
Iulepi roſ.an.℥j.
Miſce.

Electuarii idem præſtans.

℞.Conſer.u Acetoſellæ ℥iij.
Flor.arant.condit.
Cortic.citri an.ʒj.

Incidantur groſſo modo flores & cortices mixtis his adde:

Puluer.Xyloaloes ℈ß.
Corallor.rubr.ʒß.

Cum ſyrup.acetoſitatis citri, in quo Moſchi g̃.v.exactè diſſolut.fuerint, f. Electuarium.

Morſuli corroborantes.

℞.Corall.alborum,
rub.an.ʒß.
Margaritar.præparatar.℈ij.
Doronici Romani ʒß.
Sem.citri ex cort.ʒj.
Cort.citri exter.ʒß.
Oſſis de corde cerui ℈j.
Santali albi ʒß.
Flor.roſar.alb.odorif.
Nenuphar.an.℈j.
Cort.citri liberati à ſaccharo ſuæ conſeruationis ʒj.
Sem.quatuor frigid.maior.ex cortic.℈j.

Folior.auri putiſſ.num.ij. minutim incidantur puluerés, & cum ℔.ß ſacchar. alb. diſſol.in aq.borrog.fiant morſuli.

Eo die, quo febris induciæ ſunt, mane aſſumat cochlearia xj. digeſtiui, dum adhuc decumbit, vt bene vinoſum genus & cor refrigerari poſſit, antequam ſe viæ & aeris iniuriis committit.

Iulep refrigerans & digerens.

℞.Aq.fragorum ℥iij.
Cichoreæ.
Endiu.
Acetoſ.an.℥iiij.ß.
Syrup.de Endiuia.
Acetoſ.ſimplic.
Byzantin.an.℥j.
Miſce.

Aqua etiã virtutis ſubinde facies & cordis regio, ac pulſus aſpergantur:

Aqua virtutis pro facie, corde, & pulſibus.

℞.Caryophyllor.ʒj.
Cortic.arant.exſiccat.
Mali citri exſiccat.an.℈ij.
Ligni aloes ℈j.
Macis ʒj.
Cinam.interior.℈iiij.
Benzoin.ʒß.
Styrac.calamit.℈j.

Incid.& contund.groſſo modo, ſtent in infuſione in ℥xvij.aq. roſar. odor. & vini albi ʒj. per horam in loco tepido. Poſt bulliant ad caſum ℥ iiij. colentur cum expreſſione forti. In colatura diſſolue Moſchi g̃. j. ſignetur Aqua. Sequitur alia:

Aqua virtutis alia.

℞.A.roſar.odor.℔.ß.
Santalor.albor.
citrinor.an.℈ß.
Roſ.rub.℈j.
Aceti vini albi ʒ vj.
Ligni aloes ℈ß.
Cortic.citri recent.abraſ.exterioris ʒß.

Stent in infuſione per mediam horam in loco tepido. Poſt bulliant ad cauſam tertiæ partis. Colentur cum expreſſione. Domum vero reuerſus, mane ſequens Enema duabus curet ſibi infunde vicibus.

Enema.

℞.Maluæ.
Biſmaluæ.
Parietar.veræ.
Spinachiæ an.m.j.
Betonic.
Veronic.
Scabioſæ.
Capill.Veneris.
Polypodii an.m.ß.
Sem.pæoniæ.
Carui an.ʒj.ß.
Radic.pæoniæ.
Cappar.an.ʒiij.ß.
Scabioſæ ʒij ß.
Endiuiæ ʒj.ß.
Flor chamom.m.ß.
Prunor. dulcium pann. maior. exoſſator.num.v.
Agar.trochiſcat.℈ij.ß.

Incidant.& contund.ſtent tota nocte in ſ. q. Aq. fluuialis tepefactæ, claræ, in loco tepido, mane bulliant ad caſum medietatis, vt remaneant ʒ xxiiij. Colentur colaturæ:

℞.℔.j.in qua diſſolue:
Caſſiæ recent.tr.℥ß.
Elect.lenitiui.
de hiera ſimplic.an.ʒj.ß.

caricis fiat emplaſtri modo Cantharides ſi adiiciantur,& ſemen ſinapis,tum vere veſicas producent,& fortaſſis etiam cruſtas. Sed prius hoc emplaſtrum coxendici apponat, quod fit ex calce viua,tartaro,olibano, baccis lauri,atque ſinapi,cum melle mixto. Ad genu vero ſi tumor non reſederit, & materia in tophum concreuerit, caſeum antiquum cum decoctione pernæ, vel pedum ſuiilorum,tanquam emplaſtrum applicabit.

Ad tophos.

Omnibus his rite peractis ad Thermas,tanquam ad ſacram anchoram vere aduentante properandum. Eo loci aut totum corpus immergat, vel lutum effodiat,& totum pedem ad ſolem eo obliniat: vbi exaruerit thermali aqua rurſus irriget, vel nouum lutum illi apponat. Hoc continuare poterit ſpacio menſis vnius, aut dierum quadraginta. Sint autem thermæ ſulphureæ, quæ caliditate ſua abſumant humorem in articulis congeſtum. Eiuſmodi ſunt Piſthinienſes in Vngaria. Tum etiam corroborationis gratia ad alias tranſeundum,quæ aluminis & nitri aliquid continent, cuiuſmodi ſunt Vetadinenſes, in quibus aliquot hebdomadas tranſigat, vt articuli, ligamenta, neruique leui earum aſtrictione tantum virium adipiſcantur, ne poſthac humorem ad ſeſe exoneratum ſuſcipiant.

Thermæ abſumentes humorem in articulis collectum.

Thermæ corroborantes.

Capitis corroborandi gratia poſſunt præſcribi conſeruæ ex floribus cichorii, roriſmarini, betonicæ, ſaluiæ, iuæ, & adiici ſpecies aromaticæ,dianthos, aromaticum roſatum, diarrhodon abbatis, corall. præp. aut cum aquis capitalibus rotulæ confici è ſpeciebus, quibus materiæ prouentũ impedire poſſit. Maxime vero commendatur vſus extracti calami aromatici, cum ſyrupo de betonica vel melle roſaceo. Lotiones capitis cum lixiuio, in quo maiorana, polytrichum, abrotanum, roſæ, cocta ſint, probantur. His remediis auxilio omnipotẽtis Dei, qui cum de terra medicinam condiderit, euentus quoque proſperos illis ſolus concedere poteſt,ſperamus Mag. D. integre priſtinam ſanitatem recuperaturum,quam illi ex animo optamus.

Caput corroborantia.

Extractum calami aromatici.

Pro iuuene Iſchiade laborante, luxatione imperfecta pedis dextri,& eiuſdem ſtupore,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CCL.

NOTISSIMI ſunt affectus, qui Nobiliſſimum Patientem ſollicitum tenent, inprimis vero Iſchiadicus dolor, ſecundum coxam dextri lateris, ita vt pars illa luxata imperfecte reperiatur, & propterea claudicare cogatur. Sunt etiam querelę de ſtupore quodã pedis dextri, qui per interualla quandam ipſum inuadit. Et quantum pertinet ad Iſchiadicũ illum dolorem, quamuis ab initio ſatis mitis & blãdus ſe oſtenderit, vt ipſe vllam medicinam exhibere minime coactus fuerit, adeo tamen nunc inualuit, vt ad medicamenta accedere cogatur, ne imperfecta luxatio in perfectam euadat.

Et quanquam referat Galenus lib. de anatom. adminiſtratione, Iſchiadis articulum,non poſſe imperfecte luxari. hæc tamen ſententia,non ſolum nobis, qui hanc imperfectam luxationem eſſe ſtatuimus aduerſatur: ſed etiam ipſimet Galeno, qui in lib. de vſu partium talem luxationem poſſe fieri cenſuit. Nos autem hos locos ita ſolemus conciliare: Fieri nempe poſſe imperfectam luxationem à cauſa interna: à cauſa vero externa, minime. Vt cum à cauſa interna hoc malum, vt iam diximus, fiat, imperfecta luxatio dici poſſit. Quæ inde habuit originem, quia cum adoleſcens eſſet, ludens cecidit, ſicque illa pars debilitatem contraxit, vnde facilime potuit excrementa ſuſcipere, quorum cauſa tendines ſunt relaxati: Sicque cum os non potuerit ex toto detineri, inceperit luxari. Hi autem humores nulli alii fuerũt præterquam pituitoſi, qui generantur in capite, quod humidius eſſe grauitas quam in ipſo perſentit, optime oſtendit. Et cum hi humores copioſi ſatis ſint, ſequitur vt expultrix à grauitate irritetur, ad expellendam materiam ad illas partes. Et hæc eadem etiam materia eſt in cauſa ſtuporis illius, quãdoquidem ab ea eleuentur vapores, qui tranſmiſſi ad neruos pertinentes ad genu dextrum impediunt illuſtrationem ſpirituum animalium. Vnde quia à vaporibus id contingit, idcirco ſtupor ille cito fit citoque diſſoluitur. Reliquum modo eſt, vt videamus quid agendum ſit, vt mala hæc remoueamus. Curandum itaq; erit, vt humor emolliatur,incidatur,attenuetur,atq; etiam euacuetur,parsque corroboretur,ne excrementa ille ſuſcipiat. Cerebrum vero erit exſiccandum atq; expurgandum. Quæ quanquam factu facilia eſſe videãtur, tamẽ quia morbus inueteratus eſt,& in partibus internis reperiatur,non videntur facilia. Verum cum iuuenis ſit,& hucuſq; nullã ſit expertus medicinam,ſperamus,ſi non in priſtinũ,ſaltem in multo meliorẽ ſtatum euaſurũ, atq; ab integra luxatione præſeruaturum iri. Et cum æſtus ab omni medicatione nos deterreat, cum hoc malum tãtum temporis pertulerit conſulimus, vt tota medicatio in autumni tempus differatur: Et interim tãtum diligentem victus rationem præſcribemus, vt fructus,cibos craſſos,vinum,Venerẽ immode-

Galeni locus de imperfecta Iſchiadis articuli luxatione explicatur.

Interna cauſa luxationis.

Cauſa ſtuporis.

Prognoſticon.

moderatam, curſumq; & omnia, quæ non ſolum valent craſſos ſuccos producere; ſed etiam ea, quæ membri robur euertere poſſunt, ipſumq; debile reddere, prorſus euitet. Sed hoc tempore relicto, in autumno erunt hæc molienda. Et primo initium curationis ſumet à venæ ſectione dextri cubitus, cũ corpus & plenum ſit, & calidiora medicamenta ſint exhibenda. Poſt venam ſectam brachii, pedis affecti vena etiam aperiatur,

Cauteria.

& canterium parabitur in brachio ſiniſtro. Sic enim materia pituitoſa deriuabitur & euacuabitur. Poſtremo loco, poſtquam ſcilicet expurgatũ fuerit ex toto corpus; ſi malum non cedat, erit deueniendum ad reme-

Veſicantia.

dia cauſtica & veſicantia, & à mitioribus incipientes ex iberide, ex cantharidibus conficiatur paſta, quę ſi non proderit, ad ferrum ignitum erit deſcendendum, & fiet vſtio in quatuot vel ſex locis. Leniatur aluus cum mell. roſ. ſolut. & elect. lenit. Præparentur humores decocto beton. iuæ, cichor. Et expurgetur corpus cum pillulis cochiis. Iterum præparentur humores etiam ſyrupiš compoſitis, vt ſyrupo de beton. de ſtœchad. & expurgetur rurſus corpus pillulis de hermodactylis. Caput erit expurgandum cum maſticatoriis confectis ex maſtiche & cera. Deinde vt abſumantur humiditates, quæ in capite & ligamentis reperiuntur, erit deue-

Decoctum ligni & ſalſæ.

niendum ad alia maiora præſidia. Quare conueniet decoctum guaiaci & ſalſę, & portio addatur ſaſſafras cum iua. Et tunc temporis ea victus ratio pręſcribatur, qua vti ſolemus in lue venerea, à qua immunem eſſe egregiũ patientem, minime cenſemus, cum

Stillicidium ſupra futuram coronalem.

bis iam antea bubones perpeſſus ſit Stillicidium paretur ſupra futuram coronalem, vel ex aquis Aponenſibus, vel arte factum, vt ex ſulphure cum beton. ſtœch. & agar. Parti affectę apponatur emplaſtrũ ex iberide, ſuffumigium detur ex lapide molari. Iua etiam D. Bartholomæi admodum conueniet. Item & vſus vinaceorum. Hyemis vero tempore laudamus, vt ſingulo mane ſumat

Pillulæ ex Terebenthino cum ſale. Theriacali.

pillulas ex terebintho cum ſale theriacali, & puluere iuæ. His etiam addi poſſunt pillulæ artheticæ. Et ſi magis efficax medicamentum requirit, poterit ſumere medicamentũ illud ab Alexandro adeo laudatũ & exper-

Diacorallium.

tum nempe diacorallion. Multum ipſi conferet, ſi ad ſcrupulum vnum per totam hyemem ſumſerit per ſex horas ante prandium. Et ea ratione exhibeatur, quam nos docet Alexander. Et hoc medicamentum eſt cæteris anteferendum. Magnis etiam antidotis vtatur, vt theriaca, mithridatio, & vtatur ea victus ratione, quam ſuperius propoſuimus, id in memoria habens, vt tempore autumni vinum ſibi paret medicatum; in quo bullierit lignum, betonica, & ſimilia.

In dolore circa os ſacrum,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CCLI.

CONQVERITVR egregius Patiens de dolore infenſo circa os ſacrum, ratione cuius ſæpeſæpius fit, vt ambulare non poſſit. Et præterea de tumore in inguine dextro. Quorum affectuum cauſæ ea diligentia ſunt inueſtigandæ, vt earum eſſentia pateat, ac inde indicationes ex vſu hauriri poſſint. Hic dolor procul dubio inde traxit ori-

Cauſa doloris circa os ſacrum.

ginem, quod materia catarrhalis deſtillans, ad illas partes eas diſtendat. Ex quo ſolutio vnitatis, vnde illi acerbiſſimi dolores oriuntur: Generatur autem hæc materia in capite cum lęſa facultate coctrice ipſius cerebri, ob intemperiem frigidam & humidam, tum etiam fruſtrata ob errorem externum: Ventriculus enim debilis redditus, cum nõ poſſit optimum chylum generare, prauum demittit ad iecur, ibi nõ poteſt in bonum ſanguinem mutari. Talis defertur in cerebrum, a quo, cum non poſſit regi, facultas expultrix aggrauata illam materiam detrudit ad prædictas partes ſubiectas. Tumor autem inde factus eſt, quoniam pars plus iuſto alimentum ſuſcepit, vnde caro concreuit. Hęc

Indicationes

mala, cum ita ſe habeant, vt auferantur, oportet caput & ventriculum calefacere & exſiccare. Materiam morbificam, præſertim pituitoſam, auertere, deriuare, & prorſus extirpare, tumorem vero auferre. Qui-

Prognoſticon

bus ſcopis ſatisfacere, meo quidem iudicio non eſt impoſſibile. Licet autem materia illa catarrhalis ſit vehemẽs, ratione propriæ eſſentiæ, ratione tamen dignitatis & facultatis corpus tegentis nulla eſt vehementia, ſiquidem pars, quæ obſidetur, non eſt nobilis, licet non ſit ſpernenda. Præterea virtus facile tolerat. Nam eſt ſatis robuſta, & ratione quantitatis & qualitatis. Patiens enim noſter eſt in virili ætate conſtitutus, vt ſit optime ſperandum. Qua ſalutis ſpe concepta, ad materias deueniendum, & primum chirurgicas: Inter quas laudamus, vt

Vena ſectio.

ſecetur vena communis cubiti dextri, ſanguis detrahatur ad quinque vel ſex vncias, ſi conſonum pręſenti Medico videbitur.

Cauteria.

Præterea probantur duo cauteria, vniuerſo corpore expurgato, alterum in crure dextro, vt materia illa reuellatur & euacuetur. Quoad pharmaciam, leniatur al-

Lenientia aluum.

uus vnciis ij. ß. mellis roſatum ſolut. cũ decocto florum & fructuum. Deinde præpa-

It 4

Præparantia humores. rentur homores, cum iuribus alteratis, cum fol. borrag. betonic. cichor. Præparatis humoribus expurgentur cum ʒj. Rhabarbari elect. agaric. trochiſcat. ʒj. *Euacuantia.* infuſis in decocto florum & fructuum, addendo ℥ij. Mannæ, & tantundem mellis roſar. ſolut. Quod ſi corpus non videbitur optime euacuatum, iterum aſſumat iura illa alterata per tres dies, & iterum propinetur prædictum purgans. Probatur præterea, vt caput expurgetur naſalibus & maſticatoriis, quæ poſſunt parari ex pipere, pyrethro an. ℈j. cum ʒij. maſtic. & cum cera in debita quantitate. Naſalia cum ʒj. Mannæ, & ℥j. ſucci betæ. Purgato corpore & capite, probatur decoctum ſalſæ, cum modica ligni portione, per viginti quinq; vel triginta dies. Paretur autem hoc modo: *Decoctum ligni & ſalſæ.*

℞. Salſæ pariliæ craſſo modo contuſæ ℥ij.ß.
Ligni ʒvj.
Aq. foutanæ ℔.ix.

Miſc. & fiat infuſio per viginti quatuor horas. Dein fiat decoctio ad conſumptionem medietatis. In fine decoctionis adde folior. borragin. beton. cichor. an. pugill. vnum ſemis, & fiat expreſſio. Seruetur pro ſyrupo. Deinde recipe, quod reſiduum eſt, adde aquæ ſimplic. ℔. xiv. fiat decoctum ad conſumptionem tertiæ partis. In fine ebullitionis adde paſſul. dulc. libram ſemis, & facta expreſſione, ſeruetur pro potu communi. Aſſumat mane ante prandium, per horas quinq; vnc. viij. Poſt prandium per horas ſex aſſumat vncias vij. Tranſactis dein quatuor horis, cœnet. In aſſumendo autem decocto ſingulis decem aut duodecim diebus aſſumat pillulas patatas ex terebinthina cypria ad drachmas duas cum puluere ſalſæ formatas. Pro corroborando capite paretur lixiuium alteratum cum agarico, cum folio roſar. & beton. quo ſæpe caput abluatur. *Lotio capitis* Tumor autem, cum aliis materiis auferri non poſſit, cauſtico aperiatur, & chirurgo cura tota relinquatur. Ratio viuendi dictis correſpondeat. Aer ad calidum & ſiccum vergat. Panis ſit optime fermentatus. Carnes ſint laudabiles. Fugiat agnorum & porcorum, item omnia lacticinia ac legumina. Vinum ſit mediocre, & rubrum potius, quam album. Somnus moderatus, itemque, exercitium ante cibum, & aluo inanita, quæ ſemper mollis & fuſa ſit, aut arte talis fiat.

Et hæc, &c.

In tumore ædematoſo, à podagra reſiduo, pro quodam Generoſo Domino,

D. Thomæ Iordani

CONSILIVM CCLII.

IN tumore œdamatoſo circa malleolos vtriuſque pedis à podagra reſiduo, qui vſum etiam ambulandi aufert, à nobis conſilium & auxilium requiritur. Hic emergit quæſtio: *Quæſtio.* An materia ſenſim in membro colligatur, vel aliunde defluens, illic accumuletur? quæ niſi prius enodata fuerit, hærebimus in vado. Nam ſi in membro coaceruatur, ei ſoli remedia apponenda erunt; ſi aliunde eò deturbatur, illuc quoque acies mentis dirigenda. *Signa humoris aliunde affluentis.* In pede materiam coaceruari non poſſe, oſtenditur hoc argumēto, quod noctu tumor euaneſcit, vt mane vix eius veſtigium appareat, veſperi vero intenditur ob ſitum pedum decliuiorem, & humoribus auctis ob cibi potuſque diurnam aſſumptionem. Non dubium eſt, imbecillitatem contractam in pedibus, illicq; magis cōſpicuum tumorem, cum oſſa pauca carne ſint veſtita: veruntamen ex toto corpore præcipites eò labi, tanquam in locum imbecilliorem humores, extra omnem quoque eſt controuerſiam. Vtriuſque igitur ratio habenda tam membri mandantis, quam recipientis. Superflui humores educi poterunt crebro vſu pill. de aloe roſata cum myrrha, *Pilulæ de aloe roſata.* potiſſimum victu moderato inſtituto, tum crebris ſudoribus in lecto prouocatis, quæ omnia Generoſo Domino in vſu ſunt familiari. Cum autem localia remedia potiſſimum vrgeantur, & de Thermis, quæ ſpes eſſe poſſit, inquiratur; dicendum aquas medicatas hoc anni tempore nullius eſſe efficaciæ, alias tamen pedum lotiones interea temporis inſtitui poſſe, nimirum, ſi ſcoria ferri candens ſæpe aqua extinguatur, aut ſimplex aqua fabrorum, in qua ferrum extinctum ſit, ſumatur, in ea pedes per octiduum, vel etiam plus mane in lecti egreſſu lauentur. *Fotus.* Poterit alternis diebus commutare, & fomentis etiam ſiccis è candentibus ſilicibus vino rubro, cui betonica & roſmarinum incocta fuerint, affuſo vti. Nam iſta materiam in pede collectam abſumere, & robur partibus addere poterunt, ſiquidem exſiccant & adſtringunt, quod roborantibus medicamentis peculiare eſt. Cum exemerit pedes è lauacro, prunis aliquot orbiculos iniiciat, & pedes ſuffiat, vt ſi quid fluiditatis & aqueæ humiditatis nerui contraxiſſent, vapore iſto rurſus exſiccetur. Locus poterit iungi oleo [illegible] iunipe-

ri, vel

Inunctiones ex oleo hyperici & iuniperi.

ri, vel etiam hyperici, licet ad tam vehementia initio deſceodendum minime cenſeam. Laudatur à nonnullis balneum ex ligno iuniperi, de quo coram moneri poterit G. D. cui de diæta nihil adiicere volui, vtpute, quę illi prius eſt notiſſima. *Hæc interea.* Verno tempore Deo dante, de aliis remediis, & forte etiam thermis deliberatio erit inſtitueoda.

Trochiſci ad podum ſuffitum.

℞ Gummi ſandaric.
Thuris ao. ℥ ij.
Ladaoi puri.
Benzoini an. ℥ j.
Cinamomi.
Caryophyllor.
Nucis moſchat. an. ʒ ß.

Pulueriſentor omoia, & cum gummi Tragacanthi commiſceantur, & formentur Trochiſci ad pondus mediæ drachmæ.

Balneum iuniperinũ Matthioli.

Balneum ex ligno iuniperino tale inſtitui poſſet: ℞. Ligoi iuniperioi conciſ. ℔. xij. Decoq. io aheno ampliſſ. io aq. ſ. ad tertias. In eo ſedeat æger ad vmbilicum purgato corpore. Nooovlli podagrici in lectulo iacentes, perpetuoq; dolore vexati, huius vſu adeo reualuerunt, vt expeditiores facti ad negotia, redierint, quoquo libet ambulantes, autore Petro Andrea Matthiolo.

Conſolatio Medica in articularis morbi doloribus.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCLIII.

MVLTA ſcripſi, cogitaui plurima, & cum præſtantiſſimis io arte Medioa viris rationes contuli, de curatione morbi articularis, quem ab vno membro deſumpto nomine podagram vulgo vocant, atq; conſilium meum iis, quos ex animo iuuare ſtudui, bona fide nihil occultans, vel diſſimulans expoſui. Vidi etiam, atq; id, quod multorum cognitionem effugit, perſpexi ad fluxionis procliuitatem, & doloris grauitatem

Seroſum humorem præcipue cauſam fluxionis & doloris.

præcipue facere collectionem ſeroſi humoris io corpore, ac medicos ea re ſiccando, & ſudorifera medicamenta exhibeodo auxilium ferre debere, ſed quando intelligo me tot conſiliis nihil proficere, non quidem intemperantiam atqoe negligentiam vllius accuſo, quam haud dubie ii, quibus mens eſt, ipſi io ſe culpant. & minime excuſandam cenſent, verum ea, quæ ad cooſolandum quaſi dolorem mihi in mentem veniunt, vt hac quoque in parte fides atque beneuolentia mea declaretur, ſubiicienda putaui.

1. Primum, cum dolores iſtos à defluxione humorum, vel ab vniuerſo corpore, vel quod ſæpiſſime accidit, à capite io articulos, tanquam partes inferiores, & loca ignobiliora, atque à fonte calori remotiora oriri ſciamus, dum materia concluſa in articulis vel incaleſcit, vel partes diſtendit, atque ioflammationem parit, æger ſpem vitæ prorogandæ in his terris concipere poteſt, cum naturæ fortitudo in hac quaſi expulſione, materiam à partibus principalibus ad minime principales detrudat, & robur ſuum oſtendat. Sed quando admittere hoc, quod cauere poſſis, ſtultum eſſe exiſtimatur, prudentiæ videtur, operam in primis dare, ne materia io corpore cumuletur, vtque illius prouentus, quantum in nobis eſt, præcaueatur.

Dolores podagrici vitam prorogare poſſunt.

2. Secundo, cum vero dolore oppreſſi, à natura quaſi caſtigari noſtram inconſiderantiam & negligentiam ſentiamus, gratiam huic monitrici habeamus. Accum exploratum nobis ſit, materiam iſtam, vel ex victus plenitudine, vel varietate oriri, ſatietatem nimiam, & varietatem ciborum vitemus, certoque perſuadeamus, hac vna ratione nos & vitæ & valetudini noſtræ optime conſulere, atque dolores, ſi non in vniuerſum, certe eorum crebritatem, atque magnitudioem effugere. Si victus rationem optimam & tutiſſimam medicinam cum Hippocrate ſtatuamus, & ita eam ſequamur, vt nihil, quod vllo modo nos lædere prius obſeruatum ſit, committamus. Si vero in iſta attentionis diligentia, & præcautionis accuratione forte dolores recurrant, meminerimus præpotentem Devm bene nobiſcum agere, qui nos hoc modo ad meliorem mentem reuocat, & intemperantiã noſtram multiplicem caſtigat.

Podagra pœna intemperantiæ & adhortatio ad temperantiam.

3. Tertio, ſed durum videtur conſuetis abſtioere, cibum gratum corpori detrahere, ſe ab hominum conuictu ſubducere, atque omni ſuauitate ſibi interdicere. Fateor & hoc facilius præcipi, quam obſeruari à nobis ipſis ſcio. Verum cum ſingularis præſtantiæ mentis ſit, non ea facere, quæ plurimi faciunt, verum quæ ſapieotes, atque optimi dicunt, cum obedire rationi, quam affectioni præſtet, ſane in hac aſperitate victus prudens multa, quibus conſoletur, habet: Primum enim natura ipſa ſimpliciſſima omnia eſſe rectiſſima, atque in iis minimum erroris oſtendit, atque in victu minus errare eos, qui ſimplicem victum præſcribunt, quam qui multiplici atque vario vtuntur, declarat. Deinde mediocritatem in omnibus eſſe laudabilem & tutam ſani omoes intelligunt & fatentur. Facilius vero nos obſeruare eam poſſe, cum ſeparatim quaſi à cõuictu aliorum viuimus, & nos à multitudine atq; incitamentis ſub-

Difficultates quæ podagricis in exquiſitiori diæta obſeruanda obiiciuntur.

Cauſa quæ nos ad temperantiam mouere debebant.

Antipodagrica.

tumuis laudara efficient? Scio veteres ſua antidora decantaſſe, quæ Trallianus recitat. Recentes etiam ſcriptores multa habere, quæ miris laudibus extulerunt. Radix Chinæ quid oon præſtare viſa eſt; Ac ouper emerſit lignum indicum ſaſſafras. Allatus etiam puluis ex Italia, & veteres compoſitiones in vſum reuocatæ. Verum quid cum iſtis agas, membrorum temperie perdita? Fortiſſima medicamenta purgãtia quidam præſcribunt, atque cũ detractis per vim humoribus ceſſare dolores ſentiunt, non parum illis tribuunt. Sed quis ea erit audacia, vt repetenda ſæpe ſuadeat? Multi thermas, luta, atque alia remedia ad confirmandos articulos pręſcribunt, ſed hi partibus affectis tantum conſulere videntur. Itaque cum fomes intus in corpore maneat, minime exoptata conſequuntur. De inſana canteriorum ſpe nihil dico. Nec vitupero localia remedia, præſertim ea, quæ calorem natiuum in membris fouent & excitant. Sed enim in tanta vel intemperantia, vel corporis vniuerſi intemperie, varietas materiæ, influentis nequaquam ſit nobis ſatis perſpecta, vix ex arte vlla localia remedia adhiberi poſſunt. Proinde, quæ vni maxime conuenerunt, alium interdum grauiſſime lædunt.

Cur topicis etiam præſtantiſſimis ſæpe nihil proficiamus.

Quid igitur, inquies, faciendum? Animus ad omnes caſus humanos præparandus, patientia muniendus, & recte viuendo atq; ferendo, ad laudabilia aſſuefaciendus. Sexto, video legentem iſta vultum ducere, & præſertim eum, cui corporis cura curæ eſt. Verum ne quid diſſimulem, Galeni ſententiam oraculum puto: Ei qui rectam victus rationem tenere nequit, medicinam optimam præſcribere ſuperuacaneum eſſe. Quo vero victus ad nutriendum & augendum corpus eſt exquiſitior, quo plenior, lautior & ad ingluuiem paratior, eo nocentior. Detrahendum eſt in hoc morbo, non addendum, & in primis opera danda, ne cruditati locus concedatur. Hæc enim ſi quid aliud maxime ad articulares morbos facit. Itaque qui cruditatem vitant, & ſeroſorum humorum prouentum in corpore cauent, hi vel dolores articulorum effugiunt, vel moderatius ferunt. Cruditatis autem vitandæ ratio in recta obſeruatione ſex rerum non naturalium conſiſtit, inter quas poſt cibum & potum principem locum habet Venus. Sapienter enim fabulantur Poetæ: ex concubitu Bacchi atque Veneris natam podagram, ac præcipuas cauſas complectuntur. Exceſſus enim in venere plurimum ad debilitatem partium facit, & vires ventriculi atq; cerebri frangit. Potus vini nimius calorem innatum extinguit, & ſeroſorum humorum copiam auget. Seroſi humores, ſi victus non ſit nimium humidus, & potus minime largus, facile caueri poſſunt, maxime ſi per vrinam, vel ſudores tempeſtiue excludantur.

Cruditas podagræ mater.

Podagra ex nimia Venere.

Facit ad hoc inprimis vſus cornu cerui, ſi affectus doloribus articulorum in potum linteolo tectum iniiciat, & matutinis horis in lectulo ſe ad ſudorem componat. Quod ſi forte hoc medicamentum nimis leue videatur, interdum theriacam vel mithridatium poſt mediũ noctis inſtar piſi vel fabæ ſumere proderit. Si plurimum craſſioris & tenacioris pituitæ æger congeſſerit, in primis vſu mellis acidi iuuabitur, atque minori periculo, quam à laudatis pulueribus vel electuariis, non ſine periculo ſiccantibus, atque hoc modo cum ſiccitas caloris limia ſit, calorem præternaturalem excitantibus. Electuaria ex ſuccis herbarum, vt veronicæ, iuæ, & ſimilium magnopere probo, verũ hæc perpurgatũ corpus requirunt, & Medici conſiderantiam temperaturæ ægri poſtulant. Vnam igitur formulam omnibus præſcribere minime ſcientiæ Medicæ videtur. Cum vero non modo hoc requiratur, vt corpus excrementis vacet, verum etiam articuli debiles corroborandi ſint, præſcribere ad illud certum aliquod remedium in tanta varietate temperamentorum atque lapſuum, quomodo poſſumus? Illud reticere non debeo, cum materia plerunque à capite defluat, plurimum adiumenti quibuſdam lotiones capitis attuliſſe, præſertim ſi hoc ceratum, quod ex cera & ladano aſperſo ſuccino albo atq; ambra fit, roſis etiam & ſantalis, cum caput eſt calidius, impoſitum geſtetur. Hæc pauca remedia, quæ recta atque tuta eſſe multis rationibus veris & euidentibus, ac exemplis etiam probare poſſem, ſubiicienda putaui. Nequaquam vero aliorum ſciẽtiæ, qui ſua laudant, obſto. In oculos incurrere arbitror quantum in hac parte & ægrotantes & Medici fallantur, atque infinita exempla, tum mediocrium hominum, tum vero ſummorum Regum & Principum teſtantur. Exemplo autem ſapere tutiſſimum eſt. Cæterum ſi quid alicui Deus, quo articulos iuuari ſentit, offert, ſiue per Medicũ, ſiue per alios, cui recta ratio conſentiat, is ei acceptum referat. Experimenta vulgaria ſequi, falli non minus eſt, quam in iſtis potionibus chinæ, ſarſæ & ſimilium decoctorum ſpem ponere. Si quid enim iuuare videntur, hoc victus ratio præſtat. Opinione vero noſtra, vel perſuaſione medica nos decipi, cum idem ſummis hominibus, qui toties decocta illa hauſerunt, acciderit, æquo animo feramus, ac quaodo ad eundem lapidem bis impingere

Exſiccans & ſudorem mouens.

Ceratum capitale.

prouerbium vetet, non temere naturam affliƈtemus. Semel in communem errorem cum magnis & ſapieotiſſimis incidiſſe ſolatio ſit. Cum vero obſeruatio diligens atq; moderatio prudens in viƈtu ſemper iuuet, nunquam lædat aut fallat: eam negligere non modo extremæ ſtultitiæ atq; amentiæ, verum negleƈtionis noſtræ, quam pietas vetat, putemus, & cum noſtra culpa nihil admiſſum, quo dolor ſit accerſitus vel anƈtus, conſcientia nobis teſtis fuerit, ſummam conſolatiooem, abeſſe à culpa, nobis perſuadeamus, atque neceſſaria reƈte ferre, neq; Deo repugnare placide ſtudeamus.

Viƈtus ratio nunquam fallit.

In Quartana pro, quodam Nobili,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLIV.

Quartana à pituita mixta cum melancholia.

HANC febrem eſſe à craſſo humore conſtat, vndecunque craſſitiem habuerit. Galenus 13. Method. & in lib. de tumotibus ait, craſſos humores, vel à ſanguinis fece, vel à pituita oriri. Itaque quartanam à pituitoſis humoribus feculento ſanguine mixtis naſci poſſe ſtatuo. In hac quoque ſententia eſt Galenus 2. de criſibus, vbi pituitam craſſa ſua conſiſtentia naturam humoris Melancholici referre oſtendit. Sed venio ad quæſtiones. I. An exquiſitior euacnatio hoc anni tempore ſit adhibenda; Reſpondeo, concoƈta medicanda eſſe ait Hippocrates. Cum autem hic morbus loogus ſit, & concoƈtio tarda, nibil aliud eſt intempeſtiue in hoc motbo purgare, quam vires ventriculi imminuere, humores turbare, ex craſſis craſſiores, & ex longo longiorem efficere. Nunquam purgandus Melancbolicus humor, niſi prius eduƈta pituita. Ideo laudatur vomitus. Hic clyſteria ſola ſufficiunt, nec debilis ventriculus affligeodus. Si omnino purgans daodum, darem rocbiſcatum Agaricum; ſed prius aliquot diebus decoƈtum raparum cum ſacchari drachma voa, & parum Zinziberis, vel integta grana piperis. Ad II. De Theriaca danda aſſentior ſed leuiora prius darem. Nucleos perſicorum quinque vel ſex, & cochlcare vnum ſyrupi de ſucco meliſſæ, vel hauſtum aquæ meliſſæ probe deſtillatæ, deinde ad Theriacam venirem. III. De Melaoagogo dando in hac imbecillitate ambigo. Medicus enim Chriſtianus tuto debet mederi. IIII. De venæ ſeƈtione. Afferunt Praƈtici experientiam. Ego, oiſi inſignis ſit cruditas, non repugno. V. Si hæmorrhoides reƈte poſſunt aperiri, & indicia apparent tumoris, plane placeret mihi hoc præſertim tempore. Acidularum

Crudorum purgatio ventriculi debilitas.

Pituita ante melancholiam ſubducenda.

Decoƈtum raparum.

Leuiora theriaca præmittenda.

Acidulæ.

vſus ſpleni prodeſt, & ſplenis affeƈtio quartanæ curationem facit difficiliorem. Probo tamen vt viſcerum robur per olea & fomēta conuenientia roboretur. Ita enim facilius curatur. Affeƈtiones animi cauandæ. Inunƈtiones ſpinæ dorſi in rigoribus probantur, & veteribus Medicis in vſu fuere.

Inunƈtio ſpinæ.

In Quartana, pro alio quodam viro Nobili,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLV.

Quartana tuta

QVARTANAS tutas eſſe etiam plebeis notum eſt: verum non traƈtandæ inclementius, ne alius morbus accedat, & diuturnitate vires frangat. Itaque vt in aliis morbis longis, viƈtus ratio tenenda, quæ robur non diminuat, nec, vt vulgus putat, in abſtinentia ſpes curationis ponenda. Abſtinendum à ſalſis, & maceratis carnibus bouiois, ceruinis, ſuillis, piſcibus, anguillis, carpionibus: ſaxatiles cum aromate concedo. Non laƈticinia, & acetoſa. Comedat carnes aſſas & elixas. Molliora ſemper præcedant, vt endiuia, laƈtuca, atriplex Romaoa, id eſt, ſpinachia cum vuis paſſis coƈta. Cruda quoq; in menſa vitet. Die paroxyſmi ante patoxyſmū, cū nunc matutini ſint, non edat, à patoxyſmo edat. In longis enim morbis virium robur præcipuam ſpem curationis facit. Potus, vinum Rbenanum, vel Neccarinū, modo non acidum. Non cereuiſia cruda & flatulenta. Hordeaceæ defecatæ proſunt. Somno nihil detrahēdū, modo ne ſit paroxyſmus, vel inſtet. In remiſſione non eſt noxius. Nūquam dormiat apertis feneſtris. Cum abeſt febris exerceatur, oon defatigetur. Vires ſi debent conſeruari, venus debilitās caput & ventriculum vitetur. Cæterum cum ſolida & carnes hic diminuātur, prodeſt die paroxyſmū ſequente in labro aquæ dulcis ex flumine hauſtæ lauare, non tamen ſit nimis calida, & totum corpus hoc vnguento inungere:

Viƈtus ratio in quartanis

Balneum.

℞. Ol. amyg. dulc. rec. expreſſ. ℥ iiij.
Succi artemiſiæ expreſſ. ℥ ij.
Coquantur ſimul, & dentur in vitro.

Vnguentum

Quotidie habeat beneficium ventris, & à medicamentis purgantibus vehementibus, etiam roborantibus calidioribus abſtineat. Aluum moueat hac potione.

Potio purgans.

℞. Paſſular. minor. ʒ v.
Flor. borrag.
Violarum an. p. j.
Herb. ceterach.
Epithymi ao. ʒ iij.
Folior. ſenæ ſeleƈt. ʒ vj.
Decoq. l. a. in ſ. q. aquæ puræ, colaturæ ℞ ℥ iiij. his add.

Syr.

Syr.roſat.ſolut.vel de violis ſolut.℥j.
Mannæel.ʒvj.
Syrupi conſeruat.Zinziber.parum.
Miſc.

Rotula cum extracto rhabarbari.

Prodeſt etiam orbiculum vnum cum extracto Rhabarbari aſſumere. Ad præparationem humorum nihil melius decocto raparum, & vſu nucleorum perſicorum. Ad ſymptomata: Quartana laborantes affecto ſunt ſplene, etiamſi non ſentiant. Vngatur igitur ſplen hoc vnguento:

Vnguentum ſplenéticum.

℞.Ol.amygd.dulc.rec.℥iij.
Succi veronic.℥j.ß.
Succi cæpar.ʒij.
Cortic.radic.capp.ʒj.ß.

Coquantur diligenter, & exprimantur, & colaturæ add.

Axungiæ gallin.℥j.& miſc.

Epati admoueatur ſacculus ex furfuribus hordei, aqua iſta aſperſa:

Sacculus epaticus.

℞.Aq.Taraxacon.
Vermicular.an.℔.j.
Aceti roſac.℥j.
Spec.pro epithemate hepatis ʒij.
Miſc.

Vbi calores febriles intenſi, fiant duo ſacculi ex furfuribus hordei & dorſo applicentur, & permutentur. Et quia ſudor & calor poſt febrem moleſtus, & vires frangit, ſpina dorſi hoc vnguento vngatur à paroxyſmo:

Vnguentum ad ſpinam dorſi.

℞.Ol.violar.
Nymphex.
Lactis muliebr.an ℥j.
Miſc.

Ante paroxyſmum bibat poculũ aquæ meliſſæ, in qua parum conſeruæ borraginis maceratum ſit.

In quartana, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLVI.

VTINAM tam feliciter conſilium dem, quam ex animo hoc facio, & quam te Reipublicæ ſuperſtitem eſſe opto. Quin autem ita ſum daturus, non dubito, cum beneficio DEI, in aliis recte ſucceſſerit res, & de euentu, qui bene ſperare iubet, ſignificetur. Primum autem Quartana non ex alio morbo eſt nata: deinde minime inclementer initio tractata. Autumno cœpit, verum autumnus nobis pro æſtate fuit. Itaque non puto multo diutius, quam vſu artis præſtantiſſimus Medicus exiſtimat duraturam. Meminiſſe autem veſtram generoſam clementiam arbitror, me ſuperiori anno Dominum Georgium Broskouskii ante hyemem curaſſe. Euaſiſſe etiam mea opera, valetudine pene deſperata, præſtantiſſimum Dominum Rueberium, vt de aliis nihil dicam. In ea igitur ſententia V. G. manere volo, medicamenta purgantia fruſtra adhiberi, cum ne pituitoſum quidem humorem (qui haud ſcio, an non multo magis Quartanæ cauſa ſit, quam Melancholicus) euacuant, tantum abeſt, vt limoſum iſtum poſſint: ſi tamen aluus ſit adſtricta, recte adhiberi enemata humectantia ex decocto veronicæ, atque cardui benedicti iudico. Ac vere affirmo, me magni nominis virum ſolo vſu enematum (cum alia remedia omnia aſpernaretur) liberaſſe, ſed hoc fit in illis, qui initio paroxyſmorum tormina ventris ſentiunt. Diligenter autem obſeruandum eſt, quæ pars corporis in ipſa inuaſione laborare videatur, eaque diligenter fouenda, & calor innatus (qui eſt omnium actionum naturalium opifex) adiuuetur. Audiui hæc à Medico excellentiſſimo, qui quartana confectus fere, ab empirico iſto modo eſt curatus. Primum parti, quæ initio paroxyſmi afficiebatur, fomenta adhibebat, proceſſu temporis, quod materiam educeret. Exiſtimabat autem emplaſtrum, quod adhibebat, fuiſſe ex Elleboro compoſitum. De his vero ſcribere nunc non vacat, fortaſſe aliis literis Excellentiſſimo Domino Andernaco vberius meam ſententiam de natura & curatione Quartanæ exponam. Nunc quid in plurimis recte vſu atque experientia compertum ſignificabo. Multis diebus Quartana laborantibus ſolum decoctum raparum do. Admonitus ſum de hoc excellentiſſimi Medici Guainerii conſilio, qui ſcripſit, ſe Abbatem quendam felicius rapis, quam aliis medicamentis curaſſe, ſic autem exhibeo: Mundandas ab exteriore cortice, deinde decoquendas curo, primum ius tempeſtiue abiicio, aliam aquam puram affundo, & donec diffluant rapæ decoquo, exprimo ſuccum accurate, & addo butyrum recentiſſimum abſque ſale cum ſaccharo, ſi flatulentus eſt æger, adiicio caryophyllos leniter inciſos. Matutinis horis de quinque nucleos perſicos mundatos. In iſta curatione perſeuero plerumque diebus quindecim. Dum aluus eſt adſtricta, enemate lenio. Ante acceſſionem decoquo in vino Neccarino herbam illam, quam Matthiolus appellat Clinopodium, & ante acceſſionem exhibeo, & ne quid in paroxyſmo bibant vero, viribus omnibus rationibus conſulo

Pituita potius quartana cauſa, quam melancholia.

Enemata quartanam curant, vbi initium febris cum torminibus ventris.

Locus affectus in quartanis.

Decoctum raparum.

Nuclei perſici mundati.

Clinopodiũ.

In febri quartanâ.

D. Caspari Nævii

CONSILIVM CCLVIII.

CVm domum, Vir humaniſſime, cogites redire, febri in declinatione exiſtente, ne in itinere ſuccumbas, regimine & conſilio prudentis Medici opus eſt. Quare non ratione febris modo, ſed & metu ſymptomatum eo die, quo redire ſolet, ad minimum tempore paroxyſmi neque dormiat nec bibat: Si ſitis & debilitas vigent, cochleare vnũ ſyrupi aſſumat, aut electuarii caſtaneæ quantitatem, aut morſuli medietatem.

Syrupus ſitim ſedans.

℞. Rob de Ribes ℥iiij.
Ceraſorum.
Iulepi roſ. an. ℥j.
Miſce.

Electuarium idem præſtans.

℞. Conſeru. Acetoſellæ ℥iij.
Flor. arant. condit.
Cortic. citri an. ℥j.

Incidantur groſſo modo flores & cortices miſtis his adde:

Puluer. Xyloaloes ℈ß.
Corallor. rubr. ʒß.

Cum ſyrup. aceto ſitatis citri, in quo Moſchi g̃. v. exactè diſſolut. fuerint, f. Electuarium.

Morſuli corroborantes.

℞. Corall. alborum,
rub. an. ʒß.
Margaritar. præparatar. ℈ij.
Doronici Romani ʒß.
Sem. citri ex cort. ʒj.
Cort. citri exter. ʒß.
Oſſis de corde cerui ℈j.
Santali albi ʒß.
Flor. roſar. alb. odorif.
Nenuphar. an. ℈j.
Cort. citri liberati à ſaccharo ſuæ conſeruationis ʒj.
Sem. quatuor frigid. maior. ex cortic. ℈j.

Folior. auri puriſſ. num. ij. minutim incidantur pulueres, & cum ℔. ß. ſacchar. alb. diſſol. in aq. borrog. fiant morſuli.

Eo die, quo febris induciæ ſunt, manè aſſumat cochlearia xj. digeſtiui, dum adhuc decumbit, vt bene vinoſum genus & cor refrigerari poſſit, antequam ſe viæ & aeris iniuriis committit.

Iulep refrigerans & digerens.

℞. Aq. fragorum ℥iij.
Cichoreæ.
Endiu.
Acetoſ. an. ℥iiij. ß.
Syrup. de Endiuia.
Acetoſ. ſimplic.
Byzantin. an. ℥j.
Miſce.

Aqua etiã virtutis ſubinde facies & cordis regio, ac pulſus aſpergantur:

Aqua virtutis pro facie, corde, & pulſibus.

℞. Caryophyllor. ʒj.
Cortic. arant. exſiccat.
Mali citri exſiccat. an. ℈ij.
Ligni aloes ℈j.
Macis ʒj.
Cinam. interior. ℈iiij.
Benzoin. ʒß.
Styrac. calamit. ℈j.

Incid. & contund. groſſo modo, ſtent in infuſione in ℥xvij. aq. roſar. odor. & vini albi ʒj. per horam in loco tepido. Poſt bulliant ad caſum ℥ iiij. colentur cum expreſſione forti. In colatura diſſolue Moſchi g̃. j. ſignetur Aqua. Sequitur alia:

Aqua virtutis alia.

℞. A. roſar. odor. ℔. ß.
Santalor. albor.
citrinor. an. ℈ß.
Roſ. rub. ℈j.
Aceti vini albi ʒ vj.
Ligni aloes ℈ß.
Cortic. citri recent. abraſ. exterioris ʒß.

Stent in infuſione per mediam horam in loco tepido. Poſt bulliant ad cauſam tertiæ partis. Colentur cum expreſſione. Domum vero reuerſus, mane ſequens Enema duabus curet ſibi infunde vicibus.

Enema.

℞. Maluæ.
Biſmaluæ.
Parietar. veræ.
Spinachiæ an. m. j.
Betonic.
Veronic.
Scabioſæ.
Capill. Veneris.
Polypodii an. m. ß.
Sem. pæoniæ.
Carui an. ʒj. ß.
Radic. pæoniæ.
Cappar. an. ʒ iij. ß.
Scabioſæ ʒij ß.
Endiuiæ ʒj. ß.
Flor chamom. m. ß.
Prunor. dulcium pann. maior. exoſſator. num. v.
Agar. trochiſcat. ℈ij. ß.

Incidant. & contund. ſtent tota nocte in ſ. q. Aq. fluuialis tepefactæ, claræ, in loco tepido, mane bulliant ad caſum medietatis, vt remaneant ʒ xxiiij. Colentur colaturæ:

℞. ℔. j. in qua diſſolue:
Caſſiæ recent. tr. ℥ß.
Elect. lenitiui.
de hiera ſimplic. an. ʒj. ß.

de ſebeſt.ſine diagr.ʒj.
Diaphœnic ʒß.
Ol.chamom.
Violacei.
Anethi an.℥j.ß.
Mellis anthoſat.℥ß.
Salis comm.trit ℈ij.ß.
Miſce, fiat clyſter.

Applicetur duabus vicibus horis tribus ante cibum. Tertio quoque à reditu die leniens repeti poteſt, quod bene ceſſit aliquoties:

Potio leniens.

℞.Decocti flor.& fruct.cord.℥iij.
in his diſſulue flor. Caſſiæ extr.cum
Aq.endiu.℥ß.
Elect.lenitiui ʒj.ß.
de Pſyllio ʒj.
Roſat.Meſ.ʒß.
Syrup.de endiu.℥j.
Miſce.

His febrem, accedente diæta præſcripta, fugari poſſe confido.

Adiicio Epithema, quo hepar foueatur, cum febrili calore corpus æqualiter inæſtuat.

Epithema.

℞.Specier.diarrh.abb.ʒj.
Iecor.lupi præparat.ʒß.
Raſuræ cort.mali citri ℈ij.
Folior.Epaticæ ℈j.
Sem.Endiuiæ.
Portulacæ an.℈ß.
Raſuræ eboris ℈j.
Spodij de ebore ℈ß.
Roſar.rubr.
albar.an.ʒß.
Nenuphar.albi ℈j.
Santali cit.
albi ʒß.
Sem.citri excort.ʒj.
Folior.citri odorat.ʒß.
Camphor. præparat. g̃. j. boni ponderis.
Aq.Hepatic.
Roſar.
Acetoſæ.
Solani.
Endiuiæ an.℥iij.
Aceti vini albi ℥j.ß.

Puluerisanda pulueriſentur ſubtiliſſime, & cum aquis præſcriptis, fiat mixtura.

Tempore decubitus & declinationis paroxyſmi febrilis ſex aut ſeptem deglutiantur, ſequentium granorum:

℞.Granor.Maſtic.
Sandar.rot.lotor.ex vino rubro, & exiccator.an.ʒj.
Miſce.

Pro eodem quartanario.

EIVSDEM CONSILIVM CCLIX.

QVARTANAM contumacem eſſe febrem, docet experientia, & vnanimis Medicorum conſenſus. Vnde vulgo Medicorum ſcandalum dicitur; nihilominus ſi præſcripta ſalutaria medicamẽta circa feſtum Nicolai continuaſſet, procul dubio poſt Luciæ diem vinci potuiſſet. Cum vero hæc neglexerit, proximus & conſuetus terminus eſt Gregorii feſtum, ſi quatuordecim dies ante euacuationes præmittantur. Ac licet lethalis per ſe morbus non ſit; grauiſſima tamen valedicens poſt ſe relinquit ſymptomata; hydropem & tabem non infrequenter: quibus de cauſis certe non contemnenda. Diligenti igitur domi foriſq; in itinere, opus erit regimine. Die paroxyſmi, vtut leuiſſimus ſit, domi ſe contineat. Quietis vero diebus morſulos aſſumat hepar & lienem aperientes & corroborantes.

Symptomata hydrops.

Morſuli in quartana quietis tempore ſumendi.

℞.Specier.arom.roſ.Gabr.ʒß.
Diarrhod.abbat.ʒj.
Trochiſc.de cappar.℈ij.ß.
Sem.agni caſti.
Fœniculi an.℈j.
Ceterach.
Cuſcutæ an.℈j.g̃.vij.
Rad.Enulæ campan.℈j.
Fœnicul.ʒß.
Verbaſci ℈j.
Bitumin. Iudaici ℈j.gr.v.
Raſuræ ebor.℈ß.
Cranij.℈j.
Margaritar.præparat.℈ß.
Corall.rubr.ʒß.
Cinamomi elect.ʒj.

Pulner.pulueriſat.ſubtiliſſ.& cum ℔.ß.
Sacchar.albiſſ. diſſolut. in aq.conuenientis q.ſ.Fiat confectio in Morſulis.

Lien inungatur portiuncula vnguenti quantitate auellanæ, ſuper carbones liquefacti:

Vnguentum pro liene in quartana.

℞ Ceterach.
Cuſcutæ.
Scolopend.an ℈ß.
Rad.cappar.℈ij.
Fœniculi.
Enulæ campan.an.℈j.
Sem.agni caſti ℈ij.ß.
Fœniculi ʒß.
Summitat.abſinthii noſtri ℈j.
Trochiſcor.de cappar.℈ij.
Bitum.Iudaic.℈j.

Incidantur & contund. dein ſtent per horas

ras duas in loco tepido affuſis Ol.amygd. dulc.

Cappar.
Vini maluarici an.℥ij.
Aq.cuſcutæ℥ iij.
Aceti vini albi ℈ß.

Deinde bulliant, agitando cum ſpatula ad conſumptionem aquoſitatis totius, quibus adde

Bdellii aceto reſoluti℥j. & colentur.
Colaturæ adde Ceræ, parum & fiat Vnguentum.

Quod ſi in via metus deliquii, aſſumat ſeq. Rotulas.

℞. Manus Chriſti perlat.roſ.℥ iij.

Balneum aquæ dulcis. Balneo aquę dulcis tepidę inſtar lactis mulcti, in qua flores Chamom. decocti fuerint, vtatur per ſemi horam, aut ad pulſus vſque mutationem diebus quietis.

Diebus ita decem domi ſe cõtineat, & euentum expectet.

Die paroxyſmi mane aſſumat iuſculum, vt ſaltem fami reſiſtat. Horas quinque ante inuaſionem aſſumat potionem ſudoriferam. Tegatur corpus accurate, imo & facies:

℞. Aq.lupul.℥j.
Fœniculi℥ ij.
Fumiterræ℥ß.
Aceti vini albi ʒ v.
Syrup.de lupul.ʒ vj.
Puluer.ſudoriferi tranſmiſſi ʒj.
Miſce exacte.

Quod ſi ſudor ex ſententia non ſuccedat ſupponatur pedibus Veſica aq.calida repleta; & dentur Aq.fœnicul. calide ſeptem vel octo cocblearia.

Tabis remedia. Tabem auertent I. Balneo Aquæ dulcis.

II. Inunctione ſpinæ ſequenti vnguento.

Vnguentum pro ſpina in tabe.

℞. Ol.Violar.loti quater ex Aq. lactucæ℥ iiij.
In frig.Gal.loti toties ex Aq. violar. ℥j.ß.
Mucilag.ſem.Cydon. ext. cum Aq. Barbæ Ionis.
Sem.papauer.alb.ʒj.ß.
Tragac.diſſolut.Aq.Maluar.℈j.
Camphoræ præparat.gr.j.ß.
Miſc.

Addantur ſemper cochlearia duo lactis muliebris puellam lactantis.

III. Inunctione artuũ & pectoris quarto quoquo die,ex Ol. Violar.℥ iij. aut iiij. Cum lactis mulieris puellam lactantis cochleari vno miſtis ductiſq;.

IIII. Vſu frequenti ſequentium morſulorum:

℞. Amygd.dulc.præparat.& macer. in Aq calidiſſ.per horam℥ iij.ß. *Morſuli in tabe.*
Pinearum.
Fiſticor.purgat.
Nucis longob.præpar.ʒj.
Semin.4.frig.maior.excortic.an. ʒß.
Portulacæ℈j.
Papauer.albi ʒj.
Iecoris gallin.cocti℈ iiij.
Caudar.cancror.coctar.ʒj.ß.
Pulpæ muſcul.pectoris gallin. coct. ʒij.
Corall.albor.ʒ ij.ß.
Margarit.præpar.ʒß.
Ligni aloes ℈j.
Semin.citri excort.ʒj.
Carnium citri odor. condit. & liberat.
Saccb.ſuæ conſeruat.℈iiij.
Conſeru.roſar.alb.ʒ ij.
Macis℈ß.

Incid. incidend. groſſiori modo , & puluerizand. pulu. Miſce & cum ſaccharo ℥x. diſſolu. in Aq.Lactucæ,f.Morſuli.

V. Eiuſdem efficaciæ erit Emulſio Amygd. facta cum Aq. hordei , Violarum aut Lactucæ. *Emulſione ex amygdalis.* Proderunt etiam Auell. excort. pineæ piſtaceæ per horam vnam ante Aqu. calidæ infuſæ. Paſſulæ mundatæ & ablutæ. Iuſcula Caponum non pinguium cum Pane & Vitellis ouorum. Item alii cibi euchymi nori.

Pro eodem quartanario,

D. BALTHASAR. SCHEIDERI

CONSLIVM CCLX.

ETsi plures plura in morbis compoſita habeant & commendent:parum tamen *Simplicia præferenda compoſitis.* hæc mihi placent: cum ſæpiſſime duobus, aut tribus ſimplicibus , multo maiora efficiamus , quam ſi totum Dioſcoridem ægro propinaremus. Accedit quod illi ipſi *Longa & varia medicamentorum compoſitio non improbantur.* compoſitores ſæpe cauſam reddere nequeant, cur hoc vel illud ingredientium addatur. Imo & multi è tot ſimplicibus confuſis reſultans temperamentum ignorant; qua re non modo ruditatem ſuam & ſtoliditatem oſtendunt:ſed etiam ſæpe , morbum longius imo & alium producunt & excitant. Verum hæc eſt peruerſitas & inſania ſeculi noſtri vt potius ventrem & oculos pluribus ſine ratione confuſis repleri malint , quam paucis ſalubriter & ex arte curari : Sed quorſum multis diſputo, aut inuehor ? curam potius propoſiti caſus aggredior. Cum quartana ſatis con-

tumax fuerit, cuius adhuc præſentis noıæ non obſcuræ apparent, facile certe autumno augeri, imo duplicari triplicariq;, nec non alios periculoſos ſecum inferre morbos poſſer. Quibus occurretur diligenti vſu iuſculi ſequentis:

Decoctum in quartana.

℞.Rad.borrag.ʒ ij.
Cichor.
Cortic.capp.an.ʒj.

Incid.& coq.in iuſculo gallinæ iuuenis macro, pro duabus doſibus diebus, quietis horã vna ante prandium aſſumendo. Repetantur octies herbæ ſuperius ordinatæ.

Temperabit humorem melãcholicum, obſtructiones iecoris & lienis reſerabit. Imo materiæ formæque febrili reſiſtet egregie.

Lien vero dolens ſingulis matutinis, quibus feriæ febris inungatur ſequenti vnguento:

Vnguentum pro liene.

℞.Ol.Cappar ℥j.
Amygd.dulc.rec.
Chamom.an.ʒ ij.
Bdellii aceto ſcyll.diſſol.ʒ j.
Ceræ parum.f.vnguentum molle.

Etſi vero purgationes in diebus Canicularibus noxiæ; neceſſariæ tamen cum ſint, decoctum foliorum ſenæ, vt apud nos præparari ſolet, non nocebit.

Decoctum ſenæ in canicularibus non nocet.

Continuentur hæc ad Laurentii vſque diem, quo ſignificari poterit ſucceſſus; ac tũ alia, ſi opus erit, præſcribentur.

In quartana.

D. IOH. SIGISMVNDI

CONSILIVM CCLXI.

SEPTEM ordinaui, Affinis honorande, tibi adhibenda:

Lenitiuum in quartana.

I. Lenitiuum.
℞ Diacatholic.
Caſſiæ extract.an.℥ß.

Diſſoluantur in decocto prunor. & paſſular. ebibantur calide duabus horis ante prandium.

Digeſtiuum.

II. Digeſtiuum, quater diebus quietis vſurpandum:

℞.Syrup.de fumaria.
de epithymo.
de endiuia an.℥j ß.
Aq.Betonic.
Fumariæ.
Borrag an.℥ iiij.
Miſce.

III. Purgans.

Purgans.

℞.Diacathol.ʒ v.
Electuar.Hamech.ʒ ß.
Miſce, fiat bolus.

Diſſoluatur in aqua fumar. q. ſ. ebibatur die quietis.

Electuarium.

IIII. Electuarium.
℞.Conſer.Borragin.
Bugloſſ.
Violar.ʒ v.
Rotulæ lætif. Almans: vel Galen.℥j.

Cum ſyrup. de Bugloſſ. & Borrag. an.q. ſ.f. Electuarium liquidum ante cœnam & prandium ſumendum.

V. Puluis.

Electuario ſuccedat tribus diebus puluis ſequens:

Experimentum contra quartanam

℞ Puluer.ſem.Hypericon.ʒ ij.
Ciner.caluariæ ʒj.
Miſce.

Pro tribus doſibus vſurpandis tribus horis ante prandium.

VI. Sumantur cum aq. Agrimon.℥ iij.

VII. Inungatur lien ſequenti oleo.

℞.Ol.chamomillæ.
de Cappar.an.℥j.
Miſce.

In duplici quartana,

D. IACOBI SYLVII

CONSILIVM CCLXII.

Electuarium

℞.Conſer.borrag.℥ ij.
Theriacæ bonæ & veteris ℥.ß.
Cortic.citri condit.℥j.
Puluer.elect.lætitiæ Galen.
Elect. de gemmis an. ʒ ij.cum pauco ſyrup.epithymi, fiat in modũ opiatæ.

Capiat quotidie ad quantitatem caſtaneæ duabus horis ante cibum cum ℥j. vini abſinthitis.

Victus ratio in quartanis.

In die acceſſionis abſtineat à cibo & potu horis ſex ante acceſſionem, & potus ac cibus ſit facilis coctu, vt lingua verueccina, vitelli ouorum ſorbilium & recentium. Si debilis eſt, ſtatim poſt ſudurem cõmedat, & bibat vinum tenue, album, ſubaſtringens. Alio die, ſcilicet intermiſſionis & quietis, ſit victus plenior, ex decocto & expreſſo capi, abſtineat ab aceto, pane furfuraceo, carne bubula, ſuilla, ceruina, leporina, braſſic, caſeo; Cappares cum melle horis duabus ante cœnam ſont ſalubres. Si poſſit ex interuallo, vt octauo die, melancholiam per ſyrup. de fumoterræ & byzantiis, & de bugloſſa cum duplo aquarum lupuli, & ſcabioſæ, & morſus diaboli præparatum vacuare. Item, infuſione fol. ſenæ, aut epithymi Cretenſis, eſſet ſalubre. Æ-

Syrupi melancholiam præparantes & vacuantes.

ges

ger hic tandem incipiat inflatione tibiarum laborare, ita vt hydropem minaretur.

In febre nocturna pituitoſa, cum Ictero epate obſtructo, pro quodam Comite,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCLXIII.

SCRIBIT Illuſtris Comes, ſe ineunte autumno laboraſſe duplici tertiana. Oportet igitur corpus, plurima bile abundare, ex cuius putredine eſt orta. Cum igitur ſub hyemem pituitoſa febris ſucceſſerit, neceſſarium eſt, vel tertianas iſtas, admodum nothas fuiſſe, & calorem innatum ita debilitatum, vt immodice pituita ſit aucta, vel in curatione refrigerantibus in victus ratione atque medicatione erratum. Vtcunque eſt, cum ſit febris nocturna, nõ negligenda. Solent enim diurnæ febres, minus, quam nocturnæ pituitoſæ eſſe. Quod autem videatur mitior, illud non ſolum à natura humoris habet; verum etiam calor innatus imminutus eſt, & minus nunc ſuccendi poteſt. Itaque in primis diligentiſſima adhibenda eſt victus ratio, in qua omnes cauſæ cruditatis vitentur, & in primis in potu à vino & aqua cruda abſtinendum. Nec velim, Generoſum Comitem bibere aquam, præſertim iſto anni tempore, hoc eſt, in media propemodum hyeme.

Diurnæ febres minus, quam nocturnæ pituitoſæ ſunt.

Cum autem icterus huic febri ſit cõiunctus, nullum eſt dubium, maximas in epate obſtructiones eſſe. Hæ vero recte curari non poſſunt, niſi pituitoſus humor è primis venis tollatur. Nam niſi huc fiat, ea quæ obſtructioni proſunt, non modo nihil adiumenti adferent; ſed cum periculo etiam aſſumentur, cum materiam crudam in anguſtiores venas epatis protrudant. Proinde conſulerem, vt Generoſus Comes interdum talibus catapotiis vteretur:

Icterus.

Pillula de aloe.

℞. Aloes ſucco endiuiæ aliquoties imbuti ℥ß.
Rhabarb. electi pulueriſati, & aquę cinamomi aſperſi ʒß.
Agarici albiſſimi inciſi, & vino, in quo Zingiber decoquatur, affuſi ʒj.

Pulueriſentur omnia ſeorſim, & cum ſyrup. roſat. ſolutiuo, ac parum ſyrup. de abſinthio commiſceantur, atque addito ſalis gemmæ & maſtichis an. ℈ß. formentur pro qualibet drachma pillul. num. xj.

Harum pillularum vndecim horis duabus ante cibum bis vel ter in ſeptimanis ſumat, horis duabus ante prandium, & ſi aluũ non commoueant, doſin augeat.

Dum hoc fit, hypochondria iſto vnguento matutinis horis vngantur:

Vnguentum pro hypochondriis.

℞. Olei amygdal. dulcium recent. ℥iij.
Vini optimi ℥ij.
Abſinthii pontici m.j.
Roſar. rubear.
Chamæmeli an. p.j.

Decoquantur ad vini conſumptionem, & exprimantur fortiter, & ſeruetur expreſſum vſui. Deinceps bibat aquam cuſcutæ probe deſtillatam. cui prius per noctem infundatur

Agrimoniæ.
Abſinthii pontici an p.j.

Irrorentur herbæ per horam vino, deinceps imponantur aquæ, ſtent per noctem, & exprimantur fortiter. Bibat Illuſtris Comes ad ℥v.

Vbi hoc fuerit factum per ſex dies, tandem ſingulis diebus, matutine cum aqua cuſcutæ, ſimpliciter deſtillatæ, ſumat Trochiſcorum de abſinthio bene præparatorum (ſunt enim Troſchiſci plerumque antiquiores, quam debebant) drachmam mediam vſque ad duos ſcrupulos. Vbi obſtructiones protſus ceſſauerint, ex eadem aqua cuſcutæ ſumat eboris ſcobem ex iuſculo. Bibat & decoctum rad. cichorii & taraxaci. Cum flatus nimium ſunt moleſti, ventri imponat ſacculum ex furfuribus tritici, ſale & floribus cotulæ fœtidæ. Quod ſi flores cotulæ non habentur, flores chamæmeli ſumantur. Hæc potui in præſentia monere, quæ vt à præpotente DEO benigne fortunentur, toto pectore precor.

Troſchiſci plerumque antiqui.

Sacculus flatus diſcutiens.

In febri tertiana continua, pro quodam Generoſo Domino,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCLXIV.

AFFLIXIT Generoſum Dominum tertiana febris, quæ ſecundo etiam rediit, & vires vniuerſi corporis debilitauit. Itaq; & laſſitudinem, & loco motiuæ debilitatem ſentit, ac pedes intumeſcere animaduertit. Vt autem deinceps tutus ſit, primum optima ſeruetur victus ratio. Vitet varietatem ciborum, repletionem immoderatam: Abſtineat à crudis, lacticiniis, piſcibus, ouis cum butyro, & cæteris rebus omnibus in ſartagine coctis. Iuſta tempora prandii & cœnæ obſeruet. A pran-

Diæta pro præcautione.

dio non dormiat, nec niſi tribus horis poſt temperatam cœnam cubitum eat. Caueat ab exercitiis poſt cibum, & à potu ſibi temperet. Vtatur vino Necarino, & cereuiſia pura, & probe deſœcata. Fugiat aerem nocturnum, nec in loco humido cubet. Vt aluus ſit mollis, interdum ante cibum paſſulas ſumat. Quod ſi nihil ſubducerent, orbiculum vnum vel alterum de Rhabarbaro aſſumere poterit. Mane cum lecto ſurgat, ſubito mundetur os, & deinceps leuiter totum corpus perfricetur, maxime brachia & crura: deinceps caput quoq; pectine & leui frictione purgetur. Sumat etiam de hoc electuario ad magnitudinem nucis moſcbatæ:

Pro ſubducendo aluo.

Electuarii.

℞. Conſeruæ roſar. ℥ iiij.
borrag. ʒ j.
Specier. aromat. roſat. ʒ j.
Caryophyllor. inciſor. ℈ ij.
Miſce.

Deambulet poſtea, aut moderate ſe exerceat ante cibum. Vtatur deinceps prandio, à quo, vt dixi, abſit varietas ciborum, & repletio. Mollia autem vt iuſcula, cibos præcedant; deinde aſſis vel elixis vtatur. A prandio ſumat cochleare vnum de iſto puluere:

Puluis po-[illegible]

℞. Panis albi toſti ℥ iij.
Coriandri præparat ℥ j.
Cinamomi ʒ j.
Maſtiches ℈ ß.
Miſc.

Hic puluis aſcenſum vaporum ad caput mitigabit, & vt catarrhus minus moleſtus ſit, faciet.

In hectica Maraſmode,

D. Iacobi Sylvii

CONSILIVM CCLXV.

Deſtillatum caponis in [illegible] totius corporis.

℞. Portulacæ.
Lactucæ nouellæ.
Cichorii.
Oxalidis.
Maluæ an. m. iiij.
Cucumerum maturorum recentium in taleolos ſectorum & cum ſeminibus tritor. nu. ij.
peponis maturi cum ſucco & ſeminibus triti nu. j.
Seminum quatuor frigidorum tritorum an. ʒ ß.
Vuarum paſſarum purgatarum ℔. ß.
Piſtaceorum pinear. tritarum parum an. ℥ j.
Conſer. Roſar.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Cichorii an. ℥ iij.
Cortic. citri conditi ℥ iij.

Aquæ decoctionis perfectæ duorum caponum, & coxæ vitulinæ alteratæ cum prædictis herbis ℔. iij.

Cum carnibus duorum bonorum & carnoſorum caponum & mica panum duorum paruorum fiat deſtillatio lento igne, qua vtatur cum vino, vel per ſe, cum ſaccharo roſat. & puluere diamargar. frigid. & diatragacanthi, paſſetur per manicam.

De præſeruatione à morbis Peſtilentibus.

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCLXVI.

REQVIRITVR à me, vt paucis deſcribam rationem præſeruandi à morbis peſtilentibus, id vt faciam ſingularia humanitatis officia requirunt. Tota autem præſeruationis ratio, cum in vitatione cauſæ verſetur, primũ generales cauſæ diſtinguẽdæ ſunt. Eſt autem generaliſſima aer, atq; ab eo veræ peſtilentiæ, quas nos publicas appellamus, proueniũt. Minus generales ſunt, corrupti cibi, & ea quæ humores in corporibus vitiant, atq; imputa reddũt. Vnde priuati morbi peſtiferi oriuntur, qui tamen publici fieri poſſunt, ſi putredo ad eum gradũ perueniat, vt morbidam expirationem habeat. Sed de his agere non neceſſe eſt. Nam eiuſmodi priuati peſtilentes morbi facile poſſunt præcaueri, ſi corpora ſint pura, & recta victus ratio adhibeatur. Publicas autem peſtes, quæ plerunq; bubonibus, vel carbũculis ſunt inſignitæ, vt quarum ſeminaria in aere continentur, nõ alia ratione melius vitamus, quam aeris mutatione, ita vt de impuro aere in puriorem nos conferamus. Id ſi facere nõ conceditur, hæc quatuor obſeruemus neceſſe eſt. Primo, vt aer non modo à putridis vaporibus: verum à ſeminariis etiã peſtis diligentiſſime perpurgetur. Secundo, vt opera detur, quo corpus excrementis vacet. Tertio, vt cor aduerſus præpotentem cauſam, & inſpirationem ſeminariorũ muniatur. Quarto, ne vlla putrefactioni humorum in corpore cauſa detur.

Cauſa peſtis. Aer.

Priuati morbi peſtiferi.

Publica peſtis

Quid faciendum, ſi peſtis tempore aeris mutatio non concedetur.

DE PRIMO? Aer non melius purgatur, quam ventilatione & igne. Proinde ſi a locis ſalubribus flant venti, ii admittendi. Si ſeminaria eos flatus continere ſuſpicio eſt, hoc eſt, ſi ex ea parte, in qua plurimi laborant, ſpirant, aditu prohibendi. Ignes au[illegible] accendere,

Præſeruatio à peſte in quatuor rebus conſiſtit. 1. Aer.

dere, maxime ex iuniperi ligno, item roriſmarino, & aliis redolentibus vulgo etiam notum. In æſtate foliis vitis, ſalicis, violarũ, cydoniorum conclaue ædium, in quo habitamus, inſpergendum. Hyeme ſuffitu vtendum ex cõtuſis baccis iuniperi cum puluere ſuccini. Poſſunt & orbiculi redolentes manibus admoueri hoc modo:

Pila odorifera manibus geſtanda.

℞. Cortic. citri.
Santalorum.
Ligni aloes an. ʒß.
Styrac. calamit.
Ladani an. ʒj.
Galliæ moſchatæ.
Aliptæ moſchatæ an. ℈ß.
Ambræ gryſ. g̃. iij.

Miſc. & cum mucilag. Tragac. f. orbic. Quam minime in publicum prodeat, & cũ exeundum eſt, antidotum, de quo tertio loco dicemus, ſumat, & corticem citri, vel angelicam in aceto præparatam in ore geſtet.

II.
Excrementorum prohibitio.

De secundo: Nihil poſſumus præſcribere de excrementorum euacuatione. Sed hac in parte Medici præſentis opera vtendum. Cæterum hoc monemus, excrementorum prouentum cauendi, non meliorem neque tutiorem rationem eſſe, quam ſi recta victus ratione vtamur, & operam demus ne corpus repleatur etiam boni ſucci cibis, mali vero ſucci omnes amoueamus: varietatem ciborum caueamus. Quæ aſſumuntur ea aceto vel ſucco limonum ſint condita. Inſpergatur etiam cibo cornu cerui in puluerem reductum cũ cinamomo, puluere tormentillæ, & hora vna ante cœnam aſſumantur iſtæ pillulæ bis vel ter in ſeptimana:

Cibi repletio tempore peſtis vitanda.

Pillulæ.

℞. Aloes roſac. ℥ß.
Myrrhæ ʒij.
Croci ʒj.
Ambræ gryſ. ℈ß.

Cum ſyrupo de cortic. citri reformẽtur pillulæ mediocres, de his accipiat drachmam dimidiam.

III.
Corroborantia.

De tertio: Eorum quæ cor roborant, & aduerſus præpotentẽ cauſam tuentur, omnes vulgares libelli ſunt pleni. Verã autem peſtis antidoton ſoli Deo notam nõ eſt dubium. Itaq; diuinum auxilium præcipue implorandum. Ego ad præſeruationem in primis vtile puto electuariũ de nucibus, hoc modo factum:

Vera antidotus ſoli Deo cognita.

Electuarium de nucibus.

℞. Nucum iugland. nu. xx.
Caricar. pinguium nu. xv.
Rad. tormentill.
Pimpinel.
Baccarum lauri an. ʒij ß.
Cortic. citri.
Galangæ.
Macis in aceto præpar. an. ʒj. ß.
Fol. abſinthij.
Rutæ.
Scabioſæ an. m. j.
Flor. borrag. m. ß.
Cornu cerui.
Boli armen.
Terræ ſigillat. an. ʒij.
Myrrhę el. ʒj.
Croci ʒß.

Cum ℔. iij. mellis deſpumati f. electuarium, de quo ſumatur mane, vel cum in publicũ prodit ad magnitudinem caſtaneæ. Sunt & alia multa. Verum ſi interdum, ne vni medicamento aſſueſcat natura, variandũ eſt, cõſulo, vt Theriaca bona, vel mithridatica antidotus ſumatur, vel hoc electuarium:

In peſtis præſeruatione mutanda remedia.

Aliud electuarium.

℞ Radic. verbaſci.
Tormentill. an. ʒiij.
Sem. citri ʒij.
Succi verbenæ.
Meliſſ.
Cardui bened. a. ℥j.

Sacchar. in aqua meliſſæ diſſol. coq. lento igne, & f. electuarium, accipiat cochleare paruum.

IIII.
A putredine præſeruantia.

De quarto: A putredine præſeruant ea omnia, quæ prius dicta ſunt. Maxime vero creber vſus pillularum ſupra deſcriptarũ. Item puluis cornu cerui ſæpe aſſumptus, terra ſigillata, bolus armena, moderatus ſudor matutinus, & qui corpus perſpirabile reddat, ſi bene extergatur. Maxime vero potus vini puri cum foliis cardui benedicti. Hæc autem omnia, vt à præpotenti Deo benigne fortunentur, precor.

De febribus malignis.

D. Joh. Cratonis

Consilium CCLXVII.

In iſtis vulgaribus febrib. nihil ad præſeruationem conuenientius, quam vt & victus ratione, & iis quæ ventrem leniunt, opera detur, quo corpus excrementis vacet, & perſpirabile ſit. De his extant multa præcepta medica, & mediocriter diligens cuſtos ſuæ valetudinis, poteſt ea, quibus ſe prægrauari ſemel obſeruauit, cauere. Longe autem alia eſt curatio febris illius, quam morbum Vngaricum vocant, & peſtilentis, quæ petechiis & maculis inſignita eſt. Nam morbus Vngaricus, quem ego ſynochum putridam eſſe iudico, (licet alii cauſonem, ſeu ardentem, quæ à putredine bilis oritur: & cum tertiana continua magnam affinitatem habet, eſſe putent) peculiarẽ quẽdam putredinis gradum & cerebri affectio-

Morbus Vngaricus & petechiæ.

Poſt tertium diem vena non ſecanda. tertium diem nemo, cui vita chara eſt, & ſalus ſua, in hoc morbo vel purgatione vtatur, vel phlebotomia, quamuis minus periculi in purgatione, quam venæ ſectione eſt:

Bolus purgans.

℞. Agaric. rec. Trochiſc. ℈iiij.
Syr. conſeruat. Zinzib. parum.
Oxymel. q. ſ. miſc. f. bolus mollis.

Poſtea æger drachmam vnam ſumat huius pulueris bis ſingulis diebus mane & veſperi, & ſi ſudor ſequitur, ſuſtinendus eſt:

Puluis ſingulis diebus bis ſumendus.

℞. Sem. napi ʒj.
Citri ʒß.
Acetoſæ ℈ß.
Camphoræ g. iij. Miſc. f. puluis.

Iulepum. De die hunc Iulepum bibat, quoties viſum eſt, & ſi ex eius vſu refrigerari ſtomachum ſenſerit, iniiciat aliquid cinamomi.

Aq. puræ ℔. ij.
Raſuræ cornu cerui in petia ligat. ʒvj.
Sem. & cortic. citri an. ʒij.
Decoq. ad ℔ ß. conſ. Colaturæ. ℞. ℔. j. ß.
Succi limonum ℥iij. vel ſi non habetur, aceti ſacchar. ℥ij ß.

Aq. acetoſæ cum ol. vitrioli. Coq. deſpumando ſemper, & purificentur cum albumine oui. Vtile etiam in hoc morbo aquã acetoſæ bibere, ſi in dimidium cantharum aquæ gutta vna olei vitrioli inſtilletur. Alii ſtatim initio vehementiſſima vſurpant, vt ſuccum ſemperuiui, ſalnitrum, ouorum albumen, & vinum ſublimatum, quod improbo, vt maxime laudentur. *Raphani radix.* Raphanus, quia magnam vim habet attrahendi malignitatem materiæ, vtile eſt ſcobem eius pedibus ſale & aceto prius mundatis alligare. Ideoi etiam occipitio apponi poteſt, ſi vehemens capitis dolor adſit. Conueniunt ægris cibi molles, ius gallinarum cum ſucco limonum, vel citri, vel acetoſæ coctum, iridem & ptiſana. Ventriculus muniatur multiplici lino impoſito veteri. Aluus ſi adſtricta eſt, ſimplici clyſtere vtendum eſt ex iure gallinæ malua incocta & addito ſaccharo. Vehementiora remedia in hoc morbo non ſunt neceſſaria. *Optimum remedium in peſtilentibus.* Aqua vero cardui cum cornu cerui, aut lapide Bezoar ægro in potu data, multum in hoc affectu valet.

De præſeruatione à peſte, quibuſdam Morauiæ Proceribus præſcriptum, Anno 1572.

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLXIX.

Præſeruatio à peſte in quibus conſiſtat. PRÆSERVATIO à peſtilenti infectione, inuocato prius auxilio diuino, in his præcipue conſiſtit. Primo, vt corpus ab
1. excrementis repurgatum, & ab obſtructionibus liberum ſit. Secundo, vt aer infe- 2.
ctus, ſi caueri nequeat, in conclauibus alteretur, & corrigatur. Tertio, vt cor antidotis 3.
conuenientibus præmuniatur, ne aer infectus, quoquo modo attractus, cordi exitialis
ſit. Quarto, vt quilibet, habita vocationis 4.
ſuæ ratione, animum non deſpondeat, ſed bona ſpe ſeſe erigat & ſuſtentet.

De primo,

Nimius medicamentorum vſus hoc tempore valde eſt ſuſpectus, ſæpeq; plus noxæ quam adiumenti corporibus affert. Conſultius autem multo eſt, conueniente victus ratione vti: cibus ergo ſit conſuetus, ſanitatis tempori congruens: Piſces tamen, pinguia, *Diæta.* auium paluſtrium carnes, ſuillæ, & fructus omnes ὡραῖοι caueantur. Cibi omnes aceto *Cibi aceto condiendi.* (exceptis podagricis, & neruorum affectib. vexatis) ſucco limonum, citriorum, cotoneorum condiendi: potui quoque citriorum cortices imponendi, & cum cibis, ſeq. puluis ex aceto aut vino diſſolutus, vſurpandus:

Puluis in cibo.

℞. Margarit. alb. præpar. ʒij.
Corall. rub. præpar.
Boli armen. oriental. an. ʒj.
Cinamom. el. ʒiij.
Cum ſ. q. ſacchar. f. puluis.

Caueantur vina fortia, dulcia, turbida, craſſa, & fucata, ſicut & cereuiſię craſſæ, quę multum lupuli habent. Ad euacuationem putridorum & excrementitiorum humorum, ſufficient pillulæ ſequentes ad ʒj. ſemel in hebdomada ſumptæ:

Pillulæ.

℞. Aloes optimæ ℥j.
Myrrhæ el. ℥ß.
Croci oriental. ʒij.
Cinam.
Coriand. præpar. an. ʒj. ß.
Sem. citri.
Acetoſ.
Baſilic. an. ʒj.
Lig. aloes.
Margarit. præpar.
Corall. rubeor. præpar.
Cornu ceruin.
Raſuræ eboris an. ℈ij.
Tormentill.
Diptami alb.
Terræ ſigill. an. ʒij.
Boli armen. oriental. ʒvj.

Pulueriſata dimidia pars excipiatur cum ſ. q. ſyrupi de corticibus citri, & f. maſſa: reliqua medietas pulueris ſeruetur pro vſu, & ſumatur ad ʒß. ad ʒj. ex ouo ſorbili, aut aliter, bis in ſeptimana. Vel:

℞. Aloes ʒvj.
Myrrhæ ʒiij.

Croci ʒ j.
Rhabarb.el.ʒ ij.
Agaric.el.Troch.ʒ j.
Caryophyll.
Sem.citri an.℈j.
Tormentill.
Santal.rub.an.ʒ j.ß.
Boli armen.oriental.ʒ iij.
Caphuræ ℈ß.

Puluerisata excipe ſyrupo acetoſitatis citri, & f.maſſa, de qua formentur pillulæ mediocres pro ʒ j. ſumantur ſemel in ſeptimana. Cum vero hæc è myrrha & aloe medicamēta epati, præcipuè calidiori, minus conueniant, horum loco rotulæ ex Rhabarbari extracto vſurpari poterunt:

Rotulæ ex extract. rhabarb.

℞.Extracti Rhabarb. ʒ j. è ſucci roſar. ʒ ij.diſſoluti.
Rhabar.electiſſ.ſubtiliſſ.pulu.&aq. cinamomi aſperſi ʒ ij.
Conſer.roſar.odorifer.ʒ ij.
Sacch.albiſſ.ex aq.cinam.diſſol.℥ iiij.

Miſc.f.rotulæ, pondere ʒ iij. ſumatur vna ſemel in ſeptimana, aut in duabus.

De ſecundo.

Aeris correctio.

Alterum caput præſeruationis eſt aeris correctio, per quē *μιάσματα* infectionis ab vno loco in alium, ex infectis locis & corporibus traducuntur: ita aer calidus, craſſus, turbidus, occluſus, nec probe perflatus, peſtis ſeminaria diutius in ſe continet, eamque auget, niſi ſalubriorum ventorum perflatu, igne, aliiſque ſuffumigiis corrigatur. Probantur itaq; in tali caſu ignes perpetui & luculenti è ligno pini, iuniperi, abſinthio, & rore marino, vel ſuffumigia è granis iuniperi, roremarino, & ſuccino parata, & prunis inſperſa: quibus & veſtes, & linteamina, lectuſq; ipſe quotidie mane & veſperi ſuffiri debent. vel cubilia hac aqua aſpergantur:

℞.Aq.roſar.℔.j.
Aceti ℥ iij.
Pul.Trochiſ.de camphora.
Santal.citrin.
alb.an ʒ j.
Camphoræ ʒ ß.miſc.

At ignito lateri, ſilicive hæc aqua inſpergatur, vnde fumus excitetur:

Aqua pro correctione aeris.

℞.Aceti vini ℔.j.ß.
Aq.roſar.℔.ß.
Santal.citri ʒ j.
Cinamom.℈j.miſc.

Facies & manus abluantur ex aqua roſarum, cui acetum roſa.cum tantillo camphoræ permixtum ſit: pedum plantæ fricentur cum acero & ſale. Naribus odoramenta ex aceto infuſionis rutæ, & pauca camphora admoueantur: poma item ambræ, & trochiſci pro fumo, aliave complura, quæ ad aeris correctionem paſſim in Medicorum libris reperiuntur, & hic pluribus commemorare ſuperuacaneum iudico. Egreſſuri in publicum maſticent zedoariam, angelicam in aceto præinfuſam, cortices citriorum ſumme vtiles, aut ore contineant Trochiſcos ſequentes:

Trochiſci in ore tenendi.

℞.Cortic.citri ʒ ij.
Zedoar.
Angelicæ præpat.an.ʒ j.ß.
Lig aloes,
Ireos an.℈ ij.
Sem.citri excortic.
Caryophyll.
Nucis cond.an.℈ j.
Moſchi,
Ambræ an.g̃.ij.
Sacchar.cand.℥ j.

cum mucilagine Tragac.& aq. roſar. addito in fine oleo Macis, fiant Trochiſci parui inſtar bechiarum. Iis qui moſchum abhorrēt, abſque moſcho & ambra parentur.

De tertio.

Antidota pro corde.

Intermediis diebus, quibus purgantia non aſſumuntur, antidotis præſeruatiuis vtendū eſt, quæ cor, quod inprimis petitur, & reliqua membra principalia aduerſus peſtis virulentiam muniant & tueantur: quale eſt hoc electuarium, de quo quotidie mane ſumatur inſtar auellanæ, hyeme è vino albo tenui, æſtate vero ex pauxillo vino cum aqua roſarum, aut acetoſæ permixto:

Electuariū cor corroborans.

℞.Diptami cretic.
Terræ ſigill.
Boli armen.præpar.
Myrrhæ.
Abſinth.
Rutæ.
Scabioſæ.
Pimpinell.
Acetoſæ,
Zedōr.an.ʒ j.
Rad.Ariſtol.vtriuſque.
Tormentill.
Baccar.lauri an.ʒ j.ß.
Nucum iugland.nec racid.num.vj.
Caricar.ping.nu.xj.
Mithrid.
Theriac.el.an.℥ j.
Croci.
Camphoræ an.℈ j.
Vnicornu.
Margarit.alb.non perforat.
Oſſ.è corde cerui.
Cornu cerui vſti an.ʒ j ß.
Sem.citri excortic.ʒ ß.
Macis ʒ j.

Trita

Trita ſubtiliſſime excipiantur ſyrupo acetoſitatis citri, & redigantur in formam electuarii. Huius generis ſunt etiam Tabulatum Imp. Ferdinandi, piiſſimæ memoriæ, electuarium meum de ſuccis, ſalutis, & liberantis, quę omnia ſumma fide præparata veſtræ Magnificentiæ nanciſci poterunt Vratislauiæ apud Sebaldum Lauream Myropolam in foro gallinario. Cum autem cor in primis ab occulta veneni vi petatur, antequam domo quis egrediatur, ſub ſiniſtra mammilla hoc vnguentum illinendum eſt.

Vnguentum cordiale.

♃. Theriac. opt. ℥ iij.
Croci.
Camphoræ an. ℈. xv.

Cum ſ. q. ſucci limonum & aceto roſato f. linimentum. Aut ſupra cordis regionem geſtetur ſacculus ſequens:

Sacculus cordialis.

♃. Flor. roſar.
borrag.
bugloſſ.
Sandal. omnium.
Been vtriusq;.
Nucis cond.
Lig. aloës.
Croci.
Zedoar.
Diptami alb. an. ʒ ß.
Ocymi citrati.
Meliſſ.
Cortic. citri an. ℈ j.

Trita in puluerem condantur ſacculo è ſerico rubro, interſtincto, qui calefactus ſupra latere calente, prius cum aqua roſar. & aceto aſperſo, tepide cordi apponatur.

De quarto.

Animi præſeruantia.

Vltimum ſed præcipuum præſeruationis caput, eſt animus bonus & imperterritus, quem alii continuis ingurgitationibus, alii aliis rationibus & mediis Chriſtiano homine indignis ſibi parare ſatagunt: Experientia tamen conſtat nimio metu & animi anguſtia, deſperationeve periculum non imminui, verum potius attrahi atque augeri: propterea cuiuis Chriſtiano talia media, infectionis peſtiferę tempore, quęrenda, quibus pie & tuto liceat animum à nimio metu, & triſti cogitatione abducere, ne cor omnium affectuum ſedes talibus curis debilitetur, faciliusque à veneno afficiatur, aut ipſum peſtiferum virus inſtar fumi attritum ad ſe attrahat. Miſericors & clemens Deus noſtri Miſereatur, & gladium iuſtæ vindictæ, miſericordiæ oleo temperet.

Præſeruatio à peſte,

D. GVILIELMI RONDELETII.

CONSILIVM CCLXX.

IN primis accipe ſemel in hebdomada duas vel tres pillulas, mane cum ſurrexeris, ſecundum ordinationem quæ ſequitur. Quamuis autem pillulæ iſtæ non valde operentur, ſufficiet tamen pro tempore peſtis, in quo non opus ex maxima purgatione:

Pillulæ tempore peſtis Rondeletii.

♃. Rhabarb. elect. ʒ j. ß.
Cortic. myrobal. citrin.
chebulor. an. ʒ ß.
Myrrhæ.
Croci an. ℈ ß.
Cinam. ℈ ij.
Aloës lotæ in aq. abſinthii & Cichorii ℥ ß.

Cum ſucco roſar. fiant pillulæ ſex pro drachma. Capiat pillulas duas, vel tres mane ante prandium.

Theriaca.

In craſtinum, poſtquam accepit pillulas, ſumet ʒ j. Theriacæ, quinq; horas ante prandium. Et nunquam accipiet hanc Theriacam, quin fecerit prius parum abſtinentiæ, vel poſt pillulas acceptas, quemadmodum dixi, & ſero ante, quam accipiet pillulas, vel theriacam cœnabit leuiter. Aliis diebus accipiet pulueris, qui ſequitur, cochlear vnum, die vno de puluere, & altero de opiata:

Opiata cordialis Rondeletii.

♃. Conſer. roſar.
Acetoſæ an. ℥ j.
Flor. cichorii ℥ ß.
Cortic. citri cum ſacchar. conditorum ℥ ij.
Myrobal. emblic. condit. nu. ij.
Raſuræ eboris.
Cornu cerui an. ʒ iij.
Coralli rubri ʒ ij.
Semin. bombacis.
citri an. ʒ j.
Puluer. diamargar. frig. ʒ ij.
Fragmentor. lapid. præcioſorum.
Margaritarum non perforat. an. ʒ ß.

Cum ſyr. de acetoſitate citri. Fiat opiata, de qua capiat, vt eſt dictum.

Puluis cordialis.

♃. Margaritar. non perforatar.
Raſuræ eboris an. ʒ j.
Cornu cerui ʒ ij.
Boli armen. pręparati ʒ iij.
Roſar. rub. ʒ j.
Zedoariæ.
Cinamomi an. ʒ j ß.
Sacchar. roſat. tabell. q. ſ.

Fiat puluis, capiat poſtea, & eo die quo non acceperit de opiata:

Emplaſtrũ.

♃. Nitri.

Caricarum.
Stercor. mulæ an. q. ſ.
Fiat Emplaſtrum.

De præſeruatione à peſte,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLXXI.

QVantum ad prę̨ſeruationem in peſte attinet, certum eſt, DEVM ſibi reſeruaſſe ſoli remedium contra peſtem, cum Medicus ipſe pro ſuo corpore, cuius ipſi nota eſt conſtitutio, vix poſſit cõueniens è tanto numero remedium eligere. Ideo difficile eſt in genere proponere remedia, quæ pluribus proſint. Multa vſu tot annorum didici, ſed nulli rei præter diuinæ benignitati commẽdare ſalutem meam in tali periculo poſſem. Quare de expertis remediis in hoc caſu non libenter ſcribo. Pro ſenibus præſcripſi antea duo remedia, quibus Dominus & Domina vti poſſunt. *Elect. familia.* Pro cæteris & familia reliqua, ſeruo Electuarium de nucibus, quod ſit ex ficubus, ruta & iuglantibus excorticatis æqnali pondere contuſis omnibus in aceto ex vino. Inde ad magnitudinem dimidiæ iuglandis mane ſumi debet. *Pueris.* Pueris nihil vtilius, quam bolus armena, cum pauxillo tormentillæ & corticibus citri in puluerem redactis, qui inſpergatur cibo & pultibus & potui. Quoties exeundum eſt domo particulam corticis citri in ore geſtare profuerit. Quiſquis ex poculo ſuo bibat; non cum alio. *Baccæ iuniperi.* Famulis aliquot baccæ Iuniperi in aceto macerat ę dentur, vt eas maſticent. Odorent etiam acetum, cui camphora & ruta ſit iniecta, cui intingatur nodulus vel ſpongia. In curatione plurimum poteſt camphora cum pauca Theriaca vel Mithridatio, ſed ne fortiſſimo quidẽ homini vltra tria grana camphoræ dentur. Nec qui infectus eſt, vlli remedio ſoli fidat, ſed ſingulis ſex horis mutet. *Emplaſtra attrahentia.* Apoſtemata requirunt emplaſtra ex reſina, & pice, quæ materias euocent: De medicamentis purgantibus & venæ ſectione nihil habeo quod dicam, neq; ſcio quomodo veneno reſiſtant, aut expellant, quod fit ſolo ſudore, & apoſtematum apertione. *Venæ ſectio in peſte non temere inſtituenda.* In aliquibus tamen venæ ſectio locum habet. Satius eſt autem eam in vniuerſum intermittere, quam intempeſtiue vti, & vires imminuere, quæ in hoc caſu maxime conſeruandæ & augendæ ſunt.

De præſeruatione, & curatione peſtis.

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCLXXII.

Præſeruatio peſtis in quibus conſiſtat. PRæſeruatio conſiſtit in mundificatione corporis & exiccatione ſuperfluarũ humiditatum, & cordis roboratione. Ad euacuationem non adhibendæ fortes purgationes, ſed diæta rectius ſuccurritur, & vſu harum pillularum:

Pillulæ.
℞. Maſſæ pillularum Ruffi ʒ iij.
Spec. El. de gemmis ℈ ß.
Camphoræ g. v.
Cum ſyrupo de ſucco cardui, informentur pillulæ nu. xxxvj.

In ſeptimana bis vſurpentur numero nouem. Ad exiccationem & cordis roborationem proſunt morſuli & rotulæ ſequentes, & electuaria. Sunt enim gemina vtraque.

℞. Morſul. Imperator. ℥ iiij.
Rotular. de extracto angelicæ ℥ iiij.
Macis in aceto xxiiij. horis macerat. ℥ j.
Theriac. præſtantiſſ. ʒ j. ß.
Succi Card. benedicti ℥ ß.
Miſc.

Electuaria.
℞. Conſer. Roſar.
Borrag. an. ℥ j.
Specier. liberantis Imperat. ℥ ß.
Succi ſcabioſæ.
Veronicæ.
Meliſſ. an. ʒ ij.
Theriac. opt.
Mithrid. el. an. ʒ vj.
Miſc.

De morſulis ſumat mane vnum. De Trochiſcis duos. De electuario quantitate nucis caſtaneæ. *Pueris.* Puero nihil vtilius corticibus citri, vel citoniatum cum iiſdem corticibus confectum mane datum. In ore teneatur cortex citri. Teneat in manu ſpongiolam aceto imbutam, in quo ruta macerata ſuit cum camphora. Fit & fumus baccis Iuniperi, vel foliis quercus. *Pro famulis.* Pro famulis vtiles ſunt baccæ Iuniperi in aceto maceratæ. Item angelica macerata in aceto, & in ore repoſita. Quod ad curationem attinet, non ſatis tutum eſt fidere remediis. Primum autem ſemper intra duodecim horas curatiua, & Electuaria corroborantia permutari debent & repeti. *Venæ ſectio non facile admittenda.* Ad venæ ſectionem, niſi in abundantibus ſanguine non eſt properandum. Satius eſt omittere, quia vera curatio impeditur, & natura deiicitur. Non enim venenum quod attractum eſt, vel venæ ſectione, vel purgatione expellitur, ſed per ea quæ ſudorem cient. Verum natura nimio ſudore non affligenda eſt, ſed ſudoriferis ſubiicienda poſtea roborantia, vt Iulep de citro cum Cardui benedicti aqua, *Iulepus de citro.* Mea aqua perlarum, & ſimilia remedia, vt terra ſigillata, bolus armena, bezoar. Primum curatiuum ſit hoc: *Curatiuum.*

℞. Sul-

Puluis.

℞ Sulphuris citrini vigeſies in aqua pura & aceto fuſi ℥ vj.
Croci.
Camphoræ an. ʒ j.
Rad. ireos ℥ ß.
Santal. rub. ʒ ij.
Sacchari ℥ j. ß.
Miſc.

℞. Sacchari candi ℥ ß.
Zinziberis ʒ ij.
Camphoræ ʒ j.
Margarit. ℈ j. Miſc.

Huius pulueris vnius ſumatur ℥ j. mature, vt ſudor ſequatur: ſumatur autem in aqua cardui. Sin quod ſignum ſe oſtenderit, hoc emplaſtrum apponatur:

℞. Ammoniac. in aceto diſtil. ℥ j ß.
Ol. lilior. alb.
Ceræ q. ſ. Extendatur in aluta.

Id imponatur, & à DEO ſalus ac ſucceſſus petatur.

De præſeruatione, & curatione peſtis,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCLXXIII.

Antidotum optimum.

VERVM & certum præſeruandæ & curandæ peſtis Alexipharmacum ſolius DEI Omnipotentis manus & medela: à quo exoranda (huius enim ſolius eſt ſecundum Regium Prophetam) ſalus. Certe is ſolus quem DEVS cuſtodit tutus & liber. Cui cor adimit iam ſemimortuus eſt.

Præſeruatio in tribus.

Quantum vero humanum conſilium & prudentia admittit, tribus curatur:

I. Excrementorum ſubductione & ne cumulentur obſeruatione.

II. Cordis, ſedis nimirum & fontis ſpirituum, corroboratione.

III. Aëris infecti fuga, aut certe, ne ita noceat, correctione.

Corpus ab excrementis liberandũ.

I. Corpus autem vacuandum & gubernandum conſilio, & iudicio prudentis Medici, qui euacuationem, Venæ ſectionem & Diætam pro corporis & cæli varia diſpoſitione imperabit. Vniuerſaliter pillulæ de tribus commendantur modo è bona conſtet myrrha, qua Ruffi deſcriptio caret. Semel aut bis per Hebdomadam deglutiri tuto ab iis poſſunt, qui non adeo inſigniter ſicci ſunt. Potus & cibus ne ſit ſuperfluus, aut excrementitius. Aceto, limonibus malis Citriis, Acetoſa, cibi omnes cõdiantur. Iuſculis puluis Tormẽtillæ inſpergatur. Vinum Cardui Bened. loco potus domeſtici ſit, cui nodulus è raſura cornu ceruini infendatur. Claudatur cœna, & prandium ſemper Diacytonio cuius lib. ß. recipiat Cort. Citri aut Limon. ℥ j. ß.

Pillulæ Ruffi.

Victus ratio tempore peſtis ſeruanda.

Diacytoniũ in peſte.

Cardiaca.

II. Electuaria Cardiaca, morſuli & ſimiles compoſitiones in omnibus officinis reperiuntur: ac iure hæc variantur, pro varia aeris anni & corporis conſtitutione. Adoleſcentibus enim nõ ita tuto fortiores dantur compoſitiones, qoales ſunt Theriaca, Mithridatium, Electuar. de ouo, & alia quæ ex ſpiritu vini fiunt. Tuto exhibetur Limonum ſuccus, ſemen citri. Item Pul. è partibus æqualibus cornu ceruini, ſem. Citri & tormentillæ. Pro familia non commodius inuenitur quam electuarium de nucibus:

Adoleſcentibus quæ tuto adhibeantur.

℞. Iugland.
Ficuum an. ℔. ß.
Rutæ ℥ iij.
Aceto contund. addendo parum Croci & ſuccini albi.

Mane dimidia Iuglandis quantitas ſumatur. Vratislauiæ, & alibi pluribus duobus iſtis electuariis potiſſimum profui:

Electuariũ de nucibus pro familia.

I. Nomino electuarium Liberantis:

℞. Conſer. roſat. opt. ℥ vj.
Nenuph. ℥ iij.
Mithridatii opt.
Theriac. præſtant. an. ʒ vj.
Pulu. tormentill.
Semin. citri an. ʒ j. ß.
Margaritar. præparat. ʒ iij.
Succini albi præparat.
Hyacinth. præparat. an. ℈ iiij.
Boli oriental. præparat. ʒ iij.
Croci torrefact. ʒ ß.
Extracti Angel. ℈ ß.
Succi cytoneorum ℥ iiij. Miſc. & fiat electuarium.

Electuariũ Liberantis

II. Electuarium ſalutis:

Elect. Salutis.

℞. Macis præparat. in aceto, vel ſucco limonum ℥ j.
Mithrid. optim. ʒ ij. ß.
Theriacæ electiſſ. ʒ ij.
Xylo aloës ℥ j.
Specier. liberantis Ferd.
Terræ ſigillat.
Pulu. ſuccini albi præparat. ʒ j. ß.
Cortic. Citri ſiccat. & pulueriſat. ʒ j.
Conſer. roſar.
Borraginis.
Nympheæ an. ℥ j ß.

Cum ſyr. Acet. Citri. q. ſ. fiat electuarium. Plura alia expertus ſum, ſed hic ea prolixius recitare nolo.

Aeris correctio.

III. Aer corrigitur ſuffumigiis & igne. Illa fiant è ſol. quercuum, granis & ligno Iuniperi. Habentur etiam in officinis Trochiſci pro fumo. Grana Iuniperi in aceto roſacco contuſa, puluere ſucci admiſto,

Suffumigia & odoramenta.

carbonibus vtiliter inſperguntur. In fundatur Ruta aceto, parumque camphoræ inſpergatur, & hoc liquore ſpongia odoratus gratia imbuatur, imo hoc ipſo facies & *Ora tuenda.* manus lauentur. Zedoaria linguæ ſupponatur: ſed ego cortices citri præfero. Angelica hyeme aceto macerata ori recte imponitur. Radix etiam leuiſtici non ſine commodo maſticatur. Hæc breuiter de præſeruatione: Curationem Phyſicis veſtratibus committo: qui certa iam præſcripſerunt remedia, verumq; eorundem docuere vſum.

Euporiſton decoctum Tanaceti. Illud ſubiicio, in gratiam vulgarium. Infectis vtiliter dare: Tanaceti decoctum.

℞. Florum Tanaceti.

Bulliant in Aq. & Aceto, æqualibus partibus optime: bonum ſubinde hauſtum ebibat. Camphora adiecta idem efficacius reddit. Cardiaca huc accedant oportet.

De præſeruatione, & curatione ſynochi, ſeu morbi vngarici, cum angina, & delirio,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CCLXXIV.

Varia ſymptomata Vngarici morbi. CVM à me præſeruatio & curatio ſynochi ſeu morbi Vngarici petatur, vere poſſum affirmare, me ex obſeruationibus triginta annorum hoc deprehendiſſe, nullo anno iiſdem ſymptomatibus recurrere. *Scopus præſeruandi.* Generalis intentio præſeruatiua eſt, vt reddantur corpora pura, & os mane aqua cum aceto eluatur, aut in aceto intinctus panis edatur, aut Electuarium ad corroborãdum ventriculum & cor, denique vt cruditates *Scopi curationis.* vitentur. Indicationes vero curatiuæ ſunt, vt reſiſtatur malignitati materiæ facientis febrem, & materia ipſa expellatur. Cum autem neceſſario plenitudini occurratur, vel purgatione, vel venæ ſectione, illud obſeruatum eſt, ſi vel purgatio, vel venæ ſectio in quartum diem dilata fuerit, poſtea pericu- *Expellentia.* loſa vtraq; eſſe. Cucurbitulæ quouis tempore vtiliter adhibetur. Ad expulſionem multæ materiæ in medio ſunt. Ego ſemper probaui cornu cerui & emulſionem ſeminis napi ac citri. Interdum Theriacam præbui cum emulſione ſeminum Cardui benedi- *Theriaca cũ thure & camphora miſcenda non eſt.* cti, vel ſeminis acetoſæ. Quod vero multi Theriacam cum thure & camphora miſcẽt, non poſſum laudare, cum abſq; hoc caput granatum ſit, ideoq; materia ab ea parte diuertenda eſt, ita vt ratio diuerſionum Medicis nota eſt. Et quia propter nimium æſtum *Angina.* plerunque etiam angina cõiuncta eſt, multi in hoc caſu prædicant ſuccum ſemperuiui, cum vino ſublimato & albumine oui, quod nimis forte videtur. Malim corallos cum ſucco berberis diſſolutos, & aquas pro *Coralli cum ſucco berberis.* gargariſatione accommodatas, quibus capiti & gutturi proſpiceretur. In vehementibus deliriis raphanus plantæ pedis alligatus *Delirium.* materiam deriuat, & caput roborat, obſeruata tamen temporis & morbi ratione. Id V. M. etſi fortaſſis ſuperuacaneum, cum Domino Monauio, cæteriſque Medicis ratio mea curandi bene nota ſit, volui in hac etiam imbecillitate meã ſignificare. Hæc vrã DEO, ſine cuius præſidio, & efficacia, nihil in hac arte noſtra felix & ſalubre eſt, fortunentur ex animo precor.

In febre peſtilenti, pro quodam Illuſtri Domino,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CCLXXV.

CVM debile cor, ſicut eſſe neceſſe eſt illud, quod palpitatione laborat, facilius inſpiratione contagioſa & peſtilente afficiatur ac lædatur, de præſeruatione & curatione febris peſtilentis, quæ propria eſt cordis affectio, agere decreui. Eſt autem febris pe- *Cauſa primæ febris peſtilentialis.* ſtilens, alia priuata, alia publica. Priuata, quæ minus ſæua & contagioſa eſt, nec omnibus exitialis, internas cauſas habet, à quibus in corpore putredine intus ob prauitatem humorum orta, cordis calor, non tam calore putredinali, vt in aliis febribus putridis, quam malignitate opprimitur. Eiuſmodi febres ſæpe ſunt cum maculis, quas petechias vocant, ſæpe cum fluxionibus alui colliquatiuis, deliriis, & capitis, ac membrorũ doloribus, quæ iam Hungatici morbi nomen obtinuerunt, ſed morbus Vngaricus rectius meo iudicio ad ſynochum putridam refertur. Vacat enim contagione, niſi corpora valde ſint prædiſpoſita. Sic poſt expeditionem Anno 1566. in vrbe Vien- *Morbus Vngaricus.* nenſi ſupra ducenti in vna ſeptimana eiuſmodi febribus peſtilentibus extincti ſunt, cum publica peſtis nulla eſſet. A victus autem ratione rarius ab ere, eiuſq; inſpiratione niſi putredo morbidam exſpirationem efficiat, oriuntur. Nam cum morbidã exſpirationem corpora habent, quæ omnibus eſt contagioſa, non amplius peſtilentes priuatæ manent, ſed publicæ fiunt. Priuatas autem dicimus, quia priuatim eos, qui intus vitioſos humores continent, comprehendunt, nec conuerſantes niſi (vt dixi) valde prædiſpoſitos contagione lædunt. Publicas vero *Publica.* appellamus, quoniam propter morbidam exſpira-

exſpirationem contagioſæ conuerſantibus exiſtunt, & in aëre atq; veſtibus ſeminarium contagionis relinquunt.

Præſeruatio priuatarũ.

Præſeruatio autem febrium peſtilentium priuatarum iu optima victus ratione,& corporis à ſuperfluitatibus vacuatione perſpirationeq; conſiſtit.

Curatio.

Curatio in exiccatione,quæ reſiſtat putredini, & maligni fomitis per antidota oppreſſione. Nam purgatio vel ſanguinis miſſio, niſi initio fiant, malum plerunq; exitioſius reddũt. Principio autem, hoc eſt ante quartũ diem, priuſquam omnia in corpore turbata,& maculæ pulicares,quas petechias vocant,appareant, omnino ſanguinem iis, qui ſanguine abundant, mittere oportet, ſicuti qui malis humoribus pleni ſunt, ita purgare, vt medicamento antidotus admiſceatur, ne putredo in materia multa vires ſumat & naturæ inſuperabilis euadat.

Poſt tertium in malignis febribus neque purgandum, nec ſanguis mittendus.

Verum cum iam late progreſſum & diffuſum eſt malum, ac vniuerſæ maſſæ ſanguineæ communicatum, miſſione ſanguinis atq; purgatione non modo nullum auxilium naturæ ferimus, ſed vires,in quibus tota ſpes curationis,affligimus atq; frangimus. Itaq; recta victus ratione hic præcipue auxilium ferendum, & cum putredine, eiusque malignitate antidotis pugnandum. Valent autem in primis, quæ ſimul malignæ putredini reſiſtunt, & materiam ad cutim pellunt,atq; ſudores mouent, vt hic puluis:

Puluis expulſiuus.

℞.Sem.napl.
Citri an.ʒ j.
Cornu ceruini.
Oſſ.de cord.cerui an.ʒ ß.
Zedoariæ ℈ j. Miſc.f.puluis.

De quo ʒ j. in aqua ſcabioſæ cum ſyrupo de ſucco ſcordii datur. Nec dediſſe hunc puluerem ſemel ſatis eſt, ſed cõtinuo,in cibo & potu, ferculis aſpergatur puluis margaritarum,corallorum,terræ ſigillatæ, Boli armeni. Acetoſitas citri, limonum, arantiorum, & ſeminum eorum emulſio in potu dentur.

Robuſtiorũ cura.

In corporibus robuſtioribus exhibeatur interdum decoctum ſcordii, cardui benedicti,& florum borraginis in iuſculis, vel

Extracta.

ſucci & extracta, quibus ego lubentius vtor. De ſymptomatum cura hic non arbitror agendum, ſublata enim ſæua putredine facile ſymptomata mitigantur, modo vires conſeruentur.

Publicarum cauſa.

Peſtilentes autem publicæ, quæ plerumque bubonibus, vel anthracibus inſignitæ ſunt,& ſi ab internis cauſis & humoribus intus collectis grauiores atque perniocioſiores fiunt, tamen non aliam cauſam, quam inſpirationem morbidam aëris, continentis ſemina exitialis putredinis atque peſtilentis,habent. Ea vero ſeminaria etſi quidam è putrefactis cadaueribus, ſordibus & ſimilibus cauſis oriri exiſtimant, tamen (vt mea fert opinio) ſemper ab vno vel pluribus hominibus, in quibus putredo ad iſtum gradũ deuenit, vt inde exſpiratio peſtilens & contagioſa è corporibus laborantibus exhalet,& in aëre, quem attrahunt aliquod ſeminarium relinquat, originem ducit.

Seminaria putredinis qua ratione longe lateq; diffundantur.

Augentur autem ſeminaria pro laborantium multitudine, & loci atque aëris, qui ea continet atque fouet conſtitutione. Nam in putridis humidis atque calidis locis, quę vel non perflantur à frigidis & ſiccis ventis, vel auſtralibus flatibus expoſita ſunt, atque in aëre craſſo turbido ac nebuloſo, vel fœtore atq; ſordibus completo, ad eum modũ, quo beſtiolæ & inſecta volatilia varia, in locis humidis & putridis augeri conſpicimus, ſeminaria multiplicantur, & in alia, atque alia loca impulſione aëris feruntur, ac inſpiratione corpora humana ſubeunt.

Seminaria impulſa aëris deferuntur.

Vnde Empedoclem Philoſophum, vt ab Agrigento vrbe peſtem arceret, pelles conſutas circa eam tetendiſſe legimus. Sed cum exiccatio aëris ſeminaria magis frangat, Hipp. ratio, qui ab Athenarum vrbe peſtem, quæ ex Æthiopia in Græciam peruaſit, incenſis ſyluis & ignibus factis odoriferis depulit, rectior eſt.

Siccus aer peſti aduerſatur.

Siccus enim aer ſiue conſtitutione cœli ſicca, ſiue arte ſiccior redditus, admodum progreſſioni huius mali aduerſatur. Idcirco in noſtris regionibus (niſi hyems valde ſit humida) ſub brumam peſtes minus ſæuiunt, cum videlicet aer frigidior & ſiccior inquinamenta opprimit.

Meridionalibus peſtis æſtiuo ſolſtitio maeſcit.

In meridionalibus vero locis, iiſque in quibus caliditas intenſior ſiccitatem facit, ſub æſtiuum ſolſtitium deſæuire accepimus, cum apud nos æſtiuo tempore ſeminaria quaſi violentiora effecta, celerius interimant, & corpora per ſe laxiora atque apertiora ſubeant. Non enim ſolum per os & nares, (licet id præcipue accidat) ſubeunt corpus, ſed vndequaque arteriis per poroſas partes aerem trahentibus.

Cœleſtes cauſa peſtis.

Sicuti autem origo ipſa, ita & vehementia ſeu intenſio atq; ſeminarium, vel inquinamentum cœleſtes habet cauſas. Eas etſi Medicus non curet, negligere tamen aut irridere, id quod imperiti faciunt, qui vel nimium, vel nihil cœleſtibus cauſis tribuunt, non debet.

Aſtrorum vis in hæc corpora.

Accipere enim inquinamenta iſta in aere ſparſa, quæ ſeminaria peſtis vocamus, à cœleſtibus cauſis non ſolum, vigorem; verum etiam corpora humana ab iis ad ſuſcipiendum, & reſiſtendũm præparari conſtat.

Infelix ſiderum poſitus, calorem noſtrum viciat.

Ac res ipſa loquitur & oſtendit, ſyderum conſtitutiones plurimum ad robur & debilitatem non ſolum cordis; ſed caloris in primis naturalis, facere & inferiores naturas à cauſis alterantibus grauius

lædi, cum fortiora, & quæ ſtellarum vis benigna fouet, ne afficiantur quidem. Iſta vero licet ad Medicum, vt dixi, non videantur ſpectare, tamen eum præuiſa tela minus ſæuiant, obſeruatio diligens multum adiumenti adfert. *Quibus tempore peſtis fugiendum.* Qoibus enim propter cauſas cœleſtes natura cor debilius eſt, ac proptetea, ſicuti illis accidit, qui metu ac formidine fracti ſibi malum quaſi attrahunt, reſiſtere impreſſioni nequit, iis fuga eſt tutiſſimum remedium. Cæteros autem robuſtiores vires cordis antidotis munitæ, & corporis habitus excrementis vacans, ..tius tuentur. Abeſſe tamen à periculo, quam vllo modo ſubire illud, quilibet, qui poteſt, debet. *Præſeruatio in duobus.* Duo vero in præcautione ſiue præſeruatione ſpectanda: Primum, vt violentia inquinamentorum, ſiue ſeminariorum in aere ſparſorum frangatur. Deinde vt corpora ad reſiſtendum peſtilenti contagioni præparentur. *Peſtem fomentia & amouentia.* Seminaria autem frangunt venti ſeptentrionales frigidiores, fouent auſtrales. Aër item pluuius atq; imbricus, vel à ventis prorſus ſilens. Itaque talis aër non modo omni excrementorum publicorum amotione, verum etiam igne & fumo publice priuatimq; omni ſtudio purgandus. *Exploſio tormentorum.* Hoc recte quibuſdam fieri videtur, ſi ex tormentis bellicis maioribus puluis ſulfurens incenſus veſpertinis ac matutinis horis, multis in locis emittatur, eſſeque rationi conſentaneum apparet, neque experimento caret. Priuatim vero ſuffitus ex ligno & baccis Iuniperi. Roriſmarini, Lauri *Suffumigia.* foliis, & abſinthio fieri poſſunt. Si aër non ſit omnino calidus multū baccæ Iuniperi cum ſuccini ramentis, affuſo aceto (modo caput non ſit nimium repletum) proſunt. Verum cum aer paulo calidior ſolo eſt, ſolo aceto roſato, vel caryophyllato priuatas ædes irrorare oportet, vel tegulis ignitis, & panno lineo prius in aceto humectato tectis iniiciatur, vt fumus exciteтur. Quidā hunc fumum veſtibus excipiunt, atque tecti, vt ad corpus pertingat nō malo ſucceſſu faciunt. *Præſeruatio muliebris.* Sed hæc præſeruatio mulieribus accommodatior eſt, & tamē cum cautione (acetum enim vtero nocet) adhibenda: viris conuenientius, ſi interula tali vapore prius, quam induatur, quaſi imbuatur, & veſtes reliquæ perfumentur. In primis vero lectiſternia mane & veſperi fumo perpurganda, & ne in locis humidioribus cubemus cauendum. Ad ſuffitus multa præſcribi poſſunt, ſed ea, quæ odoris ſuauitate cuilibet maxime grata ſunt, præcipue iuuare exiſtimantur. Meo iudicio carbonibus impoſiti pro G: V. conuenientiſſimi futuri eſſent ſeq. paſtilli.

Suffitus tempore hyemis.

℞. Benzoi ſiue aſæ dulcis ℥ ij.
Styrac. calamit. ℥ ij.
Lig. aloes.
Cinamom.
Cortic. citri an. ℥ j.
Caryophyll. ℥ ß.
Moſchi ℈ ß.
Conſer. roſar. Damaſc. q. ſ. f. orbiculi, ſiue paſtilli pro fumo.

Horum vnus, vel plures imponantur in hyeme fornaci, vel incenſis carbonibus. Æſtiuo tempore coquatur acetum cum aqua roſata in vaſe æneo ad concitandum vaporem facto, cui aliquid de pulueribus iſtis iniiciatur.

Suffitus tempore æſtiuo.

℞. Lig. aloes.
Santal. citrin. an. ℥ j.
Cortic. citri.
Caryophyll. an. ℥ ß.
Muſchi gr. j. Miſc. f. puluis.

His modis inquinamenta, ſiue ſeminaria peſtis, quæ ex corporibus exhalant, atque in aere congregantur & multiplicantur, dumque ventorum vi de loco in locum ferūtur, diſſipantur, atque extinguuntur. *Ignis.* Ignis vero flamma hoc potentiſſime præſtat: Proinde vbicunque excitari poteſt ſiue in camino, ſiue alus in locis, hoc remedii genus non negligendum. *Præſeruatio corporum ad reſiſtendum veneno.* Corpora vero ad reſiſtendum præparētur, primo rebus externis, deinde etiam intra corpus aſſumptis. Si itaque cum ægro nobis ſit negotium, facem ex tæda vel lychno cerea cum reſina facto, vt vberior ſit flamma, præferre vtile eſt. Faciē autem atque manus aceto roſaceo aquæ mixto abluere debemus. Ori atq; naribus admouenda ſpongia magna, quæ prius aceto roſato, in quo ruta cum vino atq; altero grano camphoræ, affuſa aqua roſacea macerata fuerit imbuta. Ea ſemper nobiſcum circumferenda, noctuq; ad lectum collocanda erit. *Ambra infida.* Odoramentis illis, quæ poma ambræ vocamus, parum fido, præſertim cum hoc malum in calido aere ſequit. Hyeme autem loco aceti roſati cum floribus caryophyllorū acetum præparatum ſumendum eſt, & parum maluatici; vel moſchi (quibus odor moſchi gratus) apponendum. In ore quidam continuo geſtant radicem Zedoariæ, ſiue angelicæ in aceto maceratæ, ſed cortices citri exiccati *Cortices citri.* tutiſſimi ſunt, atq; ſuauiſſimi. Vel iſti orbiculi in ore retenti:

Trochiſci pro fumo.

℞. Sem. citri ex cortic. ℥ iij.
Cortic. citri tenuiſſ. quibus omnis caro deducta ſit exiccator.
Lig. aloes.
Santal. citrin. an. ℥ ß.
Caryophyll.
Zedoariæ.

Nucis

Nucis Moſchatæ an.℈j.
Sacchar.℥j ß.
Aq. roſar. moſchatæ, in qua parum Tragacanth. ſoluatur, q.ſ.f. orbiculi parui.

Quidam cordis regionem iſto vnguento inungunt mane:

Vnguentum cordiale.

℞.Theriacæ optim.ʒ vj.
Croci.
Camphoræ an.ʒ ß.
Cum ſucco limonum f. linimentum.

Hoc quidem S.G. non inconueniens ſperarem. Ludouicus de Leonibus magni nominis Practicus Bononiæ, Regi Mathię Hũg. &c. mille nummis aureis Vngaricis acceptis hoc oleum præſcripſit:

Oleum Ludouici de Leonibus.

℞.Ol Terebinthin.
Laurini.
Abietis an.℔.ß.
Gummi Elemi ℥ iij.
Hederæ ℥j.ß.
Thuris ℥ ij.
Lig. aloes ℥j.ß.
Maſtich.
Myrrhæ.
Ladani.
Sagapen.
Caſtorei an.℥ ij ß.
Galangæ.
Cinamom.
Caryophyllor.
Nucis Moſchatæ.
Cubebar.
Zedoariæ an.℥ j.
Opopanac.℥j.
Reſinæ pini.
Picis naualis an.℥.ß.

Terantur terenda, & in vaſe vitreo ponātur, ſtent per menſem in putrefactione, poſtea lento igne deſtillentur. Hoc non ſolum cor iniungi præcipit, ſed in curatione, ſi indicium, vel ſignum peſtis appareat, pulſus etiā temporum, brachiorum & pedum. Huius olei vſum, cum valide ſit calidum non poſſum probare. Sunt qui exiſtiment venenum veneno pelli, & corpora ad venena poſſe aſſuefieri, vt carpus chirurgus Bononiæ faciebat, qui Arſenicum in linteolo in ſinu circa cordis regionem geſtabat. Mirifice autem extollunt hoc oleum:

Carpus chirurgus Bononienſis.
Nodulus ex Arſenico.

Oleum Braſauola mirifica efficacia

℞.Ol. antiquiſſ.℔.v.
Terebinth. optim.℥ vj.
Euphorb.
Caſtorei an.ʒj.
Lumbricor. terreſtr.m.j.

Bull. in olla plena aquæ per ſex horas, exprimantur, & colatura in vaſe vitreo bene clauſo vſui ſeruetur.

℞ Scorpionum nu. 180.
Viperas fœmellas integras nu.ij.

Feruente oleo ſuper ignem viui iniiciantur, & bulliant in vaſe duplici per horas ſeptem, poſtea inſolentur ſub canicula in vaſe vitreo obturato per dies decē, vel amplius: ſic enim ſcorpionum & viperarum effectio fit melior. Poſtea addatur:

Zedoariæ el.
Tormentillæ.
Gentianæ.
Diptami albi.
Ariſtoloch rotund.
Rhabarbarb. an.℥j.
Fl. atbeæ.
Hyperici.
Ebuli.
Roriſmarini an.m.j.
Theriac.
Mithrid. an.℥ß.

Tritis terendis miſceantur omnia, & clauſo vaſe vitreo in fimo reconde per tres menſes, deinde coletur diligenter, & ad vſum ſeruetur. Braſauolus ſenior dicebat hoc oleum ad Ducem Ferrariæ miſſum pro ſummo munere, ac ita à ſe illius vires expertas: Capitis damnato exhibuiſſe venenum, cumq; totus intumuiſſet, huc oleo pectus & tēpora, ac arterias in brachiis ac pedibus iniunxiſſe, paulatim reſediſſe tumorem, & vires reſumpſiſſe hominem, ac ſeruatum. Sed ad præſeruationis in peſte rationem redeo. In qua tutiſſimum eſt curare, vt corpus excrementis vacet, & quantum fieri poteſt, ſit mundum à ſuperfluis humoribus. Id quidem pillulas, vt appellant, Ruffi (eſt enim Antidotus Ruffi potio) ad drachmam vnam in hebdomade bis aſſumptas, præſtare poſſe exiſtimant, ſed magis mihi iſtæ probantur:

Pill. peſtilentiales Cratonis.

℞. Aloes roſatæ ℥j.
Myrrhæ.
Croci an.℥ß.
Agaric. Trochiſc.ʒij.
Rhabarb. el.ʒ j.
Boli armen.℈ ij.
Lig. aloes.
Dictam. alb.
Margarit. an.℈j.

Miſc. cum ſucco limonum, vel citri, & reformentur pillulæ paruæ. De his ad ʒj. ſingulis ſeptimanis bis ſummo mane aſſumi poterit. Nam aloe roſata minus hæmorrhoides mouet, & bolus atque alia quædam nimium fluxum prohibent. Vacuatis autem humoribus è corpore, multa, vel potius plurima medicamenta ſunt, quæ cordi robur addunt, atque aduerſus impreſſionem venenatam tueotur, putredinemq; ab humoribus arcent. Inter cætera autem mi-

Inter roborātia cor liquidiora efficaciora.

nime improbo teſſulas D. Ferd. Imperat. Liquidorum tamen vſum efficaciorem puto, præſertim in corporibus, quæ non nimiū humore ſuperfluo abundant. Ac hoc in loco medicamentum plane regium, quod in peruetuſto libro ſcriptum, ac valde commendatum reperiri, vereque commendari poſſe puto, recenſebo. Accipiantur vini maluatici menſuræ octo. Deſtillentur ſuaui igne per cineres octies. Huic ſpiritui vini iniiciantur:

Medicamentum Regium aqua vitæ.

Rad. tormentillæ.
Serpentariæ an ℥j.
Angelicæ.
Zedoariæ an. ℥ß.
Cortic. citri opt. à carne mund. & tenuiſſ.
Cinamom. interior. an. ʒj.

Stent ita per biduum, vel triduum in vitro optime clauſo, locoq; calido, deinde abiectis iſtis expreſſis prius, ac per linteolum triplex fuſis, rurſum ſpiritus vini, ſeu potius hoc elixir vitro, in quo conſeruare voles, infundatur, & linteolo ſubtili ligata hæc imponantur:

℞. Spermatis ceti recentiſſ.
Ambræ elect.
Rhabarb. opt. an. ʒ ij.
Moſchi puri ʒß.

Incluſa, vt dixi, linteolo, & ſpiritui vini iniecta, vas optime claudatur, & diuinum medicamentum vſui ſeruetur. Eius autem gutta vna æſtiuo tempore cum ſaccharo roſato ad præſeruationem ſumitur. In hyeme vero gutta vna cum mica panis deglutitur. Infectis vero quomodo ſit adhibenda, paulo poſt monebimus. Alia aqua, quæ in præſeruatione & curatione Vratislauiæ, & multis aliis profuit.

Alia aqua, etiam in curatione vtiliſſima.

℞. Carolinæ.
Zedoariæ.
Gentianæ.
Angelicæ.
Tormentillæ.
Boleti ceruini an. ℥ ij.
Trium ſantalor. ℥j.
Camphoræ ℈ ij.
Moſchi ℈j.
Theriacæ fideliter diſpenſatæ.
Mithridatii præſtant. an. ℥ iij.

Affundantur libræ iij ſpiritus vini, vbi per menſem integrum in loco calido vitro bene clauſo ſteterint, colentur per triplicem pannum lineum, & in alio vaſe optime clauſo aqua iſta vſui ſeruetur. Hæc præſtantiſſima aqua, etſi ad præſeruationem cum aliis commiſta, vt cum aqua cardui benedicti, ſcabioſæ, ſcordii ſumi poteſt, tamen in curatione magis, quam in præſeruatione eſt illius vſus. Hyberno tempore guttæ duæ, vel tres ſumi poſſunt. Præſeruatiua, quibus alios feliciter vſos eſſe ſcio, plurima recitare poſſem, ſed duo electuaria, quibus me bis in Peſtilentia, beneficio Dei, conſeruaui, alternis diebus ad magnitudinem caſtaneæ de iis ſumens, ſubiiciam:

Præſeruatiua electuaria duo.

℞. Succi cytonior. ℥ iij.
Conſer. borrag.
Roſar. an. ℥ ij. ß.
Mithrid. opt. ℥ ß.
Margarit. diſſolut. ʒj.
Hyacinthor.
Specier. el. de gemmis.
Liberantis.
Corall. diſſolut. an. ℈ iiij.
Extracti card. bened.
Scabioſæ.
Veronicæ.
Scordii an. ʒ ij. Miſc.

Æſtate plus conſeruæ roſarum, & ſucci cytonior. adieci, interdum etiam conſeruam Nympheæ appoſui. Nam in his omnibus corporum temperatura, & temporis etiam conſtitutiones non ſunt negligendæ.

Alterum Electuarium:

℞. Maceris ℥j.

Iniiciatur aceto fortiſſimo vini optimi, vel quod melius eſt, limonum ſucco per viginti quatuor horas, ſiccetur rurſum, & minutim incidatur, huic add.

Theriac. præſtant. ℥ß.
Conſer. borrag. ℥ ij.
Cortic. citri el. & tenuiſſ. condit. ℥ j.
Sem. citri excorticati.
Card. bened. rec. an. ℥ j. ß.
Specier. liberantis ʒj.
Extracti Xyloaloes ʒ ß. Miſc.

Contemperari hoc quoq; medicamentum ſecundum anni temperaturam poteſt. Sed probatis remediis, quam minimum addere vel detrahere rectiſſimum.

Experimentis nihil addendum aut detrahendū.

DE CVRATIONE.

Vena ſectio.

Diſputant prolixe Itali de purgatione & ſanguinis miſſione. Verum illos non multos peſte infectos curaſſe apparet. Optimum eſſet ſi in pleno corpore ſanguis ſtatim detrahi poſſet, ſicuti in malis humorib. repleto, ſi purgans medicamentum exhibere liceret. Verum cum his remediis morbus non curetur præcipue, & mora omnis periculo non vacet, ſtatim ea, quæ per ſudorem malum ab inſpiratione peſtilēte ortum pellunt, propinanda ſunt, vel certe caute cum phlebotomia, & vacuatione per enema feſtinandum. De medicamentis violēter purgantibus, atque abſque antidoto fortioribus naturis auxilium ferentibus, vt Antimonii

Neque vena ſectio, neque purgatio in peſte conueniunt.

Chymica.

Fl. Antimonii albi non improbantur. nii vitro, & flore hic non dicam. florem tamen profecto album, qui euacuat ſimul & ſudorem mouet, vituperari non poſſe in hoc ſummo morbo, imo fortioribus naturis plus quam vlla alia remedia prodeſſe, fateor. Sed tuta nunc præſctibere mihi propoſitum eſt. *Aqua dua probata.* Nihil autem eſſe efficacius aquis duabus à me propoſitis certiſſima mihi experientia edoctus perſuadeo. Nec vis eorum calorifica, quæ omnino ad diſſipandum venenum requiritur, metuenda, præſertim, ſi prudens *Aqua vſus.* medicus ſuperato iam hoſte deinceps frigidis etiam auxilium ſetat. Prima vero aqua datur ad ℥j. cum aqua cardui, ſcabioſæ, vel ſcordii, addito puluere ſequente ad drachmam vnam:

Puluis.
℞. Cornu cerui anterior.
Vnicornu an. ℈j.
Terræ ſigill. ʒß.
Margarit. ſplendid.
Smaragd. ignem ſuſtinentis an. ℈ß.
Camphoræ gr. vij.

Poteſt huic pulucri admiſceri lapis Bezoar ad gr. v. & poſt primam aſſumptionem ptima die ſingulis tribus horis de iſto puluere ℈j. propinari, cum aquis frigidis, vt Nympheæ, borrag. acetoſæ. Altera vero aqua datur infectis ab ʒj. ß. ad ℥iij. cum aq. cardui, vel ſcabioſæ, & adiicitur iſte puluis ab ʒj. ad ʒj ß.

℞ Boli armen. ʒß.
Margarit. præpar.
Boleti ceruin. an. ℈ß.
Tormentillæ ʒj. Miſc.
Item iſtc: ℞. Dictamni.
Santal. rubeor.
Boli armen. an. ʒiij.
Camphoræ ʒj. Miſc.

Sudoris prouocatio optima. Ac admiſcetur de aquis ſupra nominatis an. ℥ij. Exhibeantur omnes calide, optime tectis iis, qui laborant. Eſt enim in prouocatione ſudoris per iſta medicamēta tota ſpes curationis ſecundum diuinum auxilium poſita. Cum autem æger ſudauerit, nequaquam, vt dixi, ab aliis medicamentis abſtinendum, verum ad quintum vſque diem, vel ſeptimum ſingulis ſex horis aliquid, quo cor iuuetur, atque putredo à ſeminario hauſto inducta tollatur, dandum. Primis diebus potentiora, vt Antidotus Matthioli, vel ſimilis, ita tamen vt frigida quoq; non negligantur, poſterioribus diebus à calidis plane abſtinendum. Commendare autem vere hūc puluerem poſſum:

Puluis commendatus.
℞. Vnicornu veri. ʒ j.
Raſurę cornu cerui de anterioribus cuſpidibus proxime capiti ʒ ij.
Oſſis de corde cerui.
Smaragd. ſuſtinētis ignem an ʒj. ß.
Hyacinthi.
Saphyri.
Rubini.
Chryſolit.
Topaſii an. ʒj.
Margarit.
Corall. rub.
Terræ ſigillatę veræ an. ʒj.
Lap. Bezoar. ʒ ß.
Ambræ.
Moſchi an. ℈j. Miſc.

Datur ʒ ß. cum emulſione noſtra Margaritarum, vel cum emulſione ſeminis citri ex aqua meliſſ. borrag. atque ſcabioſę, additis, cum febris non eſt magna, aquę cinamom. aliquot guttis, vel ſi æſtuat corpus, ſucco limonum, qui etiam ſine puluere ſępe dandus eſt, ſicuti etiam ſuccus cytoniorum. Exhibendi etiam cum aquis deſtillatis ſyrupi è ſucco ſcordii, ſcabioſę, veronicę, card. benedicti, & iuſculis iniciendus ſuccus citri, limonum, vel aceroſa cum illis coquenda, omnibuſque modis explorandum, vt vires ad integram vſque curationem conſeruentur. Quidam totam ſpem in oleis à me pręſcriptis ponunt, videlicet, ſi hauſta antidoto cor, arteriæ pulſatiles in tēporibus, brachiis & pedibus inungantur. Verum cum nunquam periculum fecerim, nihil debeo de re non ſatis explorata affirmare. Nota tamen hęc mihi eſſe, quę Itali pro ſecretiſſimis habent, oſtendere volui. Nam in hoc malo maxima etiam remedia, niſi Deus & natura iuuet, nihil valere animaduertimus. *Chirurgica cura.* De curatione vero chirurgica hoc tantum moneo, vt Anthrax cito rumpatur, & bubo citiſſime quidem maturetur, tarde conſolidetur. Anthraces ſiue carbunculos rumpit ſymphyti radix lapide contuſa & appoſita. Bubones vero emplaſtrum ex viſco, reſina, pice & cera extenſo, & cantharidibus pulueriſatis aſperſa, ſi non magna ſit inflammatio, in qua cantharides omitti debent. Cętera chirurgicam operam requirunt, & Dei prępotentis inprimis opem, a quo S. G. ab omni corporis, animiq; peſtilenti aſperſione benigniſſime conſeruari toto pectore ſupplex oro.

De peſtis curatione, pro quodam Barone,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLXXVI.

IAM ante monui in curatione infectorum peſtilente febre, vel peſtilentia, non ſatis eſſe ſemel remedia adhibere exhibereque, Primum autem de hoc puluere detur ʒj. in

aqua cardui, ſcordii, vel borraginis. Deinceps vbi ſudauerit ex aqua roſacea ℥j. boli ar menæ. Aſſumat tertio die aquam, vel etiam primo, aut Mithridatium, Theriacam, vel aliam compoſitionem, vel ſi ſæuum eſt malum, Theriacam cum puluere primo die miſceat, & ſemper poſt ſudorem horis quatuor vel tribus, bolum armenam, & terram ſigillatam, vt dixi, bibat. Deſcriptio pulueris eſt iſta:

Puluis.

℞. Tormentill ℥iij.
Diptam.alb.℥ij.
Boleti ceruin.
Santal.rub.an.℥j.
Camphoræ ℈ij. Miſc. f. puluis.

Camphora facile exhalat, itaque huic pulueri, cum paulo diutius aſſeruatur, plus cāphoræ admiſceri debet. Deſcriptio aquæ iſta eſt:

Aqua.

℞. Angelicæ.
Magiſtrantiæ, vel carlinæ.
Gentianæ.
Tormentill.
Boleti ceruini.
Zedoariæ an.℥ij.
Trium ſantal.℥j.
Theriacæ opt.
Mithridat præſtantiſſ.an.℥iij.
Camphoræ ℈ij.
Moſchi ℈j.
Spiritus vini ℔.iij.

Stent per menſem integrum in vitro diligentiſſime clauſo, deinde colentur per triplicem pannum lineum, & in alio vaſe vitreo clauſo ſeruetur vſui. Ad præſeruationem præſertim, cum aer non calet, poſſunt ſumi duæ guttæ cum pane albo matutinis horis. In curatione ad integram detur vnciam cum aqua Cardui benedicti, ſcabioſæ, ſcordii, vel ſimilibus. Ludouicus de Leonibus eandem fere aquam præſcripſit, non tamen omnino ſimilem: & propter deſcriptionis communicationem accepit centum coronatos aureos. Hanc autem aquam præſtare longe deſcriptioni Ludouici de Leonibus certus ſum.

In peſte, pro quodam Generoſo Domino,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCLXXVII.

CVm hoc tempore vbique fere morbi contagioſi diſſeminentur, poterit Generoſus Dominus in ſuo vaporario vel locis, in quibus degit, cum his orbiculis ſuffitum facere:

Suffitus.

℞. Benzoini ℥ij.
Styracis calamit.℥j.
Ligni aloes.
Cinamomi an.℥ß.
Caryophyllor.℥j.ß.
Moſchi electi gr.iiij.

Conſeruæ roſarum è floribus q. ſ. ad incorporandum: parentur orbiculi ſeu trochiſci.

Cum autem eſt in locis ſuſpectis, in ore geſtet hos orbiculos:

Orbiculi.

℞. Cortic.citri ſelect.℥j.
Boli armeni oriental.℥ß.
Zedoariæ.
Ligni aloes.
Ireos an.℈j.
Moſchi.
Ambræ an.gr.iij.

Cum conſerua roſarum formentur orbiculi. Si pomo etiam odorifero vti volet, ita poterit confici.

Pomum odoriferum.

℞. Flor.roſar.
Ligni aloes.
Santali citrini an.℥j.
Ireos.
Caryophyllor.
Macis an ℈j.
Benzoini.
Ladani an.℥j.ß.

Gummi Tragacanthi, in aqua roſarum diſſol.q.ſ. fiat pomum, & aromatiſetur in fine Moſcho. In hyeme pro Moſcho parum olei caryophyllorum addendum.

Intra corpus vero ſumat vnam de iſtis rotulis:

Rotula.

℞. Sacchari in aq. cinamomi diſſoluti ℔.ß.
Margaritar.præparatar.
Smaragdi præparat.an.℥ß.
Boli armeni orient præparat.℈ij.
Olei cinamomi gutt.v.
& fiat confectio in rotulis.

In locis periculoſioribus de iſto Electuario ad magnitudinem caſtaneæ ſumat:

Electuarium præſeruatiuum efficaciſſimum.

℞. Macis præparati in aceto & ſucco limonum ℥j.
Ligni aloes ℈j.
Theriacæ optimæ ℥iij.
Sem.citri excort.℥ij.
Cortic.citri conditor.
Conſer.borrag.an.℥j.ß.
Syrup.de corticibus citri q.ſ.
Miſce.

His ſi recte Generoſus Dominus vſus fuerit, Deo propitio & conſeruante tutus erit.

De in-

De lue Vngarica, ſeu febre per totam Germaniam graſſante peſtilente,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CCLXXVIII.

Morbus Vngaricus.

INSTAR peſtis, aut peſtilentis febris, horrore & calore ſtipatus, inuadit hic morbus, vna cum ingenti capitis dolore, caloreque interno inteoſo, febri ardenti continuæ haud abſimili. Contulerit itaque primis tribus diebus aluum ſiue purgationibus, ſiue clyſteribus ducere: ſi quartum vel ſextum attigerit, ſummo mane, ſi prius calido loco ſe continuerit, quo ad eius maxime fieri poteſt, ea vt conſtat ratione, ſudorem procurare.

Capitis dolor.

Præterea ſingulo veſpere, vbi capitis dolor non mitius afflixerit, profuerit pedum lotionibus receptis herbis, cum capitibus papaueris comparatis, vti. Probatur etiam raphani raſura in mortario contuſa ægri occipiti, & pedum plantis faſciis applicata.

Cucurbitulæ dorſo appenendæ.

Commendantur quoque tertio vel quarto die, quatuor cucurbitulæ adhibitæ, quarum duæ interna humerorum regioni, reliquæ vero duę ſupra vel infra renes affixæ, ſæpiuſque ſurſum & deorſum ante ſcarificationes deducere. Potus eſto aqua hordeacea. Extra paſtum vtatur hoc potu:

Potus.

℞. Boli armen. præpar. oriental. ℥j. ß.
Margarit. præparat. ʒj.
Spec. liberantis Imperator. ℈iiij.
Aquæ hordeaceæ ℔. ij. Miſc.

Hoc ipſo potu, ſi in paſtu quoque vtatur æger, plurimum profecerit. Quinto à morbi huius inuaſionis die, hauſtum huius potionis ſumat:

Potio cordialis.

℞. Aq. borrag. ℥vj.
Serapii de borragin. ℥ij.
Syrupi de cortic. citri ℥ß.
Margarit. præpar. ℈iiij.
Specier. liberantis Imperat. ʒj.
Aquæ cinamo. ʒij. Miſc.

Mane ſubſequente potum prius calefactum æger ſumat, idq; tribus aut quatuor vicibus eodem modo continuet; ſi ægrum ſudare contingat ad minus is ad horam in eodem promouendo perſeueret, quo peracto calẽtibus linteaminibus ſudor, vt decet, abſtergatur. Potionis huius formula hæc eſt:

Potio ſudorifera.

℞. Specier. liberantis Imperat.
Boli armen. oriental.
Terræ ſigillatæ veræ an. ℈j.
Sem. citri excortic.
Acetoſæ.
Rad. tormentillæ.
Biſtortæ an. ℈ß.
Serapii acetoſit. citri ℥j.
Aquæ acetoſæ q. ſ. f. potio.

Si lapis Bezoar haberi poterit, contulerit eiuſdem tria aut quatuor grana in tenuiſſimũ pollinem detrita eidem potioni commiſcere. Conſilium hoc noſtrum vna cum remediorum formulis adiunctis, adſtanti fideli Medico communicari debet, quibus viſis & expenſis rectius ægro conſulatur. Solet enim hic morbus inſtar peſtis multifariam mutari, & nonnunquam rubra, aliquando etiam nigra ſtigmata & anthemata protrudere. Qui ſic afficiuntur, raro euadunt.

Stigmata nigra periculoſa.

In febre peticulari, pro quodam Generoſo Domino,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCLXXIX.

ANTE duos menſes, Generoſiſſimus Baro ſenſit dolorem capitis, & grauitatem pectoris multis diebus, tandem vna nocte in toto corpore eruperunt exanthemata rubra, minime lata, quæ in pectore euaneſcere paulo poſt cæperunt. In pedibus vero atq; dorſo ſiccatæ, tanquam ſquamulæ deciderunt. In manibus autem quaſi papulæ aliquid humoris conceperunt, & ichor effluxit. Maximus autem pruritus conſecutus eſt, & cutis in manibus tota renouata, ita vt vngues quoque deceſſuros exiſtimarit. Cum vero erupiſſent exanthemata, & papulæ, copioſiſſime quinq; noctibus ſudauit, & tandem decimaquarta die poſt per aluum expurgatus, melius ſe habuit. Cum vero rurſus in capite & pectore ipſi male ſit, conſilium noſtrum requirit. Magnam fuiſſe in iſto corpore plenitudinem, & cacochymiam atque malignitatem humorum apparet. Itaque naturam ſe iſta expulſione exonerare voluiſſe, ſatis euidens eſt. Facta autem eſt tota maſſa ſanguinea feruida, & aliquo modo putredine affecta, vt cum quaſi ebullire cœpit, excrementa tenuiora, tanquam bullæ ad cutim reiecta ſint. Præceſſerunt autem hanc quaſi ebullitionem multi fumi & vapores, qui in capite intemperiem & dolorem excitarunt, in pectore autem grauitatem & ardoris ſenſum. Nam nullis idoneis medicamentis initio adiuta eſt, longa igitur pugna. Poſtquam vicit, exanthemata conſpecta, in pectore, vbi calor & virtus propter cordis præſentiam fortior, euanuerunt vbi cutis denſa & calida. Et quoniam ſanguini aliquid pituitæ ſalſæ admixtum fuit, vt pruritus vehementia indicat, in ſquamulas reſoluta. In denſiſſima autem parte, videlicet in manibus, papulæ exortæ. Virus autem illud corrupit cutem, proinde corrupta decidit, & renouata.

Symptomata febris peticularis.

Ratio & cauſa ſymptomatum.

Materia partim fuit ſanguis cum ſalſuginoſa pituita, partim ichor ſanguinis, id quod color & exeuntia oſtenderunt: Nam copioſiſſimo ſudore materia tenuior eſt à natura expurgata, fœculenta autem per aluum deiecta.

Præſeruatio.

Itaque cum petatur conſilium præcautione vtendum,) de curatione enim, cum iam abierit malum, non neceſſe eſt dicere) ne morbus iſte recurrat, paucis, vt in hac feſtinatione poſſum, meam exponam ſententiam. Ortum eſt malum ex plenitudine & corruptione humorum. Eſt igitur ea cauenda. Primum moderata victus ratione, deinceps tempeſtiua euacuatione, iiſque quæ putredinem atque corruptionem humorum impediunt.

Diæta.

De victus ratione longus futurus eſſet ſermo; ſed vt in pauca contraham, non modo copiam, ſed varietatem ciborum vitet. A piſcibus, cancris, lacticiniis, oleribus, ſalſis, frixis, & in ſartagine coctis leguminibus, crudis omnibus abſtineat. Simpliciſſimo cibo vtatur, & parca ſit cœna. Quod in debilitate capitis à vino abſtineat in cœna, recte facit, velim in prandio tamen minime vinoſum bibere, ſi diluere volet, faciet hoc multis horis, antequam bibat.

Vinum diluendum multo ante.

Ad euacuationem nunc non idoneum eſt tempus anni. Verum ſi interdum ante cœnam ℥j. pillul. maſticinar. ſumpſerit, capiti, pectori, & ſtomacho recte conſulet. Ineunte autem vere, vt iuſta euacuatione & miſſione etiam ſanguinis vtatur, moneo. Interea ne corrumpantur humores (quãquam corrumpi vix poterunt, niſi immodice fuerint aucti) ſumat de electuario, quod mitto, mane ad magnitudinem nucis caſtaneæ. Et ſemel in ſeptimana cochlear vnum de ſucco, & in lecto, ſi poterit ſudare, maneat. Frictiones matutinas per vniuerſum corpus non negligat, & exercitiis moderatis ante cibum vtatur: à cibo exerceri minime rectum eſt, multo minus ſtatim dormire. Dormiat autem in loco ſicco, non concamerato, vel fœtoribus vicino. Excrementa alui ſimul ac ſurrexit, reiicere conetur. Et ſi aluus adſtrictior eſt, ante cibum vuis paſſis vel prunis emollire ſtudeat. Non exiſtimo, ſi hæc obſeruata fuerint, malum reuerſurum.

Clyſter.

Verum ſi (quod Deus auertat) iterum inuaderet, clyſter ſtatim iniiciatur, & ſi nihil ad manus ſit, malua in iure gallinæ coquatur, & ſaccharum addatur.

Sanguinis miſſio.
Emulſio.

Deinceps mittatur ſangnis, ſi modo nihil dum erupit: ſint autẽ eruptionis indicia, detur emulſio ſemin. citri & napi, cum vnicornu, vel ſi id non habetur, cum cornu ceruino. Vbi ſuaderit probe, margaritæ præparatæ in aq. borrag. & ſyrupo de acetoſitate citri exhibeantur, & æger in aere temperate calido detineatur.

Hoc nunc in magna feſtinatione, & temporis anguſtia potui perſcribere, quæ vt M. V. proſint, Deum præcor.

In petechiis, pro quodam Barone.

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCLXXX.

GENEROSVS Dominus, cum Pragæ peſtilẽtes febres, maculis, quas petechias vocant, inſignitæ, publice graſſarentur, 21. Martii, hora 9. cum in Palatio ſeminarium, neſcio, quomodo per inſpirationem hauſiſſet, correptus eſt. Caput vehementer dolebat, febris foris mitis, intus petulans erat. Aluus propter pillulas, quibus vſus fuerat, fluida. Nec viſum eſt mittere ſanguinem. Tertio igitur cucurbitulas appoſui, & copioſe ſanguinem extraxi, ſed nihil melius habuit. Quarto eruperunt petechiæ. Exhibui igitur iſtam potionem calide.

Expulſiua.

℞. Sem. napi.
Citri an. ʒj.
Aq. cardui ℥ iij. fiat emulſio.
Colaturæ expreſſe adde.
Syrupi de ſucco ſcordii ℥ ß. Miſc. f. potio.

Ea copioſe materiam ad cutim expulit. In quinta rurſus euanuerunt, & virtus admodum oppreſſa fuit. Itaque in ſexta rurſus potio ſuperior data, item in ſeptima repetita, addita theriaca Andromachi vera ad ʒ ß. ſic poſt potionem petechiæ magis apparuerũt, ſed virtute admodum infirma maculæ retro ceſſerunt. Inſtante ſeptimo in maximis fuit anguſtiis, delirabat admodum, & de contorſionibus grauiſſimis conquerebatur, ſuperuenit deinceps fluor ſanguinis è naribus, ſed fuit criſis plane imperfecta. Itaque ægerrime atq; plane ſine ſpe diuturnioris vitæ iacebat. Dedimus emulſionem perlarum, quę non mediocriter profuit. Cum autem in nona ſuperueniret fluxus ventris, qui vſque ad vigeſimum diem durauit, emulſioni addidimus terram ſigillatam, ſemper obſeruata recta victus ratione. Accedebant ad reliqua mala vigiliæ, quibus ſubuenire inunctionibus, emulſione ſeminis papaueris, & aliis auxiliis conabamur hoc modo:

Vigiliæ.

Vnguentum ad conciliandum ſomnũ.

℞. Dactylor. num. iij.
Capit papau. num. j.
Lactucæ recent. m. j.
Acetoſæ.
Plantagin. an. p. j.
F. decoctio in ſ. q. aquæ lactucæ, in Colaturæ ℥ iiij. diſſolue
Syrupi de ſucco cytonior. ℥ j.
de papauere ʒ ß. Miſc.

Addi-

Addi & vnguentum ad tempora, nares, & volas manuum.

Vnguenti roſac. Meſ. ʒ j.
Medullæ ceruinæ ʒ ij.
Opii gr. iij.
Ol. nucis Moſchatæ gr. ij. Miſc.

Alui fluxus. Somnum antè turbauit fluor alui, ad quem exhibita clyſteria ex iure pulli cum decocto florum Chamomillæ, cumque putredo inualeſceret, neque cornu cerui, & alia, quæ continuo adhibebantur, iuuarent, olei vitrioli aliquot guttas cum aqua ſtillatitia borraginis dedimus. Fluxit vigeſima prima, vel exeunte vigeſima rorſus ſanguis è naribus, & febris & fluor alui prorſus acquieuit, appetitus rediit, & beneficio DEI optata ſanitas. Agitata deinceps eſt materia in capite in vaporario, ex morbo collecta, cum radios ſolares intueretur, & ſæua ſymptomata, ſed non diuturna, concitata, ac tuſſis valde moleſta fuit. Dedi igitur hos orbiculos:

Tuſſis. ℞. Sem. frigid. maior. ʒ ij.
Specier. Diatragac. frig.
Diapenid.
Diaireos an. ʒ ß.
Sem. Vrticæ.
Papauer an. ʒ j ß.
Helenii pulu. ʒ ij.
Cach exia. Succi liquirit. ʒ j.
Sacchari q. ſ. f. conf. in orbiculis.

His cum tuſſis ſedata eſſet, cachexiæ, cuius indicia ante peſtilentem febrem fuerunt, maiora ſigna, propter continuum aquarum & medicamentorum vſum, ſe oſtenderunt. *Tumor œdematoſus.* Itaque cum tumor œdematoſus pedum inprimis (ſicut poſt diuturnos morbos & graues fieri conſueuit) moleſtus eſſet, quid faciendum eſſet ſeparatim conſului. Hæc autem benigniſſimum Deum clementer gubernaſſe, & deinceps curationibus noſtris præeſſe, & intereſſe, toto pectore gratias ago, & precor.

In Alopecia, pro quodam Nobili,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCLXXXI.

ALOPECIA diuturna in cute denſa & glabra, quæ aſperiori frictione, & fotu nihil rubeſcit, difficulter curatur. Eſt tamen in iſta deformitate potius anceps, quam nullum remedium adhibendum. In victu abſtineat à leguminibus, lacticiniis, & quæ ſunt idonea corruptioni. Cibi ſunt omnes boni ſucci. Vinum tenuiſſimè bibat. Si decoctum aquæ, vel bonæ cereuiſiæ nihil ventriculum offendit, potius ea vtatur. Purgationes corporis neceſſariæ eſſent, ſed cum hæmorrhoides immodicæ fluant, ab iis temperandum. Alias affluxu humorum eo præcipitatorum magis irritarentur. Poſſemus tamen vti, ſi neceſſitas poſtularet, rhabarbaro, myrobalanis, quæ vim leuem adſtringendi habent. Et caput ſeorſim errhynis atque apophlegmatiſmis à præſenti Medico curetur. Confert ad hoc ſequens medicamentum:

℞ Pyrethri ʒ j. ß. *Apophlegmatiſmus.*
Maſtich.
Staphyſagr. an. ʒ ß.
Zinzib.
Nucis conditæ, an. ℈ j.
Piperis ℈ ß.

Miſc. cum oxymel. & f. electuarium molle. Hoc inungat ſuperiores faucium partes matutine, & pituitā exſpuat. Os eluat ſequenti:

℞. Hyſſopi m. j. *Aq. pro collutione oris.*
Zinzib. ʒ ij.
Sinapi ʒ j. ß.

Decoq. in vino aqua, & addo parum mellis pro collutione oris. Caput deinceps diligẽter abluatur facto lixiuio ex ſtercore gallinarum in cineres vſto, & abradatur, deinceps herba vrticę fricetur. Inungatur poſtea iſta miſtura:

℞. Auellanar. vſtar. ʒ iij. *Lotio capitis.*
Sinapi contuſi ʒ ß.
Mellis opt. ℔. j.

Miſceantur iente, & fortiter eo caput confricetur bis in die. Tertio quoque die abluatur cum prædicto lixiuio, in quo decoquatur herba, quæ capillus veneris nominatur. Irrigatur caput deſtillato è mellis ℔. j. Ladani ℔. ß. muſcarũ vulgarium. m. j. Et hac aqua ſæpe caput humectetur. Caput deinceps leporis aſſati & contuſi, cum axungia vrſinâ miſceatur, atque eo inungatur. Remedia hæc diu & ſæpe repetenda ſunt: & curatio, ſi primum non ſuccedat, iteranda. Ad fortiora etiam medicamenta deueniendum.

De pruritu in capite, pro quodam Nobili,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCLXXXII.

EXISTIT hic ab acrioribus vapotibus exhalantibus à ſanguine bilioſo, vel ſeroſis partibus ſanguinis. *Cauſa pruritus.* Cumque obſtructiones fiunt, & materia non poteſt exhalari, feruntur per cutim, & horrores excitant, & calorem cordis augent, vt febris accendatur. Quia vero tantus eorum prouentus non eſt, quãtus fuit olim, ideo minus ſæpe febris adeſt. Curatio eſt hæc, quæ cauſam auſert. *Curatio.*

Vitanda quæ maſſam calidiorem redduut, & vapores acres excitaut, vt vinum potens, aromatica, allium, cępæ. Varietas etiam ciborum noçet. Medicamentis ſe non fatiget. *Sacchar. roſat.* Vtatur ſaccharo roſaceo, & conſerua è floribus cichorii, & hibat mane decoctum cichorii ex iure macro. Hæc enim contemperaut humores. Non olera edat, nec lacticinia, propter oculos. Caput purgandum eſt per nares. Vtile etiam ſæpe lauare caput lixiuio violaceæ herhæ, poſtremo frigidam ſuperinfundere, & ahſque frictione, & calefactione multa detergere. Non eſt reuera morhus, qui actionem nou lædit. Caue obſtructiones ne fiat febris; id quod optime decoctum cichorii, de quo ſupra monui, præſtare poterit.

De furfuribus, ſcabritie frontis, rubedine faciei, & excoriatione digiti, pro quodam Nobili,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCLXXXIII.

Affectus multi ab vna cauſa. HIPPOCRATES bene dicit: Nihil paruum, nihil contemne, & principiis obſtandum ſapientes monent. Hæc autem omnia, ab vna & eadem cauſa fiunt, videlicet, iutemperie calida epatis tranſmittente *Scopi curationis.* vapores acres ad caput, & pro generante ſalſuginoſum ſanguinem & ſeroſum. Curatio vero eſt cauſæ ablatio. Ea igitur adimeuda. Id fit: I. Cauendo ne materia idonea his exhalationibus & humoribus in victu iugeratur. II. Vt epatis intemperies corrigatur. III. Vt affectarum partium, quaſi reſiſten- *Cibi vitãdi.* tia adiuuetur. Victus ſit eiuſmodi. Caueat ante omnia ea, quæ ſalſa ſunt & aromatica, ſitque quam ſimpliciſſimus victus. Nocent allium, cæpæ, quia iecur inflammant, & caput replent. Olera etiam hic non laudo. Fugiat omnia fætida. Exercitia fiant ante ci- *Tria ſaluberrima.* bum. Tria autem dicit Hippocrates eſſe ſaluberrima: laborare ahſque defatigatione, cibo non impleri, & veneri moderari. Mu- *Geneſis cruditatum ſignificatrix.* nictur ventriculus, nec crudus ſit. Geneſis deſignat cruditates & humores multos, cũ in venere & cancro luna ſit. Item cauda Draconis eſt in aſcendente, & ſatnrnus in piſcibus, oppoſitus octauæ. Caue etiam medicamenta fortiter purgantia. Victus tutiſſima medicatio. Recte in æſtate vteris floribus cichorii ſaccharo conditis, vel ſaccharo roſaceo, aut ſpeciebus aromatici roſati. Roborant enim membra. Cauenda autem quę nimis ventriculum caleſaciunt. Localia au- *Localia in furfuribus.* tem ſunt hæc: Ad furſures multa ſcribuntur remedia, ſed cum periculum ſit, ne cerebrum alteretur, caute exiſtimo eſſe vſurpanda. Caput purgetur aliquãdo ſiccis furfuribus hordei. Sunt enim lotionis vice, & *Oleum ouorum vlcuſcula capitis.* bene caput mundant. Si his ablatis vlcuſcula remanent, illine caput oleo ex vitellis ouorum. Lenit enim aſperitatem cutis, & ſanat vlcuſcula, & colorem capillorum, & cutis vitia expurgat. Etiam frons eo vngatur. *Excoriatio.* Dũ cutis à digito diſcedit, ne tangat caput, aut confricet illo. Lædit enim alia etiam membra. Sanatur autem excoriatio, ſi in aqua calida diſſoluatur ſeuum hircinum, & eo aliquoties digitus lauetur. Deinde vngatur vnguento ex oleo tartari, & lithargyro *Rubedo faciei.* præparato facto. Ad rubedinem vſus aquæ fragorum vtilis. Prodeſt etiam ſi lymphatum vinum aq. cichorii æſtiuis diehus bibatur, vel ſi mane cum decocto iure pulli aut gallinę radices cichorii ebull. & bibatur. Laudant quoq; conditum fructus roſæ caninæ ante paſtum mane, vel ante cænam ad magnitudinem caſtaueneæ. Cõficitur cum ſaccharo, vt cydoniatum. Hoc calculoſis etiam prodeſt. Excoriatio digiti ſanatur vnguento roſato.

In rubore faciei poſt cœnam cum ſudore, pro quodam Nobili viro,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCLXXXIV.

RATIONALI Medico ſymptomata oblata, & quaſi in oculos incurrẽtia ad ſuas cauſas deduceuda ſunt, & vidẽdum an cauſa rationem morbi habeat, & quid primo, ac per ſe actionem lædat. Nam ſi nulla actio, vt in hoc caſu, qui modo propouitur, lædatur, nec morbũ adeſſe, nec curationem requiri certum eſt. Verum cum præcautioni in inchoantib. malis opera danda ſit, & illius modus in hac præternaturali affectione à nobis requiratur, Methodica via ea inquirẽda eſt. Rubet poſt cœnam facies, interdum ſudor conſeqnitur. Hæc itaq; conſideranda, & pri- *Cauſa ruboris faciei.* mum cum in corpore nihil abſq; aliqua cauſa accidit, ea inquirenda. Ruhorẽ à ſanguine eſſe, nullus enim humor præter hunc ruber, cõſtat. Sudorem vero ab hnmidi copia, vtrumq; vero ab impellente. Impellunt autẽ vel ſpiritus, vel vapores, neq; facile impellunt, niſi plenitudo adſit. Cõſequitur igitur ex methodica ratione multitudinẽ ſanguinis eſſe minuendã. Deinde ne impellentia impetũ faciant cohibenda. Ad primũ, ne nimium reduudat ſanguis, vel victus ratione vel detractatione illius efficiemus. Victus igitur ratio eiuſmodi inſtituenda, quę copiã *Victus ratio.* minuat, nec vt perſcribitur, gallinis ppetuo

vſcen-

veſcendum, vel vinum, pręſertim potens atque fumoſum, vel crudum, quod in hypochondriis hæret, bibendum. Imo dum hæc affectio durat in cœna à carnib. prorſus abſtinendum, & bordeo probe cocto, atq; ſimilibus cibis, qui neq; copiam ſanguinis augeant, neq; multos vapores ad caput tranſmittant, vtendum. Vini etiam vnico bauſtu contentus ſit in cœna, & ad ſitim explēdam cereuiſiam puram, & quæ vaporibus caput non repleat, minimumq; lupuli habeat, addat. Scio hic ad pauca reſpicientes poſſe reclamare: verum quantum in corporib. conſuetudo valeat videndum. In prandio vero prolixius carnibus & vino vti poterit, ita tamen ne perpetuo gallinaceas carnes, aut ſimiles, ſed interdum duriores & quæ minus tenuem ſanguinem generanr., comedat. De ſanguinis vero detractione pręſenti Medico obſeruandum, an ita abundet, vt ex magnis venis vacuandus ſit, an vero alia miſſioni ſanguinis obſtent.

Cucurbitula.

Quin per cucurbitulas detrahendus videatur nullum eſſe dubium arbitror, itaque ſuo tempore cucurbitulæ adhibendæ. Deinde ad alterum ſcopum, videlicet, ne vapores impellentes humores ad caput, & vniuerſum corpus detrudantur, & ruborem ac ſudorem concitent actio Medici intendenda. Etſi vero ſublata multitudine hoc non fieri poſſe exiſtimem, præſertim cum vapores, non tam à ventriculo, quam vniuerſo corporis babitu ad caput deuehantur: tamen & in eo laborandū, vt vaporibus reſiſtamus.

Vaporum aſcendentiū prohibitio.

Cum vero ab vniuerſo corporis babitu feruntur, in primis victus ratione, quæ maſſæ ſanguineæ ſubueniat, hoc præcauendum. Ventriculo ea, quæ ad complexum cibi, quem vulgo occluſionem ſtomachi vocant, faciunt, adminiſtrāda. Deinde ne caput atque cerebrum incaleſcat, & vt Hippocrates loquitur, tamquam cucurbita ad ſe vapores trahat, videndum. Itaque præclare Celſus monet, quibus caput infirmum eſt, iis ne cogitationem quidem à cibo tutam. Omittat igitur ſerias cogitationes omnes, & iucunda atque grata poſt cœnam agat.

Ventriculi corroboratio.

Medicus autem ea, quæ ad id faciunt, vt ventriculus roboretur, & cibum amplectatur, (ea autem ſiccandi vim habere abſque calefactione oportet) præſcribat. Peritus, & vſu artis præditus ex ea ſylua, quæ magna eſt, facile materiam, obſeruatis iis, quæ in præcautione obſeruanda ſunt, inueniet. Faciat Deus, vt quod eſt optimum ac ſaluberrimum eligat. Nam ego mihi partes docendi doctiores non ſumo.

In rubore faciei, pro quodam Nobili viro,

D. Ioan. Cratonis

Conſilivm CCLXXXV.

Scopi duo in rubore faciei.

INtentiones, vt appellant, ſen ſcopi in præſeruatione & curatione ruboris faciei, duo videntur, quorum priorem cauſa interna, videlicet maſſæ ſanguinis, alterum locus affectus faciei, ſeu potius cutis illius temperatura conſtituit.

Color humoris index.

Color enim, vt Hippocrates ait, homoris index eſt. Itaque cum efflorescentia illa humores aduſtiores & acriores atq; impuriores eſſe oſtendat, expurgandi atque contemperandi indicatio oritur.

Humorum contemperatio.

Si ſanguis in toto abundare videtur, detrahendum eum eſſe conſequitur, ſed cum miſſio ſanguinis feruorem tantum impediat, & in corpore aduſti humores remaneant, ii medicamento vacuante expurgandi.

Dilutum ſenæ.

Id rectiſſime per ſenæ dilutum fiet, ſi infundantur vino bene cum aqua meliſſæ atque cichorii contemperato. Folia quidem initio in vino meraciori infundi poſſunt, deinde aqua meliſſæ, vel cichorii, ne caliditas epatis augeatur, contemperandum.

Serum lactis cum fol. ſenæ.

In æſtate, vel tempore verno, rectius eſt ſerum lactis foliis ſenæ cum ſummitatibus meliſſę, vel floribus cichorii infundere. Hoc medicamento aliquoties repetito ſatis perpurgari poſſe humores arbitror. Contemperabuntur autem rectiſſime victus ratione.

Qui cibi vitandi.

Itaque ſalſa & aromatica in victu vitanda, etiā ea, quæ facile corrumpuntur, & vitiolum ſanguinem, ac multos fumos & vapores generant, vt lacticinia, præſertim cum carne ſuilla, aut piſcibus in vno paſtu ingeſta. Cibum vero ſimpliciſſimū eſſe oportet. Nam varietatem ciborum maxime ad hanc affectionem facere omnibus Medicis conſtar. Vinum etiam probe diluendum, & præſertim decocto, aut cichorii aqua, eſt.

Holler de morb inter p.285.

Refert enim eruditus quidam Practicus, ſe nouiſſe celebrem Medicum, cui naſus & facies tota rubore fœdo & puſtulis deformata erat, cū his duobus auxiliis curatum; quod quinque mēſibus, verno videlicet vno, æſtiuis tribus, & vno autumnali continuo vinum decocto

Vinum cum cichorei decocto.

cichorii diluerit, & ante paſtū horis matutinis fructu roſæ caninæ, cydoniati more cum ſaccharo factæ, vſus ſit. Vinum decocto cichorii inſuauius reddi non eſt dubium. Vt hoc incommodum effugiamus, poſſet pro primo hauſtu potus decoctum cichorii ſeparatim bibere, & deinceps vino vti, atq; etiam aſſumpta condita carne cynosbati,

Elect. Cynosbati.

ſeu fructu roſæ caninæ prandiū atq; cœna claudi præſertim cum eiuſdē facultatis ſit, euius

cydonia, & non ſolum ad reprimendos vapores, & humores contemperandos magnã vim habeant, ſed & calorem renum, ne calculos generet, infringant, & eam laxiorem, vt facilius calculum excludant, id quod experientia obſeruatum eſt, reddant. Altera intentio ad cutem, ſeu carnem faciei, cui ita cutis tenuiſſima impacta eſt, vt inſeparabilis propemodum videatur, directa eſt. Hæc vero cum omnibus aeris mutationibus perpetuo ſit obuia, atque propter tenuitatem in ea minore reſiſtẽtia: non mirum ſi facilius imbecillitatem atque intemperiem contrahat.

II. Scopus.

Itaque inprimis vtile exiſtimatur, interdum faciem noctu illinere ſanguine leporino, & mane aqua fragorum, vel aqua è floribus verbaſci cum ſucco limonum deſtillata abluere.

Sanguis leporinus.

Ad ablnendum vti ſeminibus melonum cum nucleis perſicorum cõtuſis, vel ſumere radices Aronis, & puluerifatas miſcere farinæ triticeæ, atq; ita in furno inſtar panis coquere, & ex hac paſta facere puluerem, eoq; cum aqua fragorũ, vel ſcrophulariæ deſtillata faciem abluere.

Ablutiones.

Vtile etiam eſt rubeatę faciei caſeum recentem imponere.

Caſeus recens faciei in rubore imponendus.

Si vero puſtulis facies deformata ſit, exprimatur mẽſe Maio ex ſcrophularia herba cũ radice lota ſuccus, & cum oleo amygdalarum dulcium miſceatur, atq; inſoletur, eoq; facies inungatur.

Pro puſtulis in facie.

Vel fiat vnguentum ex eadem herba hoc modo: Accipiatur ſcrophularia cum radicibus bene lota, & incidatur, ac addito butyro maiali optime depurato coquatur & exprimatur, atq; expreſſum in vitro vſui ſeruetur. Hoc vnguento etiam vlcera, lepræ ſimilia, inuncta ſanantur. Vtuntur quidam metallicis vnguentis ex ceruſſa, lithargyro, ſulfure, & mercurio confectis. Verum ad iſta temere deueniendum non exiſtimo. Hæc vero à Deo præpotenti fortunari opto.

Vnguentum de ſcrophularia.

In rubedine faciei, & defluuio capillorum.

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCLXXXVI.

RVBEDO faciei & defluninm capillorum vnam habent cauſam, videlicet, aſcenſum acriorum vaporum ad caput. Itaque victus ratione cauendum, ne vapores acriores reddantur. De hac non ſemel moneo. Decoctum radicum ſonchi ſeu Taraxaci plurimum valet, ſi ante cibum ſumatur.

Decoctum radicis Taraxaci ad acres vapores.

Ablutio faciei cum aqua fragorum, cui interdum aliquid ſulphuris pulueriſati in linteolo imponatur. Radices pilorum vngantur oleo Myrtillorum. Vt pili renaſcantur, faciunt auellanæ vſtæ, & cum pinguedine vrſi inunctæ. Nam etſi pinguedo vrſi canitiem pilorum afferat, cum auellanis tamen vſtis illa vis impeditur.

Pinguedo vrſi ne tingat.

In faciei rubore pro quodam Magnifico Domino.

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCLXXXVII.

QVOD ad ruborem iſtum faciei attinet, potiſſimum opera danda, vt hepati conſulatur, deinde materia illa, quæ ad faciem defertur, diuertatur: poſtremo vt exulcerata conſolidentur, & partes ne fluxionem ſuſcipiant, roborentur.

Stopi curati nem in rubore faciei.

Ad hepatis roborationem nihil cõuenientius, quam ſæpe infuſum Rhabarbari, in aqua Endiuiæ, aut Taraxaci bibere. Item flores cichorei conditos edere, abſtinere, ab omni fortiori vino, à piſcibus in butyro coctis, ab eſu carnis ſuillæ, anſerinæ, &c. Cæterum modo ſanguinem ex vena mittere, nihil aliud eſſet, quam vires imminuere, itaq; id plane non conſulo.

Epar roborantia.

Deriuare autem, immo reuellere materiam poterit cucurbitis ad ſcapulas appoſitis.

Cucurbitula.

Vt partes exulceratæ ſanentur, exiccantibus quibuſdam aquis vtendum:

Aqua exſiccans vlcera.

℞. Lithargyri ʒ ij.
Tuthiæ præparat.
Sulphuris an. ʒ j. ß.
Sief albi ℈ ij.
Aceti ℥ j.

Stent per noctem in vitreo vaſe, deinde affundatur.

Aquar. lactucæ ℔. j.
è floribus nymph. an. ℔. ß.
Miſce.

Prius autem quam hac aqua vtatur, parum fricentur puſtulæ radicibus rumicis ſeu lapathii, in aceto maceratis ter vel quater. Deinde vt roboretur locus, & facies tota mundetur, hac aqua abluat:

Aqua abluenda facie rubente.

℞. Nucleor. perſicorum.
Sem. Melonum an. ℥ ß.
Aq. fragorum. ℔. ij.
Miſce.

Fiat ſeminum & nucleorum emulſio, quæ aſſeruetur in vitro, eaque vtatur mane. De vſu thermarum nihil poſſum ad has affectiones conſulere: vt autem à præpotenti Deo benigne fortunentur opto.

In puſtu-

In puſtulis, rimulis, & denudatione labiorum, pro quodam Illuſtri viro.

D. Hieron. Capivaccii Consilivm CCLXXXVIII.

Cauſa puſtularum & fiſſurarum labiorum.

PVSTVLÆ, rimulæ, & decorticationes labiorum, oriuntur ab humore miſto, pituitoſo ſcilicet, & deurēte ſanguine, qui deſcendit à capite, quod præter alia certa, demonſtrat calidæ materiæ ad dextrum oculum deſcenſus, quæ in ipſo quidē capite partim oritur, partim vero aliunde recipitur. Habitus patiētis eſt ſiccior, & iecur calidius. Cuius cauſa iam pridem exuſtus generabatur ſanguis, qui in crurib. vlcera curatu difficilia excitabat. Curatio moram non patitur; facile enim illa vlcera, quæ prauitate nō carent, fœditatem & contumaciam adipiſci poſſent. Labia ſane ad concipiendum fluxiones prona ſunt, eiſque non ægre ob conſortium, & ventriculi & cerebri vitia communicari poſſunt. Primum corpus expurgandum eſt ab his, quæ iam exuſta ſunt, & quæ leniter deuri poſſunt; & ſeroſus ſalſus humor à ſanguine expurgandus. Deinceps afflictis partibus ſuccurrendum erit repellentibus leuioribus, euacuantibus, detergētibus, ſiccantibus clementioribus. Tandem rimulæ & decorticationes auferendæ: & labra ſanitati priſtinæ reſtituenda. Interim diæta ita inſtituetur, vt & noxiorum generatio inhibeatur, & viſcera roborentur. Primum ſequentibus abſoluendum:

Curatio.

Indicationes.

Lenitiuum.

℞. Electuar. diacholic. & lenitiui an. ℥ß.

Miſce cum ſaccharo, fiant boli, capiendi ſeſqui hora ante cibum. Sequenti die cephalica dextra tundenda ad ℥ iiij aut ℥ v. Interpoſito deinde vno aut altero die, baſilica ſiniſtra ſecanda, & eadem quantitate detrahendus ſanguis. Peractis ambabus venarum ſectionibus, ſerapium hoc præſcribatur:

Syrupus acredinem humorum temperans.

℞. Syrup. de ſucco cichor.
dc ſucco borrag.
Iulepi violar. an ℥ß.
Decocti folior. endiuiæ.
Capillorum Vener.
Radic. Bugloſſæ.
Paſſular. ℥ iij. Miſce.

Huius vſu humoribus temperatis, & corpore parato ad purgationem, ſoluens leue dabitur hoc:

Potio ſolutiua.

℞. Syrup. roſat. ſolutiu.
de fumo terræ ſol. an. ℥ j. ß.

Cum aqua endiuiæ & bugloſſ. ao. q. ſ. fiat potio. Abſoluta hac purgatione, ſi humorum contumacia perdurauerit, repeti poterunt ſerapia addendo beton. itemq; repetetur ſoluens, addendo momentum Rhabarbari & Agarici: Vel purgans erit componēdum, è leniente, agarico trochiſchato, & confect. hamech, nec nõn & tantillo rhabarb. Hæc de primo ſcopo.

Alter ſcopus eſt retrahere humores repentes in cerebrum, & alias laborantes partes. Quamuis autem ea, quæ iam in primo ſcopo egimus, hoc mediocriter faciunt: tentanda tamen ſunt, quæ magis idem agunt. In quorum albo ſunt vlcuſcula excitata in ſiniſtro crure & dextro brachio, quibus mirifice retractio fit à ſupernis partibus ad infernas. Ad idem faciunt infernarum partium frictiones, ſuperne & deorſum validiores. Sicut etiam earundem partium lotiones, è ſimplici aqua inſtitutæ, quæ exerceri etiam poterunt in brachiis. Vlcuſculū in occipitio ſummopere eſſet commendandum, niſi nos deterreret vocis raucedo quædam, ſignificans lingulam, caputque tracheæ arteriæ, aut acquiſito, aut natiuo temperamento imbecilliora eſſe. Cæterum ſi concurſus humoris non poteſt his compeſci aut retrahi; generoſius quid præſcribendum, nimirum decoctum ſalſæ parillæ diligenter paratum cum rad. cichoreæ, bugloſſ. & fol. beton. quorum quātitatem medicis adſiſtentibus relinquimus, monentes decoctum leuiuſculum eſſe debere: Huius enim vſu, non tantum humores auerti poterunt ad externas partes; ſed omnis etiam ſuſpicio luis venereæ tolletur; commendaremus eius vſum hoc tempore. Hoc præſidio vna cum mediocri diæta per viginti dies vtendum, ſi morbus ſuperius præſcriptus non cedat. Deriuantium à capite medicamentorum vſum reprobamus; quia deductio ad conſueta emunctoria, per quæ cerebrum mundari ſolet, poteſt obeſſe oculis, & aliis partibus afflictis. Vltimo loco ſatisfaciendum ipſis partibus affectis, vbi probamus vnguentum Laurentii Lazari Medici & Chirurgi excellentis, quod omnes propoſitos ſcopos perficere poteſt, & ſic habet:

Veſicantia.

Frictiones.

Cauteria.

Decoctum ſarſaparilæ.

Improbatio medicamentorum deriuantium à capite.

Vnguentum Laurentii Lazari.

℞. Lithargiri argenti.
Plumbi vſti an. ℥ j.
Myrrhæ.
Aloes.
Tuthiæ præpar. an. ℥ ij.
Pingued. vituli ℥ j.
Succi Solani.
Plantagin.
Vini granat. an. ℥ß.

Bulliant humida omnia ad cōſumptionem ſuccorum; deinde colentur, quibus adde ceræ albæ q. ſ. ac reliqua omnia in tenuiſſimum pollinem redacta, atque per pannum

transmiſſa adde, & fiat vnguentum in mortario plumbeo reformatum: quo panni linei ſubtiliſſimi imbuti, parti affectæ applicandi, & bis in die permutandi. Viuendi ratio hæc eſto: Vinum ſit album, non potens, non aſtringens, ne aluus ſiccior reddatur, ſed ſubſtãtiæ tenuis. Cibi elixi potius quam aſſi, medicati cum rad. bugloſſ. & foliis borrag. Cauendum ab omnibus acribus; item à ſale conditis, nec non à generantibus craſſum & pituitoſum ſuccum. Fugiendus aer caliginoſus, valde frigidus & nocturnus. Proſunt corporis motus mediocres, congruo ſeruato tempore: quos ſi adire non poterit, frictiones adminiſtrandæ. Labia minime exercenda, quantum fieri poteſt. Aluus ſi ſponte mollis non ſit, iuſculis paratis è paſſulis & prunis Damaſcenis mollienda erit, vel clyſmis lenientibus.

Diæta.

In eryſipelate phlegmonode, nephriticis doloribus, ac morphaica facie, cum leui tumore, & puſtulis, pro quodam Canonico.

D. Ioh. Cratonis

Consilium CCLXXXIX.

Eryſipelas phlegmonodes bis leniter Nobiliſſimum virum, tertio grauius afflixiſſe, nephriticis etiam doloribus affici, ſed inprimis de faciei rubore defœdate, cum leui tumore & puſtulis, qui ex frigido aere liueſcunt, præſcribitur, & à me conſilium requiritur. Vtinam autem tam feliciter, præſertim inueterato malo, & epate per medicamenta purgantia & grauiter ſiccantia admodum (vt coniicio) læſo, dare poſſem, quam ex animo cupio. Symptomata autem iſta referenda eſſe ad vnam fere cauſam, videlicet intemperiem Epatis calidam apparet. Cum vero ſiccitas caloris lima à Medicis perhibeatur, ne acceſſerit, & propterea aduſtiores humores ſint, non immerito eruditiſſimus Medicus vetetur, & à ſiccantibus, & immodice calefacientibus, quæque ipſam quaſi ſubſtantiam epatis exhauriunt, cauendum, recte conſulit. Accedit autem renum quoque calida intemperies, vnde non mirum ſi collectis in corpore craſſioribus ſuccis iis, atque ad renes delatis obſtructiones conſequuntur, & fortaſſe calculi generentur, aut iam ſint geniti, etiamſi non elidantur. ſed de hoc poſterius. De Eryſipelate primum agemus. Etſi autem non perſcribatur, quæ pars eryſipelate afficiatur, tamen vel caput, vel pedes lædi frequentius ſcimus. Caput quidem cum maiori periculo, præſertim ſi, vt perſcribitur, eſt eryſipelas inflammatorium, ſeu phlegmonodes. In tibiis minus eſt malum. Itaque cum caput infeſtatur, diligens in curatione adhibenda eſt cautio, quia ſæpe grauia ſymptomata conſequuntur. Cauſa vero iſtius affectionis materialis eſt bilis non naturalis, cuius variæ ſpecies à recentioribus ponuntur, cum mediocri copia ſanguinis. Hic conſequitur, indicationes Eryſipelatis ſine vlcere eſſe, refrigerationem & humectationem. Cæterum in inflammatione non dubium eſt, quin ſanguis ſit mittendus, ſin minus, vacuatio per medicamenta mitiora molienda. Nam ex ſententia Galeni in vero eryſipelate cholagoga venæ ſectioni præſtant, ne ſanguis qui eſt frenum bilis, vt vult Auicenna, detrahatur bili. In inflammationibus vero venæ ſectionem conuenire ex eo manifeſtum, quod ſanguis effluens ex vaſis, quaſi retrahitur, totuſque corporis habitus refrigeratur, ac tunc phlebotomiæ clyſterem præmittere, niſi cita ſit aluus, conuenit. Purgatur autem corpus recte decocto Thamarindorum in ſero lactis, cui Rhabarbarum & ſyrupus roſatus ſolutiuus addatur, ſemper vero alterantia nõ inſuauia dentur, vt decoctum radicum cichorii, endiuiæ veræ & ſimilia. Serapia illa dulciora haud ſcio plus ne lædant, quam prodeſſe videantur. Pluris certe rectam victus rationem, quæ frigida & humida atque incraſſans eſſe debet, quam ea, facio. Priſanam, cremorem hordei, oryzam, omnes commendant. Operam igitur Nobiliſſimus vir dabit, vt perpetuo in victus ratione calida & ſiccantia vitet, & omnia quæ calidiorem & ſicciorem ſanguinem reddunt, vt aromatica, nimium ſale condita, fumo macerata, in ſartagine cocta, lacticinia, oua, & ſimilia butyro præparata à ſua menſa remoueat. De carnibus mali ſucci, vt ſuilla, anſerina, ceruina non moneo, & à vino potentiore abſtinere puto. Vacuato itaque corpore alterato etiam epate & maſſa ſanguinea, ad locum affectum reſpiciendum, atque in Topicorum adhibitione cauendum, ne vel ſuppuratio conſequatur, vel ad interiora vertatur. Nam vtrumque non carere periculo Diuinus Hippocrates admonuit, cum 7. Apho. 7. nos doceat, in Eryſipelate ſuppurationem malam. Sexto vero Aph. 25. idem de Eryſipelate, ab exterioribus ad interiora vertente pronunciat. Cum enim Eryſipelas delitescit, & materia bilioſa ſine reſolutione euaneſcit, haud dubie partes internas, ad quas repit, grauiter afficit. Id quanto cum periculo in capite fiat, rationes Medici intelligunt. Itaque hoc in caſu Celſus in primis

Siccitas caloris lima. *Eryſipelas.* *Eryſipelas capitis periculoſius.* *Cauſa eryſipelatis.* *Venæ ſectio an conueniat in eryſipelate.* *Purgantia.* *Dulcia lædunt.* *Victus ratio.* *In topicis obſeruanda.*

Cel. & Galenus de vena ſectione in eryſipelate diſcrepant.

mius Phlebotomiam commendat, quem & Paulus lib. 4. ſequitur. Galenus vero 14. Methodi, & ſecundo ad Glauconem ab his diſſentire videtur. Sed cum ex relatione doctiſſimi Medici animaduertam profuiſſe antea phlebotomiam Nobiliſſimo viro, & à conferentibus atque nocentibus ſecundum Hippocraticum præceptum indicationes ſumantur, rationem potius, quam autoritatem ſequor. Eſt enim morbus acutus, cui cito occurrendum: deinde cum ſociam inflammationem habeat, non eryſipelas purum cenſendum, de quo agit Galenus. Cæterum ſi eryſipelas purum eſt, nequaquam temere ad phlebotomiam, etiamſi ſit in capite, properandum exiſtimo, ſed propria magis, quam communi euacuatione, quæ fit ſanguinis miſſione vtendum.

Galeni ſententia de venæ ſectione in eryſipelate explicatur.

Propria eſt quæ per medicamenta cholagoga fit, ſi humor magnus eſt, purgante medicina per ſuperiora adhibita, ſin leuis enematum iniectione. Porro cum in eryſipelate raro febris abſit, abſtinendum ab acrioribus medicamentis, qualia ſunt ſcammoneata, & à chymicis præparatis. Nam ea humorem craſſiorem faciunt, & temperiem epatis corrumpunt. Itaq; Rhabarbari ʒ ij. in decocto florum borraginis, & violarum, additis vncia vna cum dimidia ſyrupi roſati ſolutiui, de cichorio cum Rhabarbaro atque manna Calabrina, ſingulorum ʒ vj. ſatis, vt arbitror, educent. In miti vero malo clyſterem ex decocto communi, atque diacatholicone & diaprunis iniicerem.

Lenientia.

Refrigerantium vſus & terminus.

Purgato bene corpore tutior eſt refrigerantium vſus, quorum terminus, vt Galenus & Paulus admonent, eſt, donec feruorem deſidere videamus. Id autem primum ex ſenſu ægri colligimus, qui magis temperatum calorem percipit: deinceps ex ipſo tactu, tertio ex affectu. Calor enim eryſipelatis mutatur. Frigida autem iſta nulla vi adſtrictoria prædita eſſe debent, ne vapores acres detineantur, & partem corrumpant. Periti Medici ſciunt: imperiti ſæpe in hac parte peccant.

Frigida in eryſipelate abſq; adſtrictione.

Apud Galenum tria medicamentorum genera repetimus. Primum refrigerantes ſucci, vt ex decocto hordei cum ſucco lactucæ & portulacæ. His interdum quaſi narcotica adhibet, verum non niſi maxima neceſſitas id poſtulet, faciendum. Sicut etiam ad tertium genus medicamentorum, quæ ex oleaginoſis & vnctuoſis conſtant, non facile deueniendum, vt eſt Gal. refrigerans, & alia. Galen. diacalcytidis meminit, ſed noſtro tempore felicius lixiuium oleo roſaceo miſcent, quam miſturam lac aureum vocant. Sedata inflammatione nihil conuenientius, quam farinæ hordei & fabarum coctura, ſicut cum vlceratum eſt, vſu lithargyri præparati, quod vulgo Lac virgineum appellant: Sed de Eryſipelate ſatis.

Lixiuium ol. roſac. miſtum. Lac aureũ.

Lac virgineum.

Nunc ad alteram affectionem, quæ Nobiliſſimum virum maxime ſollicitat, deuenio. Eam autem quo nomine appellem propter Arabum & Græcorum confuſas voces non reperio. Cutem faciei, cuius partes laxiores ſunt, affectam eſſe conſtat, & ita quidem, vt non tantum cutis, ſed caro ſubiecta quoque affecta eſſe videatur. Rubor ergo eſt à ſanguine, is cum refrigeratur, ſicuti fit in frigido aëre, in quo & perſpiratio prohibetur, liueſcit. Poſſet etiam ex aduſtione ſanguinis hoc accidere, & morphæa illa, quam Auicenna nigram appellat, conſequi. Sed hoc ne accidat optima in primis victus ratione, cuius antea quoque mentionem feci, deinde vacuantibus & alterantibus medicamentis opera danda.

Rubedo faciei.

Prognoſticon.

Melancholicos autem humores & exulcerationes contumaces eſſe, & partes faciei humoribus corruptis infectas, difficilius in integrum reſtitui, Medicis notum. Proinde nihil temere licet polliceri. Præſtare hoc ne in deterius labatur, & aliquo modo facies reſtituatur, diligentia atq; aſſiduitate curationis poterit effici. itaq; ſicut oſtenſum eſt, in initio optima victus ratione pugnandum, deinceps corrupti humores, tam per annuas medicationes, quæ à Medico præſcriptæ ſunt, quam per menſtruas educendi. Rectiſſimum igitur putarem, ſi ſingulis menſibus hanc potionem ſumeret:

Purgat. menſtrua.

℞. Paſſulat. ʒ vj.
Flor. violar.
Borrag.
Veronic. an. p. j.
Epithymi.
Fol. ſenæ ſelectiſſ. an. ℥ ß.
Rhabarb. el. ʒ j. ß.
Fiat horum decoctio in ſ. q. aq. puræ.
℞. Colaturæ fortiter expreſſæ, & rurſus depuratæ ℥ iiij.
Syrupi roſati ſolut.
Mannæ Calabrinæ an. ℥ j.
Miſc.

Refrigerantia hepat.

Ad epar autem ſingulari cura reſpiciendum, & non ſolum intra corpus, quod calorem epatis contemperet, verum etiam foris aliquid adhibendum. Intra corpus nihil aqua fragorum cum ſpeciebus diatrion ſantalon conuenientius. Foris autem ſemper viui illud genus, quod vulgo vermicularem vocant, cum aceto & furfuribus macrioribus hordei atque ſantalis rubeis adhibetur. Quidam ertorum ſantalinum; quidam epithemata ex aquis ſtillatitiis cum

Vermicularis.

ſpeciebus applicant. Sed hæc recenſere non eſt neceſſarium. Illud autem ad reducendam maſſam ſanguinis ad ſuam temperiem plurimum proderit: ſi margaritæ præparatæ cum ſucco limonum, additis multis foliis auri, diſſoluantur, atque ſingulis diebus de hac miſtura ʒ j. cum aquæ borraginis ℔. j. cardui benedicti ℔. ß. diluatur. idque ante cœnam exhauriatur frigide. Noctu etiam cum aqua fragorum, id quod & aduerſus nephritidem erit, bibat.

Emulſio ſanguinem temperans.

In hoc medicamento diu vſurpata magna pars curationis conſiſtet. Scio quoſdam magnifice loqui de mercurio auri præcipitato, quo leproſos etiam ſe ſeruaſſe perhibent. Sane ſi mercurium auri haberemus, iudicarem non leuiter, maſſam ſanguinis eo mundificari poſſe, verum ab iſto mercurio, quem ipſi habent, & magni vendunt, non minus, quam illorum antimonio, & ſimilibus medicamentis abſtinendum cenſeo.

Præcipitatũ ſeu Mercurius auri.

Chymiam non damno, vſum vitupero, & eos, qui de his præclare loquuntur, nihil minus ſcire, quam id, quod ſe ſcire profitentur, facta oſtendunt. Cum his vero hominibus contendere ſtultum eſt, ſtultiſſimum curam corporum illis permittere.

Chymicorũ ſcientia.

Æſtiuis autem diebus nihil ſero lactis cum Thamarindis conuenientius puto, modo videatur ne crudi humores ſint in corpore, aut in iecore obſtructiones. Vtile etiam erit dilutum Rhabarbari, ſed hæc Medicis notiſſima.

Topica.

Ad topica deuenio, quæ varia ſunt: aquam cardui tepide adhibitam plurimum prodeſſe animaduerti, ſed in primis commendatur ea, quæ ex boletis ceruinis diſtillatur. Itaque ſi haberi poſſet, Nobiliſſimum virum vti vellem. Item aqua cuſcutæ & liguſtici, quæ faciunt, vt materia tranſpiret.

Vnguentum ex ouo.

Adhibetur autem poſt illas vnguentum ex ouo quod fit, ſi ouum recens imponatur aceto per menſem. Ita enim album oui, quaſi aqueus humor efficitur, quo exulceratæ partes inunguntur, quod ſi iſtis nihil efficimus, cyatho aceti & medio aq. roſar. ſulphuris ℥ j. infunditur, & lytargyri ℥ ß. cum ʒ j. aluminis & probe coquitur, dum media pars conſumatur, eo partes faciei inungantur.

Aqua in morphea faciei.

Quidam magno ſucceſſu cineres ſerpẽtis in noua olla exuſti addunt. Abluenda autem deinceps erit facies lacte, & emulſione nucleorum perſicorum, & ſeminum melonum, cum aqua fragorum. Ieiuno etiam ſtomacho maſticandæ radices boraginis, atq; puſtulæ his illinendæ. Quod ſi his medicamentis malum cedere vel mitigari nollet, euacuato corpore ad ſanguiſugas eſt deueniendum, atque hæmorrhoidibus applicandæ.

Hæmorrhoidum prouocatio.

Deinde ex aqua cardui aliquot diebus Trochiſci Theriacales propinandi, iuxta tolerantiam ægri. Ad mercurialia etiam vnguenta deueniendum, inter quæ magnopere hoc commendatur. Accipiunt ſublimati ℥ iij. & in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo, addita ſaliua hominis ſani ieiuni, qui acetoſis non veſcatur, & ab allio, cæpis & ſimilibus abſtineat, teruntur, deinde adiiciunt Mercurii per alutam expreſſi, & ceruſſæ optimæ ʒ iij. parum lunæ, id eſt argenti, in pollinem redactæ. Terantur iſta diligenter, admiſcendo ſaliuam multis diebus, donec abeſcant, deinceps ſoli exponunt, atque aquam fontanam puram affundunt, & in olla vitreata ad quartam partem horæ, vel minus coquunt, aquam illam, donec apparet viridis, mutant, ad minimum ſepties: deinceps iſta abiecta affundunt optimam roſarum aquam, & ita reponunt.

Vnguentum Mercuriale.

Accipiatur autem reſidentiæ ad magnitudinem piſi, & cum aqua roſarum nona miſceatur, atque cum petiolis lineis ſubtilioribus locis affectis applicetur. In vſu, ſi non frequens ſit, (tunc enim dentibus nocet) nullum eſt periculum, cum ſciamus mulieres Venetas nihil his frequentius adhibere.

Fucus mulierum Venetarum.

Tartarum etiam optime calcinatum per reuerberationem, & inter albumina ouorum diſſolutum plurimum adiuuerit. Sed ex his Medicus præſens eligat rectiſſima, etiam atque etiam videndum. Ad renum affectionem, vt multa præſcribam, non neceſſe eſſe arbitror, neque à me hoc requiri puto. Vſum terebinthinæ coctæ atq; cum Rhabarbaro commixtæ in hoc corpore plurimum commendo.

Terebinthina cocta in calculo vſui.

Item cum dolores vrgent, emplaſtrum ex cancris. Reliqua autem prudentię Medici pręſentis committo. Atque vt hæc à præpotente Deo fortunentur opto.

In Eryſipelate, pro quodam Nobili,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CCXC.

Cvm hæc affectio ex abundantia bilis non naturalis in corpore collecta oriatur: præcautionis ratio in eo conſiſtit, vt optima victus ratione, prouẽtum bilis caueamus, & dulcia aromatica, pinguia, lacticinia, cæpas, porrum, allium, fumo macerata, vitemus. De his autem non dubito, quin præſentes Medici monere poſſint rectius.

Diæta.

Sunt autem ſpecies bilis præternaturalis diuerſæ, ſecundũ quas affectio quoq; iſta mutatur Quantũ vero ex iis, quæ ad me perſcripta ſunt, colligo, aliquomodo phlegmonodes

Faciei eryſipelas.

des eryſipelas, primum crura, deinde faciem inuaſit. Sunt autem hæ duo corporis partes in primis eryſipelati obnoxiæ, etſi in facie ſit periculoſior. Quia partes laxæ ſunt, & malum facile cerebro communicatur. Proinde ne qua ſymptomata mala conſequantur, omnis cautio adhibenda. In hoc vero corpore ab externis cauſis, à quibus etiam, niſi membra ſint vulnere, vlcere, dislocatione, &c. affecta, in quibus eryſipelas periculoſum eſt, non oritur, ſed ab internis cauſis, humoris videlicet tennis & feruentis, vnde exarſio ſeu feruor potius, quam inflammatio, occupans partium cuti ſubiectarum ſuperficiem, affluxu oritur. Itaque indicatio curatiua prima eſt, vt humor affluens retrahatur, pars ipſa muniatur, & quod affluit, euacuetur. Hic inter Medicos diſceptatio eſt, de miſſione ſanguinis. Ac Celſus & Paulus illam præcipiunt, & cum malum hoc caput infeſtat, rationes habere videntur non prorſus inualidas, ſed ratio magis pro ſententia Galeni pugnat. Hæc vero iudicio excellentis Medici permitto, qui in præſentia facile perſpicere poteſt, an maior bilis, quam ſanguinis copia ſit, an inflammatio vrgeat, & cerebrum, dum caput affectum eſt, periclitetur. Tutius autem eſt multo, appoſitis cucurbitulis, ſcarificando ſanguinem extrahere, quam venam ſecare. Purgantia quin recte exhibeantur, nullum dubium. Verum cum plerumque febris vel adſit, vel certe in proximo eſſe videatur, à ſcammoneatis, & valide calidis cauendnm. Et hac, vel ſimili potione vtendum:

Indicationes.

Venæ ſectio an in eryſipelate conueniat.

Cucurbitula tutior.

Vſus purgantium.

Lenitiuum.

℞. Tamarind. ʒ vj.
Fl. violar.
Borrag. an. p. j.
Decoq. in q. ſ. ſeri lactis, & in expreſſione macerentur per noctem:
Rhabarb. el. ʒ ij.
Exprimantur fortiter, & in expreſſionis ℥ iiij. diſſol.
Serapii roſat. ℥ j.
Mannæ Calabrinæ paululnm aceto irroratæ ʒ viij.

Ante cibum ſemper bibat decoctum radicum cichorii, & ſonchi, in iure pulli macro. Nec vllum diem prætermittat, quo non vel ſummo mane, vel ſi ventriculus offenditur, hora decubitus, id eſt, quatuor horis poſt cibum, vel vna ante cœnam, ſyrupum hunc aſſumat.

Syrupus.

℞. Aq. taraxacón. vel endiuiæ veræ ℥ iiij.
Serapii de ſucco Endiuiæ.
Acetoſæ an. ℥ ß. Miſce.

Diæta.

Tota victus ratio etiam ſit refrigerans ex hordeo probe cocto, lactuca, endiuia cocta, piſcibus ſaxatalibus, & ſimilibus. Ouorum, vini, & contuſarum carnium vſum vitet. Carnes vel aceto, vel ſucco limonum aſpergat. In cæteris ſex rebus non naturalibus eadem obſeruentur, quæ in curatione inflammationis. De ſomno tamen hoc tenendum, cum crura, vel tibias eryſipelas occupet, ſomnũ mediocrem conuenire. Cum vero faciem à ſomno, quantum fieri poteſt, temperandum. Cæterum, quod ad ipſam partem affectam attinet. Etſi initio etiam expellentia proſint, tamen ne cum refrigeratione valida adſtringant, cauendum. Itaque ante euacuationem valde caute eſt agendum, ne ad interiora feratur humor, & ea ipſa refrigerantia tepida adhibenda. Valde enim noxium eſt, cum materia intro repellitur, & cum ad membrum aliquod nobile tranſit, exitioſum, quemadmodum in multis, vbi ſponte quoq; eryſipelata euaneſcunt, & ad interna repunt, animaduerſum eſt. Sed euacuatis humoribus frigida etiam actu applicari poſſunt, vt deſtillata aqua ex foliis, vel primis frondibus quercus, cum ea miſceri poteſt ſuccus lactucæ, portulacæ, vel ſemperuiui. Ab vnctuoſis, & vim emplaſticam habentibus, maxime à narcoticis cauendum. Acres enim in primis vapores exhalant, qui ſi intus detinentur, interdum partem corrumpunt: Vbi feruor remittit, & æger ipſam partem, nimis calore, quaſi pungi ſentit, calor etiam aliquo modo mutatur. Aqua cardui recte adhibetur. Poteſt & hordei palea, ſeu furfures macri cum lactuca coqui, & applicari. Sed in iſtis, quæ foris imponuntur, diligens conſideratio humoris, & temporis fluxionis adhibenda, & nihil temere, abſque accurata diligentia faciendum. Proinde non ſatis prudenter facerem, ſi plura localia medicamenta præſcriberem. Itaque iudicio præſentis Medici ea permitto, atq; vt hæc, quæ monui, præſtantiſſimo viro proſint, ex animo opto.

Somnus.

Somnus in facie eryſipelate cauendus.

Localia.

Frigida actu quando conueniant.

Vnctuoſa emplaſtica narcotica cauenda.

Topica.

In ſcabie fœda manuum,

D. STANISLAI WEISKOPF

CONSILIVM CCXCI.

QVÆSITVM eſt à me, quo morbo hic adoleſcens nobilis laborarit, & quibus remediis in eo curando ſim vſus. A quinto die Nouembris ex malo habitu coniuncto cum ictero ipſum curare cœpi. Laborabat enim epar ipſius magna intemperie cũ materia, & ſumma obſtructione; ita vt nec lien ſuum officium facere potuerit. Itaque magnam copiam vitioſiſſimorum humorum

ſecum circumferebat, totus deniq; ſanguis infectus erat ſeroſis, & ex vtraq; bile generatis peſſimis humoribus, &c. Ordinata itaq; cõuenienti victus ratione, hanc ſubſequentem potionem illi exhibui:

℞. Herbar. fumariæ m. ij.
Cuſcutæ.
Marrubii an. m. j.
Flor. Violar.
Borragin.
Bugloſſ. an. m. ß.
Sem. Melon.
Endiuiæ an. ʒ ij.
Rad. Cichor.
Polypod.
Folior. Senæ an. ʒ vj.
Cortic. myrobal. citrin.
Indor. an. ℥ ß.
Agaric. elect. ʒ iij.
Rhabarb. elect. ʒ ij.
Spicæ.
Cinamom.
Zinziberis an. ℈ j.

Decoq. ſ. a. in ſ. q. aq. ſcabioſæ, fumariæ, tertiæ partis, ſtent per noctem, ſimul & colentur, colatura dulcoretur cum ſ. q. ſacchari, deinde clarificetur cum albumine oui, & aromatiſetur cum Ligni aloes.

Santal. alb.
Roſ. rub. an. ℈ j.

Fiat potio dentur pro vice ℥ iiij. Hauſit eam ſexies, & indies partim per vrinam, partim per aluum ea egeſſit, vt ſtatim inde icterus paulatim remittere, & epar ab obſtructionibus intemperie mala liberari videretur. Septima die potionem ordinaui infra ſcriptam.

℞. Confect. hamech ℥ ß.
Rhabarb. electi ℈ ij. ß.
Syrup. violac. ℥ ß.
Miſce.

Fiat potio. Hæc potio ea eduxit, vt poſtea natura liberior reddita, omne reſiduum ad exteriora magna vi perpulerit. Hinc ſecuta eſt tanta ſcabies, tamq; fœda prurigo, vt nihil ſupra. Ac hactenus ſaltem adoleſcens iſte monitis meis acquieuit. Volui deinde exteriora ſuo modo canonice proſequi, ſudoribus videlicet, balneis, fomentationibus, &c. Sed ſibi viſus eſt, quo ad interiora optime valere, quemadmodum etiam melius habere, manifeſtiſſime à quouis conſpiciebatur. Poſtea ex frigido aëre, in quo contra omnem meam voluntatem eſt verſatus, & Barbitonſorum inunctionibus, me inſcio, adhibitis, frigidis & repercutientibus, ſcabies illa fœda manuum, præcipue dextræ, quæ ad miraculum vſq; ſanie quotidie manabat, materia repercuſſa eſt, & ſcabies ſanata; ſed in malum habitum, & magnum pedum tumorem, ita vt fit, rurſus incidit. Vixitq; deinde in publico œnopolio, & cibo, potuq; vberiori, intempeſtiuoq; ſomno, &c. facultatem actionemq; naturalem proſtrauit. Et niſi ſuccurratur, ac quidem cito, aqua intercus ſubſequetur. Atque ita malum, quod bona obſeruatione ſex rerum non naturalium, & paucis alterantibus medicamẽtis (quod imperiti non intelligunt, ſed pro nugis reputant) potuiſſet tolli, auctum eſt multis modis, vt aliis, & quidem maioribus præſidiis opus habeat. Nec diffido, quin auxiliante DEO optimo maximo illi reſtitui poſſit ſua ſanitas; ſed cepit ipſum ſatietas mei propter crebras admonitiones de rebus non naturalibus, vt vocantur: ita vt aliunde opem minori labore, & moleſtia ſperet. Itaque facile fero, vt ſe alio conferat curandum. Quare rogo Medicos doctos, vt candide iudicent, neque vt aliqui indocti faciunt, alios vituperando ſibi gloriam vendicent.

Pana neglecta Methodica cura.

In ſcabie, ab aduſtis humoribus,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCXCII.

ANTE oculos nobis Hippocraticum verſatur præceptum: Remedia ſecundum rationem inſtituta non eſſe mutanda, nec tranſeundum ad alia, etiamſi non conferant. Hæc autem cura, cum non modo rationalis ſit, ſed etiam vtilis manifeſto appareat; merito concluditur, eam nequaquam mutandam eſſe, imo ſperandum, hac ipſa ſpacio menſtruo morbum cum ſymptomatibus omnibus profligari poſſe penitus. Non hæc è meo fingo & loquor cerebro, ſed experientia Hippocratis antiqua. Quare, vt ita continuetur, diligenter conſulo. Vere autem, quo penitus expellatur, perfectior reiteranda cura. Hoc tempore meliorem priori ſubiicere nequeo, nihilominus adhiberi poteſt quotidie puluis è ſuccino præparat. cum aqua veronicæ ſumptus horis duabus ante cœnam vel prandium. Thermæ Auſtriacæ licet ſcabiei conferre poſſint; reliquis tamen affectionibus manifeſte obſunt. Approbarem tectius Laconicum, ſi tamen illa non remiſerit, diligentius de hac cogitabo; & Domino Monauio meã ſignificabo ſententiam. Conſiderem alioqui in iuſculo ex decocto cichorii & meliſſæ continuato. Item, vt potui communi rad. Helenii conciſæ infunderentur, ſuperioribus & hoc adiicere libet: Quod in curatione, eua-

Hippocratis de remediorum continuatione præceptum.

Succinum.

Thermæ Auſtriacæ.

Exporiſtom in ſcabie.

ne, euacuatione, & victus ratione potiſſimũ conſiderandum ſit, num fluxus hic à maligna quadam materia & ſcaturigine ortum trahat, quod prius ſignificari mihi debuerat. Si vero ex tranſmiſſione materiæ, vel partium debilitate producatur, præſcriptis cõmode auferetur medicinis, præſertim ſi mane iuſculum mace conditum ebibatur, aut iulepus è ſyrupo viol. cum aq. maluarum & portulacæ, parum camphoræ adiecto, ſequentibus trochiſcis aſſumatur:

℞. Spodii.
Roſar. rub. an. ℥ iij ß.
Sem. portulacæ.
Succini albi.
Boli armeni an. ʒ ß.
Sem. Lactucæ.
Coriand.
Berber. an ℈ ß.
Camphoræ g. v.

Cum ſucco granatorum, f. Trochiſci, diſſoluatur vnus in præcedente ſyrupo.

EX LITERIS D. PETRI Monanii.

Summa conſilii hæc eſt: Vt rectam victus rationem teneat, & potu illo ex ſarſa parilla glycyrrhiza, & paſſulis vtatur toto hoc tempore veris. Si deinde ſerum lactis biberet, & infuſo ſenæ atque epithymi cum ſyrupo violarum purgaretur: recte mea ſententia valetudini conſuleret. Abundat enim aduſtis humoribus, atque ex praua victus ratione eoſdem auget. Mihi non videtur rectum, vt in thermis Auſtriacis lauet. Item in alia Epiſtola vacuetur corpus, ſanguis detrahatur, & decoctum Guaiaci cum rad. Cichor. detur.

In Elephantiaſi, pro quodam Nobili viro,

D. GVILIELMI RONDELETII

CONSILIVM CCXCIII.

Curatio Elephantiaſis incipientis.

ALIA longe ratione curari debet Elephas, quam ab antiquis factum eſt. Quia facta diſtinctione, à qua materia antecedente fiat, & quam diu perdurarit, ſitne incipiens, an inueteratus, inſtituenda erunt remedia pro diuerſitate humoris, qui eum excitauit. Incipiens, in quo obſcure adhuc apparent notæ, vt in quo nulla adhuc eſt exulceratio, tuberculum nullum apparet: & præſertim circa faciem, curabitur ſanguinis miſſione primum, deinde vſu opiatæ infra deſcribendæ. Curabitur quoque frequenti vſu balneorum tepidorum & frigidorum.

Vena ſectio.

Venæ ſectio Elephantiaſi.

Qui vero notas habent manifeſtiores, vt in quo exulcerationes narium, & tubercula carnoſa apparent, ſanguis è naribus fluit, non eſt curandus amplius, vt incipiens. Sanguis ſiquidem in hoc non è venis maioribus mittendus, ne laudatus ſanguis in his adhuc contentus (quem tamen omni ſtudio & cura conſeruare debemus) educatur. Eſt enim velut frenum omnium humorum, ſua temperie reliquos contemperans, & ad mediocritatem reducens. Quare cum paucus ſit in Elephantiaſi, omnibus modis retinendus & conſeruandus eſt, & eligenda potius medicamenta, quæ cum delectu humorem noxium, & peccantem purgant. Non ſufficiunt igitur illa, quæ citra delectum purgant, vt antimonium à chymiſtis perperatum. Quod ſua acrimonia vellicando, vel potius vlcerando ventriculum, humores, quos reperit, euacuat. Hoc ſi dandum, dandum ſtatim in principio ante alia remedia, vt recrementorum copiam minuat. Doſis illius erit ad g. iij. iiij. vel v. pro ægrotantis viribus, cum ſaccharo roſato tabulato ad ℥ ß. Debebit autem illud ſumi, ventriculo cibis pleno, & corpore (iuxta Hippocratis præceptum in aſſumento Helleboro) prius agitato & commoto. Vtetur poſtea ſyrupo ſequenti, qui antimonii erratum caſtigabit, & humorem cum delectu purgabit, ac vtendum erit in multos dies, vt continua ac frequenti purgatione materia antecedens educatur, & à carne & habitu corporis auertatur per partes interiores. In quo grauiter accuſandi noſtri practici, qui præmiſſis aliquibus leniter purgantibus medicamentis ſudorificis, & ſyrupis apertiuis & incidentibus materiam ad cutim mittebant; cum tamen earum partium ſit affectus. Hoc enim eſt deducere excrementa ad partem affectam, & morbum augere. Satius itaq; erit, materiam per interiora deriuare. Syrupus ſit talis.

Antimonium euellicando purgat.

Antimonii dandi ventriculo repleto cibis.

Vulgaris practicorum error in ſudoriferis.

℞. Rad. Borraginis.
Glycyrrhizæ an. ℥ iij.
Roſar. recent.
Borraginis.
Cichorii.
Endiuiæ.
Scariolæ.
Lactucæ.
Violariæ.
Lenticulæ an. m. j.
Polypodii quercini recentis ℥ iiij.
Carthami ℥ ij.
Senæ.
Epithymi an ℥ j.

Prunorum.
Sebeſten.
Paſſularum mundatar. an. nu. xxx.
Aniſi ʒij.
Quatuor ſemin. frigidor. maior. Ocymi an. ℥j.
Flor. Violarum.
Buglosſæ.
Borraginis.
Nenupharis an. p. ij.

Fiat decoctio in aqua hordei, vel aqua borrag. & in ℔. iiij. diſſolue ſyrupi roſat. & violati laxat. an. ℔. ß. Sacchari q. ſ. fiat ſyrupus. Aromatiſetur cum ʒij. Cinamomi, & vtatur mane & ſero. Mane capiat ℥vj. Veſperi vero ante cœnam ℥iij. Continuet per duodecim dies. *Diæta.* Interea nutriatur bonis alimentis, & potiſſimum iuſculis ex pullis, quibus incoquantur herbæ refrigetantes & humectantes, vt violæ, borrago, bugloſſa. Quod ſi non poſſit ferre tantam euacuationem, interminat duos dies. Poſt euacuationem ſex dierum, nutriatur optimis alimentis, multum nutrientibus ad virium reſtaurationem. Alimenta autem erunt ptiſanę ſorbitio, item ex tritico, alica, oriza cum lacte & ouis. Vtatur carnibus aſſatis & elixis. Piſcibus aquæ dulcis elixis, non frixis. Illi enim plurimum humectant, & humorum acrimoniam extinguunt. Si vero exſiccant, & bilem exacuunt, cõuenientiores ſanis & pituitoſis. *Anguillæ.* Laudantur & commendantur anguillæ in iure carnis, vel cum hordei decocto. Vtatur vino multa aqua diluto: Ad maiorem humectationem, & virium corroborationem vtatur ſequenti opiata:

Opiata in roboratione virium in hecticis.

℞. Conſer. bugloſſ.
Violar. an. ℥ij.
Flor. cichorei.
Borraginis an. ℥j.
Species. diatragacanthi frigid. nouiter diſpenſatar. ʒiij.
Triaſantalon.
Diarrhodon. abb. an. ʒj.

Cum ſyrupo de pomis, fiat opiata.

Capiat ad quantitatem nucis, ſuperbibendo aquæ borraginis ℥vj. His medicamentis, & ea victus ratione venis repletis & viribus reſtauratis, vt ſanguis partim in externarum euacuetur, & nouus minusq; ſiccus regeneretur, aperiantur venæ omnes externę, *Phlebotomia.* primum duæ venæ malleoli vtriuſq; pedis, & quæ eſt inter primum digitum, & annularem, vel inter medium & indicem, idque ſequenti die. Tertio vero die aperiantur venæ frontis, & harum qualibet vice extrahatur ſanguis ad ℥ij. tantum vel tres, ſi corpus ſit plenum. Facta ſanguinis miſſione, vt alimentum ad externa membra trahatur, vtque ea omnia reſiccata aliquantulum humectentur, & reficiantur, & præſertim cutis, in qua eſt præcipua affectio, natet in balneo aquæ tepidæ quinque horis à prandio, *Balneum aquæ tepidæ.* vt alimentum in ſecunda coctione elaboratum ad externa trahatur. Continuabit per aliquot dies. In primo & ſecundo balneo poterit leuiter ſudare, ad aliquam euacuationem eorum excrementorum, quæ adhuc in habitu corporis continentur. In reliquis nullo modo ſudandum, ne ad partem affectam deducantur excrementa. Poterit ingredi in his poſterioribus balneum tepidum, quod ſenſim aqua frigida, vt à puteo vel flumine erit contemperandum & reſtigerandum. Natet diu in balneo illo frigido, vt alimentum ad eas partes attractum retineri, & aſſimilari poſſit, easq; humectare, ac reficere. In aqua primi & ſecundi balnei ad cutis deterſionem poterunt ſequentia decoqui:

Herbæ pro balneo in hecticis extenuatis.

℞. Hordei integri & leuiter conquaſſati ℔. iij.
Fol. borraginis.
Maluarum.
Parietariæ.
Morſus gallinæ.
Lactucæ.
Endiuiæ.
Cichorii an. m. j.
Flor. Nenupharis p. ij.
Violariæ p. ij.

Fiat decoctio pro primo balneo, & ſecundo. Præceptum illud de balneo primum tepido, deinde frigido, non ſolum in hac affectione ſeruandum; ſed etiam in hecticis extenuatis, & iis, quos reficere volumus. Tepiditate balnei aperiuntur & relaxantur venæ, alimentum facilius attrahitur, & ſi quid excrementorum in carne & cute ſenſim educitur. Attractum autem alimentum frigiditate balnei retinetur. *Ad tumores duros.* Si tumores ſunt duri, auferantur prius, vel poſt balneum, quod ſi non poſſint, medicamento ſequenti:

Aqua caustica.

℞. Sublimati ʒß.
Vitrioli.
Cantharidum an. ʒij.
Aquæ fortis ʒj.
Aquæ plantag.
Solatri an ℥ij.

Bulliant ſimul, & poſtea tangantur partes affectæ, donec inflentur & intumeſcant, procreetur caſus Eſcharæ, dein dealbetur locus ablutione aquarum ſequentium:

℞. Aq. papauer. rubr. ℔. j. Abluatur pars.
℞. Succi ſemperuiui ℔ j.
Sulphur. vini ℥ß. Abluantur partes.

Linimentum.

℞. Ceruſſæ.
Lithargyri an. ℥j.
Tuthiæ ʒ ij.
Succi ceterach.
Solani.
Plantagin. an. ℥ iij.
Ol. roſati ℥ij.

Fiat mixtura, qua fricentur partes vlceratæ, & etiam cicatrices inducantur, addendo pro ℥j. Vnguenti ſulphuris ʒ j.

Curatio tempore æſtatis & autumni.

Vere & autumno curetur hoc modo: Per æſtatem autem totam vtatur ſequenti opiata laxante. Vtatur etiam opiata cordiali ſupra ſcripta, balneo aquæ tepidæ & frigidæ, vt dictum eſt, vel ſedeat in flumine quotidie à prandio per aliquot horas in vmbra, ne vtatur à Sole, vel ſedeat de nocte, tribus aut quatuor horis à cœna, vbi coctio ventriculi & epatis fuit perfecta. Opiata ſit talis:

Opiata ſiue Electuarii lenitiuum.

℞. Caſſiæ extractæ, cum fumo decoctionis maluæ & borrag. ℥ iij.
Mucilag. ſeminis Pſyllii, extractæ cum eadem decoctione. Pulpæ prunorum acidorum.
Paſſularum.
Tamarindorum an. ℥j.
Folior. Senæ.
Medullæ ſeminis carthami an. ℥ ß.
Scammonii ʒ iij.
Aniſi.
Liquiritiæ an. ʒ ij.
Syrupi violacei q. ſ.

Fiat opiata, capiat in iure capi ab ℥ ß. ad ʒ vj.

Elephantiacis & hecticis vitanda.

Capiat ter in menſe, bene nutriatur, multum dormiat & quieſcat, vitet omnem corporis exſiccationem, quæ fit aut ira, cogitatione morbi, aut curis multis, exercitatione immodica, aut Venere, à qua omnino abſtinendum. Videndum igitur diligenter, vt corpus mundum ſit à recrementis. Cauendum etiam, ne ad cutim vllo modo ferantur: Morbus enim hic eſt partium externarum, & cutis potiſſimum affectus. Retrahantur eiuſmodi cutis recrementa, & per ventrem frequentiſſime deducantur, & expurgentur. Expellantur à partibus externis ad internas vſu balneorum aquæ frigidæ. Nam cum affectus ſit in cute, & carne, arcenda ſunt excrementa, & eorum reſiccationem retardare conuenit, quia eſſentia eſt in ſiccitate, ſanguis ſalſus & ſeroſus ob id partibus aſſimilari non poteſt, neq; nutrire, quia finis nutritionis eſt aſſimilatio. Ob id mulieres, pueri, & eunuchi raro hoc morbo infeſtantur. Sunt enim humidiores, humiditas ea exſiccationi reſiſtit. Multi, vt ait Aëtius, caſtratione ſe ab hoc morbo vindicarunt. Hac ratione iuuenem hoc anno liberauimus, qui incipiebat, & vltra principium fuerat progreſſus. Quare ſi in totum morbus curari non poſſit, quia iam ſit in habitu, laudabitur illa morbi retardatio, remediis ſuperioribus parata.

Cur mulieres, pueri & eunuchi raro elephantiaſi infeſtantur.

Viperarum caro.

Refert Galenus, aliquos fuiſſe curatos vſu viperarum in vino ſuffocatarum. Quidam carne earum in theriaca vtuntur, & eam aſſumunt, quod à me non probatur ob ſummam vim ſiccandi, quam habet. Neque trochiſcos etiam probo: Magis laudo carnis aut iuris vſum, non quod efficiat, quod Galenus ſignificat, nempe digerat valenter per cutem; ſed quod ventrem inſtar medicamenti laxantis ducat. Eam ob cauſam mihi magis probatur, quam ſi ad cutem excrementa deduceret. Regio id non patitur. Adde quod excrementa ſua natura craſſa & terrena ad habitum corporis medicamenti vi deducta, non poſſunt per eam, & tam anguſtas vias commode expurgari. Ea ſiquidem, quæ in carne & cute, ſiue habitu recepta ſunt, per poros cutis euacuari debent, tanquam per propriam regionem. Quod ſi tantum à viperis expectat auxilium, oportet eas ineunte æſtate capere & autumno. His enim temporibus pingues eſſe ſolent, & obeſæ. Æſtate autem ſicciores & calidiores. Quare iſtis duobus temporibus venandæ ad theriacam & trochiſcos parandos.

Ius & carnem viperæ laxare.

Carnes ſylueſtris erinacei.

Sed ne interea deſtituatur hoc æſtatis tempore aliquo remedio, vtatur carne erinacei terreſtris, exſiccata in furno. Hæc non Elephantiacis tantum; ſed & cachecticis, nephriticis, & conuulſionibus obnoxiis, & iis, qui aqua intercutem laborant, conuenit, vt teſtatur Galenus cap. de Erinaceo terreſtri.

Poteſt in locum carnis viperarum ſubſtitui. Seruetur igitur caro erinacei terreſtris, quæ ſi multa haberi poteſt, ad formam placentæ redocatur, comedat mane ante alia omnia, vel ſi velit, elixet cum ſaluia & borragine, & de ea comedat. Eodem modo parari poterit & viperarum caro, &c.

De Meliceride.

D. Hieron. Capivaccii

Consilivm CCXCIV.

Tvmor hic pertinet ad ſecundam quantitatem, quia pendet à materia, non ſolum cupia; ſed etiam qualitate peccante. Non autem in omni abſceſſu materia eſt acris, alias diu non poſſet contineri, ſed faceret vlcus. Galenus, quoniam

Non omnis abſceſſuum materia acris.

abſceſſiuum materiam acrem eſſe dicit, loquitur de inflammatione, quæ in plus degenerat. Hi autem abſceſſus quia fuerunt diuturni, propterea materia non fuit acris, alias eroſio ſubſecuta fuiſſet. Materia eſt pituitoſa, quæ degenerauit in ſubſtantiam melli ſimilem. Ergo hic tumor eſt meliceris. Prior tumor eum hoc eiuſdem fuit naturæ: apparuit in eo materia pulticulæ ſimilis, ideoque hic tumor fuit cum Atheromate miſtus. Non autem omnis Meliceris habet folliculum. Nam libro decimoquatto Method. datur Melicerla, cedens digerentibus: tumor autem folliculum habens certe digerentibus tolli nequit. Quæritur autem quare materia degenerauerit in materiam ſimilem melli, & pulticulæ? Si id fieret ratione proprietatis loci aut membranæ, vna tantum materiæ ſpecies fuiſſet genita. Nam in vna membrana vna tantum eſt proprietas, vt ſi habet proprietatem mutandi materiam in ſubſtantiam melli ſimilem, non habet aliam proprietatem. Quare fieri potuit, vt materia pituitoſa diu ibi detenta degenerarit in materiam pituita craſſiorem. Soluta enim tenui parte, portio craſſior in pultem, minus craſſa in ſubſtantiam melleam eſt conuerſa. Generatur materia in capite, labefactata facultate, fouetur à ventriculo. Nubecula non anteſtat cryſtallino. Ergo vereor ne materia demiſſa fuerit ad humores oculorum, vnde iam ſpiritus animales non ita queant tranſmitti. Tumores pendent à materia toto genere præter naturam. Ergo è toto materia vacuanda, non per repercuſſionem, quia materia non cedit, ſed per modum digeſtionis, diſcuſſionis, ac putrefactionis. Materia, quæ humores impuros reddidit, euacuanda. Totius etiam ratio habenda. Quoad prognoſticum: impoſſibilis eſt curatio. Materia enim in tunica non poteſt è toto remoueri: nec folliculus medicamentis tolli poteſt. Per digeſtionem materia non euacuatur, quia habet folliculum: Ergo per putrefactionem & diſcuſſionem aliquid præſtari poterit. Quoad auxiliorum materias. Sanguis habet rationem cauſæ, ſine qua non fieri poteſt curatio. In hac ætate poſſet quidem quid ſanguinis demi, ſed quoniam vires non ſunt robuſtæ. Ergo ad cucurbitulas confugiendum, quæ apponendæ dorſo, vel infernis partibus. Hoc enim modo ſanguis non tantum vacuabitur, ſed & deriuabitur. Quo ad medicamenta, probo hieram & reliqua minora, non fortiora. Decoctum fiat è ſalſa, cuius beneficio fiat materiæ præparatio in capite, & reliquo corpore, & reſolutio materiæ in tumoribus. Non improbo etiam chinam. Superioribus enim diebus quidam Nobilis laborans imbecillitate ventriculi non potuit curari, niſi ſumpta china. Pro ventriculo potius probarem in decocto euphrag. fœnicul. ſtœchad. quam lignum & præcipue corticem. Quæ validiora videntur in hoc iuuenili corpore non eſſe vſurpanda. Non improbo aquas exhibitas & admotas: maior tamen vis eſt in decocto. Hoc enim diutius moratur, aqua celerius tranſit. Detur decoctum per quadraginta dies. Topica nil proſunt, quia folliculus adeſt. Vehementiora primum vſurpari non debent, ne materia euadat ſcirrhoſa, quare malua & althea miſcenda. Ego ſectionem ſuaderem corpore recte expurgato. Probarem etiam cauteria.

Non omnis Meliceris habet folliculum. *Dubium.* *Indicationes.* *Prognoſticon.* *Curatio.* *Decoctum ſarſæ.* *China.* *Thermæ.*

In tumore œdematoſo, pro quodam Barone,

D. Ioan. Cratonis

Consilium CCXCV.

TVMOREM œdematoſum conſequi diuturnos & graues morbos, præſertim ſi ægri conualeſcentes, nimium cibi potuſque ſunt auidi, peruulgatum eſt. Calor etium naturalis omnium actionum naturalium opifex, neque nutrimentum recte conficere, neque excrementa digerere atque euacuare poteſt, cum per morbi vim debilitatus atque exhauſtus eſt. Etenim ſi iis, qui expoſiti radiis lunaribus dormiunt, partis alicuius tumor ſuboritur, Luna calorem innatum debilitante, & humorem ſoluente, quanto magis hoc in febribus malignis multis diebus continuo affligentibus fieri conſentaneum? Acceſſit & diuturna illa colica, in qua frequentia enemata iniecta, potus thermarum, & cereuiſiæ etiam immodicus vſus non parum calorem epatis fregerunt. Decumbit autem materia pituitoſa & ſeroſa ab vniuerſo corporis habitu ad pedes, licet interdum quoque pars illius faciem petat, vnde tales cachectici apparent, & quaſi primum gradum anaſarcæ obtinent. In curatione igitur, quemadmodum in reliquis morbis reſpiciendum primo ad materiam, deinceps ad membra mandantia & recipientia. Materia eſt pituita tenuis & ſanguinis ſerum, ea rectiſſime abſque magna præparatione euacuetur, orbiculis Diaturpethi cum Rhabarbaro. His ſolis orbiculis cum Rhabarbari extracto ſum vſus, quia ſimul epati, tanquam membro principali tranſmittenti humorem opem ferre volui. Addidi & iſtam ad

Tumor poſt chronicum malum. *Cachectici.* *Scopi curationum.* *Euacuatio materiæ.*

ad dextrum hypochondrium inunctionem.

Inunctio hypochondriorum.

℞. Ol. de abſinthio ℥ iij.
Vini optimi ʒ j. ß.
Comar. abſinth pontic.
Roſar. rubear. an. p. j.
Spicæ nardi.
Rhabarb. el. an. ʒ j.
Santal. citrin. ʒ j ß.

Diæta.

Decoq. ad vini conſumptionem, & inſolentur. Sed ſi in vlla affectione, in hac certe ſex rerum non naturalium diligens cura adhibenda, ne ex malo ſalubri, longo tamen, propter naturam frigidam, malum inſalubre fiat. Aër in hac affectione omni ſtudio exiccandus, nec in loco frigido & humido habitandum. Cibo & potu vtetur, qui attenuet & ſiccet, videlicet, qui vi calida ſit præditus. Itaque omnia humida refrigerantia vitanda, vt ſunt piſces, lacticinia, omnia cruda, flatulenta. Vtatur potius carnibus aſſis, quam elixis, viter varietatem cibi, & quam poteſt parciſſime viuat, vt calor humiditates ſuperfluas poſſit abſumere. Conuenit caro puliorum, auicularum, columbarum, vitulina, hœdina, veruecina aſſa. Bene maſticet carnem, nec fractam ſaltem dentibus degl'utiat. Potus ſit vinum Rhenanum, quo parciſſime vtatur, vel Vngaricum, vel italicum exigue ſumptum. Somnus ſit moderatus clauſis & munitis feneſtris, in terra, vel concamerato cubiculo nequaquam probo. Etiam in æſtate ſuffitum faciat ex thure, nam eo muſcas quoque fugari ferunt. Exercitia matutina ſaluberrima. Eligat autē loca ſicca, nec diu moretur ad loca humida. Affectiones animi fugiat, & in hac affectione à venere abſtineat. Balnea in labro non poſſum concedere, ſed laconicum, vocant, ſudotiferum non improbarem, modo caput exereret, & ſilicibus candentibus decoctum roriſmarini, betonicæ, & chamomillæ ex vino decoctorum affunderetur. Vaporem etiam roriſmarini, chamomillæ, betonicæ ex vino decoctorum facie exciperet matutine, & eodem decocto pedes veſperi ſucco plantaginis inunctos ablueret. Succus autem plantaginis cum aceto extrahatur. Galenus vtebatur medicamento ex Glauc. item poſca, ſed loco aquæ ad poſcam conficiendam vti licet lixiuio, ita tamen ne locus exulceretur, quia interdum tenuia etiam vlcera in corporibus cacochymicis peſſima fiunt. Sed de localibus agam deinceps. Nam ea, quæ humores affluentes euacuant, cum partes nutritioni ſeruientes roborant, perſequamur. Nihil autem vtilius orbiculis ex Rhabarbaro, Diaturbith cum Rhabarbaro recte præparato, & ſeminibus ſeu acinis ſambuci, quę in baccis repetiuntur, ſi ad ʒ j. contuſa, & in petia ligata coquantur in iuſculo, & propinentur, vel ſic ex aqua cuſcutæ dentur. Diaturbith etiam cum ſumit, parum aquæ cuſcutæ ſuperbibat. Hoc etiam electuarium ad leniendam aluum valde conueniens:

Suffitu thuris muſcæ fugat. *Laconicum balneum.* *Fomentum pro facie tumida.* *Lixiuium.* *Vlcera in cacochymicis peſſima. Humorum euacuatio. Orbiculi ex rhabar. diaturb cum rhabarb.*

Aliud leniens.

℞. Caricarum ping. per ſetaceum cribratarum ℥ iiij.
Medullæ ſem. carthami ℥ j.
Rhabarb. el. ʒ ij.
Cinamom. pu. ʒ j.

M. ſc. cum ſyrupo roſato ſolutiuo. Capiat ad magnitudinem nucis iuglandis hora vna ante cibum. Si his humor exhauriri non poſſit (quod minime vereor) miſceatur cum conſerua roſarum & abſinthij pontici rhabarbarum & ſoldanella, vel ſequens medicamentum:

Aliud.

℞. Conſeruæ cichorii ℥ iij.
Abſinthii ʒ j.
Rhabarbari pulu. ʒ ij. irroretur aqua cinamomi, & adde:
Soldanellæ pulueris ʒ iij.

Cum ſyrupo de cichor cum rhabarb. f. electuarium: vel vtatur pillulis aggregatiuis ad ʒ j. cum ammoniaci ℈ ß. Reſumentur catapotia cum oxymelite. Aperientia quoque atq; corroborantia plurima ſunt: Commendatur vero Diacurcuma, epar lupi, puluis lumbricorum, rubia tinctorum, ſed decoctum radicis filicis in vino decoct. cyathum vnum valde commēdant. Ego tamen initio decocto radicum calami aromatici in vino rubro vtendum cenſeo. Exhiberi poſſunt & hi morſuli:

Aperientia & corroborantia. *Decoctum calami aromatici.*

Morſuli.

℞. Raſuræ eboris.
Pellicul. interior. ſtomachi gallina.
Spodii.
Margarit præpa.
Lig. aloes.
Cinamom. an. ℈ ij.
Specier. Diarrhod. ab ʒ ij.
Sacchari ℥ iij.
Miſc. f. confectio in morſellis.

Quod autem ad localia attinet, paulo ante quædam ſunt commemorata. Partim vero diſcutientia, partim repercutientia adhibentur, vt neceſſe eſt. Ego hic vſus ſum iſta aqua.

Topica.

℞ Baccar. lauri.
Alumin.
Thuris, an. ʒ ij.
Sulphuris ʒ j.

Decoq. in aqua pluuiali, vel ſi ea non eſt ad manum, aqua communi, addatur parum aceti, & coq. lib. vj. ad lib. ij. conſumptionem. Applicetur cum linteolis madefactis

calide, vel, quod melius eſt, cum ſpongiis. Pedes etiam imponere aceto calido, in quo parum ſalis & aluminis diſſolutum, ita vt vix ſoleas pedum humor ſuperet, quidam vehementer commendant. Cætera recitata ſunt prius, neq; puto tam multis fore opus, ſiquidem rectam victus rationem G. D. obſeruarit. Si qua durities adeſſet, fœnugræcum & cyminum in aceto coquatur, & cum axungia anſerina miſceantur, & apponantur. Addam hoc vnum, quod prodeſſe iam hydropico vidi, rationem tamen non perſpicio. Soleis pedum adhibebat folia hyoſcyami, ita vt non ſolum ex pedibus, ſed vniuerſo corpore aqueus humor extraheretur. Verum hoc non velim adhiberi. Quod ſi ante autumnum calor naturalis pedibus integre non reſtitueretur, vſum vinaceorum magnopere probarem. Hæc autem omnia præſentis medici iudicio & diuinæ benignitati committo & commendo.

In duritie tumoris.

Hydropicum experimentum.

De affectu manuum, humerorum dolore, & tumore pedum, pro quodam Magnifico Domino,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CCXCVI.

DORSO nihil amplius applicet, aut ſi omnino abſtinere nolit, ad dorſi ſpinam cucurbitulas affigat ſine ſcarificatione, vt vehemẽter attrahant. Pro manibus accipiat has herbas:

Fomentum pro manibus.

℞. Saluiæ.
Origani.
Roriſmarini.
Iuæ artheticæ.
Betonic. an. m. iij.
Stœchad. arab. m. j.

coquantur in vino & aqua, & fomententur ex eo manus tecto vaſe matutine per horam integram. Poſtea vngat hoc vnguento:

Vnguent.

℞. Cochlear. nigrar. vrantur in olla, & collectæ ex his humiditatis pinguis ℥ j. ß.
Pingued. ardeæ.
canis domeſtic.
taxi an. ℥ j.
Seui hircini.
ceruini, an. ʒ iij.
Mucillag. rad. altheæ per ſpiritum vini extract. ℥ j. ß.
Saponis Veneti diſſol. in ſucco altheæ ℥ ß.
Olei lumbricor. ℥ ij.
Puluer. lumbricor. ʒ vj. Miſc. f. vnguentum.

Si poſt huius vſum continuatum per quatuordecim dies non remiſerit, vngat ſe magnificentia veſtra hac aqua:

Aqua pro lotione manuum.

℞. Calam. aromatic.
Galangæ an. ʒ iij.
Caryophyll. ʒ ij.
Flor. lauendulæ.
roriſmar.
ſaluiæ an. ʒ j. ß.
Lumbricor. ℥ j.
Vini ſublimati opt. correcti ℥ viij.

ſtent per 14. horas in loco calido in vitro, deinde optime exprimantur. Quoties manus lauare vult magnificentia veſtra, coquat radices vrticæ & cuminum in aqua, addat ſalem, & pro ſapone, diſſoluat ſaponem in oleo iuniperi, & lac erucę addat. Cum vero & humeri doleant, etiam has partes aqua præſcripta à dorſo vſque illinat & fricet, nec vnguentum antea poſitum inutile eſſet, modo ne crebro vtatur, quia non dubito ſolo vſu aquæ malum hoc ceſſaturum. Ad tumorem pedum proderit hæc aqua, in qua pannus madefiat, & mane ac veſperi imponat pedibus:

Aqua in tumore pedum.

℞. Baccar. lauri.
Alumin. Rochæ.
Thuris an ℥ ß.
Sulphuris ʒ ij.

Bull. in ℔. ij. aq. pluuialis ad conſumpt. tertiæ partis: mane autem antequam aqua iſta vtatur, excipiat vaporem ex harum herbarum decocto:

℞. Origani.
Abſinthii.
Artemiſiæ an. m. j. vel ij.

Coquatur in æqualibus partibus aquæ & vini, & vaporem excipe pedibus mane. Quę remedia, vt DEVS fortunet ſerio opto.

De tumoribus articulorum,

D. Ivlii Cæsaris Arantii.

CONSILIVM CCXCVII.

IN genere tumorum præter naturam reponuntur illi, qui circa articulos accidere ſolent, quorum quoniam exactus eſt ſenſus, graues præ cæteris afferũt dolores, quæ circa articulos intemperies accidunt, qui morbus Græcis ἀρθρίτις, Latinis articularis morbus appellatur, qui tamen pro patientium locorum varietate, diuerſa ſortitur nomina, cum tamen vnus ſit & idem affectus. In pedibus enim podagra, in genu gonagra, in articulo femoris dolor iſchiadicus, in articulis digitorum manus chiragra appellatur. Sed quamuis vno & eodem modo denominari conſue-

Articularis affectus.

Materia diuerſa. conſueuerint, non eſt tamen vna & eadem materiei fluentis natura. Nam aliæ arthritides à ſatis frigido humore proficiſcuntur & craſſo, quædam vero frigido humori, vel bilioſum ſanguinem, vel bilem, vel ſalſam pituitam admixtam habent, vt iam ſint miſti quidam affectus, qui variam tamen in ratione victus, medicamentis, ſanguinis miſſione, & localibus præſidiis curationem poſtulent. Sed hanc curationem præcedit, tum cauſæ efficientis cognitio, tum etiã humoris, qui ad particulam tranſmittitur, naturæ. Sed cum ſciam varias eſſe ſcriptorum ſentẽtias circa membra, à quibus fluxio in partes affectas tranſmittitur: mihi tamen non eſt propoſitum contra eorum ſententiam diſputare: ſed meam tantummodo ſententiam vobis aperire, vt poſtea eam comparetis aliorum placitis, vobiſcumque per otium expendere liceat, & experimento etiam comprobare. Sed his prætermiſſis ad rem me confero. *Materia arthritidis unde?* Materiam morbi articularis eſſe arbitror crudum humorem, qui ventriculi imbecillioris vitio generetur, vel propter eorum, qui afficiuntur immoderatam victus rationem, quod nimio potu & cibo vtantur, quam quod poſſit ab innato calido facile diſtribui, & in probum ſanguinem tranſmutari. Qui enim lautius viuunt, nilq; aliud cogitant, quam vt ventri & veneri indulgeant, illi plerunq; in arthritidem procidere ſolent. *Cruditatis in ventriculo collectæ ſymptomata.* Nunquam enim eiuſmodi homines præcedentis menſæ alimentum concoxere, quando denuo ad menſam redeunt: hinc magna crudorum humorum generatur copia, quæ ſi in ventriculo moram faceret, eidem intemperies & dolores afferret: ſi vero in inteſtinis colligeretur, colicis affectibus frequenter infeſtarentur. Si vero ad articulos, de quibus eſt ſermo, tanquam ad imbecilliores partes deferatur, tumorem cum dolore excitat. *Potus frigidus æſtate.* Maximam præterea morbo cauſam tribuit, qui frigido potu per æſtatem oblectantur, quo exiguus eius conſtitutionis calor innatus, frigidiſſimo exiſtente ventre, ſuffocatur, & pene extinguitur, vt vix minimum alimenti concoquere valeant. Cum vero venæ crudis humoribus & flatibus plurimum repleantur, iſti ad venerem valde fiunt procliues, præcipue ob illam ingluuiem, qua venæ replentur nimis, præcipue ſi, vt fieri ſolet, calidum iecoris temperamentum nacti fuerint, indeq; accidit, vt ſup rfluum excernere per *Venerei.* venerem continuati ·llatione irritentur, ad veneremq; valde pro liues effecti frequentiſſime ad ſatietatem, quantum vires patiuntur, eam exercẽt, hin ventriculus imbecillior redditur, caput ſimul afficitur, iecur & renes calidiora redduntur, & quod in venere abſumunt, queruat denuo in menſa reſtituere, & erratum priori deterius committunt. Tandem quibuſdam accidit, vt nullo eorum vitio, quamuis moderate viuant, à *Diſpoſitio hæreditaria.* primo tamen ſpermate hæreditariam à parentibus & maioribus ſuis diſpoſitionem acquiſiuerint, propter membrorum principalium imbecillitatem. Sum igitur in ea ſententia, vt exiſtimem præcipuam ſedem horum crudorum humorum, & membrum præcipue mandans, & in quo efficiens reſidet cauſa ventriculum eſſe, cui interdum iecoris caliditas bilioſum ſanguinẽ generantis ſuppetias ventriculo adfert. Vix enim datur humor ſyncerus, ſed vna cum crudioribus ſuccis, & frigido humori aliquid calidioris ad ventriculũ immiſcetur, tractu tamẽ temporis, morbo diutius perſeuerante, totaque maſſa ſanguinis vitioſis ſuccis referta, non negauerim, quin caput, & vniuerſa quoque membra male afficiantur, & fluxionibus hiſce, & articulorum doloribus materiam tribuere facile non poſſint. Laborante enim ventriculo, tanquam familiæ œconomo, fieri non poteſt, quin reliqua membra male afficiantur, cum iecur ſanguificationis officina vẽtriculi erratum corrigere nequeat. Quoniam morbi cognitio curationem antecedit, in arthritide propterea per propria quædam ſigna materiei affluentis naturam *Signa materiæ affluentis.* dignoſcere oportet. Nam etſi, vt dictum eſt, materia magna ex parte ſit humor crudus & frigidus à prædominio: admixtos nihilominus plerumq; habet alios humores, eoque magis vbi dolor vehemens exuterit, eius occaſione attrahuntur cæteri humores, quamuis neque ſuperflui, neque peccantes eſſent. Vbi igitur materia fere tota frigida *Signa materiæ frigidæ.* eſt, ex eo facile vobis innoteſcet, ex natura nimirum doloris. Nam interrogantibus vobis ægrum de doloris qualitate, reſpondebit tenſiuum & grauatiuum eſſe, qui etiam aliquando lacerans & contundens apparet. Gaudent partes affectæ calido, pars ipſa eſt concolor, per noctem grauius, & in conſtitutionibus frigidis & humidis affliguntur. Tumor in parte eſt ſatis cõſpicuus, vbi præcipue tenuior eſt materia cruda, febris interdum nulla eſt, morbus tamen diuturnior eſſe conſueuit. Vbi vero materia calida, vt *Signa materiæ calidæ.* bilioſus ſanguis bili permixtus, ſimul affluxerit, dolore afficiuntur acri, pungitiuo, gaudet locus affectus frigidis, interdiu magis affligitur, quam per noctem, tumor exiguus, febris adeſt, partis color eſt mutatus. Nam rubor partem occupat, quaſi eryſipelate affecta eſſet, interdum ad citrinum vergens: Eius, qui afficitur, temperatura bilioſa fere

conſpicitur, & in calidis conſtitutionibus magis ſuas axacerbationes & circuitus experiuntur. *Curatio in materia frigida.* Cognita morbi natura ad ipſam curationem accedendum eſt: In frigida enim fluxione ita progredi oportet. Inſtituenda primum tenuis victus ratio, & attenuans, qua ad cruditates abſumendas nihil opportunius excogitari poteſt. A vino abſtinendum eſt. Nam quamuis in frigida materia conuenire videatur: ſui tamen calore & tenuitate partium vitioſis ſuccis vehiculum præbet, vt in affectas particulas facilius defluant. Quicunq; enim eiuſcemodi affliguntur affectibus ſeu fluxionibus, doloribus, ipſa edocti experientia compererunt vnicum eſſe doloribus ſedandis præſidiũ, ſi à vino ſibi temperent, abſtineant, & tenuiſſimo victu vtantur. Quod vero ad ſanguinis miſſionem attinet, ſi corpus plethoricum ſit, vires ſint validæ, quamuis materia peccans ſit frigida, ſi dolor valde vrgeat, aperienda omnino eſt vena, non tamen ſanguinis magna copia haurienda eſt, ſed quantum ætas, tempus anni, robur virium, conſuetudo, morbique magnitudo poſtulare videntur. *Vena ſectio.* Quod attinet ad pharmaciam, valde vtile eſt ſingulis diebus acria iniicere clyſteria, quæ hieram habeant, oxymel, Diaphœnicum ipſum, vt pituitam crudosq; ſuccos in ventriculo & inteſtinis contentos per ſedem educamus. *Vomitus.* Quibus etiam facilis eſt vomitus, affectis præcipue inferioribus partibus, maximo vſui eſt, per vomitum expurgare, præparareque interim peccantes humores iuſculis & ſyrupis opportunis. *Pillulæ.* Deinde apparente humorum coctione aliqua catapotia exhibere, cuiuſmodi ſunt de tribus cum Rhabarb. ad ℈ iiij. vel cochias, pill. aggregat. de hiera cum agarico, & huiuſmodi. *Pill. de hermodactylis perniciosa.* Mitto eas, quæ de hermodactylis inſcribuntur. Nam vt perniecioſas reiicio, propter hermodactylos, in quibus veneuoſi aliquid reperitur, & conſulo abſtineatis ſemper à ſuſpectis medicaminibus, vbi præcipue eſt aliorum copia, in quibus nihil eſt diſcriminis. *Topica remedia. & in his triplex intentio. Dolor.* Vniuerſalibus rite adminiſtratis tam in frigida, quam in calida admixta materia ad localia confugiendum eſt, quibus doloris vehementiam mulceamus. Eſt enim dolor accidens ſæuum, totam ad ſe curationẽ trahens, & efficientis cauſæ rationem habens. In quo auferendo triplex intentio proponitur, vt in cæteris etiam fluxionibus. Repellere enim oportet quod influit, quod influxit reſoluere, partemq; affectam corroborare, quod facile infraſcripto pręſtabitis cataplaſmate, quod bis terue de die mutandum eſt:

Cataplaſma.

℞. Abſinth. ſicci pulu. ſubtil.
Roſar. rubear.
Violar. an. ℥ j.
Fl. chamomil. pul. ℥ j. ß.
Pulpæ paſſul. vino nigro & auſtero irrorat. ℥ iiij.

Cum vino auſtero nigro formetur cataplaſma molle, ſicut electuarium, cui addetur:

Ol. chamæmel.
Ol. amygd. dulc.
roſac. compl. an. ℥ ß.
& ceræ albæ q. ſ. pro oleo incorporando.

Poſt compoſitionem in catinum imponatur, baculoq; agitetur, donec omnino ſit refrigeratum. Ita enim acquirit quendam lentorem, quo facile adhæreat parti affectæ, *Diſtuntio magis.* molliterq; inſideat, nec facile in puluerem reuertatur. *Reprimens.* Procedente vero tempore vbi dolor remittit loco vini auſteri conficiendũ erit cataplaſma cum vino dulci, aucta etiam florum chamæmeli doſi. Poſtremo ipſa fluxione ſedata Diapalma corio illinitum ſuperponendum eſt, vt humorum reliquiæ abſumantur. *In materia calida quid agendum.* Vbi autem materia calida fuerit, & ſanguinis miſſio copioſior requiritur, bilisq; ipſa peccans expurganda, vel per vomitum, vel per deiectionem, caſſia conuenit cum ſpeciebus hieræ, mel. roſ. ſol. adiecto Rhabarbaro, vt ſint ℥ iij. mellis, ʒ j. Rhabarb. Cataplaſma vero huiuſmodi adhibendum eſt:

℞. Roſar. rub. pulu.
Fol. plantag. pulu.
Violar. an. ʒ j.
Farinæ hordei ℥ iij.
Pulpæ paſſul. irror. aqua plantag. ℥ iiij.

Cum aq. plantag. f. cataplaſma, vt ſupra dictum eſt, Cui add. ol. viola. roſac. compl. an. ℥ ß.

Addita cera, vt diximus, cæterisq; in compoſitione obſeruatis. Hæc duo tradita medicamenta normam quandam vobis præbere poſſunt, vt horum exemplo pro opportunitate aliquid addere, vel imminuere liceat. Certum enim apud nos eſt, & longo vſu cõprobatum, nihil his opportunius adhiberi poſſe. *Modus applicationis.* Illud tamen poſtremo animaduertatis, vt tepida adhibeantur, & in materia calida exigua ſit cataplaſmatis quantitas. Frequentius tamen permutetur, ne ſuper parte exſiccatum, alteratumque potius obſit, quam quod dolorem mulceat. Sed de his iam dicta ſufficiant.

In ſcirrhoſo tumore ſupra pubem, circa ventriculi regionem, & circa latera, pro quadam Illuſtri perſona,

D. CASP. HOFFMANNI CONSILIVM CCXCVIII.

ILLVSTRIS & Generoſus Dominus Comes ante biennium tumoribus quibuſdam ſchirrhoſis ſupra pubem, circa ventriculi regionẽ, & circa latera moleſtari, cœpit qui nunc ſenſim increſcere & duriores fieri incipiunt, vt metuendum ſit, ne & tumores ipſi ob quotidiana augmenta immodice excreſcant, abeantq; in duritiem extremam, & reliqua naturalia membra ob compreſſionem ita coarctentur, vt minus integre officio ſuo fungi poſſint. Ac niſi via ne ratio aliqua inueniatur, qua cauſis & fomitibus horum malorum obuiam eatur, neceſſe erit corpus nutritione deſtitui, & tandem maraſmo conſumi. Quod ne fiat diligens requiritur & cauſæ principalis conſideratio, & medicamenrorum ad cauſas directorum continuatio.

Quod tarde fit tarde curatur.

Neque enim vno aut altero menſe abigi ſe patientur rumores, quibus ad collectionem biennii ſpacium relictum fuit.

Cauſa ſchirroſi tumoris.

Primum autem his tumoribus atque ipſi etiam maciei cauſam præbuit naturalis conſtrutio corporis ſicca, epar ſiccum, ſanguis ſiccus, & ad diſtributionem minus idoneus. Acceſſerunt purgationes validæ, violentæ, continuatæ per multos dies, partim per cathartica vehementia agitatis humoribus, partim per ſpontaneas euacuationes immodicas, quib. & corpus exhauſtum, & ad maciem ac ἀτροφίαν perductum eſt, & mẽbra coctionib. deſtinata vehementer afflicta & debilitata ſunt. Non igitur mirũ eſt in tali corporis conſtitutione aſſumptis, & per violentas ac impetuoſas purgationes extractis humorum partibus tenuioribus, & relictis craſſioribus, eiuſmodi tumores auctos eſſe, ac nunc epatis potiſſimum vitio, ac lienis etiam corpus emaciari, tumores vero augeri. Præcipui ſane fomites horum malorum ſunt epar & lien, quibus antea conſuli neceſſe eſt, antequam ad localia tranſeatur.

Curatio methodica.

Non enim inunctionibus aut emplaſtris profici quicquam poterit niſi caueatur, ne ex horum membrorum erratis nouæ ſubinde acceſſiones humoribus ſuppeditentur. Primum igitur de aſſumendis intra corpus, poſtea de extra adhibendis agendum eſt.

De aſſumendis.

Epar aperientia & corroborantia.

I. Potio. Vt epar rectificetur, ab obſtructione liberetur & corroboretur, atque materia tumorum attenuetur, diſſipetur, ac corpus ab atrophia præſeruetur, conueniet in primis Cuſcutæ vſus, ex qua vel aqua efficax certa quadam ratione per diſtillationem elici, vel ſuccus extrahi poteſt. Et ad reprimendum calorem, qui ſe interdum in hoc Illuſtri Domino exerit, addi poſſunt endiuia & cichorium. Item frangulæ radicis cortex:

Potio eide(m) dicata.

℞. Herb. Cuſcutæ m. iij. ß.
Endiuiæ.
Cichor. an. m. j.
Eupatorii communis m. ß.
Ceterach.
Cortic. radic. cappar.
Frangulæ an. ʒ iij.
Rad. Fœnicul. ʒ vj.
Cichor. ℥ ß.

f. decoctio in ſ. q. aquæ ad tertias, vſque ad remanentiam ℥ xix. quibus adde:

Syrupi de Cichor. cum Rhabarb. ℥ j. ß.
Syrupi de byſantiis ℥ ß.
Aq. cinam. ℥ j.
Miſc. f. potio, ad quatuor hauſtus.

II. Euacuans. Etſi autem in corpore tam extenuato purgationes validæ locum non habeant: tamen neceſſe eſt ſubinde per cõmmoda interualla, præſertim animaduerſa aliqua vitioſorum humorum collectione, lenem aliquam euacuationem inſtitui, quæ limoſam illam materiam tumoribus augmentum prębituram, detrahat per lenes aliquot ſedes. Eam ad rem aptiſſimum eſt Rhabarbarum cum correctiuis & frangula:

Lenitiuum ex rhabarbaro & frangula.

℞. Rhabarb. el.
Frangulæ an. ʒ j. ß.
Cinamom. ℈ ß.
Spicæ gr. v.
Squinanthi gr. iij.

Conquaſſata infundantur in aq. cuſcutæ ℥ v. aliquot horis, parum ebulliant, colatur, & in colatura diſſolue:

Mannæ el. ʒ vj.
Miſc. f. hauſtus.

Pillulæ.

℞. Extracti Rhabarbari.
Frangulæ an. ℈ ß.
Cochiarum ℈ j.
Miſc. f. pillulæ num. xx.

III. Decoctum ligni. Correcto hac ratione epate, tandem demum tempeſtiuum eſt tumores ipſos aggredi. Ac in ipſorum curatione neceſſaria eſt primum materiæ condenſatæ & concretæ diſſipatio; tum obſtructionem in remotioribus membris reſeratio, & corporis vniuerſi difflatio: Quæ omnia egregie ligni decoctum præſtat, quod præter hæc omnia, mẽbra etiam

Ligni decoctum.

confortat, & diſtributionem alimentorum promouet, ac multa alia in hoc caſu commoda præſtiturum videtur. Quia vero ex eo non tam exſiccatio, quam penetratio & diſcuſſio quæritur, non opus eſt victu tam exquiſito, qualis in morbo gallico præſcribitur, nec opus eſt deliteſcentia illa in vaporario clauſo, modo vitentur tum in aere, tum in victu exceſſus:

℞. Scobis ligni Guaiaci recenter facti ℥ iiij.

Infundantur horis viginti quatuor in aquæ cichorii ℔. iiij. Coquantur in vaſe tecto ad caſum ℔. j. Deinde dentur. Addi etiam poteſt ſarſa parilla.

De adhibendis.

Externa. IV. Fomentatio. Atq; hæc quidem intra corpus, pro abigendis tumoribus, præcedendo augmenta, & materiam induratam diſſipando molienda ſunt. Foris autem emollitioni & diſſectioni tumorum ſtudendum eſt, idq; primum per fomentationem, ita vt ſpongia in decocto quarundam herbarum madefiat, & fomententur loca, tumoribus obſeſſa.

Fomentum.

℞. Rad. altheæ part. iij.
Scrophulariæ part. ij.
Cucumer. aſinini part. j.

Ad eum tumorem, qui eſt ſupra epar, addi poteſt abſinthium. Si dolor percipitur, addatur chamomilla, anethum.

℞. Rad. altheæ ℥ iij.
Scrophular. ℥ ij.
Cucumer. aſinini ℥ j.
Filicis. ℥ ß.
Herb. Hederæ.
Veronicæ.
Abſinthii an. m. ß.
Anethi.
Chamomillæ an. p. j. ß.
Conquaſſata miſceantur.

V. Emplaſtra. Superponenda deinde ſunt cataplaſmata aut emplaſtra, quæ materiam tumorum fortius aggrediantur, eamque colliquent, diſſiciant, & abſumant. Eorum vſus (præcedente ſemper fomentatione) lõgum tempus requirit, ob materiæ induratæ renitentiam:

Ceratum in emolliendis ſcyrrhis.

℞. Lumbricorum terræ vino ablutor. ʒ vj.
Ol. lilior. alb. ʒ iij.
Cappar.
Pingued. anſerinæ an. ʒ ij.
Mucillag. radic. altheæ.
Sem. lini an. ʒ iij.

Coquantur ad mucillaginum conſumptionem, percolentur, & exprimantur, addendo:

Ammoniaci. ℥ ß.
Galbani.
Bdellii an. ʒ j. ß.
Pulu. Ceterach.
Cortic. Fraxini.
Summit. anethi an. ʒ j.
Caricar. num. iij.
Medullæ cruris vituli ʒ ij.
Ceræ ℥ j.
Reſinæ.
Terebinthinæ an. ʒ ij.
Emplaſtri diachyl. ſimpl. ʒ vj.
de Melilot. ℥ ß.

Pulueriſatis puluériſandis, & gummatib. in aceto diſſolutis, f. Cerotum.

Aliud ceratum in ſcyrrhis.

Vel. ℞. Diachyl. ℥ j.
Mucilag. rad. altheæ.
Sem. lini an. ʒ iij.
Ol. lilior albo. ʒ vj.
Ammoniac.
Galbani.
Bdelli diſſul. in aceto an. ʒ ij.
Pingued. anſerinæ.
Medullæ cruris vituli an. ℥ j.
Thuris ℈ ij.
Lumbricorum diſſolut. ℥ j.

Cum cera q. ſ. f. ceratum, applicandum ſupra alutam loco affecto.

Aliud ceratum.

Vel. ℞. Ammoniac. ℥ ß.
Galbani.
Bdellii an. ʒ j ß.
Pulu. ceterach.
Cortic. fraxini.
Summit. anethi an. ʒ j.
Caricar. num. iij.

Diſſoluantur gummata in aceto q. ſ. & add.

Lumbricor. vino ablutor. ʒ vj.
Ol. lilior. ʒ ij.
Cappar. ʒ j.
Mucilag rad altheæ.
Sem. lini an. ʒ iij.

Coq. ad mucillag. conſumptionem, addendo.

Reſinæ.
Terebinthinæ an. ʒ ij.
Emplaſtri de Meliloto ℥ ß.
Diachylon ʒ vj.
Ceræ ʒ iij.
F. ſ. a. Cerotum.

VI. Frictio, Inunctio. Poſtremo, vt minus ab atrophia ſit periculi, & promoueatur feliciorque reddatur nutrimenti diſtributio, proderunt frictiones, non validæ, ſed lenes, aut mediocres, extremarum partium totiuſque corporis. Et inungi debent tum ſpina dorſi, tum reliquæ partes ol. amygdalarum dulcium, quod nimiam, partium ſiccitatem emendat. *Frictiones blandæ.*

Inunctio humectans.

In iſta

In ictu ex lapide in ſiniſtra capitis parte, quem ſecuta ſunt varia ſymptomata.

D. BALTHASAR. SCHEIDERI CONSILIVM CCXCIX.

QVANDOQVIDEM indicandum eſt, qua ratione Dominus victus rationem & reliqua inſtituere debeat, quo minus denuo ſentiat illa incommoda, ſeu potius, vt nos loquimur, ſymptomata, quib. hactenus fuit cruciatus: Ideo initio obiter ſaltem aliquid dicam, eo enim ſublato, ſymptomata aut ſua ſponte ceſſabunt, aut ſine magno labore remouebuntur. Quantum autem ex relatione mihi facta, intelligere potui, certum eſſe arbitror, quod ictus ex lapide in ſiniſtra capitis parte acceptus, non tantum cutem *περικράνιον* & *κρανίον* læſerit, verum etiã, quod intrinſecus ex venis Menyngum ſanguis ſit effuſus, qui putreſcens, & mentis interdum alienationem, grauem dolorem, ſcintillationem in oculis, animi deliquium, & alia quædam ſymptomata, ſatis horrenda peperit.

Sanguis grumoſus.

Quanquam ne hoc quidem negare volo, quod caput per ictum debilitatum, cum toti corpori haud aliter ſicut Hippocrates inquit, quam cucurbitula incumbat, etiam ex ventriculo, & toto ambitu venarum atque arteriarum excrementa receperit, quibus capitis imbecillitas non ſolum non eſt ſublata, ſed etiam magna ex parte aucta & confirmata.

Fœtor ſignũ putredinis.

Quaproter hactenus in id potiſſimum intenti fuimus, vt totum corpus & caput expurgaretur atque corroboraretur. Deindè etiam vt putredo, cuius indicium & certiſſimum argumentum nobis fuit odor ingratus, quem plerumq; ſequebatur animi deliquium, tolleretur. Quibus expeditis, vehemens capitis dolor fœtor ex naribus prorumpens, *λειποθυμία* & ſcintillationes frequentiſſimæ, ſi non omnino ſublatæ, certe valde ſunt mitigatæ.

Quemadmodum autem in primo acceſſu dixi, quod nihil prorſus de mutatione in melius eſſet ſperandum, niſi fœtor amoueretur. Ita etiam nunc affirmo, quod neque in poſterum Dominus mediocri valetudine fruetur, niſi magna diligentia impediuerit, ne fœtor vnquam reuertatur. Prohibere autem fœtorem eſt tollere putredinem. Ea enim ſublata ſponte fœtor ceſſare ſolet. Sed qua ratione hoc fiet? Si ex ſententia Hippocratis, Ariſtotelis & Galeni ſtare volumus, quod omnino facere cogimur, cum ſimus Medici dogmatici; ſcimus quod omnia, quæ putreſcunt, propter nimiam humiditatem & caliditatem putredine afficiantur, quando nimirum humiditatem caliditas vincere nequit. Si itaque putredinem amouere cupimus, contraria vt adhibeantur neceſſe eſt, iuxta Axioma Medicum, quod dicit: *Contraria contrariis curanda eſſe.* Quapropter iuſſimus aquas parare, quæ per nares attractæ non tantum ingratum odorem ſuſtulerunt, verum etiam materiam peccantem, quæ in occipiti dolores ingentes excitauit, ad coronalem ſuturam attraxit; ita vt partim ſit reſoluta, partim per nares & palatum excreta, & ſubinde magis magiſque excernetur. Si modo frequens illarum vſus fuerit. Neque vero exiſtimandum eſt, quod tantum hoc fiat: ſed etiam quod inde cerebrum valde corroborabitur, vt magis idoneum ſit futurum ad reſolutionem atque excretionem materiæ peccantis. Vellem autem vt pro redundante humiditate exſiccanda, & pro cerebro magis magiſque corroborando etiam ſequens pomum pararetur, & ſæpe naribus odoris gratia admoueretur. Eſt autem compoſitio talis:

Fœtor à putredine.

Pomum odoratum.

℞. Roſarum rubearum pulueriſatar. ℥j.ß.
Santalorum omnium ℥j.
Myrtillorum ʒß.
Galliæ Moſchatæ ʒß.
Ladani ℥j.
Maſtiches ℥j.ß.

Conficiantur cum aqua Roſata Moſchata q.ſ. & fiat pomum. Hoc facto curandum eſt, vt Dominus quotidie laxam aluum habeat. Quotieſcunque enim feces retentæ fuerint, fumi aſcendentes dolorem capitis excitabunt, & ſcintillationes augebunt, nec non fœtorem renouabunt, ex quibus *λειποθυμία*, tremor pedum, & pleraque alia ſequentur incommoda. Niſi itaque ſponte quotidie aluus lubrica fuerit, ſuadeo, vt Dominus foliis ſenæ vtatur. Nam ex eorum vſu citra moleſtiam non tantum materiæ, in viis contentæ ſeu communes, vt vulgo loquuntur; ſed etiam omnis generis humores vitioſi ſiue Melancholici ſiue pituitoſi; ſiue климатoſi fuerint, educentur. Atque ex horum omnium mixtura caput laboraſſe, & adhuc nonnihil debilitatum eſſe, ſatis ſuperque ſymptomata illa, quæ vidimus, teſtantur. Quare meo indicio nihil erit vtilius, quam hoc pharmaco tamquam conuenientiſſimo & familiariſſimo vti. Interdum tamen, ne in capite & ventriculo multa excrementa congregentur, Dominus etiam ſequentibus pillulis vtetur.

Folia ſenæ.

Pillulæ.

℞. Pillular. cochiarum ʒ ß.
Maſtichinarum.
Aurearum an. ℈j.

Et cum aqua pœoniæ, aut cinamomi formentur pillulæ numer. xiij. & deaurentur. Nam hoc pharmacum non tantum ex ventriculo; verum etiam ex capite educet, & vtriq; erit valde accommodatum. Sed poſtquam Dominus hoc medicamento purgatus fuerit, vtile erit, vt de ſequente confectione portiunculam magnitudine nucis caſtaneæ, veſperi ſub ingreſſum lecti degluriat, pro corroboratione tam capitis, quam ventriculi. Imo etiam, ſi ſæpe Dominus eam acceperit, non dubium eſt, quin optime conueniet:

Electuarii caput & ventriculum roborans.

℞. Conſer. Borraginis ℥ ij.
Roſarum ℥j.
Specier. Diamarg. frigidi ʒj.
Diatrhod. abbat ʒ ß.

Incorporentur cum modico aquæ maioranæ, & deaurentur.

Cæterum cum etiam ſubinde ex capite aliquid in aſperam arteriam defluat, omnibus modis prohibendum eſt, nec illa materia nimium incraſſetur. Incraſſata enim difficultatem ſpirandi tantam interdum efficere ſolet, vt cum tuſſi intolerabili ſuffocationis periculum ſit coniunctum. *Oxymel ſcilliticum.* Frequenter itaq; oxymel ſcilliticum, quod in pharmacopulio ordinauimus, aſſumendum erit, quia nihil, teſte Galeno & experientia, quæ rationem coniunctam habet, melius craſſos & viſcoſos humores in aſpera arteria & pectore contentos incidit, & ad eductionem parat, quam hoc ipſum pharmacum. Et quia non facile corrumpitur, ideo hic poterit parari & auehi, ne Dominus neceſſitate exigente eo deſtituatur. *Diuerſiones.* Quod ad diuerſiones attinet, nihil melius eſſe arbitror, quam vt quotidie, antequam Dominus cubitum eat, pedes lauentur, aut calido linteo fricentur. Deinde, vt ſingulis menſibus, Luna decreſcente, cucurbitulæ cum ſcarificatione ſcapulis affigantur. Nam his præſidiis auertetur à capite magna ex parte quicquid nocuum erit. Hæc initio dicenda fuerunt. *Diæta.* Nunc ad victus rationem inſtituendam, & ad alias res non naturales explicandas, accedam, initio facto, ſicut vſitatum eſt, ab aere, *Aer.* de quo Galenus in medendi Methodo inquit, quod ambiens aeris ſit, ſine quo nec morbus tolli, nec ſanitas tueri poſſit: Vnde & cauſæ, ſine qua non rationem obtinet. Conſiderata autem diligenter ægritudinis natura, & capitis diſpoſitione, aerem cenſeo eligendum, qui in actiuis qualitatibus omnino ſit temperatus, & in paſſiuis ad ſiccitatem declinet. Siue enim totum corpus, præcipue tamen caput, nimium calefactum aut refrigeratum, ſiue nimia humiditate aſperſum fuerit, neceſſe erit, vt ſemper dolores in capite percipiantur. Nimius enim calor attrahit, & fundit materiam in capite contentam, ita vt ex agitatione eiuſdem neceſſario cruciatus ſequantur. Idem facit frigus; ſed diuerſo modo. Nam poris ex frigore obſtructis, neceſſe eſt cerebrum incaleſcere, vnde ſimiliter agitationem & dolorem ſequi neceſſe eſt. Neque hæc tantum metuenda ſunt; ſed etiam κατάῤῥους, qui ſine dubio ingens eſſet futurus. Quapropter diligenter radii ſolares & venti ſeptentrionales vitandi erunt, munito, ſicut conuenit, capite. Pedes vero ſicut minime frigus ferunt; ita maxime calidi eſſe debent. Humiditas ideo capiti nocet, quia ab ea caput valde repletur. Fugiantur itaque loca omnia ſubterranea, venti occidentales & meridionales vehementes. Et eligatur habitatio in loco ſuperiore, quæ ortum reſpiciat, in qua neque caliditas neque frigiditas; ſed temperies, vt dixi, in actiuis percipiatur, & ad ſiccitatem declinet. In huiuſmodi habitatione commodiſſime Dominus & ſine periculo verſabitur. Si vero meridiem aut occidentem reſpexerit, non erit vſq; adeo commoda, niſi aer fuerit alteratus. Quemadmodum autem omnis fœtor ſpiritus animales & vires proſternit: ita in primis aer fœtidus hoc facere poteſt. Quare ſtabula equorum, vaccarum, & multo magis porcorum, omnino declinanda ſunt, & præterea omnia alia loca, in quibus non eſt purus aer.

Lixiuium. Et quia diximus, quod caput non debeat nimium humectari: Ideo quando lauandū erit, fiat lixiuium ex ſarmentis vitium, aut ſi tale haberi nequit, interea accipiatur lixiuium commune, in quo bulliant parum betonicæ, maioranæ, rutæ, roſarum, & drachmæ duæ agarici, in linteolum ligati. *In capitis lotione obſeruanda.* Loto capite ſtatim exſiccetur, neq; fricando, neque agitando, cum pannis moderate calidis. Atque hoc faciendum eſt paulo ante cœnam, ita vt lixiuium tantum ſit tepidum, & nequaquam ferueat.

Cibus. De victu hæc regula tenenda eſt, quod nihil prorſus admitti debeat, niſi ſit boni ſucci. Nam cum κακοχυμία potiſſimum ex mala victus ratione gignatur, ideo in vniuerſum cibi boni ſucci appetendi, & contrarii fugiendi ſunt. Vocamus autem bonum cibum, qui leuis eſt, & tenuem partium, & bonum ſuccum gignit: qui vero contrarium efficit, malus cenſetur. *Cibi boni ſucci.* Atque hoc in genere nunc dixiſſe ſatis ſit, quia paulo poſt omnia clarius exponemus. Sed non ſufficit

vti

Digitized by Google

vti bono cibo, niſi etiam iuſta menſura ſernetur: Ideo nunquam plus ingerendum eſt, quam natura exigit, iuxta Aphoriſmum Hippocratis, qui dicit: *Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus fuerit, hic morbum facit.* Nolo tamen, vt omnino tenuis victus inſtituatur, qui ſanis corporibus periculoſus eſſe ſolet, & ægris, ſicut idem Hippoc. teſtatur, non niſi in acutis morbis, cum certis tamen conditionibus, conuenit. Debet autem cibus magis ad ſiccum, quam ad humidum declinare, ne humiditas in corpore augeatur. In actiuis autem qualitatibus aliquantulum ad calidum declinet: ſed tamen ex huiuſmodi rebus præparetur, quæ non facile fumos mittunt furſum. Et aſſata ſint elixis frequentiora, aut idem vtraque ſimul accipiantur, ita vt elixa ſemper præcedant, & aſſata ſequantur.

Conſuetudo ægri conſiderãda.

Nolo tamen, vt Dominus à conſuetis prorſus abducatur, præcipue vbi ſenſerit ſe melius habere, propterea quod, teſte Hippocrate, ea quæ ex longo tempore conſueta ſunt, etſi deteriora minus nocere ſoleant inuſitatis. Si vero Dominus eſſet aſſuefactus ab ineunte ætate ad cibos aliquos mali ſucci, & iis adhuc delectaretur, ſicut interdum fieri ſolet, conſultum foret, vt paulatim ab eo animum alienaret, & palatum melioribus accommodaret. Paulatim dico, quia vt Hippocrates in ſexto Epidemicor. inquit: *Repentinæ mutationes ſunt vitandæ.* Et rurſus in alio loco: *Omne nimium naturæ eſt inimicum, quod vero ſenſim fit tuto.* Concedo tamen, vt nonunquam ſuauioribus vtatur, etiamſi ſint aliquantulum deteriores. Ea enim, quæ cum voluptate aſſumuntur, ventriculus auidius amplectitur, & facilius concoquit; quæ vero diſplicent, aut nauſeam mouent, refugit: Id quod etiam Hippocrates in Aphoriſmis præcipit, cum ait: *Parum deterior cibus aut potus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendus.*

Ordo ciborum.

Ordo in victus ratione talis eſto, vt quæ mollia, facilioris coctionis, & ad corruptionem idonea ſunt, reliquis præmittantur. Vnde liquida omnia prius ingerenda ſunt, quam ſolida.

Tempus ciborum.

Nequaquam autem quolibet tempore cibus capiendus eſt, ſed mane conuenit, vt cibus ſumatur poſt leue aliquod exercitium, de quo poſtea dicemus, & quando heſternus cibus deſcenderit. Idem etiam de cœna ſtatuendum eſt; ita tamen, vt hora conſueta diligenter obſeruetur. Et appetitu alliciente, neque prandium, neque cœna negligatur. Qualis autem delectus in victu eſſe debeat, nunc obiter ſubiiciam, recenſendo ea, quæ maxime in vſu ſunt, vt de reliquis ſimiliter iudicium fieri poſſit.

Panis laudabilis.

Panis ſit ex tritici farina puriſſima paratus, quod fermenti & ſalis parum habeat, ſit recens, hoc eſt, pridie, aut ad ſummum biduo ante, & quidem bene coctus: Si vero ex impura farina, nimio fermento aut ſale cõditus, nec exacte coctus fuerit, & caput & ventriculus inde ſupra modum grauabitur, & affligetur.

Potus. *Lupulus.* *Vinum.*

Potus ſit cereuiſia, ad quam Dominus à multis annis eſt aſſuefactus, ſed non nimiũ lupuli habeat: Lupulus enim facile ad cerebrum euaporat, & ſecum eo deducit fumos, qui dolores gignunt, & ſæua ſymptomata ſecum trahunt. Eodem modo vinum interdico, & ſuadeo, ne vllo vtatur Dominus, niſi à dolore capitis & ſcintillatione penitus fuerit liberatus. Poſtquã autem melius habuerit, vino Croſnenſi vtatur, donec ſine periculo Rhenanum bibere poſſit. Vngaricum autem toto tempore vitæ interdictum eſto.

Aqua mellis.

Quod ſi aqua mellis placuerit, non impedio, imo potius conſulo, vt Dominus eam bibat, quandocumque voluerit.

Carnes laudabiles.

Carnes eligantur, quæ minimum excrementorum, & mali ſucci gignunt, & quæ facile coctionem admittunt. Tales ſunt omnium auicularum ſyluestrium carnes, videlicet, turdorum, perdicum, ficedularum, & ſimilium, quorum ingens eſt numerus, vtatur etiam carne caponum, gallinarum, pullorum, hœdorum, leporum iuuenum, &c. Ab auibus autem, quæ in aquis degunt, vt ſunt, anſeres, anates, omnino abſtinere oportet, ſicut etiam à carne bubula, vaccina, ceruina, aprina, hircina, ſuilla, agnina, leporum veterum, &c. In primis autem fugiẽdæ ſunt carnes ſale conditæ, aut fumo exſiccatæ, quia ſunt peſſimi nutrimenti, & difficilime concoquuntur.

Piſces.

Piſces in cænoſis aquis, aut ſtagnis capti, fugiantur, quemadmodum etiam ſaliti, aut fumo exſiccati. Interdum poterunt admitti, qui in arenoſis riuulis capiuntur, ſicut ſunt funduli, auratæ, ſimiliter & percæ, &c. Ita tamen, vt eum pipere & croco condiantur. Nam cum omnes piſces ſua natura frigidiores & humidiores ſint, quam temperies poſtulat, neceſſe eſt, vt iſtæ qualitates per arõmata corrigantur.

Oui vitell.

Ex ouis luteum potius, ſeu vitellum, quam albumen eligendum, & puluere cinamomi atq; modico ſale aſpergendum cenſeo. Eligenda autem ſunt oua recentia, candida & longa, iuxta vſitatos verſiculos, quos plerũque D. Philippus præceptor meus obſeruãdus, quando oua aperiebantur recitare, & ſtudioſis in memoriam reuocare ſolebat:

Filia presbyteri iubet hoc pro lege teneri,
Quod bona ſint oua, candida, longa, noua.

Lac. *Caſeus.* *Butyrum.*

Sint autem tremula vel ſorbilia, non dura, aut in ſartagine frixa, neque in cineribus cocta. Lac nullo modo conceditur ex Hippocratis ſententia, qui in Aphoriſmis inquit: *Lac dare caput dolentibus malum.* Eodem modo & caſeus damnatur, ſiue ſit recens, ſiue vetus. Vterque enim eſt peſſimi nutrimenti. Butyrum autem in aqua ſaluiæ aut rutæ diligenter lotum, in principio menſæ ſumptum, non improbo: Nolo tamen, vt poſt reliquos cibos, ſicut apud nos, & vbique in hac regione vſitatum eſt, accipiatur, ne nauſeam moueat. Ex ea enim cerebrum vehementer offenditur, propter maximum illum conſenſum, quem cum ore ventriculi habet.

Fructus & legumina.

A fructibus, leguminibus, & oleribus omnino abſtinendum erit, quia corruptioni obnoxia ſunt, & parum nutriunt. Si tamen ceraſis Dominus delectabitur, non impedio, quo minus ante alios cibos comedantur. Concedo etiam poma armeniaca, ſed parce iis vtendum erit. Et quia corpus repletur vitioſis humoribus, atque cruditas augetur continua quiete,

Exercitiorū vtilitas.

ideo impero exercitium non quidem validum, ſed vt ante prandium obambulando corpus nonnihil commoueatur. Talia autem exercitia inſtituenda ſunt quibus pedes, & inferior corporis pars exerceatur, ſine multa & magna capitis agitatione, donec anhelitus mutetur, inde inſiti caloris augmentum & ſpiritus vehementior motus ſequetur. Ex quorum altero felicior nutritio: ex altero vero excrementorum ſecretio expectanda erit. Vtrumque autem maxime neceſſarium eſſe, luce meridiana clarius eſt. Sed cauendum eſt, ne exercitia inſtituantur, dum crudi & incocti cibi in ventre, aut vaſis continentur. Niſi enim hoc factum fuerit, cruditates, obſtructiones, & multa alia incommoda expectanda erunt. Ab exercitiis autem ceſſandum erit, ſi vel contractior paulo corporis moles videbitur, vel caloris gratia euaneſcere voluerit, vel alacritatis æquabilitas & continuitas remiſerit, vel denique ſudor erumpere inceperit.

Somnus.

De ſomno & vigilia ita ſentiendum eſt, quod ſomnus cibos conficit, animi ægritudines delet, & mentis inſaniam corrigit. Statuendum eſt autem, quod ſomnus nocturnus ſit conuenientiſſimus, ſicut Hippocrates teſtatur, cum inquit: *Interdiu vigilare, noctu vero dormire oportet.* nam cum nox ſua humiditate & tranquillitate ſomnum alliciat, ſatiſque temporis habeat, vt abſoluatur ciborum exquiſita concoctio, non dubium eſt, quin maxime ſit vtilis. Diurnus vero, & præcipue meridianus,

Somnus meridianus.

concoctioni non ſufficit perficiendæ, & caput excrementis replet, vnde grauedines, & capitis dolores oriri neceſſe eſt. Debet autem nocturnus ſomnus nequaquam eſſe immodicus, vt excrementa ſuo tempore expellantur. Ea enim, ſi diutius, quam oportet, retenta fuerint, grauia ſymptomata ſubſequuntur.

Supinus decubitus noxius.

Cauendum eſt etiam Domino, ne ſupinus dormiat, quia talis ſomnus grauiſſimorum morborum, videlicet apoplexiæ, epilepſiæ, paralyſis, & ſimilium, cauſa eſſe ſolet. Quare aut in dextro, quod eſt conuenientiſſimum, aut in ſiniſtro latere dormiendum erit, aut certe in iſto, & poſtea in altero vel contrario modo, prout Dominus ſeſe à prima pueritia, aut etiam poſtea aſſueſecit.

Vigiliæ.

Vigiliæ immodicæ omnino vitari debent. Si enim modum exceſſerint, cerebrum corrumpunt, ſpiritus diſſoluunt, ſenſus interiores & exteriores debilitant, cruditates efficiunt, & vires deiiciunt. Itaque & ſomni & vigiliarum modus ſit, iuxta illud Hippocratis: *Somnus atque vigilia vtraque, ſi modum exceſſerint, malum.*

Repletio & inanitio.

Quod ad repletionem & inanitionem attinet, ſciendū eſt, quod Galenus dicat, cum vaſa cibis & potionibus fuerint ſupra modum repleta, periculum eſſe, ne diſrumpantur, aut calor natiuus diſſoluatur. Atque hoc ſi fiat, neſſe eſt, vt ſequatur capitis grauitas, neruorum obſtructio, & facultatis ſenſitiuę & motiuæ diminutio. Quare in victus ratione duobus ferculis, ſi fieri poteſt, boni ſucci, Dominus ſit contentus, neque nimium ingerat, præcipue in cœna, quæ ſemper parcior eſſe debet, quam prandium.

Cœna parcior prandio eſſe debet.

Varietas ciborum vitanda.

Cauendum eſt, ne diuerſi & varii generis cibi ſimul accipiantur. Sed ſit cibus maxime ſimplex, quia nihil magis facit ad cruditatem, ad corruptionem, putredinemq́, & ad deprauatos in corpore humores multiplicandos, quam ciborum varietas & multitudo. Ita enim dicit Galenus: *Cibi multiplices, & præcipue facultate diſſimiles, magnam in ventre gignunt turbationem.* Vt igitur pericula omnis generis vitentur, cibus ſit moderatus, & quotidie aluus fluat. Si vero ſupprimatur cum foliis ſenæ irritetur. Deinde ſingulis ſeptimanis ſemel pillularum alephanginarum pondus aurei Vngarici accipiatur. Tandem quolibet menſe ſemel pillulæ ſupra deſcriptæ matutino tempore deglutiantur: ita tamen, vt priuſquam accipiantur per triduum ante, mane & veſperi aqua mellis bibatur.

Affectus animi.

Poſtremo de animi affectibus aliquid eſt dicendum, quod paucis abſoluam, & huic conſilio finem imponam. Debent autem omnes vehementes animi commotiones vitari, ne vires inde deiiciantur, aut praui humo-

humores in corpore cumulentur. Remota igitur triſtitia& iracundia, adſit lætitia. Ea enim ſi ſit moderata, Spiritus valde recreantur: Si vero immoderata, reſoluuntur. Hæc eſt mea ſententia, quam ad normam Hippocraticæ & Galenicæ doctrinæ conſcripſi. Nec dubito, quin Dominus plurimum cōmodi ex ea percipiet, ſi modo in omnibus conſilium meum ſecutus fuerit. Devs æternus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti efficiat, vt Dominus priſtinæ ſanitati reſtituatur, & diu ſaluus atque incolumis ſeruetur. Vratislau. 8. Cal. Iunii, Anno 1556.

Ad brachium à fractura tabeſcens, & gonorrhœam,

D Iacobi Sylvii

CONSILIVM CCC.

Cvbitvs & radius (vt audio) fracta & male compoſita, partem non ſolum breuiorem reddunt: ſed etiam atrophiam excitant. Ex quo autem conglutinatio iam inueterauit, non ſuaſerim rurſus frangenda oſſa, tum quia difficile nunc eodem in loco frangere, tum quia iam callus durior repoſitioni impedimento eſt futurus. Reliquum eſt vt alimentum in parte læſa attrahatur, frictione inter mollem & duram media: attractum exhalare probibeatur, cute denſata à modice frigidis, aut aſtringentibus, vel occluſa ab emplaſticis, cera nimirum cum butyro recenti, liquata in linimenti formā. Sique partis breuitas incurata maneat, atrophia curetur. Sed videatur ne labore immodico, continenter ſcribendo, alimentum attractum diſſipet. Gonorrhœa laxo pudendo facta, recentricis imbecillitatem in vaſis ſpermaticis ſignificat: hac roborata ſanaberis. Roborabis autem ſumpta horis duabus ante paſtum Conſer. roſ. ℥j. per ſe aut cum aq. roſ. aut plantaginis. Si vero alia intemperies quædam calida vim retentricis deiicere videatur, contra eam pugnato contrariis. Si erectio pudendi cum Veneris & puellarum imaginatione fuerit, vitabis apprehenſionem mulierum, & omnia quæ ſemen augent vel promouere poſſunt, quæ à doctis Medicis audire poteris. Cubabis autem in latus ſiniſtrum magis, quam dextrum, & in ventrem potius, quam ſpinam, & tecto corpore ad tibias magis quam ad lumbos. Proderit etiam lamina plumbi tenuiſſima foraminulenta linteo inuoluta lumbis circumdata, aut folia ſalicum, vrticæ linteis calefactis ſubſtrata. Quod ſi re plura vrgent, à Medicis plura accipies.

Oſſa conglutinata non frangenda.

Gonorrhœa.

In extenuatione Brachii, pro conſiliario quodam Palatino,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCCI.

IN primis neceſſarium eſt, vt recta victus ratione vtatur, & corpus expurgetur, ſi quidem brachium curari debet.

Ad curationem primum adhibeantur fomentationes ex floribus verbaſci, verbenæ, & chamæmeli in vino atque aqua coctis. Deinde hac aqua deſtillata confricetur: Accipiatur hepar vitulinum, & totum in partes minutas conſcindatur: addantur folia Saluiæ, roriſmarini, contuſa, & in vaſe vitreo balneoque Mariæ, vt vocant deſtillentur.

Fomenta.

Deſtillatio epatis vitulini.

Iſta aqua, vt dixi, poſt fomentationem, brachium confricetur, & interdum pulueres lumbricorum, cum confricatur, adhibeantur. Si poſt decem dierum vſum nihilo ſe melius (quod tamen non exiſtimo) habebit, accipiatur lixiuium, & cum eo miſceatur oleum roſatum, completum ad æquales partes, ac probe conquaſſentur, calefactuſque in eo madefiat pannus linens, qui brachio matutinis horis per nouē dies applicetur. Vbi hoc factum fuerit ad aquam deſtillatam rurſus redeat. Optimam victus rationem ſeruet, & in ſingulis ſeptimanis ante cœnā bis pillulas Maſtichinas ad Drachmam vna cum melle roſato ſumat.

Lixiuium.

Hæc ſi diligenter præſtantiſſimus vir obſeruabit, haud dubie optatam ſanitatē conſequetur. Id vt eueniat Deum precor.

In macie, & magnitudine diminuta cruris, ac læſa deambulatione,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CCCII.

DVæ ſunt in hoc Egregio Patiente Gallo actiones læſæ, quarum altera, pertinet ad cruris dextri nutritionē, reliqua vero ad eiuſdem deambulationem. Quarum actionum læſarum, non eſt, vt in præſentia argumēta in medium afferamus, ſiquidem manifeſtiſſime oculis ſubiiciuntur. Macies enim & magnitudo, vt ita dicam, diminuta cruris apparet. Item & læſa ambulatio, cum neq; flectere, neque etiam ex toto crus illud erigere valeat, vt propterea videndum ſit, à qua nam cauſa hæc mala dependeant. Vnde cum actiones lædantur, vel læſa facultate, vel ob errorem externum, certiſſimum eſt vtramque hanc actionem lædi, non ob errorem externum, ſed ob morbum. Nutritio

Cauſa læſa actionis.

Cauſa marcoris.

enim lęditur, lęſa facultate alteratrice ipſius cruris, cuius ratione factum eſt, vt alimentum, quemadmodum opus eſſet, attrahi nõ poſſit. Redditum autem eſt crus intemperatum, id eſt frigidum, ob otium & diuturnam quietem, quoniam ob morbum in genu non ſe mouet, quemadmodum antea facere ſolitus erat.

Cauſa læſæ ambulationis.

Præterea hæc croris frigida intemperies occaſionem habuit, ob præſentiam ſeu viciniam materiæ pituitoſæ frigidæ in genu exiſtentis. Ambulatio autem lęſa eſt ob morbũ in magnitudine aucta, ob tumorem ſcilicet circa genu excitatum, & in ipſo etiam genu, non quod materia occupauerit oſſium genu cauitatem: ſed quia collecta eſt extra cauitatem circa dearticulationem ipſius genu, ratione cuius tumoris & materiæ collectæ, cum patiens noſter crus flectere vult, partes neruoſæ à materia illa tumoris comprimũtur, fit ſolutio vnitatis, vnde dolor ilic excitatur.

Fractura ab oſſis.

Hic autem tumor inde ortos eſt, quoniam cum crus illud ob ictum violentũ fractum fuiſſet, pars illa ſecũdum genu eſt debilis reddita, cuius debilitatis ratione materia pituitoſa ſuſcepta eſt, ac in genu, vt diximus, collecta. Hæc autem cruris debilitas in dies ſemper aucta eſt, quoniam hic Nobilis patiens, cum deambulationis modum aliquem non ſeruaret, factum fuit vt ſæpe ſæpius in terram ceciderit, & partem illã percuſſerit, neq; adhuc 15. ſunt dies, ex quo iterum in terram ruere coactus fuit, vt nouiſſima debilitatis, cauſa huic parti addita ſit.

Indicationes.

Hæc mala com ita ſe habeant, vt auferantur, neceſſarium eſt prouidere, vt crus illud renutriatur, quod vt cõmode fiat, opus eſt intemperiem illam frigidam calefaciendo corrigere & auferre. Materia autem tumoris cauſa, vt dura eſt emollienda, vt craſſa attenuanda, vt frigida calefacienda, & vt locum indecentem occupar elidenda, genu eſt corroborandum, item & crus, ſernando ſemper eorum virtutem & tonum, vna cum virtute totius, habita de toto prouidentia.

Prognoſtic.

Quibus ſcopis ſatisfacere non eſt impoſſibile, quamuis ſit ad ſummum difficile. Nam ſi conſideremus vehementiam ratione propriæ eſſentiæ, ea eſt ſatis inſignis, quoniam & itemperies cruris, & eius figura multum recedunt à naturali ſtatu. Eſt enim tertius annus, ex quo, hic tumor ortus eſt, & crus macie illa tentari incepit. Præterea materia tumoris, vt diximus, eſt frigida, craſſa & dura, vt non niſi cum ſumma difficultate & lõgo temporis ſpacio hæc omnia vinci poſſint. Nec eſt vt vehementiam ratione dignitatis contemnamus, quoniam læditur deambulatio, quæ eſt actio cauſa commodioris vitæ ſatis neceſſaria. Speramus tamen Nobiliſſ. Dn. Patientem ad priſtinam ſanitatem reduci poſſe, cum virtus ipſius robuſta ſit ſecundum quantitatem & qualitatem.

Vena ſectio.

Et quoniam eſt in Iuuenili ætate, hinc ergo laudamus, vt quamprimum conuenıet, fiet aliqua ſanguinis miſſio, ſecta vena iecoraria dextri cubiti.

Lenientia.

Leniatur aluus cum melle roſar. ſolut. cum Manna, in iure diſſolutis, vel cum ſimilibus.

Præparantia.

Prẹparentur humores cum iuribus alterantibus Boton. Farfar. Borrag. Endiuiæ & ſimilibus. Purgentur cum Rhabarb. cum Agarico infuſis in decocto florum & fructuum, cum fol. ſenæ, addendo mell. roſar. ſol. & Manna. His omnibus diligenter peractis, laudamus, vt Thermas Diui Bartholomæi adeat, ibique vtatur luto D. Bartholomæi, Immergendo in illud vniuerſum crus, & totam coxam.

Thermæ & lutum Diui Bartholomæi.

In eo enim luto eſt vis emolliendi, calefaciendi, & aliquo etiam modo digerendi, hocque luto vti poterit per octo vel decem dies. A luto autem mundato vniuerſo, & crure & coxa, vino generoſo tumor genu inungatur, vel illinatur adipib. vitoli, anatis, gallinę, cum modico croco permixtis.

Lutum Diuæ Helenæ.

Tranſactis his octo diebus, laudamus vt vtatur Lutis Diuæ Helenæ, quæ luta magis digerunt, & his vti poterit modo & forma, vt ſupra diximus. A luto poſtea parte vino prędicto diligenter mundata ſupra genu imponi poterit Diachylon cum gummi, cui ſit permixtus puluis colocynthidis, nec non etiam vtriuſque veratri.

Diachylon gummatum cum colocynthide & veratro.

His peractis ſi ex toto non fuerit forte liberatus, & æſtus nun vrgeant, per ſudorem materia ex toto diſcutiatur & euacuetur. Vt autem crus, quod eſt, vt ſupra diximus, emaciatum, renutriatur, laudamus vt inungatur cum oleis, v.g. Liliorum alborum & ſimilibus. addito vino generoſo pro vehiculo. His addatur diligens viuendi ratio, quam quia nota eſt, conſulto prætermittimus. Et hæc ſunt, &c.

In tumore vtriuſque cruris, & colore ſecundum totius corporis partes deſœdato, ac lienis ſcirrho,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CCCIII.

CONQVERITVR Vir ſtrenuus ac Magnificus, de tumore vtriuſque cruris, de colore ſecundum totios corporis partes deſœdato, ac inſuper quod magis eſt, de quodam lienis ſcirrhoſo tumore, qui quidem non difficulter prementibus manifeſtatur. Et quia nullus percipitur dolor, quanquam valide comprimatur, inde clarum redditur,

hunc

hunc tumorem ſcirrhum confirmatum, ac penitus exquiſitum exiſtere. De colore autem mutato pauca quædam recenſenda videntur.

Icteritia nigra.

Nam cum ad nigrediuē vergat, facile eſt vnicuiq; percipere, hoc eſſe ſymptoma in genere qualitatis mutatæ, ac à Medicis morbum arquatum, icteritiamve nigram appellari.

Hydrops anaſarca.

Tumor vero in vtroq; crure excitatus, cum & ipſe oculis ſubiiciatur, nihil eſt vt de ipſius ſignis quicquam in pręſentia dicamus. Illud tamen nō reticere conabimur, huic crurum tumori, hydropem anaſarcam prope eſſe. Cum enim digitis huiuſmodi humorem comprimimus, euidentiſſima fouea in cruribus relinquitur, vt proinde manifeſtiſſimum ſit, hunc patientem malo habitu totius corporis, ſeu Cachexia, vt proprie loquamur, laborare:

Cachexia.

quæ affectio, vt norunt Medici, ad introducendum hydropem pręuia exiſtit diſpoſitio, vt propterea, quemadmodum diximus, hydrops anaſarca imminere videatur, vnde omni cum diligentia horū affectuum cauſæ ſunt indagandæ.

Cauſa cachexiæ & icteritiæ.

Dubiū non eſt, ſplenis tumorem horū omnium malorum originem & fundamentum extitiſſe. Nam cum lien ob huiuſmodi tumoris præſentiā melancholiam à iecore ſibi tranſmiſſam ſuſcipere nō valeret, fuit in cauſa vt iecur ſit iuſto frigidius redditum, ob quam frigiditatem cum chylum in optimum ſanguinem permutare non poſſet, factum eſt vt ſanguis pituitoſus, & proinde frigidus ſit genitus, cuius altera portio ad crura decūbens tumores illos euidentiſſimos excitauit: pars vero reliqua cum melancholia permixta ad reliquum corpus diffuſa, & cachexia & regio morbo, nigræue Icteritiæ opportunam occaſionem prębuit.

Scirrhus lienis.

Lienis vero ſcirrhoſus tumor ex eo ortum habuit: quoniam cum elapſis menſib. copioſa ſanguinis excretio, & per ſedem & per vomitum facta fuerit, in frigidam intemperiem extemplo lien incidit. Cuius ratione cum melancholiam à iecore tranſmiſſam, quemadmodū opus erat, regere non potuiſſet, eam ibi cōcreſcere neceſſarium fuit, & cum pituitoſa materia à ventriculo frigidiori eo delata, in tumorem ſcirrhoſum degenerare. Hic vero ſcirrhus deinde exquiſitus euaſit, quoniam ob diutinam motam materiæ & pituitoſæ & melancholicæ in ea regione, partes tenuiores per reſolutionem euanuere, terreſtriores vero craſſiores & viſcidiores remāſere, vt hac ratione adhuc durior materia reddita, in ſcirrhum exquiſitū migrauerit. Ventriculus autem ob promiſcuam, qua ſemper eſt vſus pātiens, viuendi rationē aliquam frigiditatem acquiſiuit.

Indicationes.

Hæc mala cum ita ſe habeant, ad illud omne noſtrum ſtudium eſt cōuertendum, vt errata in victu corrigamus, deprauatū illum colorem auferamus: materiam ſcirrhoſi tumoris cauſam emolliamus, digeramus ac diſſipemus: Lienem, iecur, nec nō etiam aliquo modo ventriculum calefaciamus & corroboremus: horum viſcerū virtutem & tonum vna cum virtute totius cōſeruemus, habita tamen prius de toto prouidentia, quæ eo tendere debet, vt cachexiā ex toto auferamus.

Prognoſtică.

Quibus ſcopis ſatisfacere, omnino eſt impoſſibile. Nam ſi cōſideremus vehementiam ratione dignitatis, eam ſatis intenſam eſſe reperiemus. Læditur enim ventriculus, nec non iecur, etiam quod eſt membrū principaliſſimum, quorū viſcerū actiones à natura pro totius corporis nutritione ſunt ordinatæ, cum in altero omniū alimentorum concoctio: in altero vero ſanguificatio celebretur, vt huiuſcemodi actiones pro vita meliori, nec nō etiam commodiori, ſint valde neceſſariæ. His accedit, quod ſplenis ſcirrhus eſt exquiſitus, & proinde frigida lienis intemperies ſit cōfirmata. Quare ratione propriæ eſſentiæ intenſiſſima vehementia emergit. Plurimum ergo præſtabimus, ſi hęc omnia mala mitiora reddemus, Egregiumq; patientem ab imminēte Hydrope præſeruabimus, idq; non valde difficulter futurū eſſe ſperamus: Licet ſcirrhus ille ſit exquiſitus, quoniā alia mala non adhuc ſummum malignitatis apicem attigere, virtuſq; non adeo eſt proſtrata, vt validiſſima etiā remedia ferre non poſſit.

Curatio.

His ergo ita conſtitutis ad præſidiorum materiam eſt deueniendum. Et vt in primis de re Chirurgica ſermonē habeamus, in eam deuenimus ſententiā, vt ſanguis in moderata quātitate euacuetur hirudinibus applicitis hæmorrhoidibus, ſi eas habebit innatas, ſin minus ſecta vena ſiniſtri cubiti.

Vena ſectio.

Et ſi ſanguis niger & craſſus exierit, egredi permittatur. Si autem tenuis & rubicūdus fuerit, illico ſupprimatur. Quo vero ad fonticulos, probatur vt vnus in crure ſiniſtro, niſi tumor eius prohibeat, efficiatur: quod ſi prohiberet, ab eo omnino eſſet abſtinēdum.

Fonticulus in regione lienis.

Et vt de Chirurgia ex toto ſermonem expediamus, vt materia tumoris funditus euacuetur, ſuademus, ſi alia remedia, quemadmodum opus eſſet, non cōtulerint, vt in regione lienis ferro candenti inuſtio fiat. Quoad pharmaciā leniatur aluus Melle roſ. ſol. cum elect. lenit. Diaphœnicone, & cum ſimilibus.

Leniatur aluus.

Humores præparātur.

Pręparētur dein humores cum melle roſato cum ſyrupo de Beton. de Bugloſſo, cum oxymel. & ſimilibus, ſine dilutis.

Euacuatio.

Expurgentur poſtea cum electuario lenitiuo, Confect. hamech & ſyr. de polypodio. Præparentur iterum humores cum ſyrupis compoſitis, de

fumat. compoſ. de pomis compoſito, & id genus aliis. Expurgentur iterum vel cum prędictis medicamentis, vel etiam cum pill. cochiis, cum pill. de fumaria mixtis. His diligenter adminiſtratis probatur, vt vinum chalybeatum per plures dies aſſumat, quouſq; ſcilicet aderit præſentia indicantis, & nihil prohibebit. Poterit autem vinum ſecundum hanc formam à pharmacopola parari: Accipiat verbi gratia vncias viij. chalybis in diebus canicularibus, ad hunc vſum diligēter parati. Deinde accipiat puluerem ex mentha, ceterach, beton. iua, ſtœchade, meliſſa, ſaſſafras, capparibus, & tamariſco. Addantur præterea altheæ fruſtula, & hæc omnia in ℔. xij. vini albi generoſi infundat, & per octo dies ſub radiis ſolaribus in vaſe vitreo, ſæpe ſæpius vas agitando, diligenter maceret. Probatur præterea, vt materia dura emolliatur & digeratur, vſus luti D. Bartholomæi ſupra regionem lienis per plures dies adminiſtrati. Nec interea ab aliis præſidiorum materiis abſtinendum erit. Quin imo ſuademus, vt ante & poſt luti adminiſtrationem ſingulo die, ſcilicet dum lutis vtetur, geſtet ſupra eādem ſplenis regionem Ammoniacum, cum aceto diſſolutum. Poterit etiam geſtare diachylon, cum gummi, cui ſit admixtus puluis ex ſaſſafras, ex vtroque veratro, ſtœchade, ceterach, iua, colocynthide, & ſimilibus. Poteritque modo vno, modo altero medicamento vti. Quibus omnib. diligenter peractis, magnas antidotos in frequenti vſu habere poterit, vnde probatur theriaca, mithridat. & trochiſci Cypheos. Probantur quin etiam trochiſci de cappar. & id genus alia. Quod vero ſpectat ad diætam, correſpondeat propoſitis, ſit moderata, & moderate attenuet. Carnes ſint laudabiles, vt vituli, hœdi, pullorum & pullarum, auium montanarum: fugiat carnes auium aquatilium. Piſcium omnium generum vſus improbatur. A lacticiniis omnibus abſtineat. Vinum ſit moderatum & medicatum, quare parari poterit cum ligno guaiaco, ſtœchade, bugloſſ. iua, & herbis aliis ſuperius relatis. Hæc autem omnia aduentante autumno fieri poterunt, quoniam his temporibus virtus & remedia & morbos ſimul ſuſtinere non poſſet, &c.

Vinum chalybeatum.

Lutum D. Bartholomæi.

Ammoniacum.

Victus ratio.

In relaxatione inteſtini, ſiue Enterocele,

D. GVLIELMI RONDELETII CONSILIVM CCCIV.

Opiata.

℞. Catholici ℥ ij.
Caſſiæ.
Sebeſten an. ℥ j.
Rhabarbar. elect. ʒ ij.
Aniſi ʒ j.

Cum ſyrupo roſato laxatiuo, fiat opiata, capiat ℥ j in forma boli.

Decoctio pro fomento.

℞ Rad. conſolid. maior.
Biſtortæ.
Narciſſi an. ℔. ß.
Herb. Herniariæ.
Millefolii.
Caudæ equinæ.
Polygonii an. m. ij.
Corticum mali granati.
Nucum cypreſſi.
Gallarum an. num. xl.
For um hyperici.
Centaurii minoris an. p. iij.

Fiat decoctio in aqua & aceto, & cum hac calida foueatur pars, reiectis recrementis inteſtinorum, mane & ſero. Et cum ceſſare voluerit à fomentatione, foueatur eadem decoctione, ſed frigida, continuet per tres dies, & in lecto quieſcat, aut ſupra ſcamnū, per duos dies: deinde applicet emplaſtrum ſequens; quod geſtet diu:

Emplaſtrum.

℞. Maſſæ emplaſtri de pelle arietina ℥ iiij.
Radicis biſtortæ.
Blattæ byzant.
Sarcocollæ.
Aloes.
Corticis mali granati an. ℥ ß.
Cochlearum diligenter contuſar. cum teſtis, num x.

Malaxentur cum oleo hyperici, fiat emplaſtrum, applicetur ſupra partem, & conſtringatur pars arctiſſime ſubligaculo.

Puluis à cibo.

℞. Aniſi.
Fœniculi an. ℥ ij.
Coriandri ℥ j.
Sem. rutæ ʒ ij.
Coralli rubei vſti, & loti in aq. roſar. ʒ iij.
Cineris cornu cerui, & priapi tauri an. ʒ j.

Lauentur cineres ſimul cum corallo, quibus adde ſacchari candi, & roſati an. ℥ iiij. Miſce, fiat puluis, capiat poſt paſtum, non ſuperbibendo. Fugiat omnem corporis immodicam motionem, vociferationem, repletionem ciborum, & præcipue flatulentorum. Studendum ſemper, vt aluus libere poſſit fluere, impoſitis ſuppoſitoriis, vel ſumendo ſingulis ſeptimanis ſemel de opiata laxat. ℥ j. in forma boli, vel in iure cicerum rubeorum aut veteris capi. Mane & ſero in lecto, foueat partem affectam decoctione pręſcripta cum ſpongiis nouis decies calide tandem etiam frigide ter. Et fouebit per viginti dies continuos, ac emplaſtrum geſtet diutiſſime.

In rela-

In relaxatione peritonæi, & principio Enteroceles,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM CCCV.

Decoctum pro fomentatione.

℞. Rad. Narciſci.
Biſtortæ an. ℔. ß.
Conſolidæ maioris.
Chelidoniæ maioris an. ℥ ij.
Plantaginis.
Caudæ equinæ.
Herniariæ.
Sanguinalis herbæ.
Centinodiæ
Polygonii an. m. j.
Cortic. mali granati.
Gallarum.
Nucum cupreſſi.
Myrtyllorum an. gr. j.
Flor. centaurii minoris.
Roſarum rubearum.
Anthos.
Stœchados an. p j.

Fiat decoctio in aqua & aceto, foueatur pars in principio calide, in fine vero frigide, continuet per viginti tres dies, & retineat partem ſub ligaculo:

Ceratum.

℞. Maſſæ emplaſtri de pelle arietina ℥ iiij.
Radic. biſtortæ.
Stellæ marinæ.
Blattæ byzantiæ an. ℥ j.
Maſticis.
Gallarum.
Cortic. mali granati an. ℥ ß.

Malaxentur cum oleo hyperici, & cera rubra, fiat ceratum, applicetur, & geſtet per tres menſes, mutando, & bracali conſtringendo, prius tamen fiat fotus mane, & ſero, reiectis recrementis inteſtinorum. Quod ſi ſit aluo conſtricta, prouocet ſuppoſitoriis acutis, & non capiat vllo modo clyſteres. *Aluus adſtricta.* Reiectis igitur mane alui & veſicæ excrementis, pars relaxata, fouenda cum ſpongia, decoctione præſcripta calida primum, deinde frigida. Cauendum ab omni corporis immodico motu, & ab omni vociferatione, fugienda flatulenta omnia, vt piſa, fabæ, caſtaneæ, & ſimilia. Laxantia aluum, vt poma cocta, pruna, maluæ coctæ erunt ex vſu.

MORBI PVERORVM.

In cephalalgia ex cruditatibus, cum variis aliis ſymptomatibus, pro puero quodam decem annorum.

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCCVI.

SI de dolore capitis filius meus conqueratur, nec calor vllus notabilis adſit, auribus rubentibus, & facie pallida, cruditate ventriculi laborat. Vomitu liberatur præſertim, ſi cibum differat, & ſuper indormiat.

Venter induratus ſubducitur prunis, paſſulis coctis, præſertim cum ſpinacbia: purgatur ℥ ß. flor. caſſiæ cum conſeru. roſarum, quod ipſi iucundum eſui eſt. *Aluum duratam in pueris lenientia.* Si vermibus abundet, quod frequens illi malum ab eſu fructuum, aut ſaccharo nimio, datur illi ℈ ß. *In lumbricis puerorum.* Aloes roſat. cum. vj. gr. Myrrhæ, formentur pillul. paruæ, & dentur cum cereuiſia. Continuentur duobus diebus. In æſtate poteſt propinari illi cochleare vnum aut alterum ſyrup. è foliis & flor. perſicorum, aut è ſucco ſcordii.

In catarrho & tuſſi, quibus cum conflictatur, nihil præſtantius habet interdum rapatum decocto, vt aliquoties docui; præſertim ſi butyrum recens, & ſacch. candi adiiciatur. *In catarrho & tuſſi puerorum.* Soleæ autem inungantur pinguedine piſcis lupi.

In dolore dentium pro gargariſmo vtatur decocto ligni guaiaci, mundantur alias diligenter. *Dolor dentium in pueris.* In moleſtia ventriculi hoc electuario vtatur familiariter: *Ventriculi moleſtia.*

℞. Conſer. roſarum ℥ iij.
Specier. aromat. roſat. ʒ j.
Caryophyllor. inciſor. ℈ j. Miſce.

Aeris malignitas. [illegible] malignitate aeris. Semin. citri, aut li[illegible] [illegible]uot mane deglutiantur. Naribus ve[illegible] [illegible]or rutæ, aceto imbutæ attrahatur. Omnium autem primum aerem mutet.

Ad diſſoluendum ſanguinem grumoſum ex luxatione imponatur vmbilico & lumbis cinis communis cum melle, aut oui albumen cum ſtuppa cannabina, &c. *Ad diſſoluendum ſanguinem grumoſum.*

In epilepſia, & amentia pueri, agentis annum ſeptimum,

D. HIERON. CAPIVACCII

CONSILIVM CCCVII.

CAsvs infelicis pueri, qui nobis ſeſe nuperrime obtulit, deplorandus procul dubio eſt, quandoquidem cum ſeptimum ſuæ ætatis annum ageret, in epilepſiam in-

Fatuitas poſt epilepſiam.

cidit, & ex eo tempore in hunc vſque diem fatuum ſeſe oſtendit. Et clarum eſt, fontem horum malorum pituitam eſſe, quæ in capite reperitur, & generatur propter ipſius cerebri intemperiem frigidam & humidam, quæ valuit multos humores pituitoſos procreare, quæ nunquam beneficio puſtularũ, quæ ſolent in pueris erumpere, expurgari potuerunt. Ex quo factum eſt, vt cum non potuerint euacuari per illas partes in capite detenti atque collecti, ſymptomata illa produxerint, quæ hunc in modum generantur. Nam quemadmodum dicere ſolebat Hippocrates: Si melancholia in ventriculos cerebri irrepat, Epilepſiam efficit: Et ſi ſubſtantiam ventriculorum petat, producit melancholiam: ita etiam dum pituita in hoc caſu inuaſit ventriculos cerebri, Epilepſia orta eſt: dum vero in ſubſtantiam & corpus cerebri irrepſit, fatuitatem produxit. Et quemadmodum continue pituita inhæret in ipſa ſubſtantia cerebri, ſic etiam fatuum ipſe ſeſe ſemper oſtendit, vt omnibus compertum. Neque difficile videre eſt, quid agendum ſit. Nam caput erit exſiccandum atque calefaciendum, & euacuanda materia, quę in ipſo reperitur. Quæ omnia quam difficile ſit implere poſſe, non eſt vt dicamus, cum id penitus impoſſibile eſſe cenſeamus. Verum quidem eſt, naturam in his ætatibus monſtra aliquando producere: Et forſan etiam fieri poterit, vt horum operum non oblita, beneficio & ætatis ac medicamentorum noſtrorũ ab his malis puer vindicetur: quare in præſentia nihil aliud agendum erit, quam vt quamprimum ſetaceum in occipitio paretur. Et hoc eſt, quod ad chirurgiam ſpectat, & quod nunc agendum eſt. Tempore vero autumni leniatur aluus mell. roſat. ſolut. quod ſi ſumere non [illegible]ſt, ſuppoſitoriis id erit tentandum. Pr[illegible]tur humores cum decoctionibus [illegible]nica, ſtœchade, atque Pœonia, q[illegible]ture alterata ſint. Deinde exhibeatur leniſſimum medicamentum purgans, & ad hoc conueniet Agaricus. Expurgetur caput cum naſalibus, ex aqua ſacchari, vel ex ſucco Betæ, in quo Manna ſit diſſoluta. Deinde erit deueniendũ ad aliquod generoſum præſidium, cuius ratione poſſumus caput exſiccare. quare conueniet decoctum ex china, ex ſaſſaf. & ex Guaiaco, in quo ebullierint Betonica, ſtœchas atq; pœonia, atque etiam cichoracea, quæ modo in maiori, modo in minori copia erunt ponenda, prout Medico præſenti conueniens eſſe videbitur. Electuarium etiam erit conficiendum ex Conſeru. beton. cum puluere pœonię atque cranei humani, quo poterit vti ante prandium.

Cauſa epilepſiæ & dementia.

Indicationes.

Prognoſticũ.

Setaceum.

Lenitiua.

Præparãtia.

Euacuãtia.

Decoctum chinæ, ſaſſafras, & guaiaci.

Electuariũ.

Quibus addenda erit diligens victus ratio. Quantum fieri poteſt, caueat à vino, & aquam bibat, in qua aniſum & fœniculum ebu[illegible]rint, præcipue in hoc tempore æſtatis. Tempore vero autumni paretur vinum medicatum, quod ſit confectum ex quatuor partibus, tribus aquæ & vna vini, in quo bullierint betonica, ſtœchas atq; pœonia. Vtatur optimis cibis, caueat à carne ſuilla & hædina, à piſcibus, fructibus, lacte & ab omnibus, quæ valent caput replere. Aluus lubrica ſeruetur cum ſuppoſitoriis ex melle. Et hæc, &c.

Vinum medicatum epilepticum.

In ſiniſtri oculi viſionis obſcuritate, pro Nobili quodam puero,

D. IACOBI SYLVII

CONSILIVM CCCVIII.

PETITIS à nobis conſilium viri doctiſſimi, ſupra re ſatis ambigua & obſcura, nempe, ſuper viſionis obſcuritate ſiniſtro oculi. Dexter enim oculus omnino lumine priuatus eſt. Itaque ſcribitis oculum illum ſiniſtrum, & cætera, quæ nunc prætermittimus, obtenebrari, atque circa corneam obnubilari. Cæterum huius obtenebrationis ſeu viſus obſcuritatis nullam manifeſtam cauſam exprimitis, γλαύκωμα aut ὑπόχυμα accuſatis, non πτερύγιον, non cicatricem, non nubeculam, non μυδρίασιν, nullumve peculiarem oculi affectum, huius hebetudinis ſeu obſcuritatis cauſam facitis, ſed nude pronuntiatis oculum vtcumque obtenebratum eſſe, & circa corneam obnubilatũ. Ideo huius ſymptomatis cauſa nobis artificioſa conjectura diſquirenda fuit, quam geminam putamus eſſe, ſuffuſionem ſiue inceptam, ſeu adhuc incipientem, & nerui viſorii obſtructionem à craſſis, lentis, & viſcoſis humoribus, quib. laborantis cerebrum, vel ab ipſis etiam incunabilis, ſcatet. Perpetuo enim vt accepimus, purulenta colluuies ex altera parte effluxit, nõ ſine magno oculorum incommodo. Inde enim nata in neruis obſtructio, inde cerebri imbecillitas cõtracta, inde multorum excrementorum in ipſo prouentus, in ſpiritus viſorii & pauci & turbidi, inde, vt ſemel dicã, illa viſionis obſcuritas & obtenebratio, præſertim cum nullus apparens in oculo affectus præceſſerit. Namq; ſcribit Galen. 4. de locis aff. cap. 1. quod ſi in oculo nullo apparente malo, cernendi ſenſus deperditus eſt, demiſſum à cerebro neruũ viſorium, huius imminutæ aut deperditæ viſionis cauſam in ſe continere. Hæc igitur vt cõiicimus, potiſſimũ cauſa illius ἀμβλυωπίας, id eſt, viſus obſcuritatis, quo generoſus ille puer tantum ſex annos natus

Cauſa ſuffuſionis.

male

male diuexatur, atq; vtinam non aliquando hæc ἀμβλυωπία in planum & abſolutũ viſionis impedimentum degeneret. Ex hac enim in id facilis eſt trãſitus, alteri præſertim oculo ſenſu viſionis ablato. Si igitur hui' ἀμβλυωπίας cauſa, vt ex ſcriptis veſtris cõiecimus & ſtatuimus, gemina eſt, non admodum difficile eſt, ex curãdi methodo indicationes ſumere & inuenire. Obſtructio enim nobis inſinuat reſerantia, & q̃ recludunt, adhibenda eſſe. Suffuſio vero, ſi quæ adſit, cõcreſcentis inter ceratoidem & cryſtalloidem humoris diſcuſſionem deſiderat. Verum enimuero cum huiuſmodi affectus, ſuffuſio, & viſorii nerui obſtructio, ex eorum genere ſint, qui adhuc in gignendo ſint, nec dum ſui ablationem nacti, gemina de vtroq; ſollicitudo erit. Nempe ea quæ prouidet eam, quæ curat, præcedere debet. Fruſtra enim materiã quæ obſtructionẽ & ſuffuſionẽ parit, remouebimus, ſi alia loco eius ſemper præſto ſit, omnibus igitur modis ſtudendum eſt, vt nulla deinceps talis materia quæ obſtructionem in neruo optico, & ſuffuſionẽ in oculo faciat, generetur, aut ſi talis aliqua generabitur, ſtatim euacuanda, & alio diſtrahenda, & auertenda erit. Quoniam vero ex imbecillitate cerebri & oculi laborantis talis materia, quę vtrumque affectum procreat, congregatur, roborandũ quoq; cerebrum erit, ne ea congreget, roborandi quoq; oculi, atq; neruus ipſe viſorius ne materiam recipiat. Itaq; quatuor in vniuerſum intentiones erunt preſeruatiuę, vel ſi mauis dicere quatuor auxiliorũ genera, quibus futuros morbos ne increſcant, aut deinceps fiãt, pręcauebimus, nempe victus ratio, proba vacuatio, diuerſio, & membrorum affectorum roboratio, quæ ſi rite adminiſtrabuntur, curatiuæ quoque intentionem forte conſequentur. De his igitur ſigillatim nobis dicendum eſt, non tam certe vt vos in Arte medica plurimum exercitatos doceamus, quam vt veſtræ petitioni morem geramus, & parentum pueri de nobis expectationi ſatisfaciamus.

Indicationes.

Preſeruatio.

Victus ratio.

Degat in aëre libero & ſicco, vitet maritimum turbidũ & craſſum, locus in quo verſabitur, nec lucidus nimis, nec multum tenebricoſus ſit, obſcurior tamen, quam lucidior, donec viſus illi firmior adfuerit. Mane ante cibum corpus exerceat moderate, ſi nõ aliter ſaltẽ ambulatione, nec lenta nimis nec celeri: idq; ſub dio, tempore ſereno, ſi oculi lumen perferre poſſunt, ſin minus ſub tecto & in loco vmbratili. Vtatur cibis Euchymis & minime excrementoſis, vitet vaporoſa omnia, & quæ craſſum ſuccum generant.

Aer.

Labor.

Cibus.

Vino in totum abſtineat. Vinum enim caput puerorum prompte replet. Bibat aquam hordei, aut Hippocratis, aquam, aut ptiſanam vulgarem.

Potus.

Poſt paſtum vtatur ſequenti puluere, cuius loco carnes cydoniorum aliquando aſſumat, ad prohibendos vapores, ne aſcendant in cerebrum:

Puluis poſt paſtum.

Puluis poſt cibum prohibens aſcenſum vaporum.

℞. Aniſi.
Fœniculi.
Cinamomi an. ʒj ß.
Coriandri præparati ʒ ij.
Sacchari roſati tabulati ℔. ß.
Eufragiæ ʒ ij.
Miſce fiat puluis.

Mane vero vbi ſurrexerit ſumat de hoc alio puluere.

Puluis ante cibum.

℞. Semin. Fœniculi.
Aniſi.
Euphraſiæ an. ʒj. ß.
Cinamomi ℈ ij.
Nucis moſchatæ ℈j.
Maſtiches ʒ ß.
Sacchari albiſſ. ℥ iij. ß.

Fiat puluis, vtatur mane per ſe, aut cum aqua fœniculi.

Non ineat ſomnum ſtatim à paſtu, nec ipſum in longum nimis tempus protrahat, ne cerebrum eius plus iuſto humectetur, dormiat capite multum erecto. Fricentur crura cum ſe componit ad ſomnum.

Somnus à cibo vitandus.

De vacuatione.

Cæterum quoniam caput rite purgari nõ poteſt, vniuerſo corpore non prius repurgato, vacuandus erit frequenter hic generoſus puellus, ſed blande admodum & leniter, prout fert eius ętas. Itaq; non ex medicamẽtis purgantibus ea deligenda ſunt, quæ affatim euacuant. Crebris enim potius, quam magnis vtendum in hoc affectu, & in hac ætate purgationibus, atq; illis medicamentis ſemper aliquid miſcendum, quo cerebrum roboretur. Quod & in capite ipſo vacuando, ſiue per errhina, ſeu per apophlegmatiſmos, obſeruandum eſt. Apophlegmatiſmos autem magis, quam errhina ſeu caputpurgia in affectibus oculorum probamus, quod hæc valẽtius humores, qui cerebrum occupant, quã illi, concitant & exagitant, eruntq; deligendi mitiores apophlegmatiſmi, vt grana maſtiches in vuis paſſis concluſa & maſticata, atq; alia id genus, quæ veſtræ prudẽtiæ vt & multa alia relinquimus. Porro inter purgantia medicamenta nobis magis arrident:

Apophlegmatiſmi.

Agaricus.
Rhabarbarum.
Caſſia, & ipſum etiam

Catholicon.

Si potio illi exhibeatur, poterit hac forma propinari.

Potio turgans pro puero.

℞. Agarici electi recenter Trochiſc. ℈ij. aut ʒj.

Rhabarbari optim. ℈ij. aut ℈ij. ß.

Macerentur ſeparatim in hydromelite, probe cocto & deſpumato, vel in aqua Betonicæ q. ſ. In colatura Agarici, non expreſſi, aut ſaltem leuiſſima expreſſione colati, infunde Rhabarbari, Cinamomi an. ℈ß. Diſſolue eum ſyrup. capillor. Veneris, & Sacchari albiſſ. an. ʒ iij. fiat potio valde parua, ſi gratiorem potum deſideratis, percolentur infuſiones per manicam, addendo ſaccharum & cinamomum. Sumatur autem paulo maior quantitas ſolutiuorum vt ℈ij. aut ʒ j. Rhabarbari. Si poſſet deuorare catapotia, ſumat ʒ ß. Rhabarbar. elect. ℈j. Agarici, quæ malaxentur cum aqua Betonicæ infuſionis ℈ ß. Agarici Trochiſcati, & fiant Pillulæ. Verno tempore cum herbæ fuerint in ſuo vigore, conficiatur illi ſyrupus purgatorius, qui herbas cerebro & oculis dicatas recipiat. Item folliculos ſenæ, Agaricum & Rhabarbar. Quo vtatur per æſtatem maxime, vitatis ſummis ardoribus; per hyemem vero & autumnũ ac tempus frigidiuſculum ſumat potius catapotia, ſi poſſit ea deuorare. Probamus etiam clyſteres quibus hactenus veſtro prudenti conſilio vſus eſt. Itaque ne natura vni pharmaco nimis aſſueſcat, & aſſuetum contemnat, vſus vacuantium alternetur. Sed nec alienum fuerit corpore rite purgato vere appetente venam humerariam, quam cephalicã vocant, aut medianam, ſi magis conſpicua ſit, in cubito ſiniſtro, qui è directo eſt oculi vtriuſq; obtenebrati aperire, & ℥ ij. aut paulo amplius ſanguinis detrahere. In hoc enim genere vacuationis, magna ſpes reponenda eſt, neque vos terrere debet aut dehortari, quod toties præcipiat Galenus, ſanguinem pueris non eſſe mittẽdum ante decimum quartum annum. Nos enim frequẽtiſſime puerulis ſanguinem detrahimus anno 8. 7. 6. 5. atque etiam interdum 4. & 3. & feliciſſimo ſucceſſu, præſertim in iis, qui viuidiores ſunt, cuius modi quoque eſt generoſus iſte puer, vt intelleximus ab iis, qui eum ab incunabulis nouerunt. Atq; hæc de vacuatione dicta ſufficiant.

Pillula pro puero.

Syrupus catholicus.

Venæ cephalicæ ſectio.

Pueris etiam tenellis feliciter ſanguinem mitti.

De auerſione.

Reuulſiones & deriuationes omnes, quæ veſtro conſilio factæ ſunt, vehementer approbamus, monemusq; vt in iis adhuc perſeueretis, conſilium Hippocratis ſecuti, qui monet: cum omnia ratione inuenta ſunt facta, non tamen ſtatim conſpicua apparet vtilitas aliqua, ne ad aliud præſidium, ægris etiam id à nobis importune efflagitãtibus, progrediamur, dum manet quod initio viſum eſt: quod ſane præceptum omnibus, qui artem medicam exercent, alta mente reponendum eſt. Cæterum præter has auerſiones, quas tentaſtis, non fuerit forſan abſurdum cum aliquo vim vrendi habẽte, eſcharam in ſiniſtro brachio, loco congruo excitare, vt monuimus chirurgum, quem ad vos miſimus, factumque vlcus cum Ciceris grano, vel alia ſimili re diutius apertam tenere, quod & Medici quidẽ percelebres faciendum eſſe conſulunt, in conſimili caſu, & ex ſcriptis eorum doctiſſimis, quæ poſteritati reliquerunt, patet. Atq; hoc auxilii genus in multis efficaciſſimum comperimus in diuturnis oculorum fluxionibus. Effluxus humorum, quem moliti eſtis filo ſerico in poſteriori capitis parte, non adhuc ſupprimendus, ſed ſinendus.

Cauterium.

Setaceum.

Manardus vir præter longam experientiam acerrimi in Medicina iudicii, præter hos duos auerſionis modos, facto ſcilicet cauſtico emiſſario in brachio, & parte capitis poſteriore, conſcribit & tertium auerſionis genus, faciendum in confinio anteriorum ſuturarum caluariæ, vſtione auro vel ferro igni candenti, facta. Quod præſidium putat optimus vir & Medicus nõ ſolum ad præſeruationem, ſed etiam ad curationem, ſi quod aliud, in viſus obſcuritate ex viſorii nerui obſtructione inducta, conferre & maxime idoneum atq; efficax eſſe, (ſeu vt ipſe inquit) potens ad materiam obſtruentem diſſoluendam & diſtrahendam. Pectendum illi caput mane pectine, ducendo ipſum à poſteriori parte in priorem leuiter, & ſatis diu, ſiccandum etiam caput linteo mundo & ſicco magis, quam calido. Admouendi interdum capiti, ex milio, ſale & furfure ſacculi, omnibus quidem prius torrefactis: ſed non ita calidis, purgato maxime corpore. Caput etiam abluendum lixiuio, & ſarmentorum cinere facto, in quo maceratæ fuerint herbæ quas capitales vocant, vt betonica, roſmarinus, maiorana, ſaluia, quibus etiam aliquid toſatum rubearum ſiccarum adiicere non abs re fuerit.

Manardus.

Inuſtio ſuturæ coronalis vtilis in vitiis oculorum.

Capitis fricationes.

Membrorum affectorum roboratio.

Quod ad quartam intentionem attinet, pleni ſunt Medicorum libri, quibus rebus cerebrum, quibus item oculi roborãdi ſint, præſertim iis, quæ intro ſumuntur. His autem miſcenda ſunt nonnulla, quæ viſorii nerui obſtructionem reſerare poſſunt, materiam ipſam, quę obſtructionem fecit, attenuando, diſſecando & diſcutiendo. Quæ quoniam vobis doctis viris & expertis Medicis

dicis notiſſima ſunt, non eſt quod in illis recenſendis multi ſimus.

Oculis conferentia.

Oculos iuuantia.

Inter ea, quæ oculis conferunt, mitifice iuuant myrobalani Chebuli conditi mane comeſti, atq; etiam nuclei eorum diu in ore contenti. Conducit etiam magnopere nux moſchata, atque etiam fœniculi ſemina ſaccharo incruſtata. Euphraſia quoque herba crebro maſticata. Prodeſt maxime etiam aſpectus rerum viridium præcipue vero ſmaragdi: Color etiam cęruleus valde fatigatum oculum recreat. Cerebrũ & oculos lædunt crapula, muſtum, legumina, braſſica, præcipue ſalita, allium, raphanus, vinũ dulce, turbidum, craſſum, porrum, cæpæ, & id genus alia, magni piſces, aſpectus rerum lucidarũ, & velociſſime motarum, ac multa alia à quibus laborantem arcere poteritis.

Lædentia oculum.

Ad ſuffuſionem.

Suffuſio.

Si initium ſuffuſionis affuerit, vt coniicimus, remedia habetis paratiſſima ex celebriorum Authorum libris. Ex iis, quæ longa experientia cognouimus. Laudamus inter cætera, vt iuuenis aliquis puellus, aut iuuencula, ſuauem habẽtes anhelitum, inſufflent leniter in oculum ipſius laborantis mane ieiuni, vbi abluerint os aqua pura, in qua hora vna aut altera macerata fuerint, ſemen fœniculi, nux moſchata, & cinamomum: Poſtea vero lingua lambent oculum laborantis: mandent autem prius ſem. Fœniculi & Eufragiam. Probamus maxime & fella animalium ab extra admota, præſertim autem piſcium, atq; in primis Raiæ, in hac ætate tenella. Ex terreſtribus quadrupedibus agniculorum, porcellorum hædorum iuuenum, & aliorum conſimilium.

Fel Raiæ.

Fotus in oculos improbamur.

Fotus non admodum probamus ad oculum, quoniã magna ex parte plus euocant, quam diſcutiant, niſi corpus totum & cerebrũ rite perpurgata fuerint & munda ab excrementis. In ſuffuſionibus nondum inueteratis ſequẽtem aquam experti ſumus ſucceſſu admodum felici:

Aqua expertum ...

℞. Socei Fœniculi ℔ ß.
Gallitrici.
Chelidonii an. ℥ ij.
Eufragiæ recentis m. j.
Tuthiæ præparatæ.
Ligni aloẽs an. ℥ vj.

Reponentur in alembico, & diſtellentur lentiſſimo igne: Abluatur oculus aqua hac mane præſertim, & aliquid leniter ex ea in oculum inſtilletur. Pleraque alia remedia, quæ huic affectui dicata ſunt, veſtræ prudentiæ; & chirurgi doctiſſimi ac ingenioſi, quem nos de hac te diſſerentes audiuis; doctrinæ & experientiæ committimus. Verum multo magis cõfidimus in aſſumptis, quam admotis, tum ad tollendam obſtructionem, tum ad auferendam ſuffuſionem, niſi ea iam radices egerit. Præterea conſulimus vt puer hic, qui victu pleniore hactenus vſus eſt, & ob id ſcatet multis excrementis, præſertim pituitoſis, diebus quindecim aut viginti vtatur decocto ligni Indici ſeu palmæ ſanctæ, ſed multum diluto, & in quo circa finem decoctionis apponantur paſſulæ, glycyrrhiza, & ſemen fœniculi, & tunc temporis victu vtetur & tenui & extenuante, quem illi præſcribetis. Valete feliciter viri doctiſſimi in annos adhuc plurimos, & bene conſulite ea quæ ad vos ſcribimus. Lutetiæ, Anno 1546. Menſe Februar.

Decoctum ligni.

De catarrhis puerorum, ſtrangulationem minitantibus, cum Epilepſia,

D. IOH. NÆVII

CONSILIVM CCCIX.

Scribis infantes apud vos catarrhis ſtrãgulationem minitantibus ſæpenumero laborare, atque ex iis nonnullis epilepticis paroxyſmis corripi, ac petis à me rationem medendi, quà leuari hoc modo miſelli poſſint. Tametſi autem mihi tantum non arrogem, vt ad hæc pru rei exigentia reſpondere poſſim: communicabo tamen tibi ea, quæ mihi ſunt cognita & obſeruata, vt intelligas me tuis votis deeſſe nolle. Principio noſti catarrhos infantum variis ex cauſis oriri, atque ſingulas cauſas ſua remedia poſtulare, quæ ex probis autoribus petenda ſunt: tamẽ ſi volumus eiuſmodi deſtillationes modice curare, neceſſe eſt vt ante omnia matribus ſeu nutricibus proſpiciamus, qua debita & ratione gubernentur, & vt lac ipſarum probe corrigatur. Nam ſolent magna ex parte pueruli male habere ob nutrices, & malum in ſex rebus non naturalibus regimen. Poſtea etiam ipſos infantes conſideramus, an videlicet humor deſtillans frigidus fuerit, vel calidus, atq; ita contrariis medelis ipſis ſuccurrimus. Fluxione itaq; frigida exiſtente exhibemus vnam atque alteram guttam ſyrupi de glycyrrhiza, aut aliquid Looch de paſſulis, in modica aqua ſcabioſæ diſſolutum. Capitis etiam commiſſuræ puluerem ex ſandaraca factum inſpergimus. Si vero calidum fluxum eſſe deprehẽdimus, guttam vnam ſiue duas ſyrupi vel iulepi violarum propinamus, aut ipſum violarum ſuccum, aut facimus puluerem ex penidiis, gummi arabico, Tragacanth. & glycyrrhiza triꝗs, an. q. ſ. & lacti nutricis miſce-

Catarrhi infantum ex cauſis variis.

Nutrices.

In frigida materia.

In calida materia.

mus, donec ad eclegmatis formam veniat, atque de eo parumper deglutiendum porrigimus. Si vero ad vigorem vel ſtatum mali ventum eſt, ſoleo ego exhibere ſperma ceti quantitate piſi in lacte muliebri diſſolutum, & iubeo inſtillare in os pueri, poſtea moneo vt ſomno committatur. Hoc remedio multis profui, quos etiam fere pro deploratis habuerunt mulieres. Nam fluxiones intercipit, atque ſuffocationis paroxyſmos mitigat. Sed tamen exhibere non ſoleo, niſi cæteris non iuuantibus. Epilepſiæ acceſſum ſequentibus remediis arcere ſolemus. Appendimus iuxta Galeni & Medicorum conſilia, grana pæoniæ excortieata collo, & brachiis puerorum. Smaragdum etiam integrum, & minime læſum cordi applicare ſolemus. Quidam etiam corallia rubra, & alcis vngulam ita vſurpare ſolent. Ad intra vero conſeruam pæoniæ aut betonicæ exhibemus, aut facimus deſtillationem harum conſeruarum in aqua florum tiliæ, & de ea nonnunquam vnam atque alteram guttam inſtillamus. Puerulis etiam bimis & maioribus natu, de ſequenti puluere porrigimus.

Sperma ceti in deploratis.

Pro epilepſia.

Puluis epilepticus.

℞. Rad. pæoniæ ℥ j.
serpentariæ ℥ ß.
Viſci querc. iuſto tẽpore collect. ʒ ß.
Croci oriental. ℈ j.
Corall. rub. ʒ ß.
Rad. & ſem. Dictamni noſtri an. ℈ j.
Fol. auri puri ſubtil. inciſ. nu. iij.
Vnicornu veri ℈ j.
Margar. orient. non perfor. ʒ ß.

Puluerisanda puluerisentur ſubtil. miſceantur & f. puluis. Δόσις infanti quantitas piſi vnius, vel duorum cum lacte nutricis. Maioribus natu tripla quantitas cum aqua betonicæ, florum tiliæ, rutæ exhiberi poteſt. Et hæc quantum ad præſeruationem. Paroxyſmum iam præſentem releuant peſſuli ex bombyce facti intincti in ſuccum vitæ, in quo aliquid caſtorei fuerit diſſolutum, aut ſuccus per ſe vitæ puerorum naribus illitus, acceſſionem in morbo mitigat. Idem facit caſtoreum odoratum. Auerſiones quoque fieri poſſunt frictionibus & ligaturis, ſi ætas permiſerit. Vidi apud Italos cauteria actualia ad coronalem ſuturam capitis applicata fuiſſe bimulis, & trimulis atque contuliſſe. Ad mitigandum paroxyſmum puluere priore etiam vti poſſumus. Item ſequenti condito, quod:

In paroxyſmo. Peſſuli.

Cauteria actualia.

℞. Gr. & rad. pæoniæ excortic. an. ℈ j.
Cornu cerui vſti.
Coaguli lepor.
Rad. tormentill.
Viſc. querc. iuſto tempore collecti an. ℈ ß.
Nucis cond.
Cubebar. an. g̃. v.
Spec. Diamoſc. dulc. ℈ ß.
Sacch. albiſſ. ʒ ß.

Cum ſyrupo de ſtœchad. q. ſ. f. conditum molle. Δόσις duorum piſorum lactentibus, ſenioribus iuxta ętatem exhiberi poteſt. Habes, vir clariſſime, remedia mea, quæ ego in deſtillationibus puerorum, atq; adeo in leuandis acceſſionibus morbi caduci vſupare ſoleo. Et quanquam non dubito quod cum Medicis tuis iis potiora habeas, volui tamen tibi gratificari, atq; mea communicare. Quæ ſi tibi ſatis fecerint, bene ſe res habet, olim meliora ſuperaddã. Vale, & meam illam tenuitatem æqui bonique conſulas. Dreſdæ 11. Cal. Aug. anno 1556.

In tuſſi ex catarrho, quandoq; ſuffocatiuo, ex cibo ſuſpecto aſſumpto, pro quodam Generoſo puero,

D. Ioan. Cratonis

CONSILIVM CCCX.

PVERI huius Generoſi cerebrum eſſe humidius, nec expurgari per eam viam, quæ eſt conuenientiſſima videlicet per nares, manifeſtum eſt. Cum autem grauiter interdum tuſſiat, & ne ſuffocetur periculum ſit, delabi catarrhum ad pectus & pulmones indicium. Vt enim ſtomachus per vomitum: ita pectus per tuſſim, ſi materia catarrhi illabitur, expurgatur. Quia vero admodum periculoſum cenſetur, præſertim in pueris, qui ea ipſa, quæ tuſſiendo quaſi è pectore educta, deglutiunt, ſæpe etiam in ipſo conatu, vt maiori impetu catarrhus deſcendat, & ſpiritum quaſi intercipiat, faciunt, catarrhos eiuſmodi diutius durare: Itaque omni ſtudio temperatura illa humidior cerebri corrigenda, pectus roborandum, & cauſa catarrhi in vniuerſa victus ratione cauenda. At cum hoc poſtremum, primum ſit in curatione, proinde diligens cura non ſolum in victu, verum aëre, ſomno, & excrementorum remotione adhibenda. In victu in primis ſeruetur ordo, videlicet ne vno cibo nondum ſatis cocto alius ingeratur. Certa igitur teneat aſſumendi cibi tempora, & ſatis eſſe putet, ſi ter in die cibum ſumat. Deinde ſimpliciſſimo cibo vtatur, atque vt vno vel ad ſummũ altero ferculo contentus ſit, opera detur. Ferculorum enim varietas maxime ad morborũ varietatem, & difficultatẽ facit, & cruditates auget, quæ catarrhi quaſi fomes ſunt. Cæterum ab iis, quæ multum vaporem ad caput tranſmittunt, abſtinendum, vel certe raro illis vtendum. Fructus fere

Diuturni catarrhi periculoſi.

Victus ratio in pueris catarrhoſis.

Varietas ciborum incommoda.

Fraga. *Ceraſa.*

fere omnes, exceptis fragis, quæ tamen aluũ adſtringunt, & ceraſis, quæ vel prompte adſtringunt, vel ſi acidiora ſunt, pectus lædunt, lacticinia, & omnia in lacte cocta, olera, oua cum butyro præparata, cancroſq; vitet: Vtatur autem iuſculis carniũ interdum & amygdalis, ac prunis coctis, præſertim cũ aluus eſt adſtricta, molliaque ſemper cibos præcedant reliquos. Olera, licet caput repleant, tamen cum durior eſt aluus, atriplex Romana, quam ſpinachiam vocant, cum paſſulis & ſaccharo dari poterit, & oua ſorbilia non damno, imo ad expectorandam materiam interdum præbeantur velim cum ſaccharo. Carnibus vtatur elixis atq; aſſatis vitulinis: ſuillas atq; agninas, propter nimiã humiditatẽ non probo, capos, gallinas, pullos, perdices, attagenas, auiculas nemorales, ac montanas laudo, & conuenient, modo non ingerantur nimium. Nimium enim & varium omne naturæ aduerſum. Hordeum probe coctũ & orizam poſt aſſumptas carnes poterit comedere, vel etiam in prima menſa iuſculum ex hordeo. A potu vt abſtineat puer priuſquam ſolidum cibum aſſumat, opera danda. Bibat autem cereuiſiam puram, vel aquam coctam, in quam pauca grana coriandri præparati, & parum cinamomi coniiciatur, & à vino vſq; ad duodecimum annum arceatur. Poſt cibum pyrum aſſatum cum ſemine aniſi & ſaccharo poterit exhiberi, etiam aliquid de diacydonite, præſertim ex ſuccis, vel carnibus tenerioribus facto. A cibo puer moderate ambulet, nec etiam grandior factus grauiter poſt cibum decurrat. Nam vehementiora exercitia caput replent. Multo autem minus, niſi exactis tribus vel quatuor horis à prandio vel cœna dormiat, & ſi fieri poſſit, à meridiano ſomno iam plane arceatur: Non dormiat in loco humido aut concamerato, non apertis feneſtris, præſertim noctu. Aërem humidum & frigidum ſemper vitet, nec vnquam circumducatur aperto capite. Mane cũ lecto ſurgit, primum leuiter pannis mollioribus totum corpus perfricetur, incipiendo à pedibus, deinde tergum & brachia. Mundetur caput pectine, & os eluat aqua pura, in qua radix calami aromatici ſit macerata. Deinceps ſumat alternis diebus, vel orbiculum vnum, diaireos ſimplicis, quam confectionem ex omnibus pharmacopoliis petere potuerit, vel ſuccũ calami aromatici hoc modo præparati: Accipiantur radices calami aromatici mundatæ ad quartam partem libræ, & incidantur minutius, affundatur aqua pura, calefacta ad menſuram Viennenſem, & decoquantur vſque ad tertiæ partis conſumpt. ac fortiter exprimatur. Huic expreſſioni adde libram dimidiam ſacchari, & decoquatur ad ſpiſſitudinem ſyrupi, de quo detur mane cochleare paruum. Cæterum vt materia expurgetur per nares, veſperi foris, mane intus, iſto oleo nares inungantur. Accipiatur oleũ amygdalinum recens, & huic imponatur pinguedo gallinarũ, & folia maioranæ contuſa, atque decoquantur, exprimantur, ac vſui ſeruentur in vitro. Interdum etiam mane, vbi beneficium ventris habuerit, cum puluere maioranę ſiccæ nares poterunt confricari, & vt intueatur Solem, quo ſternutatio moueatur, iubeatur. Hoc tamen rariuſcule fieri velim. Purgantia medicamenta pueris nulla præſcribo, ſed cum nimium catarrhus irruit, & in ſtomachum delabitur, de ſequenti electuario poterit cochleare vnum exhiberi:

Omne nimium naturæ aduerſum. *Potus.* *Exercitium.* *Frictiones.* *Succus calami aromatici.* *Errhina.* *Pueri ad purgantia non aſſueſciendi.*

Electuarium lenitiuum pro pueris.

℞. Mannæ electæ ℥ j.
Penidior. ℥ j ß.
Ol. amygdalar. dulc. ʒ vj.
Oxymel. ſimplic.
Syrup. violati an. ℥ ß.
Miſce.

Interdum etiam de iſto vncia media, hora vna ante cœnam detur.

Lenitiuum pro pueris.

℞. Conſeruæ roſ. ℥ ß.
Flor. caſſiæ recentiſſ. extractæ ℥ j.
Miſce.

Hæc mixtura eſt pro tribus doſibus, ſed vt dixi, pueros ad purgantia medicamenta non velim aſſueſieri, quin potius hora decubitus, & interdum mane bibat decoctum raparum, moneo. Hoc autem modo præparandum eſt. Accipiantur rapæ recentes, mundentur à corticibus, & decoquantur in aqua, poſt primam coctionem abiiciatur ius primum, & alia aqua affundatur, ac donec prorſus emolleſcant, coquantur. Addatur deinceps ſacchari candi, & butyri recentiſſimi quantũ ſatis videtur, vt fiat dulce. Hoc decuctũ frequenter mane & veſperi in hyeme puero detur. Mane etiam abluantur pedes è cereuiſia, & deinde pinguedine lucii piſcis calide confricetur. Si forte vehementius in pectus catarrhus irrueret, hic puluis capiti prius aqua maioranę calida humectato inſpergatur:

Decoctum raparum. *Puluis catarrhos retrahens.*

℞. Coralli rubri.
Myrtillorum.
Roſar. rubear. an. ʒ ß.
Maſtiches.
Succini albi an. ℈ ß.
Miſce, fiat puluis.

Ligentur brachia fortiter, & pedes linteolis calidis confricentur, ſed vt ſpero, ſi prædicta recte fuerint adminiſtrata, & ordo à nobis in victu, & cæteris rebus præſcriptus obſeruatus, his non fore opus. Cæterum cum

Digitized by Google

Generoſus puer aliis quoq; periculis & inſidiis ſit expoſitus, præcipue commendetur Deo. vt præſidio ſanctorum angelorum, qui faciem patris viderint, tutus ſit. Deinde de collo geſtet hyacinthum, ac ſi qua eſſet ſuſpicio oblati alicuius cibi vel potus noxii, exhibeatur ſequens puluis:

Puluis Bezoarticus ad præſeruationem veneni.

℞. Cor. cerui tempeſtiui, & de cuſpidibus anterioribus ſumpti ʒ j.
Coralli vtriuſq; an. ℈ ij.
Smaragdi præparat. ℈ j.
Lapidis Bezoar. ſi haberi poteſt ℈ ß.
Folior. auri nu. ix.
Miſce, fiat puluis.

Qui ſumatur in emulſione ſemin. citri ex aqua cardui. Ex hoc quoq; puluere cum ſaccharo in aqua cinamomi diſſoluto, poterunt fieri orbiculi, de quibus mane interdum puer vnum ſumat. DEVM autem vitæ & ſanitatis authorem oro, vt hæc, quæ optima fide monuimus, benigne fortunet, & puerum Nobiliſſimum ad ſuam gloriam conſeruet.

In amiſſa appetentia, dolore capitis, vertigine à cibo, & diminutione imaginationis & memoria.

D. ANTHONII FRACHANZANI

CONSILIVM CCCXI.

HIc iuuenis, agens annum ſeptimum ætatis, incidit in exulcerationem cruris ſiniſtri, puſtulam ſcalpebat, quam ſeeuta exulceratio totius cruris. Puſtula erat nigra, exulceratio durauit duos annos, & fuit remota appoſitione cinerum calidorum, & ſic nono anno fuit ſanatus. Nunc à duobus annis non moleſtatur ab his; ſed cum habeat debilem ventriculum, & non exulceretur, Iam patitur inappetentiam, & cum tardat prandium, incidit in vertiginem & dolorem capitis, & non imaginari poteſt, nec protrahere ſermonem de aliqua re, ſed ſtatim obliuiſcitur. Præſuppono temperaturam. Eſt temperaturæ frigidæ & ſiccæ, & temperaturæ melancholicæ. Probatur tum ex ambitu totius, eſt tenuis, tenacis alui, caret pilis, muſculi exiles: tum à membris principalibus. Cor eſt frigidum, pulſu tardi, rari, eſt timidus, iecur ſiccum & calidum, quæ caliditas non vincit frigiditatem cordis. Quod ſicci iecoris: nam venæ anguſtæ: quod calidi; nam laborauit febribus bilioſis, & illæ puſtulæ indicabant humorē aduſtum. Cerebrum temperatum, ſed quia rubet, & operationes animales bonæ, abundat caliditate. Eſt temperatum in ſiccitate, eſt moderati ſomni: ventriculus ſemper frigidus

Signa temperatura frigida & ſicca.

Conſuetudo eius fuit medicamenta accipere, & inordinate ſe geſſit, tum in ſtudio, & præſertim hyeme ſedendo nudis pedibus aliquot horis in frigore, adiunxit ocium, & nunquam ſe exercuit. Inquirenda ſymptomata & cauſæ, à quibus indicationes curatiuæ ſumentur. Tria patitur circa ventriculum: primo, imbecillitatem, cauſa huius eſt intemperies. Nam non bene nec cito concoquit. Ergo eſt intemperies frigida: ſecundo, inappetentiam, quia frigiditas cauſa inappetentiæ. Nam materia, quæ antea fuit euacuata per crus, recurrit ad ventriculum, & præcipue pituita ſalſa, inde appetentia nulla eſt: tertio, cum non cito capit prandium, deuenit ad vertiginem capitis, eſt hoc ſymptoma ventriculi. Nam fit per conſenſum, per euaporationem à ventriculo, quia appetit ventriculus ab epate humores aduſtos, qui peruenientes ad os ventriculi, euaporant ad caput, inde Auicenna: Famem tolerare eſt replere caput malis humoribus. Patitur dolorem in capite in anteriore parte, & eſt is dolor à ventriculo. Diminutæ operationes animales principum facultatum animæ. Non poteſt ita imaginari, loqui, cauſa intemperies aliqua frigida illarū partium. Quæritur, à qua cauſa iſta intemperies? Eſt ex paucitate ſpirituum. In ventriculo enim mala concoctio, inde in epate aduritur, hinc cor frigidum, & paucitas ſpiritus vitalis, ac ſpiritus etiam animalis paucus. Item ratione intemperiei ſpirituum. Nam generat ſanguinem frigidum, ex quo ſpiritus frigidus. Eſt igitur intemperies vētriculi frigida cum materia: Nam humores aduſti ſibi ſunt & pituita. Secundo, intemperies frigida cerebri, tum à paucitate ſpirituum, tum ab intemperie eorum. Iam indicationes curatiuæ ab his ſumuntur, quæ ſunt euacuatio & alteratio. Euacuanda materia, & alterandus ventriculus per contrarium. Euacuabit igitur primo totum, & poſtea calefacies ventriculum. Ratione alterandi auge ſpiritus, & fac calidiores. Augentur illi cum conſulitur ventriculo, vt concoquat, & epatis caliditas remittitur. Opus igitur eſt calefacere ventriculum, & epar infrigid. Capiti nihil faciendum eſt, euacuarem totum. Etſi iecur calidum, tamen non tentarem venæ ſectionem, ne ſequeretur paucitas ſpirituū. Lenitem ventrem caſſia, hiera. Nam vrinam ruffam, crudam, & tenuem, ac excrementa multa heri vidimus. Concoquerem ſyrupo de fumaria, melle roſato, decocto cichorii, & aliorum. Euacuarem Rhabarbaro & confectione hamech, & reperterem euacuationes pro neceſſitate. Poſtea alterarem ventriculum, inungerem oleo nardino, maſti-

Cauſa imbecillitatis ventriculi.

Cauſa inappetentia.

Cauſa vertiginis.

Fame repletum caput.

Cauſa diminuta imaginationis.

Indicationes curatiua.

Curatio.

maſticino, de mentha, & cum aromatibus. Aliquãdo, darem ſaccharum roſatum cum ſpeciebus aromatici roſati.

Verum exterius pro alteratione melius eſt aliquid applicare. Non capiat aquas thermarum, niſi in ſeptembri. Cum his vtetur, inungatur epar, & roboretur vnguento ſandalino, præmiſſis embrochis aquarum alembicarum frigidarum, pro infrigidatione iecoris.

In duritie hypochondrii dextri, pro filio cuiuſdam Procancellarii,

D. Ioan. Cratonis

Conſilium CCCXII.

Expulſio fortis in pueris.

QVANTVM ex narratione intelligo, virtutem expulſiuam officium ſuum facere, perſpicuum eſt: Nam eam in pueris fortiorem Medicis notum. Itaque ne ſuccumbat opera danda, & medicamentis idoneis adiuuanda. Quæ ea ſint, peritis Medicis præſcribere non eſt neceſſarium. Recte tamẽ pueris ſyrupum de ſucco cardui, cum aqua cardui dilutum, & ſi forte videtur calidior, cum ſyrup. de ſucco endiuiæ contemperatum exhibent. Item, raſuram cornu cerui anterioris, cum vnicornu raſura non habetur, prodeſſe vſu didicimus, ſi febre caret, interdum lotiones quoque proſunt, & frictiones cum oleo amygdalino. Ad duritiem vero, quæ eſt in dextro hypochondrio, coquant triplicem Romanam, quam ſpinachiam vulgo vocamus, in aqua ſimplici, & admixto oleo amygd. dulc. fiat Cataplaſma, parti, in qua ſcirrhus eſſe exiſtimatur, applicandum.

Pueris conuenientia.

In duritie hypochondriorum.

De reliquis, vtpote humida aluo, & victus ratione recte inſtituenda, Excellentes Medici non videntur admonendi.

In calculo, pro quodam puero,

Conſilium CCCXIII.

CVM in puero iſto calculoſo non modo meatus vrinarii viſcoſis ſint pleni maris, quod ſtillicidium vrinæ ſatis innuit; Sed inteſtina etiam ſimiliter repleta; nihil mirum, ſi colica quoq; interdum cum ſpaſmo afficiatur. Quod ſi curari debet, diligentia certe & labore opus eſt. Excrementa ſubinde lenientibus detrahantur: Fortiora enim puerili naturæ noxia:

Lenitiuum pro pueris.

℞. Flor. Caſſiæ optim. recent. tractæ ʒij.ß.
Diaphœniconis.
Cinamomi inter. ℈ß.
Sacchar albi q.ſ.f. Bolus.

Alternis deinde diebus inſideat labro aquæ dulcis vmbilicotenus. Lumbi vero & inguina foueantur ſacculis, in aqua parum incoctis.

Sacculi in calculo puerorum.

℞. Anethi.
Calamenthæ.
Flor. Chamomill.
Meliloti an. m. iiij.
Sem. Lini.
Fœnugræci.
Carui an. ʒ vj.

Inciſis incid. & contuſis contund. f. ſacculi duo interpaſſati:

Poſtquam balneum vero inungatur ſequenti oleo:

℞. Ol. Chamomæl.
Scorpion.
Anethi an. ℥ j.
Miſce.

Octauo quoq; die nucis quantitatem terebinthinæ ſequentis ieiunus deglutiat:

℞. Terebinth. ter cum aq. Endiuiæ lotæ ℥ j.
Puluer. cortic. Tamariſci ʒ ß.
Liquiritiæ raſæ ʒ j. ß.
Miſce.

Hora autem vna ante cibum mane & veſperi infra ſcripti pulueris aliquantulum aſſumat:

Puluis in ſacculo pro pueris.

℞. Amygdal. amarar. excort. ℥ ij. ß.
Nucleor. ceraſor. ℥ ß.
Sem. aniſi.
Fœniculi an. ʒ ij.
Liquirit. raſæ ʒ iij.
Cinamomi inter. ʒ vj.
Sacchar. albiſſ. ℥ vj.
Miſce.

Quod ſi vrina ſupprimatur, tempeſtiue Medici opera imploretur.

In calculi præcautione, pro quodam puero, cui è veſica euulſus fuit calculus aſper, & cornubus ingens ſatis,

D. Ioh. Tagaultii

Conſilium CCCXIV.

Præſeruatio à calculo.

SI calculi generationem vitare voles, hęc præſcripta ſeruato: Ambulatione vel moderato quopiam labore, aut exercitio mane ieiunus, poſt veneris & veſicæ deiectionem; vel à prandio longe à paſtu, corpus exerceto. Hoc pacto enim nulla, aut pauca admodũm in corpore excrementa colligentur, quæ gignendo calculo materiam ſuppeditent. Ciborum multam varietatem atq; immoderantiam, nimiamve ſatietatem ac cruditatem vitato: Cibi duræ ſubſtantiæ, & qui ægre manducatione

Ciborũ varietas, & nimia repletio calculoſis fugienda.

atteruntur, coctu ſunt difficiles, pigre per aluum ſubeunt,& meatus obſtruunt. In hac vero prouidentia maximi momenti ſunt ciborum mediocritas,& proba concoctio. A flatulentis, feruidis, quæ renes & veſicam excalefaciunt, vt ſunt allia, cæpæ piperata, ac concoctu difficilibus alimentis abſtineto. Item ab iis quæ craſſum viſcoſum, ac tenuem ſuccum gignunt. Talis enim victus ratio iecur, ac renes obſtruit, proinde & lapidē creat. Ergo ſuillas carnes, bubulas, duras præſertim, & ſalſas, ceruinas quoque, præter tenellas, ne guſtato. Ab omni opera piſtoria caueto, ab ouis frixis, & ſub calido cinere coctis, ac duris. A caſeo, maxime ve-teri, glutinoſo & viſcoſo in totum abſtineto, vt quod foueat & gignat calculum. Fructibus horariis & fugacib. parce veſcitor. Caſtaneas, piſa, fabas, breuiter omnia inflantia abiicito, Cuniculos, lepuſculos, gallinaceos pullos, capos, columbas iuuenes, quas pipiones vocant, ouillas carnes, paſſeres, alaudas perdices, attagenas, turdos, & ſi forte offerantur, phaſianos non contemnito. Ex aquatilibus, quando tibi carnibus vti non licebit, ſaxatiles ſicciores, neglectis iis, qui ſunt carne ſolidiores, vt qui craſſum ſuccū gignunt, & difficulter concoquuntur, magis amplexator tales ſunt perca, ſolea, tubellio, & id genus alii. A ſalitis abſtineto, non tamen in totum. Horum enim vſus ex interuallis, ſi moderatus fuerit, non eſt aſpernendus. Cappares, aqua tepida diligenter ablutas, ex oleo prima menſa aſſumito. Pane medio, qui græcis συγκομιςὸς vel αὐτόπυρος potius, quam albiſſimos veſcitor. Panis quo candior eſt, ex puriorique farina confectus, eo creandis calculis magis eſt accommodus. Deſinent igitur noſtri Canonici, & qui vitam degunt ſedentariam, illum ſuum panem, quem vocant de capitulo, plenis buccis, ita celebrare, quibus longe ſalubrior eſſet medius ſeu cibarius, quem Pariſienſes vulgo vocant *pain bourgeois*. Ex vinis album, ſeu ſubruffe album, quod claretum vocant, & tenue deligito. Defæcatum & moderate calidum bibito. Idem oligophoron eſto, id eſt, non multum aquę ſuſtinens, quod facilè diſtribuitur, ſuccos extenuat, & vrinas eiet. Vinum nouū, aut inueteratum nimis, dulce, craſſum, & nigrum reſpuito. Tale enim iecur & renes obſtruit, ac materiam calculo præbet.

Cibi calculo-ſis interdicti.

Raſons, [illegible]

Piſces laudabiles.

Panis quo candidior, hoc calculo accommodatior.

Panis de capitulo Gallorum.

Potus.

Vino paſſo, quod vulgo Baſtardum vocant, per hyemem, & quadrageſimam interdum vtitor. Hoc namque ventriculum, qui vbi frigidior eſt, calefacit, roborat, atque vrinam mouet. Æſtate plus: ſed dilutius, hyeme minus, verum meracius bibito. Aqua

Baſtarda.

puriſſima, defæcatiſſima leuiſſimaq; in iuſculis, decoctis, & vino diluendo vtitor. In ſomno & vigiliis modum ſeruato, dormiturus ſumito modicum conſeruæ roſarum, ſi fueris catarrhis obnoxius. Somnum pomeridianum fugito, nec ſtatim à cœna ad lectum ito. Mane dum paras ſurgere de lecto, ſi ructus acidos, aut nidoroſos ſenſeris, quæ aperta ſunt cruditatis ſigna, ſomno adhuc indulgeto, ac liberalius quieſcito. Præcordia vero admotis propriis manibus inſuper, calefacito fouetoque, donec concocta ſint rite omnia, & infra ſubſidant. Aluum mollem & laxam, per ea quæ eduntur & bibuntur, ſi fieri poteſt, tibi ſeruato. Si enim venter bene ſubierit, putiora lotia exibunt. Cibus moderatus, concoctu facilis, & ex quo ſatietas & cruditas non contingat, eſto, ſiquidem ſatietas & cruditas non ſolū calculum exaſperant, ſed etiam, quando non adeſt, generant. Omnem animi vehementem motum, & perturbationem fugito. Si durus nimis & aſtrictus venter fuerit, clyſteribus emollientibus illum ſubducito, vel ſemiunciam Caſſiæ hora vna ante prandium, vel cœnam, clyſteris loco aſſumito. Drachmā vnam reſinæ Terebinthinæ Venetæ, pellucidæ & odoratæ; quandoque per hyemem maxime, poſtridie quam clyſtere, vel caſſia aluum ſubduxeris, deuorato. Inuoluatur in oblata vino imbuta, ſumaturque horis quatuor ante paſtum. Fortia ac valida medicamenta aſpernator. Vere & autumno infuſione ℥ ij. Rhabarbari corpus purgato, ipſiuſque momentum quoq; per interuallum maſticando aſſumito. Robur enim affert ventriculo, iecinori, & renibus, ac inſuper aluum leniter mouet iis ſaltem, qui leniter ſoluuntur. Frequens etiam vſus ſequentis confectionis apprime tibi tum propter hęc, tum ob multa vtilis erit:

Somnus & vigiliæ.

Ructus acidi & nidoroſi cruditatis ſigna.

[illegible]

Affectus animi. [illegible]

Terebinthina.

Rhabarbarum.

℞ Pul. Electuarii Diarthod. Abbat
Trium ſandalorum an. ʒ j.
Rhabarbari Electi puluériſati ℈ ij.
Raſuræ Eboris ʒ j.
Sacchari albiſſ. diſſoluti in aqua Cichorii & Endiuiæ an. q. ſ.

Robuſtio præſeruatione calculi.

Fiat confectio in tabulis, ponde te ℥ iij. ſumat vnam tabellam mane ſemel aut bis in hebdomade, maxime ſi ventriculus nō probe concoquat, & epar aliqua obſtructione leui laboret, quod ex grauitate hypochondrii dextri deprehendes. In ſumma calculi generationem cauebis, ſi diligenter operam primo dederis, ne excrementa præſertim pituitoſa, ex quib. calculus mox generari ſolet, in corpore colligantur. Secundo vt ſiquæ materia calculi genita, & coacer-uata

Calculi generationi prohibenda.

uata fuerit, ea ante excernatur, quam in calculum ſit conuerſa.

Verum, quoniam vix, imo nequaquam fieri poteſt, vt ea corpora, quæ ad ſenium iam accedunt, & piſcibus ac ouis aſſidue paſcuntur, vitamque degunt monaſticam, & ſedentariam, excrementis huiuſmodi omnino vacent, leniter & blande humores

Calculi materiam euacuantia.

excrementitii erunt euacuandi. Commode autem vacuabuntur clyſteribus, aluum mollitet ſubducentibus, Caſſia recenter extracta, Reſina, Terebinthina, & Catapotiis, quæ conſtabunt Agarico recenter trochiſcato, puluere bieræ picræ & Rhabarbari. Aliquando etiam vtendum decocto maluarum. Frequens etiam vſus hydromelitis, probe cocti & deſpumati in hoc affectu maxime eſt vtilis. Iecur enim & renes obſtructionibus liberat, veſicam & vrinæ meatus

Lac aſininũ.

abſtergit, vt cætera commoda taceam, præſertim ſi in principio paſtus aſſumatur. Lac aſininum recens mulctum & calidum aſſumptum, hæc eadem commoda præſtat, & prçterea vrinæ, & puris acrimoniam demulcet, pro bumque ſanguinem gignit. Sumi autem debet poſt matutinas deambulationes, horis tribus ante paſtum, cum ſaccharo aut melle optimo, purgandum corpus ex interuallis pro natura ægri & temporis. Hoc ſolum inter lactis genera calculoſis innocuum putatur Archigeni, & Medicis omnibus, quippe quod ſubſtantia tenuiſſimum

Decoctũ radicũ althea.

ſit, & multum ſeri detergentis habet. Decoctum etiam radicis altheæ, cum melle optime deſpumato & ſaccharo, ex interuallis aſſumptum mirifice proderit. Diluendum aliquando vinum cum aqua puriſſima, in qua macereiur radix altheæ & glycyrrhizæ, vt conſulit D. Claudius Iacobus Medicus doctiſſimus, qui & multa alia remedia longe optima præſcripſit, quç faciunt ad demulcendam puris & vrinæ acrimoniam, quæq; veſicam & renes detergent, quibus ſuo tempore, ſi res expoſtulat, vti licebit.

Pillulæ.

Pillulæ.

℞. Rhabarbari electi puluerifati.
Agarici trochiſcat. an. ʒß.
Malaxentur cum terebinthina Veneta optima q. ſ. & fiant pillulæ, capiat ſemel
in menſe; ſed prius accepto
clyſtere commu
ni.

In dolore nephritico, cum excoriatione, atque carnis excreſcentia, in extrema glandis parte, pro Generoſo quodam puero,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCCXV.

NVLLVM eſt dubium, quin Nobiliſſimus puer materia calculi abũdet, quæ poſt vrinæ emiſſionem in extrema parte glandis, quam erodit, dolorem facit. Multa enim & magna non ſolum ab excretibus; verum etiam aliis accidentibus ſumuntur indicia. Ea vero cum non à natura continuo ad expulſionem cogatur; alias etiam magis, alias minus corrupta ſit, nihil mirũ, ſi interdum dolor conquieſcat & remittat.

Calculi in veſica ſæpe non deprehenduntur.

Nam nec ipſi calculi in veſica etiam perpetuo ſunt infeſti: Imo cum pituitoſo humore veſtiuntur, ſæpe ante viiæ exitum vix deprehenduntur. Eſſe autem humorem pituitoſum, tum ætas, tum albedo vrinæ oſtendit. Itaque in curatione, ac potius in prçcautione, initio recta victus ratione prouentus humoris pituitoſi, etiam atque etiam cauendus.

Victus ratio.

Cæterum cum ex Generoſo Domino audiuerimus, in victus ratione Nobiliſſimi pueri ſummam atque exactam adhiberi diligentiam, hoc ſaltem monemus, vt repletio quoq; & ciborum varietas, quæ non minus ad cruditatem faciunt, quam cibi mala qualitas, qualis eſt in lacticiniis, leguminibus, carnibus excrementitiis, aquatilibus & piſcibus vitetur. Deinde cum puer aquam bibat, ne cruda detur; ſed aquæ ſemper cinamomum incoquat.

In calculo improbantur ſemina diuretica.

Semina diuretica non poſſumus probare, cum ea humorem pituitoſum in renes & veſicam deducant. Cinamomum autem aquæ coctæ, & adhuc feruenti, iniiciatur. Et cum ſalſedo illa & acrimonia haud dubie à putredine fiat, interdum aliquid ſacchari ratione abſterſionis addatur. Cum vero in exactiſſima etiam victus ratione prouentus pituitoſi humoris, maxime in pueris, vix poſſit caueri. Viſum eſt Excellentiſſ. Dn. D. Iulio, vt Nobiliſſimo puero interdum detur terebinthina cypria, à quo mea ratio non abhorret; ſed ego terebinthinam cypriam prius probe coqui velim, & eum ſaccharo & cinamomo in pulterem redigi; vt de eo ſumat ad drachmam vnam in iuſculo, hoc modo:

Puluis è terebinthina.

℞. Terebinthinæ in aqua ſcolopendrii
diligenter coctæ ʒj.

Siccetur lege artis probe: ita vt in puluerem redigi poſſit. Huic adde ſacchari albiſſimi ʒj.ß.

Cinamomi electi puluériſ.ʒ j.

Miſce fiat puluis.

Si autem catapotia ſequentia ſemel in hebdomade ſumere poſſet, longe magis conuenirent:

Pillulæ de terebinthina.

♃.Terebinthinæ coctæ ʒ ij.

Rhabarbar.elect.pulu.ʒ j.

Cinamomi elect.& pulu.ʒ ß.

Pulu.glycyrriz.q.ſ.Miſc.fiat Maſſa de qua formentur pillulæ mediocres,& dentur IX. vel XI. Quæ ſi non commouebunt aluum, numerum augere poterit. Hoc modo materia euacuata, ad ea quæ eam attenuant, & abſtergunt deueniendum. Maxime autem prodeſt, ius cicerum, in quo folia herbæ Veronicæ,& betonicæ decoquantur, matutine hauſtum. Poſſunt etiam abſque iure Cicerum iſtæ herbæ in aqua ſimplici cum radice liquiritiæ coqui, & propinari mane & ante cœnam. Ac ſi tum Nobiliſſimus Puer labro, in quod infunderetur decoctum raparum & betonicæ, inſideret, conuenientiſſimum eſſet. Proceſſu temporis ſi iſta non euidens auxilium ferrent ad fortiora, vt folia raphani, ſaxifragiæ, herbam, quam Kunigundis vocant, quæ eſt Eupatorium Auicennæ, deueniri poſſet: Sed iſte eſt gradus ſapientis (quemadmodum Meſuæ noſter ait) vt ad Medicinas fortes non deueniamus, niſi vbi debiles non contulerint. Idem ſi fieri poſſet per cataplaſmata: Initio autem ſola parietaria decocta cum cæpis coctis atque contuſis, ac oleo amygdalarum amararum in formam cataplaſmatis radacta, pubi ſeu veſicæ loco calide inter duo linteola adhibeatur: Deinde ſi vim maiorem huius cataplaſmatis neceſſitas poſtularet, rad. ſaxifragię, rubi, ononidis, ac raphani, in vino decoctæ, addi poſſent, & cum oleo ſcorpionum commiſceri, atq; vt dictum eſt, pectini adhiberi. Inungi etiam loca pectinis, vel linteolo in eo madefacto fomentari calide.

Ius cicerum, betonica, & veronica.

Balneum.

Herba Kunigundis Eupatorium. Auicenna.

Ad fortiora non deueniendum, niſi vbi debilia non ſufficiunt.

Cataplaſma in calculo puerorum.

Sanguis bouis.

Sanguis bouis, cui acetum acerrimum ſit adiectum, cum pinguedine veruecis, maxime ad eandem intentionem poſſet. Sed iſta atque alia fortiora remedia deinceps adhibebimus, ſi forte parum præſidii in his quæ recenſui, eſſe animaduertemus.

Curatio excreſcentia carnis.

Quod vero ad dolorem attinet, cum manifeſta ſit eroſio, & carnis ſuperfluæ generatio, caro iſta demenda eſt, & locus aduerſus eroſionem tuendus. Id fiet gummi Tragacanthi & ceraſorum, vel in aqua roſacea diſſolutorum: vel ſolo Tragacanthi gummi, in mortario plumbeo cum albumine oui cõmixto. Aluus ſit mollis, & corpus à frigido & humido aere tutum, opera danda. Itaque atriplex Romana, quam ſpinachiam vocant, cum paſſulis maioribus quas Cibebas appellant, cocta ſæpe in prima menſa puero Nobiliſſimo apponenda: Et vt in cibo ſemper molliora præcedant, obſeruandum. His autem adhibitis & obſeruatis minime dubitamus, quin omnia ſymptomata meliora, vel ſaltem miniora futura ſint.

In dolore colico, & vreterum, pro generoſo quodam puero,

D. Ion. Cratonis

CONSILIVM CCCXVI.

Colici & vreterum dolores pueris familiares.

Hic quoque multis & pueris & ſenibus, dolores colici, & vreterum, cum craſſiores humores per vrinę vias expurgantur, poſt febres, & in ipſis febribus accidunt, ac plerumque in vrinis materia ipſa apparet, quæ liquatæ pituitæ indicium eſt. Itaque vt materia illa pituitoſa diuertatur, & per inferiora educatur, atq; attenuetur, cum iis, quæ putredine quoque reſiſtunt, neceſſe eſt. Ad diuerſionem, & vacuationem pituitoſi humoris, nihil conuenientius, enematum vſu, præſertim, cum dolores vrgent. Ego decocto radicum ireos cum calamentho inodoro vſus ſum hoc modo:

Enemata.

Enema ex rad. ireos & calamentho.

♃.Calamenhi inodori m.j.ß.

Radic.ireos inciſ.℥ j.

Ligetur Radix in petia & decoquatur diligenter.

♃.Colaturæ ℥ IX.

Olei amygdal.℥ iij.

Sacchari ʒ ß. Miſce.

Bulliant rurſus, dein applicetur. Cum febris non adeſt, radicem ſolam in iure pulli macro, vel vino diluto exhibeo, & vt prius parum myrrhæ æger deglutiat iubeo: ſed hoc ieiuno ventriculo faciendum, & deſuper dormiendum: Hoc modo & putredo cohibetur, & pituita attenuatur, ac dolores qui excitantur à flatulentia pituitæ ſedantur. Cæterum foris ventrem iſto vnguento inungo:

Oleum pro abdomine.

♃.Succi parietariæ.

Matricariæ.

Cæpar.coctar.an.ʒ j.

Butyri recentis ʒ iij.

Coquantur diligentur lento igne & deinde ſoli exponantur: eo inungatur totus venter inferior.

Ventriculo autem imponatur hoc ceratum

Ceratum ſtomachale à colica.

♃.Aloes optim.ʒ ij.

Myrrhæ.

Maſtiches an.ʒ ß.

Olei noſtri ſtomachalis, vel de abſinthio q.ſ.addita cera f. ceratum, & extẽdatur ad. formam ſcuti ſtomachalis.

Calor

Calor praeter naturalis.

Calor autem præternaturalis, ſi quis adeſt, appoſitis ſacculis ex furfuribus macris hordei, & ſimilibus mitigandus. DEVM autem oro, vt hæc omnia benigne fortunet.

In febre tertiana intermittente, pro Generoſo quodam puero,

D. IOAN. CRATONIS
CONSILIVM CCCXVII.

In pueris Tertiana minus periculoſa, ſi non diuturna.

IN pueris febres Intermittentes, præſertim tertianæ, minus quidem periculoſæ cenſentur: Verum ſi diutius interdum perſeuerent, calorem innatum & membra nutritioni ſeruientia grauius afficiunt. Itaque vbi natura eas ſuperare non poteſt ad medicamenta, tota tamen via accedendum. Nullum autem dubium eſt, quin in hoc Generoſo puero cum bilioſo humore plurimum pituitæ ſit, cum febris tamdiu doret. Primum igitur tota victus ratione prouentus bilioſi & pituitoſi humoris cauendus: Deinde ad ea, quæ humorem, tuto tamen ſubducant, deueniendum. Victus ratio non dubito, quin ſeruetur; ſed vt à lacticiniis & pinguioribus omnibus abſtineat opera danda. Et ne in calore febrili cibus ei ingeratur, aut nimium indulgeatur in poto, cauendum. Ad materiæ vero remotionem, cum poeris non poſſint tuto, etiam benigniſſima medicamenta, per os exhiberi, vellem crebro tale Enema iniici. Decoquatur malua & viola, additis floribus chamæmeli, in iuſculo gallinæ, & addito ſaccharo, & ſi aluus non eſſet lubrica oleo oliuarum, fiat elyſter, iniiciendus hora vna ante cibum. Stent autem, poſteaquam omnia fuerint commiſta, vnam horam, nec ſtatim à commiſtione applicetur. Huius clyſteris vſum ſæpe repetant. Interdum mannam calabrinam loco ſacchari panatellæ commiſceant. Vt autem membris naturalibus conſulatur, poſſet euacuato corpore abſinthium Ponticum imponi potui, ſed ſi puer Generoſus abhorret a Pontico abſinthio, inungatur ventriculus iſto vnguento:

Indicationes. *Victus ratio in febribus tertianis.* *puerorum. Enema.* *Manna calabrina.* *Abſinthii Ponticum.* *Vnguentum ſtomachale.*

℞. Olei amygdal. dulc. recent. ℥ iij.
Cōmar. abſinthii Pontic. m. j.
Roſar. rubear. p. j.
Caryophyllor. ℈ ß.
Decoquantur affuſa ℥ j. vini, ad conſumptionem eius, & addatur:
Aloes optim. ʒ j. ß.
Maſtiches ʒ ß.
Ceræ parum.
Miſce, fiat vnguentum.

Hypochondria autem oleo chamæmelino quotidie mane foueantur & inongantur. Si calores febriles grauius puerile corpus affligunt, ſacculi, furfuribus hordeaceis impleti, dorſo ſupponantur, vel quod vſitatum in Auſtria, potentilla herba, ſale aſperſa & aceto, ſoleis pedum & arteriis etiam apponatur. His recte adhibitis, ſpero Generoſum puerum ſanitatē recuperaturum, quod vt eueniat, DEVM precor.

Potentilla contuſa calorem turbabit.

De vermibus, variolis, & morbillis puerorum,

D. IOH. NÆVII
CONSILIVM CCCXVIII.

S. Quod ad petitionem tuam attinet, nimirum, vt tibi communicem, quæ in curatione vermium, variolarum, & morbillorum ſalubria oſeruaui, hoc tibi perſuadeas velim, me nihil habere his in rebus, quod negare tibi poſſim, aut debeam. Et primum, quod ad curationem vermium ſpectat, noſti, duplicem eſſe vermium curationem: Præſeruatiuam & curatiuam. Horum curandi methodum apud probatos autores inuenis, proinde nihil ſcribere de ea volo. Hoc tamen moneo, vt concocta materia morbi, corpus aut rhabarbaro, aut agarico, aut aloe lota euacuetur. Poſtea ad empirica tranſimus. Pro adultis igitur ſæpe hoc puluere ſum vſus:

Vermium duplex curatio.

Puluis

℞. Sem. ſantonic. ℥ j.
Fol. ſenæ el. ℥ ß.
Centaur. ʒ iij.
Rhabarb. opt. ʒ j.
Cornu cerui vſti.
Rad. Dictamni noſtri.
Sem. lupinor. ʒ j.
Cinæ ℈ iij.
Fol. athanaſiæ ʒ j.
Pulueriſentur, & miſceantur.

Dóſis in adultis ʒ ß. cum aqua graminis, vel acetoſæ, mane & hora tertia pomeridiana.

Puluis pro pueris,

℞. Sem. cinæ.
Corallin. an. ʒ j.
Rhabarb. el. opt. ʒ ß.

Terantur in puluerem. *Dóſis* ℈ j. vel ℈ ß. pro ætate pueri cum iure pulli, vel aqua acetoſę. Et quoniam magna ex parte pueri ob amarorem medicamenta faſtidire ſolent, facio tales placentulas, quæ:

Rotula pro pueris.

℞. Sem. cinæ ʒ ij.
Cornu cerui vſti ʒ j.
Sacchar. alb. in aq. abſinth. diſſol. ℥ iij.
Fiat confectio in placentulis.

Sequenti vnguento innunge vmbilicum. Quod ſi vero vnguentum hoc conferre nō videtur, adiunge ſequens emplaſtrum, quo ſæpiſſime in pueris vtor:

Vnguentū. ℞. Ol. petrolei nigr. ℥ß.
Ceræ nouæ ʒj.ß.
Miſc. diſſoluendo, & f. vnguentum.

Emplaſtrū. ℞. Pul. lumbricor. ʒj.
Colocinthid.
Abſinthii,
Petrol. nigr.
Aloes epaticæ an. ʒj.
Myrrhæ ℈ß.
Ol. abſinthii.
Fellis tauri an. q. ſ.

Fiat emplaſtrum in mortario calido, de quo recipe pro vna vice ʒ vj. vel ℥j. extendatur ſuper corio figuræ chartę patentis. Vnguentum pro adultis pariter & adoleſcentibus præſcribo tale:

Vnguentum pro adultioribus. ℞. Ol. amygd. amar.
de abſinth. an. ℥j.ß.
Aloes epatic.
Rad. Dictamni noſtri.
Sem. ſantonic.
nigell.
Caulium an. ℈j.

Ceræ q. ſ. f. vnguentum molle, quo inungatur totus venter: ſæpe contulit. Victus rationem pręſcribo ex traditionibus autorum probatorum, quod & tu facere poteris. Et tantum de cura vermium in genere. *Curatio morbillorum.* Quod vero ad curationem morbillorum & variolarum attinet, ſequor communes pręſcriptiones Medicorum, exhibendo quę ebullitionem flauæ bilis, aut etiam ſanguinis mitigant. Et ſi video naturam pigram eſſe in expellendis & emittendis, aut variolis, aut morbillis, exhibeo decoctum deſcriptum ab Auicenna capite de morbillis & variolis, *Decoctum Auicennæ in variolis & morbillis.* quod habet caricas, ſine ficus citrinas, lentes excorticatas, & tragacanthum, & facio vt quater, vel quinquies mane & ſero ſumant, & ſenſi inde magnum commodum. Ab omnibus epithematibus & vnguētis abſtinendum eſt. Symptomatum autem curam ab autoribus ſemper petii, quod & tu facere poteris. Puerulis vero, qui decocto vti nequeunt, propino mane & veſperi hauſtum aquæ fœniculi. *Aq. fœnicul. expellit variolas & morbillos.* Hæc enim non parum facit ad expulſionem variolarum & morbillorum. Hæc habui, quæ tibi communicare volui, vt facerem petitioni tuæ ſatis. Faxit Deus vt pro votis tuis tibi reſpondeant. Bene vale. Dreſdæ 12. Calend. April. anno 1561.

In tumore in genu poſt febrem difficilem, catarrhis, tuſſi, & ſopori coniunctam, pro puero nobili duodecim annorum.

D. IOH. CRATONIS.

CONSILIVM CCCXIX.

NIHIL me conſilia accuratiſſima diligentia ſcripto addere poſſe, vel debere, vero animi iudicio ſtatuo. Vt autem morem geram iis, quorum autoritatem defugere non debeo: Caſum perdifficilem eſſe fateor: *Caſus.* & oculis quam calamo vti mallem. Deſcribitur hic puer duodecim annorum, temperamento humido & frigido. *Signa temperamenti humidi & frigidi.* Cum enim non ſit alacris, ſed potius ſegnis, cor minime calidum, cum decolor, & ſubtumidus, iecur frigidius, cum ſomnolentus & catarrhoſus, cerebrum haud dubie humidius. Ex harum autem principum partium conſtitutione de totius corporis temperamento, iudicium facere, Medicis eſt conſtitutum. In hoc igitur phlegmatico habitu, non mirum extitiſſe febrem difficilem & contumacem, ac catarrhis, tuſſi, & ſopori coniunctam. Abundarunt enim humiditates, nec facile potuerunt à natura euinci: Itaque ex earum *Cauſa febris.* corruptione & putredine febris haud dubie originem duxit, quæ & ſuo calore has exagitauit, & partim in vapores redegit, quorum mole cerebrum pergrauatum, ibi denique ruſus condenſatis in fauces & pulmonem delapſis catarrhum & tuſſim excitauit. Porro febris vegetatiuam facultatem, non ſatis validam, magis debilitauit, vt malorum humorum maior fieret prouentus. Non mirum igitur ſi obortus eſt tumor in genu poſt febrim, quemadmodum Galenus cōment. ad ſententiam 1. ſectionis 4. 6. Epidem. oſtendit. Laxa eſt enim illa iunctura, *Laxa in genu iunctura.* & humorum capax, quorum onus natura à viſceribus protrudens facile in decliuem locum deuoluit, præſertim aliqua occaſione vehementioris curſus, aut deambulationis calefactum. Exiſtimo vero conſecutum œdema eryſipelatodes. Itaque purgationem ſeroſorum & pituitoſorum humorum, *Oedema eryſipelatodes.* diætam exiccantem, viſcerumq; vegetabilium, hepatis inprimis corroborationē comprobo, quamuis nihil ſpeciatim explicetur, præter pultem ex pulpa panis albi, roris, oleo chamæmelino, croco & lacte caprino paratam, quæ cur fuerit adhibita non ſatis aſſequor. Si adfuiſſet dolor, qui perexiguus ſcribitur fuiſſe, huius cauſa potuiſſet, vt ἀνώδυνον applicari. Si cauſa ſuppurationis, differendum fuiſſe exiſtimo. *In tumore reſolutio prius, quam ſuppuratio tentanda.* Prius enim tentanda eſt reſolutio tumoris; quæ ſi non poſſit ſperari, ad ſuppurationem deueniendum.

dum. Reſolnere autem tumorem iſta puls non potuit. Non enim eo calore, eaq; facultate attenuandi & penetrandi prædita eſt, vt poſſit frigidos, ſeroſos, & phlegmaticos humores, præſertim denſis membranis, tendinibus, ligamentis, & amplæ oſſium articulationi penitus impactos, in exhalationẽ conuertere, euocare & diſcutere. Quare Galenus, Aetius, & ex recentioribus Vigo, in huiuſmodi tumoribus adhibent potentius cataplaſma ex ſtercore caprino, columbino, & ſimilibus rebus cum poſca aut lixiuio incorporatis. Immo puls illa mihi vix ſatis fuiſſe videtur ad ſuppurationẽ inducendã. Nam hanc perficit calor concoquens, qui non magnus eſt in partibus oſſeis, neruoſis, mẽbrauoſis, & præſertim ab humorũ frigidorum mole obſeſſis. Angeri igitur hunc oportet, vt roborata pars poſſit illapſos humores ſatis valido calore ſubigere. Aquoſa materia, & nonnihil ſanguinolẽta, quæ ex loco aperto effluxit, nõ oſtendit ſuppurationẽ factam. Nullum enim ſignũ coctionis. Exiſtimo illã potius copia ſua exuberaſſe, & decubuiſſe nonnihil in ſuram, & acredine ſua eroſiſſe. Aſſentior quidem fuiſſe apoſtema quaſi criticum, quod fouerit cerebri, iecoris, & loci affecti intemperies, ſed copia affluẽtis ſeroſi humoris paucorum exemplorum res eſt.

Cataplaſma reſoluens.

Narrauit mihi hic D. Abrahamus, paucis ab hinc annis duos ſe vidiſſe, qui cum ad articulum læſi fuiſſent, prope exanimati fuerint ex effreni fluxu aquæ articulorũ, quam vocant, Glidwaſſer. Equidem ſcio læſis ligamentis, chordis, oſſibus, magna copia ſeroſam materiam effluere, qui chirurgo ſolet in cæcis ſinubus illorum corruptionem aut læſionem prodere. Atq; eam ob rem Gal. 3. de compoſit. medic. ſecundum genera, in vulneribus neruoſarum partium adhibet medicamentum ex euphorbio vehementer exiccans, quod memini feliciter vſurpari in ſauciato genu, cum vulnus ex affluxu iſtius aquei humoris peſſime ſe haberet. Cur ſalſæ decoctum & thermæ nõ profuerint, veram cauſam Dominus Doctor aſſignat, quod multa materia putrida in occultis ſinubus retenta, perederit membrũ ad os vſq;. Non poteſt enim ſperari ſanatio, niſi auferatur os, & quicquid corruptũ eſt, ad quod præſtandum non ſatis fuerunt ſalſæ decoctũ & thermæ. Cum autẽ nonnihil exiccarint, factum eſt, vt affluens humor indurauerit, atq; in carnem flaccidam abierit. Recte cerebri & hepatis fuit habita ratio in victu & medicamẽtis, Bene etiam factum, quod liquores mundificantes & abſtergentes fuerint ſiphone infuſi, & foris etiã puluilli imbuti decoctione rerum metallicarum appoſiti, ad prohibendam maiorem putredinem, quę omnia, licet ſpeciatim non indicẽtur, credo tamen fuiſſe ad rem accommodata.

Aqua articulorum. Glidwaſſer.

Euphorbiũ in læſione neruorum.

Thermæ & ſalſa decoct. non corrigunt os corruptum.

Decoctum apii in vino & aqua bis quotidie exhibitum, non fuit male excogitatum ad expurganda vlcera, & ſeroſorum humorum per vrinam diuerſionem. Sed metuo, cum apium ſit ex diureticis, quæ ſanguinẽ attenuant, fluidũq; reddunt, & ab eo ſerum ſeparant, ne impetũ ſeroſorum humorum ad locum affectum parum inhibuerit. Cauſam fruſtrati effectus nõ colloco in imbecillitate medicamẽtorũ, ſed in abditis & in acceſſis ſinubus vlcerum, in quibus retenta ſanies, ac propterea habitum, & integritatem partis magis magisque corrumpens, non potuit repurgari. Quare bono conſilio ſinus fuit reſciſſus, vt liber eſſet saniei effluxus, & applicanda idonea remedia, (hoc eſt, quæ carnem flaccidam abſumerent, saniem repurgarent, & aſperum os corrigerent) facultas. Quodſi ne ſic quidem malum vinci poſſit, laudo potionẽ vulnerariam, quæ ſæpe mirum in modum vlcerum ſorditiẽ, & ſquamas oſſium corruptorũ eliminat. Probo etiam lotionem pedis ex Maſtiche, thure, ſulphure, ſale, alumine, in lixiuio & vino decoctis. Oleum vittioli aut ſulphuris, vel deniq; canterium actuale ſuccedunt puluenibus catagmaticis, qui os corruptum tollere non potuerunt. Ac poſtremum refugium eſt ſuffitus. Sed metuo ne malum vires nimias acquiſiuerit, cum diutius imbecilliora medicamẽta in grauiſſimo morbo ſint adhibita. Mihi enim minime dubium videtur ſubeſſe magnã oſſium cariem, pluresq; ſinus, ex quibus compreſſis ſanies effluit, quæ retenta madore ſuo os inficit. Sed poteſt fieri, vt errem, & errare me opto. Hoc vero pro certo habeo, non poſſe vlcus cum corruptione oſſis coniunctum prius ſanari, quam hęc auferatur, vel pulueribus catagmaticis, vel oleo vitrioli, vel cauterio, vel deniq; ferro. Cũ vero caro interiecta ſit, ab huius reſectione, in pueris præſertim, merito abhorremus. Interea autem malum eundo vires acquirit. Suffitum metuo, & quod malignitatẽ habeat, qua poſſit puer lædi, & q; materiam commoueat ſurſum in pulmonem & faces. Meum conſiliũ eſt, vt chirurgus diligenter quærat foramina in quæ per fiſtulam cauteriũ immittat abſq; læſione & dolore vicinarũ partium, vbi nimirũ os corruptum & perioſteo nudatum cognouerit. Etſi enim totum os corruptũ non aduratur: tamen aliquibus locis inuſtũ in ſe contrahitur, & quaſi corrugatur, atq; ſecũ aufert reliquas partes corruptas non aduſtas. Poſtremo non poſſum non monere ex Galeno cõment. ad ſentent. Epi. ſect. 2. prognoſtic. Ab-

Decoctum apii.

Sinus reſciſſus.

Potio vulneraria.

Externa.

Suffitus.

Suffitus metuendus.

Chirurgica cura.

Claudicatio ab abſceſſu in genua.

ceſſus huiuſmodi in genua fere adferre claudicationem, quod equidem duab. de cauſſis euenire puto, vel quod humor in profundo deliteſcens inter patellam & articulũ, cum diſcuti & reſolui nequeat, propter partis infirmitatem, & caloris inopiam, ſua ſæpe ſede oſſa dimoueat, vel ſi articulus penitus exulceretur, quod huius ſanatio conſiſtat in exiccatione, qua mucilago ſeruiens flexioni iuncturarum ad articulum oſſiũ induratur, & capita oſſium diſtinctorum terminat. Omnino abſceſſus in genu magni eſt negotii: quod humor pœnitus in articulo capaci imbibatur, nec reſolui facile poſſit, retentus vero in parte excarni, nec robuſto calore prædita malignam qualitatem contrahat, nec ei exitus ſectione in parte exquiſito ſenſus, abſque periculo prauorum ſymptomatum pateat. Quare optimo puero bonum & prudentem chirurgum opto, qui eum recte tractare poſſit, cuius iudicio meam ſententiam de re non viſa plane ſubiicio.

In vlcere vermiculoſo, pro puero quodam Nobili,

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM CCCXX.

Cuniculus.

NOBILIS iſte puer laborat ex eo vlcerum genere, quod humores maligni, poſt longam in corporis partibus cuniculorum inſtar actionem, variis in locis tandem prorumpentes, excitare ſolent, & à Græcis [illegible], à Latinis vero lepuſculus, ſeu cuniculus appellatur, propterea, quod quemadmodũ actis ſubterraneis, iiſq; variis cauernis, cuniculi in diuerſis locis tãdem proſilire, ita etiã hic humor per varias proreptans latebras, in varia tandem vlcera ſeſe exerere ſolet. Oritur autem à materia melancholica aduſta, myſta cum phlegmate, propulſa vero ab epate & liene ad exteriora per viã criſis, quemadmodum in Gallico morbo ſerpiginoſa materia ad volas manuum, & plantas pedum propelli conſueuit. Si igitur in loco aliquo per cauum meatum progreſſa figitur, concreſcit in ſpongiformem, & melãcholicam carnem, quæ ibi firmata, quia intercludit exitum, reliquo ſibi coniuncto humori hinc quaſi repulſus euoiculi in more alios exitus quærit, & vermis in more nunc illam, nunc aliam partem erodendo aperit, atq; vlcera alia ſuper alia diuerſis in locis cuniculoſa parit, ob quem motum etiam chirurgi noſtri vermem furiolum, ſeu talpæ in morem, cutem euertentem, & aperientem, ſeu equitantem appellant. Meminit autem huius auicenna in cap. de fiſtulis ſeu cauernis.

Spongiformis caro.

Vermis furioſus.

Eſt autem vlcus ſanatu admodum fraudulentũ contumax, nec niſi ſui generis corrodentibus eradicari, vel vt ipſi loquuntur, mortificari poteſt; præmiſſa euacuatione debita. Nec eſt ſanatio firma & cõſtans, niſi etiam victus debita ratio cum curatione diligenter iungatur. Itaq; ſi ſanari puer Nobilis cupit, abſtinebit ab omnib. cibis pituitoſis & maxime melancholicis acribus & ſalſis, acetoſis, fumo duratis, ac aromatib. acribus conditis, aut cæpis, aut aromantia ſylueſtri coctis. Vitabit frixa omnia in butyro, cuiuſcumque illa generis fuerint. Vtetur cibis bonis ſanguinem optimũ generantibus. Vtatur cereuiſia, & in fine prandii & cœnæ vino modice, propter ventriculum, præſertim cum huic ſit aſſuetus. Nec ſatietate onerabit corpus, ne medicamenta in operando impediantur, de quibus præſens monebit Medicus. Et quia animaduerto ex vlceris maxime difficili ſanatione, corpus adhuc repletũ vitioſis humoribus, digeratur potiuncula à me præſcripta, & inſignita litera A. cuius ſumat altera die ℥ ij. vel iij. mane hora quinta, ieiunet per horas tres:

Prognoſtica.

Diæta in vlcer. bus ſerpentibus & fiſtuloſis obſeruanda.

Potio ſanguinem vitioſum digerẽs.

℞. Aq. betonic.
Lupuli.
Fumariæ an. ℥ j.
Syr. de betonic.
de lupulo.
de fumaria ãn. ℥ ij.
Miſce detur in fictili. Signetur digeſtiuum A.

Altera die ſumat ℥ iij. de decoctione ordinata, & inſignita litera B. Quod ſi per integrum diem ter, aut quater ſubduxerit vitioſos humores, propinetur eodem pondere 4. 6. 8. 10. & 12. die interiecto ſemper altero die potiuncula digerente, & præparante humorem ad expulſionem. Quod ſi alternis dieb. purgationem ob virium rationem ſuſtinere nõ poterit, protrogetur de tertio in tertium. Quod ſi nec tres vnciæ purgantis potionis, ter, aut quater ſubduxerint, poterit acui potio ʒj. vel ʒ. ß. Electuarii purgantis inſigniti litera C.

Potio longo vitioſos humores. [illegible]

℞. Radic. cappar. ℥ iij.
Cortic. radic. Tamariſc. ℥ ß.
Filicis noſtræ ℥ ij.
Pœoniæ ℥ iij.
Polypod. ℥ ij.
Cichor. ℥ ß.
Summit. fol. betonic.
Fumariæ.
Cimarum lupuli.
Capillor. Vener. an. m. ß.
Capit. lupulor.
Eupator. an. m. ß.
Sem. aniſi.

Fœnicul.

Fœnicul.an.ʒ ij.
Ceterach.
Scolopend.an.p.ij.
Myrobalan. contuſor. ademptis nucleis Citrinor.
Chebulor.
Indor.an.ʒ ij.
Agaric.Troch.ligati in petia ʒ ij.
Folior. ſenæ Alexand. ſine ſtipitibus & ſiliquis ℥ ij.
Paſſular.ſine acillis ʒ iij.
Liquirit.raſæ & inciſæ ℥ ß.
Cortic.mali citrii ʒ ij.

Incidantur, contundantur, & ſtent in infuſione cum ſ. q. aq. betonicæ, fumariæ. ac lupulorum, ſimul miſta in loco tepido per noctem, mane bulliant in vaſe cooperto, & non euaporante ad caſum mediæ partis, vt remaneat lb. j ß. colentur, in colaturam calidam infunde iterum per horam:

Flor.cordial.temperat.an.p.j.
Epithymi Cretici ʒ ij.ß. dein:
℞.Rhabarb.elect.℈ iiij.
Spuinanthi ℈ ß.

Fiat nodulus laxus ex petia alligatus filo. bulliat cum decocto ſex aut octo feruores, exprimatur fortiter, dein abiecto nodulo adde:

Succi betonicæ.
Fumiterræ depurat.
recent.& defæcati an.℥ ij.

Bull.tribus feruoribus, coletur ſemel enim expreſſione, ſemel ſine, dein colaturæ adde.

Syrup.de betonic.℥ j.ß.
de fumaria.
de lupulis an.℥ j.

Miſce detur in fictili, ſignetur B.

Electuarii purgans.

℞.Electuar.Diaphœnic.ʒ j.
Diaſenæ.
Confect.hamech.an.℈ ij.

Miſce detur in fictili. Signetur C. Et quia ętas miſſionem ſanguinis non admittit, euacuetur etiam ſæpius, & lentius, ne vires labefactentur, & corpus mundificetur. Euacuato corpore adhibeantur etiam localia medicamenta, ipſis vlceribus à chirurgo aliquo perito, qui ſi habet conuenientiora, & rationi cōſona medicamenta, vtatur ſuis, ſin minus, ſunt quædam mihi in hoc morbi genere experta. Et primum eſt vnguentum familiare, inſignitum litera D. hoc inunctum bis in die imponatur vlceri, & erodet, & mortificabit vlcus vermiculoſum. Eroſa materia ſpongioſa, vbi mundificatum fuerit, tum conſolidantibus claudendum:

Vnguentum expertum erodens & mortificans materiam ſpongioſam.

℞.Axungiæ, vel pinguedinis porcinæ lotæ quater ex aqua vermicularis ℥ ij.ß.
Puluer.Sauinæ ʒ iij.ß.

Miſc. & f. vnguent. craſſum. Detur in fictili. Signetur D. Quod ſi vlcus videbitur reſpuere hoc vnguenti genus, eſt Emplaſtrū aliud magis corroſiuū, & ſæpius expertum à chirurgis probatis: ſed cum diligenti applicandum loco affecto, propter vehementē corroſionem, ita ne attingat carnes ſanas, inſignitum litera E. Eo vtatur, & ſpero cum ſucceſſu, volente Deo.

Emplaſtrū vlceroſam carnem erodens.

℞.Farinæ triticeæ ʒ j.
Vitri Veneti optimi ſubtiliſſ.pulueriſat.℈ iiij.
Arſenici ğ iij.

Pulueriſata ſingula ſubtiliſſime, & cum ſ. q. mellis optimi redigantur ad formam Emplaſtri. Detur in fictili. Signetur E.

Corroſa itaque mala & ſpongioſa carne, & labiis mundificatis, ſolidetur debitis medicamentis vlcus. Sed quia ſumma vlceris cura eſt exiccatio, conſultum videtur puero propinare, dum corroditur vlcus, & mundificatur, cochlearia duo mane calefacta, potionis exiccantis interius, quæ inſignita eſt litera F. & duo calida veſperi eunti dormitū. Nam & interius exiccādo prohibebitur affluxus, & ſequetur exiccatio, quæ iuuabit extremam conſolidationem:

Potus exſiccans.

℞.Folior.Eupator.
Artemiſ.an.m.ß.
Radic.Bardanæ ʒ ij.
Folior.betæ rubeæ, m.ß.
Herbar.tormentil.m.j.
Rad.tormentill.m.ß.

Incidantur, contundantur, bulliant in aquis tormentillæ, ac plantaginis an.lb.j.ß.ad caſum medietatis, colaturæ adde:

Syrup.de duabus radicibus.
Fumariæ.
Lupuli an.℥ j.

Miſce fiat hauſtus. Si mauult bibere cum cereniſia cocta bibat. Signetur F.

Pro roborādis membris naturalibus mittentibus ſuperfluitates, ſumet ante prandiū, mane per horas duas, rotulas duas inſignitas litera G. & duas hora ſecunda pomeridiana, & prohibebunt generationem prauorū humorum:

Rotulæ roborantes.

℞.Margaritar.præparat.℈ ij.
Corall.albor.præparat.℈ j.
Rub.præparat.ʒ ß.
Carabe albiſſ.℈ ij.
Oſſ.de corde cerui.℈ ß.
Lign.aloës ℈ ß.
Trochiſc.de capparibus ʒ ß.

Pulu.ſubtil.miſce, & cum ℥ v. ſacchari albiſſ.diſſol.in aq.borr.f.conf.in rotulis. Dentur in ſcatula, ſignentur G.

Hæc mihi in iſta penuria otii de tollendo morbo, & ſanando fraudulento vlcere

cogitanti in mentem venete, quæ flagitanti tibi denegare nec debui, nec potui, quæ ad pueri nobiliſſimi ſalutem fortunet is, qui ſanat omnis generis languores, Medicorum ſummus CHRISTVS, cui Puerum commendo.

MORBI MVLIERVM.

In periodico dolore capitis, pro quadam Nobili Matrona,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCCXXI.

IN diututno & periodico capitis dolote, qui ſingulis octo diebus grauius infeſtat, & in occipitio, eoque loco, vbi collum capiti adnectitur, vſque ad verticem terebrando moleſtat, ad tempora etiam & ſiniſtram ptæcipue autem ptogreditur, cum nauſea & cardiogmo, pro honeſta matrona conſilium petitur. Itaq; cum ſymptomata ad ſuas cauſas ſitit reducenda, primum, vtrum caput per ſe affectum ſit, an vero pet conſenſum aliatum partium vidẽdum. In diututno morbo pet ſe affici, & quidem à craſſo & pituitoſo humote frigido neceſſe eſt. Per conſenſum autem laborare nauſea & cardiogmo, qui in orificio ventriculi, quod veteres cor appellarunt, aliquem actem humotem colligi, & vapores ab hoc excitari, atque in caput aſcendere, ibique pituitoſam materiam concitate, & neruoſas pattes moleſtare oſtendunt. Fortaſſe etiam à matrice vapores tranſmittuntur. nam iſti occipitio moleſti eſſe ſolent. Periodicationis cauſæ ſunt, vel materiæ collectio, vel cauſa aliqua exteɼna concitans & commouens materiam, vt vel balnea, vel tegumenta capitis, vel diututna commoratio in ſactis die Dominico, & cibi abſtinentia, vel victus ratio. Quæcunque veto cauſa ſit, vt in omnibus motbis diuturnis, ita maxime in hoc ea victus tatio tenenda, à qua minimum pituitæ, & acriorum etiam atque corruptorum humorum proueniat. Deinde ne materia colligatur, alternis diebus ſumat has pillulas: hac enim tatione reſpicitut etiam ad menſium retentionem:

Caput vel per ſe, vel per conſenſum afficitur.

Cauſa periodicorum dolorum capitis.

Pillulæ de ſuccino.

℞. Aloës roſatæ ʒ j.ß.
Sp. el. de gemmis ʒ ß.

Cum ſyr. roſac. ſolut. reformentur pillulæ, pro qualibet drachma xxj. Aſſumat ſeptem hora dimidia ante cœnam. Vtatur etiam ʒ j. pill. de ſuccino, bis in menſe: & ſumat eas poſt primum ſomnum:

℞. Pul. ſuccin.
Maſtich. an. ʒ ij.
Aloës ʒ v.
Agaric. ʒ j.ß.
Ariſtol. rot. veræ ʒ ß.

Cum ſyr. de ſucco betonic. q. ſ. f. maſſa.

In harum pillularum vſu perſiſtẽdum. Nam cum morbus diuturnus ſit: vt paulatim & diu curetur, oportet. Quod ſi harum pillularum vſus parum prodeſſe videbitur, ineunte Maio. de ſententia Medici præſentis ſanguis mittatur, & corpus totum expurgetur. Deinde 15. diebus decoctum guaiaci cum ſarſa bibat, ac rectam victus rationem ſeruet:

Decoctum ligni & ſarſæ.

℞. Lig. guaiac. ℔. j.
Sarſæ ℥ iij.
Aq. ℔. xij. coq. ad medias.

Caput etiam ſeparatim purgetur & roboretur. Primum apophlegmatiſmo, hoc modo:

Apophlegmatiſmus.

℞ Origan.
Maioranæ.
Roriſmarini.
Roſar. rub. an. p. j.
Zinzib. ʒ ij.
Pytethri ʒ iij.

Decoq. in q. ſ. aquæ puræ l. a.

℞. Colaturæ ℔ j.
Aceti roſac. acerrim. ℥ ij. Miſc.

Iſto vtatur tanquam gargariſmate mane. Naribus autem attrahat decoctum guaiaci, in quo maiorana ebullierit. Vtatur matutine lotionibus pedum ex decocto betonicæ. Frictiones matutinas ſcapularũ & brachiorum, atq; dorſi non negligat. Raphanum inciſum minutim, dum dolor vrget, occipitio applicet. Caput etiam interdũ ante cœnam, nec deinceps aëri ſe exponat, lauet. Et in lixiuio guaiaci raſuram decoquat. Hæc vt à præpotenti Deo fortunentur benigne, precor. 6. April. anno 1580.

Errhinon è guaiaco & maiorana.

In capitis debilitate, pro quadam Nobili fœmina,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCCXXII.

NVPER quædam remedia præſcripſi, quæ capiti & cerebro auxiliantur, ita vt vaporum vim facilius ſuperet, & ſpiritus puriores teddat. Venit autem mihi ſubdubitare in mentem, ſitne cerebrum in præſtantiſſima fœmina per ſe affectum, an per conſenſum laboret. Ac cum de ſenſuum integritate non dubitem, vel ſaltem de læſione nihil intelligam, arbitror cerebrum per conſenſum affici. De membro vero conſentiente dubito: cumq; ad rectam curationẽ cauſæ dignotio requiratur, præſertim cum ſanare nihil aliud ſit, quam cauſas per

Vera curatio qualis eſſe debeat.

per contrariorũ rectam adminiſtrationem auferre. Primum igitur videndum eſt, quæ cauſa illos turbulentos ſpiritus ſeu vapores producere, & productos commouere poſſit. Ea ſi eſt in cerebro primo, & per ſe affecto, obſeruandum, calida ne intemperies ſit, videlicet corrumpens, an frigida condenſans, & obſtructiones faciens. Quod ex ipſa duratione, & reliquis notis intemperiei facile eſt æſtimare. Si vero cerebrum per conſenſum laborat, videndum, vtrum ſit ab vtero, qui clauſus ſanguinem impuriorẽ & fumoſum (ſicut ſit hæmorrhoidibus ſuppreſſis) reddat: & an vterus aperiri poſſit & debeat, an vero maſſa ſanguinis contemperanda. Conſentit interdum ventriculus cum vtero, ſicut epar & lien. Itaq; cruditates, appetẽtia nulla, vel corrupta, nauſea, dolor ſtomachi, &c. Tum vero etiam ventriculus per ſe, vtero minime affecto, vapores noxios tranſmittit, dum prauis & vitioſis humoribus repletus eſt. De his omnibus præſens Medicus diligenter admonendus eſt, vt cogitet, atq; in eo plus, quam certis medicamentorum mirificis formulis ſitum putet. Medicinam tamen expertam eum ratione adhibitã plus valere ea, quæ interdum ſubito à doctiſſimo etiam Medico magna ratione adhibita, excogitatur, non dubito, atque hac in parte rationales etiam Medicos empiricis cedere debere, de ſententia Hippocratis ſtatuo.

Cauſa euaporationum in caput.

Plus in cognitione morbi quã experientia laborandũ.

In vertigine, epilepſia, melancholico delirio, tremore cordis, macie totius corporis, & nonnullis aliis ſymptomatibus, pro fœmina quodam Germana Styria,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CCCXXIII.

FOEmina quædam Styria Germana, annorum 36. ſatis carnoſa, & floridi caloris ante matrimoniũ: quamprimum vero nupſit, ac vtero gerere cœpit, macilentior facta eſt. Peperit mares quinque, & fœmellas quinque. Ante annos autem octo, ex febre ardenti maligna abortum fecit. Ab hoc tempore multis ærumnis & aduerſitatibus afflicta fuit. Ex decem enim liberis duos ſaltem habet reliquos, ita vt in perpetuo quaſi luctu fuerit. Cœpit ante abortum vertigine tentari, memoria imminui, carie & dolore dentium affici, horrore & tremore ſubito interdum concuti, præſertim noctu ante lecti ingreſſum, dum ſe exuebat; aliquando etiam, ſed rarius vniuerſum corpus conuelli, ac in terram prolabi, eum principum facultatum læſione ac ſtridore dentium; aliquando congelari quaſi, ac inſtar ſtatuæ rigeſcere, tam inter deambulandum, quam ſedendum aut cubandum, nihil neq; audiens, neq; videns, neq; mouens; ſemper de cordis tremore, de capitis vel cerebri frigiditate conqueri. Qui omnes affectus ſuperioribus annis mitiores fuere. Duobus autem ab hinc annis poſt acerbiſſimum luctum, ob lepidiſſimę filiæ obitum, cum paucos menſes ante duos elegantes filios vna hora etiam ſepulturę tradidiſſet, omnes grauiores ac magis horrendi redditi ſunt. Acceſſit delirium plane melancholicum: Imaginatur ſibi, quaſi potu aquæ fœtui vltimo nocuiſſet, qui tamen viuus & ſaluus in lucẽ fuit editus, ac tres integros menſes ſuperuixit. Illud imaginarium facinus dies noctesq; deplorat, grauiora ſua delicta clamitans, quam vt remitti poſſint, & metuit, ne ſibi ipſi manus violentas afferat, quod nuper etiam ante duos menſes duobus cultris tentauit. Delirium autem hoc ſemper matutino tempore grauius eſt, quam poſt meridiem vel veſperi. Fœtor etiam tum ſentitur ex ore cadaueroſus, qui abſente delirio non ſentitur. A cœna autẽ ſaltem quatuor horas dormit, non vltra, vix parum comedit & bibit. Bibit autẽ vinum. Et quoties bibit, confeſtim tota facies rubore denſo ſuffunditur, ac frequenter etiam poſt rigeſcit. Interdũ in epilepſiam incidit, dum vinum meracius ſuffuratur. Interdũ vrina ſubruffa ac denſa eſt, interdum alba, interdum iumẽtalis, ſemper cum ſedimento albo copioſe diſtracto. Dum deliriũ durat, cuticulã vrina concipit deſuper, quæ inſtar glaciei ſupernatat, colore quaſi iridis. Superiori tempore aluus erat ſemper cõſtipata, nunc autem beneficio naturæ vtitur quotidiano. Poſt paroxyſmos epilepticos plerunq; ad vomitũ cõmouetur, ac de ventriculi dolore conqueritur. Aliquando intolerabili dolore capitis opprimi, aliquando oculorũ, aliquando coxæ videtur. In fine paroxyſmi dum ad ſeſe redit, deglutire quaſi aliquid conſpicitur, & id etiam dum riget. Dum paroxyſmi obtepunt, in admirationẽ quãdam commouetur, quaſi res aliqua noua & admiranda oculis ſubiiceretur. Conqueritur ſemper de tremore cordis continuo. Sed ſi locus tremoris inquiritur, magis ori ventriculi ſuperiori digitos admouere videtur. Nec tremor cordis vel ex pulſu, vel applicatione manus poteſt deprehendi à Medico. Tempore huius delirii macie pene conſumpta eſt, ac ſcabie ſicca per totũ corpus infecta. Poſt paroxyſmos etiã, & quando delirio hoc grauius afficitur, labra oris exſiccantur, exeoriantur, ſinduntur. Præſentium mox obliuiſcitur, præteritorum autem bene recordatur.

Hiſtoria ſymptomatum.

Symptomata facultatis imaginatricis læſa.

Symptomata excrementorum mutatorum.

Superiori tempori ſemper de ſenſibili cerebri frigiditate conquerebatur, proximo autem vere, dum purgata eſſet, & ſtillicidium admiſiſſet, & eſſet vſa Cucupha ex corroborantibus & calefacientibus, frigiditas illa deſiit, vt de illa amplius nihil conqueratur. Remiſerunt etiam tum inſultus illi epileptici: remiſit delirium: remiſerunt omnia alia ſymptomata, reddita etiam fuit carnoſior, bene comedebat, dormiebat, vt id omnibus fuerit admirationi. Menſtrua etiam ſuppreſſa erant Menſes 18. quæ iterum ſectis ſaphenis ad crura, rite ac decenter redire cœperunt. Sed accidit, peregre abſente marito, dum oleribus frequenter in magna copia vteretur in cibis, ac in victu reliquo eſſet liberalior, vt ſubito in priora mala reciderit, quæ omnia iam grauiſſima ſunt reddita, ac deploranda; adhuc tamen generoſius medicamentum non eſt experta.

Symptomatum indagatio. Multis & grauiſſimis, ne dicam, lethalibus vitiis, vexatur Magnifica mulier, quorum quędam ad facultatem animalem, quędam ad vitalem, quędam ad naturalem pertinere videntur. Vt nulla ſit pars corporis præcipua, quæ labem aliquam non fuerit perpeſſa. *Læſio facultatis animalis.* Nam ſi facultatem animalem ſpectemus, illam quidem vertiginoſis affectibus, conuulſione totius corporis, affectu ſoporoſo, epilepſia, memoria præteritorum, obliuione præſentium, melancholico delirio, ac fere maniaco, dolore capitis, oculorũ, coxæ, nec non deglutitione illa ſymptomatica perturbari videmus. *Læſio facultatis vitalis.* Si autem vitalem facultatem intueamur, tremore cordis illam impediri eſt iudicandũ, dummodo tremor ille realis, non autem imaginarius exiſtat, præſertim cum ſenſu tactus motus hic in regione cordis non percipiatur; aut ſi quid tale exiſtit, ad cardiacam potius ſit referendum. *Læſio facultatis naturalis.* Vltimo ſi facultatem naturalem ſpectemus; quis eſt ille, qui ex macie totius corporis ex gingiuarũ eroſione ſeu carie, facultatem naturalem oblædi non videat. *Cauſa ſymptomatum.* Quæ tamen omnia mala videntur eſſe partus materiæ pituitoſæ, ſed maiori ex parte melancholicæ, quæ aliquando ita exoritur, vt periculum ſit, ne atræ bilis ſapere videatur naturam. *Melancholica ſymptomata.* Quod autem hi omnes affectus vni fere materię melancholicę ſint attribuendi, ex eo ſatis conſtare arbitror, quoniam cum hæc materia ſit ſuapte natura frigida & ſicca, mirum non eſt, ſi ſua ſiccitate vigilias inducit, & frigiditate memoriam imminuit, ita tamen, vt ſiccitate præſentium ſimulacra non imprimantur, & præterita ſuccurrant. Quæ materia, ſi aliquantulum exuratur, delirium melancholicum inducere ſolet: dum vero ab ea vapores excitantur, & cum ſpiritu animali confunduntur, ob eorum obſcuritatem, melancholicam; ob inordinatum vero motum vertiginem inducunt. Quod ſi eadem materia vaporoſa ſpinalem medullam petat, & rigorem totius corporis, & Tetanum interdum fieri eſt neceſſe. Sin cerebri ventriculorum tunicas vellicat, epilepſiam. Si os ventriculi, cardiacam paſſionem. Si meningas, dolorem capitis, & oculorum excitat. Quod ſi materia humoroſa petat ventriculos cerebri, & præſertim poſteriorem, affectum ſoporoſum parit. Quod ſi vapores illi melancholici ad coxas deferuntur, coxendicos afferunt dolores. Rurſus ſi materia illa vaporoſa cum pituita ſalſa commixta ad gingiuas deſcendit, cariem dentium, dolorem, oriſq; fœtorem generat. Si ad corporis totius ambitũ, maciem. *Locus generationis melancholiæ.* Hanc vero materiam melancholicam in epate generari non eſt dubitandũ, ob illius inſignem caliditatem, vi cuius etiam fit, vt ventriculus labem aliquam patiatur, cum citius iuſto chylus imperfectus attrahatur, & quoniam continuo vapores melancholici, & eorum minera, capiti ſubminiſtrantur, fieri no poteſt ob illorum præſentiam, quin cerebrum non ſit refrigeratum & exſiccatum; quemadmodum etiam ſymptomata propoſita ſignificare videntur. Cuius frigiditatis cauſa vix fieri poteſt, quin etiam materia aliqua pituitoſa; exigua tamen generetur; quæ, quamuis ſuapte natura frigida ſit; fieri tamen poteſt, vt ſalſedinem aliquam acquirat, & humor ille melancholicus aliqua ex parte aduratur, vt non ſit mirandum, ſi gingiuæ erodantur, ſi gracileſcat corpus, & ſcabies illa ambitum totius corporis occupet.

Indicatio. Quibus ſic propoſitis, totius curationis ratio in hoc vno poſita eſſe videtur, vt materia tum pituitoſa, tum melancholica euacuetur, & abſumatur, vel iecur refrigeretur, caput calefiat & humectetur. Ventriculus roboretur, & vniuerſus totius corporis ambitus attemperetur: ita tamen, vt virtus totius corporis & partium conſeruetur. *Prognoſticon.* Quod vt conſequamur, vix fieri poſſe arbitror: cum hæc mala altiores iam radices egerint. Verum cum ex leuioribus medicamentis inſignem vtilitatem ſuſceperit, ſperandum eſt, ſi eam præſtabit obedientiam, quam tantorum malorum natura poſtulat, fore vt in meliorem ſtatum deducatur. Quare non ſine remediis eſt relinquenda. Et quoniam ob maximam vim frigoris medicatio grauis eſt, hoc tempore non eſt inſtituenda; ob id, vt in proximum ver, vitam, quo minori poteſt fieri incommodo, traducere valeat, optimum fore iudicamus, vt ſingulis quindecim diebus aſſumat ſyrupum de polypodio, *Syrupus de polypodio.*

dio, deinde vtatur ſcrupulo vno Theriacæ non admodum antiquę, idq; matutino tempore: Interdum vero nonnihil mell. rnſ. ſol. vt modo vno, modo altero medicamento vtatur, atque ſibi victus rationem inſtituat, quæ vim habeat refrigerãdi & humectaodi, qualem inferius breuiter deſcribemus, ita tamen, vt à vino peoitus vel abſtineat, vel ſi vino vtatur, ſit pauciferum, vel in exigua admodum quantitate, cum non ſit dubitaodum ex potione meri omnia fere mala contigiſſe. At proximo vere, ſi DEVS dabit, abſoluta curatio erit inſtituenda. Atque vt de rebus chirurgicis primo loquamur, quo ad ſanguinis miſſionem, videndum erit, numquid menſes fluant necne? Nam ſi

Vena ſectio.

fluxerint, vena communis cubiti dextri procul à menſibus erit aperienda. Sin minus, prope menſes vena pedis erit ſecanda, dummodo nihil adſit, quod impediat, & ſanguis in ea quantitate euacuabitur, quam virtus ſuſtinebit, cuius robur ex temperatura, aëre, & his cognatis, noo erit difficile cogooſcere. Ad materiam vero à capite deriuandam, laudatur fonticulus in brachio ſiniſtro. Ad reuellendam vero à iecioore, probatur alter in crure dextro, in parte interiori, dummodo nihil adſit, quod impediat. Ad idem præſtaot frictiones partium inferiorum. Verum quia tuto hæc adminiſtrari non poſſunt, niſi corpus vniuerſum prius expurgetur: propterea laudamus, vt leniatur prius aluus, vel

Aluum lenientia.

cum melle roſat. ſolut. vel cũ ſyrupo de polypodio, vel electuario lenitiuo. Dein

Præparatio materiæ.

præparetur materia cum ſyrupo de ſuccn borrag. de ſoncho, de pomis ſimplici, & ſimilibus, quorum dilutum ſit brodium cum malua borrag. & ſoncho alteratum. Vbi ma-

Euacuatio.

teria fuerit præparata, purgabitur corpus cum dilutn Epithymi, foliorum ſenæ, & modico rhabarbari, nec non Agarico trochiſcato, quibus addere licet ſyrupum de polypodio, & melle roſarum ſolut. in ea quantitate, quæ præſenti medico opportuna videbitur. Et ſi vnica purgatio noo ſufficit, iterum propoſitis alterantibus præparetur materia. Sed tertio quoq; die cum ſyrupo ſimplici permiſceatur aliquid ſyrupi de polypodio, vel de epithymo. Et propoſito iam purgante, vel conſimili prorſus corpus erit purgandum.

Errhina.

Corpore exquiſite purgato, caput errhinis purgabitur, iis tamen, quæ non habent vim admodum inſignem irritãdi facultatem expultricem, veluti ſunt ea, quæ vim tantum habent emolliẽdi, veluti eſt decoctum maluarum, altheæ, fœnugræci, in quibus etiam aliquid mannæ diſſoluere licet. Extrinſecus vero naſus oleo amygdalarum dulcium, vel butyro pluries in decocto maluarum diluto erit inungendus. Interim vero probamus, vt

Decoctum ſalſæ & chinæ.

aſſumat decoctum ſalſæ & chinæ, vt pro ſingulo ſyrupo doſis vtriuſq; medicamenti ſint drachmæ duæ, quæ quantitas augeri, minuive poterit, pront res ipſa poſtulabit. Decoctum autem parabitur, cum carne vel vitulina, vel caponum, vel perdicum, vel phaſianorum, vt carnis capiatur vncia vna pro ſingulo ſyrupo. Si virtus ſuſtinebit, bis in die aſſumas ſyrupum, ſin minus, ſemel tantum. Ita tamen, vt inter ſyrupum & cibum intercedat ſpacium ad minus trium horarũ, & parcius ſit prandium, quam cœna, ſi bis in die ſyrupum accipiet. Sin ſemel prandium ſit liberalius: Tum tamen non plenam, non tenuiſſimam; ſed tenuem, vel ſaltem mediocrem victus rationem laudamus.

Victus ratio in vſu ſalſæ obſeruanda.

Cibus autem ſit panis, non biſcoctus, ſed optime coctus & fermentatus, nec non amygdalæ dulces, & paſſulæ cum modico carnis, quæ propter maciem elixa probatur, quamuis toſta etiam aliquando conuenire videatur. Loco vini vtatur aqua ex recrementis illis parata, in quam guſtus gratia portio aliqua paſſularum exprimatur. Singulis decem diebus purgãs aliquod medicamentum aſſumat, & poſt primos decẽ dies, ante ſingulos ſyrupos deglutiat duas vel tres

Pillulæ ex ſalſa, china, craneo, & terebinthina.

pillulas, ex puluere chinæ, ſalſæ, & borraginis paratas, quibus ſi aliquid cranei humani, viſci quercini, terebinthinæ Cypriæ adiungas, non erit improbandum. Vel interdum terebinthina cum mndicn Theriacæ non antiquæ vtatur, & nunc hoc, nunc illo medicamento vti poterit. Hoc autem decoctum aſſumere poterit per triginta vel quadragiota, & plures dies, prnut neceſſitas poſtulabit. Poſtquam decoctum acceperit, ſi epilepſia non tentabitur, temporibus calidioribus. Summopere laudamus balneum

Embrocha ex oleis.

aquæ dulcis, nec non ſtillicidium ſuper ſuturam coronalem, ex oleo anethioo, maſtichino, & amygdalarum dulcium, vna cum vino albo non auſtero, in quo folia maluarum & radices altheæ per diem fuerint immacerata. Quod ſi epilepſia tentabitur, & à

A balneo in epilepſia abſtinendum.

balneo, & ab omnibus, quæ vim habeot laxandi, eſſet abſtinendum.

Præter hæc laudamus Conſeruam ex betnn. cum ſaccharo borraginato, quibus etiam, ſi prn ſingula vncia addatur drachma ſemis Theriacæ non antiquæ, & Conſetuæ, nonnihil ex floribus maluarum, non erit præter rationem. His tamen omnibus diligens ratio victus eſt adhibenda. Quare qun ad aërem, laudatur temperatus, qui tamen

Aer.

ad caliditatem potius, quam ad frigiditatem vergat. Quare ab omni aëris iniquitate caueat. Odores ſint ſuaues & iucundi, quibus

potiſſimum delectatur, calidi potius, quam frigidi: His enim ſpiritus animalis maxime oblectatur. Cibi vim habeant attenuandi, quare carnes optimæ ſunt eligendæ. Fercula ex pane contrito, ex ouis contuſis, ex carne contrita, & ſimilibus parentur. Si condiantur cum aromatibus, caute admodum eſt agendum, ne iecur incaleſcat, quod vt iudicamus, eſt fons & origo omnium malorum. Quanquam cordi quod aliquam frigiditatem contraxit, vi cuius quod eſt ſplendidum & luminoſum in ſpiritibus vitalibus, abſumitur, hincq; veluti opaci redduntur, non nocere videantur. Ex quibus ſi animalis non inſtauretur, mirum non eſt, ſi prauæ fiant imaginationes. Si acetario vtatur, Acetum enim neruis inimicum, non ſit admodum acre, vel illius acrimonia paſſulis retundatur. Cappares laudantur. Radices Cichureæ, Borrago, Bugloſſum, & id genus alia. Præterea legumina, fercula ex paſta, lacticinia, & quæ ex his parantur, ſalſa, acria, dulcia, nec non fructus omnes; præter piſtacea & amygdalas dulces reprobantur. A cibo laudamus puluerem Coriandri, vel diacydoniten, cum modico Sacharo & coriandro paratum. Somnus ſit conſueto longior, & ſi haberi non poteſt, veſperi in cœna vtatur panatella, cum multo lacte amygdalarum dulcium. Exercitium ſit moderatum ante cibum, à cibo quieſcat ac colloquiis familiaribus, & quibus potiſſimum delectari conſueuit, vitam traducat. Hæc ſunt, &c.

Cibi.

Somnus.

In dolore capitis, & aliis ſymptomatibus præter naturam, pro quadam Nobili fœmina.

D. ALBERTINI BOTTONI

CONSILIVM CCCXXIV.

CVm ſermo futurus ſit de cura doloris capitis antiqui & vehementis, cum vertigine & aurium tinnitu quandoq; coniuncti, in muliere temperamenti calidioris, & in ætate iuuenili conſtituta, ante omnia doloris huius eſſentia præmittenda eſt, quia ex hac omnis recte curandi ratio facile colligi poterit. Doloris autem propoſiti natura in eo conſiſtit, vt non ſolum forma illius: ſed etiam ſubiecta materia, & effectrix cauſa innoteſcat. Vt quantum ſit merito formæ, dolor ſymptoma eſt, in actione læſa ſenſus tactus. Ex parte vero ſubiectæ materiæ eſt ipſum caput, cuius partes quædam continentes ſunt, quædam contentæ. Merito continentium ſe habent cranium & pericranium: cranium cum oſſeum ſit, caret ſenſu tactus ac perinde etiam dolore. Pericranium vero etſi doloris ac voluptatis particeps eſſe poſſit, non tamen in hac muliere eſt locus affectus, primo quia ad compreſſionem digitis factam dolor augeretur, tum etiam, quia nec tam diuturnus, nec ita acutus eſſet.

Dolor quid.

Dolor itaque erit in capite, ſed ſecundum partes contentas atque tum oportet affici vel ſubſtantiam cerebri, vel membranas, quibus ſubſtantia cerebri contegitur. Subſtantia cerebri etſi motus ac ſenſus principium ſit, vtroque tamen deſtituitur, quare dolore non afficitur. Erit itaque ſubiectum doloris continens ipſum cerebrum, nempe membrana eius, dura inquam, vel pia mater. Partes enim iſtę, ratione, qua neruoſæ exquiſito ſenſu præditæ ſunt, vt ab obiecto diſproportionato & præter naturam, inſigni ac acuto dolore detineantur, qualis profecto habetur in hac patiente. Omitto, quod dolor ad oculorũ radices perueniens, clare nobis ſignificet, eum fieri ſecundum partes internas, & caput occupare modo ſecundum commiſſuram coronalem, modo etiam ſecundum latera vtraque ipſius capitis. Cauſa vero effectrix huius doloris, cum non ſit externa: ſed potius interna: hic certe alia eſſe non poteſt, quam ſolutio vnitatis, quæ tamen etiamſi immediata doloris cauſa habeatur, non tamen eſt ex vſu artis, quia per ſe non indicat auxilium iuuans: ſed ſolum ratione alterius cauſæ ſoluentis continuum, quę alia eſſe non poteſt, quam materia acris, mordax & tenuis, vt ex dolore acuto & mordicatiuo ac pungitiuo colligi poteſt, cuiuſmodi eſt ipſa bilis, quæ ſiue propriam ſpeciem humoris ſeruet, ſiue in flatum, ac vapores attollatur, ſemper talem doloris formam producere conſueuit.

Subiectū doloris caput. in membranis.

Cauſa doloris.

Peccat autem hæc materia, copia, qualitate & motu. Copiam nobis ſignificat doloris diuturnitas, cum nedum per mẽſes, ſed annos etiam plures dolor iſte vrgeat. Qualitas peccans eſt prima & ſecunda. Prima, quia materia eſt calidior, ſecunda quia tenuior & acrior. Hinc fit, vt dolor intenſior & acutus etiã ſit, qualis certe producitur vel à ſalſa pituita, vel à flaua bile, vel atra. Putandũ tamen eſt, hũc dolorem fieri à bile potius, quã ab aliis humoribus, vt ex ſpecie doloris, & aliis dicendis colligi poteſt. Eadem materia, quod non ſolũ peccet quantitate & qualitate: ſed etiam motu, manifeſtũ eſt, quia bilis quę in corpore generatur & à natura patitur regulariter recipitur in veſica fellea, hinc deinde ad inteſtina trãſmittit̃. Quę ſi alia loca occupa-

Materia peccans copia.

Qualitate.

Motu.

occupauerit, & petierit tales partes, non niſi moleſtiam afferre poteſt. Sic contingit in hac muliere, quæ tanto dolore capitis afficitur, quia bilis relicto proprio loco ad alium incongruum importune mouetur, capitisq; dolorem ita inſignem producit.

Eſſentia huius doloris.

Fit ergo hic dolor à materia bilioſa, flatulenta & corpulenta, peccanre in quanto, quali, & motu, ac caput occupante ſecundum membranas eius, non ſolum ſecundum partem ſuperiorem, ſed etiam lateraſes. Cæterum expendendum etiam eſt, vbi generetur hæc materia, an videlicet in capite vel alibi, & ſi alibi, an ratione totius, vel partis determinatæ. Quoad caput, ſatis conſtat in eo generari non poſſe, imo nec in toto corpore: ſed ſolum in ipſo epate, quod vt cæterorum humorum omnium eſt officina: ita etiam ipſius bilis erit autor.

Epar calidius & ſiccius.

Quæ dum præter naturam calidior producitur, non niſi calidioris & ſiccioris epatis intemperiem comitari poteſt, cui ſi cor etiam conſentiat, neceſſario trahitur in conſenſum quoque totum corpus, vt non immerito in ſcriptura habeatur, hanc mulierem habere epar calidius, & totum etiam corporis habitum calidiorem obtinere: inde ſanguis tenuior, calidior, ac bilioſior ortum habuit, inde rubedo corporis, copioſior fluxus ſanguinis, præſertim in adoleſcẽtia. Per vterum vero ſtatutis temporibus non ſolum menſes prompte effluunt: verum etiã mordaciores, inde vrina colorata, caloris ſenſatio, & facilis accenſio apparet.

Menſes acriores.

Denique à cauſis calefacientibus læſionem, à refrigerantibus vero iuuamentum illa percipit. Humor deinde iſte calidior dum in caput fertur, ſua acrimonia & mordacitate duras membranas cerebri mordicando & pungendo lædit, atq; ita cauſat dictum dolorem. Fluit autem humor iſte in caput, tum quia ab epate tranſmittitur, tum quia à capite attrahitur.

Pars tranſmittens.

Tranſmittit epar, quia eſt robuſtũ, ſuſcipit caput, quia imbecille. Eſt autem tale, quia intemperatum. Detinetur autem calidiore intemperie, vt colligitur ex colore faciei rubro, ex venarum latitudine circa frontẽ & oculos, & fluxu copioſiore & frequenti ſanguinis nariũ, ex læſione calidiorũ, & iuuamento frigidorum.

Pars recipiens.

Ex hac ipſa calidiore intemperie capitis fit, vt etiam attrahat vapores à ſubiectis partibus, imo non ſolum attrahat per hunc calorem, verũ etiam per dolorem, quo aſſidue fere detinetur.

Sibilus aurium.

A quibus iiſdem vaporibus petentibus & occupantibus ſenſorium auditus, naſcitur aurium tinnitus atq; ſibilus, imo ex eorum permiſtione cum ſpiritibus animalibus ipſius cerebri, & eorum inordinata commotione, fit tum vertigo, tum capitis illa motio deprauata & violenta.

Vertigo.

His ita conſtitutis deſcendo ad curationem, eamque dogmaticam, ac perinde ad auxiliorũ inuentionem & eorundem rectã adminiſtrationẽ.

Indicationes.

Dolor itaq; capitis ratione, qua ſymptoma nihil per ſe indicat, ſed ſolũ ratione ſuæ cauſæ, quæ cum ſit materia tum vaporoſa, tum corpulenta, ex parte vaporis indicatur auxilium diſcutiens, ex parte mineræ, cum ſit bilis quæ peccat in quanto, quali, & motu. Vt peccat in quanto, indicat auxilium euacuans, vt qualitate, auxiliũ alterans in contrarium, vt motu, auxilium auertens. Quæ materia ſi conſideretur, vt generatur, cum generetur in epate calidiore & ſicciore, indicabit auxilium refrigerans & humectans.

Prognoſticon.

Quos ſcopos aſſequi admodũ difficile exiſtimo. Nam propoſiti affectus ſunt valde cõfirmati cum per quadriennium laboret. Accedit quod multa remedia, & ea generoſa fuere adhibita: nunquam tamen eſt reſtitura. Quia tamen dolor iſte nõ eſt natiuus & hæreditarius, ſed aſcititius, nec eſt diſſentiens à temperamento patientis, ætate, & aliis, ideo ſalutis ſpe cõcepta ad materias auxiliorum deſcendo.

Chirurgica auxilia.

In primis quod ad materias chirurgiæ attinet, ante omnia vena eſt ſecãda, tam vt eſt materia auxilii vacuantis ſanguinem, indicati ab illius copia, quam nobis ſignificat venarum latitudo, rubedo faciei, & reliqua; tum etiam vt eſt materia auxilii refrigerantis. Habemus enim non ſolum caput calidius, verum etiam iecur, imo totum corpus.

Vena ſectio.

Locus autem erit vena cubiti dextri lateris, quæ baſilica dicitur.

Quantitas ſit menſurata & limitata à mutatione ſanguinis, & à virtutis tolerantia. Tempus opportunum erit poſt lenitam aluum, ſiue facta fuerit lenitio per clyſterem, ſiue medicamento per os exhibito.

Cucurbitula.

Non ſolum puto ſufficere hanc vnicam ſanguinis euacuationẽ: ſed oportere etiam per interualla eandem repetere, quæ dum fit, ea ratione facienda erit, vt per illã in primis ſanguis euacuetur à capite partim reuellendo, partim deriuando, vt ſi ſpatulis affigantur cucurbitulę, vel etiam bracchiis: Sed in ſuprema parte eorum ſecundum quam alligantur ſpatulis.

Hirudines.

Deinde applicentur hirudines, & primo poſt auros, ac vrgente dolore maioris deriuationis gratia, vtriſque etiam naribus, & præſertim cum talis euacuatio ſanguinis per nares ſibi fuerit in adoleſcentia conſueta, copioſa, & frequens. Quibus ſi non cederet hic dolor, tandem ego veſicatoria circa pericranium, & ſecundum diuerſas eius partes admouerem. Quæ ta-

Veſicatoria.

men, cum nec ſemper, nec diu geſtari poſſint, vellem pro debellando tam pertinaci dolore deuenire etiam ad alia duo cauteria, quorum alterum in brachio ſiniſtro, alterum in tibia dextra affigeretur, ad quas materias auxiliorũ non eſt deueniendum inter initia: ſed in progreſſu euacuationis, ita vt corpus totum & caput etiam ſit diligenter expurgatum eum medicamentis proxime dieendis.

Cauteria.

Ligatura & frictiones.

Et vt prius me expediam à materiis chirurgicis, probo etiam, vt diuerſionis gratia adhibeantur ligaturæ, etiam doloroſæ in tibiis ac pedibus. Frictiones etiam paratæ & factæ cum aſperioribus linteis incipiendo à genibus, & deorſum trahendo vſq; ad plantas pedum, deinde vero coxis etiam adhiberi poterunt, & dorſo & brachiis. His accedunt etiam lotiones pedum & tibiarum, parenturq; cnm lixiuio moderato, vel aqua etiam, in qua decoquantur folia betæ, ſtœchad. ſaluiæ, flores chamæmeli, anethi, & ſimilia.

Medicamenta.

Quantum ad materias pharmaceuticas, & primo vt reſpiciat corpus vniuerſum aluus in primis leniẽda erit, cum caſſia & pulpa tamarindorum, iuxta hanc formam:

Lenitiuum.

℞. Flor. Caſſiæ ℥j. ß.
Pulp. tamarind. ʒ ij. cum ſacch.
Fiat bolus. Capiat hunc ante cibum.

Præparatio materiæ.

Euacuantia.

Præparanda eſt materia, cum ſyrupo de eichor. ſimpl. roſat. recent. viol. & alus cichoraceis. Purgari deinde poterit corpus cum rhabarb. potiſſimum cum ſyrup. roſat. ſolut. cum manna, & his lenioribus.

Progreſſu autem temporis præbere poterimus etiam pillulas aureas, cochias præparatas, de tribus cum rhabarb. & ſimiles. Imo non eſſem contentus vnica purgatione; ſed per annum integrum vellem, vt ipſa vteretur ſingulis menſibus aliqua purgatione, ac præſertim in vltima quadratura Lunæ, quo tempore ipſa ſolet peius habere, vt ſi illa caperet ſub initium dictæ quadraturæ ʒj. ß pillul. de tribus cum rhabarb. per horas quinq; ante cibum.

Menſtrua euacuatio.

Errhina.

Poſt totius corporis purgationem, caput quoq; erit euacuandum tum per nares, tum per os. Per nares cum ſucco betæ, Mercurial. ſaluiæ, maioran. cum decocto agarici, & ſimillium, atq; vt materia facilius è naribus educatur, prius naſus vngatur intus & extra cum oleo amygdal. dulc. Per os vero vti poterit hyemis tempore maſtiche, z... zib. pyrethro, ac ſimilibus. Æſtate autem in ore teneat de ſequenti liquore:

Maſticatoria.

Apophlegmatiſmus.

℞. Coriandr præparati ℥ ij.
Paſſularum dulc. ℥ iij.
Contundantur ſimul: Deinde
℞. Aceti albi ℥ vllj.

Miſc. fiat decoctio, & facta diligenti expreſſione ſeruetur pro dicta purgatione, ſæpius illam iteret expuendo per integram horam. Hoc ipſo tempore pro contemperando epatis calore, capitis & totius corporis, probo vt vtatur ſero caprino ſecundum Dioſcoridem, permixto alternis diebus modo, cum ℥j. ſyrup. roſat. ſolut. vel tantundem mannæ electæ, modo cum ℥ iij. ſeminum melonum. Maxime etiam probo, vt poſt vſum dicti ſeri per plures dies capiat ſingulo mane ptiſanam hordeaceam.

Serum caprillum.

Epithemata.

Exterius vero circa epar, vteret epithemate parato ex ſucco vel decocto eichor. endiu: epaticæ, & aliorum eius generis, permiſcendo ad maiorem penetrationem ſuccum citri, vel portionem aliquam aceti. Poſt epithemata vngatur eius regio ol. roſ. cnm vnguento roſar. aut ſantalinn. Merito autem capitis vti poterimus aliqno ſtillicidio in commiſſura coronali, vel lotione, quæ paratur ex aqua alterata cum malua, florib. violar. nenuph. lactuca, & ad aliquod robur præſtandum adderentur roſæ, & pro vaporibus repellendis applicare poterimus commiſſuræ coronali oxyrrhodinum. Victus non ſit plenior nec tenuior, ſed medioeritatem ſeruet, ſitq; boni ſucci, & facilis coctionis, vt caro vitulina, pulli perdicum, phaſiani, turdi, merulæ, & ſimilia. A cibis ſalitis, vel cum aromatibus conditis canendum erit. Potus vel ſit aqua præparata cum coriandro, vel cum aniſo, & ſi ventriculi aliqua imbecillitas prohibuerit talem potum, vti poterit vino, ſed paucifero & oligophoro, quod caput minime repleat, & cœna ſit parcior prandio.

Stillicidium ſupra ſuturam coronalem.

Diæta.

A ſomno meridiano, & ſtatim à cibo caueat; nocturnus autem commendatur ſemper. Procuret ſibi aluum lubricam, vt ſi fieri poſſit, ſemel in die deiiciat, quandoque vtendo quoq; mollioribus elyſteribus.

Exercitium moderatum ante cibum conferet, præſertim per loca plana & amœna. Solicita deniq; ſit, vt omnes animi hilaritates ſibi comparet.

In comate, paralyſi, & apoplexia, pro quadam Nobili fœmina,

D. GVLIELMI RONDELETII

CONSILIVM CCCXXV.

Pillula.

℞. Maſſæ pillul. cochiar. ℈ ij.
Caſtorei ℈ j.
Trochiſcor. Alhandali gr. iij.
Cum oxymelle ſcillitico. Fiant pill. vuj. quas capiat hora xj. iiſq; ſuperdormiat.

℞. Rad.

Decoctum longum.

℞.Rad.gra.Ruſci.
Aſparag.an.℥j.ß.
Rad.liquirit.
Acetoſæ.
Cichorii.
Buglo ſſæ an.℥j.
Iridis Venetæ.
Galangæ craſſæ an.℥ß.
Cortic.citri ſiccor.
Betonicæ.
Meliſſæ.
Hyſſopi.
Maioranæ.
Chamæpithios.
Origani.
Calamenthi.
Saluiæ minutæ an.m.j.
Cichorii.
Endiuiæ.
Agrimoniæ.
Capillor.Vener.
Adianti.
Polytrichi an.m.ij.
Caricar.pingu.part.x.
Paſſular.mundatar.
Tamarindor.elector.an.℥j.
Radic.pæoniæ ℥ß.
Sem.eiuſdem ʒiij.
Sem. fœniculi.
Seſeleos an.ʒij.
Sem.Dauci ʒj.
Flor.cordial.p.j.
Stœchad.
Saluiæ.
Sambuci.
Geniſtæ an.p ß.
Agarici recent.in panno ligati ʒvj.

Fiat decoctio in ſ.q. aquæ. Cape de colatura ℔.j.&ß.In qua diſſolue ſacchari albiſſimi q.ſ. Oxymelit.ſimpl.
Syrup.capillor.Vener.an.℥iij.
Puluer.diarrhod.Abbat.ʒij.
Nucis moſchatæ ʒj.
Zinzib.ʒß.

Fiat apozema clarificatũ & aromatiſatum, de quo capiat ſingulis matutinis ℥vj.

Vnguentũ.

℞.Caſtorei recent.ʒij.
Cineris propriorum capillor.ʒj.

Diſſolue oxyrrhodino, deducantur ad formam vnguenti, quo vngatur capitis pars raſa.

Masticatorium.

℞.Radic.pyrethri cocti in oxymel.q.ſ. maſticetur parum ter vel quater quotidie longe à paſtu.

℞.Theriacæ veteris ʒij.
Caſtorei ℈ij.
Succi maioranæ parum.
Miſce,illinatur palatum.

℞.Maioranæ.
Serpilli.
Hyſſopi.
Pulegii.
Calamenthi an.m.j.
Flor.ſtœchad.p.ij.
Sem.rutæ ʒiij.
Fœniculi ℥j.

Fiat decoctio, cuius vaporem excipiat naribus.

Electuariũ post cibum præſtantiſſimum.

℞.Conſer.Roſarum antiquæ ℥j.
Carnis cytoniorum conditor. ſaccharo,& lotor. aqua roſacea ʒvj.
Puluer.Diacytonii ſine ſpeciebus ʒiij.
Coralli rubri, vſti,& loti aqua roſacea.
Sem.coriandri diligenter præparati an.ij.
Sacchar.roſati tabulati q.ſ.

Fiat mixtura, de qua capiat poſt paſtum cochlear vnum. A vino abſtineat tum propter fumos, quos ad caput tranſmittat, tum etiam ratione febris.

In paralyſi dextri lateris, cum ſpaſmo & tremore, pro quadam honeſta Matrona,

D. Casp. Hoffmanni

Consilivm CCCXXVI.

De filiæ aduerſa valetudine vehementer doleo, & præſertim de hoc, quod malum tam multiplex & contumax eſt. Nam dextrum latus quodammodo reſolutum eſſe ſcribitur, cum in ea parte nec pedi inſiſtere, nec brachio vti poſſit, atteſtante quoque capitis medietate dextra: deinde fomes præcipuus mali eſt vterus, qui in dextrum latus ſe inclinauit, eſtq; durus, premens ſemur, & interdum ſe commouens, ac tempeſtatem miſerabilem excitans, quæ tandem in ſpaſmum epilepſiæ ſimilem deſinit. Afficitur ab his malis cor, vt ſubinde refocillandum ſit. Satis erat malorum, niſi etiam ſiniſtræ partis tremor accederet, & grauia illa ſymptomata, tam extra paroxyſmũ, quam in ſpaſmo etiam, quæ in cor & caput redundant. Ego ſane, quantum ex iis, quæ ſcribuntur, colligere poſſum: video propinquam morbi cauſam in capite & ſpinali medulla conſiſtere, à quibus prodeunt nerui, qui manus & pedes regunt. Remotiorem vero in vtero, quæ, vbi ſe commouet, affliguntur cor, caput, renes, extrema, &c. Prodit autem ab his fomitibus, vel vapor mordax, vel materia inimica & veneſica,

Cauſa mali.

quæ primũ membra principalia infeſtat, poſtea cum ad ventriculos cerebri peruenit, contrahit ſe cerebrum exturbandi illius noxii cauſa, atque ſic etiam concutiuntur & contrahuntur nerui. Quid agendum videatur ſignificabo breuiter & diſtincte, quanquam ad multa me conſiderationem vertere oportet. Primum ſi curari hoc malum debet, neceſſe eſt vt auferatur cauſa, nempe materia illa, vnde fouetur morbus. Vt autem aliquod fieret curationis initiũ, miſi illi proxime pillulas: (nam citius commode fieri non potuit) vt iis aſſumptis minueretur materia. Has vſurpatas eſſe, & ipſas quoque ſuo officio functas lubenter cognoui. Et conſulo etiam vt denuo parentur. Nam nullum præſentius in hoc morbo remediũ eſt, quàm euacuationibus vti lenibus & crebris. Sed quia hic materia contumax & rebellis eſt, neceſſe eſt, aliqua fiat materiæ præparatio, quo facilius à purgante medicamento trahi & educi poſſit. Proinde digeſtiuum (vt vocant) parandum erit, nempe potio, quæ materiam illam in capite & ventro attenuet & molliat. In quem vſum conſcripſi herbas & radices ſignatas litera A. vt primum media pars coquatur aqua, ad te tiæ partis conſumpt. deinde vbi decoctum colatum & expreſſum fuerit, addi aliquid de ſyrupo poteſt, quem nomino *Seſſ.* B Exempli gratia: ℞. decocti ℥ iij. ß. ſyrup. ʒ j. Miſc. f. hauſtus. (Pharmacopola hæc omnia melius parare poterit, cum materia potionis, nempe A. B. mittatur)

Scopi curationis.

Digeſtiui.

Herba pro decocto in paralyſi.

℞. Herb. primulæ veris m. j.
betonic.
meliſſ.
chamædr. veræ.
ceterach. an. m. ß.
Rad. fœnicul. ʒ v.
calam. aromatic.
Radic. pæoniæ.
Irid. Illyr. an. ʒ iij.
Cortic. rad fraxin.
cappar. an. ʒ ij.
Sem. fœnicul.
aniſ.
citri.
card. bened. an. ʒ ß.
Fl. ſtœchad. ʒ j. ß.
cichorii p. ij.
Paſſul. enucleat ℥ j.
Caricar. ping. inciſ. nu. vj.
Conquaſſata dentur in charta. A.
℞. Syr. de ſtœchad.
de betonic. an. ℥ j. ß.
Oxymel. ſimpl.
Scillitic. an. ℥ ß.
Miſc. ſignetur *Seſſ.* B.

De hac potione bibat mane calide talem hauſtum quotidie, donec aliquid de potione reliquum fuerit. Ac tum redeat ad pillulas, quæ materiam ſic præparatam, vnde oportet, educent. Altera pars herbarum & ſyrupi reſeruetur, vt poſt aliquot dies ſimiliter vſurpentur. Nam hoc contumax malum non facile ſe abigi patitur, præſertim cum materia vehementer membris impacta eſt. Ideo autem potionem iam paratam mittere nolui, ne ius eius periret in itinere à frigore & concuſſione, aut ne ſitum contraheret. Pillulas paulo fortiores redditas notaui litera C. ac totidem, quot antea paraui. Nolim autem eam obrui vſurpãdi frequentia, ſed habenda eſt etiam virium ratio, & iuxta has moderandum eſt tempus vſurpationis:

℞. Maſſæ pill. de hiera cum agaric. ℈ ij.
ſine quibus.
fœtidar. an. ʒ ß.
cochiar. ʒ j.
f. cum aq. ſaluiæ pill. nu. xx. C.

Pillulæ.

Hactenus de ratione auferẽdi materiam per præparationem & purgationem. Sequitur nunc quid præterea agẽdum. Laborant hic primum ventriculus, vt indicat deiecta appetentia, & caput ob conuulſionem. Itaq; opus eſt in his partibus corroboratione, exiccatione, materiæ veneficæ repreſſione, & præſeruatione à conuulſione & epilepſia. In hunc vſum conſcripſi duo excellentia remedia, nempe, conditum, D. & puluerem, E.

Imbecillitas ventriculi.

Condita corroborantia cerebrum & ventriculum.

℞. Conſer. pæoniæ.
anthoſan. ℥ ß.
Betonic.
lauendulæ, an. ʒ ij.
bugloſſ. ʒ iij.
Mithrid. opt. ʒ j. ß.
Pul. ſem. card. bened.
fœnicul. an. ʒ ß.
Rad. pæoniæ ℈ ij.
Pul. fl. ſtœchad. ℈ ß.
Nucis conditæ ʒ j.
Calam. aromatic. cond. ʒ iij.
Zinzib. condit. ʒ vj.
Cortic. citri condit. ℥ ß.
Cinam. inciſ. ℈ j.
Inciſis conditis miſc. reliqua, f. conditum. D.

Puluis.

℞. Spec. Diaxyloal. ʒ j.
diamoſc. amar.
diagalang. an. ʒ ß.
Pul. viſci quercini.
Rad. pæoniæ an. ℈ iiij.
irid. Illyric.
galangæ.
calam. aromatic. an. ℈ ij.

Nucis

Nucis conditæ ℈j.
Lig. aloes ℈ß
Sacchar. albiſſ. ℥ß.
Pul. miſc. f. puluis. E.

De condito ſumat quantitate iuglandis mane. De puluere pondere vngarici, vel ſuper pane toſto, vel in pauca cereuiſia calida; Fiat hoc alternatim, & interdum etiam ſuſpendatur remediorum vſus, vt naturæ etiam ad ſe erigendam aliquid ſpacii relinquatur. Egregium etiam antidotum eſt mithridatium, ſi ſæpe vſurpetur, hoc modo, vt inde parentur tres pilulę, paulo maiores piſis, & mane degluttiantur. Conſumit id reliquias materię ſpaſmi, & calorem naturalem à vitioſa materia oppreſſum excitat Eam ob cauſam mittetur aliquid in pixide ſignatum F.

Natura interdũ quies concedenda. Mithridatium.

℞ Mithridat. opt. ʒ ij. F.

Spina reſoluta.

Sed ſuperſunt adhuc duo grauia. Spina enim medullaris in dextra parte quodammodo reſoluta eſt, cum nec pes, nec brachium ſit in officio, & tremor alterius lateris, ſignificat eiuſmodi imbecillitatem neruorum, vt alteri etiam ſiniſtræ parti metuẽdum ſit. Proinde vnguentum parui, G. quo inungenda eſt calide ſpinæ dextræ pars mane, quanquam etiam nonnihil ſiniſtra pars; ſed dextra, tamen præcipue, vbi maius malũ. Imponatur linteum calidum duplicatum:

Vnguentum in ſpina reſolutione.

℞. Ol. coſtini.
Lumbricor.
Maſtic. an. ℥j.
Vulpini ʒ ij.
Nardini ʒ ij.
Iuniperin. ʒ j.
Ammoniac. in vino diſſol. ʒ j.
Caſtorei ʒ ß.
Aq. vitæ rectificatæ ʒ j. ß.
Terebinthin. ʒ ij.
Ceræ ℥ß.
Miſc. f. ſ. a. linimentum. G.

Matrix grauata.

Poſtremo matricem apparet vehementer grauatam materia aliqua, ſiue ea flatulenta ſit, quę tendat, ſiue ex alia aliqua materia retẽta, quæ indurauerit. Ex hoc loco oritur illa impetuoſa tempeſtas, quæ totam viciniam, renes, cor. ventriculum, ac demum caput & latera exagitat. Ad hanc quietandam, emolliendam, diſcutiendam, emplaſtrum conſcripſi. H. quod mittitur in veſica, vt ſuper corium extendi, & ſindone obduci poſſit; pro magnitudine tumoris aut duritiei. Id pharmacopola apud vos, ſi ipſi non vultis, expedire poterit. Erit autem ſæpe & diu geſtandam, quia durities illa non patitur ſe protinus emolliri. Sed ſemper in his & aliis ſpectandæ ſunt & vires, & impreſſio medicamenti, & interdum vbi nimis creber vſus moleſtus eſſe, aut etiam incommodi aliquid adferre cœperit, deſiſtendum aliquantiſper ab vſu:

℞. Emplaſtri matricalis.
de melilot. an. ℥ ij. Miſc. H.

Proderit etiam frequenter odorari caſtoreum, tam vteri quam cerebri cauſa. Atque hæc de filiæ, morbo quem dominus IESVS procul abſcedere iubeat, ipſamque, vt paralyticum in Euangelio, ad neruorum integritatem perducat. Francofurti, 13. Februar. anno 1579.

In conuulſione flatulenta, pro honeſta quam Matrona grauida,

D. CASP. HOFFMANNI.

CONSILIVM CCCXXVII.

FOEMINA iſta mihi videtur laborare cõuulſione flatulenta, quæ *σπασμὸς φυσώδης* dicitur. Ea eſt inuoluntaria neruorum, muſculorumq; verſus originem ſuam (hoc eſt, cerebrum) contractio, qua crura vel extenduntur, vel in ſe contrahuntur, confluentib. ad neruorum propagines vaporibus craſſis & lentis. Fuit fortaſſe in ipſius corpore longo iam tempore malorum humorum collectio & congeſtio, qui nunc ad commotionẽ nacti ſunt aliquod incitamentum, poſtquã grauida eſſe cœpit. Quæritur quid agendum? Dicam de ſingulis ordine. Primo euacuationi hic locus nullus eſt, quia grauida. Conſulendum igitur ante omnia capiti, vt fons eſt conuulſionis. Conſcripſi igitur ad cerebri, & fœtus quoq; corroborationem conditum ſapidum A. de quo vtatur mane quantitate caſtaneæ, vel iuglandis, circa horam ſeptimam. Id caput optime roborabit, & morbum arcebit:

Conuulſio flatulenta.

Grauida nõ euacuanda.

Electuariũ pro cerebri & fœtus in vtero corroborratione.

℞. Conſer. fl. pæon.
anthos.
betonic.
Bugloſſ. an. ʒ iij.
roſar. ℥ß.
Rad. Bugloſſ. condit.
Chebul. condit. an. ʒ v.
Nucis conditæ indicæ conditæ ʒ ij.
Calam. arom. condit.
Citri condit. an. ʒ iij.
Sp. dianthos.
Sem. pæoniæ an. ℈j.
Macis incil. ℈ß.
Cinam. incil. ℈j.
Inciſis conditis f. cum ſyrup. de ſtœchad. conditum. A.

In eum quoq; vſum vti poterit ſucco B. qui in primis vtilis in hoc affectu, vt mane duo cochlearia ſumantur vna aut altera hora an-

te cibi ſumptionem. Poterit vel alternis diebus vel ſucceſſiue his duobus vti. †. Deinde habenda eſt quoque ventriculi ratio, ne quid inde noxii euaporet in caput,&hoc malum excitet, in quem finem parari poſſet ſacculus ſtomachalis C. & mane calidus ventriculo imponi calefactus ſuper latere feruente conſperſo aqua abſinthii hora vna ante cibi ſumptionem. Nam cum cibi ſumendi tempus eſt, auferre ſacculum oportet: *Sacculus ſtomachalis.*

Syrupus cerebrum & ſumtum corroborans.

†℞.Syr de ſtœchad.℥ ij.
Aq.cinamom.ʒ vj.
Miſc.Signetur *Saff.* B.†.

Sacculus ſtomachalis.

℞.Fol betonic.
menthæ criſpæ.
abſinthii.
origani an.m.j.
roſar.rub.m.ß.
Galangæ.
Calam.aromar.an.ʒ.ij.
Pul.Maſticb.ʒ j.ß.
Corall.rub.ʒ j.
Sem.cymin.ʒ j.ß.
Ex conquaſſatis f. ſacculus ſtomachalis.C.

Quod vero ad ipſum morbum præſentem, ſeu paroxyſmum attinet,ſcripſi vnguentum D/ quo calide inungenda eſt crux & flexura ſub genu,aut ſi quæ alia loca tendi animaduertuntur. Id fiet rarius aut frequentius pro animaduerſo innuctionis effectu. Bene fecit aliis in ſimili caſu. Et hæc omnia talia ſunt, vt nullus periculi metus quo ad ipſam & fœtum ſubſit:

Vnguentum expertum.

℞.Ol.lumbricorum ʒ vj.
amygd.dulc.
Lini an.ʒ iij.
Vnguenti dialtheæ ʒ j.
Medullæ crurum vitul.
Seui hircin.an.ʒ j.ß.
Rad.Althex.
Pul.agrimon.
· lumbricor.an ℈ j.
Ceræ q.ſ.
f.vnguentum.D.

Subiiciam adhuc facile parabilia,ſed expertaſi matricaria herba floribus chamomillæ ſimilis, odore non prorſus ingrato, tundatur, vt fiat ſucculenta, & imponatur ceruici, egregium eſt in hoc morbo experimentum. Poſſet abituræ cubitum imponi, vt circumuoluto ceruicali arceretur frigus. Interdum poſſet ceruici imponi verbena, vel ſola, vel cum matricaria, vel inter duo linteola ligata, vel ſacculo inſerta. Hæc profutura illi non parum, exiſtimo, quæ profecto exaraui in ſumma otii penuria. Et porro ſi quid opus erit, officium, operam, ſtudium meum, quãtum à me fieri poteſt, polliceor. *Experiſta.*

Francofurti,10.Sept.an.1578.

Poſt ſcriptum.

Medicamenta tranſmiſſa tutiſſima ſunt. Nam grauidis multa adhibere nõ caret periculo. Ac ſi vſus horum nunc non erit, non propterea peribunt hæc remedia, ſed reſeruentur. Erunt enim ad confortandum vtilia. Moneo nunc in omnem euentum de quibuſdam ſi acciderent. Si quid ſpaſmatici videretur adeſſe, collum oleis his inungi poteſt, quæ in veſtro pharmacopolio habentur: *In ſpaſmo.*

℞.Ol.amygd.dulc.
Lilior.alb.
Chamomill.
Anethini an.ʒ j.Miſc.

Si quid epileptici, conteratur digitis ruta, hyſſopus, vt odoretur. Si ſucculenta non ſunt, poſſunt humectari pauco aceto. Odorari etiam caſtoreum vtile eſt. Ad ſuffocationem matricis quid agendum ſit ſcripſi antea. Hoc quod ſequitur, Infantes recens natos ab epilepſia præſeruare ſolet. Antequam infanti primum lac datur, terantur aliquot amygdalæ cum lacte muliebri, inſpergitur paululum ſacchari, & exprimuntur omnia per linteolum mundum, ita fit ſuccus inſtar lactis, qui in cochleari ſtatim ab initio datur, antequam quicquam alterius lactis ſumat. Hæc inſuper nunc in mentem venerunt. Oro autem Deum vt feliciſſime pariat, nec quicquam remediorum vſurpare cogatur. *In epilepſia.* *Pro infantibus epilepſia.*

In catarrho, vna cum aduſtis,& ſalſis humoribus, pro quadam Generoſa Domina,

D. Ioan. Cratonis
CONSILIVM CCCXXVIII.

NOBILISSIMA Domina abundat multis crudis,aduſtis etiam,&ſalſis humoribus, qui partim recta victus ratione quoad non corrupti, contemperandi ſunt, partim expurgandi.

Recta victus ratio conſiſtit in fuga earum rerum, quæ humores vitioſos generant, vt ſunt: piſces cocti cum butyro, omnia cocta in ſartagine, omnia fumo & ſale macerata, lacticinia, & quicquid eſt crudi, ſiue fructus, ſiue oleris. Lactuca quidem non omnino videtur obeſſe: ſed cum ſit fumoſa, & Nobiliſſima Domina fluxionibus, quæ à capite in ſcapulas decumbunt, & brachia quoque occupant, ſit obnoxia, eam quoque vitet, maxime autem cæpas, allium, carnem ſuillam, anſerinam, carpionum, anguillarum, *Victus ratio in catarrho ſalſo.*

larum, &piſcium, quid degunt in aquis limoſis. Bibat potum purum, & ſi non eſt ſatis defœcatus, imponat panem è ſiligine. Fugiat animi graues commotiones, triſtitias, curas, ſolicitudines anxias. Mane ante cibum bibat decoctum Meliſſæ & radicum Cichorei. Accipiatur autem herbæ pugillus vnus, & radicum mundatarum duo, ac in cyatho iuris gallinacei acris decoquatur, & hora, vna ante cibum ebibatur.

Bis in ſeptimana, hora vna ante cœnam de ſequentibus pillulis nouem accipiat, & cum cereuiſia deglutiat:

Pillulæ.

℞ Aloes cum ſucco Endi, ter imbut. ʒß.
Rhabarb electiſſimi puluer. & aqua Cinamomi aſperſi ʒij.
Agarici recens trochiſcati in oxymelite diſſoluti ʒj.
Maſtiches puluerif. ʒß.

Commiſceantur omnia probe & pro vna drachma reformentur pillulæ, nu. ix.

Hæ pillulæ moderate aluum mouebunt, & ſæpius repetitæ idem præſtabunt, quod vacuans medicamentum forte.

Vbi ter iſtas pillulas ſumpſerit, abſtineat ab vſu decocti Rad. cichorei & meliſſæ: locoque eius ſumat,

Syrup. de ſucco betonic. ʒj. ß.
Extract. calami aromatici.
Galangæ an. ℈ß. Miſce.

Quod ſi ventriculus eſſet debilior, interdum loco cereuiſiæ vinum purum & maturum bibat, & ventriculum iſto vnguento inungat mane cum lecto ſurgit, ac linteolo complicato ſtomachum tegat:

Oleum ſtomachale.

℞. Olei de Abſinthio ʒij.
Maſtichini.
Nardini an. ʒß.
Maſtiches puluerifat. ʒj.
Ol. Nucis Moſchat. ʒß.
Medullæ cruris vituli ʒj.
Miſce, fiat vnguentum.

Sacrificationes & appoſitiones cucurbitularum non negligat, & ſi quidem Vere & Autumno ſanguinem mittere conſueuit, mittat, &c.

In catarrho, ad pedes in primis, ob cerebri conſtitutionem calidam, & crudorum ciborum appetitum, pro ſereniſſima quadam Regina,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCCXXIX.

Etſi non dubitamus, quin ab excellentiſſimis Medicis, omnia ſecundum rationem in curatione valetudinis ſereniſſimæ Reginæ ſint facta, cum res ex ſententia ſucceſſerit: tamen cum iuſſi ſimus cogitare atque perſcribere ea, quæ ad præcautionem & curationem, ſi forte morbus recurreret, nobis idonea viderentur, ſubmiſſæ morem geſſimus. Itaque excellentiſſ. Doctores hæc in bonam partem, cum amor omnis ſit ſollicitus, accipient. Nihil autem mirum, ſi ſereniſſima Regina catarrhis ſit obnoxia, cum cerebri conſtitutio ſit calida & tanquam cucurbita, vt Hippocrates ait, ad ſe vapores & humores trahat. Deinde in hoc corpore maior, quam eſſe debebat, crudorum appetitus. Nihil hic de aeris & tota ratione victus, vitæque ſubita mutatione, quæ periculo vacare non poteſt, dicemus. Rectiſſime enim à Celſo noſtro eſt præceptum: paulatim aſſueſcendum, cum aliquid mutare volumus: ſed cum facta infecta reddi nequeant, ne deinceps errata magna præſidia valetudinis euertant cauendum, cumque veriſſima ſit Hippocratis ſententia: Tutiſſimam Medicinam eſſe, optatam victus rationem, quam & Celſus ita expreſſit inquiens: Optimum Medicamentum eſſe oportune cibum datum, vt ſereniſſima Regina in vniuerſa victus ratione ſit continens admonenda: & in primis ab iis abſtineat, quæ faciunt, vt non appetenter (quemadmodum præceptum Socratis eſt) appetamus. Abhorret ſereniſſima Regina à medicamentis, neque immerito: Itaque medicamentis ſit opus, abſtinentiam, & tempeſtiua atque moderata exercitia adhibeat, ac omnia quæ ad catarrhum faciunt, prouidentia accurata auertantur. Hæc vero præſcribere excellentiſſimis Medicis non ſuperuacaneum modo, verum plane ineptum eſt. Illud non reticendum, ſereniſſimam Reginam licet leuibus catarrhis interdum fuerit obnoxia, valetudine tamen minime aduerſa, vſum eſſe, ſemel paulo grauius catarrho laboraſſe cum febricula meminimus, ac tum quoque materiam decubuiſſe in pedes, & exulcerationem conſecutam: ſed minime graue fuit malum. Superiori anno cum aeris conſtitutio quaſi popularium morbum afferret ſereniſſima quoque Regina exanthemata habuit. Vixit deinde liberius, & crudis admodum prolixe eſt vſa. Itaque non mirum ſi in tanta humorum copia, natura quaſi ad omnes partes, & in pedes ſeſe exonerauit. Cauendum igitur, ſi pedes lædi nolumus, ne corpus multitudine humorum oneretur, atque ideo cibo detrahatur, & exercitiis aliquid addatur. De membrorum, quæ fluxionem ſuſcipiunt, alteratione & corroboratione, nihil quod moneamus, in mentem venit, præter hoc, ſuſpecta eſſe multa remedia topica, quod reprimentia fluxionem, in principio non videantur tuta, ac anodyna in varietate humorum & fluxionum diuerſitate incerta.

Calida conſtitutio: cerebri catarrhoſa.

Paulatim aſſueſcendum.

Victus ratio bona tut. ſſima medicina.

Reprimentia in principio fluxionis minus tuta, anodyna incerta.

Thema. Ferendum igitur, & tempus naturæ dandum, Thermarum vſum nondum arbitramur neceſſarium, & ſperamus abſtinentiam (quæ vt Celſus ait: ſola ſine periculo medetur) & temperantiam forte optimum præcautionis præſidium. Habet Sereniſſima Regina domeſticum exemplum, ſacratiſſimam Auguſtam matrem, quæ iam multis annis vinum non attigit. Plura non debemus addere: ſi forte res vacuationem corporis demum poſtularit, admoniti noſtram ſententiam (licet minime neceſſarium eſſe videatur) pro officio ſubiectionis debitæ libenter exponemus.

In hæmorrhagia narium, pro quadam Generoſa fœmina,

D. Ioan. Cratonis

Consilium CCCXXX.

Sangvinis fluxum conſecutum in hoc corpore malũ totius corporis habitum, mutationem coloris in virorem, totius corporis extenuationem, & curdis (vt Medico verbo vtar) concuſſionem ex ſcripto intelligo. Adeſſe inſuper ventriculi & hepatis dolorem. Ventriculi ceſſare, expurgata pituita per vomitum. Hepatis perſeuerare, & tunc præcipue grauem eſſe, cum ſanguinis fluor imminet. Inſignem etiam tibiarũ imbecillitatem conſequi. Hæc ſymptomata Medicus ad facultatem expulſiuam, & venarum in toto corpore tenuitatem & raritatem refert. At cum morbi ſint ſymptomatum cauſæ, neque vis expulſiua, & raritas venarum rationem morbi habeant, non video, cur ad iſta duo indicationes curatiuas referat. Paulo poſt vero contentiuam roborandam dicit, neque tamen quid ſit roborare, videt.

Roborare quid? Indicationes eius atque à quibus deſumenda. Eſt autem certe roborare, nihil aliud, quam iuſtam temperiem parti reſtituere. Hæc igitur eſt vera curandi indicatio, quæ ſemper ad morbum directa eſt. Cum autem temperamentum Generoſæ Dominæ in ſanitate conſtitutæ mihi ſit ignotum, neque quantitas lapſus perſpecta, ſane non video, quomodo recte vllus rationalis Medicus abſens conſilium date poſſit. Eſt in dextro hypochondrio dolor, & habemus axioma hoc: *Vbi dolor, ibi morbus*, hepar per ſe nõ dolet, quæ igitur pars vicina affecta videndum. *Vera ſymptomatum cauſa.* Porro hepar fons eſt & origo ſanguinis & venarum. Cum igitur & ſanguis ipſe (quod malus habitus, & extenuatio declarat) frigidior & feroſior, cum venarum tunicæ extenuatæ, & vis retentiua vel contentiua in iis debilis, hepatis intemperiei, & ſanguinis in primis ſubueniendum. Nam cum ſanguis minus feroſus fuerit, illius conſiſtentia venarum tunicas iuuabit. At fruſtra agimus de tunicarum raritate, niſi ſanguis ſuam commoderationem cõſequatur. Fruſtra etiam de illa, niſi hepar ad ſuam temperiem reducatur.

Hic igitur conſiſtimus, & quod reſolutione methodica vltimum eſt, primum in actione Medica eſſe oportere ſtatuamus. Qualis vero ſit intemperies hepatis, & quæ cauſa doloris, vtrum ab intemperie illa, vel alia cauſa, explicare mihi Medicum, cui ſigna multa in oculos incurrunt velim. Niſi enim de illa certi aliquid ſtatuamus, vero ſcopo, ad quem omnis cogitatio Medica directa eſſe debet, deſtituimur. Fateor, me exiſtimaſſe, ſolam copiam ſanguinis, & raritatem venarum narium, cauſam præbere, ideo ſanguinem minuendum eſſe recta victus ratione, & ſcarificatione monui. Ad hepar etiam, ne nimio plus ſanguinis generaret, reſpiciendum, & orificia venarum in narib. firmanda putaui. Sed nũc longe aliter rem ſe habere intelligo. Vt autem ſeſe habeat, diuinare ex iſto ſcripto nequeo. Ad medicamenta autem cum reſpicio, & plane diſſentanea video, ſane quid ſtatuere debeam non reperio. Ab hiera vero abſtinendum iudico. Rhabarbarum, & ſyrupum de cichoreo cum rhabarbaro probo. Oxymel & omnia acida, propter raritatem venarum nequaquam. Vſum ſacchari roſacei non aueríor. Magis tamen conditum florum cichorii, & diacydoniatum vtile futurum puto. De cæteris compoſitionibus nihil pronuncio, neq; quid de localibus, cum intemperiem perſpectam non habeam, ſtatuam ſcio. Carnem anguillarum cachecticæ præſcribere vix auſim. *Num caro anguillarũ recte cachecticæ præſcribatur.* Panatellam, & reliqua non improbo, & præcipuam curationis partem in recta victus ratione ſitam exiſtimo. Pro potu vinum rubrum Rhenanum, quod à pede anſerino nomen habet, commendo, atque in illius, atque carnium aſſatarum & contuſarum vſu magnam curationis ſpem pono. Vt vſtuletur chalybe ignito vinum, *Vinum chalybeatum improbatur.* non ſuperuacaneum tantum; ſed noxium maxime iudico. Hæc potui hoc tempore ad ſcriptum mihi propoſitum reſpondere, quæ vt à benigniſſimo Deo fortunentur, opto. Certe non reſpondiſſem quicquam, niſi maiorem rationem voluntatis Patronorum meorum quam Medici habuiſſem. Quid enim non explicata natura ægræ & morbi, vt par eſt, reſponderem?

In do-

In dolore dentium, pro quadam Nobili Matrona,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCCXXXI.

Euulſio dentis quid proſit.

EVVLSIO dentium non eſt vera odontalgiæ curatio. Sed quia hoc pacto materia ad effluxum reperit aditum, certo obſeruatum eſt, nō ſolum hos dentium dolores; ſed & diuturnos capitis dolores ſedatos. Verum ordinaria curatio eſt, vt Domina ſępe vtatur drachma vna pillularū Aſſaiareth duab. horis ante cibum, & cucurbitulas apponat in brachiis & ſcapulis, ac ad auriculas applicet hoc emplaſtrum:

Veſicatoriū. Radix hyoſcyami denti cauo imponenda.

℞. Fermenti ʒ ij.
Cantharid. ℈j.

Cum aceto extendatur in aluta inſtar nummi, & f. emplaſtra quinque. Humecta aceto, & pone aures applica, vel ſi cauus eſt, inſere hanc radicem:

℞. Hyoſcyami ʒ ij.

Eandem radicem coq; in acero, & aquæ roſarum, & foue decocto illo dentes. Poteſt & fieri decoctum meliſſæ, aut radicis tormentillæ. Item tenera germina quercus eodem modo coquuntur, & abluuntur eo dētes, quæ remedia DEVS bene fortunet.

In phthiſi, à catarrho, pro Matrona quadam Nobili,

D. Ioan. Sigismvndi

CONSILIVM CCCXXXII.

DILIGENTER affectum, vir Nobiliſſime, coniugis tuæ, matronæ honeſtiſſimæ perpendimus; quatuor vero præcipue elegimus remedia, per octo dies continuanda.

I. Electuarium iucundum, pectus blande detergens, tuſſim mitigans & euacuās, quod quatuor doſibus biduo ante cænam & prādium aſſumatur:

Lenitiuū.

℞. Mannæ elect. ℥j.
Flor. Caſſiæ recent. extract.
Sacchari penidii an. ℥ß.
Succi liquirit liquid. ʒ iij.
Cum ſyrup. violar. q. ſ. f. Electuarium.

II. Eclegma expectorans ſubinde, cum libet, glycyrrhizæ baculo ſenſim deligendum.

Eclegma.

℞. Trochiſc. Bechic. rubeor.
albor. an ʒ iij.
Syrup. Iuiubin.
Succi glycyrrh. an. ℥j. Miſce.

III. Alterans, conſumpto Electuario lenitiuo, tribus matutinis in lecto calide ebibendum:

Digeſtiuum.

℞. Syrup. de glycyrrhiza.
Iuiubini.
Mellis roſat. colat.
de hyſſopo an. ℥j.
Aq. Tuſſilaginis ℥ uj.
Capillor. Veneris.
Betonicæ.
Scabioſæ an. ℥ ij.
Miſce.

IV. Catarrhus cum magno impetu & ferocia pulmones & thoracem petat, bis de die Errhino ſequenti diuertendus:

Errhinum.

℞. Succi radic. Betæ ℥ß.
Aq. Maioran. ʒ vj.
Miſce.

Appendix.

Sed quia prædictis nihil proficiebamus, ordinabamus ſequentia:

℞. Iuiubarum num. xv.
Sebeſten. num. vij.
Paſſular. ℥j. ß.
Capillorum Vener.
Tuſſilagin. an. m. j.
Sem. Myrtillorum ʒ ij.
Rad. Liquiritiæ ℥ß.
Caricarum pingu. num. v.
Hordei integri p. j.
Flor. Borragin.
Bugloſſæ.
Nenuph. an. m. ß.
Sem. Papauer. albi.
nigri.
Maluæ.
Cytoneorum an. ʒ ij.
Portulacæ. ʒ j.

Coque in ſ. q. aq. ad remanentiam ℔. j. & ℥ iiij colatura dulcoretur cum ſacchar. candi & penidii, ac depuretur, & f. potio clara. Huic decoctioni poteſt addi: Radic. ſymphyti, & ſemin. aniſi, & poteſt in ea etiam diſſolui Conſeru. roſarum. Vtatur hac mane poſt ſomnum, & veſperi itura cubitum:

Rotula.

℞. Rotularum diapenidii abſque
camphi.
Diamarg. frigid.
Diatrag. frig. abſque camph. an. ℥j.
Miſce.
Vtatur quando libet.

Puluis ſynciput inſpergendus.

℞. Sandarac. ʒ j.
Sem. Papauer.
Caryophyllor. an. ʒ ß.
Roſarum.
Balauſt. an. ℈ ij.
Macis ℈j.

Miſce, fiat puluis, vtatur pro ſutura coronali, mane iterum abſtergatur.

Nodulus ad odorandū pro exſiccatione catarrhi.

℞ Nigellæ Roman. macerat. in aceto,
& iterum exſiccat.
Aniſi torrefact. an. ʒ ij.

Cibi.

potiſſimum delectatur, calidi potius, quam frigidi: His enim ſpiritus animalis maxime oblectatur. Cibi vim habeant attenuandi, quare carnes optimæ ſunt eligendæ. Fercula ex pane contrito, ex ouis contuſis, ex carne contrita, & ſimilibus parentur. Si condiantur cum aromatibus, caute admodum eſt agendum, ne iecur incaleſcat, quod vt iudicamus, eſt fons & origo omnium malorum. Quanquam cordi quod aliquam frigiditatem contraxit, vi cuius quod eſt ſplendidum & luminoſum in ſpiritibus vitalibus, abſumitur, hincq; veluti opaci redduntur, non nocere videantur. Ex quibus ſi animalis non inſtauretur, mirum non eſt, ſi prauæ fiant imaginationes. Si acetario vtatur. Acetum enim neruis inimicum, non ſit admodum acre, vel illius acrimonia paſſulis retundatur. Cappares laudantur. Radices Cichoreæ, Borrago, Bugloſſum, & id genus alia. Præterea legumina, fercula ex paſta, lacticinia, & quæ ex his parantur, ſalſa, acria, dulcia, nec non fructus omnes; præter piſtacea & amygdalas dulces reprobantur. A cibo laudamus puluerem Coriandri, vel diacydoniten, cum modico Saccharo & coriandro paratum. Somnus ſit conſueto longior, & ſi haberi non poteſt, veſperi in cœna vtatur panatella, cum multo lacte amygdalarum dulcium. Exercitium ſit moderatum ante cibum, à cibo quieſcat ac colloquiis familiaribus, & quibus potiſſimum delectari conſueuit, vitam traducat. Hæc ſunt, &c.

Somnus.

In dolore capitis, & aliis ſymptomatibus præter naturam, pro quadam Nobili fæmina.

D. ALBERTINI BOTTONI

CONSILIVM CCCXXIV.

CVM ſermo futurus ſit de cura doloris capitis antiqui & vehementis, cum vertigine & aurium tinnitu quandoq; coniuncti, in muliere temperamenti calidioris, & in ætate iuuenili conſtituta, ante omnia doloris huius eſſentia præmittenda eſt, quia ex hac omnis recte curandi ratio facile colligi poterit. Doloris autem propoſiti natura in eo conſiſtit, vt non ſolum forma illius: ſed etiam ſubiecta materia, & effectrix cauſa innoteſcat. Vt quantum ſit merito formæ, dolor ſymptoma eſt, in actione læſa ſenſus tactus. Ex parte vero ſubiectæ materiæ eſt ipſum caput, cuius partes quædam continentes ſunt, quædam contentæ. Merito continentium ſe habent cranium & pericranium: cranium cum oſſeum ſit, caret ſenſu tactus ac perinde etiam dolore. Pericranium vero etſi doloris ac voluptatis particeps eſſe poſſit, non tamen in hac muliere eſt locus affectus, primo quia ad compreſſionem digitis factam dolor augeretur, tum etiam, quia nec tam diuturnus, nec ita acutus eſſet.

Dolor quid.

Dolor itaque erit in capite, ſed ſecundum partes contentas atque tum oportet affici vel ſubſtantiam cerebri, vel membranas, quibus ſubſtantia cerebri contegitur. Subſtantia cerebri etſi motus ac ſenſus principium ſit, vtroque tamen deſtituitur, quare dolore non afficitur. Erit itaque ſubiectum doloris continens ipſum cerebrum, nempe membrana eius, dura inquam, vel pia mater. Partes enim iſtę, ratione, qua neruoſæ exquiſito ſenſu præditæ ſunt, vt ab obiecto diſproportionato & præter naturam, inſigni ac acuto dolore detineantur, qualis profecto habetur in hac patiente. Omitto, quod dolor ad oculorũ radices perueniens, clare nobis ſignificet, eum fieri ſecundum partes internas, & caput occupare modo ſecundum commiſſuram coronalem, modo etiam ſecundum latera vtraque ipſius capitis. Cauſa vero effectrix huius doloris, cum non ſit externa: ſed potius interna: hic certe alia eſſe non poteſt, quam ſolutio vnitatis, quæ tamen etiamſi immediata doloris cauſa habeatur, non tamen eſt ex vſu artis, quia per ſe non indicat auxilium iuuans: ſed ſolum ratione alterius cauſæ ſoluentis continuum, quę alia eſſe non poteſt, quam materia acris, mordax & tenuis, vt ex dolore acuto & mordicatiuo ac pungitiuo colligi poteſt, cuiuſmodi eſt ipſa bilis, quæ ſiue propriam ſpeciem humoris ſeruet, ſiue in flatum, ac vaporem attollatur, ſemper talem doloris formam producere conſueuit.

Subiectũ doloris capitis membranę.

Cauſa doloris.

Peccat autem hæc materia, copia, qualitate & motu. Copiam nobis ſignificat doloris diuturnitas, cum nedum per mẽſes, ſed annos etiam plures dolor iſte vrgeat. Qualitas peccans eſt prima & ſecunda. Prima, quia materia eſt calidior, ſecunda quia tenuior & acrior. Hinc fit, vt dolor intenſior & acutus etiã ſit, qualis certe producitur vel à ſalſa pituita, vel à flaua bile, vel atra. Putandũ tamen eſt, hũc dolorem fieri à bile potius, quã ab aliis humoribus, vt ex ſpecie doloris, & aliis dicendis colligi poteſt. Eadem materia, quod non ſolũ peccet quantitate & qualitate: ſed etiam motu, manifeſtũ eſt, quia bilis quę in corpore generatur & à natura patitur regulariter recipitur in veſica fellea, hinc deinde ad inteſtina trãſmittit. Quę ſi alia loca occupa-

Materia peccans copia.

Qualitate.

Motu.

occupauerit, & petierit tales partes, non niſi moleſtiam afferre poteſt. Sic contingit in hac muliere, quæ tanto dolore capitis afficitur, quia bilis relicto proprio loco ad alium incongruum importune mouetur, capitiſq; dolorem ita inſignem producit.

Eſſentia huius doloris.

Fit ergo hic dolor à materia billioſa, flatulenta & corpulenta, peccante in quanto, quali, & motu, ac caput occupante ſecundum membranas eius, non ſolum ſecundum partem ſuperiorem, ſed etiam laterales. Cæterum expendendum etiam eſt, vbi generetur hæc materia, an videlicet in capite vel alibi, & ſi alibi, an ratione totius, vel partis determinatæ. Quoad caput, ſatis conſtat in eo generari non poſſe, imo nec in toto corpore: ſed ſolum in ipſo epate, quod vt cæterorum humorum omnium eſt officina: ita etiam ipſius bilis erit autor. Quæ dum præter naturam calidior producitur, non niſi calidioris & ſiccioris epatis intemperiem comitari poteſt, cui ſi cor etiam conſentiat, neceſſario trahitur in conſenſum quoque totum corpus, vt non immerito in ſcriptura habeatur, hanc mulierem habere epar calidius, & totum etiam corporis habitum calidiorem obtinere: inde ſanguis tenuior, calidior, ac bilioſior ortum habuit, inde rubedo corporis, copioſior fluxus ſanguinis, præſertim in adoleſcētia. Per vterum vero ſtatutis temporibus non ſolum menſes promptè effluunt: verum etiā mordaciores, inde vrina colorata, caloris ſenſatio, & facilis accenſio apparet. Denique à cauſis calefacientibus læſionem, à refrigerantibus vero iuuamentum illa percipit. Humor deinde iſte calidior dum in caput fertur, ſua acrimonia & mordacitate duras membranas cerebri mordicando & pungendo lædit, atq; ita cauſat dictum dolorem. Fluit autem humor iſte in caput, tum quia ab epate tranſmittitur, tum quia à capite attrahitur. Tranſmittit epar, quia eſt robuſtū, ſuſcipit caput, quia imbecille. Eſt autem tale, quia intemperatum. Detinetur autem calidiore intemperie, vt colligitur ex colore faciei rubro, ex venarum latitudine circa frontē & oculos, & fluxu copioſiore & frequenti ſanguinis nariū, ex læſione calidiorū, & iuuamento frigidorum. Ex hac ipſa calidiore intemperie capitis fit, vt etiam attrahat vapores à ſubiectis partibus, imo non ſolum attrahat per hunc calorem, verū etiam per dolorem, quo aſſidue fere detinetur. A quibus iiſdem vaporibus petentibus & occupantibus ſenſorium auditus, naſcitur aurium tinnitus atq; ſibilus, imo ex eorum permiſtione cum ſpiritibus animalibus ipſius cerebri, & eorum inordinata commotione,

Epar calidius & ſiccius. — *Menſes acriores.* — *Pars tranſmittens.* — *Pars recipiens.* — *Sibilus aurium.*

Vertigo.

fit tum vertigo, tum capitis illa motio deprauata & violenta. His ita conſtitutis deſcendo ad curationem, eamque dogmaticam, ac perinde ad auxiliorū inuentionem & eorundem rectā adminiſtrationē. Dolor itaq; capitis ratione, qua ſymptoma nihil per ſe indicat, ſed ſolū ratione ſuæ cauſæ, quæ cum ſit materia tum vaporoſa, tum corpulenta, ex parte vaporis indicatur auxilium diſcutiens, ex parte minerae, cum ſit bilis quæ peccat in quanto, quali, & motu. Vt peccat in quanto, indicat auxilium euacuans, vt qualitate, auxiliū alterans in contrarium, vt motu, auxilium auertens. Quæ materia ſi conſideretur, vt generatur, cum generetur in epate calidiore & ſicciore, indicabit auxilium refrigerans & humectans. Quos ſcopos aſſequi admodū difficile exiſtimo. Nam propoſiti affectus ſunt valde cōfirmati cum per quadriennium laboret. Accedit quod multa remedia, & ea generoſa fuere adhibita: nunquam tamen eſt reſtituta. Quia tamen dolor iſte nō eſt natiuus & hæreditarius, ſed aſcititius, nec eſt diſſentiens à temperamento patientis, ætate, & aliis, ideo ſalutis ſpecōcepta ad materias auxiliorum deſcendo.

Indicationes. — *Prognoſticon.*

Chirurgica auxilia.

In primis quod ad materias chirurgiæ attinet, ante omnia vena eſt ſecāda, tam vt eſt materia auxilii vacuantis ſanguinem, indicati ab illius copia, quam nobis ſignificat venarum latitudo, rubedo faciei, & reliqua; tum etiam vt eſt materia auxilii refrigerantis. Habemus enim non ſolum caput calidius, verum etiam iecur, imo totum corpus.

Vena ſectio.

Locus autem erit vena cubiti dextri lateris, quæ baſilica dicitur.

Cucurbitula.

Quantitas ſit menſurata & limitata à mutatione ſanguinis, & à virtutis tolerantia. Tempus opportunum erit poſt lenitam aluum, ſiue facta fuerit lenitio per clyſterem, ſiue medicamento per os exhibito.

Non ſolum puto ſufficere hanc vnicam ſanguinis euacuationē: ſed oportere etiam per interualla eandem repetere, quæ dum fit, ea ratione facienda erit, vt per illā in primis ſanguis euacuetur à capite partim reuellendo, partim deriuando, vt ſi ſpatulis affigantur cucurbitulę, vel etiam bracchiis: Sed in ſuprema parte eorum ſecundum quam alligantur ſpatulis. Deinde applicentur hirudines, & primo poſt auros, ac vrgente dolore maioris deriuationis gratia, vtriſque etiam naribus, & præſertim cum talis euacuatio ſanguinis per nares ſibi fuerit in adoleſcentia conſueta, copioſa, & frequens. Quibus ſi non cederet hic dolor, tandem ego veſicatoria circa pericranium, & ſecundum diuerſas eius partes admouerem. Quæ ta-

Hirudines. — *Veſicatoria.*

meri, cum nec ſemper, nec diu geſtari poſſint, vellem pro debellando tam pertinaci dolore deuenire etiam ad alia duo cauteria, quorum alterum in brachio ſiniſtro, alterum in tibia dextra affigeretur, ad quas materias auxiliorū non eſt deueniendum inter initia: ſed in progreſſu euacuationis, ita vt corpus totum & caput etiam ſit diligenter expurgatum cum medicamentis proxime dicendis.

Cauteria.

Ligatura & frictiones.

Et vt prius me expediam à materiis chirurgicis, probo etiam, vt diuerſionis gratia adhibeantur ligaturæ, etiam doloroſæ in tibiis ac pedibus. Frictiones etiam paratæ & factæ cum aſperioribus linteis incipiendo à genibus, & deorſum trahendo vſq; ad plantas pedum, deinde vero coxis etiam adhiberi poterunt, & dorſo & brachiis. His accedunt etiam lotiones pedum & tibiarum, parenturq; cum lixiuio moderato, vel aqua etiam, in qua decoquantur folia betæ, ſtœchad. ſaluiæ, flores chamæmeli, anethi, & ſimilia.

Medicamenta.

Quantum ad materias pharmaceuticas, & primo vt reſpiciat corpus vniuerſum aluus in primis leniēda erit, cum caſſia & pulpa tamarindorum, iuxta hanc formam:

Lenitiuum.

℞. Flor. Caſſiæ ℥j.ß.
Pulp. tamarind. ʒij. cum ſacch.
Fiat bolus. Capiat hunc ante cibum.

Præparatio materiæ.

Euacuatio.

Præparanda eſt materia, cum ſyrupo de cichor. ſimpl. roſat. recent. viol. & aliis cichoraceis. Purgari deinde poterit corpus cum rhabarb. potiſſimum cum ſyrup. roſat. ſolut. cum manna, & his leuioribus.

Progreſſu autem temporis præbere poterimus etiam pillulas aureas, cochias præparatas, de tribus cum rhabarb. & ſimiles. Imo non eſſem contentus vnica purgatione, ſed per annum integrum vellem, vt ipſa vteretur ſingulis menſibus aliqua purgatione, ac præſertim in vltima quadratura Lunæ, quo tempore ipſa ſolet peius habere, vt ſi illa caperet ſub initium dictæ quadraturæ ʒj.ß pillul. de tribus cum rhabarb. per horas quinq; ante cibum.

Menſtrua euacuatio.

Errhina.

Poſt totius corporis purgationem, caput quoq; erit euacuandum tum per nares, tum per os. Per nares cum ſucco betæ, Mercurial. ſaluiæ, maioran. cum decocto agarici, & ſimilium, atq; vt materia facilius è naribus educatur, prius naſus vngatur intus & extra cum oleo amygdal. dulc. Per os vero vti poterit hyemis tempore maſtiche, zinzib. pyrethro, ac ſimilibus. Æſtate autem in ore teneat de ſequenti liquore:

Maſticatoria.

Apophlegmatiſmus.

℞. Coriandr. præparati ℥ij.
Paſſularum dulc. ℥iij.
Contundantur ſimul: Deinde
℞. Aceti albi ℥viij.

Miſc. fiat decoctio, & facta diligenti expreſſione ſeruetur pro dicta purgatione, ſæpius illam iteret expuendo per integram horam.

Serum caprillum.

Hoc ipſo tempore pro contemperando epatis calore, capitis & totius corporis, probo vt vtatur ſero caprino ſecundum Dioſcoridem, permixto alternis diebus modo, cum ℥j. ſyrup. roſat. ſolut. vel tantundem mannæ electæ, modo cum ℥iij. ſeminum melonum. Maxime etiam probo, vt poſt vſum dicti ſeri per plures dies capiat ſingulo mane ptiſanam hordeaceam.

Epithemata.

Exterius vero circa epar, vteretur epithemate parato ex ſucco vel decocto cichor. endiu: epaticæ, & aliorum eius generis, permiſcendo ad maiorem penetrationem ſuccum citri, vel portionem aliquam aceti. Poſt epithemata vngatur eius regio ol. roſ. cum vnguento roſar. aut ſantalino. Merito autem capitis vti poterimus aliquo ſtillicidio in commiſſura coronali, vel lotione, quæ paratur ex aqua alterata cum malua, florib. violar. nenuph. lactuca, & ad aliquod robur præſtandum adderentur roſæ, & pro vaporibus repellendis applicare poterimus commiſſuræ coronali oxyrrhodinum. Victus non ſit plenior nec tenuior, ſed mediocritatem ſeruet, ſitq; boni ſucci, & facilis coctionis, vt caro vitulina, pulli perdicum, phaſiani, turdi, merulæ, & ſimilia. A cibis ſalitis, vel cum aromatibus conditis cauendum erit. Potus vel ſit aqua præparata cum coriandro, vel cum aniſo, & ſi ventriculi aliqua imbecillitas prohibuerit talem potum, vti poterit vino, ſed paucifero & oligophoro, quod caput minime repleat, & cœna ſit parcior prandio.

Stillicidium ſupra ſuturam coronalem.

Diæta.

A ſomno meridiano, & ſtatim à cibo caueat; nocturnus autem commendatur ſemper. Procuret ſibi aluum lubricam, vt ſi fieri poſſit, ſemel in die deiiciat, quandoque vtendo quoq; mollioribus clyſteribus.

Exercitium moderatum ante cibum conferet, præſertim per loca plana & amœna. Solicita deniq; ſit, vt omnes animi hilaritates ſibi comparet.

In comate, paralyſi, & apoplexia, pro quadam Nobili fœmina,

D. GVILIELMI RONDELETII

CONSILIVM CCCXXV.

Pillula.

℞. Maſſæ pillul. cochiar. ℈ij.
Caſtorei ℈j.
Trochiſcor. Alhandali g. iij.
Cum oxymelle ſcillitico. Fiant pill. viij. quas capiat hora xj. iiſq; ſuperdormiat.

Rad.

Decoctum longum.

℞.Rad.gra.Ruſci.
Aſparag.an.℥j.ß.
Rad.liquirit.
Acetoſæ.
Cichorii.
Bugloſſæ an.℥j.
Iridis Venetæ.
Galangæ craſſæ an.℥ß.
Cortic.citri ſiccor.
Betonicæ.
Meliſſæ.
Hyſſopi.
Maioranæ.
Chamæpithios.
Origani.
Calamenthi.
Saluiæ minutæ an.m.j.
Cichorii.
Eodiuiæ.
Agrimoniæ.
Capillor.Vener.
Adianti.
Polytrichi an.m.ij.
Caricar.pingu.part.x.
Paſſular.mundatar.
Tamarindor.elector.an.℥j.
Radic.pæoniæ℥ß.
Sem.eiuſdem ʒ iij.
Sem. fœniculi.
Seſeleos an.ʒ ij.
Sem.Dauci ʒ j.
Flor.cordial.p.j.
Stœchad.
Saluiæ.
Sambuci.
Geniſtæ an.p ß.
Agarici recent.in panno ligati ʒ vj.

Fiat decoctio in ſ.q. aquæ. Cape de colatura ℔.j.& ß.In qua diſſolue ſacchari albiſſimi q. ſ. Oxymelit.ſimpl.
Syrup.capillor.Vener.an.℥iij.
Puluer.diarrhod.Abbat.ʒ ij.
Nucis moſchatæ ʒ j.
Zinzib.ʒ ß.

Fiat apozema clarificatũ & aromatiſatum, de quo capiat ſingulis matutinis ℥ vj.

Vnguentũ.

℞.Caſtorei recent.ʒ ij.
Cineris propriorum capillor.ʒ j.

Diſſolue oxyrrhodino, deducantur ad formam vnguenti, quo vngatur capitis pars raſa.

Maſticatorium.

℞.Radic.pyrethri cocti in oxymel.q.ſ. maſticetur parum ter vel quater quotidie longe à paſtu.
℞.Theriacæ veteris ʒ ij.
Caſtorei ℈ ij.
Succi maioranæ parum.
Miſce,illinatur palatum.

℞.Maioranæ.
Serpilli.
Hyſſopi.
Pulegii.
Calamenthi an.m.j.
Flor.ſtœchad.p.ij.
Sem.rutæ ʒ iij.
Fœniculi ℥j.

Fiat decoctio, cuius vaporem excipiat naribus.

Electuariũ poſt cibum præſtantiſſimum.

℞.Conſer.Roſarum antiquæ ℥j.
Carnis cytoniorum conditor. ſaccharo,& lotor. aqua roſacea ʒ vj.
Puluer.Diacytonii ſine ſpeciebus ʒ iij.
Coralli rubri, vſti,& loti aqua roſacea.
Sem.coriandri diligenter præparati an.ij.
Sacchar.roſati tabulati q.ſ.

Fiat mixtura, de qua capiat poſt paſtum cochlear vnum. A vino abſtineat tum propter fumos, quos ad caput tranſmittat, tum etiam ratione febris.

In paralyſi dextri lateris, cum ſpaſmo & tremore, pro quadam honeſta Matrona,

D. CASP. HOFFMANNI

CONSILIVM CCCXXVI.

De filiæ aduerſa valetudine vehementer doleo, & præſertim de hoc, quod malum tam multiplex & contumax eſt. Nam dextrum latus quodammodo reſolutum eſſe ſcribitur, cum in ea parte nec pedi inſiſtere, nec brachio vti poſſit, atteſtante quoque capitis medietate dextra: deinde fomes præcipuus mali eſt vterus, qui in dextrum latus ſe inclinauit, eſtq; durus, premens femur, & interdum ſe commouens, ac tempeſtatem miſerabilem excitans, quæ tandem in ſpaſmum epilepſiæ ſimilem deſinit. Afficitur ab his malis cor, vt ſubinde refocillandum ſit. Satis erat malorum, niſi etiam ſiniſtræ partis tremor accederet, & grauia illa ſymptomata, tam extra paroxyſmũ, quam in ſpaſmo etiam, quæ in cor & caput redundant. Ego ſane, quantum ex iis, quæ ſcribuntur, colligere poſſum: video propinquam morbi cauſam in capite & ſpinali medulla conſiſtere, à quibus prodeunt nerui, qui manus & pedes regunt. Remotiorem vero in vtero, quæ, vbi ſe commouet, affliguntur cor, caput, renes, extrema, &c. Prodit autem ab his fomitibus, vel vapor mordax, vel materia inimica & veneſica,

Cauſa mali.

quæ primũ membra principalia infeſtat, poſtea cum ad ventriculos cerebri peruenit, contrahit ſe cerebrum exturbandi illius noxii cauſa, atque ſic etiam concutiuntur & contrahuntur nerui. Quid agendum videatur ſignificabo breuiter & diſtincte, quanquam ad multa me conſiderationem vertere oportet. Primum ſi curari hoc malum debet, neceſſe eſt vt auferatur cauſa, nempe materia illa, vnde fouetur morbus. Vt autem aliquod fieret curationis initiũ, miſi illi proximæ pillulas: (nam citius commode fieri non potuit) vt iis aſſumptis minueretur materia. Has vſurpatas eſſe, & ipſas quoque ſuo officio functas lubenter cognoui. Et conſulo etiam vt denuo parentur. Nam nullum præſentius in hoc morbo remediũ eſt, quam euacuationibus vti lenibus & crebris. Sed quia hic materia contumax & rebellis eſt, neceſſe eſt, aliqua fiat materiæ præparatio, quo facilius à purgante medicamento trahi & educi poſſit. Proinde digeſtiuum (vt vocant) parandum erit, nempe potio, quæ materiam illam in capite & vtero attenuet & molliat. In quem vſum conſcripſi herbas & radices ſignatas litera A. vt primum media pars coquatur aqua, ad te tiæ partis conſumpt. deinde vbi decoctum colatum & expreſſum fuerit, addi aliquid de ſyrupo poteſt, quem nomino *Saff.* B. Exempli gratia: ℞. decocti ℥ iij. ß. ſyrup. ℥ j. Miſc. f. hauſtus. (Pharmacopola hæc omnia melius parare poterit, cum materia potionis, nempe A. B. mittatur)

Scopi curatiui.

Digeſtiuũ.

Herba pro decocto in paralyſi.

℞. Herb. primulæ veris m. j.
betonic.
meliſſ.
chamædr. veræ.
ceterach. an. m. ß.
Rad. fœnicul. ʒ v.
calam. aromatic.
Radic. pæoniæ.
Irid. Illyr. an. ʒ iij.
Cortic. rad. fraxin.
cappar. an. ʒ ij.
Sem. fœnicul.
aniſ.
citri.
card. bened. an. ʒ ß.
Fl. ſtœchad. ʒ j. ß.
cichorii p. ij.
Paſſul. enucleat ℥ j.
Caricar. ping. inciſ. nu. vj.
Conquaſſ. ita dentur in charta. A.

℞. Syr. de ſtœchad.
de betonic. an. ℥ j. ß.
Oxymel. ſimpl.
Scillitic. an. ℥ ß.
Miſc. ſignetur *Saff.* B.

De hac potione bibat mane calide talem hauſtum quotidie, donec aliquid de potione reliquum fuerit. Ac tum redeat ad pillulas, quæ materiam ſic præparatam, vnde oportet, educent. Altera pars herbarum & ſyrupi reſeruetur, vt poſt aliquot dies ſimiliter vſurpentur. Nam hoc contumax malum non facile ſe abigi patitur, præſertim cum materia vehementer membris impacta eſt. ideo autem potionem paratam mittere nolui, ne ius eius periret in itinere à frigore & concuſſione, aut ne ſitum contraheret. Pillulas paulo fortiores reddidi as notaui litera C. ac totidem, quot antea paraui. Nolim autem eam obrui vſurpãdi frequentia, ſed habenda eſt etiam virium ratio, & iuxta has moderandum eſt tempus vſurpationis:

Pillulæ.

℞. Maſſæ pill. de hiera cum agaric. ℈ ij.
ſine quibus,
fœtidar. an. ʒ ß.
cochiar. ʒ j.
f. cum aq ſaluiæ pill. nu. xx. C.

Hactenus de ratione auferẽdi materiam per præparationem & purgationem. Sequitur nunc quid præterea agẽdum. Laborant hic primum ventriculus, vt indicat deiecta appetentia, & caput ob conuulſionem. Itaq; opus eſt in his partibus corroboratione, exiccatione, materiæ veneficæ repreſſione, & præſeruatione à conuulſione & epilepſia. In hunc vſum conſcripſi duo excellentia remedia, nempe, conditum, D. & puluerem, E.

Imbecillitas ventriculi.

Conditum corroborans cerebrum & ventriculum.

℞. Conſer. pæoniæ.
anthos an. ℥ ß.
betonic.
lauendulæ, an. ʒ ij.
bugloſſ. ʒ iij.
Mithrid. opt. ʒ j. ß.
Pul. ſem. card. bened.
fœnicul. an. ʒ ß.
Rad. pæoniæ ℈ ij.
Pul. fl. ſtœchad. ℈ ß.
Nucis conditæ ʒ j.
Calam. aromatic. cond. ʒ iij.
Zinzib. condit. ʒ vj.
Cortic. citri condit. ℥ ß.
Cinam. inciſ. ℈ j.
Inciſis conditis miſc. reliqua, f. conditum. D.

Puluis.

℞. Spec. Diaxyloal. ʒ j.
diamoſc. amar.
diagalang. an. ʒ ß.
Pul. viſci quercini.
Rad. pæoniæ an. ℈ iiij.
irid. Illyric.
galangæ.
calam. aromatic. an. ℈ ij.

Nucis

Nucis conditæ ℈j.
Lig.aloes ℈ß
Sacchar.alb.ſſ ℥ß.
Pul.miſc.f.puluis. E.

Natura interdũ quies concedenda. Mithridatium.

De condito ſumat quantitate iuglandis mane. De puluere pondere vngarici, vel ſuper pane toſto, vel in pauca cereuiſia calida; Fiat hoc alternatim, & interdum etiam ſuſpendatur remediorum vſus, vt naturæ etiam ad ſe erigendam aliquid ſpacii relinquatur. Egregium etiam antidotum eſt mithridatium, ſi ſæpe vſurpetur, hoc modo, vt inde parentur tres pillulę, paulo maiores piſis, & mane deglutiantur. Conſumit id reliquias materię ſpaſmi, & calorem naturalem à vitioſa materia oppreſſum excitat Eam ob cauſam mittetur aliquid in pixide ſignatum F.

℞ Mithridat.opt.ʒ ij. F.

Spina reſoluta.

Sed ſuperſunt adhuc duo grauia. Spina enim medullaris in dextra parte quodammodo reſoluta eſt, cum nec pes, nec brachium ſit in officio, & tremor alterius lateris, ſignificat eiuſmodi imbecillitatem neruorum, vt alteri etiam ſiniſtræ parti metuẽdum ſit. Proinde vnguentum parui, G.quo inungenda eſt calide ſpinæ dextræ pars mane, quaſiquam etiam nonnihil ſiniſtra pars; ſed dextra, tamen præcipue, vbi maius malum. Imponatur linteum calidum duplicatum:

Vnguentum in ſpina reſolutione.

℞.Ol.coſtini.
Lumbricor.
Maſtic.an.℥j.
Vulpini ʒ iij.
Nardini ʒ ij.
Iuniperin.ʒj.
Ammoniac.in vino diſſol.ʒj.
Caſtorei ʒ ß.
Aq.vitæ rectificatæ ʒj.ß.
Terebinthin.ʒ ij.
Ceræ ℥ß.
Miſc.f.ſ.a.linimentum G.

Matrix grauata.

Poſtremo matricem apparet vehementer grauatam materia aliqua, ſiue ea flatulenta ſit, quę tendat, ſiue ex alia aliqua materia retẽta, quæ indurauerit. Ex hoc loco oritur illa impetuoſa tempeſtas, quæ totam viciniam, renes, cor. ventriculum, ac demum caput & latera exagitat. Ad hanc quietandam, emolliendam, diſcutiendam, emplaſtrum conſcripſi. H. quod mittitur in veſica, vt ſuper corium extendi, & ſindone obduci poſſit; pro magnitudine tumoris aut duritiei. Id pharmacopola apud vos, ſi ipſi non vultis, expedire poterit. Erit autem ſæpe & diu geſtandum, quia durities illa non patitur ſe protinus emolliri. Sed ſemper in his & aliis ſpectandæ ſunt & vires, & impreſſio medicamenti, & interdum vbi nimis creber vſus moleſtus eſſe, aut etiam incommodi aliquid adferre cœperit, deſiſtendum aliquantiſper ab vſu:

℞.Emplaſtri matricalis.
de melilot.an.℥ ij.Miſc.H.

Proderit etiam frequenter odorari caſtoreum, tam vteri quam cerebri cauſa. Atque hæc de filiæ, morbo quem dominus IESVS procul abſcedere iubeat, ipſamque, vt paralyticum in Euangelio, ad neruorum integritatem perducat. Francofurti, 13. Februar. anno 1579.

In conuulſione flatulenta, pro honeſtâ quadã Matrona grauida,

D. CASP. HOFFMANNI.

CONSILIVM CCCXXVII.

Conuulſio flatulenta.

FOEMINA iſta mihi videtur laborare cõuulſione flatulenta, quæ σπασμὸς φυσώδης dicitur. Ea eſt inuoluntaria neruorum, muſculorumq; verſus originem ſuam (hoc eſt, cerebrum) contractio, qua crura vel extenduntur, vel in ſe contrahuntur, confluentib. ad neruorum propagines vaporibus craſſis & lentis. Fuit fortaſſe in ipſius corpore longo iam tempore malorum humorum collectio & congeſtio, qui nunc ad commotionẽ nacti ſunt aliquod incitamentum, poſtquã grauida eſſe cœpit. Quæritur quid agendum? Dicam de ſingulis ordine. Primo enacuationi hic locus nullus eſt, quia grauida. Conſulendum igitur ante omnia capiti, vt fons eſt conuulſionis. Conſcripſi igitur ad cerebri, & fœtus quoq; corroborationem conditum ſapidum A. de quo vtatur mane quantitate caſtaneæ, vel iuglandis, circa horam ſeptimam. Id caput optime roborabit, & morbum arcebit:

Grauida nõ euacuanda.

Electuariũ pro cerebri & fœtus in vtero corroboratione.

℞.Conſer.fl.pæon:
anthos.
betonic.
Bugloſſ.an.ʒ iij.
roſar.℥ß.
Rad.Bugloſſ.condit.
Chebul.condit.an.ʒ v.
Nucis conditæ indicæ conditæ ʒ ij.
Calam.arom.condit.
Citri condit.an.ʒ iij.
Sp.dianthos.
Sem. pæoniæ an. ℈j.
Macis inciſ.℈ß.
Cinam.inciſ.℈j.
Inciſis conditis f.cum ſyrup.de ſtœchad. conditum. A.

In eum quoq; vſum vti poterit ſucco B. qui inprimis vtilis in hoc affectu, vt mane duo cochlearia ſumantur vna aut altera hora an-

te cibi ſumptionem. Poterit vel alternis diebus vel ſucceſſiue his duobus vti. †. Deinde habenda eſt quoque veotriculi ratio, oe quid inde noxii euaporet in caput,&hoc malum excitet,in quem finem parari poſſet ſacculus ſtomachalis C. & mane calidus ventriculo impooi calefactus ſuper latere feruente cooſperſo aqua abſinthii hora vna ante cibi ſumptiooem. Nam cum cibi ſumeodi tempus eſt, auferre ſacculum oportet:

Sacculus ſtomachalis.

Syrupus cerebrum & ſætum corroborans.

†℞.Syr de ſtœchad.℥ij.
Aq.cinamom.ʒ vj.
Miſc.Sigoetur *Saſſt.* B.†.

Sacculus ſtomachalis.

℞.Fol betonic.
menthæ criſpæ.
abſinthii.
origaoi an.m.j.
roſar.rub.m.ß.
Galangæ.
Calam.aromat.an.ʒ.ij.
Pul.Maſtich.ʒj.ß.
Corall.rub.ʒj.
Sem.cymin.ʒj.ß.
Ex conquaſſatis f. ſacculus ſtomachalis.C.

Quod vero ad ipſum motbum præſeotem, ſeu paroxyſmum attinet,ſcripſi voguẽtum D/ quo calide inungenda eſt crux & flexura ſub geou,aut ſi quæ alia loca tendi animaduertuotur. Id fiet rarius aut frequeotius pro aoimaduerſo innoctionis effectu. Bene fecit allis in ſimili caſu. Et hæc omnia talia ſunt, vt nullus periculi metus quo ad ipſam & fœtum ſubſit:

Vnguentum expertum.

℞.Ol.lumbricorum ʒ vj.
amygd.dulc.
Lini an.ʒ iij.
Vnguenti dialtheæ ʒj.
Medullæ crurum vitul.
Seui hitcin.an.ʒj.ß.
Rad.Altheæ.
Pul.agrimon.
· lumbricor.an ℈j.
Ceræ q.ſ.
f.vogueotum.D.

Experiſſa.

Subiiciam adbuc facile parabilia,ſed experta:ſi matricaria herba floribus chamomillæ ſimilis, odore non prorſus iograto, rundatur, vt fiat ſucculenta, & imponatur ceruici, egregium eſt in hoc morbo experimentum. Poſſet abituræ cubitum imponi, vt circumtoluto ceruicali arceretur frigus. Interdum poſſet ceruici imponi verbena, vel ſola, vel cum matricaria, vel inter duo linteola ligata, vel ſacculo inſerta. Hæc profutura illi non parum, exiſtimo, quæ profecto exaraui in ſumma otii penuria. Et porro ſi quid opus erit, officium, operam, ſtudium meum, quãtum à me fieri poteſt, polliceor. Francofurti,10.Sept.an.1578.

Poſt ſcriptum.

Medicamenta tranſmiſſa tutiſſima ſunt. Nam grauidis multa adhibere nõ caret periculo. Ac ſi vſus horum nunc non erit, non propterea peribunt hæc remedia, ſed reſeruentur. Erunt eoim ad confortandum vtilia. Mooeo nuoc io omocm euentum de quibuſdam ſi acciderent. Si quid ſpaſmatici videretur adeſſe, collum oleis his inungi poteſt, quæ in veſtro pharmacopolio habentur:

In ſpaſmo.

℞.Ol.amygd.dulc.
Lilior.alb.
Chamomill.
Anethini an.ʒj.Miſc.

In epilepſia.

Si quid epileptici, conteratur digitis ruta, hyſſopus, vt odoretur. Si ſucculenta non ſunt, poſſuot humectari pauco aceto. Odorari etiam caſtoreum vtile eſt. Ad ſuffocationem matricis quid agendum ſit ſcripſi antea. Hoc quod ſeqnitur, Infantes recens natos ab epilepſia præſeruare ſolet. Antequam infanti primum lac datur, terantur aliquot amygdalæ cum lacte muliebri, inſpergitur paululum ſacchari, & exprimuntur omnia per linteolum mundum, ita fit ſuccus inſtar lactis, qui in cochleari ſtatim ab initio datur, antequam quicquam alterius lactis ſumat. Hæc ioſuper nunc in mentem veneruot. Oro autem Deum vt feliciſſime pariat, nec quicquam remediorum vſurpare cogatur.

Pro infantili epilepſia.

In catarrho, vna cum aduſtis, & ſalſis humoribus, pro quadam Generoſa Domina,

D. Ioan. Cratonis
CONSILIVM CCCXXVIII.

NOBILISSIMA Domina abundat multis crudis, aduſtis etiam, & ſalſis humoribus, qui partim recta victus ratione quoad non corrupti, cootemperandi ſunt, partim expurgandi.

Victus ratio in catarrho ſalſo.

Recta victus ratio conſiſtit io fuga earum rerum, quæ humores vitioſos generaot, vt ſur: piſces cocti cum butyro, omnia cocta in ſartagine, omnia fumo & ſale macerara, lacticinia, & quicquid eſt crudi, ſiue fructus, ſiue oleris. Lactuca quidem non omnino videtur obeſſe: ſed cum ſit fumoſa, & Nobiliſſima Domina fluxionibus, quæ à capite in ſcapulas decumbuot, & brachia quoque occupant, ſit obnoxia, eam quoque vitet, maxime autem cæpas, allium, carnem ſuillam, anſerinam, carpionum, anguillarum,

lariim, & piſcium, quid degunt in aquis limoſis. Bibat potum purum, & ſi non eſt ſatis defœcatus, imponat panem è ſiligine. Fugiat animi graues commotiones, triſtitias, curas, ſolicitudines anxias. Mane ante cibum bibat decoctum Meliſſæ & radicum Cichorei. Accipiatur autem herbæ pugillus vnus, & radicum mundatarum duo, ac in cyatho iuris gallinacei acris decoquatur, & hora, vna ante cibum ebibatur.

Bis in ſeptimana, hora vna ante cœnam de ſequentibus pillulis nouem accipiat, & cum cereuiſia degluriat:

Pillula.

℞ Aloes cum ſucco Endi, ter imbut. ʒß.
Rhabarb electiſſimi puluer. & aqua Cinamomi aſperſi ʒij.
Agarici recens trochiſcati in oxymelite diſſoluti ʒj.
Maſtiches pulueriſ. ʒß.

Commiſceantur omnia probe & pro vna drachma reformentur pillulæ, nu. ix.

Hæ pilluiæ moderate aluum mouebunt, & ſæpius repetitæ idem præſtabunt, quod vacuans medicamentum forte.

Vbi rer iſtas pillulas ſumpſerit, abſtineat ab vſu decocti Rad. cichorei & meliſſæ: locoque eius ſumat,

Syrup. de ſucco betonic. ʒj.ß.
Extract. calami aromatici.
Galangæ an. ℈ß. Miſce.

Quod ſi ventriculus eſſet debilior, interdum loco cereuiſiæ vinum purum & maturum bibat, & ventriculum iſto vnguento inungat mane cum lecto ſurgit, ac linteolo complicato ſtomachum tegat:

Oleum ſtomachale.

℞. Olei de Abſinthio ʒij.
Maſtichini.
Nardini an. ʒß.
Maſtiches pulueriſat. ʒj.
Ol Nucis Moſchat. ʒß.
Medullæ cruris vituli ʒj.
Miſce, fiat vnguentum.

Sacrificationes & appoſitiones cucurbitularum non negligat, & ſi quidem Vere & Autumno ſanguinem mittere conſueuit, mittat, &c.

In catarrho, ad pedes in primis, ob cerebri conſtitutionem calidam, & crudorum ciborum appetitum, pro ſereniſſima quadam Regina,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCCXXIX.

ETſi non dubitamus, quin ab excellentiſſimis Medicis, omnia ſecundum rationem in curatione valetudinis ſereniſſimæ Reginæ ſint facta, cum res ex ſententia ſucceſſerit: tamen cum iuſſi ſimus cogitare atque perſcribere ea, quæ ad præcautionem & curationem, ſi forte morbus recurreret, nobis idonea viderentur, ſubmiſſæ morem geſſimus. Itaque excellentiſſ. Doctores hæc in bonam partem, cum amor omnis ſit ſollicitus, accipient. Nihil autem mirum, ſi ſereniſſima Regina catarrhis ſit obnoxia, cum cerebri conſtitutio ſit calida & tanquam cucurbita, vt Hippocrates ait, ad ſe vapores & humores trahat. Deinde in hoc corpore maior, quam eſſe debebat, crudorum appetitus. Nihil hic de aeris & tota ratione victus, vitæque ſubita mutatione, quæ periculo vacare non poteſt, dicemus. Rectiſſime enim à Celſo noſtro eſt præceptum: paulatim aſſueſcendum, cum aliquid mutare volumus: ſed cum facta infecta reddi nequeant, ne deinceps errata magna præſidia valetudinis coertant cauendum, cumque veriſſima ſit Hippocratis ſententia: Tutiſſimam Medicinam eſſe, optatam victus rationem, quam & Celſus ita expreſſit inquiens: Optimum Medicamentum eſſe opportune cibum datum, vt ſereniſſima Regina in vniuerſa victus ratione ſit continens admonenda: & in primis ab iis abſtineat, quæ faciunt, vt non appetenter (quemadmodum præceptum Socratis eſt) appetamus. Abhortet ſereniſſima Regina à medicamentis, neque immerito: Itaque medicamentis ſit opus, abſtinentiam, & tempeſtiua atque moderata exercitia adhibeat, ac omnia quæ ad catarrhum faciunt, prouidentia accurata auertantur. Hæc vero præſcribere excellentiſſimis Medicis non ſuperuacaneum modo, verum plane ineptum eſt. Illud non reticendum, ſereniſſimam Reginam licet leuibus catarrhis interdum fuerit obnoxia, valetudine tamen minime aduerſa, vſam eſſe, ſemel paulo grauius catarrho laboraſſe cum febricula meminimus, ac tum quoque materiam decubuiſſe in pedes, & exulcerationē conſecutam: ſed minime graue fuit malum. Superiori anno cum aeris conſtitutio quaſi popularū morbum afferret ſereniſſima quoque Regina exanthemata habuit. Vixit deinde liberius, & crudis admodū prolixe eſt vſa. Itaque non mirum ſi in tanta humorum copia, natura quaſi ad omnes partes, & in pedes ſeſe exonerauit. Cauendum igitur, ſi pedes lædi nolumus, ne corpus multitudine humorum oneretur, atque ideo cibo detrahatur, & exercitiis aliquid addatur. De membrorum; quæ fluxionem ſuſcipiunt, alteratione & corroboratione, nihil quod moneamus, in mentem venit, præter hoc, ſuſpecta eſſe multa remedia topica, quod reprimentia fluxionem, in principio non videantur tuta, ac anodyna in varietate humorum & fluxionum diuerſitate incerta.

Calida conſtitutio cerebri catarrhoſa.

Paulatim aſſueſcendū.

Victus ratio bona ſui ſumma medicina.

Reprimentia in principio fluxionis minime tuta, anodyna incerta.

In dolore dentium, pro quadam Nobili Matrona,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCCXXXI.

Euulſio dentium quid proſit.

EVVLSIO dentium non eſt vera odontalgiæ curatio. Sed quia hoc pacto materia ad effluxum reperit aditum, certo obſeruatum eſt, nõ ſolum hos dentium dolores; ſed & diuturnos capitis dolores ſedatos. Verum ordinaria curatio eſt, vt Domina ſępe vtatur drachma vna pillularũ Aſſaiareth duab. horis ante cibum, & cucurbitulas apponat in brachiis & ſcapulis, ac ad auriculas applicet hoc emplaſtrum:

Veſicatoriũ. Radix hyoſcyami denti cauo imponenda.

℞. Fermenti ʒ ij.
Cantharid. ℈j.

Cum aceto extendatur in aluta inſtar nummi, & f. emplaſtra quinque. Humecta aceto, & pone aures applica, vel ſi cauus eſt, infere hanc radicem:

℞. Hyoſcyami ʒ ij.

Eandem radicem coq; in aceto, & aqua roſarum, & foue decocto illo dentes. Poteſt & fieri decoctum meliſſæ, aut radicis tormentillæ. Item tenera germina quercus eodem modo coquuntur, & abluuntur eo dẽtes, quæ remedia DEVS bene fortunet.

In phthiſi, à catarrho, pro Matrona quadam Nobili,

D. IOAN. SIGISMVNDI

CONSILIVM CCCXXXII.

DILIGENTER affectum, vir Nobiliſſime, coniugis tuæ, matronæ honeſtiſſimæ perpendimus: quatuor vero præcipue elegimus remedia, per octo dies continuanda.

I. Electuarium iucundum, pectus blande detergens, tuſſim mitigans & euacuãs, quod quatuor doſibus biduo ante cœnam & prãdium aſſumatur:

Lenitiuũ.

℞. Mannæ elect. ℥j.
Flor. Caſſiæ recent. extract.
Sacchari penidii an. ℥ß.
Succi liquirit liquid. ʒ iij.
Cum ſyrup. violar. q. ſ. f. Electuarium.

II. Eclegma expecturans ſubinde, cum libet, glycyrrhizæ baculo ſenſim deligendum.

Eclegma.

℞. Trochiſc. Bechic. rubeor.
albor. an ʒ iij.
Syrup. Iuiubin.
Succi glycyrrh. an. ℥j. Miſce.

III. Alterans, conſumpto Electuario lenitiuo, tribus matutinis in lecto calide ebibendum:

Digeſtiuum.

℞. Syrup. de glycyrrhiza.
Iuiubini.
Mellis roſat. colat.
de hyſſopo an. ℥j.
Aq. Tuſſilaginis ℥ iij.
Capillor. Veneris.
Betonicæ.
Scabioſæ an. ℥ ij.
Miſce.

IV. Catarrhus cum magno impetu & ferocia pulmones & thoracem petat, bis de die Errhino ſequenti diuertendus:

Errhinum.

℞. Succi radic. Betæ ℥ß.
Aq. Maioran. ʒ vj.
Miſce.

Appendix.

Sed quia prædictis nihil proficiebamus, ordinabamus ſequentia:

℞. Iuiubarum num. xv.
Sebeſten. num. vij.
Paſſular. ℥j. ß.
Capillorum Vener.
Tuſſilagin. an. m. j.
Sem. Myrtillorum ʒ ij.
Rad. Liquiritiæ ℥ß.
Caricarum pingu. num. v.
Hordei integri p. j.
Flor. Borragin.
Bugloſſæ.
Nenuph. an. m. ß.
Sem. Papauer. albi.
nigri.
Maluæ.
Cytoneorum an. ʒ ij.
Portulacæ. ʒ j.

Coque in ſ. q. aq. ad remanentiam ℔. j. & ℥ iiij. colatura dulcoretur cum ſacchar. candi & penidii, ac depuretur, & f. potio clara. Huic decoctioni poteſt addi: Radic. ſymphyti, & ſemin. aniſi, & poteſt in ea etiam diſſolui Conſeru. roſarum. Vtatur hac mane poſt ſomnum, & veſperi itura cubitum:

Rotulæ.

℞. Rotularum diapenidii abſque camphi.
Diamarg. frigid.
Diatrag. frig. abſque camph. an. ℥j.
Miſce.
Vtatur quando libet.

Puluis ſyncipiti inſpergendus.

℞. Sandarac. ʒ j.
Sem. Papauer.
Caryophyllor. an. ʒ ß.
Roſarum.
Balauſt. an. ℈ ij.
Macis ℈ j.

Miſce, fiat puluis, vtatur pro ſutura coronali mane iterum abſtergatur.

Nodulus ad odorandũ pro exſicc. catarrhi.

℞. Nigellæ Roman. macerat. in aceto, & iterum exſiccat.
Aniſi torrefact. an. ʒ ij.

Miſce, & cum ſyndone f. Nodulus, odoretur ſæpe ad exſiccaodum catarthum.

Fomentum pro pedibus.

℞. Maluæ.
Betonicæ.
Artemiſiæ.
Abſinthii.
Rutæ an. m. ij.
Chamomel. m. j.

Inciſa dentur in charta pro fomentatione pedum. Horum medicameototum vſu ſe paulo commodius habuit: tamen pro meliori curatione iuſſimus, vt porro vteretur etiam ſubſcriptis. & primo quidem hoc bolo.

Bolus.

℞. Mannæ elect.
Flor. Caſſiæ recentet extract.
Diacatholicon an. ʒ iij.
Cum ſaccharo, fiat Bolus.

Serum lactis caprini.

Deinde accedat ad vſum lactis caprini, inſpergeodo pro vno hauſtu ſacchar. candi, quantum capere poteſt tribus digitis. Lac ſit recens mulctum, & bibatur calidũ quantitate boni hauſtus, non ſuperdormiat, & vitetur omoe vehemens exercitium. Mane ieiuno ventriculo vtatur tribus horis ante prandium, continuet per iotegram hebdomadam. Verum cum appetitum deiecerit, coacta fuit deſiſtere.

Iiſdem diebus, quibus mane vtitur lacte, ante cœnam per horam vtatut dimidio ex ſubſcriptis morſulis:

Morſuli restaurantes

℞. Pulp. caponis ʒ vj.
Pinearum infuſar. in aqua hyſſopi.
Amygdalar. præparatar. an ℥ ß.
Specier. elect. reſumptiui cordi ʒ j. ß.
Diapenidii ʒ j.
Paſſularum minorum bene purgatar. ʒ ij.
Conſeruæ roſarum ʒ ij.
Cinamomi ʒ ß.
Sacchari q. ſ. diſſolut. io aqua roſarum odorifera fiaot morſuli.

Plane vſu horum reſtituta eſt. Quod ſi amplius neceſſe fuiſſet aliquid agere, ſuaſiſſemus, vt quater alternis videlicet diebus vteretur balneo aq. dulcis, & pro lotione capitis ad exſiccandum catarrhum ſequentibus herbis & radicibus:

Lotio capitis.

℞. Roſarum rubear. m. ß.
Maior m. j.
Balauſt. m. ß.
Radic. Aſari ʒ iij.
Agarici albiſſ. ʒ j ß.

Incid. groſſo modo pro lixiuio. Inungat deinde totum corpus ſequenti oleo:

℞. Olei roſati amygdal. dulc.
Lactis vaccini an. ℥ j. Miſce.

Item, vtatur rotularum Diambr. deſcriptionis Gordonii. Vel:

℞. Sacch. candi.
Canar. an. ℥ j. ß.
Miſc. & cum ſucco caulium f. rotulæ.

In phthiſi, ex retentis menſtruis.

D. IOAN. SIGISMVNDI
CONSILIVM CCCXXXIII.

CAVSAM morbi pectoralis vxoris tuæ nullam aliam inuenio, quam ex retentis menſtruis, & venis repletis, rupturam aut reſerationem venarum pulmonis; vnde ſanguis ſpumoſiſſimus (Pathognomonicon affecti pulmonis ſignũ) reiectus, & inde procul dubio abſceſſus exortus. Neque credo, catarthum capitis acriorem huius primum fuiſſe principium; quamuis nunc acceſſiſſe non negem.

Eſſet nunc ſanguis reuellendus, & detrahendus venæ ſectione, clyſteribus, frictionibus, vinculis, lotionibus pedum, ſi vires deiectæ, febris hectica, putrida, tabida concederent, quæ Medicis præſentibus diiudicanda. Commeodo potionem mundificantem, detergentem, expectorantem, conſolidantem, de die ter aſſumendam:

Potio detergens & conſolidans pulmones.

℞. Herb. capillor. Veoeris.
Hyſſopi.
Betooicæ.
Plantagin. an. m. j.
Quatuor ſemin. frig. maior. an. ʒ j.
Sem. fœniculi ʒ iij.
Aniſi ʒ ij.
Plantagin. ʒ ij.
Hordei mundi p. j.
Rad. liquiritiæ recent. ʒ iij.
Ireos flor. ʒ ij.
Iuiubatum.
Sebeſten recent. an. nu. xiij.
Paſſular. ſine acillis ℥ ij.
Flor roſarum.
Maluæ hortenſis ao. p. j.
Croci integri lioteo puro illigati ʒ ß.

Fiat horum omnium in aq. q. ſ. lege artis per noctem iufuſio & decoctio, ad ℔. j. remanentiam. In colatura fortiter expreſſa diſſoluat. ſyrup. iuiubar. de liquirit.

Mellis roſati colatut. vel eius loco:
Syrup. de hyſſopo an. ℥ j. ß.
Miſce.

Fiat potio delectabilis, aromatiſetur cum cinamomo elect. q. ſ.

Calide etiam ſequenti vnguento pectorali inungatur:

Linimentum pro pectore.

℞. Ol. amygdal. dulc. recent. ʒ iij.
Butyri recent non ſaliti ʒ ij.
Ping. gallinæ recent. ʒ j. ß.
Olei roſati ℥ ß.

Lactis

Lactis mulieris puellam lactantis q. ſ. tam diu in mortario probe commiſceantur, donec fere linimenti formam referant. Vnguento vero infrig. Gal. mane & veſperi ſpina illinatur. *Vnguentum ad ſpinam.*

Rotulæ corroborantes de die ſæpius ſub lingua retentæ colliqueſcant & defluant: *Rotula.*

℞. Gummi Arabici clari.
Succi liquirit. non aduſti.
Tragacanthi albiſſimi an. ʒß.
Sem. citonior. excort.
Boli armeni an. ℈j.
Thuris albiſſ.
Cum ſyrup. de liquiritia, fiant Trochiſci bechici.

Ratione putridæ febris & acutorum humorum octauo quoq; die lenitioum è Manna, flor. Caſſiæ, Diapruni ſolut. aut Diacatholicon non improbatur.

Per octiduum continuato, ita decocto & vnguento Eclegma ſequens quantitate fabæ ſæpius ſimiliter ſenſim, per octidoum in ore tabeſcat, & conſumatur. *Eclegma.*

℞. Conſer. roſarum recent. ℥j.
Looch de pulmon. volp. ℈j.
Rotul. manus Chriſti perlati ℥j.
Diapenidii ʒvj.
Boli armeni præparat. ℈j.
Diacodii ℥ß.

Cum melle roſar. colat. fiat mixtura in forma liquida. Sternon vero linteo calide foueatur imbuto ſequenti oleo. *Oleum pro pectoris illinitione.*

℞. Olei Amygdalarom dulc. recent. ʒvj.
Chamomel ℥ß.
Myrtyni ʒiij.
Miſce, fiat oleum.

Catarrhus Errhino diuertendus.

Puluere etiam ſuturæ coronali inſperſo retrahendus & exſiccandus: *Puluis catarrhos exſiccans.*

℞. Puluer. caryophyllor.
Sandaracæ an. ℈ij.
Macis.
Spodii.
Roſarom.
Balauſtior. an. ℈j.
Miſce, fiat puluis.

Nodulus etiam è nigella vera præparetur naribus adhibendus: Imo nec ſinapiſmus, ſi neceſſitas vrgeat, omittendus. Si deglutitio difficilis & laborioſa: *Gargariſmum.*

℞ Herb. Prunell. cum flor. m. j. ß.
Flor. Roſarum m. j.
Maluæ hortenſis.
Tormentillæ an. m. ß.
Miſce.
Et fiat decoctio in aqua pluuiali ad ℔. ß.
Adde mellis roſati colat. ℥j. ß.
Syrup. Iuiubar. ℥ß.
Miſce, fiat gargariſmus.

Cibus ſit optimi nutrimenti, confectio etiam amygdalarum dulc. & pinearum: Item morſuli reſtauranui è pulpa perdicum commendantur.

A cibo ventriculus ſemper eydoneato, Conſeru. roſarum, Coriand. præparat. aut pyro aſſo, ſaccharo candi aſperſo obſignetur.

In anhelitus difficultate, capitis deſtillatione & raucedine,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CCCXXXIV.

Affectvs, de quibus in præſentia Illuſtrima Fœmina conqueritur, tres potiſſimum eſſe videntur, anhelitus difficultas, capitis deſtillatio, & raucedo. Cum enim altiora loca aſcendere & deſcendere incipit, ſtatim anhelandi difficultas oboritur. Raucedo autem cum clare auribus percipiatur, aliis ſignis non indiget. Deſtillatio vero ex eo clara deprehenditur, quoniam aſſidue ferme materia quædam pituitoſa, inſipida, craſſa & lenta per ſputum excernitur: Quæ cum non bonum odorem redoleat, vt ipſa refert, argumentum eſt aliquam etiam contrahere putredinem, vnde omni cum diligentia horum affectuum cauſæ ſunt indagandæ, vt illis inuentis indicationes ex vſu hauriantur, materiaque remediorum inueniantur. Dubium non eſt, anhelitus difficultatem, vocis raucedinem, & materiæ illius pituitoſæ excretionem eſſe partus deſtillationis. *Raucedo.* Nam vt à raucedine exordiamur, materia illa pituitoſa, deſcendens ad inſtrumenta vocis Glottiden ac Epiglottidon irrigans, eſt in cauſa, vt vox rauca euadat. Decumbens vero ad pulmonis aſperas arterias, ac ibi aliquam moram trahens à calore cordis & pulmonum, nec non ab illa mora & craſſitiem & putredinem quandam contrahere videtur. Cuius putredinis ſignum eſt, quoniam Illuſtriſſima patiens, dum hanc materiam excernit, inſuauem quendam odorem in ore perſentit. Ad quod accedit, quod quamuis non ſit exactum pus, ad puris tamen conditiones & naturam proxime accedere videtur. *Cauſa anhelitus difficultatis.* Hæc itaq; materia ob ſui copiam bronchia pulmonis aliquo modo obſtruens, eſt in cauſa, vt illa reſpirandi difficultas oboriatur. Generatur autem hæc pituitoſa materia in ipſo capite, læſa coctione ipſius, quæ quidem actio læditur, labefactata facultate alteratrice, tum ob intemperiem humi-

Temperamentum cerebri calidum.

dam quoniam in actiuis qualitatibus nullus eſt receſſus à naturali ſtatu, quod ſi caput aliquo modo calidum eſſe videtur, illa caliditas eſt naturalis, & ipſiuſmet capitis natiua temperies; tum etiam ob errorem externum, ratione nampe obiecti, ideſt praui alimenti, in quod agit capitis alteratrix. Quod quidem alimentum ex cognitur prauum, quia vt nobis relatum eſt, hæc illuſtriſſima fœmina aſſidue fere praua viuendi ratione vtitur. Cuius ratione etiam aliquando fit, vt aliquæ cruditates in ventriculo generentur, à quibus flatus eleuati, & à ventriculo erumpere vt plurimum ſolent.

Indicationes.

Quæ cum ita ſe habeant, ad illud omne ſtudium noſtrum eſt conuertendum, vt caput humidum exſiccetur; pituita cum præter naturam moueatur, & proinde præceps ruat ad fauces & pulmones, eſt intercipienda, deriuanda, repellenda, & cum bronchia occupet, elidenda, diſſipanda, ac penitus exſtirpanda. Virtus vero horum viſcerũ & tonus, vna cum virtute totius eſt conſeruanda; habita tamen prius de toto prouidentia. Quibus ſatisfacere, non eſt quidem impoſſibile, eſt tamen ad ſummum difficile. Nam ſi conſideramus vehementiam ratione dignitatis, eam ſatis inſignem

Prognoſtica.

eſſe reperiemus. Caput enim quod eſt membrum principaliſſimum, læditur, læduntur inſtrumenta vocis, offenduntur pulmones, quorum actio cauſa vitę eſt ſumme neceſſaria. Si autem conſideremus vehementiam ratione propriæ eſſentiæ, eam quoque ſatis intenſam inuenimus, ſiquidem excernitur materia, longe recedens à naturali ſtatu; Expuit enim materiam pituitoſam, inſipidam, frigidam, craſſam, viſcidam, & quod peius eſt, aliquando ſemiputridam. Quam vehementiam capitis *δυσκρασίαν* iam iam in habitum conuerſa, augere videtur. Duobus enim ad hinc annis ab hac capitis deſtillatione ſeſe infeſtari refert, quamuis vnus tantum ſit elapſus annus, ex quo hæc materia & prauam qualitatem & craſſitiem contrahere incepit. Cæterum de hoc caſu omnino non eſt deſperandum, poſtquam virtus ſecundum quantitatem & qualitatem ſatis robuſta exiſtit. Eſt enim Illuſtriſſima fœmina in iuuenili ætate conſtituta, ſatiſque bono corporis habitu prædita, nec vllum adhuc generoſum pręſidium eſt experta. His ergo hunc in modum conſtitutis, alacri animo ad præſidiorum materias deueniendum. In dubium

Vena ſectio.

vero vocatur, an ſanguis euacuari debeat, nec ne? Cum menſes in hac Matrona Illuſtri ſecundum debitam quantitaté & conſuetum ordinem fluant, nullo modo ſanguis in hoc corpore exuberare videtur, vt hac ratione ab omni ſanguinis miſſione ſit abſtinendum.

Veruntamen ſi conſideremus menſiſmedietatem, quod ſane tempus ab hac conſueta vacuatione procul abeſt, facilime vnicuique apparebit, tunc aliquam copiam ſanguinis redundare, vnde & merito huius & etiam, quia tunc ſanguis habet rationem cauſæ, ſine qua non poſſumus tuto vti medicamentis calorificis, quæ neceſſario in hoc caſu ſunt vſurpanda, propterea ſuademus, vt ſanguis euacuetur, ſecta vena communi dextri cubiti, in moderata tamen quantitate.

Cauterium ſetaceum.

Quantum vero ad fonticulos neceſſarium eſſet, non ſolum cauterium in ſutura coronali excitare, ſed etiam ſetaceum in occipitio; ſed quoniam hæc ſpeciem & pulchritudinem defœdare ſoleant, & propterea cum hæc fœminis præter cætera chariſſima ſint, ab hoc genere remediorum valde abhorrere ſolent, propterea ſuademus, vt in vtroque brachio, vel ſaltem in vno fonticulus fiat. Nam ſi vllum eſt præſidium, cuius ratione hanc *δυσκρασίαν*, & capitis deſtillationem auferri poſſe ſpetamus, hoc vnicum exiſtit, vt hac ratione huic Illuſtriſſime fœminæ ſit maxime perſuadendum: Imo, ſi fieri poteſt, etiam cogenda, vt hunc vnicum ſaltem fonticulum admittat.

Quod ad pharmaciam, laniatur aluus cum melle roſarum ſolut. vel cum caſſia, pręparentur humores cum decocto ex herbis non calefacientibus, ſed potius temperatis, vt verbi gratia, cum decocta ex farfarbeton. Quinimo aſcendendum eſt etiam ad cichoreum. Præparatis humoribus expurgentur, deinde cum agarico & rhabarbaro, quibus addatur mel roſarum ſolut. vel etiam ſyrup. roſar. ſolut. Hac perꝭcta purgatione, iterum præparentur humores, ac denuo expurgentur. In hac autem ſecunda purgatione ratione capitis probantur pillulæ cochiæ, cum portione maſtichinarum permixtæ.

Cæterum, quia omnia æſtuare incipiunt, poterit Excellentiſſimus Medicus aliquem diem obſeruare aliis tepidiorem, vel ob pluuiam, vel etiam ob aliam cauſam, & tunc prædictas pillulas exbibere, quarum caliditas vt magis atque magis corrigatur, illis aſſumptis ſtatim poterit aliquod apozema propinare, vt eſſet ſerum lactis optime depuratum, & vt caput melius & exactius mundetur, expurgari debet errhinis illis ab Excellentiſſimo viro propoſitis. Quod ſi capitis deſtillatio perſeueraret, probatur Lambitiuum, paratum ex Looch de pulmone

rione … ꝑs, cum ſyrupo de liquiritia, cum … de farfar. de betonic. addita etiam manna. Vt autem expurgetur materia in pulmonib. exiſtens. Probatur ſulphur cum cera ad ignem, donec rubeat præparatum, & cum ouo recenti exhibitum. Ratione vero faucium & raucedinis, hortamur, vt ſub lingua & in faucis imponatur oxymel præparatum cum pulnere ex ſcabioſa, ex betonica, cornu cerui, & vrgente neceſſitate, cum bolo armeno pulueriſato. Non eſſet autem præter rationem ad intercipiendam materiam illã pituitoſam, quę aſſidue in pulmones præcipitatur, ſi in ore, quando it dormitum, Theriacam recentem, vel Diacodion detineret.

[Sulphuris cum cera preparatio.] *[Theriaca.]* *[Diacodion.]*

Cæterum ante omnia, vt illa humida capitis temperatura aboleatur, probatur ſtillicidium per plures dies, quouſq; ſcilicet aderit præſentia indicantis, nihilque prohibebit, ſupra ſuturam coronalem paratum ex aqua noſtra Latrenſi: & quia capitis temperies eſt conſeruanda, temporibus calidioribus parandum erit cum aqua Latrenſe, & aqua Teguiæ permixta, imo vrgente æſtu cũ ſola aqua Tegulæ. Probatur præterea, vt ſtatim à ſtillicidio capiti exſiccato, ſupra ſuturam prædictam ceratum de betonica, vel aliud aliquod ſimile imponatur. Et quoniam non ſperamus, hanc Illuſtriſſimam fœminam hac vnica medicatione tot tantiſque malis liberari poſſe ex toto, ob temporis anguſtias, tum quia ob purgationem, repurgationem, & ſtillicidium præſens hæc curatio ſatis longa eſt futura, tum etiam, quia iamiam æſtus adſunt, vt decoctum ligni & aliorum propinare non liceat: (virtus enim & æſtum, & medicamenti vires eodem tempore ſuſtinere non poſſet, imo ob vtramque cauſam nimis diſſolueretur.) Propterea aduentante autũno ſuademus, ſi ab his malis liberari cupit, vt denno purgetur, repurgetur & decoctum chinæ, ſalſę, & ligni per aliquot dies aſſumat. Nam tunc vires, cum æſtus nõ ita vigebunt, imo aer tẽperatus exiſtat, melius horum alexipharmacorum facultates tolerare poterunt. His omnibus addenda eſt compar, & diligens viuendi ratio, quæ quoniam Excellentiſſimo viro eſt perſpecta, conſulto prætermittimus, &c.

[Stillicidiũ.]

In raucedine à catarrho, pro quadam Nobili Matrona,

D. IOH. NÆVII

CONSILIVM CCCXXXV.

Eccoprotico aluus emolliatur:

℞. Caſſiæ nouiter tract.
Electuar. lenitiui an. ʒ iiij.
Diaphœnicon. ʒ ß.
Miſce & cum ſaccharo fiat Bolus. *[Bolus.]*

Concoquatur, exſiccetur, intercipiatur, & expectoretur dein materia ſequenti digeſtiuo & Rotulis:

℞. Syrup. Iuiubini ʒ vj. *[Digeſtiuum.]*
Violarum.
de Hyſſopo.
Oxymel. ſimpl. an. ℥ ß.
Aq. Capillor. Veneris.
Violarum.
Scabioſæ an ℥ ij.
Sperm. ceti ℈ ß.
Miſce, fiat hauſtus.

℞. Specier. Diarrhod. abbat. *[Rotulæ.]*
Diacinamom.
Piiriſarc. an ʒ j ß.
Sacchari albiſſimi in aqua fœniculi diſſoluti ℥ iij. ß. fiant rotulæ.

His vſa eſt Dreſdæ: Redeunti vero domum ſubſcripta ordinata fuere:

I. Repetatur digeſtiuum ordinatum, quod raucedinem apprime mitigabit:

Syrup. Capilior. Veneris ℥ j. *[Digeſtiuum ad raucedinem.]*
de liquirit. ℥ j.
Spermatis ceti ℈ j.
Aq. fœniculi ʒ vj.
Miſce pro duabus matutinis potionibus.

II. Aſſumat ſequentes pillulas, horis quinque ante prandium:

℞. Pillul. de Agar. Meſne. *[Pillulæ.]*
Cochiarum.
Aurearum an. ℈ j.
Diagridii gr. j.
Miſce & cum aq. betonicæ formentur pillulæ num. xxj. Iuſculum piſorum prandium antecedat ablutionis gratia.

III. Eclegma deinde ſenſim lambitione per arteriam in thoracem inſtilietur:

℞. Looch ſani & experti ℥ ij. *[Eclegma.]*
de Pino ℥ j.
Spermatis ceti ʒ ß.
Cum ſyrup. de liquiritia q. ſ. fiat Electuarium liquidum.

IV. Subſtituantur denique Trochiſci ſublinguales:

℞. Spec. Diatrag. frigid. ʒ ij. *[Trochiſci ſublinguales.]*
Diapapauer. ʒ j.
Cum ſyrup. violarum fiat maſſa, ex qua for-

mentur pillulæ ad formam Bechicarum. Hæc cum Deo raucedinem penitus abigent.

In dolore ſtomachi febri colliquante, virium imbecillitate, & animi deliquio, vrina farinacea. unde exulceratio vreterum colligitur, pro quadam Nobili fœmina,

D. Hieron. Stromair,
D. Petri Monavii, &
D. Diomedis Coronarii,

CONSILIVM CCCXXXVI.

VT de propoſito caſu rectius iudicium ferri poſſet, vtile eſſet ſcire temperiem nobiliſſimæ iſtius fœminæ, item qua ætate, & quo habitu corporis foret, gracilior ne, an craſſior & pinguior. Sed quoniam iſta indicata nō ſunt, de eo quod principale eſt, inquiramus. Quantum vero intelligimus præcipua ſymptomata ſunt, dolor ſtomachi, item febris quaſi colliquans, & extenuans corpus, fereq; poſt ſumptum cibum inuadens, præterea virium imbecillitas, & quod huic, ore præſertim ventriculi debili, acutiq; ſenſus exiſtente, ſuccedere ſolet animi deliquium. Inter excuntia mutata eſt vrina, quę contentum farinaceum modo flaui, modo rubei coloris habet. Exiſtimat Medicus, eius iudicium ſimul tranſmiſſum eſt, in liene, aut regione lienis apoſtema latere, idq; ex pure, nonnunquam etiam ſanguine vna cum vrina profluente colligit, cuius tamen nobilis ipſa fœmina in poſtſcripto ſuo non meminit: ſed tantum refert farinacea quædam à longo iam tempore in vrinis ſubſidere. Quod ſi verus abſceſſus eſt, phlegmonem neceſſario præceſſiſſe oportet, cuius quidem ſigna nequaquam obſcura ſunt. Apparuiſſet igitur tumor aliquis in lienis regione, item dolor in ea parte, & reſpiratio ſenſibiliter læſa fuiſſet. Horum nihil ex nobilis fœminæ indicatione colligitur. Aliam igitur morbi ſedem eſſe, ex qua enarrata ſymptomata promanant, concludimus. Etenim ſi Hippocr. & Galen. credimus: Quoties cum vrina furfuracea aut farinacea, vel alia huius farinæ prodeunt, certum eſt in vrinariorum vaſorum aliquo morbum ineſſe. Sunt autem vaſa illa vel renes, vel veſica, vel etiam vreteres. Si renes per ſe & principaliter affecti eſſent, dolor hauddubie altius aſcenderet, & alterutrum crurum ſimul occuparet. Sin veſica laboraret, in pube ipſa, & anteriori corporis parte moleſtia magis ſentiretur. Sed hic dolor ad ſiniſtrum latus vergit, mediumque pene locum inter renes & veſicam occupat. Statue... igitur aliter ex his notis, & indiciis non po...mus, quam exulcerationem in ipſis conſiſtere vreteribus, & ſiniſtro quidem in primis, quæ facile, ſiquidem tam diu durat, & renibus & veſicæ velut contagione quadam communicari poteſt, quamuis hoc loco plurimum ſcire intereſſet, nunquid nobilis iſta fœmina ſeu renum, ſeu veſicæ calculo, nunquam antehac laboraſſet? Faceret enim iſtud non parum ad morbi exquiſitiorem cognitionem, adeoque curationem ipſam. Dolorem ſtomachi, de quo conqueritur, à peculiari cauſa foueri exiſtimamus, quemadmodum manifeſte ex ipſius nobilis fœminæ relatione conſtat, quando illum, altero ceu præcipuo morbo non remittente, remiſiſſe tamen affirmat. Non igitur ab alio dependet, ſed ſeipſo conſiſtit; niſi forte, quemadmodum lapide in vreterum anguſtiis diutius hærente ventriculus ſimul compatitur, & nauſea atque ſubuerſione afficitur (cuius rationem Galenus in epidemiis eleganter reddit) tale aliquid hic etiam accidit. Febris, quæ nobilem fœminam ſimul exercet, & eam depaſcitur, ſine dubio eſt ſymptomatica, ex earũ genere, quas lentas vocant, hecticæ non diſſimilis, non tamen vere talis. Ortum inde habere veriſimile eſt, quod ductus illi vrinarii nõ procul à magno venæ cauæ & aortæ trunco abſint. Vnde facile per ampliſſimas illas vias vapor noxius aut putrilaginoſus ad cor deferri potuit, quo humores in illo contenti, aut cordis ipſa ſubſtantia læſa, febrilem calorem cõcipiens, deinde in vniuerſam corpus propagauit, & etiamnum propagat. Quia autem magnus feruor in venoſo genere exiſtit, & ſanguis ipſe craſſior, & excrementa reliqua, quæ prius aut ſordium forma alioqui per exulceratos vreteres expurgari & prodire debebant, propter caloris excedentem vehementiam exaſſantur, & in ſubſtantiam farinæ conſimilem rediguntur. Apparet igitur ex allatis hactenus, principalem in hoc nobili ſubiecto morbum eſſe alterius vreterum ſeu vrinæ ex renibus in veſicam ductuum exulcerationem, quam febris ſymptomatica, & ipſa nequaquam diſpicienda, concomitatur. Vnde iam indicationes curatiuas ſecundum artis methodum elicere promptum eſt, has videlicet. Exulceratos quidem vreteres detergendos, expurgandos, & deniq; rurſus conſolidandos eſſe, febris autem adiunctæ vehementiam reprimendam, & ne illa vires deiiciat, corpusq; extreme abſumat, prouidẽdum. Quæ ſane omnia num in hac ægrotante, in qua malum pene in habitũ tranſit, ob...ere atq;

ſequi

Abſceſſus ſigna.

Aphor. 77. Furfuracea in vrina quid indicent.

...a vreteribus.

Dolor ſtomachi.

In 6. Epid.

Febris lenta.

Febris ſymptomatica ex vreterũ exulceratione.

Indicationes curatiuæ.

aſſequi liceat, ii iudicare poterunt optime, qui præſentes ſunt, & viriũ robur cum morbi magnitudine conferre aliaq; ſigna & ſymptomata, præterea apparentia, quæ nos abſentes latent, obſeruare queunt. Nihilominus tamen ad nobilis dominæ inſtantiam, quæ nobis ad curationem opportuna vidẽtur, non grauatim paucis verbis nunc exponere aggredimur. *Diæta.* In victus igitur ratione conueniente, vt in omnib. aliis morbis chronicis, non exiguam ſanationis ſpem collocatam habemus. *Aer.* Quamobrem opera danda, vt aer ſit temperatus, vel ad frigiditatem, hoc potiſſimum anni tempore, & durante febre declinet. *Cibus.* Inter cibos eligat æger eos, qui boni ſucci, nec ita difficulter concoquuntur, atq; quam minimum excrementorum procreant. Vitet autem omnia cruda, craſſoſque humores progignentia. Item: omnia acria, ſalſa, vehementer acida, & quæcumque ratione caliditatis excedentes vrinam prouocant. Carnes gallinarum, pullorum, perdicum, auium montanarum, & contuſa horum recte exhibebuntur, nec non etiam oua ſurbilia, & ſimilia. Item panatella, quam vocant, & hordeatum & paſtulatum. In iuſculis, quæ aſſumit, alterationis gratia, incoqui poterunt folia maluarum, lactucæ, radic. cichorii, aſparagi, flores borrag. bugloſſ. violar. & alia huius generis ſexcenta. Piſces ſi ſint ſquammoſi & ſaxatiles, atq; iuſto modo apparentur, non omnino prohibemus. *Potus.* Pro potu laudamus aquam hordei cum glycyrrhiza & paſſulis. Poteſt etiam concedi vinum rubrũ clarum, quod tamen cum aqua hordei aut liquiritiæ dilui debet. *Acidulæ.* Acidularum tam frequens vſus, qualem Medicus imperat, an in hoc affectu vſquequaque conueniat, valde dubitamus. Acorem certe, qui chalcanthi mineram reſpicit, neruoſas partes (inter quas vreteres quoque connumeramus (mordicando lædere & frigus adiunctum vulneribus inimicum eſſe, ex Hippocratis oraculo didicimus. Motus & exercitatio, quantumuis non vehementiſſima, cum corpus plus æquo exagitent, humoreſq; in illo inordinate commoueant, quietem vtiliſſimam eſſe cenſemus. Somnum quin etiam liberaliorẽ permittimus, ac ſi vigiliæ infeſtent, vt in cœna, & ſub horam decubitus emulſione ſeminis melonum, amygdalarum dulcium, & ingente neceſſitate, papaueris quoque albi, in aqua violarum facta vtatur, ſuademus. *Emulſio.* ita enim febris feruorem eadem opera ſimul contemperabimus. *Aluum lenientia.* Aluus vt laxa ſeruetur, annitendum. Quod ſi hoc ſponte non fiat, paſſulæ vel pruna cocta reliquo cibo quadrantis horæ ſpacio præmittantur, & ſi ne ſic quidem illa reſpondeat, clyſteres lenientes & mollientes iniiciendi, aut glandes hãc ad rem ideneæ ſubdendæ fuerint. Quod reliqua præſidia attinet, venæ ſectionẽ, quam nunc fieri multa prohibent, inter initia debito modo adminiſtratam eſſe confidimus. Fortaſſe etiam euacuationes congruentes, præmiſſa humorum peccantium legitima præparatione, decretæ ſunt. Quia tamen in corpore diſtemperato facilime praui humores colliguntur: non erit opinione noſtra ſuperuacaneum, denuo illas, ſaltem deriuationis cauſa, repetere, non quidem cum pharmacis furtioribus, & corpus iam antea debile plus æquo exagitantibus, ſed duntaxat cum mitioribus, &, vt iuniores appellant, benedictis, vt pote, ſi foliorum ſenæ Alexandrinæ, v.g. ſemuncia cum Rhabarbari electi drachma vna, vel ſcrupulis quatuor in decoctu communi florum & fructuum, aut aqua cichorei & borraginis per noctem infundantur, atque expreſſo liquori ſeſcuncia ſyrupi violati ſolutiui adiciatur. *Euacuantia mitiora.* Aut ſi bolus magis placet (quem in huiuſcemodi affectionibus nonnulli potionibus & catapotiis longe præferunt) ex caſſiæ, elect. Diaſebeſten, vel etiam catholici ſufficienti quantitate concinnetur. *Vlceris cura.* Poſtea ad vlceris ipſius curationẽ procedatur. Cui quidem detergendo & mundando plurimum proderit, ſi ſingulis matutinis ſerum caprinum cum ſaccharo & ſyrupo violato aſſumatur, & mox poſt illud aſſumptum confectionis Diatragacanthi frigidi ſine camphora (aut etiam, ſi grauiore odore ægra non offendatur, cum illa) rotulæ binæ aut ternæ deuorentur. Eidem intentioni ſeruet emulſio ex amygdalis dulcibus, ſemin. ib. quatuor frigidis contuſis in aqua hordei parata, cui addatur ſacchari roſacei aliquid. Pro expurgatione vlceris nihil eſt præſtantius ipſa Terebinthina, quæ vel lota, vel cocta exhiberi poteſt. *Lotio Terebinthinæ.* Lauatur quidem aliquoties in aqua maluarum, aut violarum, & vltimo in aqua roſarum, atq; deinceps ſaccharo aſperſo, trium aut quatuor drachmarum pondere boli in morem deuoratur, vel etiam cum calide pulli aut caponis iuſculo deglutitur. Nonnulli magis decoctum probant, cui aliquid Rhabarbari, item puluerem ſuccini atque liquiritiæ admiſcent, & inde pillulas mediocris magnitudinis conficiunt, quarũ xj. aut xiij. circiter, horis duab. ante cœnam. vel mane hora quinta, aut ſexta aſſumere iubent. Satis autem eſt 3. aut 4. quolibet die terebinthina hoc modo parata vti, & reliquis diebus interiectis in iis pergere, quæ ante præſcripta ſunt. Vbi vero vlcus mediocriter mundatum & expurgatum eſſe ex puriori-

Conſolidatio.

bus vrinis apparuerit, tum demum conſolidationi incumbendum,&ad hunc finẽ propinandum lac caprillum recens emulctum, & adhuc à matre calens, cui mellis nonnihil (cum abſque hoc Gal.teſte periculoſum exiſtat) iniiciẽdum. Prodeſt etiam cum eodem lacte puluerem boli Armeni, Tragacanth. Gummi arabic. aut amyli ad drachmæ vnius pondus commiſcuiſſe: vel horum loco Trochiſcorum de terra lemnia, de ſuccino, de halicacabo, vnum atque alterum in aqua cichorii, vel alio liquore conueniente diſſolutũ ebibiſſe.

De Euchy. & cacochymia.

Externa.

Extrinſecus ad exiccandam & roborandam partem affectam, maxime ſub finem curationis, applicari poterunt ol. roſatum, cydoniorum, myrtillorum, cum bolo, ſantalis, farinis, & ſimilibus, prout tum præſens conditio expoſtulare videbitur. Febris ipſa nullam peculiarem medicationem requirit: quandoquidem ſymptomatis duntaxat rationem habet, & præcedentia auxilia omnia ita à nobis conformata ſunt, vt ſimul febrili incendio, & corporis extenuationi opem ferant. Dolorem ſtomachi iam tum remiſiſſe patiens ipſa teſtatur. Quæ vero ad viriũ refectionem pertinent: prætetquam quod vulgo nota ſunt: etiam in tranſmiſſo Medici conſilio ſatis abunde comprehenduntur. Atque hæc quidem de propoſito caſu, quem diligenter, quatenus ex indiciis nobis cõmunicatis facere licuit, ponderauimus, noſtra eſt ſententia. In qua, ſi quæ forte deeſſe videbuntur, prudentis ea, & oculis omnia coram luſtrãtis Medici iudicio ſtudioſe relinquimus. Vtque profutura ſperamus: ita ſortunari etiã à præpotente Deo præcamur ſimul & optamus. Perſcr. Viennæ Auſtriacorum 16. Maii, Anno 1582.

In cachexia, & anaſarca, pro quadam Magnifica Domina,

D. CASP. HOFFMANNI CONSILIVM CCCXXXVII.

QVo in ſtatu magnificæ Dominę valetudo & antea fuerit, & nunc ſit, quæ ſymptomata eam exerceant, quibus ex cauſis oriantur, quid ſpei ſit in poſterum, denique quę, qualia, quo ordine medicamenta vſurpanda, & admouenda ſint, exponam paucis, vt quicunque ſuccedet habeat meam, & de morbo, & de curatione ſententiam. Ordior à priore partium corporis conſtitutione, vt inde appareat, quanta fuerit corporis ad hunc morbum pronitas. Ventriculo antehac fuit admodum frigido, appetente quidem multum, ſed parum concoquente, in eo quoq; multa apparet humiditas & ...quoſitas, cum cruditate aſſidua, & pituita copioſa coniuncta.

Vomitus quotidiani vnde?

Quotidianus ille cruditatum prouentus, adigit eam ad quotidianos vomitus. Nam cum quotidie horis aliquot à cibo, craſſis flatibus à pituita repefacta exortis infeſtaretur, à compreſſionibus & anguſtiis non aliter, quam vomitu ſe liberare potuit. Ac quamptimum viſcidæ pituitæ copiam à ſe reiecit, notabile leuamentum ſentire viſa eſt, ſed interim tamen aſſiduis vomitibus vehementer attrita & debilitata eſt vis ventriculi, vt non in cauitate ſolum ventriculi pituita contineretur, ſed tunicæ quoque imburentur & tandem permadeſcerẽt.

Ventriculus humidus.

Hæc ventriculi δυσκρασία cerebri etiam humiditatem promouit & auxit, vt Domina frequentibus catarrhis eſſet obnoxia, qui nunc in has, nunc in illas partes, nempe in maxillas, humeros, brachia, viam affectarunt, præcipue vero ad pectus & pulmones delapſi ſunt.

Vnde catarrhi frequentes.

Ac ante annum tam impetuoſe, tantaque copia fluxiones ad pectus irruerunt, vt ipſa ſuffocationem metueret, & ſequeretur valida tuſſis, & aſthmatica quædam diſpoſitio, cuius etiamnum ſentit reliquias, quandoquidem ad iuſtam curationem non tantum, quantum requirebatur temporis impenſum eſt. Multum etiam flatibus, compreſſionibus & catarrhis acceſſit ex ſiniſtro latere, videlicet ex liene & matrice, aliter quam oportebat affectis, & conſenſu ſuo ventriculum & caput turbantibus. Contra autem epar iuſto fuit calidius, vt non ſolum caloris quaſi flammas eructaret in ſuperiores partes, (inde & genis ſemper fuit rubentibus, & facile æſtum circa caput ſenſit) ſed generaret etiam vſtorum humorum, rudimentorum vrinæ, & ſeri copiam.

Epatis caliditas.

Et quia renes quoque non raro incaluerunt, & ad obſtructionem parati fuerunt, facta ſubinde eſt regurgitatio ſeri, inde repletio capitis, tinnitus aurium, ſomnia tumultuoſa, &cet.

Regurgitatio ſeri.

Hæc fuit in Magnifica Domina prioris biennii conſtitutio. Atque ego cum quid ex hac corporis pronitate ſecuturum eſſet conſpicerem, ſcripto non vno complexus ſum omnem valetudinis ipſius rationem: nec quicquam maluiſſem, quam vt Domina tantum temporis integræ curationi impendere ſuſtinuiſſet, donec membra ad integritatem, & ad laudabilem ſtatum reducta fuiſſent: ſed negotia obſtiterunt, & quæſitum eſt ex Thermis remedium.

Thermæ.

Itaque cum perſtaret ventriculi cruditas, & epar intemperatum crudos humores attraheret, ipſæque meſeraicæ obſtructæ non recte ſugerent chylum idoneum, tandem & ipſum epar paulatim refrigera-

tum

tum eſt,& à potu thermarum ſulphurearum & nitroſarum vitiatum eſt, vt ſanguificatio *Cachexia.* inſtitui non potuerit,ita ſecuta eſt cachexia, id eſt,prauus & vitioſus corporis habitus,ex copia prauorum humotum. Poſtea vitiata vlterius concoctione ventrieuli & ſanguificatione epatis, ſuccus, quo alendæ erant particulæ,degenerauit in naturam alienam, ineptam nutritioni, atque ita ſane nunc ſe ſes habet. Nam etſi ſanguinis aliquid generatur: tamen is adeo humidus eſt & diſfluens, vt membris neque hærere, neque aſſimilari poſſit. Et conuerſio ipſa chyli non fit in bonum ſanguinem, ſed in crudum & pituitoſum albicantem, ſeu potius in lentam & concretam pituitam. In hoc ſanguificationis errore facta eſt diſtributio aquoſi humoris, ipſiusque pituitæ per venas in muſculos, atque adeo in omnia fere membra corporis, vt moles ipſa corporis, ceu ſpongia humore imbuta increſcat, humiditate inhæreſcente membris, & quaſi abſumpta.Ita ex dilutiore illo alimento corpus flaccidum, laxum, & pendulum euaſit, & tale eſſe pergit cum poſt appoſitionẽ nulla vera agglutinatio, multo minus vera nutritio fieri poteſt. Morbum igitur eſſe eam *Anaſarca.* ſpeciem hydropis, quæ Anaſatca dicitur, nullum eſt dubium, & teſtantur id omnia *Signa anaſarcæ.* ſymptomata.Nam pedes intumuerunt vltra genua, isq; humor increſcit veſperi vt quãdo illa in ſella ſedẽs pedes decliues aliquando tenuit. Noctu ſubſidet tumor,& mane aliqua ex parte euanuiſſe videtur. Quin etiam tumor, ſi digitus inprimatur, relinquit impreſſi digiti ſeu cauitatis veſtigium. Venter quoque ad contactum craſſus eſt. Totum corpus graue eſt, & quaſi diſſolutum & maciatum languet, ac nimiis etiam laboribus fatigatur & frangitur. Carnes ipſæ quocunq; tangas,ſunt molles,laxæ, pallidæ,quia imbutæ ſunt aquoſo humore,velut ſpongia. Et quia effuſa eſt materia pituitoſa inter cutem & carnẽ, inde eſt calor ille deprauatus & pallidus. Functiones omnes corporis hebetes ſunt & languidæ,præſertim ventriculi & epatis,ideoque cibum faſtidiunt. Nam nec venæ meſeraicę,quibus ad epar alimenta transferuntur, ſugunt & attrahunt ob debilitatem. Atque ipſi quoq; renes propter obſtructionem & imbecillitatem ſeroſam materiam abſtrahere nequeunt. Ita in corporis partibus inferioribus cumulantur & corrumpuntur excrementicii illi humores, *Peculiaris cachexiæ exacerbatio ſymptomatis frequens. Tuſſis valida.* ne quid interim de lienis & matricis affectibus dicã. Eſtq; huic morbo peculiare,quod etiam in ipſa animaduertitur, vt eodem etiam die, modo rectius, modo peius ſe habeat. Nec exigui momenti eſt tuſſis valida, & pulmonis anguſtia, ſpirandi difficultas. Spiritus enim aceruatim trahitur, poſt cibum maxime. Super omnia cõcurrit febris *Febris lenta.* lenta cũ pulſu vndoſo,crebro & pauco, atq; febris noctu exaſperatur, & ipſa viciſſim reliqua omnia exaſperat. Inde noctu percipitur calor, ſitis, ariditas oris,calet & dolet caput ab effumatione calida, defluxio decumbit ad ſiniſtram partẽ capitis,& vigiliæ multæ. Infeſtat tamen etiam illam tuſſis illa impetuoſa totum corpus miſerabiliter concutiens,& raucedinem inducens. Deinde vehemens & orificii ventriculi,& ex his omnibus ingens virium debilitas. Ex his ita enumeratis apparet tota morbi ratio cum ſymptomatibus & morbis, nec obſcuræ ſunt ex eo diſcurſu ſingulorum cauſæ. Apparere etiam ex eo difficultatem arbitror, quod iam in habitum deducta ſit frigiditas, & partes oppreſſo calore & humido radicali minus habeant vitium. Et durant adhuc fomites huius morbi, nempe, cruditas ventriculi & languor epatis. Præterea morbus habet adiunctam tuſſim validam cum vehementi compreſſione, quæ ſecuta eſt longam difficultatem ſpiritus, habetq; febrem coniunctam,ita vt oporteat medicamenta, quæ tumori diminuendo adhibenda eſſent,ea eſſe, ne calidam intemperiẽ augeant. Etſi igitur *Prognoſticon.* difficultates illæ curationi obiiciantur, tãmen cum non vſque adeo durarit morbus, & ipſa nondum ſenio confecta ſit, & vires adhuc habeat non penitus proſtratas, & ſumere etiam medicamenta velit, & ſumpta ſibi conferre ſenſerit, aliiq; multi hac ſpecie hydropis liberati ſint, nulli hic operæ parcendum eſt, vt fomites huius morbi corrigantur, & corpus onerante aquoſitate liberetur, etiam ſi id confeſtim & ſubito fieri non poſſit. Etſi vero magnifica Domina *Tumori fruſtra remedia adhibentur cauſa præſente.* cuperet ſtatim tolli tumorem,tamen fruſtra adhiberentur tumori remedia, cauſa præſente. Nam cauſa protinus reſtituit, quantũm tumori adimitur. Itaque cum hic multa ſit aquoſi humoris copia diſſeminata per torum corpus,ob vitiatam ſanguificandi facultatem, morbus loquitur ipſe, requiri hic euacuationem aquoſi humoris, ſed fre- *Aquoſi humoris euacuatio.* quentem potius, quam validam, tum ratione ipſius Dominæ, quæ facile à purgationibus offenditur, tum ratione epatis, cuius vires valida euacuatione proſternerentur, cum alioqui in omni hydrope epar ſit imbecillum & languidum. Præterea in hy- *In hydrope alui profluuium periculoſum.* drope alui profluuium periculoſum eſſe ſolet. Ergo leuibus euacuationibus procedere oportet, & alternatim euacuare & confortare,idq; ſæpius. Potiſſima deinde intentio dirigenda eſt ad labem & vitium epatis.

Ita autem attemperanda ſunt medicamenta epati, vt intemperies eius corrigatur, & emendetur imbecillitas concoctricis facultans, cuius vitio & errore ortum eſt hoc malum. Quod fit ſi aperiantur obſtructiones, attenuentur craſſa, incidantur & abſtergantur viſcida, ac deniq; ſi foueatur calor naturalis. Sed ſimul etiam febriculæ ſymptomaticæ habenda ratio, quæ indicat ſubeſſe aliquid putredinis, cuius cauſa ſunt obſtructiones.

Diuretica quando proſint hydropicis.

Diuretica prius non exhibenda, quam corpus purgatum & fluidum factum eſt. Vſu enim comparatum eſt, quo magis diuretica, & quæ fundunt materiam, dantur hydropicis, eo magis ipſos intumeſcere. Ideoque caute hoc agendum.

Abuſus diureticorum.

D. Schirachius ſequenti remedio opportune dato ægrum tumidiſſimum ab aqua liberauit.

℞. Aq. radic. raphan.
Sambuci.
Maioran. an. ℔. ß.
Syr. de radicib. ℥ j.
Bull. modicum, f. potus clarus.

In hydrope prius epatis pars caua expurganda.

Verũ caua epatis pars prius liberanda ab aquoſitate per ſedes, quam gibba per vrinas. Vidi ipſe male ceſſiſſe potiones diureticas, in quibus erant ſoldanella, vbi primis membris non erat prius proſpectum, & adempta repletio.

Soldanella.

Sed poſt euacuationem totius mire vtilia ſunt. Nam ſi renes non trahunt ſerum, replentur venæ ſero, & tumor increſcit.

Hydrotica.

Hydrotica, quæ aquas expellunt per ſedes, egregie id præſtat iridis ſuccus ſic præparatus:

℞. Succi Iridis ſeu lilii cœleſtis per reſidentiam depurati ℨ iij.
Syr. de endiu. ℨ vj.
Aq. petroſel. ℥ ß.
Sp. Diarrhod. abb. ℈ j.
Miſc. f. hauſtus.

Balnea quando.

Item ſerum caprinũ cum Rhabarbaro. Multa quoq; ſunt, quæ ſudore aquas eliciunt, vt ſicca balnea, quæ tamen ante vacuationem ventriculi & epatis, nocent, quia magis replent venas, & obſtructiones efficiunt.

Decoctum vincetoxici mire ſudorem mouet.

Item radix Aſclepias ſeu vincetoxici ℔. ß. per noctem in vino macerata, & deinde vſq; ad tertias decocta, mane ieiuno ſtomacho pota calida, aquam intercutem ſudore copioſo mirifice expellit. Confert & vinum cum veronica apparatum. Item theriaca cum vino.

Topica.

Quod vero ad ea attinet, quæ tumorem ipſum inſenſibili perſpiratu, vel etiã ſudore diſcutiunt, multa ſunt, quæ id pollicentur, vt ſi tritico aut milio calefacto imponantur pedes: Sic enim triticum increſcit. Lac caprinum intus & extra. Item: In cineres calidos crura impoſita. Suffimigatio membrorum tumidorum per lapides ignitos, ſic perfuſo aceto, aut decocto ſuperaſperſo ex radicibus ebuli, granis iuniperi, baccis lauri decoctis in aceto. Item: laudatur fomentatio ex decocto fl. chamomill. fol. lauri, origano, roriſmarino, ſaluia, calamintha, maiorana, anetho, pulegio, ſulphure, alumine, vt fiat decoctio partim in lixiuio, partim vino albo, vbi ſubinde lapides igniti iniiciantur, ne refrigeſcant.

Apertio pedis per cauterium.

Vltimum deniq; eſt, ſi cætera non conferant, apertio pedis, quæ tamen periculo nõ caret, cum vlcera hydropicorum difficulter ſanentur, ob humoris copiam, & ſæpe eryſipelas accedere ſolet. Noui tamen mulierem, quæ curata eſt cauterio impreſſo pedi, egreſſa per cutem aqua. Sed propter appoſitionis diuturnitatem ipſa diuturno vlcere afflicta fuit. Et quidam cui per incuriam læſum erat crus ferreo quodã inſtrumento, conualuit. Veſica enim enata effluxit deinde aqua. Hæc vero omnia, quæ hactenus dicta ſunt, eo tantum pertinent, quomodo aqua iam generata in corpore euacuanda, & corpori adimenda ſit. Sed præterea etiam curandum eſt, ne ſubinde generetur noua. Id fit per commodam victus rationem, ſitis tolerãtiam, &c. & per commodam ventriculi & epatis confortationem. Itaq; interim ſemper, dum reliqua vſurpantur, ſubinde danda ſunt, quæ ventriculum & epar confortant intus & extra. Scripta autem ſunt prædicta, quæ ad tumoris diminutionem faciunt, non eo conſilio vt proſint omnia, aut eo, quo ſcripta ſunt ordine, vſurpentur, ſed potius vt Medicus præſens ſyluã remediorum habeat, & vſurpare nunc hoc, nunc illud pro opportunitate poſſit, nempe, vt ſe res dabit, & morbus requiret.

In extenuatione corporis, cum tuſſi, & tumore pedum, ex multis præcedentibus affectibus, diuturna febre, ictero, & matricis imbecillitate, pro Illuſtri quadam Matrona,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCCXXXVIII.

EX iis quæ mihi prolixe & diligenter relata ſunt, colligo Nobiliſſimam Dominam, quæ non longe à quadrageſimo anno abeſt, & mediocris conſtitutionis corporis fuit, ad hydropem inclinatam eſſe. Præceſſerunt autem hanc affectionem, videlicet, aquoſæ materiæ ad pedes defluxionem, alii affectus, tuſſis diuturna, febres, icterus, etiã matricis imbecillitas, cum bis abortiuerit, nec ordinate menſes fluxerint, & ſiniſtri hypochondrii malum, de quo nondum ſatis explorate poſſum iudicare.

ad

Tuſsis.

Quod ad tuſſim attinet, manifeſtum indicium eſt pulmones, atq; pectus affici, ſiue materia in pulmonibus contenta, atq; collecta in pectore, ſine delabente. Durauit autem tuſſis illa multis annis, vnde colligo, vel pertinax eſſe malum in pectore, vel diuturnum catarrhum. De hoc igitur initio reſpondendum erit, ſitne malum in ipſo pectore, an vero à catarrho deſcendente. Cæterum quod febris atq; icterus eſt conſecutus, non eſt mirum, cum haud dubie cruditates & obſtructiones ſint ortæ, ac bilis aucta, propter frequentem vſum dulcium, quę in morbis pectoralibus à Medicis adhiberi ſolent. Ac audio plane pro phthiſica nobiliſſimam Dominam habitam, cum tamē deinceps decocto quodam è cineribus Iuniperi, & paſſulis ſit reſtituta, corporis nutrimentum ſumpſerit, bis conceperit, abortiuerit tamen fere propter vteri imbecillitatem, ſiue tuſſim, aut alias cauſas externas, de quibus tamē neceſſe eſt inquirere, cum vterum non recte affectum eſſe, menſes decolores, nec ordinate fluentes oſtendant.

A dulcibus bilis augetur.

De præſenti autem affectione, videlicet, extenuatione corporis, cum tuſſi & tumore pedum dicamus, & ſymptomata iſta ad ſuas cauſas referamus, neceſſe eſt. Primum hæc conſiderare oportet, an extenuatio illa ſit à febricula aliqua hectica, vel affectione pulmonis, qua concitatur tuſſis: An vero quod refrigerato hepate nō generatur bonus ſanguis, & ita corpus vtili & neceſſario nutrimento deſtituatur. Sane cum diutius illa tuſſis duret, non dubito, quin aliqua adſit febris habitualis, eaq; à prandio aſſumpto cibo intemperiem calidam prodat. Itaque de ea, vt certior fiam, neceſſe eſt: Nam ſi adeſſet, ſignificandum quomodo ſpiret, an facies ſumpto cibo rubicundior, pulſus citatior reddatur: hæc à Medico diligenter ſunt attendenda. Si nulla febris adſit, de catarrho, vt admoneat, neceſſe eſt. Item de ſputaminibus ac remediis, quæ vel conferre viſa ſunt, vel obeſſe; Nam ne medicamenta illa, quæ ratione tuſſis adhibentur, hepati noceant, & frigiditatem atque obſtructionem augeant, ac maius periculum hydropis adferant, etiam atq; etiam cogitandum. Vidi enim, atque ipſe obſeruaui, quoſdam in longis morbis pectoralibus propter vſum dulcium factos hydropicos, obſtructo & refrigerato deinceps hepate: Ac valde vereor, ne in Nobiliſſima Domina idem euenerit. Quibus etiam medicamentis purgantibus ſit Nobiliſſima Domina vſa, vt ſciam, neceſſe eſt. Si tuſſis illa conſequatur hydropem, peſſimum indicium eſſe monuerunt Oribaſius & Hippocrates noſter 34. Aphoriſ. 6. cum inquit: *Aqua intercute laborantibus tuſsis ſuperueniens malum*: ſed cum tuſſis præceſſerit, nullum ex eo malum prognoſticum poteſt deſumi. Itaq; ne deteriora conſequantur, primum optima victus ratione præcauendum: deinde vt intemperies in pectore; quæ haud dubie eſt diuturna, corrigatur, & hepar corroboretur.

Extenuatio cum tuſsi.

Signa hecticæ.

Vſus dulcium ...

Tuſsis poſt hydropem malum indicium.

Diæta.

Quod ad victus rationem attinet, hanc optimi ſucci oportere eſſe; cum nec appetat, nec nutriatur bene, omnes Medici intelligunt. Non poſſum in iſta feſtinatione multa perſcribere, aut ſingula recitare; Ius conſummatum, vel vt vocant, caponis contuſum: Item, caro perdicum & attagenis, optima ſunt. Item, amygdalata cum pineis & piſtaceis, item ex nucibus facta, panatella (vt appellant) ex optimo iure capi cum ſaccharo. Vitet piſces omnes, carnes duriores, lacticinia, in ſartagine frixa, multum ſalſa, vel atomanbus condita, item nimis pinguia & acetoſa. Simpliciſſimo cibo vtatur, & cum nec appetat, nec concoquat bene, ſæpius, hoc eſt, ter vel quater in die comedat. Vinum ſuaue & leue concedo. Verum ſi febris adeſſet, mallem ſerum lactis caprini, in quod parum cinamomi contuſi in lineo panniculo imponatur, bibere: Ac plurimum prodeſſe inchoante hydrope ſerum lactis, cum vrinam moueat, cognoui; ad pectus quoque non parum faceret, & catarrho, cum minus ſit fumoſum, quam vinum, prodeſſet. Mane autem ad vtramque affectionem tam pectoris, quam iecoris nihil conuenientius raparum decocto, quod fit hoc modo: Incidantur rapæ mundatæ ab exteriori cortice, decoquantur in aqua pura, vbi ſemel ebullierint, primum decoctum abiiciatur, & alia aqua affundatur, & decoquantur diligenter; tandem ſuccus exprimatur, & addatur parum butyri recentis, ac bibat bonum hauſtum. Adderem ſaccharum cādidum ratione pectoris; ſed aliarum partium habenda quoque eſt ratio: poterit tamen parum ſine vlla noxa adiici. Poſt aſſumptum decoctum inungatur ventriculus & hypochōdria hoc vnguento:

Ius caponis conſummatum.

Serum lactis.

Decoctum raparum.

Vnguentum ad ventriculum & hypochondria.

℞. Olei amygdalar. dulcium recenter expreſſi ℥j.ß.
Medullæ cruris vituli. ʒj.
Olei nucis Moſchatæ ʒß.
Caryophyllot. g̃. vj.
Maſtich. puluerisat. ʒj.
Miſce, & fiat linimentum.

Prius autem, quam lecto ſurgat, totum corpus fricetur leuiter, manibus oleo amygdal. dulcium recentiſſime madefactis; & dum ita confricatur corpus, non quidem in calido admodum loco, ſed tepido, interea

pedes immergat vinaceis, quibus iamiam muſtum ſit expreſſum, quoq; adhuc caleāt: ſi refrigerata ſint, affundatur muſtum calidum; atq; ita detineantur per horam vnam: Valde enim vinacea ad iſtum modum adhibita, calorem naturalem roborant, & tumorem œdematoſum tollunt. Ac niſi iſtorum vſu ſublatus fuerit, deinceps ad alia remedia perueniemus. Si forte eſſet debilior, & aliquid, quod corroboraret, aſſumendum; accipiat vnum morſulum, quorum hæc eſt deſcriptio:

Morſuli corroborantes.

℞. Pulpæ caponis vel perdicis ℥j.ß.
Piſtaceor.elotor.an.ʒj.
Pinearum elotor.an.ʒj.ß.
Sem.melonum ʒij.
Cinamomi minutim inciſi ʒj.ß.
Conſeruæ roſar.ʒiij.
Sacchari in aq.cinamomi diſſoluti q.ſ.
fiat confectio in morſulis.

Poſſem plura remedia ad pectus & hepar ordinare; ſed priuſquam deiis, quæ à me quæſita ſunt, certior fiam, non debeo plura addere. Hoc vnum moneo, ſi icterus eſt grauis adhuc, vt ante cœnam bibat aquam cuſcutæ in vitro optime deſtillatam, & ei imponat abſinthium ponticum, idque exprimat. Quod ſi abſinthium ponticum non habetur, agrimoniam, vel ipſam cuſcutam deſtillatæ aquæ incoquat. Et quomodo iſta medicamenta, de quibus nunc monui, contulerint, me certiorem reddant. Si vires ſunt integræ, non dubito, quin auxilium ſint allatura. Cæterum ſi proſtratæ, cum vt Hippocrates noſter inquit: *Natura ſit curatrix morborum*, nec medicamentis, multo minus arctiſſimæ voluntati Medicorum imputabitur. DEVM autem fontem omnis boni & auxilii oro, vt medicationem iſtam benigne fortunet.

Remedium pro ictero. Aqua cuſcutæ.

In hydrope monſtroſo,

D. IOH. ACHOLZII

CONSILIVM CCCXXXIX.

PRAGÆ initio Februarii, anno 1581. ſecta fuit fœmina hydropica, vxor curſoris cuiuſdam Imperatricis, ætate conſiſtente, cui circa anni ſpacium ante menſes defierant, cum ventris intumeſcentia: vnde vtero ſe gerere exiſtimans, ab omni medicatione ſedulo cauit. Habitauit humi, loco anguſto, fœtido, temperantiſſima in victu, & parca ob inopiam, viliore vſa potius, quam bono. Porro exacto geſtationis tempore, ventreque ſubinde adcreſcente, abſque fœtus vel partus indiciis. Dubitans à ſpe concepta, Medicos conſuluit ſerius, vt incaſſum medicinæ tum adhibitæ fuerint. Venter enim magis magiſque protuberabat, cum dolore continuo, nocturno grauiore: vt ſine quiete inambulauerit totas noctes ciulabunda, extra domunculam ſuam plus ſatis arctam, etiam hyeme, magna vicinorum commiſeratione. Sic tandem cruciatu, & inquietudine confecta obiit, maritum obteſtata prius: mortuæ ventrem introſpici curaret, quo eius affectu recte agnito aliis ſimiliter ægrotantibus ſubueniri melius poſſet. Quocirca præſentibus clariſſimis Dominis Phyſicis & chirurgis Cæſareis, aperuit ventrem aulæ chirurgus, me deſignante, circa vmbilicum duorum vel trium digitorum altitudine & amplitudine. Effluxit aqua purpurea inſtar lixiuii ſatis obſcura penes cutim, nec premendo ventrem, adſurgebat altius. Cum vero ſegnius efflueret nouacula profundius adacta, ſubſiliens aqua illa obſcura ſpithamæ altitudine abſque compreſſione, quaſi cauitate propria reſerata demum largiſſime profluxit: totaq; ſic euacuata fuit citiſſime ingenti copia. Continuata deinde fuit inciſio ad vtrunque ilium: nec non pubem vſque. Mirum hic omnibus apparuit, nulli noſtrum viſum vel auditum. Abdominis muſculi quaſi nulli conſpecti, ſed tota eorũ facies interior in veſicularũ quoddam continuum corpus, maiorum & minorum, partim aqua limpida, partim mucore, partim materia glanduloſa refertarum conuerſa fuit; vel quod credibilius, abdominis muſculi extreme attenuati, vna cum peritonæo à membrana carnoſa abſceſſerunt, aqua ibidem fluctuante, tum forte natura id veſicularum corpus membranæ carnoſæ munimenti ergo prouide addidit: ne amplius diſtenta rumperetur. Erat enim cœlum turbidum, pluuioſum: locus cœnoſus, fœtidus ac fœtens; quo minus exquiſite ſatis inueſtigari cuncta potuerint; prout certe fieri debebat in caſu raro. Quin tale veſicularum corpus circa rectos muſculos latam manũ craſſitie æquabat. Quod maius eſt, nondum inteſtina viſa apparebant, aquæ conceptaculo toto detecto: nec epar cum ventriculo, ſed membrana ſola à pube deorſum verſus depreſſa, indeque rurſum eleuata vmbilico & hypochondriis attenſa, diaphragma quodammodo referens. Ea vero inciſa comparuerunt & illa, aquæ limpidæ haud adeo multæ innatantia. Atque hæc membrana peritonæum erat, ab abdomine aqua interlabente diuulſum, alias vix ſeparabile maxima induſtria, vel ex poſteriori coniectura, peritonæum vna cum abdomine adeo attenuato, vt ſimplex membrana obiter

Anatomia hydropicæ.

Hæ inſunt veſiculæ Græcis dicuntur ὑδατίδες, quarum etiam Fernel. meminit de aſcite.

Peritonæum ab abdomine & membrana carnoſa diuulſum.

di-

aſpicientibus apparuerit, craſſior nonnihil. Ad intra peritonæum, nihil rarum, niſi ventriculus admodum contractus, ſicut & inteſtina, epar cinericium magis, ſplen exiguus, renes naturales. Vterus cum veſica pinguedine multa glandulosa obuolutus. Spiritualia decenti modo ſe habebant. Rara ſane & monſtroſa hydropis forma: Aquam adeo multam inter abdomen & peritonæum aggregari, ſiue inter abdomen & cutis pinguedinem, quæ membrana carnoſa denominatur, cum iſta veſicularum excreſcentia denſa ab interna abdominis ſuperficie.

In fluxu ventris, & vomitu grauidæ, pro quadam honeſta Matrona,

D. IOH. NÆVII

CONSILIVM CCCXL.

SACCEPI literas tuas 19. Iunii datas, ex quibus vxoris tuæ prægnantis valetudinem intellexi. Doleo, vt par eſt, honeſtiſſimæ coniugis tuæ vicem, atq; opto, vt quamprimum conualeſcat. Eſt autem hic affectus, de quo conqueritur, vterũ gerentibus multum familiaris, minime tamen ſalubris. Quapropter viribus deficiẽtibus, vt alii ventris fluores, ſiſtendus erit, quod pro tuo iudicio probe facies, vbi commodum tibi viſum fuerit. Petis vt deſcriptionẽ emplaſtri mei, quo in tali caſu vti conſueui, communicem tibi, quod vltro citroq; facio. Nihil enim reconditum habeo, quod tibi non communicandum putem. Reperies in adiuncta chartha medicamenta ſequẽtia, emplaſtrum nimirum ceratum, & miſturam, quam conditum vocant. Primum, maſtichen ſolam habet, ſecundum, ceratum ex variis ſpeciebus compoſitum eſt, tertium, vero conditum. Primum, quod maſtichen continet, telæ impoſitum coniugis ventri calidum applicabis, quod per biduũ aut triduum ſupra ventrem geret, ſingulis tamen diebus renouando. Quod ſi fluor non ceſſarit, applicabis cerotum linteo ſuperindictũ, quod etiam per dies aliquot geſtabit. Remedia illa duo multis profuerunt prægnantibus diarrhœa laborantibus, quare credo futurũ, vt & tuæ vſui ſint futura. De condito etiam ſæpius in die quantitatẽ caſtaneæ nucis deglutire poterit, & maxime ante cibum. Siſtet enim fluxum ventris, & ventriculum miſellæ roborabit. En habes, clariſſime vir, quæ ego vteri gerentibus ſæpenumero exhibui, nec ſine fructu illis ſunt vſæ. Hæc ſi iudicaueris coniugi tuæ vtilia fore, tu etiam exhibere poteris. Expoſui quoq; Illuſtriſſ. noſtræ Electrici vxoris tuæ ægritudinem, atq; petii vt potionem, quam Kinder Balſam vocare ſolet, tibi donaret, quod certe ſponte fecit. Poterit igitur vxor tua de illa quandoque cochlear vnum bibere, ſi embrionis ſenſerit debilitatem. Plurimum enim laudatur à prægnantibus, vſurpatũ vbi ſenſerunt fœtus imbecilles eſſe. Poterit igitur & vxor tua de illa periculum ſine periculo facere. Hoc tamen admonitum volo, vt vbi videris fluorem ad ſiſtendum inobedientem futurum, ne multum vrgeas. Ferunt enim nõnunquam prægnantes eiuſmodi diarrhœas vſq; ad partum, citra noxam, vt contigit in vxore fratris mei, quæ prægnans, per quatuor menſes ſanguinolentas deiectiones, etiam cum raſura inteſtinorum, paſſa eſt, nec vllo medicamento ſiſti poterant, tandem excluſo fœtu ſano & incolumi ſponte ſua intermiſerunt. Et tantum in præſentia. Vale, & me ama.

Fluxus alui vtero gerentibus perniciosus.

Quæ vteri gerentibus præbenda in fluxu.

Balſamum puerorum.

Diarrhœa in quibusdã vſq; ad partũ durans.

Sequuntur medicamenta.

℞ Maſtich. el ℥ ij.

Diſſol. in ol. roſar. ac cum ceræ ℥ ß. vel q. ſ. fortiter commiſceantur, quouſque venerint in formam linimenti, dein infundantur telæ lineæ mundæ (iuniores vocant telas emplaſticas) quantitatis ad libitum, & exiccentur, poſt applicentur ventri.

Ceratum aluum ſiſtens in grauidis.

℞ Oryzæ torrefact. ℥ ß.
Maſtich.
Cortic. thuris an. ʒ ij.
Gallar. quercin.
Cupreſſ. an. ʒ ij. ß.
Gummi torrefact. ʒ iij.
Myrtill. Italic. ℥ ß.
Pul. pul. & cum reſina & cera ſufficientibus f. ceratum.

Electuariũ aluum ſiſtens, & ventriculum corroborans.

℞ Conſer. roſar. antiq.
Diacyton. ſimpl. cum ſacchar. ſine ſpecieb. an ℥ j. ß.
Rad. tormentill. ℈ ij.
Sem. ſanguinar. ʒ ß.
Nucis conditæ torrefact. ℈ ij.
Oſſium Dactyl. ʒ ß.
Smaragd. oriental. præparat.
Corall. rub. præparat. an. ℈ j.
Cum miua cydoniorum ſimpl. q. ſ. f. conditum.

In nimia alui lubricitate, & menſtruis, tum rubris, tum albis immodice fluentibus, pro quadam Generoſa Domina,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCCXLI.

NARRATIONEM pleniſſimam morbi & ſymptomatũ generoſæ Dominæ di-

ligentiſſime perpendi, & ad duo præcipue nunc ſpectandum eſſe deprehendi: vnum eſt alui fluxus, ſeu inteſtinorum nimia nonnunquam lubricitas: Alterum menſtruorum, tum rubrorum, tum alborum abundantia, ſine certis circuitibus & menſura, à quibus natura debilitatur. Quod ad primũ attinet, inteſtinorum nimirum leuitatem, non debet illa Medicum magnopere ſolicitum reddere, cum ſeroſi humores, qui alteri vterinæ fluxioni cauſam præbent, paulatim euacuentur. Itaque hi fluxus, ſi non plene ſint immodici, non vehementer metuendi.

Diarrhœa non immodica negligenda.

Ne vero ſeroſa colligantur, & corpus his non vexetur, & matricis fluxum non irritent, ſuadeo vt vtatur domina ſingulis ſeptimanis mane tribus vel quatuor talibus orbiculis:

℞. Rhabarb. el. ſubtil. pulu. ʒ iij.
Aſpergatur aq. cinam. & addatur:
Maſtich. pul. ʒ ß.

Et cum ſacch. ℥ iiij. in aq. beton. diſſol. f. orbiculi, ſinguli pondere ʒ ß. Optarem & confici circa hyemem electuarium cynosbati, exemptis acinis & muſco intus latente, præparata reliqua materia, ſicut ſolet confectio fieri cotoneorum cum ſaccharo, adiectis etiam conciſis minutim corticibus citri. Valde id profuturum eſt, ſi mane & veſperi magnitudine caſtaneæ nucis vtatur.

Electuariũ de cynosbato.

Vt vero corpus ſalſa illa ſeroſaque humiditate, quæ ortum habet ab epate, liberetur, & per vrinam educatur, coquatur cichorium in iure gallinæ non ſalſo & ante prandium bibatur.

Sero ſa excrementa purgans cichorium.

Quod ad vteri fluxus attinet, quoniã hi non ſolum ab acribus humoribus in ſanguine, ſed & à læſis in vtero venis, ſiue ab apoſtemate, ſiue ab excrementis oriuntur:

Vnde vteri fluxus.

Thermas conſulo, maxime in Glacenſi ducatu Landecenſes, quo etiam loci vicinitas allicit.

Thermæ Landecenſes.

Ac etſi communis opinio eſt, thermas in annis biſſextilibus efficaces non eſſe, tamen non diſſuadeo.

Thermas in annis biſſextilibus non eſſe efficaces.

Nec peculiari aliqua præparatione opus eſt. Eſt & extra periculum, & commoditas magna ob lotiones, quæ in labris fiunt. Quod ſi placuerit generoſæ dominæ hoc conſilium ſequi, præſcribam ea, quæ in eius vſu obſeruãda veniunt. Interea puluere vtatur è granis chermes, aut hoc ſequente, quod efficacius eſt mane & veſperi, quantum groſſo albo excipi poteſt in ouo ſorbili.

℞. Granor. tinctor. vel chermes ʒ iij.
Nucis conditæ toſtæ ʒ j.
Thuris albiſſ. ʒ ß. M. f. ſ. puluis.

Puluis è granis chermes.

In potum ſemper iniiciat grana maſtichis ſelecta ad 30. vel 40. incluſa linteolo. Ordinem ſeruet in cibo & potu, vitet mixturã ciborum, maxime piſces & cancros, & lacticinia, & cruda omnia, illas etiam aues, quæ ad ſtagna ſe alunt, fungos & boletos, quod facturam ſpero generoſam dominam etiam ſine mea admonitione. Deus conſilium hoc fortunet.

In conſtipatione alui,

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM CCCXLII.

VARII Generoſæ Dominæ affectus potiſſimum, ſalua venia, ab aluo obſtructa & duriore cauſantur. Hinc grauitas illa ventriculi, hinc vapores copioſi capitis moleſtiã concitant: imo cũ humiditates excrementitiæ, per locum naturalem educi nequeunt, per venas Renibus tranſmittuntur, & ita ſecum dolores dorſi, & calculi adducunt.

Symptomata ex alui conſtipatione.

Quare vt effugiat & tollantur hæc mala, fugiendi cibi omnes tenacius & diutius inteſtinis inhærentes. Carnes aſſæ, ſi placent, intingi poterunt, brodio. Inter epulas, quæ à liquidioribus & mollioribus incipiendæ, frequentet primum cereuiſia, dein vinum bibendum. Quod ſi victus ratione aluus in officio teneri nequeat, Bolo, aut Puluere aut Electuario pro libitu & appetitu ſumptis, ad excretionem incitetur:

℞. Electuarii lenitiui ʒ vj.
Diapruni ſimpl. ℥ ß.
Flor. Caſſiæ extr. cum
Aq. violar. ℥ j.
Mucilagin. Sebeſten extract. cum aq.
Violat.
In quibus diſſoluta ſunt Tragacanth. g. vj. ʒ vj.
Tartari præpar. ʒ ij. ß.
Maſtichis ʒ j.
Pulu. fol. ſenæ ʒ ij ß.
Spec. diaturb. cum Rhabarb. ʒ iij.
Puluериſanda pulu. & cum ſ. q. ſucci violarum conditi ſacch. f. Electuarium.

Electuariũ purgans.

℞. Tartari præparat. ℥ ß.
Maſtichis ʒ ij.
Foliot. ſenæ ʒ iij.
Diaturbith cum Rhabarb. ʒ j. ß.
Pulueriſentur pulueriſanda, & miſceantur.

Puluis purgans.

℞. Diaturb. cum Rhabarb. in tabulis, vt vna rotula pendeat ʒ j.

Moleſtiæ vero ventriculi ſequentibus pillulis ſumptis cedent.

℞. Pillular. de Hiera ſimpl. ℈ ij.
Aſſaiar. Benedictar. an. ℈ j.
Malaxentur cum Oxymel. ſimpl. & fiant pill. nu. 21. Roboretur poſtea purgatus ventriculus Morſulis & Vnguento:

℞. Zinzib. ℈ ij.
Calami aromat. ℈ ß.

Morſuli ventriculum roborantes.

Cardamomi ℈j.
Caryophyllor. ʒß.
Galangæ ℈j.
Spec. arom. roſ. Gabr. ʒj.
Diacinamomi ℈j.
Diarrhod. abbat. ʒß.
Conſer. roſar. ℈j.

Incide aromata groſſo modo, miſce cum ſpeciebus & cum ſ. q. ſacch. diſſoluti in aq. Betonic. ℥iiij. fiat confectio in Morſulis.

Vnguentum ſtomachale.

℞. Menthæ Sarracen. ʒß.
Menthæ criſpæ ℈j.
Balſaminæ ʒj.
Caryophyllor. ℈ij.
Maſtieis ℈j.
Cinamomi inter. ʒß.
Calami aromatici ℈ij.
Cyperi ℈j.

Incidantur, contundantur, & infundantur in ol. Maſtich. ℥iij.
de Abſinthio ℥j.
Menthæ.
Cotoneorum an. ℥ß.
Aq. Menthæ ℥ix.

Stent in loco tepido per duas horas, poſt bulliant omnia ſimul ad conſumptionem aquoſitatis, vt olea remaneant, fiat horum colatura cum expreſſione forti, adde:
Coralliot. rubror.
Ligni aloes pulueris an. ʒß.
Miſce.

Et eum Cera q. ſ. fiat linimentum, quo liquefacto inungatur ventriculi regio.

In adſtricta aluo, vſu ambra, & præſeruatione à peſte, pro quadam Nobili fœmina,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCCXLIII.

DE duabus rebus conſilium meum exquiritur. Primum, quomodo aluus ſemper aperta eſſe poſſit. Deinde, quæ vis ſit ambræ, & quis eius vſus. Ad primum quod attinet, optimum præſidium eſt in commoda victus ratione, in qua prius ſumuntur humectantia & lenientia. Vitari autem debent cibi duri & ſalſi, & aromatibus conditi. Potus non ſit vinum forte & diureticum. Nam certũ eſt, qui multũ vrinę mittunt, aluo duriore eſſe. Podagricis quiden. vtile eſt multum vrinæ excernere, & tum maxime ſani ſunt, ideoq; in his non ſiſtenda vrina, & potius alui adſtrictio toleranda eſt. Ideo ſuadeo Dominæ, vt præſertim frigido tempore, & tempore infectionis in ficu his pillulis vtatur:

Aluum lenientia.

Pillulæ in ficu deglutiendæ.

℞. Aloes roſat. ʒiij.
Myrrh el. ʒj.
Bdellii ℈j.
Succin. alb.
Croci an. ℈ß.

Cum ſyrupo roſato ſolut. f. maſſa, de qualibet drachma pill. nu. xv. His vtatur quotidie ante cœnam ad quinque. Neque modo aluum lenient, ſed & in præſeruatione multum valent, & menſes promouent, & corpus à fluxionibus podagricis muniunt. De ſecundo: Cum ambra præcipue roborando cordi & capiti vtilis ſit, vt ibi catarrhos exſiccet, & cordis vires inſtauret, ideo omnibus catarrhoſis vtiliſſima, ſicut & iis, qui affectionibus cordis tentantur. Datur in ſacchato roſato pulueriſata, & comminuta ad grani dimidii quantitatem, vel integri grani. Sunt & alii quidem modi vtendi, qui deſcribuntur in Italicis & Hiſpanicis libris. Certiſſimo autem experimento didici, infundere ſuper ambram optimum vinũ maluaticum deſtillatum in vitrum, & diligenter obturare, & mane aliquot guttas cum pane ſumere, eſſe excellentiſſimum remedium præſeruatiuum in peſte.

Ambra.

Præſeruatiuum in peſte.

De nimio menſtruorum fluxu, cum inflatione matricis, & pallore corporis, pro quadam Magnifica fœmina,

D. IOAN. CRATONIS CONSILIVM CCCXLIV.

CAVSÆ omnium affectionum, de quibus quæritur ægra in litteris ſuis, ad vnam reduci poſſunt, naturalis videlicet caloris imbecillitatem, non modo in ventriculo, ſed & cæteris viſceribus, ſiue ea à frigore ſit, & pituita diu in corpore collecta & retenta, ſiue à præternaturali calore, qui corruptionem humorum ſequitur, quanquam colligere poſſum, vtramq; cauſam eſſe coniunctam, idq; per omnes circumſtantias mihi commemoratas demonſtrare poſſem, niſi me mea debilitas impediret. Igitur ſtatuo, ſummam curationis eſſe in præſidiis iuuantibus calorem naturalem poſitam, quod fieri poterit, ſi pituitæ generationi, & corruptioni humorum occurratur. Nam non ſatis cautum auxilium eſt, aut corpus calefacere, aut præternaturali calori refrigerantibus velle obuiare, quo nihil eſt præſentius ad morbum protogandum, maxime ſi do mina aquas deſtillatas, & ſuccos è fructibus expreſſos vſurpare vellet, aut venæ ſectionem, ſimiliaq; intempeſtiue vſurpare. Externa autem cauſa, qua calor natura'is labe factatur, eſt ſanguinis fluxus nimius, de quo

Calfacientia & refrigerantia ſine iudicio non ſunt adhibenda.

Sanguis effluxus calorem debilitat.

domina quæritur, vnde ſequitur prouentus pituitæ, quam natura nondum extreme debilitata, ex omnibus locis, maxime vero per ſtomachum expellit: eadem ſi in inteſtinis vel vtero detinetur, nec exitum reperit, inflationes gignit: obſtruit matricem, ne humores & excrementa ordinario motu poſſit eiicere, vnde oritur corruptio & præternaturalis calor, & vapores moleſti, qui grauant cor, & caput conſequenter: ex eadem retentione pituitæ & humorum corruptione eſt pallor corporis, aut color non naturalis, nec poſſunt vires conſiſtere. In ſomnum ſi procliuitas quædam, ſed ſine refectione debita: & eum natura ab illis vaporibus affligitur, cedit calor naturalis, refrigerantur extrema, & anxietas oritur, donec natura fumos illos euicerit: hæ ratiſſimæ ſunt cauſę eorum malorum, quæ prolixe mihi commemorata ſunt. Et quia mala iſta poſt vſum thermarũ Miedorfenſium, quas ego aqnas tamen non probo, vtcumque prædicentur, non ceſſerunt, ſed potius, meo quidem iudicio, aucta ſunt, non mirum quod illa hoc modò tolli non potuerunt. Vera igitur curatio conſiſtit, primum in exquiſita victus ratione: deinde in expurgatione pituitæ, tertio in præcautioxe corruptionis humorum & in apertione matricis: quarto in auxiliis iuuantibus calorem innatum. Quod ad primum attinet, multa præſcribere non debeo, quam vt magnifica domina carne vtatur, quæ facilis ſit concoctionis, aſſa, ſiue gallinatum, ſiue auium, ſiue aliorum animalium. Vitet autem varietatem ciborum, iuſcula, toſta, legumina, piſces, nimium vſum ouorum, maxime cum butyro, lacticinia, præcipue vero cruda omnia: abſtineat à vinis potentibus. Sed panis intingi in maluaticum poteſt. Bibat autem parciſſime. Inter cœnam & prandium ne bibat. Ante cibum ſe exerceat. Quod ſi exercitium ſuſtinere ſatis ſufficiens non poteſt, aliquod grana piperis, maxime albi deglutiat, vt iuuetur inde calor naturalis. Multa in hãc ſenrentiam de diæta ſcribi poſſent, ſed ſatius eſt vnumquemq; ſui diligentem rationem ſuſcipere, & obſeruare quæ proſint, quæ noceãt. Multa præcepta colligere, & pauca obſeruare, nihil prodeſt. Quod ſecundo loco ad purgationes attinet, nolo vehementes ſuadere, ſed pillulæ ſatis erunt, ſi ſumantur dimidia hora ante cœnam, primo ſingulis ſeptimanis bis, poſtea ſemel in ſeptimana, nouem pill. & poſtea in cœna facilibus cibis vtatur.

Pituita quid in vtero & inteſtinis efficiat. — *Thermæ Miedorfenſes improbã.* — *Indicationes.* — *Victus ratio.* — *Deglutitio piperis albi.* — *Purgantia.*

Pillula.

℞. Aloes roſatæ ℥ vj.
Succin. alb.
Maſtich. an. ℥ ij.
Agaric. albiſſ. ℥ j. ß.
Gentianæ.
Ariſtoloch. rotund. an. ℥ ß.

Aſpergantur pulueriſata aqua cinamom. & cum ſyrup. de abſinthio f. maſſa, de qua, pro qualibet drachma, reformentur pillulæ 14. Iſtarum pillularum nouem ſumat vno die, & ſi prima die parum, vel nihil aluum mouent, repetat altero die: educẽt piruitam, & ſtomachum ac matricem roborabunt. Tertio, ne humores corrumpantur & cor affligatur, ſuadeo vt hoc puluere vtatur, maxime ſi ſenſerit capur & cor male habere: conficitur autẽ ex margaritis pręparatis & terra ſigillata, æqualibus partibus. Vſus eius eſt in aqua borraginis, è floribus in vitro, non in vaſe æneo deſtillata, tertia parte vnius drachmæ, aut paulo plus. In primis caueat vſum aquarum deſtillatarum in cupro vel ſtanno. Si aquæ borraginis paululum aquæ cinamomi admiſceatur, ſtomacho erit gratior, & corroborabit: & nõ dubito, quin hoc vnicum etiam plurimum ſit profuturum. Poſtremo, vt caloti naturali etiam foris proſpiciatur, & inflationi, quę vehementer corpus turbar, occurratur, miſceatur farinæ triticeæ contuſæ carui vel cuminũ, piper, nux moſcata, caryophyll. & zinziber, adde mel, formentur inde parui globuli vel taleoli, & apud dulciarium pinſantur: hos calide applica ventri, inuolutos tamen ſubtili lino, nec nocent, ſi vel rotum corpus tegant. Pro vtero vtiliſſimum fuerit, gummi tacamahaca in aluta illitum, & in forma emplaſtri ſub vmbilicum applicatum, quod tanto efficacius erit, ſi ſcutum illud ſtomachale ſuperius ordinatum acceſſerit. Hæc ſubito monere volui, paratus vbi conualuero, nulli operę in curanda magnifica domina parcere. Calen. Maii, anno 1584.

Puluis. — *Aqua deſtillata in cupro vel ſtanno improbãtur.* — *Pro inflatione.* — *Gummi Tacamahaca.*

In nimio menſium fluxu, pro quadam Comitiſſa,

D. CASPARIS NÆVII
CONSILIVM CCCXLV.

PLVRIMIS excrementis, præſertim biliosis, Generoſam Dominam ſcatere, multa ſunt, quæ oſtendunt. Illa præſertim hoc tempore, quo infœcunda pluribuſque annis, purgationibus neceſſariis neglectis ad locum natura debiliorem vterum, illiuſque vaſa ad quæ alias lõge ante ſuburra ferri, & euacuari, dum fœcunda, fuit, cõſueuit, pelluntur, ibidemq; aliquandiu retenta excuuntur. Hinc venulæ reſerantur, imo & exeduntur, vt non modo ſanguis malus, ſed & bonus, non modo venalis, ſed & arterialis excernatur. Inde debilitas illa virium, laſſitudo artuum, tabeſque inſerta, ac

Prognoſticō certe grauiora imminent. Fluxus enim ita confirmatus vix in poſterum ſupprimi poterit, ac licet poſſit, refrigerato tamen adeo hepate præſens tabis, cachexiæ, aut hydropis adeſt periculum. *Indicationes.* His vt occurratur primum omnium pituitoſa excrementa, partim diæta liberiore in ventriculo & inteſtinis producta, partim à capite debili tranſmiſſa, nec non building bilioſa hepatis vitio educenda veniunt.

2. In potu & cibo fugienda ea omnia, quę ſimilia producere poſſunt.

3. Singulis menſibus ea quæ alioqui matrici affluerent, ſenſim per aluum abducenda.

4. Inſtruenda Generoſa Domina medicamentis iis, quæ ſymptomatibus, fluxione ita continuata imminentibus, interim ſubueniant, donec Medicus haberi poſſit.

I. *Cura vniuerſalis.*

Alterans ſequens alternis ſumendum diebus: quatuor horis ante prandium calide: Δόσις cochlearia nouem:

Digeſtiuum alterans.

℞. Aq. Endiuiæ.
Epaticæ.
Matricariæ.
Meliſſæ an. ℔. ß.
Syrup. de Endiuia.
Artemiſia.
Betonica an ℥ ß.
Mellis roſat. col. ℥ ij.

Miſce. Ante cœnam vero eodem die cochlearia ſeptem aſſumat ſeq. ſyrupi.:

Syrupus alterans.

℞. Syrup. de Mentha ℥ ß.
de Betonic.
Mellis roſat. col. an. ℥ ij. ß.
Oxymel. ſimplc. ℥ j.
Aq. Betonicæ.
Matricariæ an. ℥ j. Miſce.

Decocti vero purgantis cochlearia octo aut nouem, prot purgabit, ſimiliter horis quinq ante prandium ſumenda:

Decoctum laxatiuũ.

℞. Rad. Pæoniæ ℥ j.
Betonic. ℥ ß.
Valerianæ ʒ v.
Aſari ʒ ij.
Cichoreæ.
Endiuiæ an ʒ vj.
Summitat. & folior. Endiuiæ veræ.
Epaticæ an. m. j.
Cichoreæ.
Cicerbitæ an. m. ß.
Meliſſæ Turcicæ m. j.
Matricariæ.
Artemiſiæ an. m. ß.
Sem. Dauci.
Paſtinacæ.
Aniſi an. ʒ j.
Quatoor ſem. frigid. an. ʒ j. ß.
Agarici trochiſcat. ligati in petia filo duplici, triticum ℈ j.
Zingiberis ʒ iij ß.
Polypod. recentis triti ʒ x.
Myrob. citrinorum.
Chebulorum eiectis oſſib an. ʒ iij.
Folior. Senæ ſine ſtipidibus & follic. ℥ ij.
Liquititiæ raſæ & inciſæ ℥ ß.
Paſſulat. ſine acillis ʒ v.
Iuiubar. num. x.

Incidantur, contundantur, & ſtent in infuſ. in ſ q. Endiuiæ & Artemiſiæ, ſimul miſtis in loco tepido per horas tres. Dein bulliant lento igne in vaſe non euaporãte, ad caſum pene medietatis, vt remaneant ℔. ij. Colentur cum expreſſione non forti. Dein in colatura iterum infunde:

Flor. Cichoreæ.
Epaticæ.
Pœoniæ.
Sambuci an. m. ß.
Lilior. alb.
Cheir. an. p. j.

Poſtea ℞. Soldanellæ ſplendid. ſelectæ, dein contuſæ patum, & ligatæ in petia ℥ ß. Fiat nodulus alligatus duplici filo.

Præterea ℞. Rhabarb. elect. ʒ j. ß.
Squinanthi gr. iiij.
Turpethi elect. ʒ ß.

Terantur, & iterum nodulus appenſus filo duplici, ſtent omnia in infuſione per horas tres. Poſt bulliant fere ad caſum ℥ iiij. Et inter bulliendum exprimantur noduli bene, vt vis ipſorum tota transſundatur, dein abiectis nodulis fiat Colatura cum expreſſione forti. Colaturæ adde:

Syrup. de Endiuia.
de Cichor. cum Rhabarb.
de Artemiſia an. ℥ j.
Mellis roſat. colat. ℥ j. ß.
Miſce, & fiat potio longa.

Ne vero grauior odor, aut ſapor nauſeam, aut ructus moueat, ante & poſt potum cortices aurantiorum ſaccharo conditi maſticentur. Quod ſi nimium purgando vires deiiciantur, continuetur digeſtiuum duobus diebus: purgans vero tertio quoquo die, ſi minus, quam conueniat, purget, addatur Bolus:

Bolus purgans.

℞. Electuar. de hiera ſimpl ʒ ij.
de hiera comp.
Bened. laxat. an ʒ j.
Diaphœnicon ℈ iiij.
Puluer. Soldanellæ ℈ j.
Miſce, fiat Bolus pro quinque doſibus.

Purgatus ita corpore ventriculus & inteſti-

na fomentur ſpongia ſequenti imbuta, & linteo calida exiccata, inungantur decocto vnguento ſubſcripto:

℞.Ol.de Mentha.
de abſinthio an.℥j.
de Nuce moſchata ℈j.
Specier.ceroti ſtomachal.℈ij.
Miſce cum cera q.ſ.fiat vnguentum.

Fomentum pro ventriculo.

℞.Menthæ m.j.
Menthæ Sarracen.
Abrotani.
Artemiſiæ an.m.ß.
Roſarum rubear.p.ij.
Flor.Chamom.p.j.
Caryophyllor.ʒij.ß.
Calami Aromatic.℥ß.
Radic.Enulæ ʒiij.
Cyperi ʒj.
Folior.lauri.ʒij.ß.

Incidantur,&contund.& ſtent in infuſione in ſ. q. vini rubei ſtyptici, & Aq. Menthæ ſimul miſtis, in loco tepido, poſt bulliant in vaſe non euaporante vltra caſum tertiæ partis, vt remaneant ℔. vj. colētur cum expreſſione forti,& dentur in lagena.

℞.Spongiam adaptatam pro fomentatione ventriculi, lotam ter ex lixiuio, ter ex aqua calida vel chalybeata.

2. Hæc tamen omnia parum proderunt, imo nocebunt, niſi accurata victus ratione adiuuentur, quod diligenter ac ſerio repeto & inculco. Cibi fluxionis tempore conueniunt, qui ſanguinem incraſſare poſſunt.

Diæta.

Hinc iuſcula omnia remouenda, aut certe reliquis omnib. exoſis, ſi hęc ſolum appetat, conficiantur è gallinis aut caponibus, coctis vna cum oſſibus, cutæ detracta contuſis, ex aqua chalybeata nuce moſchata puluerizata aſperſa. Cereuiſia ſemper panis toſtus nucis moſchat. puluere inſperſus iniiciatur, ac buccella vna atq; altera panis puluer. ſtomachali conditur, & ita deglutiatur, reliqua quæ ad diætam alias.

3. Singulis vero menſibus dum nulla imprægnationis ſuſpicio, per ſex aut ſeptem, antequam fluant menſes, dies, materia ab vtero per aluum pillulis aut potione abducatur, duabus ante cœnam.

Pillulæ.

℞.M.pillul.de Hiera ſimpl.℈j.
Diagridii gr.j.
Reformentur pillulæ nu.xxj.
cum oxymel.ſimpl.

Potio purgans.

℞. Myrobalan. citr. confract. abiect. oſſibus ʒj.
Rhabarb.torref.℈ij.

Terantur ſimul, & infund.in ℥ viij. aquæ plantag. per horam in loco tepido, dein bulliant ad conſumpt. medietatis, vt remaneāt ℥iij. Colentur cum forti expreſſione.

℞.Colat.℥iij.
In quibus diſſolue flor. Caſſiæ nouiter tractæ cum Aq.plantagin.℥ß.
Electuar.Diaphœnicon.
de Pſyllio an.ʒ.ß.
Pulpæ Tamarind ʒij ß.
Syrup de Beton ℥j.
Miſce fiat Potus.

Fluentes nimium menſes reuellantur ligaturis brachiorum ſæpius reiteratis, cucurbitula deorſum tracta iecori apponatur, ſimiliter alıæ duæ lumbis. Emplaſtrum ſequens etiam dorſo de die applicetur:

Emplaſtrũ pro dorſo in nimio menſium fluxu.

℞.Semin.Plantag.
Sanguinariæ an ℈ij.
Cupulor.glandium.ʒj.
Nucis Cupreſſi ℈iiij.
Gallar ʒß.
Boli armeni ʒj.ß.
Terræ ſigillat.℈ß.
Raſ.cornu capræ.
eboris an.ʒß.
Lapid hæmatit.℈j.
Acaciæ ʒj.
Sandaracħæ.
Myrtillor.Italic.an ʒj ß.
Balauſtior.℈ij.
Cortic.mediani caſtan ʒj ß.
Caudæ equinæ ʒj.

Puluerifata ſingula ſubtiliter miſce, & cum ſ. q. piris nauaiis & cera ſimul miſtis incorporentur ſimul, & f. cerotum ſ.a. extendatur ſupra alutam magnitudine arcus chatæ ac interpaſſetur.

Ne noctu autem moleſtum ſit remoueatur, & inungatur dorſum & inguen vnguento ſequenti:

Linimentũ in nimio fluxu menſiũ.

℞.Vnguent.Comitiſſ.℥j.
Ol. myrtyni.
Roſar.compl.
Omph.an.ʒj.
Balauſtiorum ℈j.
Sumach.
Acaciæ an ʒß.
Hypochyſtid.℈ß.

Puluerifentur ſingula ſubtiliſſ. miſceantur cum cera q.ſ.& fiat linimentum.

Electuario etiam hoc aut puluere ſequēti ſi cum cereuiſia aut vino diluto ſumantur, menſes ſupprimuntur:

Electuariũ in immoderato menſiũ fluxu.

℞.Conſ.Roſarum veteris.
Nenuph.albi an.℥ iij.
Sem.Portulacæ ʒß.
Sanguinariæ ʒj.
Trochiſci de Carabe ℈ij.
Phylonii perſici ℈ij.
Syrup.Myrtyni ℥j.

Incidenda incide minutiſſ. miſc. & f. Elect.

Pulvis.

℞.Semin. Anthoræ.

Planragin.an.ʒj.
Cymini torrefact.℈ij.
Gummi Arabici ℈j.
Sanguinariæ ʒj.
Corallior.rubr.℈iiij.
Coriand.præparat.ʒj.ß.
Sumach.ʒß.
Berber.℈j.
Nucis moſchat.torrefact.ʒj.
Trochiſc.de Carabe ℈ß.

Pulueriſentur ſingula ſubtiliſſ. & incidantur incidenda minutiſſ. Miſc.f puluis.

Compreſſo fluxu hepat quotidiano morſulorum vſu roboretur, ſed inſtantibus menſibus per octo aut nouem dies non aſſumãtur, continuentur alias:

Morſuli epar roborantes.

℞. Specier. Aromat.roſat. Gabr. ſine moſcho ℈ij.
Diarth.abbat.ʒj.
Iecoris lupi præparat.℈iiij.
Rhabarb.elect.℈j.
Soldanellæ ℈ß.
Flor.Hepaticæ ℈j.
Eupator.ſicci ℈ij.
Squinanthi gr.vj.
Roſarum rubr.℈j.
Corallior.rubr.ʒß.
Ligni aloes ℈ß.
Spec.Diatryonſant.℈ij.
Conſer.Violar.recent.℥ß.
Folior. Auri minutim inciſi nu.iiij.

Pulueriſanda pulueriſentur ſubtiliſſ. Miſce cum ſpeciebus, & cum ſ.q. ſacchari diſſoluti in aq. Epaticæ q. ſ. fiat confectio in Morſulis.

Hæc Deo benedicente cum diæta commoda optime conferent; modo potior ſit valetudinis, quam nauſeæ aut abominationis cura.

De immodico ſanguinis menſtrui profluuio,

D. Avgvstini Schvrfii *Consilivm CCCXLVI.*

NImio menſtruorum fluxu, quo plurimæ excernuntur humiditates; Nobiliſſimam Matronam laborare refertur. Morbus hic confirmatus licet ſit, & difficilis curationis, tamen experientia docet, eundem vt plurimum bono regimine radicitus t[illegible]. Cibi igitur euchymi temperate ſumantur, cereuiſiam defæcatã bibat; à Venere quantum poteſt, dum medicinam adhibet, abſtineat. Imo motum omnem vehementiorem fugiat. Medicamenta vero commendo ſequentia:

Potio alterans & euacuans.

℞.Meliſſæ.
Maioran.
Roriſmar.
Fœniculi.
Borrag.
Buglоſſ.
Roſarum an. m.ß.
Scolopend.
Epithymi.
Polypodii an.℥ß.
Folior.Senæ ℥j.
Agaric.cand.ʒiij.
Zinzib.albi ʒß.
Turbith in petia ligati.
Rhabarb.in petia ligati.an.ʒj.
Sem. Carthami ʒß.
Spicæ ℈j.
Squinanthi ʒß.

Coq.in ℔.iiij. aq. puræ ad tertiæ partis conſumptionem; Colentur & exprimantur, colaturæ adde: Aceti vini acerr.℥iij.
Sacchari albiſſ.℥v.

Miſce & ad ignem, f.potio clara, deſpumetur, cui adhuc calenti adde:

Cinamom.inter acutiſſ.craſſiuſcule contuſi ʒij.

Stent ſimul per horas duodecim, dein per ſacculum lineum colentur.

Decocti huius quotidie aſſumat cochlearia ſex, quo epoto ʒj. pulueris ſequentis hora vna ante prandium & cœnam ſemper vtatur:

Puluis roborans & adſtringens.

℞.Specier.arom.roſ.Gabriel.
diambræ.
de gemmis an.ʒj.ß.
Macis.ʒj.
Caryophyllor.ʒß.
Zinzib.albi ʒij.
Cinamom.inter.ʒij ß.
Coriandri præparat.ʒj.
Nucis cupreſſ.
Roſar.rubr.an.℈ij.
Squinanthi ℈j.ß.
Nucis Moſchat.torref.ʒj.ß.
Sacchari albiſſ.℥vj.
Miſce, fiat puluis.

Iecoraria etiam aperietur, moderate miſſo ſanguine. Tribus vero in ſequentibus dieb. ventrę oſſiccę nammillis imponantur.

His præmiſſis per Metrenchyram ſequentis aquæ cochlearia ſex in vterum iniiciantur quinque diebus.

Clyſter vterinus.

℞.Rad.Ireos craſſ.cont.ʒij.ß.
Meliſſæ m.iij.
Coq.in ℔.j.ſ.aq.puræ poſt colentur.

Colaturæ adde mellis roſat.colat.℥j. Miſce, Totidem diebus ſequentibus alius Clyſter infundatur eadem doſi:

Clyſter adſtringens.

℞.Gallarum.
Balauſtior.
Myrti.
Capul.glandium.

Nucis cupreſſ.
Squinanthi an. ℥ ß.

Coq. in lib. iij. Aq. ad. medietatem colentur. Ab iniectione fumum excipiat vtero ex quatuor trochiſcis carbonibus iniectis:

Trochiſci adſtringentes.

℞. Maſtichis.
Granor. Myrti.
Nucis cupreſſi.
Balauſtior.
Squinanthi an. ʒ ij.
Roſarum rubr. ʒ iij.

Pulueriſentur ſubtiliſſ. dein cum aq. roſar. f. trochiſci. Vltimum reſtrictiuum in hoc caſu eſt Philonium perſicum, datur ad ʒ j. mane pro vna vice in vino diſſolutum, continuetur tribus diebus.

Philonium perſicum.

In profluuio menſium rubro, & aliquando rubedine apparente flauitie aliquando pallore,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CCCXLVII.

AFFECTVS, de quibus Magnifica mulier conqueritur multi ſunt, ſed præſertim eſt profluuium menſium, ventriculi dolor, ſitis immodica, & appetitus deiectio. Tredecim ab hinc menſibus profluuio mẽſium detinetur, qui menſes ſingulis diebus fluunt, aliquando rubri tantum, aliquando rubri & pallidi, aliquando etiam, ſed raro, rubri & flaui. Præterea ſiti non mediocri vexatur, merito cuius cogitur plus bibere, quam comedere. Adhæc accedit ventriculi dolor, vnde ſi ventriculi regio contrectetur, dolorem & moleſtiam non mediocrem perſentit. Cecidit etiam appetitus, vt ſæpe, imo ſemper ſine appetitu cibum capere cogatur. Quare eſt inquirendum, vnde hæc mala habuere originem. Multis ab hinc menſibus, cum magnifica hæc mulier menſium retentione laboraret, excellentiſſimos Medicos conſuluit, qui pluribus remediis, quæ calefacientia ſunt, ſtuduerunt orificia venarum, quæ clauſa erant, reſerare. Quod cum aſſecuti eſſent, Magnifica mulier in contrarium morbum incidit, in hoc ſcilicet profluuium. Cuius cauſa alia non eſt, quam ἀναςόμωσις, ideſt, immoderata, vt diximus orificiorum venarum apertio, ob quam fruſtratur retentrix, ratione cuius ſanguis rubicundus ſemper fluit. Permiſcetur autem cum eo materia illa pallida, quæ eſt materia pituitoſa: quia iecur ob diuturnum ſanguinis fluxum, intemperiem frigidam & humidam contraxit. Cuius etiam intemperantiæ occaſionem præbuit ventriculus qui cum ob prauam viuendi rationem redditus ſit frigidus, chylum probe concoquere nequit, talem demittit ad iecur, à quo cum regi non poſſit, in pituitam degenerat, quæ vna cum ſanguine illo rubro egreditur. Egreditur cum illo ſanguine aliquando materia flaua, quæ nihil aliud eſt quam bilis, quæ etiam in iecore generatur, licet iecur ſit frigidum. Nam dicebat Hippoc. quod in omni ætate, & omni hora, in iecore ſinguli humores generentur. Sitis autem illa intenſa oritur, quia materia continuo euacuatur, ratione cuius euacuationis exiccatur ventriculus, vnde ſitis. Dolor autem inde fit, quia vapores à materia pituitoſa eleuantur, ventremque diſtendunt, & ſic ſoluendo continuum dolorem pariunt. Vt hæc mala auferantur, neceſſarium eſt vterum calefacere, & ſiccare, orificia venarum corroborare, & leuiter aſtringere, iecur calefacere & exiccare, ventriculum pariter calefacere & ſubſtantifice humectare. Materias deinde per cõtrarium alterare, diuertere, deriuare, & extirpare. Quos ſcopus explere eſt omninu impoſſibile. Læditur enim vterus, quæ pars etſi non ſit principalis, non eſt tamen contemnenda, cum generationi ſit deſtinata, & ratione eius, omnes partes in conſenſum trahantur: offenditur quin etiam ventriculus, cuius actio pro nutritione totius eſt ordinata. Iecur quoque quod eſt pars principaliſſima, intemperie duplici vexatur, vt ratione dignitatis ſumma ſit vehementia. Si autem conſideremus, vehementiam penes eſſentiam, & ipſa inſignis exiſtit, quoniam morbus eſt antiquus. Tredecim enim ab hinc menſibus eſt excitatus, ſummuſq; factus eſt receſſus à naturali ſtatu, neq; vires facile tolerant, quoniam iam eſt in principio cachexiæ conſtituta. Et licet pinguis videatur, caro tamen illa eſt caro flaccida, vt ita dicam, & ex ſanguine pituitoſo orta, vt etiã ratione facultatis corpus regentis non exigua ſit vehementia. Ratione virtutis tandẽ ſi perpendimus vehementiam, videbimus & illam vehementem eſſe. Nam cum generetur ſanguis prauus, & ex eo nutriantur partes, fieri non poteſt, quin virtus ſit debilis. Sed quoniam eſt iuuenis, neq; virtus eſt adeo proſtrata, vt fortia etiam medicamenta ſuſtinere poſſit, ſperamus, quod ſi non ex toto ſanabitur, ſaltẽ tamen in meliorem ſtatum deducetur. Vnde hac ſalutis ſpe animo concepta ad curationem eſt deſcendendum. Et primũ vt de chirurgica loquamur, quia ſanguis motu peccat, licet nõ copia, ſuademus, vt reuulſionis tantũ gratia ſecetur vena cubiti, ſanguiſq; extrahatur

Profluuium menſium per tredecim menſes.

Cauſa immoderati menſium fluxus.

Bilis etiam in frigido epate generatur.

Sitis cauſa.

Doloris cauſa.

Indicationes.

Prognoſtica.

Curatio.

Vena ſectio.

ad vnam vel duas vncias, imo miſſio hæc ſanguinis partiri poteſt, vt vna die ſecetur vena vnius cubiti, & ſanguis educatur ad vnam vel alteram vnciam, vt diximus, & inde ad quatuor vel quinque dies ſecetur alia vena alterius cubiti, & tantundem ſanguinis euacuetur. De fonticulis in præſentia nihil dicendum. Quod autem ad lenientia, quoniam Magnifica hæc mulier habet aluum fluidam, à lenientibus, ideo eſt abſtinendum.

Lenitiua in menſium fluxu qualia eſſe debeant.

Quod ſi aliquod leniens eſt exhibendum, detur in exigua copia. Quare probatur mel roſar. ſolut. in iure diſſolutum. Nam roborat & aſtringit, datur in iure ratione ſiccitatis ventriculi, vel poſſumus exhibere ex elect. lenitiuo & Manna bolum, poſt cuius aſſumptionem capiat apozema ex iure, ratione ſimiliter ſiccitatis ventriculi, neque dandæ ſunt ſpecies Hieræ pro leniente, etiamſi reſpiciant pituitam:

Hiera in menſium profluuio ſuſpecta. Aloe.

Calefaciunt enim & ſiccant, quoniam recipiunt aloën. Aloes autem hoc habet, vt ſui facultate ora venarum clauſa aperiat, hinc potius in affectu contrario probantur.

Præparantur humores.

Præparentur humores cum his quæ non aſtringunt, ſed Diuretica ſunt, vt verbi gratia, cum iure alterato, cum foliis Menthæ, Agrimon. Ceterach, & ſimilibus, quæ herbæ etiamſi menſes excitare valeant, nihilominus quoniam cum iure exhibentur, qua aquoſitate renes delectantur, & proinde illam trahunt, fit vt materiam ad vterum fluentem ad renes potius deuoluant. Purgentur dein humores, vnde ſi aluus copioſe flueret, tunc repetenda eſſent pro purgante medicamento lenientia ſupra propoſita. Si autem e contrario exhibēdum purgans paratum cum Agarico & Rhabarbaro in moderata tamen quantitate. His expeditis, pro

Aquæ Thermales.

alteratione aquæ Thermales aſſumptæ non improbantur, etiamſi calefaciant & ſiccent, quoniam ſæpe ſæpius detineri ſolent: vnde cum iam principium adſit cachexiæ, ſi detinerentur, facile fieri poſſet, vt in Hydropem incideret.

Decoctum chinæ.

Probatur tamen decoctum ex china, ſaſſafras, nec non etiam cum modico ligni, alteratum cum coriandro, quod habent vim leuiter adſtringendi.

Coriandri.

Leuiter enim In hoc caſu eſt adſtringendum, quoniam ſi ſtrenue ſtringeremus, periculum eſſet ne materia detenta, grauiora mala atq; etiam ſymptomata pareret. Probatur præterea ex tempore, graria iecoris vt calefiat & ſiccetur, confectio Cyphoides alterata cum puluere Coriandri, vt ſuccedat aliqua moderata aſtrictio orificiorum venarum. Vt tamen vteri intemperantia frigida & humida remoueatur & corroboretur, probantur inſeſſiones & fomenta, quæ parari poſſunt ex vino, ſed auſtero, vt fiat aliqua aſtrictio. Alteratio cum herbis ad proportionem ſuprà propoſitis. Pro inſeſſionibus probarentur quidem aquæ Thermales, quæ calefaciunt & ſiccant, ſed quia aperiūnt etiam, modo vino, modo aqua eſt vtendum, per vices ſcilicet. Vt vero ventriculus corroboretur, calefiat ſcilicet, & humectetur. Probatur ſtillicidium ſupra ventriculum ex oleis proportionatis. Victus ratio propoſitis correſpondeat. Et hæc, &c.

In menſium fluxu pauciſſimo, pro quadam Nobili Matrona,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCCXLVIII.

PRÆSTANTISSIMA quædam fœmina ætate & viribus corporis integra, carnoſa & pinguis, conqueritur, ſe neque in ea copia, qua prius, purgari, & excuntia etiam pallidiora eſſe. Itaque iam quadriennium non cōcipit, & conſilium Medicum expetit. Conſideranti autem mihi diligenter iſtum affectum, & victus rationem, qua præſtantiſſima fœmina vtitur, in mentem venit Hippocr. noſtri ſententia, quæ eſt in 5. Aphoriſ. ſectione: *Mulieri menſes decolores, nec per idem tempus venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.* Quomodo & quid purgandum ſit, oſtendit Galen. cum mutatione coloris à conſueto obſeruandam docet. Rectiſſime igitur eſt Medicum præſentem diligenter de his interrogare, cumque haud dubie in iſto corpore pituitoſus humor cum feculento abundet, eo præparato, ipſum educere, deinde rectam victus

Victus ratio in menſium fluxu qualis eſſe debeat.

rationem inſtituere, quam niſi ſeruare vellet, euacuatio, & reliqua curatio parum vtilitatis afferrent. In primis autem cauendum, vt non modo mali ſucci cibo, & præſertim eo, qui craſſos & crudos humores generat, non vtatur, ſed etiam boni & multi alimenti non impleatur. Si etiam hoc fieret, de altero Hipp. Aphoriſmo, cuius hæc eſt ſententia cogitandum eſſet: *Quæ immodice craſſæ concipere nequeunt, iis omentum os vteri comprimit, & priusquam extenuentur, non concipiunt.* In quo quidem Aphoriſmo ſententia Galeni tenenda, Craſſas etiam, modo omentū os vteri non comprimat (quod ego in præſtantiſſima Domina non puto accidere) concipere poſſe.

Craſſæ mulieres niſi extenuentur, non concipiunt.

Vtcunque autem ſit, cum mediocritas in corporibus ſit optima, vt ad eam corpus deueniat ope-

ra iuprimis danda. Vtuntur quidam calorifico alimento,& acidis exiccaotibus, verum in his modus tenendus. Nam acida prærterquam quod vtero,& partibus omnibus neruoſis inimica ſunt,& pituitam craſſiorem & tenaciorem reddunt. Calida enim ſanguinis feculētiam augent, ſed temperata calida facile conceſſerim. Singula autem in victu recenſere non poſſum, ſed ea Medico præſenti committo. De purgatione corporis hoc ſaltem moneo, videri mihi inprimis vtile fore, ſi materia decocto herbarum betonicæ, meliſſæ, & matricariæ præparentur, & adderetur decocto ſyrupus de betonica, deinceps huic pro euacuatione agaricus, & epithymum, & ſena cum manna adiicianrur. Sed hæc Medicus præſens moderabitur, & ſanguinis etiam miſſionem negliget. Corpore euacuato, ne humores rurſus coacerueutur, ſequenti modo deſcriptis pillulis vtatur.

Digeſtiuum.

Pillulæ.

℞.Aloes roſat.ʒß.
Myrrhæ ʒj.
Maſtichis ʒß.

Cum extracto galangæ, & ſyrupo roſato ſolut. f. pillulæ pro qualibet drachma xiiij. ſumat ſeptem horula vna ante cœnam, ter vel quater in ſeptimana, ſingulis autem diebus, cum lecto ſurgit, de pulu. ſequenti in iuſculo, vel abſque eo, paruum cochleare accipiat.

Puluis.

℞.Siler.montani ℥iiij.
Raſuræ Eboris ℥ij.ß.
Nucis Moſchatæ toſtæ nu.ij.
Specier.Diamoſc.dulcis ℈ij.
Sacchari ℥iij. Miſc.f.puluis.

Ac deinceps herbas ſequentes in vino & aqua coquat, & tecta veſtibus fumum excipiat, ſacculum etiam ex illis veotri inferiori applicet:

℞.Apiaſtri.
Saluiæ.
Meliſſæ an.m.iij.

Plura ſi videbuutur preſcribenda, de iis Dominum monebimus.

In ſuppreſſione menſium, & capitis dolore, deq. remedÿs quibuſdam ad conceptum conferentibus, pro quadam Nobili fœmina,

D. GVILIELMI RONDELETII

CONSILIVM CCCXLIX.

Pilulæ.

℞.Puluer.benedictæ ʒij.
Caſtorei ʒj.
Trochiſcor.Alhandal ʒß.

Cum ſyr.roſ.laxat.q.ſ.formentur pillulæ ſex pro vna drachma quas capiat pro prima vice. Poſtea vtatur ſequenti ſyrupu:

Syrupus.

℞.Rad.Eryngii.
Cortic.citri.
Enulæ campanæ.an.℥ij.
Artemiſiæ.
Betonicæ.
Perſicariæ maioris.
Mercurialis an.m.j.
Cichorii.
Endiuiæ.
Herbarum capillarium an.m.ß.
Paſſularum mundatar.nu.xx.
Aniſi.
Fœniculi an.ʒij.
Thamarindorum elector.ʒj.
Flor.Cordialium.
Anthos ſtœchados an p.j.

Fiat decoctio in ℔.j.ß.aquæ cum ſaccharo q.ſ.f. ſyrupus, aromatizetur cum ʒiij. galangæ, capiat quatuor matutinis, quibus finitis capiat ʒj.pill. præſcriptarum.

Maſticatorium.

℞.Cubebarum.
Pyrethri an ʒß.

Conquaſſentur & excipiantur cera vel pillulis, maſticet ʒj. exſpuendo, per tres dies continuos, poſt maſticationē, & exſpuitionem abluat os aqua calida primum, deinde frigida, poſtea vtatur caputpurgio:

Errhinum.

℞.Succi Anagallidis.
Sambuci an.ʒj.
Scammonii.
Euphorbii. an.ʒß.

Miſce cum mell.roſato, fiat ad formam opiatæ, digito vel penna immittatur in partem interiorem narium, & in ore contineat aquam frigidam, poſt ſternutationē abluat nares, vt dictum eſt de ore.

℞.Rad.cucumer.agreſt.℥ß.
Cortic.Sambuci.
Flor.ſtœchad.an.℥ß.

Bulliant in aqua & aceto, & oleo roſato, fricetur pars dolens capitis frequenter mane, ſupra caput imponatur puluis ſequens:

Puluis.

℞ Coriandri.
Roſarum.
Baccarum myrthi.
Semin.hederæ an.℥j.
Capitum papaueris.
Spongiæ ruſæ caniuæ an.℥ß.
Corticis citri.
Granorum tinctorum.
Cornu cerui.
Corall.rubr.vſtorum an.ʒij.
Scammonii ʒj.

Fiat puluis, ſinapizetur caput mane in medio doloris, irrorando aceto & aqua roſata partem dolentem. Tempore quo fluxuri ſunt menſes, capiat puluerem ſeq. cum vino:

Puluis.

℞.Cineris vermium terreſtrium ℥j.

Cornu cerui vſti & loti ʒ iij.
Cinamomi electi ʒ ij.
Sacchari candi ℥ iij.

Fiat puluis, capiat ʒ j. cum aq. artemiſiæ & betonicæ, & poſtea vtatur fotu ſequenti, & vnguento infraſcripto:

Fotus.

℞. Mercurialis.
Artemiſiæ.
Nepetæ.
Pulegii.
Rutæ an. ℈j.
Cortic. arantiorum & citri an. ℥ ij.
Flor. Chamomillæ.
Meliloti.
Sambuci.
Anthos.
Stœchados an p. ß.

Fiat decoctio in aqua & vino, foueantur pudenda, & prohibeat, ne effumatio ad nares perueniat. Dolorem enim capitis & defluxionem augeri poſſent.

Vnguentum.

℞. Olei liliorum ℥ iij.
Lumbricor ℥ ij.
Aneth ℥ j.
Axungiæ gallinæ & anatis an. ℥ ij.
Terebinthinæ.
Butyri antiqui an. ℥ j.
Iridis.
Myrrhæ.
Styracis.
Spicæ nardi.
Schænanthi an. ʒ ij.
Baccarum lauri.
Sem. Apii.
Petroſelini an ʒ j.

Fiat linimentum, quo vngantur renes, & inferior pars ventris.

Peſſi.

℞. Puluer. benedict. ℥ j.
Caſtorei ʒ j.

Cum melle perfecte cocto fiant peſſi longitudinis octo digitorum tranſuerſorum, & craſſitudinis pollicis, teneat noctu intra vuluam, ligetur in coxa, ac temperetur in lacte, priuſquam imponatur. Poſt purgationem integram menſium cōcumbat, & poſt concubitum applicet ſequens emplaſtrum & peſſum:

Conceptui inſeruientia.

Emplaſtrũ.

℞. Maſſæ Emplaſtri contra rupturam ℥ iij.
Radic. biſtortæ ℥ ij.

Malaxentur cum oleo nardino. Fiant emplaſtra duo: vnum pro renibus quadratum ad magnitudinem ſemichartæ papyri: alterum rotundum pro anteriore parte:

Peſſus.

℞. Acaciæ ℥ j.
Hypociſtidis.
Ladani.
Rad. Biſtortæ an. ʒ iij.
Aluminis ʒ ij.

Fiat peſſus ex lana carpinata, miſceatur lanæ, medicamentum formetur ad formam digiti, ac applicetur in panno raro, & retineat poſt concubitum.

In retentione menſium,

D. IOH. SIGISMVNDI

CONSILIVM CCCL.

INSTITVATVR hæc cura per dies duodecim, antequam menſes erumpere ſolent, & primo vtatur mane ieiuna pillulis duabus horis ante cibum, ac poſt harum vſum neq; dormiat, neq; ſudet.

Pillulæ.

℞. Pill. de benedicta.
Peſtilential.
Agar. trochiſc. an ℈j.
Diagridii gr. ij.

Cum aq. Matricariæ fiant pillulæ num. xvij. p. j. Altero die & ſequentibus bibat ieiuna ſequentis decocti hauſtum bonum, & poſt ieiunet per tres horas, hocque vtatur, quam diu durat.

Digeſtiuum.

℞. Radic. cichor. ℥ ß.
Herb. Pulegii.
Artemiſiæ rub. an. m. j.
Matricar.
Meliſſ. an. m. ß.
Sem. quatuor maior. cal. an. ʒ j. ß.
Radic. Liquiritiæ ʒ ij.

Fiat horum omnium decoct. in q. ſ. q. ad remanentiam ℔. j. ß.

In colatura diſſolue.
Oxymel. ſimpl. ℥ ij.
Syrup. de artemiſia ℥ j. ß.
Sacchari q. ſ. fiat potio delectabilis.

Poſt potum repetat vſum pillularum priorum. Deinde vtatur ſequentibus rotulis atq; oleis:

Rotuli.

℞. Diacalamenthi ℥ ij.
Diagalangæ ʒ j. Miſce.

Rotulis tribus vtatur mane horis duab. ante prandium. Item tribus per duas horas ante cœnam, quam diu durant. Oleis vero mane vngat ventrem calide, & pannum duplicatum ſuperponat. Item ante cœnam per duas horas:

Oleum pro abdomine in retentione menſtrui.

℞. Ol. lilior. alb.
Cheirini.
Anethini.
Chamæm. an. ℥ ij. Miſce.

Quod ſi hoc modo nihil efficiatur, repetat eundem proceſſum altero menſe, niſi quod poſt potionem exhauſtam pro vſu pill. venam Saphenam dextri pedis incidat.

In menſibus albis, flatibus ventriculi, vtero frigido & humido, lienis obſtructione, ac ruptura vmbilici,

D. Ioh. Naevii

CONSILIVM CCCLI.

Signa omnia in Generoſa Domina collecta & collata, demonſtrant ventriculum & vterum frigidum & humidum eſſe; Hinc flatus vberrimi, non modo in ventriculo, ſed & toto corpore: hinc menſtrua alba, dolores renum & lienis. Primum omnium autem requiritur diligens & accurata diætæ in omnibus rebus non naturalibus obſeruatio, ne maius præſentibus ſymptomatibus concedatur incrementum. Secundo, proba medicamentorum expertorum adminiſtratio.

De primo.

Diæta. A menſa remouenda omnia, quæ difficilis ſunt concoctionis: Item, quæ frigida, excrementoſa & flatulenta. Carnibus ratione frigidioris ventriculi integra interdum grana piperis aut zinzib. incoquantur, cum paſſulis & cubebis. Iuſcula ſem. carui condienda. Vino albo mero vno aut altero hauſtu vtatur. Cereuiſia, cum vt plurimum flatulenta ſit, noxia. Eſus capparum lieni conducit, vt & vinum ac cereuiſia, quibus ſcopolendrium impoſitum fuerit. Cætera ad præſcriptam fiant regulam.

De ſecundo.

Venarum Saphenarū ſectio. Si menſtrua debito non procedant tempore, reuocentur Saphenarum ſectione; nec non hauſtu bono calido maturino, tribus aut quatuor diebus ſequentis Decocti:

℞. Rad. Pimpinellæ.
Diptamni albi.
Galangæ elect. inciſis omnibus an. ℈ ij.
Croci integri ʒ j.

Coq. in ℔. iij. aquæ ad quartæ partis conſumptionem. Quantum ad medicaméta, & corporis mundationem, probo reiterationem decocti prius præſcripti quatuor aut quinque diebus. Doſis cochlearia decem.

Potio euacuans. ℞. Rad. Polypodii quercin.
Cichorii an. ℥ j.
Acori noſtri.
Calami aromatic. an. ʒ ij.
Corticrad. capp. ʒ iij.
Folior. fumariæ.
Betonicæ an. m. j.
Cimarum lupuli.
Folior. ſcolopendr.
Ceterach an. m. ß.
Endiuiæ m. j.
Paſſularum minorum elect. ℥ j.
Sem. pæoniæ excort. ʒ j. ß.
Anethi.
Fœniculi an. ʒ ij.
Dauci ʒ j.
Folior. Senæ Alexandr. ſine ſtipitibus ℥ ij.
Agarici trochiſcar. ʒ iij.
Epithymi cretic. ʒ v.
Zinzib. albi ʒ j.
Cortic. citri ʒ iij.
Cortic. aurantior. ʒ j. ß.
Prunorum Pannon. nu. x.
Flor Borragin.
Bugloſſ. an. m. j.
Roriſmarin.
Stœchad. Arabic. an. m. ß.

Fiat horum artificialis decoctio in ſ. aquæ, ad eaſum quartæ partis, ſtent in infuſione per horas quatuor, poſt colentur.

Colat. ℞. ℔. j. huic adde:
℞. Rhabarb. optimi ℈ iiij.
Squinanthi ℈. iij.
Cinamomi pul. ℈. x.

Conquaſſetur Rhabarbar. cum ſuis correctiuis, & f. nodulus laxus, qui coquatur in priori decocto ad ſufficientiam. Poſtea iterum colentur, & bene exprimantur, ac colatura iſta vſui ſeruetur, de qua:

℞. ℥ iij.
Syrup. de fumaria.
Acetoſitar. ſimpl.
de doabus radicib.
Oxymel. ſimpl. an. ʒ iij. Miſce.

Exonerata ita humorum ſuperfluorum ſentina, duabus horis ante cibum ſuccedāt rotulæ: poſt cibum vero puluis ſtomachalis:

Rotulæ roborantes. ℞. Specier. Diamarg. Auiccn.
Dianiſi an. ʒ j. ß.
Aromat. roſat. Gabriel. ſine moſcho.
Roſatæ nouellæ Nicol. an. ʒ j.
Puluer. cinamomi elect. ℈ ß.
Sacchari roſati ʒ ß.
Sacchar. albiſſ. in aq. fœniculi diſſolut. ʒ vij.
Fiat confectio in rotulis.

Puluis ſtomachalis. ℞. Cinamomi inter. optim. ʒ iij.
Galangæ ʒ j. ß.
Zinzib. ʒ ij.
Macis ʒ j.
Caryophyllor. ʒ j. ß.
Baccar. lauri ʒ j. ß.
Maſtichis elect. ℈ iiij.
Sem. aniſi.
Fœniculi an. ʒ ij.
Coriand. præparat. ʒ j. ß.
Cardamomi.
Piper. longi an. ʒ ß.
Carui præparat. ʒ j.
Carnium cydon. ʒ ij. ß.

Sem.Meliſſæ.ʒ ß.
Pulueriſentur pulueriſanda ſubtiliſſ. Miſtis adde: Sacchari albiſſ. ʒ xxij. ℈j. f. Trag. cui commiſc. fol. auri puri inciſa nu. iij. Clyſter etiam carminans & calefaciens interdũ non inutiliter infunderetur:

Clyſter.

℞. Maluæ.
Biſmaluæ.
Mercurialis.
Parietariæ.
Flor. Chamomill. an. m. j.
Folior. Origani.
Calamenth.
Rutæ an. m. ß.
Sem. Aniſi.
Fœniculi. an. ʒ ij.
Carui.
Cymini an. ʒ j. ß.
Liguſtici ʒ ß.
Bacear. Lauri nu. x.
Gran. Iuniperi m. ß.
Radic. Altheæ ℥ j.
Mei ℥ ß.
Fiat horum decoctio in ſ. q. Aq. ad conſumptionem tertiæ partis, ſtent poſtea in infuſione per horas tres. Colentur deniq;
℞. Colat. lb. j.
In qua diſſolue, Hieræ picræ ſimpl.
Benedict. laxat. an. ʒ iij.
Electuar. de baceis lauri ʒ ij. ß.
Olei liliorum alborum ℥ j. ß.
Chamom. ℥ j.
Rutæ ℥ ß.
Vitelli oui nu. j.
Saechar. rub. ℥ ß.
Salis triti ʒ ß.
Omnibus bene diſſolutis fiat Clyſter.

Menſtrua alba.

Menſtrua alba reprimi poterunt, pulueris vſu, vel ita ſiccí, vel in aq. Plantagin. & vini rubri calefacti partibus æqualibus diſſoluti.

Puluis menſtrua alba ſiſtens.

℞. Nucis moſchat. ʒ ij.
Limat. eboris ʒ j. ß.
Succini albi ℈ iij.
Radic. ſigilli Salomon. ʒ ij.
Biſtortæ ʒ j. ß.
Seſeleos ℈ ij.
Caryophyllor. ʒ ij.
Coralliorum alborum.
rubrorum an. ʒ j.
Flor. Selareæ.
Trifolii albi an. ʒ j.
Pulueriſentur ſubtiliſſ. & miſceantur, adde ſacchar. albiſſ. ℥ j. ß. Miſce fiat Puluis, doſis p. j. Semina etiam carui carbonibus inſpergantur, fumuſque inguine recipiatur.

Ruptura vmbilici.

Rupturæ Vmbilicali à flatibus factæ conferunt.
I. Fomentatio ſex aut quinq; diebus cum ſpongia bis de die continuata diligenter:

Decoctum pro fomento in ruptura vmbilici.

℞. Roſar. rubear. ſiccatar.
Folior. Plantag.
Hypericon.
Matri ſyl. an. m. j.
Balauſtiorum ʒ j.
Myrtillor. Italic. ʒ iij.
Sumach ʒ j. ß.
Pſidiorum ℥ ß.
Radic. conſolid. maior. cum foliis
minoris cum foliis
an ʒ iij. ß.
Nucum cupreſſi nu. viij.
Aluminis rochæ ʒ iij.
Myrrhæ.
Thuris an. ʒ ij.
Incidantur incidenda & conquaſſentur, & ſimul omnia miſta eoq. pro fomento, ſuperponatur Emplaſtrum tempore fomentationis bis de die reponendum: alias ſaltem 14. quoquo renouandum, conuenienti cingulo retineatur, & vmbilico reprimatur:

Emplaſt. è de pelle arietis.

℞. Empl. de pelle Arietis ℥ iiij. de quibus ℞. q. ſ. & extendatur ſuper telam lineam mundam quantitate conuenienti. His niſi admodũ inueterata ſit, ruptura optime conſolidabitur: ſed accedat neceſſe eſt quies, quam poteſt fieri maxima. Velocior omnis motus cum affectibus, imo & tuſſis cum ſternutatione reprimenda: Lienem corriget vnguentum hoc calide inunctum:

Vnguentum è ſplenetic.

℞. Folior. Phylliridis.
Rutæ.
Abſinthii.
Sem. Anethi.
Cumini.
Carui an. ʒ j.
Cortic. Cappar. ʒ j.
Olei de Cappar. ℥ j.
Amygdalar. amar.
Rutacei an. ʒ vj.
Aq. Scolopendr. ℥ j.
Rutæ.
Aceti vini an. ℥ ß.
Contundantur contund. craſſo modo & omnia miſceantur, & coq. ad cõſumptionem Aq. & Aceti, Colentur cum expreſſione & cum cera noua f. vnguentum.

De præcautione abortus, pro quadam Nobili fœmina,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCCLII.

ABORTIVNT mulieres duabus de cauſis: Primum ſi ante conceptum impura corpora habeant, maxime ſi pituita, & ſeroſi humores collecti ſint. Deinde cum grauidæ in animi & corporis motibus

Cauſa abortus.

peccant, itemq; ſi aluo nimis laxa, & hemorrhagia laborent. De ſanguinis fluxn in domina res nota iampridem mihi eſt, ideo de eo prius dicam.

Animi affectus grauiores vitandi.

Primum & ante omnia vehementiores motus ne habeat, iræ, dico, excandeſcentiæ, ne nimium membra diſtendat, nec onera libret. Caueat cibos ſanguinem inflammantes, & caput replentes, & acres humores generantes. Nam in hoc corpore principaliter acres illæ fluxiones & ſanguis ſeroſus ad omnes catarrhos & podagram viam ſternit.

Victus ratio.

Ideo Domina cibos eos ne attingat, qui excrementa cumulant, vt piſces, frigida & cruda, item quæ natura humectant, vt agnina, non bene matura caro vitulina, porcina, lacticinia, pinguedines, ſalita, præparata cum cæpis, cancros. Maxima ex parte edat aſſa. Aſſueſcat vni potui diuretico, & qui ſanguinem non nimis calefaciat. Quo tempore aſparagi habentur, & fraga, iis vtatur, à cæteris fructibus abſtineat, vel certe modice ſumat ante cibum, magis vt aluum molliant, quam vt ſatient.

A fructibus horarus Diarrhœa.

Illi autem fructus, qui cito putreſcunt, vel aluum ſtipant, plane cauendi ſunt. Nam & iis, quæ cito putreſcunt, diarrhœæ periculoſæ ſequũtur, maxime infeſtæ grauidis. Conſtipandi autem vim habentia non laudantur, niſi à cibo magna cautione ſumantur. Ad ſanguinem ſiſtendum ſcio Dominam multis remediis eſſe vſam, & ſi boni ſanguinis eſſet copia, ſuaderem & ego, vt cæteri Medici, venæ ſectionem:

Venæ ſectio in grauidis hodie non adeo improbanda.

nec moueret me Hippocratis authoritas, qui venæ ſectioni in grauidis tantopere aduerſatur, cum noſtro tempore diæta alia ſit, quam olim fuerit, & experientia teſtetur, ſæpe multos grauidarum morbos venæ ſectionem poſtulare, & ferri ab iis ſine incommodo. Verum quia, vt dictum eſt, ſanguis nimis ſeroſus eſt, cui aeria excrementa admiſta ſunt, iudico his humiditatibus occurrẽdum eſſe, primum victu, deinde diureticis & ſudore. Nec cucurbitulæ nocetent, maxime ſcabulis applicatæ.

Sanguinis fluxum cohibentia.

Multi exiſtimant radicem & herbam fragariam, ſi quis eam ſecum geſtet, ſanguinem ſiſtere. Alii prædicant puluerem ranæ vſtæ in olla recenti in ſacculo appenſum, de collo. Experiri licet. Meo tamen iudicio nihil poteſt fieri melius, quam ſeroſa excrementa, ad quæ hoc corpus procliue eſt, & omnis mali cauſa eſt, tollere, & præcauere, ne cumulentur, ſed è corpore euocentur. Certo enim mihi credat Domina, quamuis in Podagra multa ſe pituita oſtendat, eam tamen nunquam ſine acribus illis, ſeroſis & tenuibus ſuperfluitatibus in membra poſſe deuehi, nec

Diuretica podagricis conuenientiſſima.

aliud eſſe præſtantius remedium pro podagra, quam quod vrinam mouet, & ſudores ciet: Non nego, cum calor natiuus debilitatus ſit in hoc corpore, etiam multum pituitæ colligi, quæ in matricem decumbit, & eam affligit, ac conceptionem impedit, aut abortum facit, ſed hæc pituita, antequam conceptio fiat, educenda eſt, quod fit dupliciter: Primum conueniente victu, & roborato calore natiuo. Ideoque ante annos aliquot Thermas ſuaſi, ſed quia intempeſtiue iis vſa eſt Domina, nõ mirum omnia eſſe indè perturbata, & quia frigida tẽpeſtas incidit, non potuit ſatis efficax eſſe, quamuis matricem roborauit. Ideo ſequatur aliam viam, & præter commodam victus rationem ſingulis menſibus poſt fluxum menſtruorum pituitam his pillulis educat:

Pillulæ pro vtero pituitoſo.

℞. Aloës roſatæ ʒ v.
Succin. alb.
Maſtich. an. ʒ ij.
Agaric. præſtantiſſ. ʒ j. ß.
Ariſtoloch. rot. ʒ ß.

Aſperganiur puluerizata aqua cinamomi, & cum ſyrupo de ſucco matricariæ, reformentur pillulæ, pro qualibet drachma xiiij. Has ante cœnam ſumat deſinentibus menſibus numero ſeptem, continue tribus vel quatuor diebus. Si non ſatis purgant, vtatur pluribus, ſed tum à viro abſtineat. Multa quidem ſunt remedia ad præparationem conceptionis, ſed ea huic caſui non puto neceſſaria.

Poſt conceptionem quæ agenda.

Poſt conceptionem autem factam nihil melius ſcio, quam in victu non errare, ne vitioſi humores in corpore colligantur. Deinde vt vitet affectuum immoderationem, iram, curas, vehementes motus corporis, & quicquid ſanguinem poteſt commouere. Quotidie autem hoc puluere vtatur, quantum groſſo excipi poteſt in vino:

Puluis pro grauidis.

℞. Spodii ʒ ij.
Raſuræ eboris ʒ j.
Zedoariæ.
Sem fœnicul.
Margarit. præp.
Corall. vtriusq;.
Rad. cardopatiæ an. ℈ ß. Miſc.

Nono autem à conceptione menſe ab vſu huius pulueris abſtineat, fugiatque omnia alia remedia, præter ea, quæ partum facilem reddunt. Præparantes tamen humectationes, cum hoc corpus per ſe humidum & lubricum ſit, non ſunt neceſſariæ. Contra abortus vtilis eſt, & hic puluis mane ſumptus in ouo ſorbili:

Puluis abortum prohibens.

℞. Rad. Biſtortæ ℈ j.
Gran. Alchermes.
Sem. Plantag.
Portulac. an. ʒ ß.

Coriand. præpar. ℈ ij.
Sacch. ad pondus omnium.

Sumat de eo quantum groſſo excipi poteſt, & ſingulis vel alternis diebus, modo ne aluus aſtricta maneat. Vſus ciborum ex amygdalis & dactylis, & cydoniatum à cibo valde commendatur, quia & matri & fœtui proſunt. Foris contra abortum multa vtiliter adhibentur, modo ne excrementa retineantur, in primis vtile eſt hoc emplaſtrum dorſo & lumbis vel coxendici impoſitum:

Emplaſtrū abortum prohibens.

℞. Maſtæ Emplaſtri pro Matrice, vel Comitiſſæ ℥ iij.
Rad. biſtortæ.
Coralliorum.
Aciæ.
Hypociſtid.
Cortic. mali granat. an. ℥ ß.
Ladani ʒ vj.

Malaxentur omnia cum ſucco cydoniorum, & extendantur in aluta. Pharmacopolæ emplaſtri quantitas papyro data definiri poteſt, vt in aluta id faciat, quo ab inferioribus partibus lumbos & dorſum verſus vmbilicum tegat. Neq; eſt neceſſe vt ſemper geſtet, ſed vel de nocte adimat, vel etiam ſi moleſtum eſt de die, ac interdum renouari curet. Hæc potui hoc tempore ad præcautionem abortus monere ſimplici ſtudio: neq; dubito, quin fortunante DEO aliquid fructus ſit perceptura Domina, pro quo DEO omnipotenti gratias agere poſſit.

De impedimentis impragnationis, pro quodam honeſta Matrona,

D. ABRAHAMI SEYLLERI

CONSILIVM CCCLIII.

VT perpetua ſpeciei humanæ, quæ archetypi DEI expreſſio eſt, propagatio ſit, DEVS optimus maximus condito Adamo, Euam ad hominis exemplar confictam, matrimonio copulauit, vt duo inter ſe ſexus permixti ſobolem propagare poſſent. At cum talis actus generandi impeditur, fit aut maris, aut fœminæ, aut vtriuſque ratione. Cum itaque in confeſſo ſit in caſu propoſito fœmellam impedimento eſſe, ideo cauſæ impedientes inquirendæ ſunt. His enim non cognitis, neque ratio remouendi impregnationis impedimentum inueniri poteſt. Quare primo de impedimentis imprægnationis, ſecundo de modo coëundi. (Modus enim coëundi dexter ſeruandus, cum conceptus abſque idonei coëundi modo impediatur.) Tertio & vltimo de tempore tam particulari, quam vniuerſali coitus diſſeram: quoniam quod iuſto tempore minime fit, infœliciter atque ſiniſtre ſuccedit. Quantum ad primum, quod fœmella conceptionis impedimentum ſit, argumento eſt aliqualis coitus abominatio, cum delectationis priuatione, cui menſtrui ſanguinis corruptio ſuccedit. Cum ergo ad conceptum, ſemen & viri & mulieris, menſtruique ſanguinis affluxus neceſſario requirantur, quippe menſibus ſuppreſſis cuncta fruſtra tentantur, operæ pretium eſt vt omnia naturaliter conſtituta ſint. Nam vno diſconueniente, tota mixtio corrumpitur. Sicut eſt videre in cythara diſſonante vna chorda, tota harmonia diſcrepat. Propterea cum conſtet ſanguinem menſtruum plus iuſto eſſe calidum, quod oſtendit veſtigium induſio impreſſum, & ex calore aliquam acquiſiuiſſe acredinem, fieri non poteſt vt ex coitu finem aſſequatur. Nam etiamſi & ſemen virile & mulieris concurrunt affluit etiam ſanguis menſtruus, qui vtriq; ſemini commiſcetur, ſtimulat virtutem repultricem ſua acredine, quam ex aliquali aduſtione acquiſiuit, tota maſſa repellitur, atque ita actus coëundi ſuo fruſtratur fine. Ex his facile apparet, vitium remorans imprægnationem, nimirum menſtruus ſanguis plus iuſto calidus, & acredine præditus, quæ virtutem repultricem ſtimulat ad repulſionem. Quare cum cauſa inueſtigata ſit, facile cura per contraria tentari poteſt, nimirum, vt ſanguis menſtruus ad aliquam mediocritatem reducatur per frigida. Verum hoc præſtari non poteſt, niſi cauſæ accedentes ſanguinem menſtruum cognitæ fuerint. Proinde cum conſtitutio fœminæ ſit macra & bilioſa, præterea ſæpius natura inflammetur, non mirum eſt, quin aliquid materiæ cholericæ, ſiquidem in toto abundat, admiſceatur ſanguini menſtruo, cum quo ſuo tempore (vt arguit eius color atque ardor) excernitur. Quapropter ſi coaceruatio choleræ auferatur, etiam menſium acredo extinguetur. Hoc bono victus regimine præſtabimus. Vitet ſuper omnia carnes leporinas, & omnia degentia in aquis. Item fugiat lactantium agnorum carnes, porcos, angullas, quappias, aliosque piſces, qui replent matricem, item fabas & lacticinia. Cæterum cum menſtruus ſanguis fluendo tranſeat matricem, ſuam malam qualitatem matrici communicat atque imprimit, ideo & matrici hac in parte proſpiciēdum, ne debilitata ſeminis immiſſionem reſpuat. Conueniens igitur erit ex tanaceto, abſinthio, chamomilla, matricaria, burſa paſtoris, plantagine, facere ſuffu-

Cauſa impedita conceptionis.

Indicatio.

Victus ratio.

Suffimigiū pro vtero.

migium, quo vtendum ante menſtruorum aduentum trib. vel quatuor diebus. Quantum ad modum & tempus coëundi. Confert ad cōceptum ſi mulier & vir abſtineant à coitu & amplexibus mutuis quinq; diebus vel amplius, ante menſtruorum excretionem, totoq; tempore menſtruorum, & poſt fluxum menſium quatuor diebus, quo tempore ante introitum lecti mulier aſſumat in hoſtia coaguli leporis ℈j.

Tempus coëundi.

Vir vero comedat zinzibet conditum & dormiat, animaduertendo ne venter ſit repleius cibis, neque crapula onuſtus, nec admodum famelicus. Et hoc faciendum ſingulis duntaxat menſibus. Hac enim ratione vir in infundendo ſemen matrici vberior erit, & matrix in retinendo tenacior, atque in recipiendo auidior. Abſtinentia equidem à coitu vuluam exiccat, atq; virtutem eius retentiuam replet ſemenq; melius decoquit. Econtra ſæpius mulier ſe cōmiſcens acquirit vuluam lubricam atq; ita finem non aſſequitur. De mane vero mulier vtatur rotulis diarrhodon abbatis, cum noctu virum accedere conatur. Porro ad conceptum requiritur vtriuſq; ſeminis concurſus, maritus operam det, cum mulieres verecundiores ſint, dum dormierint vt eius palpet mamillas atque ventrem, & ita ad venerem excitet, & quando deprehenderit ipſam accenſam, tempus inſtat coeūdi, modo octo horæ poſt cœnam elapſæ ſint, quod eſt circa auroram. (Caueat vir ab aniſo, cimino, quod ſemen extenuēt, item ab oleribus groſſis, quoniam groſſum ſanguinem procreant. Rutam & agnum caſtum fugiat, tanquam ea, quæ ſemē abſumunt.) Præterea vir ſuum non compleat deſiderium, donec in vulua ſenſerit humiditatem affluentem, & mulier delectationem: tunc ſperma proprium effundat, natibus diligenter firmatis. Talis namque modus mulierem delectat, atq; opus fortunat. Devs æternus vtriq; ſexui delectationem in emittendo ſpermate ingeſſit, vt firmius coniungerentur, opusque fœlicitetur. Huc modo emiſſo ſemine non ſtatim virga extrahenda, ne aër intromittatur, & conceptum impediat, ſed parumper immorandum, & extrahendum. Vxor tamen maneat ſub eodem ſitu poſt coitū per aliquod tempus reſupinata, capite depreſſo, natibus vero exaltatis, quod ſi fieri poteſt obdormiat, & ſumme ſternutationem fugiat.

Conceptum innantia.

Semen extenuantia.

De intermiſſa conceptione,

D. Hieron. Capivaccii

CONSILIVM CCCLIV.

EX literis Excellentis viri intelleximus Illuſtriſſimam Dominam de intermiſſo conceptu conqueri: cum tertio abhinc anno filios concipere non licuerit, quemadmodum ſemel antea vſu ſibi venerat, vt propterea noſtrum ſit omnem adhibere diligentiam in indaganda huius affectus cauſa, quo ea inuenta, remedia omnia pateant, & ipſa optatum finem, ſi fieri poterit, conſequi valeat. Verum cum oppoſitum per oppoſitum magis eluceſcat, non inutile fore duximus, quædam prius de naturali conceptione dicere, vt clariora reddantur, quæ conceptionem ipſam impedire apta ſint. Sciendum itaque ad efficiendam conceptionem, neceſſarium eſſe, vt mas & fœmina cum delectamento coniungantur, ita vt ab vtroque fiat ſeminis fœcundi eiaculatio, partim quidem in vterum, partim vero in vteri ceruicem, ea tamen ratione, vt quæ portio ſeminis in ceruicem eiaculatur, a facultate abtractrice in vterum attrahatur, & à retentrice, ita retineatur, vt os vteri claudatur, quibus peractis, exacta mixtione vtrumque ſemen miſceatur, & beneficio proprietatis, ſeu facultatis conceptricis, vis illa in ſemine exiſtens quodammodo obdormiens excitetur, vt valeat fœtum tum formare, tum etiam perficere, quæ eo præſertim tempore contingunt, quando in concubitu ſeruatur temporis opportunitas, quod ſane cum Hippocrate, in libro de Natura pueri eſt, quando menſes iam ceſſarunt, quia eo tempore expurgatus eſt vterus, nec periculum eſt, ſemen ablui à ſanguine menſtruo. His ergo ſic conſtitutis, non erit arduum cauſas intermiſſæ conceptionis Illuſtriſſimæ Dominæ inuenire. Cum enim triennio iam elapſo filium pepererit, cū optima fruatur valetudine, bonoq; corporis habitu ſecundum omnes corporis partes, atq; etiam ſecundum vterum prędita ſit, non eſt, vt vllo modo eam ſterilem appellemus, ſed potius, vt dicamus, aliquid vtero contigiſſe, cuius vi facultas conceptrix impediatur. Vnde non recedētes à Gal. 5. Aphor. 62. & Hippocrate 1. de morbis muliebribus, & à viro excellentiſſimo, qui conſilium conſcripſit, dicēdum arbitramur, cauſam huius otii in hac Domina conſiſtere in pinguiori habitu, & pręſertim quia omentū magis pingue redditum eſt, quod ſui præſentia os vteri comprimens, eſt in cauſa, vt ſemen ingrediatur tantum ceruicem, & nequaquam os vteri, & illico etiam egrediatur.

De conceptu naturali.

Ad conceptionem maxime facere tempus coëundi iuſti.

Pingues non facile concipiunt.

V n

Vt propterea totum vitium ſit referendum in morbum in mala compoſitione, & eius ſpecie, quæ conſiſtit in anguſtia, prout à compoſitione dependet.

Scopi curationis. Quare ſcopi noſtri erunt, intermiſſam conceptionem ad priſtinum ſtatum redigere, eumque hoc præſtare non ſit poſſibile, niſi auferantur morbi, quorum ratione proprietas oriatur, ideo illi morbi ſunt auferendi & depellendi: qui cum ſint in mala compoſitione, atque huiuſmodi ſit morbus logicus, & nequaquam ex vſu artis, quia ad ablationem cauſæ auferetur, propterea tota curatio ad cauſam erit dirigenda. Quæ cum ſit nimia pinguedo, tum totius corporis, tum etiam omenti, indicat ſui imminutionem, totiusque extenuationem. *Vterina remedia.* Ratione etiam vitiitatis vteri, remedia vtetioa requiruntur, illa ſcilicet, quæ experimento inuenta fuere, potius vtero prodeſſe, quam aliis partibus. Calor etiam vteri indicat calorificum, ſcilicet vniens, prius tamen habita totius corporis prouidentia. *Prognoſtic.* Arbitramur autem, quod quamuis vitium ſit maximi momenti, ratione conſeruationis ſpeciei, quod Illuſtriſſima Domina poſſit reddi voti compos, quia pinguedinem imminuere, non eſt ad ſummum difficile, dum modo obſequens eſſe voluerit iis, quæ à nobis proponantur. *Curatio.* Concepta itaque ſpe curationis læto animo præſidiorum materias proponamus. Et in primis quoad Chirurgiam, cum Hippocrate libro de ſuperfeudatione, cum adſit principale indicans, probamus venæ ſectionem, non tantum bis in anno ſecundum manus & pedes, ſed ter quaterq́;. *Vena ſectio.* Sed præſertim probamus ſectionem venarum ſuperiorum, ad quam erit confugiendum, quando non aderunt prohibentia. Quare ſtatim abſolutis mēſibus probamus vt ſecetur vena Baſilica dextri lateris, euacueturq́; ſanguis in ea copia, quæ præſenti Medico cunctua iudicabitur. Leniente tamen medicamento prius exhibito Quo ad pharmaciam, *Pharmacia.* leniatur aluus Manna, vel ſyrupo roſato ſolutiuo, præparentur humores ſyrupo de Cichoreo, de Borrag. cum decoctionibus Endiuiæ, Cichor. & radice teſticuli maioris canis, & paſtinacæ ſylueſtris. Purgetur corpus Rhabarbaro & foliis ſenæ, infuſis in decocto florum, & fructuum, addita Mannæ portione. Corroborantia vero ſint ea, quæ & intrinſecus exhibeantur. & extrinſecus admoueantur. *Decoctum ligni.* Inter extrinſeca probātur decoctum Ligni, cum aliqua ſalſæ portiuncula. Eo tamen modo exhibitum, vt eo ſemel tantum in die & matutino tempore vtatur, & tranſacta hora, poſtea ſudor copioſus excitetur, non iuſtis unguentis illis ligneis, quibus alias vti ſolemus, ſed in lecto: Nam decumbentibus in lecto abſque vllo labore ſudor promouetur, perque horam ad minus ſudet, & ante prandium multum ſeſe exerceat, ſiue fiat pedibus, ſiue curru, cibumque attenuantem ſumat: vt præcepit Hippocrates libro de ſalubri diæta. Vtatur carnibus aſſis, non elixis, paneq́; optime cocto, & vino tenui, & Oligophoro in mediocri copia ſumpto, & ſaltem per quadraginta dies hoc decocto vtatur. Cum Auicenna etiam probamus, vt Illuſtriſſimus Dominus non ſtatim emittat ſemen: ſed eo tempore, quo Illuſtriſſima Domina emittet, atq; poſt vſum Veneris corpore reſupino & eleuatis cruribus aliquo tempore maneat, atque tandem tali vtatur electuario:

Electuariū conceptum iuuans.

℞. Radic. teſticuli maioris canis.
Limaturæ Eboris.
Teſticuli vulpis in vmbra exſiccati.
Capri.
Matricis ſuillæ fœcundæ in vmbra exſiccatæ.
Coaguli Lepor.
Seminum ſequentium in lacte muliebri maceratorum.
Erucæ ſatiuæ.
Paſtin. ſylueſt.
Sileris montani an. ʒ j.
Conſeruæ Cichoreæ ℥ iij.
Succi ex nuce myriſtica ʒ j.
Miſce, & fiat Electuarium.

Aquæ Lucenſes. Cuius doſis ſit à drachma vna, vſque ad vnciam ſemis. Inter extrinſeca vero balneū ex aquis Lucēſib. probatur: victus ratio propoſitis correſpondeat. Quæ cum nota ſit Viro Excellentiſſimo, propterea illam ſilentio obuoluimus, &c.

In inflammatione Matricis, mola, & ſterilitate,

D. Tagaultii
Et D. Iacobi Syluii
Conſilium CCCLV.

Cum Domina vxor tua ſit in ætate iuuentutis, quam Galenus & reliqui Medici ſtatuunt ab anno 25. vſque ad triginta quinque habitu corporis mediocri temperatura membrorum ſatis ſanguinea: vt ſignis manifeſtis deprehendimus. Cum vero eius vterus intemperie laboret, id quod ex inordinata fluxione, aut retentione menſtruorum, tumore ventris, contractione hypochondriorum, inflatione mamillarum & debilitate motus totius corporis patet, videtur mihi (ſaluo tamen meliori iudicio) eam affligi tribus morbis, quibus ſingulis eſt

1. diligenter occurrendum: primus eſt dictus Medicis tumor, ſeu inflatio matricis proueniens ex humoribus corruptis & flatibus contentis in vtero. 2. Secundus eſt dictus Medicis Mola, quæ gignitur ex ſemine & ſanguine meſtruo retentis in vtero, & incoctis immoderate. 3. Tertius eſt ſterilitas & priuatio conceptionis, originem habens ex calida & ſicca intemperie matricis potius, quam frigida.

Calida & ſicca intemperies præcipua cauſa ſterilitatis.

Quamquam nonnulli contrarium exiſtimarunt, propinantes & admonentes valde calida medicamenta anno ſuperiori, quibus tantum abeſt, vt morbum curarint, vt etiam recidiuæ, qua tam affligitur, dederint occaſionem. Et quamuis Domina vxor tua ſecuta multorum opinionem, ſibi perſuadeat ſe grauidam eſſe, quibuſdam ſignis præcedentibus, & aliis, quæ ſenſerit anno ſuperiori: tamen ego contrarium ſentio, illam adhuc prædictis morbis affligi, quoniam dicta ſigna communia ſunt, & molæ & naturali conceptioni: præterea motus molæ, quæ eſt in vtero, non eſt ſimilis, neque tam potens, quam is eſt ex fœtu viuo, quo præſertim ſigno diſcernimus fœtum a mola.

Signa diſcernentia fœtū à mola.

addo quod præterierit ſeptimus à menſis ſuſpicione conceptionis, quo tempore fœtus tā robuſtus facile cognoſcitur, & ſigna propria conceptionis nondum ſatis nobis apparuerint: Verum quoniam cum prędictis morbis coniunctus eſt tumor & inflatio tibiarum & pedum, ſuccedens febri quartanæ, qua laborauit ante tres aut quatuor annos, periculum eſſet ne in hydropem incideret. Ideo omnibus affectibus diligenter ſimul erit occurrēdum, quoniam ſi confirmentur, difficilime curabuntur. Quare prædictis omnibus conſideratis, ego ſuaderem, vxorem tuam adhuc paulo longius permanere in ea, in qua nunc eſt, ſanitate & ſtatu, ad finem Aprilis, aut initium Maii, quo tempore finis erit ſuſpicionis cōceptus, & tempus optimum remediis adhibendis ex conſilio bonorum & expertorum Medicorum: Hæc ſunt quæ volui de morbo vxoris ad te ſcribere.

Hæc tandem concluſa ſunt & ordinata à prædictis Medicis, &c.

Quantum ex iis quæ ad nos ſcripta ſunt deprehendere potuimus: Vehemens eſt ſuſpicio geſtationis carnis illis informis in vtero, quam Molam appellamus potius quam flatuoſum tumorem aut aquoſum. Motus enim ſentitur à laborante in vtero, non tam magnus aut validus, nec ordinatus, vt in viuente fœtu percipitur.

Mola viua?

Mater quoque ſatis pigra eſt ad motum, pedes & tibiæ molliores iuſto. Facto autem iudicandum eſt, num venter durior multo ſit, quam in naturali conceptu. Nam crebras in ventre quaſi ex acupunctiones ſentit, quæ peculiares ſunt molæ carneæ notæ, quibus eam à vero conceptu diſtinguimus: ſed prius quam aliquid moliatur aduerſus eiuſmodi vitium, hoc eſt, tumorem ventris, ſiue à ſuppreſſis menſibus, ſiue à flatibus, ſiue ab aquoſis & ſeroſis humoribus ortum ſit, expectandum erit, quoad vſque præterierit aut proxime inſtet finis decimi menſis, qui multis etiā doctiſſimis viris putatus eſt terminus legitimi temporis pariendi: quanquā reperiantur mulieres plurimæ quæ duodecim ac quindecim quoque menſes vtero gerunt infantes.

Tempus legitimum pariendi.

Hoc peracto tempore modis omnibus ſtudendum erit mouere menſes, aut flatus diſcutere, aut ſeroſos humores educere, aut molam quæ toto genere præter naturam eſt detrahere atque exturbare. At quoniam, vt ſupra diximus, maior eſt ſuſpicio carnis illius informis quę mola appellatur, quam cuiuſuis alterius vitii, ſatius fuerit auxilia aggredi, quæ molam ipſam deturbare atque eximere poſſint.

Curatio molæ.

Hæc enim ſimul & menſes mouebunt, & vitioſos humores, ſi qui ſunt, in vtero deliteſcentes, & flatuoſos etiam ſpiritus erumpere facient. Ergo corpus in primis euacuetur tum idoneis chlyſteribus: tum medicamentis purgantibus: tum ſanguinis miſſione ex cruribus potius quam ex cubito. Victum interim tenuem atq; etiam extenuantem laboranti imperamus. Corpus ambulationibus moueatur, ac vt reſupina dormiat, genibus vtrinque ſublatis, iubeatur. Vt autem mola hæc, aut ſi quippiam aliud ſit in vtero, quod moleſtiam afferat, melius ac facilius elabi vel detrahi poſſit.

Indicationes curandi.

1. Meatus erunt dilatandi, atque amplicandi linimentis, vnguentis, inſeſſibus, balneis, & quæ vim habent relaxandi & molliendi. 2. Iidem quoque lubrificādi peſſis ſiue collyriis iniectionibus & manibus inunctis. 3. Vis expultrix vteri ſtimulanda & irritanda, vt quod eam grauat & moleſtat, expellat, ſuffitu, vaporibus, peſſis, ſternutamentis: & id genus aliis Quæ omnia vbi opus erit, & certa fuerit laborans, prægnans ne ſit, an non, particularius declarabuntur. Vera mola fit à ſanguinis muliebris & plurima ſanguinis menſtrui in vtero retentione & affluxu, quem calor immodicus cogit, & in carnis formam tranſmutat.

Mola quid & vnde. Moles uterinæ? [illegible]

Mola multiplex: 1. Carnea oritur ex fœmineo ſemine, eiuſdemque in formatrice vi infirma, vt ſcribit Auerroës. 2. Sanguinea à ſuppreſſis menſibus: 3. Aquoſa cum aquoſus ſanguis vitio iecinoris in vterum tranſmittitur. 4. Flatuoſa à craſ-

1. Carnea. 2. Sanguinea. 3. Aquoſa. 4. Flatuoſa.

ſobu-

ſo humore in vtero conte.ato, & in flatuoſum ſpiritum conuerſo.

Carnea mola cauſa.

Cauſæ carneæ molæ. Efficiens nimia caliditas matricis, vel effuſio ſeminis muliebris abſq; ſemine virili. Materialis, copia materiæ cuiuſdam ſuperfluæ in vterum effuſæ. *Signa.* Signa communia molæ & veræ imprægnationis ſunt hæc; menſtrua retinentur, venter tumet, mammæ indurantur, appetentia proſternitur, cibi adeſt faſtidium, vultus decolor apparet.

His vero notis diſcernuntur:

Quibus ſignis mola à vera imprægnatione diſtinguatur. Motus nec ordinatus, nec periodicus molæ, nec eſt calcitratiuus ſicut in Embryone: mouetur mola à latere in latus, vel à loco altiore ad decliuiorem.

Venter durior eſt in mola, quam in naturali conceptione, pedes quoque valde molles apparent: manus vero gracileſcunt: punctiones etiam crebræ, veluti ex acu ſentiuntur in vẽtre, debiliorq; eſt quæ molam parit. *Molas ſenſum aliquem habere.* Ea caro informis inanima eſt, vita altrice duntaxat creſcit, plantarum more: ſenſum tamen aliquem habere quidam memoriæ prodiderunt ſpongiatum more.

Prognoſtica.

Prognoſtica. Durat hoc vitium, quod in vniuerſum difficilis eſt curationis, aliquando menſes x. aliquando xv. aliquando plures, quandoque annos quatuor, interdum tota vita, vt & cõſeneſcat & commoriatur. Degenerat & conuertitur nonnunquam in hydropem. hoc malum magna ex parte inſanabile eſt niſi initio remedia admoueantur.

Curandi ratio.

Cura. Cum informis illius carnis ſeu molæ in vtero geſtatio vnũ eorum ſit, quæ toto genere præter naturam ſunt, ea ex prima illa & cõmuni indicatione ablationem nobis indicat. *Indicationes.*

Iam diſquirendum eſt ex ſecunda indicatione, an id ſperari poſſit quo tendimus, id eſt, an eiuſmodi mola ſeu informis caro auferri poſſit. Huius autem intentionis ſecundæ inueniendæ via deprehenditur experientia. Quædam enim ab huiuſmodi vitio liberatæ, quædam vero nulla ratione. Iam ſupereſt tertia indicatio, quæ medium inuenit, quo aſſequamur id quod molimur. taie eſt aut Natura, aut Artis opus. Itaque eiuſmodi molæ exemptio, partim eſt naturæ opus, dum ſcilicet vis expultrix vteri, quæ hoc pondere grauata eſt, conatur id excernere, quod eã prægrauet aut moleſtet. Partem vero eſt artis opus, ſi nimirum dilatentur atq; amplientur meatus, per quos elabi, aut detrahi debeat, vt promptius & facilius deuolui, aut eximi poſſit informis illa caro. Naturam itaque & vim ipſam expultricem ſtimulare debemus, ad id quod grauat ac moleſtat expellendum. Hoc autem fit peſſis, collyriis ſeu iniectionibus, ſuffitibus, clyſteribus ac potionibus, quæ mortuum fœtum educunt.

1. Meatuum dilatatio fiet vnguentis aut linimẽtis, cataplaſmatibus, fomentis ceratis, malagmatibus, Emplaſtris, quæ vim habent relaxandi & emolliendi, ſi ſumini, oſſi ſacro, ac ipſis pudendis hæc admoueantur.

Illinatur primo venter inferior & os ſacrum, atque vt practici loquuntur, retro anchas vnguento dialtheæ nominato, cum quo & miſceantur adipes & medullæ, quæ facultatem habeant molliendi & relaxandi, vt adeps anſerinus, gallinaceus, medulla ceruina, & vitulina: Olea quoque eadem vi prædita. *Meatus dilatantia.* Conficiatur linimentum ex mucilagine ſemin. lini, Altheæ, & fœnugræci, olei liliorum, amygdalarum dulcium & oleo chamomill. vt vnguento dialtheæ nuncupato, & adipibus prędictis, addendo aliquid gummi ammoniaci & bdellii in vino diſſolutorum. *Linimentũ.* Admoueatur etiam Emplaſtrum diachylon, ante & retro. Inſeſſus quoque apprime ad hanc rem vtiles ſunt, præſertim qui facultatem habent relaxandi & emolliendi. *Inſeſſus.* Fiunt autem in hunc modum, ſi nimirum in aqua dulci incoquantur radices altheæ & liliorum, folia maluæ, ſemin. lini & fœnugræci.

II. Meatus lubricos efficiemus immiſſis peſſis, collyriis, ad hanc rem idoneis: Fiunt autem peſſi ex lana, quæ imbuatur vnguento ſeu linimento ſupra deſcripto. *Meatus lubricantia.* Laudat Aetius peſſos confectos ex butyro recenti, adipe porcino, medulla ceruina, paſſulis, caricis pinguibus, ſemin. lini & fœnugræci.

Iniectiones. Ex decocto caricarum, paſſularum, mucilagine ſemin. lini fœnugræci, butyro recenti. & adipibus prędictis fieri poſſunt collyria ſeu iniectiones.

III. His peractis ſtimulanda erit vis expultrix ipſius vteri, peſſis, collyriis, ſuffitibus, potionibus, clyſteribus. *Expultricẽ ſtimulantia.* Collocetur mulier ac ſi paritura eſſet, comprimat ſe & ſternutet fortiter.

Peſſi helleborati Tornamiræ. Peſſos conficit Ioannes de Tornamira ex ℥ ij. Galbani & ʒ ij. Hellebori albi, filo appenſo. Rutha cum menthaſtro tuſa collyrii vel peſſi modo ingeſta. Vngula aſini ſuffitu molas trahit, ſicut & vapor per arũdinem exceptus ex baccis lauri, pulegio, hyſſopo, thymo ſaluia, marubio, arthemiſia,

centaurio,ſcordio,polio & dictamno. Glandes ex Galbario, bdellio, opopanace, frequenter impoſiti,os matricis plus quam credibile eſt,aperiunt.

I. Meatus dilatabis inſeſſibus, fomentis, Emplaſtris, &c. Inter cætera efficaciſſimum eſt linimentum quod recipit Mucilag. ſemin.lini, Altheæ & fœnugræci in aqua liliorum extractæ, oleum liliorũ, amygdalarum dulcium, & chamæmel. vnguentum altheæ nuncupatum, adipem anſerinum & gallinaceum, medullam ceruinam ac vitulinam. Emplaſtrum quoq; diachylon ante & retro admotum, Inſeſſus, vel vt nunc dicitur, ſemicupia ex aqua dulci, in qua coxerint folia maluæ, ſemin. lini & fœnugræci, altheæ radices & liliorum.

II. Lubricos meatus efficies immiſſis peſſis ſeu collyriis, atq; etiam iniectionibus ad hanc rem idoneis,& vnctis manibus. Fiant ergo peſſi ex lana imbuta linimento ſupradicto. Laudantur etiam peſſi ſupraſcripti ab Aëtio. Fiunt etiam iniectiones ex decocto caricarum,vt dictum eſt.

III. His peractis vim expultricem ſtimulabis peſſis,ſuffitibus, clyſteribus, potionibus. Peſſi ex Galbano ſupraſcripti laudantur,& peſſi Iohannis de Tornamira, ſi filo appenſo imponantur. Peſſi item ex ruta & menthaſtro,vt dictum eſt: vapor etiam per arundinem exceptus,ex baccis lauri & reliquis prius dictis, quæ omnia aquæ & vino incoquenda.

Vulua dilatetur ſpeculo matricis, vel ſi obſtetrix manum gracilem habeat, & prælongos digitos, intingat manus in oleum liliorum compoſitũ, & ſic vteri duriſſimum, carnoſiſſimumque aperiat. Si hæc nihil profecerint, veniendum ad inſtrumenta quibus fœtus mortuus detrahitur. Deinde adhibendæ potiones,quibus fœtus mortui deiiciuntur. Reliqua quæ ſcribuntur à barbaris & practicis ad colliquandam & minuendam molam,per os ſumenda, cum hæc colliquari nequeat, meta nobis deliramenta videntur.

Mola non poteſt colliquari.

De præſeruatione à Mola, & abortu, pro Nobili quadam Matrona,

D. Ioan. Cratonis

Consilivm CCCLVI.

Foemina seas, quæ molas gerunt, idoneas eſſe cõceptui & generationi, manifeſtum eſt. Nam earum vterum generationi operam dare, iſtud oſtendit, quod materiam etiam non conuenientem in rudẽ molam format. Eam vero materiam quidam in vtero colligi & formari, & ſic vitium in fœmina tantum eſſe arbitrantur. Verum cum ſatis conſtet, nullam vnquam, quæ cum viro rem non habuit, molam geſtaſſe: pro certo habendum, vitium non tantũ in vtero muliebri, & materia, quam ſuppeditat fœmina: verumetiam in ſemine virili eſſe, atque illud vel qualitate, vel quantitate, vel conſiſtentia peccare.

Mola ſolum in muliere.

Nam ſi frigidius eſt, vel paucum & tenue (vt eſt eorum, qui nimium ſæpe coeunt, aut inebriantur, vel ex morbo exhauſti ſunt) ad generationem fœtus parum facit, itaque delatum in vterum, in quo humori craſſo & viſcido (qui plerunq; fœminis, tanquam ad commune excrementorum receptaculum, in vterum deponitur) miſcetur, maſſa quædam vi formatrice efformatur, quæ ex membranis & venulis ſanguinem attrahentibus ita augetur, & in molem attollitur, vt fœmina vterum gerere videatur. Sed non difficile eſt eam à vero conceptu & fœtu diſcernere.

Mola generatio.

Communia quidem vtriuſq; ſunt ſigna; menſium ſuppreſſio, intumeſcentia vteri, nauſea, hæc tamen omnia, quam in vera impręgnatione difficiliora. Motus eſt tremulus, ſiue à mola, ſiue ab vtero ſit mouente & materiam conante expellere, ſed non circa vmbilicum, vt ab infante, verum de latere in latus voluitur. Citius etiam venter intumeſcit, verum magis latera & maior grauitas, quam in vera imprægnatione. Hæc ſigna dum adſunt, & præſertim ſi mammæ ſine lacte tument, nequaquam expectãdum, dum natura molam eiiciat. Sed Medici opera vtendum, & ea, quę menſes prouocant, ratione certa, & præparatis viis, maxime tamen ratione virium habita, exhibenda.

Signa communia fœtus & molæ. Signa propria.

Nam etiamſi (id quod non raro euenit, & in hoc corpore eueniſſe intelligo) concipiat, tamen mola fœtum enecat & elidit. Multo autem periculoſius eſt molam geſtare, quã fœtum. Cum minori enim periculo & laceratione vteri fœtus in lucem editur. Itaque tam vir, quam fœmina cauere debet, nè cauſam huic malo det. Fœmina quidem, ne per victus rationem, quę crudos humores in corpore accumulet, per occurſum aëris frigidi, quo vterus offendatur, per commotiones magnas corporis repleta cibo, vel animi affectiones vehementes & iracundas, quæ præcipitant humores. Vir vero, ne vel nimium ſæpe rem cum coniuge habeat, vel dum pluſculum adbibit coëat.

Molæ periculum.

Si vterus frigidior eſt, & humoribus abundat, nihil thermis conuenientius. Verum ratio vniuerſi corporis habenda, & ne crudum corpus lauetur, (id quod plerunq; fit, cum

Thermarum vſus vtero frigido & humido.

perpe-

perpetuæ commeſſationes in Thermis ſint) opera danda. Sulphureas, cum exiccent (id quod ex vlcerum curatione manifeſtum) idoneas eſſe, rationales Medici negare non poſſunt. Et quid in Baiis Neapolitanis, & Patauinis euidentius ſulphure? quarũ vires in vterinis morbis à tam multis decantatas ſcimus. Itaque vbicunque ex lubricitate vteri abortiones metuimus, earum vſus conueniens.

Suffitus ex Dec. Saluia in Aqua & vino.

Mundari etiam & ſiccari vterus per fomenta, & ea quę imponuntur, debet. Ad fœtum nihil melius decocto ſaluiæ in aqua & vino, ita vt ante cœnam per infundibulum fumus in vterum aſcendat. Panniculi etiam linei molles intingantur in aquam maioranæ, & membro muliebri imponantur. Inungatur vmbilicus olei balſami Indici, ſi haberi poteſt. Frequenter in cibo ſumat raſuram eboris, quæ & vterum roborat, & humiditates abſumit.

Balſamum Ind. Raſura eboris.

Cum vero ſe vtero ferre ſentit, à vehementioribus commotionibus tam animi, quam corporis ſibi temperet. Puluere noſtro pro grauidis ante ſomnum vtatur. In ouo vero ſorbili ſumat quotidie mane grana tria granorum tinctorum, vel de hoc puluere, quãtum acie cultelli capere poteſt:

Puluis pro grauidis.

℞. Gran. tincto. ʒ j.
Thuris albiſſ. ʒ ß. Miſc.

Inungat lumbos dum fert vterum, hoc vnguento.

Vnguentum pro abortu.

℞. Maſtic. ʒ ij.
Roſar. rub. ʒ j.
Ol. roſac. q. ſ. Miſc. f. vnguentum.

Poterit etiam Comitiſſa vti. Cæterum cum partus tempus inſtat, inũgere ſe iſto vnguẽto deſinat, ac potius liliorum alborum oleo cũ axungia gallinacea miſto vtatur, eoq; totum ventrem inungat. Velim prius, etiam corpus expurgari. Ad expurgandum autem nihil melius eſt quam ſi has pilulas ſumeret:

℞. Aloes roſ. ʒ ij. ß. ambræ grys gr. j. cum ſyr. roſ. f. pillulæ pro ʒ t. nu. 14. capiat. vii. hora dimidia ante cœnam. Hæc, Deo iuuante, ſpero profutura. Quod ſi ante menſem Maij non fieret grauida, vellem poſt primum ſomnum eam hauſtum lactis caprini ſumere, idque per totum menſem facere.

In dolore, & ſuffocatione Matricis, cum fluxu ventris, pro quadam Nobili fœmina,

D. IOH. NÆVII CONSILIVM CCCLVII.

SPERLEGI literas tuas humanitate & eruditione refertas; & quibus quod ad curationem nobilis matronæ ægrotantis attinet, te circumſpecte & methodice ſatis rem tractaſſe video, atq; adeo, vt quid ſuperaddi iam cõmode poſſit non agnoſcam. Solent enim morbi nõnunquam incrudeſcere, atq; contumaces ſanationi fieri, vt omnia medicamenta, optime etiam excogitata, reſpuant. Noſti enim Ouidii carmen:

Interdum docta plus valet arte malum.

Itaque mirum non eſt, quod omnes ex ęquo morbos tollere nequeamus; cum & ſuperiores, & in arte medica magis experti ac docti Medici, id præſtare non potuerint. Faciamus igitur quod poſſumus, reliquũ Deo committendum eſt. Verum quando vis vt meam opinionem tibi aperiam, breuib. accipe. Curarem ante omnia ventris fluxum, quem obiter inuaſiſſe ægrotã ſcribis. (Nam ſalubrem illi futurum, ſi modum non exceſſerit, omnino ſpero, cum proculdubio ſuccos illos malos dolorem vterinum mouentes, ac vapores venenoſos ad caput ſpirãtes, ſecum educat) ac ad dolorum, in imo ventre poſitorum ſedationem, intentiones omnes adhiberem. Et cum iudicarem per alui fluxum corpus ægrotantis ſatis euacuatum eſſe, offerrem ad intra, quod aiunt, & ab extra, dolorem ſedantia medicamenta: ad intra ſiue per os exhiberem decoctum tale:

Fluxus ventris quandoque vtilis.

Decocti & pulueris inſuffocat.

℞. Galangæ,
Zedoar. el.
Baccar. lauri,
Rad. liguſtic. an. ʒ ij.
Gran. & rad. pæoniæ ʒ j.
Cimin. ʒ j. ß.
Sem. Dauci,
paſtinac. ſylu. a. ʒ j.

Coq. in aq. florum tiliæ, betonic. & matricariæ a. ℔. ß. ad caſum tertiæ partis, de colatura dabis mane & ſero cochlearia nu. 5. vel 6. calide. Decocto exhauſto darem de ſequenti puluere, quem ſepæ in ſedando dolore, ac ſtrangulatione matricis nõ ſine fructu ſum expertus, qui habet:

℞. Sem. dauci ℥ ß.
Paſtinac. ſylu. ʒ ij.
Rad. peon. & gran. excortic. a. ʒ j. ß.
liguſtic.
Sem. cimin. a. ʒ j. ß.
Anterior. oſſ. cranei human. ex ſutura coronali vſt.
Cinamom. el. a. ʒ j. ß.
Baccar. lauri.
Zedoar. el. a. ℈ iiij.
Fol betonic.
Rad. biſtortæ an. ʒ j.
Succin. alb.
Ammeos,
Seſeleos a. ʒ ß.

Redigantur ſingula in tenuiſſimum pulue-

rem, & miſceantur. Δόσις mane & ſero ʒß. cum aquis matricariæ, betonicæ, & modico vini albi clari. Clyſteres præterea aluo adſtricta ex decocto gallinarum confectos iniicerem diebus alternis. In decocto incoquerem:

Fl. chamæmel.
Fol. matricariæ,
betonic.
lauri an. p. ij.
Rad. pæon: & gran. eiuſdem an. ʒ ij.
Sem. rutæ ʒß.
dauci,
viticis an. ʒ j.
De decocto caperem ℔ß. in quo diſſ.
Ol. lilior. albor.
cheirin.
chamæmel. an. ℥ j. ß.
Sacch. rubr. ℥ß. atque ita iniicerem.
Aluo retenta adderem:
Bened. laxatiu.
Hieræ picræ ſimpl. an. ʒ iij.

Puluis gentianæ in dolore ventoſo.

Illa enim ratione ſi quid reſtaret humorum dolorem mouentium, paulatim educeretur. Nicolaus Florentinus etiam laudat in tali caſu puluerem gentianæ in vino calido oblatum, & ſcribit puluerem hunc dolorem ventoſum (nam eiuſmodi illum eſſe timeo(ex flatu craſſo inflatiuo, cum proprietate, tum qualitate ſanare. Et addit: Dicunt quidam quod curat dolorem præſentem & præſeruat à futuro. Videat ergo ipſum. Prudentia tua, ſermone 6. tract. 3. cap. 33. Ab extra applicarem emplaſtrum de galbano factum, & de baccis lauri an q. ſ & applicarem ſumini, vel ſolũ emplaſtrum de baccis lauri apponerem, præcedentibus tamen fomentis humidis, ſiue ſiccis, ex carminantibus, & anodynis confectis. Hæc habui, quæ ad petitionem tuam tibi cõmunicare volui, quæ ſi videntur cõuenientia, ac inſtituto tuo inſeruientia, vſurpare poteris, ſin minus, vt ſtudium tamen meum, ac voluntatem erga te meam boni conſulas, oro. Ociſſime è Dreſda, Kalend. Nouemb. ann 1568.

In Melancholia hypochondriaca, pro quadam fœmina Nobili,

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCCLVIII.

SYMPTOMATA nos in cognitionem morborum deducunt. Ea cum ad ſuas referũtur cauſas morbi cognitio eluceſcit. Sunt enim ſymptomatum cauſæ morbi, atque ii Medico curãdi. In Melancholia autem hypochondriaca ita maligna ſunt ſymptomata, vt exercitatiſſimi etiam Medici de loco affecto nequeant ſtatuere. Itaque ad ea, quæ Hippoc. noſter de mulierum & virginum morbis nobis ſcripta reliquit, animum refero, & vt mature huic malo obuiã eatur moneo. Recte vero factum, quod eſt purgata. Ac purgari eam crebo, id eſt, ſingulis ſeptimanis bis velim, non alio medicamento, quam pomorũ ſucco, in quo folia ſenæ decoquantur. Si ſuccus bugloſſæ haberetur, & ſucco pomorum admiſceretur, admodum conueniens eſſet. Mittatur etiam ſanguis ex venis pedum, pro vt recte aperiri poterunt, & cucurbitulæ etiam in pedibus ponantur, & locus ſcarificetur. Vtatur lotionibus pedum ſomniferis hora decubitus, ex foliis ſalicis, lactucæ, vitis, additis capitib. papaueris duobus. Mane atque veſperi ex aqua ſcolopendriç bibat chryſolithi atq; Topatii gr. vi. In prima cœna ſumat iuſculum ex nucib. iuglantibus, papauere albo, & addet parum nucis conditæ. Nam ſomnifera plurimum in his affectionibus proſunt. De affectione in dextro hypochondrio melius doceri cupio. Item ſintne affectæ mammillæ: An ratatione rectè vtatur, pudoris ne obliuiſcatur, multum, vel pauca loquatur? Habeat ne ſuas purgationes? Anne hæmorrhoidus tumor appareat? Hæc omnia, vt de morbo certius ſtatue re poſſimus, medicum monere poterunt.

Succus pomorum, cum fol. ſenæ.

Somnifera.

In ardore vrinæ, cum exulceratione colli veſicæ, & pudendi, ac mictu cruento, pro quadam honeſta Matrona:

D. CASPARIS NÆVII CONSILIVM CCCLIX.

SEx literis tuis ad fratrem meum chariſſimum, D. Iohanuem, febri grauiſſime laborantem, & me quoq; vna, à te ſcriptis intelligo, matronam, patientem tuam, ex ardore vrinæ aliquandiu laboraſſe, & eo ipſo non ſolum veſicç collum, ſed & pudendum exulceratum eſſe. Eſt autem caſus grauis admodum, & ſanatu difficilior, cum ob mandantium membrorum intemperiem, quæ non facile in iis, qui exactam victus rationem cum curatione nõ coniungunt, corrigitur: tum vero ob loci affecti ſitum. Etenim locus ille natura humidus, & ob id conſolidatu difficilior, tum quod excrementa acria per ipſum tranſitum habent. Petis autem cõſilium noſtrum, quod frater pro ſuo erga te amore non negaret, nec ego recuſare debeo, nec poſſum. Vtinam autem ita dare poſſem, vt vellem, & caſus ipſe requiſiuerit, conſultum patienti foret. Et quamuis pro tua doctrina meo potiſſimum ſubſidio in hac parte non eges, tamen prudenter facis, quod in tam grauib. caſibus etiam alio-

rum con-

rum conſilia requiris. Nam & hoc pacto te à temeritate & audacia, & à calumnia artem vindicabis, ſi ęgrotæ amici intellexerint per te non ſtare, quo citius morbus curetur: ſed proter malitiam morbi id euenire. Laudo autem tuum in operatione progreſſum, & quia ſcribis tumorem ortum in pudendo cum inflammatione, cõſules huic miſſione venæ epaticę, item clyſteribus auertentibus & euacuationibus. Acrediñe vero humorũ epicraſi ad temperiem deduces, ne inflammationem cum eroſione augeat. Poſtea vteris, quod & te feciſſe autumo, anodynis applicatis, ſiue per ſpongias, ſiue per inſeſſus. Ex iis vero placet mihi qui:

Fomentum anodynum.

℞. Flor. chamæmel.
melilot. citrin.
leucri,
violar. purpur.
Herb. parietatiæ,
mercurialis vtriuſque,
Sem. lini,
fenugr.
althεæ an. q. v.

His addes, vbi percolatio pro fomento facta fuerit, croci parum. Habent autem hæc egregiam mitigandi vim, & aut petiis, aut ſpongiis applicari poſſunt. Sedata inflammatione, ſi exulceratio, aut puſtulæ eſſent, mũdificari poſſent, hydromel. ℔. ß. cui ℥ ij. ſucci appii cum ʒ j. pulu. myrrhæ mixtæ eſſent. Habet enim hoc medicamentum ſingularem vim mundificandi, abſtergendique, & hoc genus exulcerationis pinguia auerſatur. Mundificato loco ad conſolidantia leuia putarem eſſe deueniendum, ex quibus vſitatum eſt mitius, quod

Mundificat.

Conſolidãs.

℞. Aq. plantag.
roſar. an. ℔. ß.
Sief ſine opio ℥ iij.
Cortic. myrobal. citrin. ℈ ij ß.
Camphoræ gr. ij.

Diducuntur iſta in mortario diſſoluendo, & applicantur primo per ſyringam, poſt etiam petias. Eſt & aliud mihi conſolidatiuum, quod:

Aliud.

℞. Aq. roſar.
plantagin.
caudæ equin.
conſolid. maior. a. ℔. ß.
Pſidiar.
Balauſtior.
Nucum cupreſſi,
Myrobalan. citrin. an. ʒ j ß.

Contuſa coquantur, donec tertia pars cadat coctione, coletur, colaturæ add.
Sief ſine opio ʒ ij.
Sp. vnguenti de tuthia ℈ j.
gummi arabic.
ſarcocollæ,
thuris maſculi,
carab. an. ʒ ß.

f. aq. quæ ſimili modo applicatur. Hæc tibi remedia vſitata communicare volui. Præſcribere enim curationis methodum, hoc eſſet noctuas Athenas, quod aiunt: & te loci affecti quotidianus aſpectus, quid agendum & quid ſingulis diebus mutadum erit, edocebit. Et ſcis certi quid præſcribi non poſſe à me abſente in his caſibus, cum hæc ęgritudo, & curatu ſit difficilis per ſe, tũ vero difficilior, quod mulieres præ pudore loca iſta non libenter oſtendant, & à mulerculis ſæpe Medici, dum non bene de affectione iudicant, falluntur. Quare opera dandã erit, vt ab ipſa matrona impetres, quod & ego aliquando feci, vt affectum ſubinde cõſpicias. Conſpecto enim loco facilius curabis. Et hæc ſunt, quæ tibi in ſummis occupationibus, & perturbatione animi, quam ex graui ægritudine fratris cœpi, in pręſentiarum reſpondere volui. Vale. Celeberrime. Dreſdæ 24. April. Anno 1560.

In ardore vrinæ, pro quadam Comitiſſa,

D. CASPARIS NÆVII,

CONSILIVM CCCLX.

CVM plurima billioſa illuuies Generoſæ dominæ circa Renes & veſicam collecta ſit, quę plurima & grauiora poſſit concitare ſymptomata, ſequentia ordinaui, quę illam mitigabunt & educent. Adiuuanda tamen medicamenta recta victus ratione, ne & in poſterum ſimiliter aut craſſior, aut acrior producatur ſanguis.

Digeſtiuum autem & purgans ſequens alternis ſumantur diebus vſque ad conſumptionem.

Digeſtiuum.

℞. Aq. Maluar. lib. ß.
Centinod.
Flor. Chamom.
Betonicæ.
Petroſel. an. ℥ v.
Syrup. Violar. ℥ j.
de liquirit. ℥ ij. ß.
de duabus Radicibus ℥ j. Miſce, pro digeſtiuo. Doſis 8. Cochlearia pro vna vice.

[illegible]

℞. Radic. Maluæ ʒ ij.
Aſparagi. ʒ v.
Endiuiæ. ℥ ß.
Aſari. ʒ ij.
Bardanæ ʒ ij.
Semin. & flor. Maluæ M. j.
Biſmaluæ.
Betonicæ.

Petroſelin.
Saxifrag.
Clynopodii veri.an.M.ß.
Semin.4.frigid.maior.
an.ʒ ij.ß.
Paſtinacæ.ʒß.
Liquiritiæ raſæ &
inciſæ.℥j.
Polipod.quercini &
minutim inciſi.ʒ vj.
Iuiubar.nu.vij.
Paſſular.ſine acillis.℥ß.
Sebeſten.nu.v.
Flor.Maluæ.
Borragin. an.M.ß.
Semin.alkekengi.ʒß.
Folior.Senæ Alexandr.
Agarici albiſſ.leuis.ʒ ij.ß.
Flor.Chamomel.p.j.
Cer.rub.ʒ iij.

Incidantur & contund.ſtent in infuſione cum ſ.q. aq. Maluarum atq; Melonum, vel cucurbitæ & Bardanæ ſimul miſtis per horas iij.in loco tepido.Poſt bulliant omnia in vaſe non euaporante ad tertias, vt remaneant ℥xxv.Colentur cum expreſſione forti,deinde in Colatura infunde:

Flor. Violar.M.j.
Turpethi boni & gummoſi triti.
ʒ ij.
Rhabar.elect.ʒ ij.
Squinanthi.gum.v.

Pulueriſata miſce,& fiat inde nodulus laxus,expetia cum filo duplici.Bulliat,& inter bulliendum ſemper exprimatur, donec vis Rhabarbar.transfundatur, & conſumantur ℥ iiij. deinde colentur cum expreſſione forti,Colaturæ adde

Syrup.Violat.℥ ij.
de liquirit.
Iuiub.
de Beton.an.℥j. Miſce.

Doſis cochlearia 9.aut 10.aut circiter,proui purgabit; Quod ſi minus educet diſſoluatur ʒ j.Boli ſequentis in doſi vna;

℞.Flor.Caſſiæ recent.extract.
Cum aqua Petroſelin.ʒ ij.
Benedict.laxat.ʒ j.fiat Bolus.

Bolus.

Si vero vires nimia euacuatione deiiceret, per vnum aut alterum diem differatur, & interim Digeſtiuum ſubſtituatur. Ne autem odor & ſapor grauior moleſtiam concitet ante & poſt vſum cortices arantiorum Sacch: conditi aſſumantur,quod & fiet,ſi ructus excitet. Educta ſentina ſi ne dum ardor, & acredo remitterent, ʒ j. pulueris ſequentis medelam afferet, præſertim, ſi poſt ſemihoram aq.deſtillat. Subſcripta cochlearia decẽ, cui ſyrupi cochlearia duo admiſta ſint,duab. ante cibum horis ſuperbibantur.

Tragea.

℞.ſemin.4.frig.maior.excort.
an.ʒ j.
Maluæ ʒ j.ß.
Alkekengi.ʒ ß.
Papauer. albi.ʒ j.ß.
Flor. Chamom.℈j.
Amygdalar.dulc.excort.ʒ j ß.
Liquirit. raſæ & inciſæ ʒ j.
Semin. Lactucæ.
Portulacæ.an.℈j.

Incidantur incidenda minutis:& puluer. pulu.ſubtiliſſ.addendo Sacch.albiſſimi.minutiſſ.triti ℥ j & fiat Tragœa.

Syrupus.

℞ ſyrup.violacei
Succ.violar.cond.ſacch.an.℥ ij.ß.
Miſce.

Aqua deſtillata.

℞ aq. Melonum vel cucurb. lib.ß.
Maluæ lib.
Fl. Chamom.lib.ß.Miſce.

Renum vrgentib. doloribus,lumbi quoque inungantur.

Vnguentum in Renum dolore.

℞ Olei violar. loti ter. aq. Maluar.℥ iij.
Vng. populeon.ʒ j. Miſce &
cum cera f. linimentum.

Foueantur etiam lacte caprino. His factis Thermæ adeundæ, quarum vſum docebo in poſterum.

In cruenta ſanguinis mictione, pro quadam Nobili fœmina,

D. Abrahami Seylleri

CONSILIVM CCCLXI.

GENEROSAM & Nobilem matronam cruẽta mictione vrinæ cum dolore laborare intellexi, cui vt occurratur ſingularis adhibẽda diligentia. Cum autem omnis excretio ſanguinolenta periculoſa ſit, atque dolor vires deiiciat, ad compeſcendum hoc malum feroſę & acres humiditates primo educendę, deinde quæ & exterius, & interius effluentem ſanguinẽ inhibeant, ac dolorem ſopiant, adhibenda. Euacuans commodum erit ſubſcriptum medicamentum.

Potio evacuans.

℞.Folior.Senæ.℥ß.
Sebeſten.
Iuiubar.an.nu.vj.
Semin.Melon.cum corticibus ʒ ij.
Semin.fœnicul.℈ß.
Decoq.in ſ.q.aq.lege artis.
℞.Colaturæ.ʒ ij.ß.
Rhabarbar.Elect.℥ ij.

Macerentur horis viij. poſtea rurſum colentur:ac colaturæ add.

Syrup.roſat.ſolut.℥j.
Electuar.Diaſebeſten.ʒ iij.
Miſce, fiat potio.

Hanc

Hanc potionem capiet generoſa Domina mane tribus horis ante paſtum, deinde diebus ſequentibus omni mane ſumet tria cochlearia de ſubſcripto ſyrupo:

Apozema conſolidans.

℞. Radic. plantagin. ℥ ij.
Symphyti. ℥ j.
Herniariæ.
Capillor. Vener.
Centum nodiæ.
Fumariæ an. m. j.
Aniſi ʒ ij.
4. ſemin. frigidor. maior an. ʒ j.
Semin. naſturtii torrefact. ʒ j. ß.

Decoq. in ſ. q. aq. lege artis, huius colaturæ accipiantur ℥ xij. dulcorentur cum ſacchari candi ℥ iiij.

Veſperi autem cum S. D. ſe vult dare ſomno, capiat de annotatis pillulis numero xi & aſſumat poſtea lac chalybeatum, vel aquam plantaginis:

Pillula ante ſomnum deglutienda.

℞. Succi portulacæ incraſſat. ʒ ß.
Gummi arabic. q. ſ.
Miſce,
Fiant pillulæ num. xi

Exterius adhibeatur lumbis hoc cataplaſma, quod ſingulis diebus innouandum:

Cataplaſma.

℞. Herbar. Equiſeti. m. j ß.
Semin. portulac. ℥ ß.

Decoq. in ſ. q. aq. donec redacta fuerint ad mollitiem, poſtea addatur:

Farin. fabarum.
Hordei.
Puluer. rad. tormentilli.
Symphyti. an. ʒ iij.
Olei myrtini.
Roſacei.
Chamomill. an. ℥ ß.
Commiſceantur, fiat Cataplaſma.

Quod ſi his malum non ceſſerit, neque dolor remiſerit, bolus pixidi laminæ ad noctem ſub ingreſſum lecti cum cereuiſia diſſolutus propinetur. Conſtat autem hic ex Philonū perſici ℈ iiij.

Philonium perſicum.

Puluis Equiſeti in fercul.

Vſus etiam herbæ Equiſeti plurimum conferret, ſi pulueriſata ferculis iniiceretur: ſunt autem euitanda acria, acida, multum ſalſa, & quę ventriculo negotium faceſſunt, præterea caueat allium, cæpas, naſturtium, raphanum, & ſinapi CHRISTVS cœleſtis Medicus omnia ſecundet, Amen. Anno 77. 20. Octob.

In dyſenteria, pro quadam honeſta Matrona,

D. PHILIPPI MICHAELIS
CONSILIVM CCCLXII.

VALETVDINE aduerſa coniugis tuæ dilectæ vehementer certe afficior: cumque condoleo, imo ipſe eam viſitarem niſi inopinatus meæ coniugis caſus me retineret: nihilominus tamen ſatis prudenter cogitata & experta ſequentia tranſmitto. Rhabarb. toſti ℈ j. ß. eam te exhibuiſſe credo: Nunc ſi placet clyſter ſequens, qui tormina ſedabit fœliciter, iniiciatur:

Enema in dyſenteria.

℞. Aq. hord. chalyb. ℥ viij.
Succi plantag. ℥ j.
Olei roſacei ℥ j. ß.
Seui hircini ʒ iij.
Sacchar. rub. ℥ j.
Miſce, fiat clyſter.

Sequenti mane tertia aut quarta hora aſſumat puluerem infra ſcriptum in hauſtulo vini rubri calentis.

Puluis aſtringens.

℞. Troch. de ſpodio cum ſemin.
Acetoſæ ℈ ij.
de Carabe ℈ j.
Miſce, fiat puluis.

Dein à malo punico vmbilico tenus vngatur venter calide de die bis, mane & veſperi.

Inunctio ventris.

℞. Ol. Cytonior.
Myrthini.
Maſticis an. ℥ ß.
Coralli rub.
Roſarum.
Maſticis.
Boli armen. an. ℈ j.
Pulueriſentur puluer. & fiat molle vnguentum.

Ab vnctione impone emplaſtrum ſeq.

Emplaſtrū ſtomachale.

℞. Ol. Abſinth. ℥ j. ß.
Myrtini.
Cytoni. an. ℥ ß.
Puluer. abſinthii ℈ ij.
Menthæ ʒ ij. ß.
Spicæ.
Calamenth.
Squinanthi.
Macis.
Corall. rub. an. ℈ ij.
Roſar. rub. ℥ ß.
Panis aſſi ℥ iij.

Cum cera & Reſina q. ſ. fiat Emplaſtrum ſtomachale. Ebibatur etiam digeſtiuum ſequens mane calidum veſperi frigidum:

Digeſtiuum.

℞. Syrup. Cyton. ℥ j. ß.
ex infuſ. roſarum ℥ ß.
Myrtini. ℥ j.
Aq plantagin.
Acetoſæ.
Bugloſſæ an. ℥ ij.
Miſce, & fiat potio pro duabus vicibus:

Tertio ab vſu primi clyſteris die infundatur Enema ſubſcriptum:

Clyſter alius.

℞. Aq. hordei chalyb. ℥ vj.
Succi plantag. ʒ ij ß.

Olei roſat.℥ ij.
Mellis roſat.ʒ ij.
Vitelli oui, no. ij.
Seui hircini ʒ iij.
Boli Armeni præpar. ʒ j.ß.
Fiat elyſt.

Continuetur iſta ad ſanitatis vſque reſtitutionem.

Deſtillatum caponis.

Deſtillatum etiam Caponis, item iuſculum, in quo vitellum oui aſſum diſſolutum ſit propinetur.

Aqua verbaſci.

Tormina ſedabuntur hauſtu aq. Verbaſci, cui parum aq. Iuniperi admixtum: fiant ſacculi etiam è verbaſco Aq. incocti ventri dolenti imponantur. Hæc tamen omnia iudicio tuo ſubmitto: Quod ſi imposterum morbi ſucceſſum mihi ſignificaueris, præcipue, num & ſanguinem excernat, tibi non deero. Interim autem legas librum meum de fluxibus.

De morbis mulierum ante partum, in partu, & poſt partum.

D. Ioh. Cratonis
Consilium CCCLXIII.

QVAMVIS iam ante Illuſtri Dominæ ea remedia, quæ pueris, fœminiſque proſunt, communicaui; tamen quoniam magna eorum varietas eſt, dubitatioque interdum occurrat, quæ maxime conueniant, volo paucis ea, quæ pro certiſſimis habeo exponere. Partiar autem in tria capita in ea, quæ ante partum, in partu, & poſt partum adhiberi poſſunt.

Ante partū varia ſympt.

Ac primum quidem ante partum, ſi fœminæ palleant, & quidem ſubito, cibos faſtidiant, difficulter ſpirent, palmo capitiſque dolore circa noctem affligantur, pedes intumeſcant, laſſitudinem ſentiant, & angorem quendam, fiant melancholicæ, male dormiant, facile terreantur. Illæ vtantur quotidie aquæ pimpinellæ ℥ j.ß. addito gran. croci & ʒ ij. ſacchari, id bibant mane & veſperi. in vino etiam macerent roſmarinum & helenium. De die ſemen leuiſtici aquæ meliſſæ cocbleari vno ſumant. Vitent autem fructus, poma caſeos, & lac & piſces, pedibus nunquam nude incedant.

Dolor & ſuppuratio mamillarum.

Quod ſi mulieri mammæ doleant, vel ſuppuratio adeſt, vt & virginibus ſæpe ab ictu, vel compreſſione ſolet euenire: ſumantur folia maluæ, coquanturque in oleo, & imponantur. Item lac vaccinum in caſeum coagulatum mamillis applicatum, & cum incaluit iteretur ſæpius. Si quis affluxus materiæ in mamillas ſentiatur: Alſine viridis applicetur, idque ſæpius & calide. Si ſuppuratio ſpetatur, linteolum imbuatur oleo ſambucino & adhibeatur. Sumatur & fimus ouillus, qui miſtus cum aqua agrimoniæ imponatur. Herba etiam ipſa agrimonia vna cum radice addito butyro & melle contundatur & ſuperponatur. Si doleant mamillæ: Siſymbrium in aceto coctum imponi debet. Si papillæ in vteribus ſuppurantur, ſume ceram albam & oleum amygdalarum dulcium, fiat vnguentum, & inunge eo. Item axungia carpionum. Poteſt & ex cera fieri inuolucrum, & imponi.

Cancer.

Contra cancrum in mamillis: Cynogloſſa in vini & aquæ partibus æqualibus cocta, & ſuperimpoſita loco.

Fiſſura.

Cum fiſſuræ difficulter coaleſcunt: Medium corticem ſume ex frutice berberis, vel oxyacantho, redige in puluerem & inſperge.

Inflatio vteri.

Si virginibus aut mulieribus venter intumeſcit, & inflatur vterus: Contundantur cubebæ & albus diptamnus, imponatur cum cumino, & fimo bubulo in imo ventre.

Dolor.

In doloribus matricis & vt loco ſuo reponatur in mulieribus: tantum pinguedinis ſume, quantum pro frigendo ouo ſatis eſt, ouum infunde, & torre, donec liueſcat.

Matricis refrigeratio.

Pinguedo illa frigeſiat, vt affundi aquæ poſſit, elue diligenter pingue illud aqua, poſtea totam nucem Moſchatam pulueriſatam immiſce. Sume huius tantum, quantum putaminis medietate excipi poteſt, & vmbilico alliga, & cum abſumptum eſt, iterum alliga. Pro matrice refrigetata: Inunge vmbilicum oleo nucis Muſchatæ, vel, ſi haberi poteſt, balſamo Indico. Eius loco vtile eſt, & oleum lauandulæ.

Induratio.

Pro Matricis induratione: proderit medulla cerui. Item pinguedo anſerina cum myrtha in ventrem immiſſa.

Dolor vteri cum colico.

In doloribus vteri, qui habent quiddam cõiunctum cum colico dolore, ſume Galbam & terebinth. an.℥ j. Butyri Maialis, pinguedinis ceruinæ ʒ vj. Miſce, ad ignem lentum, & exprime per linteum, & cum fœmina bene incaluit in lecto, infundatur vmbilico calide, ita vt in dorſo iaceat ad horam vnam cum dimidia. Detur etiam album illud è gallinæ ſtercore in vino albo.

In præſeruatione dolorū vteri.

Ad præcauendos vteri cruciatus: ſumantur nuclei glandium, & in puluerem redacti dentur fœminæ. Sume & maioranam & origanum in ſacculo paruo, & ventri indito.

Suffocatio.

In ipſo vero dolore datur ſemen eryngii in vino, & naribus adhibetur funiculus ſulphuris. Si matrix surſum mouetur, vt ſuffocatio metuatur, folia lappæ maioris vel perſonatiæ pedibus ſubdantur, ſin vero deorſum mouetur, capiti imponatur.

Retentio menſtrui.

Si menſes retineantur: Multa præſcripta iam ſunt in altero libro remedia, maxime tamen prodeſt, ſi fœmina de radice eryngii biberit. Poteſt & dari malua

rimalua

ri malua maior ſiue papalis, cum aqua cinamomi, vel vino imponatur.

Nimia fluxio.

Si menſes nimium fluant, coriandro vtatur fœmina. Idem facit ſi potui immiſceatur cornu cerui, vel ſemen hypericonis detur. Ad idem glandes in cinerem combuſtæ & ventri applicatæ. Sanicula etiam & fragaria geſtanda eſt.

Albi menſes.

In albo fluxu: Aqua ſtillatitia ex caprino lacte prodeſt, & in potu maſtix impoſita. Maſtichis etiam puluis mane in ouo ſorbili ebibatur.

Impuritas vteri.

Ad detergendas impuritates vteri: ſæpe fumum ex ladano fœmina ab inferioribus partibus excipiat, vel ex eo glandem faciat, quam ſecum geſtet. Frequenter edat ſaluiam, & bibat de roremarino & limatura eboris. Eadem raſura in cibo ſumitur vtiliter.

GRAVIDARVM REGIMEN.

Secundina quando adnaſcatur.

Si fœmina prægnans eſt, caueat inſeſſum carbonum, nec dorſum fornaci calido exponat. Id enim faciat, vt ſecundina adnaſcatur. Quod ſi quæ geſtationis mediam partem attigit, ſi lauare nolit in balneo, aquam frigidam oſſis ſacri regioni affundat, & manu abſtergat. Itemque in locis muliebribus faciat: & cum cubitum abit, hauſtum aquæ bibat.

Amygdala fœtum roborant.

Mane amygdalas excorticatas edat, in mediocri copia, id fœtum roborat: Etſi autem communis mos eſt, grauidis indulgere omnes cibos, quibus delectantur, nocent tamen omnes crudi, flatuoſi & diuretici cibi, ſic etiam quæ nimiũ calefaciunt, vt nimium piperis, fortia vina, vehementia exercitia, maxime à cibo, ira vehementior, clamor validus, itemque tuſſes.

Grauidarũ regimẽ paulo ante partum.

A nono menſe exerceri vtile eſt, maxime paulo ante partum. Tum etiam ventrem vngere oleo amygdalino & galli pinguedine conuenit foris & intus. Nec ſe tum veſtibus oneret, vt diſtendi venter poſſit. Interdum parce in aqua lauet, cui incocta ſit malua & herba violarum. Tum venter vngatur oleo liliorum & amygdalarum, bibat ouum ſorbile cum cinamomo puluerifato, addito hauſtu aquæ. Quotidie orbiculis cũ oleo cinamomi vtatur, præſertim mane iis diebus, qui partui vicini ſunt.

Puluis contra abortũ.

Ne abortiat mulier: commendant Iaſpidem ſi mulier ſecum geſtet. Vtilius autem ſi mulier paxillum de ſequenti puluere in ouo aſſumat.

℞. Gran. tinctorum.
Margarit.
Tormentillæ an. ℥j
Maſtich. ℥ß.
Miſc. f. puluis.

Detur in ouo quantum groſſo excipi poteſt. Edat frequenter de cytoneis & dactylis. Proſunt cytonia vel cocta, vel toſta, vel cum ſaccharo præparata. Multæ mulieres ſæpe applicant pudendo tanacetum in manu calefactum. Sin vero infans à nimia copia ſanguinis abigitur, medicus conſulendus eſt.

Ad facilem partum.

Ad facilem partum: ſi partus tardior eſt, fel gallinæ ſumatur, maxime nigræ, & vmbilicus vngatur, item: in vino detur conſolida regalis.

Pyra impediunt partum.

Ne ſint in eo loco, vbi paritura eſt, pyra. Impediunt enim partum. Habeat autem ipſa Magnetem in manu. Arthemiſia cocta in vino dextro femori prope muliebria applicetur. Magni fit & lapis aquilæ, ſi ſiniſtro cruri applicetur. Sed ſtatim à partu remouendus eſt. Idem ſcribitur de matriſylua & polypodio, ſi pedibus alligetur. Idem facit & ſerpentaria, & cyclaminis radix cruribus adhibita, quæ omnia ad extrema pericula reſeruanda ſunt.

Tutiſſimũ.

Hoc tutiſſimum eſt, ſi fœminæ, quamprimum dolores ſentit, ius gallinæ præbetur, & ſi non ceſſant, quod in liliis luteum ineſt, ei iuri incoquatur. Bibat etiam aquam liliorum & lilii conuallii, admixta aqua cinamomi. Remoueatur tum magnes ex manibus, & applicetur pudendo, tamdiu donec fiat partus.

Si partus nõ procedat.

Si partus non procedat: Detur parturienti in vino viſcus de pyro, & ſuccinum album, & artemiſia ventri imponatur. Maſticet etiam boletum ceruinum, & poſtquam bene maſticauerit, vngatur eo vmbilicus. Vehementia vero, vt eſt chryſocolla, non probo, niſi vel fœtus mortuus ſit, vel mola adfuerit.

Si fœtus mortuus fuerit.

Si fœtus mortuus: ſume oleum lini cum pinguedine aliqua, in qua caſtoreum coctum ſit, vnge ventrem, puluere piperis cum helleboro albo, indito naribus. Galbanum & myrrham in vino dato.

Mola.

Si mala fuerit: ſuffumigium fiat ex vngula equi, & vngatur venter medulla ceruina. Detur etiam caſtoreum, cæteraque adhibeantur, quæ partum accelerant.

Secundinæ.

Ad tollendas ſecundinas: ſtatim a partu cæpam maſticet, & ſternutet, vt indicatum eſt. Datur & myrrha in aq. cinamomi. Sed ſpiritus continendus eſt.

Neruus halecis.

Multi commendant neruum, qui in halace reperitur, in iure piſorũ ſumptum. Vtile eſt bibere hyſſopũ coctum, ſi fœtus mortuus eſt.

Regimen poſt partum.

Commendant etiam ſi fœmina alterius fœminę lactantis lac aſſumat. Prodeſt & aqua Bryoniæ cum aqua cinamomi & croco.

Poſt partum dolor ingẽs.

Si partum ingens dolor ſequitur: coque roriſmarinum, & ventri impone calide, vel muniatur venter pelle agnina, vel arietina, dum adhuc calet, & recens detracta eſt.

Sanguis concretus.

Si ſanguis retentus concreſcat, inde difficilis morbus ſequitur, nihil vtilius, quam ſi obſtetrix ventrem biantem faciat, iis tamen datis, quæ menſes mouere poſſunt.

Tormina.

Emplaſtrum ſedans dolores.

à partu: cape tres vel quatuor cæpas bene coctas in aqua, eas in mortario comminue, adde cumini contuſi m. j. chamomillæ flores contuſos tantundem, & farinæ hordei quantum ſatis eſt, vt puls fiat, & ſi materia id requirit, adde parum aquæ, in qua cæpæ incoctæ ſint. Extendatur in linteum, & vmbilico applicetur. Quod ſi ſic etiam dolor non deſinat, ſed augeatur etiam, quod tamen vix poteſt fieri, adde farinæ ſeminis lini m. j. & minus farinæ hordei. Cum vero exſiccatum eſt, mutetur de nouo, vel prius illud denuo humectet, & calidum reddat, affuſa aqua cæpatum. Ita calide tamen apponatur, ne nimis ferueat. Extenduntur aliquando ὄλως ad pedes vſque. Quod cum fit menſtrua ſua profluentia panno imbuto ibi applicet.

Vmbilici prominentia.

Si fœminæ vmbilicus promineat: Corticem viridem ſambuci, & quod ſub exteriore cortice eſt, ſcabe donec colligas m. j. iniice ſacculo, & in lacte coque, & impone ventri mulieris, malumque euaneſcet. Quod ſi is affectus protrahitur, loco lactis ſume vinum pucinum. Præparari poteſt & hoc balneum: ſume ſymphytum, agrimoniam, florem ſambuci an. m. ij. Inde lauet per dies quatuordecim, & tertio quoque die renouetur ſumptis recentibus herbis. Non ea autem modo, quæ recenſuimus, ſed & alia conſequi partum ſolent, quibus diligenter occurrendum eſt.

Retentio lochiorum.

Ac primum quidem naturales excretiones retinentur, vel quia pituitæ copia obſtat, vel quia materiæ aduſtæ ſunt. Si pituita eſt, bibat de radice galangæ cum ſchœnantho. Sed linteo inuoluta potui iniiciantur, & tum calida bibat. Si materia eſt aduſta, vtatur ſaccharo borraginis prius in iure macrogallinæ cocto, ac mane & veſperi eum ſaccharum percolatum eſt, de decocto iſto bibat. Si fluxus nimius eſt, manus ligentur, & digiti, filo ſetico, maxime annularis.

Nimia fluxio.

Sub mamillas pone cucurbitulas ſine ſcarificatione, adhibeaturque emplaſtrum ventri factum è tormentilla & radice fragariæ.

Tormina.

Si tormina ſentiantur à partu: Fiat emplaſtrũ de galbano, & vngatur venter oleo de matricaria, & ventri imponatur. Oua ad duritiem coquantur, & vitelli contundantur cum oleo nucum, & in forma emplaſtri applica. Prodeſt & cæpas toſtas cum vitello oui contundere, admiſta etiam althæa.

Dyſuria.

Aliquando dyſuria ſequitur: Eo in caſu coquantur abſinthium & pulegium, & calide ventri imponantur.

Laceratio.

Ad læſiones in ipſo partu: contundatur albumen oui in lacte materno, & pudẽdo applicetur.

Inflatio.

Tumidus venter à flatibus: iuuatur baccis lauri contuſis, ſi forma emplaſtri infra applicentur. Si mulier circa anum læſa ſit: ea pars lauetur aqua verbaſci & roſarum, & vngatur recenti butyro, in quo ſit præparatum lithargyrum, & tuthia. Requirit autem hic caſus magnam curam, nec omnia recte ſcribi poſſunt. Poſtquam vero puerpera tertiam ſeptimanam exegit, ſine febre, ſine alui conſtipatione, aliiſque affectibus,

Balneum.

tribus diebus ante cibum lauet. Primo die parum ſe abluat aqua, cui aliquid vini infuſum ſit. Altero die incoquantur aquæ maiorana, miliſſa, & roſæ rubeę, & ita bene ſe abluat. Tertio die farinam fabaceam & auenę coquat in aqua, & membra mundet, poſſunt roſæ rubeæ & myrrha aqua & vino ana coqui, vt ea inferior potiſſimum venter abluatur.

Lactis diminutio.

A partu item varie afficiuntur à lacte, ſi id minuatur primum: Fœniculum recens coquatur in lacte, & bibatur mane. Poteſt idem etiam potui iniici.

Lac concretum.

Si mamillæ induteſcant, & lac concreſcat: ſume mentham contuſam, & impone in linteo mamillis vt emplaſtrum. Si lac coaguletur: ſpongia bene imbuatur vino & aceto, addito ſucco apii, ita applicetur. Fac item emplaſtrum è fabarum & lentium farina, cum aceto, & ſapone, & panno lineo applica loco. Multum prædicant ſi mulier ceram quantitate decem piſorum deglutiat.

Lactis copia.

Lac cum nimis copioſe affluit: Folia cucurbitæ & plantaginis, in aceto contunde & impone.

Dolor mamillarum.

In dolotibur mamillarum: Folia helenii proſunt contuſa cum pinguedine capi gallinacei impoſita. Si is dolor à lactis redundãtia eſt, farina lentium commiſceatur albumini ouorum, & mamillis adhibeatur.

Inflammatio mamillarum.

Inflammatio in mamillis ſedatur albumine oui in oleo roſato, commode autem adiicitur & mica panis. Laudant & fimum vaccinum, ac fœnugræci ſemine puluerisato. Quod ſi inflammationem durities ſequitur, caules braſſicæ, fabarum farina, & mentha cum aqua in malua cocta, redigantur in emplaſtrum. Ipſæ quoque maluæ per ſecum oleo applicatæ proſunt.

Apoſtema.

Si in mamilla apoſtema ſit: Initio profuerit oleum roſatum in plumbeo mortario, & piſtillo plumbeo, admiſto tragacantho, agitatum illinere. Sed cum pus apparet, adhibenda ſunt, qui earum rerum noticiam habent, de quibus ſcribi non poteſt. Mundatur apoſtema hoc pacto: ſume vitellos ouorum ſeptem, & mellis ℔. ß. coq. ad lentum ignem, & commiſce bene. Ad conſolidationem facit nucis cupreſſi, caſſiæ ligneæ, gallæ an. ℥ß. Aloes & Thuris an ʒ ij. Lithargyri ʒ iij. pulu. & ſtent in vino diem vnum, deinde coque ad mellis conſiſtentiam, & adhibeatur, vt oportet.

Fiſtula.

Si fiſtula adſit: Lauetur vino, in quo myrrha ſit incocta. Fiat vnguen-

guentum ex ſarcocolla, aloë, & aſa fœtida, redacta omnia in puluerem in melle coquito. Cancer ſi mamillas infeſtat: contundantur cancri in ſucco cardui, & imponantur: ſtatim ſedabitur. Idem facit & fimus caprinus cum melle. Si cancer cum ſuppuratione fuerit: Inſpergatur puluis de antimonio, de conſilio periti chirurgi. Item oleũ plumbi, quod ita præparatur: ſume ceruſſam, ſuperſunde acetum, & ſtet 24. horis in alembico, & ſeparetur in balneo acetum, & quod infra remanet, deſtilletur in arena.

Cancer.

Oleum plũbi.

In imbecillitate matricis, cordis, atq; ventriculi, pro Nobiliſſima quadam Domina,

D. IOH. CRATONIS

CONSILIVM CCCLXIV.

QVOD ad Nobiliſſimam Dominam attinet omni ratione matrici, cordi, & ventriculo conſulendum.

Matrici imponatur Emplaſtrũ de matricaria hoc modo factum.

Emplaſtrũ de Matricaria.

℞. Galbani ℥ß.
Bdellii.
Myrrhæ an. ʒ iij.
Comarum matricariæ.
Cymini an. ʒ ij.

Diſſoluantur gummata in aceto, & cum oleo liliorum alborum & cera fiat Emplaſtrum.

Ad roborandum cor nihil in hac Nobiliſſima fœmina emulſione margaritarum animaduerti melius. Interdum etiam coralliis diſſolutis vſus ſum, & ebore. Ventriculus inunctionibus & pillulis præſcriptis roborabitur. Ac velim pillularum vſum non intermitti.

Emulſio margaritarum.

In debilitate vteri, & podagrica affectione, pro quadam Nobili fœmina,

D. IOH. CRATONIS.

CONSILIVM CCCLXV.

CVM vterus purgatus ſit, nulla melior via corroborationis, quam quieſcere. Muliebria remedia, & intempeſtiuam copulam vitet. Interdum raſura eboris cum ſemine carui ſumat. Fugiat affectiones animi, iracundiam, triſtitiam, nec omnium ſermonibus moueatur. Committenda quædam Deo ſunt, cum noſtris curis & ſolicitudinibus negotiis non ſatisfiat. Cum in interioribus læſa ſit, nullũ aliud ſuccurrit præſidium, quam vt Domina laudatis aliquibus Thermis vtatur, quarum vſu & materia illa abſumatur, & calori naturali ſuccurratur. Quod ad podagram attinet, vtatur vapore præſcripto ex certis tantum herbis, vt roremarino, origano, artemiſia, meliſſa, betonica, maiorana. Hæc vt opinor ſufficerent, quæ opto vt DEVS fortunet.

Præfatio à podagra, pro quadam primaria fœmina,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCCLXVI.

OBSERVATA victus ratione, ſpero ex huius electuarii vſu Dominã magnum adiumentum valetudinis melioris habituram, (ſi quotidie, & longo tempore eo vtatur) minusq; articulorum doloribus obnoxiam futurã. Nam cum, vt alias oſtendi, craſſi humores non fluant, niſi ſeroſis in corpore auctis & ſuperabundantibus, certe quotidianus vſus electuarii huius non parum ad abſumendum ſeroſos humores faciet, hepatis etiam intemperiem corriget.

Cæterum cum articulorũ intemperiem perditam eſſe appareat, vix poterit ea reſtitui, & malum omnino præcaueri. Ferenda igitur erunt ferenda.

Deſcriptio electuarii hæc eſt.

Electuariũ antipodagricum.

℞. Ariſtoloch. rotund.
Gentianæ an. ℥ß.
Diptamni Cretic.
Agaric. albiſſ. & recentiſſ. an. ʒ ß.
Succin. alb. præp. ʒ vj.
Raſuræ eboris ℥j.
Raſuræ cornu cerui ℥ij. Miſce.

Si drachmam vnam in aqua veronicæ ſumere poterit mane in lectulo, atque ſudare, rectiſſimum fuerit, ſin minus, addito rob. è baccis ſambuci, f. electuarium, & accipiat cochlear vnum. Valentior autem vſus huius medicamenti erit, ſi ſingulis ſeptimanis, aut ſaltem quatuordecim diebus accipiat rhabarbari in ſubſtantia, aqua cinnamomi aſperſa drachmam vnam. Spero hoc conſilium rectum eſſe, & vt euentu DEVS approbet opto.

In podagra, pro quadam Nobili fœmina,

D. IOAN. CRATONIS

CONSILIVM CCCLXVII.

NVLLAM certe viam inuenio, qua coniunx tua Podagra liberari poſſit.

Belga hic quidam verſatur, qui ſe Podagræ domitorem & Medicum prædicat: nodoſam tamen non aggreditur: Artis ſuæ

Empiricus Medicus podagræ.

periculum fecit, in quibuſdam Caoooicis. Dolentes equidem partes mitigabantur: nihilomious in alias irruebat fluxio: Nora manifeſta eum vti repellētibus aut ſtupefacientibus: Generoſus qoidam Baro ſimiliter ſe eius ſubiecit curæ, ſed ex Podagrico Aſthmarieus factus, vebemeoter de difficili reſpiratione conqueritur.

Dom. Mehlium vaſculum huius Aquæ octo Ioachimicis emiſſe aſſeuerat, quæ num vera iguoro. Si vxor tua vt natura recolligetetur, recta victus ratione regeretur, ſaluberrima eſſet omnium Medicina. Hunc ſub mediam noctem Mithridatii optimi vſum, duorum videlicet piſurum quātitate, ſacch. roſaceo commiſto, adiungendum eſſe puto, præſertim enm ſeroſi humores maximam concitant moleſtiam. Nundum autem emollientia imponenda. De ſero caprino in poſterum cum Dn. D. Monauio conferam, &c.

In pedum debilitate, pro quadam Nobili Matrona,

CONSILIVM CCCLXVIII.

CVm pes tam ſæpe luxatus, & refrigeratus fuerit, facile concluditur temperiem partis debilitatam eſſe: vnde facile ibidem materia colligitur, quæ à calore natiuu debili diſſipari aut exſiccari nequeat: ſed moleſtias præſentes, & dolores producat. Materiam autem ibidem copioſam eſſe, aut tenacius impactam iuncturæ non credo.

Indicationes.

Quare de mea ſententia curationis vnicus ſcopus erit, corroboratio partis affectæ, & caloris natiui.

Roborare quid?

Partem autem læſam corroborare nihil aliud eſt, quam eidem natiuam reſtituere temperiem. Quibus autem id commodius fieri poſſit, quam Cataplaſmate exſiccante & calefaciente (Warmbandt) quod ſulphur & Alumen recipiat non video.

Cataplaſma exſiccans & calefaciens, vvarmbant vulgo.

Non opus eſt eum lauare volt, vt totum immergatur corpus: ſufficiat diebus aliquot pedum ſolummodo immiſſio, euacuato tamen prius corpore.

Euacuationem non fortioribus inſtituerem, ſed ſeq. coo[t]eotus eſſem.

Infuſum ſenæ.

℞. Infuſioois ooſtræ ſenæ, in qua macerata fuerit Agar. rec. ʒj ℥iij.
Syrup. roſat. ſolut.
Mannæ an. ℥j.
Miſce.

Si per ſeptimanam bis poſſet repeti, eo melius. Ante cœnam vero ſequentes pillulæ deglutiantur:

Pillulæ.

℞. Maſſæ pill. Maſticio. ʒj.
Formentur inde pill. ou 9.

Thermis artificiale hoc balneum ſuccedat quo pedes foueantur:

Thermis ſuccedaneū.

℞. Sulphuris ℥j.
Aluminis ℥ß.
Corticum Betulæ m. iij.
Bulliant io aqua pluuiali aut fluuiali.

Immergantur in hoc pedes primum per ſemihoram, dein ad horam vſq; integram, ante cibum mane & veſperi. A baloeo fricetur aqua Betulæ, Refrigeratio vitetur.

Aqua Betulæ.

Pulueris vſum denuo ſequēti reuocet menſe. Duobus autem diebus ante meoſtrui fluxum aſſumat Pillul. de Aloë roſata. Si vero ſubſiſterent menſes, ſpe imprægnationes differatur cura, &c.

Menſes mouens.

De Arthritide, pro quadam Nobili Matrona,

D. IOH. CRATONIS.

CONSILIVM CCCLXIX.

AFFECTVS ille, de quo Domioa in humeris, cobito, & lumbis conqueritur, vnam habet cauſam, nimirum catarrhos podagricos, qui niſi adimantur, vel purgatione, vel io partu, verendum oe conſilium oimis lentum fuerit: Iidem humores io pectore grauant. Poſtquam igitur puerperii tempus ſuperauerit, & meoſtrua fluxerint, ſuadeo vt io aqua coquat carduum benedictum cum paſſulis, & bibat tribus diebus mane, poſtea ſecundo vel tertio die ſumat huoc bolum:

Præparatio humorum.

℞. Agaric. rec. trochiſc. ℈iiij.
Cum ſyrup. conſeruationis zlozlberis f. bolus.

Cumque bis vſa eſt hoc purgante, coquatur Guaiacum prius aqua calida decem diebus præparatum. Ad vnam libram ligni duodecim libræ aquæ affundaotur, eoque ad medietatem, & in fine add. manipulum vnum Iuæ artheticæ.

Guaiacum.

Bibat de hoc quindecim dies, mane ſex vncias, in cibo ne nimium faciat, & ſit vno ferculo cootenta, vel aſſa, vel elixa carne, à vino abſtineat.

Ratio victus in vſu decocti ligni.

Coquat etiam Domina Iuam artheticam & vrticas in aqua & vioo, adiecto ſale (poſtquam prius decoctum aliquot diebus bibit) & eo fomentet membra, quæ podagricis humoribus & doloribus affliguntur, ſi huic aquæ adieceerit pugillum ouorum formicæ, cum ipſis formicis, erit efficacius.

Fomentum.

Oua formicarum.

Pro oodis podagricis ſumat Domina radices de cucumere aſinino, & contundat in oleo & imponat nodis: ſi ooo euocatur materia, in-

Nodi podagrici.

unga-

ungatur ſuccus eæparum aſperſo puluere piperis. Si poſſet lauare in balneo è formicis præparato, mirifice ſentiet ſe iuuari. Monui antea vt Domina in partibus læſis vulpinas pelles geſter, quæ pedes attingant, maxime vero hyeme. Si vero agaricus pro purgatione non ſatis erit commodus, vtatur his trochiſcis:

Pelles vulpinæ.

Trochiſci purgantes.

℞. Scammoneæ ʒ ß.
Zinziberis ℈ j.
Turbith. albiſſ. & gummoſi.
Roſar. rub. an. ʒ ß.
Spicæ nardi.
Maſtich. an. ℈ ß.
cum ſucco cyonior. f. Trochiſci
N. v.

Hos accipiat in ſyrupo roſato. Trochiſcum vnum vna vice, ſed ſæpius iteret, maxime cum conſtipatam ſe ſenſerit, dum ligno vtitur. Sed & alias vſurpare eos poteſt, cum podagrica materia ſe oſtendit, modo ne cum grauida eſt. Devs hæc, quæ præſcribo, fortunet.

In febre diuturna, pro quadam Magnifica Domina,

D. Ioh. Cratonis

Consilivm CCCLXX.

Diuturnæ febres in hecticas tranſeunt.

Divtvrnas febres in Hecticas plerumque tranſire, in medendi vſu obſeruarunt Medici. Generoſa domina à primo ortu fuit temperamenti calidi & ſicci, corporis conſtitutio ad maciē potius quam ad obeſitatem inclinans, corpus agile, ſenſus vegeti. Nunc autem quadrimeſtris febris, & remedia per vniuerſam morbi periodum exhibita calida (etſi nomine tenus frigida: tamen guſtu ſaporum iudice calida, vel ex temperatione calorem ſortita) non mirum, ſi calidam & ſiccam intemperiem auxerint. Diligenter autem aduertat Medicus, an ægrota à cibo aſſumpto leuiter incaleſcat. Deinde ſi corpus, vel ſubſtantia arteriæ ad carpum, vicinis carnibus calidior deprehendatur, quandoquidem Hectica initio difficulter cognoſcitur, & facili negotio curatur. Hinc accedit, quod acceſſio valde obſcura ita vt vix percipi poſſit, quod intermittentibus familiare non eſt. Moneo igitur iterum vt hecticæ accurata habeatur ratio: & obſtructiones omnino non negligantur. Inficias enim non eo, materias aliquas in meſaraicis venis contineri, quæ fomentum præbeant febri iam continuatæ, eas tamen calidis medicamentis aperientibus poſſe extirpari, non dubito. Oxymel, in quo macerata ſint Agaricus & Rhabarbarum, maximopere placet: Ad vehementiora nullo modo aſcendendum puto, & omnia vacuantia, tam lenientia, quam electiue purgantia improbo. Sufficit neceſſitate poſtulante clyſma è decocto pulli, in quo malua, violaria, Althæa, liliorum alborum radix, Nymphæa, fol. ſalicis vel cucurbitæ, ſi adfuerint, incocta fuerint, addita ol. violar. lilior. albor. amygdalar. dulcium an. ℥ j. & Sacch. rubri ℥ j. ß. Corpus vniuerſum quotidie ſemel atque iterum ol. amygd. dulc. leniter vola manus perfricetur, potiſſ. autem ſpina dorſi vnguento Roſar. Meſues: Infrigid. Galen. ol. violar. de Nenuphare. aq. lactucæ ablutis. Ego conſueui iſto vnguento vti:

Signa hecticæ.

Obſtructio.

Oxymel.

Clyſteri.

Vnguentum in hecticis.

℞. Gummi arabici.
Tragacanthi an. ʒ j.

Infundantur in aq. viol. per diem & noctem & addatur ol. violarum ℥ j. ß.
Butyri recent. ℥ ß.
Camphoræ ℈ j.

Miſce & in mortario plumbeo vel lapideo agitentur cum lacte muliebri: & fiat linimentum, quo inungatur ſpina dorſi, & regio lumborum. Laudatur Balneum aq. dulcis, ſiquidem humectandum & refrigerandum eſt, quod non diſſuaſerim die intercalari, cū inuaſio non metuitur, ita tamen vt duabus poſt prandium horis adhibeatur. Quoniam autem Atrophia cibi ſumptione plurimum cohibetur, porrigenda ſunt alimenta in exigua copia plurimum nutrientia, cuius generi quædam à me ſunt annotata:

Balneum aquæ dulcis.

Alimenta plurimum nutrientia.

Morſuli in hecticis.

℞. Pulpæ perdicis.
caponis an. ℥ ij.
pinear.
piſtaceor. an. ℥ j.
Sem. melon. excort. ℥ ß.
Terræ ſigill. ℈ iiij.
Cinamom. opr. puluериſat. ʒ j.
Conſeru. violar. ℥ ß.
Sacchari albiſſ. lacte amygdalarum & aq. roſ. diſſolut. q. ſ.

Fiat confect. in morſulis. Plurimū nutriunt Gelatinæ, quarum conficiendarum ratio, ſi ignota eſt, peti poterit ex libro meo de peſte fol. 476. mangias brancho Hiſpanorū, quod coci generoſi Domini abſque dubio facere norunt, & iuſcula capi, in quibus Borrago & lactucæ folia ebullierint. Hæc monuiſſe ſufficit, vt maraſmum vitemus, quem minari videntur colliquationes pingues ſuperficiem lotii occupantes, cum renum pinguia fere maculæ parietibus adhærere ſoleant. Devs opt. max. noſtris conſiliis & conatibus adſit, iis præſit, eaque benigne fortunare dignetur.

Hiſpanica fercula.

In febre tabida,pro Magnifica quadam Domina,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCCLXXI.

NON libet odioſe in aliorum medicationes inquirere, aut ſi quid in curatione præſtantiſſ. Dominæ recte vel ſecus factum ſit,meum iudicium interponere, præſertim cum factum infectum fieri non poſſit,illud potius conabor, vt optimam fœminam conſilio pro mea parte adiuuem.

Prognoſticon.

Quia vero initio prognoſticon de curatione ſignificandum eſt,illud prędico,ſecundum Hippocratis oracula,ſi ſpaſmo ex inanitione hęc Domina laborat (vt Medici exiſtimant) eos operam perdere: ſed cur nequaquam hanc affectionem ſpaſmum ex inanitione iudicem,& quid de morbo ſentiam paucis oſtendam.

Spaſmus ex inanitione.

Spaſmus eſt neruorum muſculorumque conuulſio atq; ad originem eorum perpetua contractio præter voluntatem. Eſtque hæc affectio, nunquam ſine motu & grauiſſimo dolore, atq; ea conuulſio, quæ ex inanitione eſt, plane acutum malum eſt,citoq; interimit.

Cauſa ſpaſmi ex inanitione.

Cauſæ eius ſunt ea,quæ immodice exhauriunt humidum, vt purgationes immoderatæ, ſanguinis detractiones, vigiliæ, inediæ, labores immodici & vehementes,vulnera,febres ardentes. Ideoq; vix vllus ſpaſmus ab inanitione eſt, quem nō inflammatio ſequatur. Atq; his de cauſis exhauſtō humido,neruī & membranę ſicciores fiunt, & cōtrahuntur in ſe cum vehementi motu.

Spaſmus à repletione.

Spaſmus autem à repletione contrarias habet cauſas, videlic. immodicas repletiones, ſiq; repente. Patet igitur ex natura morbi, quod neq; ex inanitione, neq; repletione in hoc corpore ſit ſpaſmus. Ac ſi eſſet ab inanitione,certe auxilia calida quę adhibita ſunt, auxiſſent malum. Si vero à flatibus,reſoluti eſſent.

Diminutus & deprauatus motus ab humoribus corruptis.

Ego vero diminutum hunc atq; deprauatum motum in digitis,& pedibus refero ad humores corruptos, qui in ſpinā dorſi ac neruorū origenes transfuſi ſunt,vt ſæpe in colicis, & magnis torminibus ventris iſtam retentionē menſtrui ſanguinis fieri videmus. Hūc auget totius corporis, omniūq; ſolidarū partium intemperies calida & ſicca, quæ cum ſeſe offerat ſumpto cibo, ita vt etiam facies rubere incipiat,cumque totum corpus ſit extenuatum, ſuſpicor hic adeſſe

Febris tabida.

febrem tabidam, & quidem iam aliquomodo confirmatam,& hecticam. Hæc mea opinatio ſi vera eſt, neceſſe erit vt ad hanc propulſandam febrem Medici totis viribus ſint intenti. Niſi enim hæc tollatur, neque vires conſeruari, neque reliqua ſymptomata, maxime læſio motus curari poterit, quia magis magiſque tendines ac nerui ſiccabuntur, & ſi febris hæc ſecundum gradum acquiret,fruſtra quærentur remedia. Quia vero obſtructio alui, & catarrhus, multum ad augendam, fouendamque eam faciunt: Primo operam dare oportet, vt leniatur aluus, deinde vt roboretur cerebrum. Ad vtrumq; nihil melius atq; conuenientius eſt, quam ſi conſeruam roſarum, vt vocant, recentem in magna quantitate ſingulis diebus acceperit, præſertim autem hora decubitus, & ne calor ventriculi lęderetur, vnum atq; alterum caryophyllum inciſum in duas partes ſimul deglutiret.

Conſerua roſarum recens. *Caryophylli.*

Quod ſi vero conſerua roſarum recens non emolliret aluum,vtatur alternis diebus vel ſingulis ſeptimanis ter, hoc Electuario:

Electuariū emolliens aluum.

℞. Conſeruæ Roſarum.
Violar.an.℥ß.
Flor. Caſſiæ recenter extractæ.
℥ iij.
Specier. aromat.roſat.Gab.℈j.
Miſce,fiat Electuarium.

Hoc Electuarium ſuaue eſt, & non ſolum aluum leniet, verum cor, etiam cerebrum, & epar roborabit. Ab aliis purgantibus medicamentis plane cenſeo abſtinendum, & hæc Dominæ, tanquam venenum mortiferum cauendum.

Clyſter.

Si autem poſſet hoc ferre præſtantiſſima fœmina, optimum eſſet, vt ſingulis ſeptimanis ei exhiberetur clyſter ex ſolo iuſculo gallinaceo ad hunc modum: Accipiantur iuris gallinacei vel gallinæ pinguis non ſaliti vnciæ xv. adde vitellum oui recentis vnum, & ſacchari duo cochlearia, & miſceantur. Si dolores aliqui ventris vrgent, incoquantur flores Matricariæ, iuæ &c. Hoc medicamentum in iſta curatione plurimum profuturum & tutiſſimum eſſe non dubito. Purgata aluo ad ſiſtendum catarrhum, & roborandum cerebrum, tuto poſſet inſpergi puluis iſte ſuturæ coronali:

Puluis capitalis.

℞.Roſarum rubearum.
Myrtillor.
Corallor.rubeor.an.℥ß.
Maſtichis ℈ß.
Miſce,fiat puluis.

His ita monitis ad curationem deueniamus. Primo autem intemperies illa calida & ſicca, quæ ne ſit hectica vereor, requirit ſolam alterationem, videlicet contrariū frigidum, & humidum, non ſolum in medicando, ſed maxime in victus ratione.

Victus ratio in hecticis.

Tenenda eſt igitur diligenter victus ratio humectans & temperate refrigerans. Nam ab omnibus immodice frigidis cauendum, nec alterationes ſubitæ faciendæ. Omne enim nimium

Refectio tabidorum lenta.

mium naturæ inimicum, vt Hippocrates inquit, & corpora quæ longo tempore extenuantur, lente reficere, non ſolum quantitate, verumetiam qualitate oportet 2. Aphoriſ. 7. Alimentorum autem & cibi catalogum præſcribere, cum præſtantiſſima Domina vtatur doctis Medicis, non debeo nec in hac feſtinatione & temporis anguſtia poſſum. Hoc ſaltem moneo, rectam victus rationem, præcipuam partem curationis eſſe in hoc morbo, & ſine ea diligentiam Medicorum parum profuturam: quia reſtitutio humidi & virium conſeruatio, in lõgo morbo præcipue eam requirunt. Medicatio tota conſiſtit in alteratione, videlicet, ſiccarum partium humectatione, & caloris præternaturalis diminutione. De ſiccitate me non errare ſatis certo ſcio, tutoq; poſſe adhiberi humectantia. Quatenus autem ſit refrigerandum, cum mihi de gradu caloris nõ conſtet in longo morbo, vix aliquid auſim affirmare, præſertim abſens. Relinquo igitur iudicium de his peritis præſentibus Medicis: Hæc vero duo tutiſſime poterunt fieri: Primo fricetur leniter corpus totum oleo recenti amygdalarum dulc. bis in die, hora matutina, & ante cœnam, & ſit frictio longa & lentiſſima, ſi oleo adderetur pinguedo Anſerina recens, multo efficacius eſſet medicamentum, atque vt addatur hortor. Deinde ſingulis diebus bis poterit accipere vnum de his Morſulis:

Diæta præcipua pars curationis.

Humectatio tuta.

Morſuli præſcripti.

℞. Sem. papaueris albi ℥ ß.
Amygdalar. dulcium.
Pinearum recens elotarum an. ʒ iij.
Sem. 4. frigidor. maior. excortic. an. ʒ j.
Sem. Lactucæ ℈ ij.

Infundatur in aqua Tuſſilaginis ℥ v. horis duabus, & comminuantur, poſtea fiat expreſſio fortis.

℞. Huius expreſſionis ℥ iiij.
Zachari albiſſ. ℔. ß.
Specier. Diatragacanthi frig. ʒ j. ß.
Fiat lege artis confectio in morſulis.

Horum vſus commodus & conueniens erit omni tempore, noctu & interdiu. Hæc duo omnino debẽt adhiberi, & vſus eorum erit rectus & tutus. Plura autem medicamenta non præſcribo, præſertim cum de febri illa nihil certi cognouerim. Ac ſi illa, quod ego opto, abeſt, facile volente DEO motum reſtituemus, & reliqua pellemus ſymptomata. Motus autem deprauati cauſam cum retulerim, partim ad principii, videlicet, ſpinæ dorſi læſionem & offenſionem, à materia partim ad inſtrumentorum, videlicet, muſculorum, neruorum; ac tendinum intemperiem. Propoſitis iis ſcopis intentiones curatiuas videbimus: Primum ſi materia afficiens principium neruorum etiamnum præſens eſt, remouẽda erit. Hoc autem facere neque vires neque intemperies totius corporis calida & ſicca ſinunt. Ergo opera danda eſt, ſi forte natura eam poſſit expellere: Non dubium vero eſt, quin ſpontaneis euacuationibus, quæ ante menſem fere fuerunt, aliquo etiam onere ſpina dorſi ſit leuata.

Indicationes curatiuæ in motu deprauato pedum & digitorum.

Verum ſi menſes prouocari poſſent (de quorum fluxione, vel adſtrictione me eſſe admonitum velim) optime materia iſta deriuari atque euacuari poſſet. Ad menſium autem prouocationem, & alui quoq; humectationem, ac ſolutionem plurimum prodeſſet, ſi Maluam, parietariam & Mercurialem coquerent, in aqua, & coctis herbis ac probe comminutis affunderent oleum oliuarum recens, vel butyrum ſine ſale, atque hoc quaſi cataplaſma inferiori ventri & pectini ſingulis diebus imponerent. His ita factis ſi fluere mẽſes vellent, bene, ſin minus, priuſquam febris remitteret: non adhiberem alia remedia fortiora. Cæterum vt roboretur principium neruorum, fiat tale vnguentum: Accipiantur lumbrici terreſtres, & loti vino decoquantur in duplici vaſe in oleo oliuarum recenti, ac fortiter exprimantur, deinde accipiatur aliorum lumbricorum lotorum in vino, & exſiccatorũ puluis, & addita modica çera ad lentum ignem fiat linimentum. Illo vngatur ſpina dorſi hora decubitus, & poſt ſomnum. Quod ſi hoc remedium non contulerit, admonitus alia præſcribam. Inſtrumentorum autem intemperies, videlicet muſculorum, tendinum & neruorum, tolletur frictione, de qua paulo ante monui, nec plura hic remedia præſcribam. Lotiones ex aqua dulci etiamſi febricitaret, non valde abhorrerem, ſi modo inunctiones poſt lotionem ſtatim fierent.

Menſes prouocantia.

Vnguentum pro roboratione neruorum.

Lotiones pedum.

Sed tamen non velim valde crebras eſſe, ne magis reſoluant: De Thermis oſtendam tunc meam ſententiam, cum de febre atque menſium fluxione certiora cognouero: Hanc autem medicationem, quæ ex veris Artis Medicæ principiis eſt deducta, rectam & ſalutarem fore ſpero atque vt ſit, DEVM precor.

In febre hectica, cum inſigni ventriculi imbecillitate, pro Magnifica quadam fœmina.

D. Ioan. Cratonis
CONSILIVM CCCLXXII.

A ægroto abſenti non facile conſiliũ dandum.

NOn eſſe prudentis Medici videtur, de abſentis valetudine, reb. non bene exploratis ac cognitis, ex tempore conſilium dare, cum ea ſit ſubiecti Medicinæ excellentia ac præſtantia, vt nihil temere, & abſq; bene deliberata ratione fieri debeat. Ac pro mea parte fateor, me malle in pręſentia, quã ſcripto conſulere, præſertim cum non edocear à Medicis. Duo autem ſcire præcipue volui, primum, an aliqua adeſſet febris: deinde, an menſtruę purgationes ſint ſuppreſſæ. De altero reſpondetur, fluxiſſe menſes toto morbi tempore debito, nunc autẽ ſupprimi. Et additur quærela de ventriculo debilitato. Ea vero affectio vt præſtantiſſimæ fœminæ admodum moleſta eſt, ita Medico morbi, & curationis rationem conſideranti, minime mira. Extenuato enim corpore lõgo morbo ventriculum debilitari neceſſe eſt. Et huic malo acceſſit frequens & difficilis vſus medicamentorum, quæ ventriculo non ſolum aduerſa, verumetiam admodum noxia fuerunt. Nam vt intelligo, bibit ſyrupos ex aquis deſtillatis, quæ ventriculum admodum relaxant. Primo igitur, ſi quid meum Conſilium valet, à ſyrupis abſtinendum cenſeo, ac cum ventriculus exhauſtus ſit calore naturali, & ſi ad iſtum modũ prouideamus, ne vel in ipſo, vel in vniuerſo corporis habitu augeatur calor præternaturalis, quem ego hecticam febrẽ Lutinam falſo eſſe ominor: magno hoc fieret ægrotantis commodo. Extenuari enim alias ob cauſas corpus, quam præternaturali agente calore in humidum naturale, vix arbitror, & vt malum non ſolum in vno aliquo membro, verum corde atque totius corporis habitu eſſe ſuſpicer, non omnino paruas cauſas habeo, ac vtinam fallar. Nam hic error pręſtantiſſimæ fœminæ ſalutaris, & mihi minime iniucundus futurus eſt. Scio propter ſolam conſtitutionem frigidam & ſiccam ventriculi, aut membrorum, quæ ſubſeruiunt nutritioni, poſſe corpus extenuari atque tabeſcere. Vtcumque autem ſit, cum non ſine periculo extenuati & macilenti calefiant: Ideo in curatione Medicum circumſpectum eſſe oportet. Siue autem adſit febris, ſiue non, certe meo iudicio omiſſis reliquis medicamentis regio ventriculi, imo totus venter tali vnguento inungatur:

Syrupi ex aquis deſtillatis ventriculo noxii.

Tabis cauſa.

℞. Medullæ crurum vituli.
Olei amygdalar. dulc. an. ℥ j
Maſticis puluerisati ʒ j.
Olei caryophyllor ℈ j.
Miſce, fiat vnguentum.

Vnguentum ſubſtantiſſam humectans & roborans ventriculum.

Deinde: ℞. Carnis dactylor. ℥ ij.
Carnis cytonior.
Paſſular. an. ℥ j.
Panis albi toſti ℥ ß.
Coquantur ſimul in vino Maluatico, & adde maſticis puluerisati ℈ ij.
Olei amygdalar. dulc. q. ſ.

Cataplaſma pro ventriculo.

Miſce, & inter duas telas lineas extendatur & applicetur toti ventri. Fiat autem bis in die. Ventriculus roboretur iis rebus, quæ minime nauſeam, etſi vellet aliquid intra corpus ſumere. Accipiatur conſerua roſarum & borraginis an. q. ſ. ac coquantur in quantitate ſufficienti aquæ hordei, & decoctum colo transfuſum & refrigeratum bibat. Ad prouocandos menſes decoquatur Mercurialis in aqua, addito communi oleo, & fiat Cataplaſma pro ventre inferiori.

In febre hectica, cum catarrho pro quadam Magnifica Domina,

D. Ioh. Cratonis
CONSILIVM CCCLXXIII.

QVod toties deſideraui ſcire, an præſtantiſſima Domina eſſet ſine febre, nunc primum intelligo ſtatuere, Excellentiſſimos Doctores febrem hecticam iam ſecundum attigiſſe gradum, ſed dubitare eos, vtrum relicta febre curationi catarrhi ſit incumbendum, an vero potiſſimũ ad febrem reſpiciendum. Eſt autem expedita reſponſio: Si catarrhus hecticæ cauſa eſt, non dubium, quin catarrhi curationi primum opera danda, ſecundum præſcripta Medica, ſed ſane, an hoc ſit, ſtatuere nequeo: Sic autem ſentio; cum hoc corpus extenuari & conſumi videamus, calore præternaturali abſumente humidum in partib. ſolidis. nullum eſſe dubium de febre tabida. Ea autem an ſit hectica, vere ſic dicta, an vero improprie, ambigo: ſi hectica vere ſic dicta eſt, nõ habet cauſam catarrhum. Verum haud dubie excitata eſt a magnis doloribus, quos quidem voluere (vt intelligo) remediis calidis tollere. Vnde cor poſitum (quemadmodum in ſcholis loquimur) in calefacto eſſe, cœpitq; fieri ebullitio in ſubſtantia rorida. Huius autem gradus index eſt calor corporis, qui exacuitur aſſumpto cibo. Ad ſecundum gradum hecticæ duo requiruntur: Primo, vt cor ſit poſitum in calefacto eſſe. Secundo, vt conſumatur ſubſtantia rorida. Hic gradus manifeſte quidem cognoſcitur, ſed diffi-

Hectica duplex.

Duo ad ſecundum gradum hecticæ requiri.

difficillimè curatur, ideoque cum exiſtiment Medici, Dominam eſſe in ſecundo gradu Hecticæ conſtitutam, planè contrarium omni rationi eſſet, velle ad deriuationem catarrhi adhibere vniuerſo corpori emplaſtra rubrificantia. Hæc enim magis exſiccarent, & tabem augerent. Si vero (ad quam ſententiam ego magis inclino) eſt Hectica impropriè dicta partim, ex catarrho partim ex ventriculi intemperie frigida & ſicca: Epatis calida & ſicca, quæ intemperies catarrhum quoque produxit; profectò ad illam præcipuè eſt reſpiciendum, & omni conatu epati, ventriculo & inteſtinis, quæ & febrem iſtam tabidam fouent, & catarrho materiam ſubminiſtrant, ſubueniendum, ſimulque intemperies illa ſicca in membris ſolidis, quantum fieri poteſt, corrigenda, & corroborandum atque alterandum caput, atque cerebrum, ne catarrhus tanto impetu fluat Hæc, quo pacto ſint præſtanda, viderint Medici, qui vires intuentur, ac à virtute veniam agendi petere debent. Sciunt autem Excellentiſſimi Doctores, quid de Maraſmode iſta febre, quæ raro eſt abſque putredine, Galenus ſentiat, neque multis monere eſt neceſſe. Corruptio, vt demonſtrauit poſt Ariſtotelem Auerrhoes, fit aut per putrefactionem, aut combuſtionem: Combuſtio vero, vt voluit Ariſtoteles fit διὰ τὴν μαρανσιν, aut vt Galeno placet, diſſoluta συμμετρία, cum minor flamma à maiori prohibetur redire à circumferentia ad centrum, vbi eſt ſuum pabulum. In ſimplici Hectica fit combuſtio, in hac noſtra tabida febre combuſtio & putrefactio. Hoc cum ita ſit, nec ſic quidem iſta Emplaſtra rubificantia conuenient. Quid igitur faciendum? Illud quod poteſt, quando hoc, quod debebat, non conceditur. Opera danda, quemadmodum dixi, vt ſubueniatur ventriculo & epati. Ad eam intentionem optime conueniet Emplaſtrum de dactylis, carne cydoniorum, pane, infuſo vino, & oleo amygdalarum. Epati (ſi quidem alia non fert) adhiberem pulueres ſantali rubei cum aqua maioranæ. Corroborarem vnguento roſato Meſuæ, optime odorato Spinam atque dorſum totum vngerem Oleo roſato completo, in quo decocti eſſent lumbrici terreſtres, ſed non debeo Excellentiſſimis Medicis plura præſcribere remedia, quæ quidem habitis veris & rectis indicationibus curationis, facile eſt reperire. Quod menſtruæ purgationes non fluunt, nihil mirum in tam longo morbo: malum tamen, ſiquidem hoc non parum etiam ad morbum facit. Ideo decoquendam putarem Mercurialem a ℞ cum oleo oliuarum recenti, pectini imponendam. Hoc enim remedium nō ſolum prodeſſet matrici: Verum etiam humectaret inteſtina, & ad emolliendam aluum faceret. Vſum enematum quod non poſſit ferre, non miror, magis doleo, præſertim cum iam multa atque acria ſint adhibita, quib. vis inteſtinorũ debilitata fuit. Ventriculus etiam labefactatus catarrho, vel leuiſſima medicamenta non tolerat. Si tantum ſolam conſeruam roſarum recentem ſæpe & multum aſſumere poſſet, ſecundum omnes intentiones curatiuas prodeſſet, leniret aluum, humectaret, alteraret calorem præternaturalem & catarrho, ac febri prodeſſet, ſi qua refrigeratio ventriculi & inteſtinorum metuetur, integra ſemina aniſi poſſent admiſceri, quæ etiam cõtra flatus facerent Medicamenta purgantia, vel etiam lenitiua in tanta ventriculi debilitate, vt paulo ante dixi, vix poſſum cõſulere, neq; etiam vlla alia, quæ dolorem inferunt, vt Emplaſtra illa exulcerantia, præſertim cum continuis doloribus in hoc corpore vires exhauriantur, nec afflicto addenda ſit afflictio, quæ magis obſit, quam proſit. Ratione doloris ventriculi & flatuum ſaccharo roſato admiſcerem duo grana thuris integra, hocq; ſub decubitum ſumatur. Hoc remedium catarrho quoque proderit, nec exſiccatio metuenda, præſertim cum integra grana eaq; cum conſerua Roſarum dentur. Ad dolores iuncturarũ (cum inſigni exiccatione, & calore, vt ſcripſit Dn. Doctor) mihi plane videtur conueniens, ſi fieret linimentum ex ſuccis frigidis ſedi, atque ſolatri, quibus adiiceretur oleum oliuarum recens, pinguedo gallinarum, anſerina, ac bis ſimul coctis fieret vnguentum. Formulas Dn. Doctoribus non debeo præſcribere atque reliqua quoq; quæ in hac difficili curatione facienda videntur, eorum prudentiæ permitto. ac DEVM oro, vt medicationes noſtras iuuet.

Emplaſtra rubrificantia improbat. *Indicationes curatiuæ in hectica à catarrho.* *Febris Maraſmodes ex catarrho raro abſque putredine.* *Menſtrua ſtimulantur.* *Enemata.* *Conſerua roſarum recentium conuenientiſſima.* *Dolor ventriculi.* *Dolor iuncturarum.*

Poſt ſcriptum,

Diuturnitas catarrhi & materiæ eius multitudo, eſt ab intemperie membrorum naturalium & cerebri. Quare niſi eam corrigamus, fruſtra deriuationi materiæ fluxæ aut diuerſioni fluxuræ ſtudebimus, licet diuerſionem, ſi qua fieri arte poſſit, non velim improbare.

In principio Gibboſitatis, pro quadam muliere,

I. IOH. NÆVII

CONSILIVM CCCLXXIV.

CLARISS. Dominus Doctor perplexus eſt ſatis & dubius, atque ita, vt pronun-

Digitized by Google

ciare non auſim, caſus vxoris Dn. Balthaſaris Theodorici, quo nomine deſcribi debeat. Itaque magno labore ac cura opus habebit. Mihi videtur principiũ eſſe gibboſitatis, quod à Medicis, & maxime à Gulielmo Placentino ventoſitas gibboſitatis appellatur, vna cum materia irruente ad locũ affectum ligamenta ſpondylorum, colli ſpatularum, & oſſium pectoris, mollificante, relaxante, & dolorem ita commouente. Video enim, os humeri dextri aliqua ex parte eſſe luxatum extra ſuum locum, & omnia eiuſdem lateris membra, aliqua ex parte in tumorem eleuata. Itaque dolore lenito opus habebit chirurgo experto, qui laxationes oſſis præſcripti, præterea & oſſa ſpinæ dorſi nonnihil vt apparet, extra ſuum locum poſita, reducat in ordinem. Ad quam equidem operationem ego non ero ſufficiens. Volui itaque eam ad te remittere, ſed forſan admonitione tua fretus, D. Balthaſar petiit, vt ipſam retinerem apud me, promiſi itaque diligentiam meam in vnam & alteram hebdomadam, periculum facturus de ſucceſſu. Qui ſi ſucceſſerit, vt ſpero, proſequar negotium, ſin minus, cum præſagio domum remittam. Hæc de ſtatu ægritudinis mulieris, illius ad te reſcribere volui, vt habeas, quid de caſu & curatione eius ſentiam. Vale vir doctiſſime cum vxore & liberis tuis ſuauiſſimis. Celerrime ex Dreſda 17. Auguſti, Anno Domini 1563.

Ventoſitas. Gibboſitas.

Bolus.

℞. Flor. Caſſiæ recent. tract. ʒ vj.
Electuar. de pſyllio.
Diaphœnic. an. ʒ j. ß.
Miſce, & ſacch. aſpergantur, & f. bolus, & detur ſtatim.

Item:

Digeſtiuum.

℞. Syrup. de duabus radicibus.
de ſtœchade ſimpl.
de betonica an. ʒ iij.
Aq. Saluiæ.
Betonicæ.
Fœniculi an ℥ j.
Miſce, fiat potus, ſignetur Morgentranck.

Vnguent.

℞. Olei lilior. alb.
Coſtini.
Chamæmel. an. ℥ ß.
Vnguenti Martiat.
Aregon. an. ʒ ij ß.
His diſſolutis, fiat vnguentum molle cum modica cera, ſi opus fuerit.

Idem:

Emplaſtrũ pro humeri dolore.

℞. Empl. de meliloto ℥ iij.
de baccis lauri ℥ j. ß.
Miſce malaxando cum modico oleo chamæmelino, & fiat maſſa, quæ extendatur ſuper tela linea, quantitate medii arcus papyri. Detur.

Item:

Pillulæ.

Maſſ. pillul. de fumar.
Aggregatiuarum.
Dichera comp. an. ℈ j.
Diagridii gr. j.
Fiant pillul. num. xxiij. cum aqua fumariæ, inurentur.

Rotulæ.

℞. Spec. aromat. roſ. Gabr. ſine moſch.
Liberantis ſine bolo & aloe.
Dianiſi an. ʒ j.
Sacchar. albiſſ. in aq. fœniculi diſſoluti ℥ iiij.
Fiat confectio in rotulis.

Item:

℞. Granorum maſticis ʒ j.
Reiteretur vnguentum, & detur in duplo. Reiteretur Emplaſtrum quoq; ex meliloto, & de baccis lauri, & detur in duplo. Fiat Magdaleon carthæ inuolutum, ſignetur Pflaſter.

Idem in eodem caſu,

CONSILIVM CCCLXXV.

S. Balthaſatis Theodoreti vxorem, in veteri luto, vt aiunt, hærentem, ad vos remitto, Clariſſ. ac præſtantiſſ. Dn. Doctor. Nam ob ſperatum vterum, quem ſeſe gerere à nonnullis mulieribus paſſa eſt ſibi perſuaderi, nihil medicamenti ſumpſit amplius. Et quoniam ex vrina præſentem prægnationem agnoſcere, fallax ſit iudicium, nolui diſſuadere, quin ita maneat, & tempus opportunum expectet. Exhibui, vt ex chartis medicamentariis videbis, paucas medicinas: Bolum nimirum lenientem ventrem, potionem concoctricem, pillulas laxatiuas cum confectione quadam roborante. Humero quoque dextro vnguentum cum Emplaſtro communi applicui, quod dolorem bona ex parte ſedauit, & iam ad alia topica accedere volens, iter mihi interclufum fuit, quod facile tuli. Vereor enim ne gibbus, qui in dextro latere radices egiſſe videtur, curari cito poſſit. Tametſi intellexerim, clanculum mulierem medicatricem quandam adeſſe, quæ omnibus ſuis morbis mederi poſſe pollicetur, quo audito, me ab hac curatione ſubtraxi. Malui enim aliis hominibus eam bene curandam relinquere, quam cum diſpendio famæ illam diutius hic retinere. Quod tamen tibi ſoli, tanquam amico ſubindicare volui. Vale vir doctiſſime cum vxore & liberis tuis ſuauiſſimis. Ex Dreſda, 4. Nonis Septemb. Anno 1563.

Vrina prægnantium fallax.

MOR-

MORBI VIRGINVM.

Paralyſis in Moniali,

D. IOAN. SIGISMVNDI

CONSILIVM CCCLXXVI.

CVRA duabus innititur; Diæta nimirum, & Medicamentis. 1. Omnia ea, quæ refrigerant, noxia; at contra, quæ calorem natiuum recreant & conſeruant, corpuſq; exſiccant, vtilia. Mane abſtergantur facies & manus aqua calida, cui per noctem fol. ſaluiæ immacerata fuerint. A cibo lotio manuum prohibetur.

Diæta. Cibi ſint exſiccantes, carnibus ſaluia, maiorana, roriſmarinus, &c. incoquantur, cerebrum leporis cinamomo aſperſo plurimum proderit. Inter aromata proſunt cinamom. macis, nux moſchata, piper. Potetur mulſa, cereuiſia, hyſſopus, ſaluia, aut lauendula impunenda: Vinum & omnia acida vitanda.

Medicamentorum hic ordo: De decocto ſequenti diebus aliquot bonum hauſtum calide mane ebibat:

℞. Herb. Hyſſopi m. ij.
Paralyſis.
Betonicæ.
Saluiæ minor. an. m. j.
Stœchad. Arabic. ʒ ij.
Calami aromatic. ʒ iij.
Folior. Senæ Alexand. ℥ ij.
Agaric. alb. & leuiſſ. in oxymel. prius contuſi ʒ ij.
Flor. lauendulæ p. j.
Zinzib. ʒ ß.
Carthami conquaſſat. ℥ ij.

Fiat hotum in aq. q. ſ. l. a. decoctio ad conſumptionem medietatis, vt remaneat ℔. j. & paulo plus; Colatura cum mellis exactiſſime deſpumati q. ſ. dulcoretur, & fiat potio, tribus diebus ebibenda continuis: quod ſi videatur paulo plus educere, vnico ſuſpendat die vſum. Interea Rotulis corroboretur:

Rotulæ roborantes.

℞. Spec. Diambræ ʒ j. ß.
Diamoſ. dulc. ʒ j.
Cinamomi elect. ℈ j.
Cubebarum.
Macis an. ℈ ß.

Cum ſaccharo albo in aq. Lauend. diſſoluti q. ſ. fiat confectio in Rotulis.

Quinto die catapotia ingerantur:

Pilulæ.

℞. Pillular. Cochiarum Almanſor. recens diſpenſat. ʒ j. ß.
Agaric. albiſſ. ac leuiſſ. ʒ j.
Maſtichis ℈ ß.
Spicæ noſtræ gr. iij.
Cum oxymel. ſquillit. q. ſ. fiant pillulæ ex ʒ j. num. xviij Inuoluantur in puluere macis & cubebarum. Quod ſi nouem non ſufficiant, aſſumentur vndecim aut quindecim. Bis aut ter aſſumptæ; ſi mediocriter aluum exonerauerint, differatur eorundem vſus per octiduum.

Interea illinatur ceruix & ſpina oleo ſequenti, cui ſuccedat poſtea vnguentum infra ſubſcriptum:

Oleum.

℞. Olei Chamomel. ℥ j.
Coſtini ℥ j.
Vini ſublimati, in quo per noctem nux moſchata maduerit ℥ ß.
Miſce, fiat oleum.

Vnguentum ad ſpinam.

℞. Olei Coſtini ℥ j.
Spicæ odoriferæ ʒ j.
Granor. Iuniper. ʒ iij.
Chamom. ℥ ij.
Puluer. caſtor. opt. ʒ iij.
Olei nucis moſchat. per expreſſionem facti ʒ j. ß.
Puluer. flor. Lauendul. ℈ iiij.
Maioranæ ℈ ij.
Rutæ ſiccæ ʒ j. ß.
Miſce ſimul perfecte abſque igne, & fiat vnguentum.

Denique ʒ j. Electuarii ſequentis degluttiatur, aut paulo minus mane & ante Laconicum:

Teriaca id [illegible].

℞. Theriac. opt. ʒ ij.
Mithridat. ʒ j.
Caſtor. ℈ j.
Myrrhæ opt. ℈ ß.
Miſce, fiat Electuarium.

Retentio menſium in virgine generoſa,

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM CCCLXXVII.

PLVRIMA adſunt indicia, quæ manifeſto affecti capitis, ventriculi, & iecoris vnicam cauſam eſſe menſtruorum, ex obſtructione retentionem oſtendunt. Hæc ſequentibus tollenda:

Potio digerens.

℞. Aq. Beton.
Artemiſiæ.
Meliſſæ.
Matricariæ an. ℔. ß.
Syrup. de Betonica.
de Stœchade ſimpl.
de Arthemiſia.
Mellis roſ. col. an. ℥ j.
Miſce.

Pro digeſtiuo doſis cochlearia vndecim.

℞. Rad. Pœoniæ ℥ j.
Paſtinacæ ſylu. ℥ ß.
Valerianæ ʒ ij.

Digitized by Google

In menſium retentione, & catalepſi, ex epatis, venarumque oppilatione, pro quadam virgine,

D. Ioan. Sigismvndi

Consilivm CCCLXXVIII.

QVo morbo veſtra filia affligatur, palam eſt, nempe, menſium retentione. Cauſa huius eſt, ipſa venarum obſtructio, id quod ex lotio deprebendere licet. Eſt enim vrina ipſa omnino aquoſa, id eſt alba, tenuis, & cruda, & quæ omnino caret contentis. Ipſa vero catalepſis, eſt ſymptoma ſuccedens ipſam epatis & venarum oppilationẽ, Hæc curari non poterit, niſi cauſa eius in primis ſit ablata, nempe, niſi venarum obſtructio ſit, vt decet, reſerata, id eſt, niſi mẽſes, vt decet, recte fluere incipiant. Quomodo autem hi prouocandi ſint, nunc paucis ſubiiciam. Principii loco aliquod pharmacum purgatorium per vnam horam ante cœnam exhibeatur, quo recrementa circa primas vias, & in ventriculo exiſtentia detergantur & educantur, ne his à ſuccedente medicamento, vt vocant, digeſtiuo, præcipitatis intra venas, ipſa obſtructio & malum augeatur intendaturque. Sunt autem pillulæ hæ ſic concinnatæ:

Cauſa catalepſis.

Pillulæ.

℞. Pill. de hiera ſimplic. Gal.
Maſtich.
Agaric. troch. an. ℈ j.
Fiant pillulæ paulo maiores alephang. cum aq. betonicæ.

Deinde per dies tres aut quatuor in aurora bibat huius potionis ſequentis ℥ iiij. ß. bene calidæ, & maneat inde ieiuna per tres integras horas ad minimum. Hæc potio attenuabit, & diſſecabit craſſitiem & viſcoſitatem humoris obſtruentis venas:

Digeſtiuum.

℞. Syrup. de duab. radicib.
Mellis roſat. colat. an. ℥ ij.
Oxymel. ſimpl. ℥ j. ß.
Aq. betonic.
Cichor.
Hyſſopi an. ℥ iiij.

Miſc. & f. quatuor hauſtus, per quatuor dies mane ebibendi ieiuno ventriculo. Materia iam attenuata, & ad expulſionem præparata, purgetur ſic, vt ſequitur:

Pillulæ.

℞. Maſſ. pill. de hiera cum agaric.
de hiera comp. Gal. an. ℈ j.
benedict. ℈ ß.
diagr. g̃. j. ß.

Cum aq. pulegii, f. pill. num. xxj. inuoluantur in puluere cinamom. ac macis, & deuorentur à ieiuna quatuor horis ante prandiũ. Tandem vtatur bis rotulis per diem bis, mane ſcilicet horis tribus ante prandium, & duabus horis ante cœnam. Pro vna vice accipiat numero tres, aut quatuor rotulas. Sequitur harum deſcriptio:

Rotulæ.

℞. Specier. Diacalamenth. Gal. omiſſo ſem. apii ʒ j.
Pul. cinamom. interior. ℈ j.
Macis.
Caſſiæ lig. veræ.
Pulegii.
Croci.
Rad. pæoniæ.
Cardamom.
Margarit. præpar. an. ℈ ß.
Sacch. canari in aq. betonicæ diſſolut. ℥ iiij.
f. confectio in rotulis, reponantur in ſcatulam.

Incipiatur iſta curatio ad proximum diem Saturni, & donec hiſce vtitur medicamentis, ſemper ſub noctẽ caput inungatur hoc vnguento:

Vnguentum pro capite.

℞. Ol. Maſtich. ℥ j.
Myrtini ℥ ß.
Acaciæ ʒ j. ß.
Thuris ʒ ß.
Cum modico ceræ, f. vnguentum.

Poſt vſum horum pharmacorum abſtinear virgo ab omni medicamentorum vſu per duas hebdomadas, deinde repetantur à principio pharmaca ſuperius deſcripta. Sed loco digeſtiui, vt vocant, ſeu potionis concoctricis, hac decoctione ſequenti vtatur:

Decoctum.

℞. Herb. hyſſopi.
Pulegij.
Betonic.
Meliſſ. an. m. j.
Rad. Pæoniæ.
Rubiæ tinct. an ʒ iij.
Cortic. rad. cappar. ʒ ij.
Sem. fœnicul.
Dauci an. ʒ iij.

Florum omnium per horas ſeptem infuſio, & ad conſumptionem fere medietatis decoctio, vt remaneat ℔. j. ß. In colatura diſſolue:

Syr. byſantior.
de artemiſ. an. ℥ j. ß.

Sacchari albi q. ſ. f. potio aromatiſata cum cinamom. el. ʒ ij. & cardam. ʒ j. præſentetur, vt decet, in aurora, & per quatuor dies bibatur. Dum vtetur autem hac potione, tum mane & veſperi venter etiam inũgatur bene calide hoc linimento:

Linimentũ pro ventre.

℞. Ol. anethini.
Chamæmel.
Amygdal. dulc.
Cheirin. an. ℥ ß. Miſc.

Et antequam vtatur rotulis, tum per duos dies mane aſſumat hanc ſequentem potiũculam, quæ:

℞. Theriac. And. veter. opt. ʒ ij ß.

Aq.pulegij.
artemiſiæ an.℥ iij.

Miſc.probe,& diuidatur in duâs partes, & qoælibet pars ſeorſim præſentetur. Et epota hac potioncula duobus elapſis diebus, vtræque ſaphenæ aperiantur, & acu multum admodum extrahatur ſanguinis. Accidenti, catalepſi videlicet, quomodo etiam ſuccurrendum ſit, nunc ſequitur. Caput ſub noctem inungatur vnguento ſuperius præſcripto, deinde ſtatim infra genu deligetur crus ſplenio hoc ſequenti vng. illito.

Topica.

Vnguentum, pro crure in catalepſi.

℞. Ol.myrtin.
roſacei an.ʒ vj.
ſcorpion.ʒ iij.
Theriac. And.opi.ʒj.ß.
Sem.& rad pæon.an.℈ ij.
Pul.gallar.
Cupreſſ.
Cimini parum torrefact.an.ʒj.
Maſtich.
Fol.plantagin.
Sem.carui fœnicul.an.ʒß.
Cum modico ceræ f.vnguentum.

Veſicantia.

Veſicatoria etiam circa talos in vtroq; latere adhibeantur, confecta ex cantharidibus, fermento & aceto. Si his nibil efficiemus, fortiora adhibeantur, & præſertim hoc:

℞. Scillæ non aſſatæ ℥j.
Sem.vrticæ.
ſinapi an.ʒ iij.

Contuſa ſcilla, & admixtis reliqnis, f. cataplaſma, & inducatur panno lineo, ac plantis pedum admoueatur. Interdum etiam referr in crure aliquot cucurbitulas, tres aut quinque abſq; ſcarificatione affigere. Ad poſtremum ſi res non ſuccedat, ad fontanellas confugiendum eſt.

MORBI PVELLARVM.

In epilepſia, & febre quartana, pro quadam Nobili puella,

D. JOH. CRATONIS

CONSILIKM CCCLXXIX.

NON hoc mihi ſumo, vt de temperatura Nobiliſſimæ puellæ, morbo, eiuſque cauſis iudicare me rectius poſſe putem, quã præſtantiſſimus Medicus, qui diu curationi interfuit, & præfuit, exiſtimat atque ad nos perſcribit. Ideoq; poſito iſto, puellam in prima pueritia temperaturæ, quantum ex omnibus indiciis colligo, humidioris & fortaſſe frigidioris. (Nam qui ſæpe corripitur febribus, cauſam non ad caliditatem hepatis, ſed ad σίγνωσιν refero, neq; ea duplici tertiana poſt quartanam ſub medium veris laboraſſe in illa ætate, & victus intemperantia, atq; ventriculi frigiditate & humiditate, ſed quotidiana, collecta potius videlicet pituita poſt quartanam & hybernum tempus, laboraſſe puto) temperaturæ eſſe, atq; laborare Epilepſia ex conſenſu vẽtriculi, ac fortaſſe etiam per eſſentiam, præſertim ita diſpoſito capite, vt Excellentiſſimus Doctor refert, ſtatuo.

Qui ſæpe febribus corripiuntur non neceſſario habent calidum epar.

Prognoſtic.

Quod ad prognoſticum attinet, cum iam rurſum laboret quartana, & natura caput per loca conuenientia vacuet, bonam ſpem curationis eſſe arbitror, Cum autem natura ſuum officinm faciat, nos noſtro deeſſe non oportet. Id vero recte mea ſententia fecerimus, ſi naturam, quantum in nobis eſt, adiuuerimus, vt caput probe expurgetur.

Velim igitur, ſiquidem vlcus, quod Excellentiſſimus Medicus circa aurẽ eſſe ſcribit, diutiſſime apertum ſeruetur. Id qua arte faciendum ſit, non neceſſe eſt artis vſu peritum monere Medicum. Illud adhortor, vt eo conſolidato veſicatoria, quæ ſine dolote poſſunt excitari, vnguentis præſertim, quæ non ignorat Excellentiſſimus Medicus, excitentur, neq; vel periculum, vel ſermones aſtantium vereatur, cum ſciat ſe actum agere in iſto morbo, niſi expurgato cerebro, eoque roborato: Atq; haud dubie niſi malum per eſſentiam in cerebro iam nũc eſſet, Natura iſtam euacuationem ſecundum aurem non fuiſſet molita.

In epilepſia cerebrum in primis expurgandum & roborandum.

Cetebrum autem roborari poſſet, vel vnguentis, in quibus eſſet guttola vna atq; altera olei caryophyllorum, vel adhibito cerato ex ladano, thure, ſuccino albo, corall. rubro, &c. facto. Nam quantũ talia cerata, præſertim pueris conueniant, ſæpe ſum expertus.

Cerata cerebrum roborantia in pueris ſalutaria.

Quod ad reliquam curationẽ attinet, etſi non lubenter diſcedo à ſententia excellentiſſimi Medici, tamen patiatur me paucis diſſentire. Ventriculum humidum & frigidum eſſe ipſe fatetur, proinde ea quæ propo nit, videlicet, electuarium lenitiuum, item ſerapium factũ ex mercuriali, malua parietaria, etſi nonnihil abſtergant, plane propter humiditatem relaxantem probare nequeo. Extractum potius ex aloe, rhabarbaro, & agarico, qood in exigua quantitate cum ſyrupo de ſucco cichorii, vel endiuiæ, vel ſyrupo de cichorio cum rhabarbaro, quem Nicolaum Epilepticis præſcripſiſſe ſcimus, & in febribus etiam quartanis plurimũ prodeſſe ratione & experientia edocemur, magis meo iudicio prodeſſet, vel ſiquidem potionibus vtendũ eſſet, facto decocto ex floribus cordialibus, præſertim borraginis cũ modico meliſſæ & ſeminibus citri atq; aniſi, iiſque infuſa ſena, atq; diluto cum ſyrupo de cichorio cum rhabarbaro.

Ventriculi frigidum & ſiccum laxantia commoda.

Syrup. de cichor. cum rhabarb. in epilepſia & quartana.

Inter-

Interdum etiam leuibus clyſteriis aluus ſubducenda. Iſta & pituitoſos & craſſiores humores, vt ſpero, recte purgarent, nec ventriculum offenderent. A Turbith abſtinendum puto, nec Diarrhodon exhibendum, cum ſciamus Camphoram in imbecillitate ventriculi atq; capitis plurimum obeſſe, & maxime obeſſe epilepticis.

Camphora ventriculo & capiti nocet.

Euacuato autē ventriculo, ei ſubueniendum putarem inūctione ex ſolo oleo nucis cond. cum coraliis probe contuſis, ita vt regio ventriculi minime late inūgatur. Spinam etiam dorſi aliquo temperate calido oleo inungerem. Nam eam pati in iſto morbo, & corroborationem plurimū prodeſſe ægris ſcimus. Hepati, ſiquidem eſt calidum, de quo ego non pugno, non iudicarem profuturum vnguentum roſatū Meſue, præſertim cum puella quartana modo laboret. Ac ſi quid ratione calidi hepatis adhibendum eſſet, ſatisfacere poſſe aquam cichorii, cui parum vini ſubacidi inſpergatur. Scio commendari ad epileptica παθήματα oxymel ſcilliticum, verum in quartana, à qua nobis ſpes liberationis ab epilepſia ex autoritate Hippocratis eſt, ſcit Excellentiſſimus Medicus hoc non conuenire, & ego admodum dubito, an non ſcilla, qua vulgo vtuntur, ſit pācratiū, ideoq; nunquā lubenter exhibeo.

Cautio in oxymelite ſcillitico.

Scilla vulgaris an pancratium.

De pæonia noſtra quid ſperare debeamus, cum fœminā tantum habeamus, facile eſt exiſtimare. Vſus betonicæ plurimū probatur, præſertim illius ſucci cum melle vel ſaccharo. Margaritas, corallos, etiā ſmaragdum, ſiquidem orientalem haberent. (Nam lapidem de Peru, quo vulgo pro ſmaragdo vtuntur, non probo) atq; nunc in quartana os de corde cerui admiſceri velim, atq; eiuſmodi electuario quotidie puellam vti. Hæc in ſumma feſtinatione diſtētus variis curis. & curationibus moleſtis, etiā in quadā valetudinis meæ infirmitate dictaui ſubito, ne vel cohortatio Excellentiſſimi Medici, vel preces Magnifici Domini apud me parum valuiſſe viderentur. Itaq; ſi in iſta properatione parum politiſſimo iudicio Præſtantiſſimi Medici ſatisfecero, vt venia mihi detur peto. Maluiſſem plures Medicos ad conſilii rationes conferēdas conuocari, ſed quia aliter viſum eſt Magnifico Domino, pro mea parte quod potui feci, Deumq; precor, vt is pro ſua benignitate deliberata noſtra gubernet & fortunet.

Pæonia fœmina.

Succus betonicæ.

Smaragdus lapis de Peru.

Poſt ſcriptum.

Diligentem quoque in curatione Nobiliſſimæ puellæ puto victus rationē, ſine qua parum medicamenta prodeſſe poterūt, adhibendam, & operam dandā vt conuenienter inprimis vtatur potu. Si vellet bibere mulſam, coquēda eſſet cum foliis betonicæ, atque vno atque altero ſaluiæ, & pauculo zinzibere, admodum ſcio eiuſmodi potum Epilepticis profuiſſe. In cibo ſemper exhiberē margaritas præparatas. Darem etiam cōſeruam borraginis, præſertim cum tua Excellentia ſcribat puellam ſudoribus obnoxiam. Febris curationem, niſi admodū moleſta eſſet, & vires exhauriret, modo negligerem. Vicus purum, vt conſeruaretur mādarem. Exiccationem nimiam, quæ ad cōſolidationem faceret, prohiberē. Nec, dum flueret materia ex vlcere, aliā purgationem capitis molirer, ne materia contra naturæ motum ad alium locum diuerteretur. Imo, vt ſcripſi in conſilio, conſolidato vlcere, omnino vterer veſicatoriis factis in modum vnguēti, quæ abſq; dolore veſicas diu fluētes efficiūt. Quid ſi quoq; vermes adeſſent? proinde diligenter ad hoc reſpiciendū. Colligo omnia, vt meo officio, & voluntate clariſſimi Medici ſatisfaciam, & natam Generoſi viri vnicam, quantum in me eſt, cōſeruem.

Mulſa

In febre quartana, & Epilepſia, pro quadam puellula quatuor annorum,

D. Joachimi Cvrei

CONSILIVM CCCLXXX.

Clariss. atq; excellentiſſ. dd. Doctores, domini & amici reuerenter colendi. Cum doctrinam & peritiam veſtram venerer, eamq; plurimi faciam, lubentius ab E. V. conſilium, quam aliunde peto. Fui igitur nunc autor & hortator generoſo & magnifico domino, vt in morbo ſuę filiolæ, quā quidem habet vnicam, atq; ideo occaſiones periculorum qualeſcunque grauius formidat, potiſſimum E. V. ſciſcitaretur ſententiam, & de commoda medicatione veſtrum exquireret conſilium. Oro autem reuerenter vt E. V. hac in re magnifico huic domino non grauatim obſequātur, & nos in hoc caſu, quod omnino futurum ſperamus, benigne erudiant. Ego quidē qua potero perſpicuitate omnem rei hiſtoriam, quæ etiam mea fuerit, & deinceps ſit ſententia breuiter exponam, vt inde E. V. certi quid ſtatuere poſſint. Alter nunc agitur menſis, ex quo puellula annum ętatis quartum ingreſſa eſt, eiuſq; conſtitutio eſt humida. Habitus hactenus fuit valde gracilis & imbecillis. Color faciei & cutis obſcurior, declinans ad colorem luteum. Caro non valde mollis vel laxa. ſed ferme mediocris conſiſtētiæ, caput mediocre, aut ferme magnū, præditum magis copioſa carne, quā reliquæ corporis par-

Narratio caſus.

tes. Muſculi corporis ita graciles & imbecilles, vt hactenus, præſertim cum morbis continuis affligeretur, ſola ambulare nequiuerit. Reliquæ tamen facultates animales ſatis vegetæ, diſcurrit, meminit, pro ratione ætatis, eſt & exquiſiti ſenſus, verum verba articulata nondũ multa loquitur, niſi communiſſima. Inde ratiocinor cerebri temperaturam humidam quidem primo, idemq; nonnihil ad quandam declinare frigiditatem, quamuis non magnam. Nam & ſomni, quamuis ſatis multi ſunt, non tamen nec profundi, nec valde longi. Epar etiam à mediocri teperamento ad caliditatem, & ſimul nonnihil ad quandam declinare ſiccitatem: iñdicio ſunt calor & cutis, & alia, atq; quod ipſa ex leui occaſione ſubinde febri corripitur. Ventriculus omnino infirmus eſt. Nam præſtantiſſima ipſius mater tẽpore geſtationis infantis in vtero, & poſtea tempore lactationis ſæpe grauiſſimis affectionibus vteri & ventriculi affligebatur, & deinde acceſſerunt errores in educatione grauiſſimi. Nam etiam nunc cum ægrotaret, familia infantẽ omnis generis cibis, iiſq; craſſiſſimis, & deterrimi ſucci, ad nauſeam vſq; expleuit, & ſimul ſecundo ætatis anno ex loco aridiori trãſlata eſt in loca paluſtria & vicina flumini. Stante iſta membrorum inæqualitate & educatione negligente, coaceruata eſt quidem humorum prauorũ copia non exigua, partim quidem pituitoſorũ, partim à calore epatis aduſtorum. (Nam perpetuo duplex hoc excrementum copioſe ſolet apparere in vrinis.) Tempore autumni anni ſuperioris infans correpta eſt febri quartana, & quidem multos menſes ferme nihil ex ratione actum, tandem ſub finem hyemis ego acceſſitus, ex arte quæ videbãtur adhibui, neque multo poſt febris deſiit, atque etiam fluxus ſanguinis narium, qui tota hyeme frequenter recurrerat, intermiſit. Sed cum delicta in victu poſtea non emendarentur, nũquam integræ reſtituta eſt valetudini. Nam & hypochondria, quoties ego ea aſpexi, tenſa erant, & inprimis in regione lienis obſtructiones graues, neq; corpus alebatur. Itaq; ſub medium veris rurſus correpta eſt febri tertiana, & meo iudicio, duplici. Sed & ea poſt paucos dies ſuperata eſt. Interea vero inde vſq; à tempore verno per interualla alio quoque correpta eſt ſymptomate, atq; hoc eſt, de quo præcipue expetitur E. V. conſilium. Accidit enim infanti quidam vniuerſi corporis ſpaſmus, interdum leuior, interdum grauior, nunquam tamen valde ſæuus, neque diuturnus. Ego cum interrogor quale nam ſit morbi genus, vt ipſis parentibus magno alioqui metu cõ-

Cerebrum humidum

Epar calidum.

Hypochondria tenſa.

Spaſmus vniuerſalis in infante.

ſternatis dolorem leniã, ſoleo dicere, quid ſimile eſſe epilepſiæ, non tamen epilepſiam veram. Etſi autem puto nec E. V. tales deceptiones officioſas, Galeno & aliis vſitatas, reprebendere, tamen etiam huius meæ appellationis veras habeo cauſas. Omnino enim iudico, non eſſe epilepſiam per eſſentiam, ſed ex conſenſu, ventriculi inprimis, & partium vicinarum, cuius rei hæc ſunt indicia. Nam prout magis vel minus, in ratione victus peccatur, eo vel ſæpius vel rarius morbus puellam inuadit, & ante acceſſionẽ manifeſte præſentitur paroxyſmus, non ſolũ oſcitatione, & ſimilibus ſignis, verumetiam quadam nõ obſcura καρδιαλγίᾳ, & ſimul perpetuo eo tempore aſcendunt prius ructus acidi, & mire fœtidi. Poſt paroxyſmum etiam, præſertim nunc, excernitur lotium craſſum cũ copioſo pituitoſo ſedimẽto & exuſto. Subinde quidem præterita hac æſtate quædam adhibita ſunt auxilia pro diuerſione vaporum à cerebro, humorũ peccãtium vacuatione, cerebri exiccatione, & ventriculi corroboratione. Sed cum paroxyſmi non eſſent vehementes negligentius omnia adminiſtrata ſunt, præſertim cum puella tunc cum parentibus nõ eſſet, & delicta in victu nihil emendata ſunt. Sub medium vero hyemis circa ipſam brumã, cum infans in aliam arcem transferretur curru, cœpit babere deterius. Ibi cum denuo vocarer, paroxyſmum epilepticum quidem nullum vidi, ſed cum priore die eo afflicta eſſet, languebat, cum leui quadam febricula, cibi faſtidio, ructibus fœtidis & ſtomachi aliquo dolore. Poſteaquam autem aluus ex electuario lenitiuo, quod quidẽ nũquam tranſcendi, moderate ſubducta eſt, cibum accepit, & corroborata eſt. Ibi cum errata in victu ſtudio acri redarguerentur, & longo ſcripto ordinem viuendi exponerem, promiſerunt deinceps curatrices infantis maiorẽ eſſe adhibituras diligentiam. Victum autẽ probaui moderate attenuantẽ, quãtitate & qualitate, atq; vt ſæpius, parũq; illi daretur mandaui. Ordinẽ etiam ſomni, exercitiorum & excretionũ, eum qui conuenire videbatur, inſtitui. Hac quidem ratione cũ infans gubernaretur, habitus corporis manifeſte reſumi viſus eſt, & color faciei apparere viuidior. Sed die 14. poſt proximam inuaſionem circa nouilunium, denuo paroxyſmus epilepticus eam inuaſit, & is bis terve eodem die repetiit, ſed ita vt neque diu duraret, & infans bene videretur tolerare. Rurſus deinde quieuit, donec die 10. poſt alia ſuperuenit acceſſio, eoq; quater eodem die ſatis magna cum vehementia recurrente, ſed ita vt infans primum videretur

Epilepſiam per conſenſum.

Signa epilepſia per conſenſum.

paulum

paululum rigere, demum corripi calore extraneo deſinente in ſudorem. *Sudor.* Quarto ab hac die ſenus rurſus obſcurus quidam rigor inuaſit, & cum ea parua quędā cerebri turbatio, cum ea calor quidam febrilis, & vniuerſi corporis copioſus ſudor, atq; iſta quartanæ cuiuſdam leuis acceſſio bis terue iam repetiit, ſine vlla epilepſię ſignificatione. Interea corpuſculum in ſudorem valde promptum eſt, tuſſicula etiam quædam exorta eſt, vlcus manans circa aurem ſponte ortum, & eruperunt achores capitis, tamen non multi. In vrina interea ſigna manifeſta coctionis, color optimus, in fundo reſidet tamen adhuc quid pituitoſum & exuſtum. Ipſa puella melioris coloris, quam, vnquam antea, alacris etiam eſt, bene habet ſe ad oblata, & recte dormit. Talis quidem nunc rei ſtatus eſt. Quærit autem magnificus dominus, quid ſpei ſit in poſterum, & quid, ſi morbus hic recurreret, factu opus ſit. *Prognoſticon.* Ego quidem Clariſſ. viri ex omnibus ſignis bene ſpero, & exiſtimo naturam nunc in moliendis euacuationibus criticis occupatam. Atque etſi puella hæc nunquam, cum fundamenta non bona ſint, valde ſecura viuere poterit tamen ope diuina & eam ſuperſtitem eſſe, & meliori in ſtatu vitam degere poſſe arbitror. Rationem autem medicationis, ſicut cœpi, in primis ad commodam diætam reuocarem, deinde ſi aliquid videretur reſidui, vnde recidiua appareret, ego quidē ſumpta indicatione, præcipue a cauſa morbi quæ vrget, & reſpiciendo [illegible]irtutē & ætatem puellæ, eligerem lenia [illegible]doneа auxilia, Pro abſterſione igitur viſce[illegible]ū nunc quidem vterer ſyrupo quodam, *Syrupus abſtergens.* quem hic ad caſus eiuſmodi ex ſuccis betæ, mercurialis, maluæ & parietariæ parari curo, cui interdum aliquid ex oxymelle ſcillitico miſcerem, aut nonnunquam exiguam quantitatem electuarii lenitiui offerrem. Somme etiam laudarem confectionem ex turbith cū rhabarbaro, & ſimiles quæcumq; pituitam primo, deinde humores calidiores & aduſtos reſpiciunt. *Viſcera corroborantia.* Viſceribus robur adderē conſeruis ex roſis, betonica, aut electuario de pæonia, quibus parum quidē ex ſpeciebus diarrhod. miſcerē. Vſurparem in hunc vſum exterius fomenta, inūctiones & ſimilia. Epar ſi præter modū calere videretur fomentis non tangerē, ſed interim vnguento roſaceo Meſ. modeſte refrigerarem. Capiti etiam quātum in iſta æſtate fieri poteſt prouiderem. Primum quidem diuerſionibus, lotionibus crurū, frictionibus aſperioribus, deinde moderate vacuātibus. Poſterius errhyna leuiora naribus inſtillarem. *Errhina.* Caput ex decocto herbarum moderate detergentiū cum agarico ablueren. Commiſſuræ coronali pulu iſculos exiccātes inſpergerem. Deniq; frictiones cutis cum oleo amygd. amar. cum aliqua quantitate nitri ortū achorum iuuarem, & alia ſimilia auxilia excogitarē. Medicamenti excitantis cauterium vel veſicam, etſi ſummopere probarem, mentionem facere non poſſum, quia non admittetur. Atq; hæc quidem ferme ſunt, quæ E. V. exponere volebam, atque omnes has meas cogitationes iudicio E. V. reuerenter ſubiicio, petoque vt re deliberata ſtatuatis quod rectiſſimū videbitur. Illud vt neceſſaria cū cura & induſtria adminiſtretur, ego quidē quantum præſtare potero operam dabo. Oro autem æternum DEVM, naturæ conditorem, & artis noſtræ moderatorem & ducem, vt ipſe conſiliis noſtris fecūdos tribuat euentus, & E. V. in florenti curſu vitæ diutiſſime incolumes ſeruet. Bene & feliciter valete, viri clariſſimi. Beneuolentiæ veſtræ me commendo reuerenter. Glogouię 15. Ianuar. an. 1563.

De morbo Gallico.

D. IOH. CRATONIS CONSILIVM CCCLXXXI.

MORBVS iſte, primum ab Indis, Anno 1492. ortus, putredo non eſt, cum febris non adſit, nec venenata qualitas, cum cor non petat: verum intemperies epatis calida ex contagione orta, vt præcipui Medici cenſent. *Intemperies epatis calida è contagio.* Baluea vero & vinum iſti morbo maxime nocent. Incipit autem cum vlceribus ſiccis, & de fluuio capillorū, ſucceſſuque temporis pituita augetur. Semper in corpore contagium ſuſcipiunt poſt epar, cutis, & pulmones: cutis ſcabiem, pulmo tabificam qualitatem. Virtus autem vitalis & animalis proprie non afficitur: ſed naturalis in hoc morbo. Patitur epar, & corrumpitur tota ſanguificatio. Si eſſet intemperies frigida, vel humida, eſſet eadem curatio cum cachexia. Quod autem non ſit intemperies calida & ſicca, apparet, quia in principio abundant excrementis pituitoſis. Confert lignum, calidum & ſiccum. Non eſt morbus in intemperie, ſed totius ſubſtantiæ. *Morbus totius ſubſtantiæ.* Ratio prima: Quia non tollitur medicamentis methodo repertis, & contrariis qualitatibus adhibitis. 2. Inuadit partes principes. 3. Non omnes indifferenter, ſed epar primum. Montanus dicit ideo: quia venæ ſunt imbecilliores, quam arteriæ, etiam citius ſuſcipiunt contagium. Sed hinc ſequeretur idem fieri in peſte. Dico præcipue affici ſpiritus naturales in morbo

Deſinitio. Gallico, ſicut in peſte vitales. Eſt itaq; morbus Gallicus infectio epatis à tota ſubſtantia, coniuncta cum intemperie ſine materia *Cauſa externa.* manifeſta, à contagione acquiſita. Forma morbi vna eſt, ſymptomata diuerſa. Contagium ab infectione eſt, propter excrementa, ab intemperie forti, vt fecibus, fuligine, ſudore, halitu, aut vſu veſtimenti infecti. Infantes autem lacte quoque inficiuntur. Loca quæ recipiunt, ſunt venæ, pudenda, os, papilla mammarum, cutis, vt partes molliores & laxiores, qua impreſſa tepit à venis vſque ad epar. Epar poſtea adurit humores, qui tranſmittuntur ad omnes partes pro nutrimento, ſed quia mali ſunt, male nutriunt. Ideo corpus ſcatet excrementis, quæ mor- *Cauſa interna.* dendo vlcera faciunt. Cauſæ internæ, 1. debilitas ſpirituum naturalium & epatis. 2. facilis apertio & raritas venarum & arteriarum. 3. facilis ſpirituum & vaporum incalefactio. 4. Conſtitutio cutis & pudendi mollis. Epar & cerebrum citius inficiuntur, quia laxa ſunt, quam cor, quod eſt ſolidum, & tum ſequitur tabes. Symptomatũ eſt differentia: Alia enim ſunt, dum morbus fit: *Signa incipientis.* alia dum eſt factus. Signa morbi incipientis. 1. Quia ſpiritus naturales pati incipiunt, laſſitudo eſt vniuerſi corporis, 2. dolor vagus in iuncturis, ob acrimoniam humoris, non permanens, & de vna parte ad aliam tranſiens propter flatus. 3. pallor abſq; manifeſta cauſa & præſertim circa oculũ quaſi circulus pallidus, ſicut in mulieribus, qu menſtruis laborant. 4. color rubeus in volis manuum, atque in iis ſanguis ferueſcens. 5. pigritia & ſomnolentia ob multitudinem vaporum. 6. mœror, quaſi in affectione hypochondriaca. 7. in quibuſdam leuis febricula. 8. vlcera & caries in pudendo: Item bubones, gonorrhæa, lotia ſunt craſſa, *Morbi confirmati.* aduſta. Signa morbi confirmati: Poſt defluuium capillorum, cruſtacea vlcaſcula in facie ad radices pilorum. In pudendis vlcera dura, puſtulæ nigrę, quia materia eſt aduſta, raucedo, tumores, dolores capitis, noctu vehementiſſimi difficulter ſanantur. Vulnera quoque difficilime.

CVRATIO.

Inter initia ſudore hoc malum depellitur. Quidam tamen vtuntur ſuffumigiis & inũ- *Scopi curationis.* ctionibus. Methodus vero iſta eſt: Primum, auferendi mali humores. 2. Inſtituenda victus ratio, qua generetur optimus ſanguis. Sit optimus aer. Exercitia conuenientia. Somnus largior vitetur. Vena nullo modo ſecetur ſi apparent vlcera & bubo- *Digeſtiuum* nes. Dantur ſyrupi ad concoquendos humores viſcoſos & aduſtos, de betonica, de ſucco cardui. In aduſtis plurimum valet ſyrupus de ſucco ſonchi. In melancholicis meliſſa, deinde conſerua borrag. roſar. ſucci ſcordii ʒ j. Mithridat. ʒ ß. inuicem miſta. Euacuetur cum ſyrupo de pomis, item agarico, ſena, epithymo, Myrobalanos non omnes probant. Helleborus niger efficaciſſimus.

Decoctum Hellebori.

℞. Myrobal. citrin.
Chebul.
Indor. an. ʒ j.

Contund. groſſo modo, & infund. in ℔. ij. aq. fumiterræ, add. poſtea,

Fol. ſenæ Alexand.
Epithymi an. ʒ vj.
Caryophyll. ʒ ß.
Sem. citri ℈ j.
Cortic. hellebori nigri ʒ j.

Bull. & colaturæ add. ſucci fumiterræ q. ſ. In *Euphorbiũ.* educenda pituita reſolue euphorbium cum ol. amygdalarum dulcium, & impone fruſtis citri, decoq. in clibano. De quo accipe grana v. vel vij. miſce cum maſſa pillularum Alephanginarum. Ad educendum humorem melancholicum.

℞. poma cydonior. excauata, impleantur cortice hellebori nigri, coq. & exiccentur: *Puluis Y Cydoneis purgans.*

℞. Pulueris huius ʒ j.
Scammoneæ g̃. iij.
Cinamom. parum. Miſc.
Lapis lazuli vitandus,

Lignum Guaiacum præcipue medetur: t. Gallici Morbis frigidis. Et datur recte epilepticis, item paralyticis. Naſcitur in in- *De ligni ſubſtantia & qualitate.* ſulis S. Dominici, ſanctæ crucis & S. Iohannis, Indiæ orientalis. Eſt arbor ſimilis fraxino, folio plantaginis, flores lutei, fructus ſuaues ventrem ſoluentes. Lignum prout eſt arbor colorem habet. Nam vetus nigerrimum. Ex tenera arbore nihil habet nigredinis. Ineſt ei acredo, & amaritudo. Odor aromaticus calefacit ventriculum. Ergo calidum in ſecundo, & ſiccum in fine ſecundi in veteri, in recenti minus. Tres ſunt in *In ligno ſunt tres partes.* eo partes: cortex, circumferentia, & medium nigrum. Cortex eſt ſicciſſimus, ideo eum damus, cum valde volumus ſiccare. Deinde ſiccior eſt media pars circumferẽtia. Operatur à manifeſta qualitate, vt in cõſtitutionibus frigidis & humidis. Et occulta, quæ per experientiam reperta eſt. Lignũ vetus in vetuſto morbo melius. In recẽti & minus ſæuiente accipimus pro qualibet vncia ligni ℔. j. aquæ, vt:

Proportio ligni ad liquorem.

℞. Ligni guaiac. ℥ x.
Cortic. lig. guaiac. ℥ vj.
Aq. lib. xviij.
Decoq. ad lib. xij.

Rurſus

..us infunde ℔. xx. pro ſecundo deco-.. Primum datur ad ℥vj. Rectum eſt coquere in vaſe duplici, in vitro. Vbi epar ægri calidum, recte coquitur in aq. ſonchi. Quidam vero ad decoctionem, vt dixi, addunt ℔. iij. vini potentis, Rhenani, in habitu corporis frigido, cum valide ſiccare volumus:

Vinum decocto mistum.

℞. Card. bened.
Iuæ artheticæ.
Betonic.
Rad. pentaphyll. an. m. j.
Vini Maluatici, vel Rhenani ℔. j ß.

Decoq. ad madietatem. Admiſcetur etiam interdum roriſmarinus, ſtœchas, aniſum, fœniculum. Non detur autem niſi exquiſite purgatis. *Tempus exhibendi.* Tempus exhibendi commodiſſimum eſt, primo ver, deinde autumnus. Locus ſit mediocriter calidus. Non multum luminis admittatur. Interuallum inter matutinorum, & veſpertinorum ſyruporum aſſumptionem, ſint ſeptem, vel octo horæ. In morbo recenti ℥ vj. ligni ſufficiunt, in vetuſto xij. Si non ſudant adhibeantur lateres calidi. Feces ſemper educantur. *Num tempore ſumptionis guaiaci purgandum.* Quidã horis tribus poſt cibum exhibent pillulas maſtichinas ad ℈ß. Poteſt tempore ſumptionis ligni æger quater purgari, etſi hoc quidam negent: 1. Quia morbi materia protruſa eſt foras, vt vlcera & defluuium capillorum oſtendunt, ea reuocatur. 2. Sudore humores omnes euacuantur. 3. Deducendum quo natura. *Sudoris requiſita.* In ſudore à profundo ad ambitum: In purgatione fit contra. Reſpondeo: ſudor eſt vapor ad cutim veniens reſolutus in aquam. Tria enim requiruntur ad ſudorem: 1. Cutis ſpiracula aperta. 2. Calor mediocris. 3. Materia apta, videlicet tenuis. Ergo ſudor tantum partes tenuiores, non totam materiam morbi euacuat. Craſſum igitur oportet purgare, & quidem poſt xv. diem. Sudor pellit ab omnibus humoribus aliquid, ſed non totum. *Errores in abuſu guaiaci.* Errores: 1. Exhibere lignum abſque præparatione & euacuatione. 2. Euacuare cum iis, quæ aſtringunt, & myrobalanis, præſertim dum bibunt, quia tum vel ſenæ infuſo, vel ſtercorariis pillulis vtendum. 3. Ne cum vino, ad hecticam & tabem deducantur ægri. 4. Videndum, ne cum damus cum alembicis aquis ſequatur obſtructio, vt eſt apud Gal. lib. 5. de medic. ſec. loc. Obtrudere autem manifeſtis qualitatibus occultas haud ſcio an ſit rectum. *Victus ratio in vſu decocti.* Victus inſtituatur ad vitium rationem. Sit autem ſiccans & attenuans. Aer prorſus non prohibeatur: niſi cum timetur cutis adſtrictio. Dentur in cœna paſſulæ, & caricæ cum iure pulli. *China ſpecies ſunt aromat. ref.* China radix ſimilis acoro ex Lybia affertur. Nullum propemodum [illegible] ſaporem. Minus calefacit, quam lignum. Mouet ſudorem & pingues reddit, parum prodeſt. Coquitur vt lignum. Inciditur in tabulas. Decoctum fit ſtatim acidum. Radix exiccata iterũ coquitur pro ſecundo decocto. Conuenit calidioribus, ſicut lignum frigidioribus. *Sarſa.* Sarſa parilla affertur ex Hiſpania. Habet capillamenta, eſt nodoſa, pallida, medulla ſimilis eſt radici ſmilacis aſperæ. Decoctum ſic fit:

℞. Rad. ſarſæ parigl. ℥ iiij.
Raſuræ lig guaiaci ℥ ij.
Aq. libras xij.
Decocto adduntur paſſulæ.

Matthiolus dicebat ſe ſumere ℔. xv. & decoquere ad tertias. Datur autem decoctũ tutius abſq; ligno, ac ſic etiam ſuauius eſt. *Regula in vſu guaiaci.* Qui decoctum ligni bibunt. 1. Bene purgentur. 2. Vtantur bona victus ratione. 3. Salem vitent. 4. A vento prorſus abſtineant. 5. Vinum non guſtẽt. 6. Frigida ſe non abluant. 7. Aluo dura recte decoctum ligni pro enemate iniicitur. 8. Reualeſcens ſubito non ſe exponat aeri frigido. Suffumigia cerebro cordi & pulmonibus nocent. Ideo tãquam peſtis fugienda. *Album animæ lacryma.* Tuto adhiberi poteſt album animæ, id eſt, lachryma, quæ ex Hiſpania affertur. Arbor ex qua hæc fluit, ſimilis eſt foliis & cortice ficui. Inter corticem & lignũ reperitur caries, ex qua panem conficiunt: *Panis è carie.* Conferunt etiam in hoc caſu ſeq.

1. Puluis Antigallicus loco guaiaci.

℞. Thuris.
Maſtich.
Aloes epatic.
Myrrhæ an. ʒj.
Cinamom. pulu.
Cyperi.
Styracis.
Spicæ nardi.
Nucis Moſchatæ an. ʒß.
Moſchi g̃. ij. Miſc.
Hæc tota quantitas pro vna die:

2. Puluis.

℞. Santal. omnium an. ʒj.
Nucis Moſchatæ.
Macis.
Schœnanth.
Succini.
Aſari an. ʒß.
Cortic. citri.
Sem. arantior. ah. ℈j.

Cum ſ.q. Terebinthinæ f. Trochiſci.

3. Puluis.

℞. Styrac. calamit.
Benzoin.
Ligni aloes.
Galliæ Moſchatæ an. ʒ ß.
Albi animæ ℥ß. ſtyracis liquidæ q.ſ.

Regimen in vſu ſalſa. Primo corpus purgetur, vt in ligno. Deinde in cubiculo calido æger maneat. Sumat duo oua ſorbilia, vel vnum, & vnciam vnam

ſacchari roſacei. Ita quieſcat per horam. Poſtea ingrediatur tenrorium. In vaſe teſtaceo ſint carbones. Æger ſuſcipiat fumum per os per quartam horæ partem. Facile ſuſcipiuntur inflammationes. Si in deliquium incidant, miniſtri in promptu habeāt aquam frigidam. Facta ſuffumigatione æger ponatur in lectum, tectus bene ſudet. Poſt horam comedat. Hoc repetatur ſeptem vicibus, aut ad ſummum nouem. Quando autem ſufficiant ſuffumigia, apparet ex defluxu ad palatum, etſi aliquando etiam alias vias quærat. Vtimur in vnctionibus aq. hordei ſolani, plantaginis: Palatum melle roſaceo, ol. vitrioli admixto, inungendum. Quidam vtuntur puluere cinnabrii ʒj. Sulphuris citrini ʒij. Benzoin. cinam. caryophyll. roſar. an. ʒj. Os baluſtiis', roſis in vino ſtyptico decoctis abluendum. Inunctiones cura deploratorum, quā ſequuntur ſæpe multa incommoda: maraſmus, dentium amiſſio, dyſenteria, &c.

Suffumigia.

Inunctiones periculoſa.

Forma vnguentorum.

℞. Pingued. gallin.
Porcinæ.
Taxi an. ℥iij.
Ol. lilior. albor.
Laurin. an. ℥ij.
Hydrargyri ʒvj.

Pinguedines primum eliquantur, poſt ponantur in mortario calido, & addatur mercurius, deinceps add.

Thuris.
Maſtich.
Menthæ.
Saluiæ.
Stœchad.
Bitumin.
Ceruſſæ an. ℥j. Miſce.

Matutina hora æger prandeat, & veſperi quatuor horis ante occaſum. Deinde per tres horas quieſcat. Poſt intret thalamum calefactum. Inungantur primo articuli pedum, genuum, coxendicum. Deinde, humeri, cubitus, manus. Æger articulos ipſe fricet. Locus poſtea ligetur, & quieſcat per horas tres in lecto. Ceruicem non eſt tutum inungere. Helidæus inungit quoque regionem renum. Quidam vir clariſſimus Patauii mihi dicebat: Argentum viuum non eſſe timendum. Doctores enim damnate ārgētum viuum artificiale, non noſtrum naturale. Et magis ſanari homines ab inunctione, quam ligno. Contra Montanus: Omnes Græcos argentum viuum pro veneno habere, neq; eſſe adhibendum ſiue minerale, ſiue artificiale. Paulus dicit, hydrargyrum quidem eſſe venenum, exhiberi tamen crematum. Cremandi ratio eſt apud Serapionem. Artificiale fit ex minio Hiſpanico, ſeu cinnabari. Naturale fluit ex venis.

Argentum viuum natiuum non timendum.

Crematum.

Argentum viuum artificiale.

Naturale.

Vnguentum Eriſimelica.

℞. Argenti viui ʒvj.
Ol. de iuniper.
Pingued. anat. an. ʒiij.
Ol. maſtic. ℥ij.

Agitetur donec argentum amplius non apparet, poſtea:

℞. Ol. lilior. albor. ℥ij.
Litbargyr. ℥j.ß.
Mixturæ prioris ℥vj.
Miſce, f. vnguentum.

Dn. D. Gallus Eſchenreiter ſcripſit ad me, ſe multis Gallicis incipientibus, g̃. iij. iiij. v. vj. ex præcipitato cum auro hora decubitus alternis diebus dediſſe, ſi nō ſuccederet, poſt octiduum ad eandem curam reuerſum eſſe.

Præcipitatū aureum.

CVRA SYMPTOMATVM

Caries penis. Hæc ab excoriatione differt, & babet tres gradus: 1. Eſt enim vna benignior, in qua pellicula vix eſt ablata, vlcus non rotundum. Ambiunt plura foramina glandem, fundus eſt ruber. 2. Mediocris. Vlcera mediocriter calloſa, fundus liuidus & pallens. 3. Sæuiſſima quando vlcera habent angulos, & varias figuras efficiunt, nec validiſſimis medicamentis cedunt. Maxima eſt inæqualitas fundi, & exeditur totum corpus penis. Excoriationes vero facile curantur infrigidantibus & ſiccantibus, vt linteolo in hac aqua madefacto:

Caries penis.

Excoriatio.

℞. Aq. Plantag.
Roſar.
Solatri an. ℥ij.
Ceruſſæ.
Litbargyr. an. ʒj.
Fl. roſar. p. j.
Ærugin. ℈j.ß.
Aluminis combuſt. ℈j.

Bull. ſimul, & colentur. In carne magis exſiccantibus vtimur, detergentibus & repellentibus. Fit decoctum ex guaiaco, betonica, abſinthio, ſcabioſa, pentaphyllo. Abluitur locus:

Puluis mitior.

℞. Squamæ æris præpar.
Aluminis combuſti ℈j.
Sem. anethi combuſti an. ʒj.
Miſc.

Hic puluis inſpergatur glandi, deinde impene vnguentum de Tuthia. Validior puluis iſte eſt:

Puluis violentior.

℞. Squamæ æris.
Aloes.
Tuthiæ an. ʒj. Miſce.

Si hic non prodeſt: vnguento Ægyptiaco vtendum. Si hoc non: oleo vitrioli admixto

opio.

opio. Item præcipitato cum vnguento roſato Meſue.

Carunculas, vel verrucas, ſeu phymata, prorſus fel tollit. Et ſi plenum his pudendum muliebre, tunc vtimur ammoniaco in aceto diſſolut. ʒj. aſæ fœtid. ℈. ij. vitrioli vſti ℈j. Aq. decoctionis guaiaci q.ſ. Miſc.

Præſeruatiuum à carie.

Præſeruatiuum à carie. & carunculis Fallopii.

℞. Ariſtol. rotund.
Gentianæ.
Dictam alb. an. ʒ ij.
Scordii.
Sonchi.
Rutæ an. ʒ j. ß.
Lig. aloes.
Santal. omnium.
Sem. citri an. ʒj.
Rhabarb. el.
Tormentillæ.
Hyperic. an. ʒ ß.
Lig. guaiaci limati ʒ ij.
Mithridat. ʒ ij.
Vini Maluatic.
Aq. fonchi an. ℔. j. ß.

Bull. ad conſumpt. tertiæ, colaturæ per integrum diem infundatur linteum, deinde ſiccetur, & ſic iterum quinquies iofundatur. Hoc madefactum imponatur poſt coitum, ſuffumigetur pudendũ, abluatur vino vel vrina. Fumus ex thure & modico cinnabare.

Tumor inguinum.

Tumor inguinum: Non ſecanda vena, aut purgantia medicamenta adhibenda, niſi magna adſit plenitudo, & materia iofluit, purgandum autem leuioribus. Buboni apponenda relaxantia & mollientia:

Emplaſtrũ in bubonibus.

℞. Diachyli ℥ j.
Pingued. gallin. ʒ ij. Miſc.

Quanto bubo maior, eo melior. Deinde ex

Rad. althææ ℔. j.
Farin. tritici ℥ ij.
Sem. lini ℥ j.
Caricar. coctar. ℥ j. ß.
Pingued. gallin. ℥ ij.
Fiat emplaſtrum in mortario.

Quod ſi non emollit.

℞. Diachyli cum gummat.
Propolid.
Storac. ſiccæ & liquid. an. ʒ j. ß.
Ammoniac. ℈ ij.
Terebinthinæ.
Reſinæ pini an. ʒ ij.
Ol. chamomel. q.ſ.
Miſc. & f. emplaſtrum.

Concocta materia, aperitur. Quando ſecatur per rectitudinem inguinum, non corporis ſecetur, quia fibræ per obliquum tendunt. Quando eſt apertus, imponitur mel cum terebinthina ad mundificationem, & ceratum diapalmæ, ſi locus eſt durior diachylo, ſeruetur apertus per aliquot dies, poſt glutinetur. Fugite medicamenta acria, & cauete fiſtulas.

Capillorum defluuium.

Capillorum defluuium; Eſt hoc à reliquis diſtinguendum. Veteres nominant: 1. Ophiaſin, in qua caput eſt ſquamoſum, & areæ tortuoſæ. 2. Alopeciam, in qua areæ ſunt rotundæ, nõ tortuoſæ, nec adſunt ſquamæ multæ. 3. Caluitium, quando ſinciput capillis denudatur. 4. Quod oritur ex morbo Gallico, in quo paulatim cedunt pili, & poſtea renaſcuntur. Cauſas Galen. explicat 3. de medic. facul. cum inquit: Pilos cadere vti folia plantarum & arborum. Concidunt autem duplici de cauſa: primo, quia deeſt alimentum, vel eſt corruptum. 2. Quia locus eſt ineptus. Alimentum pilorum eſt excrementum fuliginoſum, coctione terreſtre factum. Aliquando abundat excrementum conueniens, ſed cum venit, ad cutem euolat, & non nutrit. Nam requiritur, vt materia pilorum figatur & concoquatur. In vlceribus enim malis corrumpitur, & fit putridum, vnde pili mali. Sic in habitibus calidiſſimis nõ multi generantur pili, quia meatus ſunt aperti, & fuligines exhalant. In mulieribus etiam non gignuntur copioſæ fuligines. 3. Sæpe cutis alimentum malum eſt, vt phlegma ſalſum, bilis vtraq; & erodũtur radices pilorum, vt in morbo Gallico, ob acrimoniam humorum. Quia enim infectũ eſt epar, ideo in omnibus particulis facultas naturalis imbecilla eſt, non concoquit, & alimentũ partibus præparat: ſed excremento inutili abundare facit. Vnde omnia pallida & languida ventriculus generat cruditates, quæ exuruntur in epate. Fiunt ſalſi vapores, qui ad caput exhalant, & erodunt radices pilorum. Ideo oriuntur cruſtoſæ puſtulæ in capite & mento. Conſideranda autem ſunt excrementa, quæ peccant, quæ agnoſcimus à colore cutis. Si phlegma ſalſũ eſt, cutis eſt albicans; ſi materia biliosa, erit flaua; ſi melancholica, nigricans. In morbo Gallico plerunq; eſt phlegma ſalſum. Vnde ad problema facile eſt reſpondere. Cur capitis pili maxime defluant? Nam phlegma ſalſum maxime in capite naſcitur. Epar autem ſua excrementa ad cutim, volas manuũ & pedum mittit. Vapores autem ab epate, in capite vertuntur in pituitam ſalſam. Si enim immediate ab epate defluuii capillorum initium eſſet, æqualiter omnes pili, non tantum capitis caderent, ſicuti contingit ictis à vipera, ſed in toto corpore. Ac quibus defluunt, ante ſentiunt ſputum ſalſum, quia illæ partes petunt palatum.

Cauſa defluuii capillorum. *Materia pilorum.* *Signa humoris peccantis in defluuio capillorum.* *Problema.*

Digitized by Google

CVRATIO

Inchoante morbo, euacuaoda, quæ in corpore continentur excremeota, pituitoſa & aduſta. 2. euacuandum eſt cerebrum. 3. partes, in quibus pili figuntur. Purgandum igitur corpus ſena, agarico, pillulis cochiis, etiam helleboro. Deinde caput euacuandum apophlegmatiſmis. (Multi in media potione patiuntur defluuiũ) poſtremo tundendum caput, vtendum lotionibus, inunctionibus, &c. Lotiones primo ſint detergentes, deinde conſtringentes. Pro ablutione: *Lotiones.*

℞ Lixiuii dulcis ℔.x.
Fol. abrotani.
Abſinthij.
Roriſmarin.
Myrtillorum an. m. j.
Rad. aſari.
Acori noſtratis an. ℥ ß.
Nucum cupreſſi m. j. ß.
Roſ. rubear. m. ij.

Bull. ad conſumpt. tertiæ partis, hoc caput abluatur, & ſiccetur leniter, poſt ioungatur caput & barba:

SAPO *Conſtantini à Paulo deſcriptus, qui tergit, ſiccat, continet, & repellit ad centrum.*

℞. Ol. omphacioi.
Myrtini an. ℥ ij.
Ladan. el.
Sanguinis Dracon. an. ʒ j. vel loco huius hypociſtid.

Terantur in mortario, & in petia imponãtur oleo, & in vaſe duplici coquantur.

℞. Roſar. rubear.
Alces.
Gallar.
Cortic. granator.
Spicæ & Macis, pro Malobathro.
Sarcocollæ an. ℥ j.
Fl. granator.
Myrrhæ.
Sandaracæ Græcorum, id eſt, arſenici rubri.
Spicæ nardi an. ʒ v.
Zedoariæ pro coſto ʒ ij. & ℈ ij.
Saponis Gallic. q. ſ. f. pilæ.

Si tum apparent areæ, poſt corporis euacuationem, ad lotiones deueniendum ex abſtergentibus, vt agarico, foliis betonicæ, deinde fiat iounctio cum oleo caryophyllorum. Ad pilorum renaſcentiam, primum conduenint cibi optimi ſucci, dantur alterantia & roborantia, vt Mithridatium. Cutis inungitur medicamentro, quod detergat, & euocet, materiam. Nam quæ aſtringunt, non conueniunt. Hic cinis abrotani, oleum caryophyllorum, & axungia vrſi plurimum valent. Item hoc:

℞. Lardi ſaliti porcini.
Vini an. ℔ j.

Miſc. & exponantur ſoli per dies octo. Agitetur quotidie quater, poſt eoque ad ignẽ, donec humiditas vini abſumatur, poſtea ſine concreſcere, & ita io ſummo concreſcit album, quod collige, & eo inunge ſingulis diebus ter. Defluuio capillorum iunguntur puſtulæ, quæ dum comprimuntur, exit liquor, & pus lentum, nec dolent. Suntque duorum generum: 1. Aliqoæ in palato oriuntur, & in faucibus. Has plerunq; patiuntur paruuli, à nutrice infecti. Sunt autem rotundæ, calloſæ, albicantes, & habent veluti liuidum circulum & rubentem. 2. in toto corpore conſpicluotur. Cauſa eſt materia pituitoſa, craſſa, ſalſa, aduſta, vel melaocholica. Quæ duæ materiæ io vẽtriculo & epate generantur, & ad cutim tranſmittuntur. *Puſtulæ.*

CVRA.

Euacuetur totum corpus. Inſtituatur victus optima ratio. Bibatur decoctum. Si in ore fiat gargariſma ex decocto Guaiaci, hordeo, & aqua plantaginis, admiſce ſyrupum roſac. & lac de ſemine Melonum. Ceſſante ioflammatione: *Oris.*

℞. Aq. plantag.
Roſar. an. ℔ j.
Alumin. rochæ ʒ ij.
Argenti ſublimati opt. triti ʒ j.

Bulliant in vitro ad medietatis conſumptionem. Refrigetentur, & frigidi colẽtur ſuppoſito ſpiſſo panno. Quieſcant, & rurſum ſuppoſito alio panno colentur. Deiode ſume ſtylum, in cuius extremitate ſit goſſipium iotioctum leuiter aqua, detergantur ita vlcera mane & veſperi, & æger iaceat decliuis, vt pituita exeat. In corpore puſtulæ & cicatrices tolluntur ſapone oigro cum oleo vitrioli & aqua fragorum, vel: *Corporis puſtulæ.*

℞. Vnguenti roſac. Meſ. ʒ ß.
Præcipitati ℈ j.

Miſc. inunge ſolas puſtulas bis in die. Ad rubra veſtigia. ℞. Argenti ſublimati opt. ſuper marmore cum aqua roſatum commionti, & aqua in vitro exponatur ſoli, donec exſiccetur. Affunde iterum aquam roſarum, & denuo exſiccea. Poſtea per viginti aut triginta dies ſputo & aqua maceretur, donec non ſit amplius cauſticum: ℞. Huius ſublimati q. ſ. & miſce cum ſucco meloonum, hoc inunge maculas, vel vtaris litbargyro argeoti cum ſucco limonum, & aqua roſacea. *Cicatrices rubræ.*

Vlcera ſunt plerunque vel calloſa, vel fiſtuloſa, vel maligna & ſerpentia, etiam oſſa corrumpentia. Vtatur decoctione & inunctiooe. *Vlcera.*

℞. Ax-

℞. Axung. porcin.
Terebin. an. ℥ ij.
Butyr. recent.
Ol. lilior. alb. an. ℥ j.
Mercurii ℥ ß.

Succi limonum, vel arantior. ʒ vj.

Miſc. in mortario per horam vnam, donec fiat linimentum, quo inungātur vlcera. Mitigatur dolor, & ſiccantur vlcera. Si hoc non confert, vtatur præcipitato cum vnguento roſarum, item cerato:

℞. Terebinth.
Reſinæ pini.
Ol. roſacei an. ℥ iij.
Ceræ ℥ ij. ß.
Betonicæ.
Matriſyln. an. ℥ iij.

Tritis terendis affunde vini q. ſ. coq. ad conſumpt. medietatis, & quod poſt coctionem in ſummitate concreſcit, collige, ac ad ignem admiſc.

Gummi Elemi.
Sarcocollæ.
Thuris.
Lithargyri.
Ceruſſæ an. ʒ ij.

Argenti viui extincti cum ſucco limonum, aut ſaluia ʒ vj. Miſce, fiat cerotum, quod extenſum ſuperponatur.

Rimæ in volis manuum & pedum. Rimæ in volis manuum & pedum ſunt à materia ſalſa, exuſta, in ventriculo & epate genita. Cruciant diu hominem. Contemperetur epar cichorio. Expurgentur humores: ſi callus adeſt, emolliatur decocto altheæ, item, inunctione olei amygdal. ruſar. axungiæ porci an. ℥ j. ceruſſæ ℥ ß. & ceræ albæ q. ſ. Si non cedit his. fricetur, donec ſanguis egrediatur, & citius conſolidatur. Abluantur decocto hordei, deinde ſequenti vnguento vtaris:

℞. Ol. roſar.
Butyr. recent. an. ℥ j.
Ceruſſæ ʒ ij.
Terebinth. ablutæ ℥ ß.
Sublimati opt. molliti ℈ ij.

Miſc. f. Vnguentum in mortario.

Aqua plurimum valens.

℞. Rad. polygoni ℔. ij.
Alumin. adusti ℥ j. ß.
Sacchar. ℥ ij.
Deſtilletur aqua.

Dolor capitis articulorum. In dolore articulorum & capitis fugienda ſtupefacientia. Nullus apparet tumor. Videntur dolere ipſa oſſa: ſed quia non ſentiunt; malum eſſe in perioſteo, certum eſt. *Gummata.* Quando autem ſunt diuturni, oriuntur tumores & gummata, & in perioſteo reperitur materia corrupta. Cauſa efficiens vapor malus, tota ſubſtantia peſſimus, tum ratione malæ qualitatis frigid... ...e ſoluentis continuum. Debilitato enim calore naturali peſſima excrementa frigida & ſicca generantur, quæ à ſolida ſubſtantia perioſtei retinentur, & in vaporem tranſeunt, qui diſtendit vicina, & dolorem efficit. Etiam oſſa materia corrumpit. *Noctu cur augeantur dolores.* Noctu autem ſunt grauiores, quia ſicut analogia maxima eſt humoribus cum temporibus anni, ſic & diei. Curatio optima eſt in vſu ligni. Quidam exhibent has pillulas:

℞. Hermodactyl.
Turbith an. ʒ iij.
Diagryd. ʒ iij. ß.
Maſtich. ʒ ß.
Sacchar. ℥ ij. cum melle q. ſ.
F. pill. δόσις ʒ j.

Parti dolenti quidam apponunt ſacculos cum furfuribus tritici & ſale calidiſſimo. Quia aperiuntur pori. Item, decoctioni Guaiaci imponunt ſaluiam, roriſmarinum, mentham, betonicam, & in ea ſacculos calefaciunt. Inungunt ol. lilior. albor. ol. ſulphuris, & oleo lumbricorum, cuius deſcriptio hæc eſt.

℞. Lumbricor. lotor. in vino bis, & infuſorum per horas xij. ℔. j.
Ol. veter. ℔ j. ß.
Fœnugr.
Lini contuſi an. ℥ ij.

Decoq. in vaſe duplici ad conſumptionem vini & humidi.

Alia inunctio ad dolores articulorum.

℞. Ol. veter. ℔. j. ß.
Vini ℔. ij.
Vermium terreſtrium præpar. ℥ iiij.
Abſinthii.
Chamomill.
Melilot. an. m. j.
Rad. Altheæ.
Maluæ.
Brancæ vrſinæ an. ℥ ij.

Decoq. omnia vſq; ad vini conſumptionem.

Dentes vacillantes. Ad dentes vacillantes, ℞. acetum, in quo maceretur ſymphytum & Maſtix.

Nares. Pro naribus, ℞. pul. ariſtoloch. ʒ j. ß.
Hppocyſtid.
Fol. plantag. an. ʒ ß.
Cum melle q. ſ. f. linimentum.

Tumores molles. Duri. Tumores duplices ſunt, molles & duri, ſeu ſcirrhoſi. Duri continent ſubſtantiam ſimilem lardo concreto. Molles non continent pus, ſed ſubſtantiam ſimilem polentæ. Cauſa, materia frigida vel melancholica. In curatione quidam emolliendo in ſaniem conuertere ſtudent, poſtea aperiūt cum cauterio, ſed veſicula tota debet eximi ſectione. Et poſſunt etiam remoueri folliculi cum

Ægyptiaco ... prçcipitato, poſtea detergentibus & ſarcoticis vtendum eſt. Multi incidunt in tumores ex inunctionibus. Vera curatio eſt potatio ligni, & decocti ſarſæ parigliæ. Tumores duri emolliuntur cum pinguedine gallinæ. Hi tumores interdũ corrumpunt oſſa, id cognoſcitur, ſi duri tumores non poſſunt emolliri. Aperto tumore os corruptum oleo chaleanthi madefit, & detergitur. Vtimur poſtea vnguento de matriſylua, & vnguẽto Conciliatoris de gummi Elemi, ſæpe magna pars caluariæ eximitur, ibi opera danda, ne refrigeretur membrana, quia ſequerentur conuulſiones. Impleto vulnere cicatrix inducatur cum vnguento de plumbo, Ceratum, quod carnem ſex menſibus generat. Renouari autem per triduum debet.

Caluaria magna pars ſæpe eximitur.

℞. Gummi Elemi.
Carab. an. ℥ß.
Reſinæ pini colatæ ℥j.
Ceræ alb. ℥ß.
Maſtich.
Thuris an. ʒj ß.

Tritis optime terendis, add. olei communis q. ſ. f. ceratum.

Ad dolores & tumores pinguedo canina confert. Paratur autem hoc modo:

Pinguedo canina.

℞. Canem pinguem, ac abiectis viſceribus, & perforato dorſo ventet impleatur:
Sem. Lini.
Fœnugr.
Rad. Althææ an. q. ſ.

Ponatur in furno, & pinguedo colligatur.

Ad tumores duros:

℞. Maluæ m. j.
Cæpar. ſub cineribus coctar.
Paſſular. an. ℥j.
Fermenti ℥j.
Axungiæ porci.
Anatis an. ℥j. ß.
Ol. lilior. albor. ℥ij.
Cum farina tritici q. ſ. f. Emplaſtrum

Cauſticum pro duris tumoribus:

Cauſticum.

℞. Ciner. ſarmentor. vitium ℔. iiij.
Calcis viuæ ℔. j. ß.
Aquæ ℔. iij.

Cineres ponantur in caniſtro, & aqua ſuperfundatur, cum deſcenderit, iterum infunde, & hoc fiat per triduum, deinde coquantur in vaſe æreo, quouſque redigantur ad ſpiſſitudinem. Et ſal hoc ſerua in vaſe vitreo bene obturato. Apponatur ſuper tumorem durum, ſtet per tres horas, donec fiat eſchara. Tunc imponantur mollientia.

In morbo Gallico, pro quodam Nobili viro,

D. Ioh. Cratonis

CONSILIVM CCCLXXXII.

INITIO diligenter purgetur. Nam niſi hoc fiat, lignum habere ſuas effectiones vix poterit. Inſundatur autem lignum, antequam curatio inchoetur, hoc modo: Redigantur in ſcobem xv ℔. quibus affundantur ℔. vj. aquæ ſeruẽtis, & obturetur olla, atq; ſtet in loco frigido. De hoc ligno ſumatur ℔. j. cui affundantur libræ duæ aquę coquantur ad quartæ partis conſumptionem, & in fine imponantur folia Card. benedicti m. iij. ſ. decoctum. Hoc iſto modo bibat octo diebus bis in die. Interea paretur quoque ſecundum decoctum, & ad ℔. j. ligni abiecta herba, addatur ℥j. ß. ligni macerati, & affundantur. ℔. xx. aquæ, & coq. ad quartæ partis conſumptionem. Deinde diebus quindecim: prçmiſſis tamen duabus purgationibus ex agarico & ſena in decocto, hauſtus ſudoriferus decoquatur ad medietatem, & bibat ℔ j. pro vna vice. Antequam vero potum hunc ſudoriferum ſumat, accipiat de Electuario ſeq. ʒ ij. Debet autem hoc initio ſtatim ex herbis hoc anno collectis, ſed in vmbra ſiccatis præparari, vt fermentetur.

Decoctum Guaiaci.

Antidotum.

℞. Card. benedicti.
Veronicæ.
Scordii an. ℥j.
Marrubij.
Hyperici.
Origani.
Chamædryos.
Meliſſ.
Rutæ.
Hyſſopi an. ℥ß.
Cortic. citri.
Sem. citri.
Card. bened.
Baccar. Iuniperi.
Lauri.
Sem. aniſi.
Fœniculi an. ʒj. ß.
Ariſtolochiæ rot.
Gentianæ.
Valerianæ.
Angelicæ præpar.
Calami an. ʒj.
Cornu cerui ℥ij.
Santal. citrin.
Cinamom.
Nucis moſchatæ an. ʒij.
Croci ʒß.

Pulueriſentur omnia diligenter, & cum mel.e

melle deſpumato miſceantur ad formã Electuarii. De hoc, inquam, ſumat ante potum ſudoriferũ ſingulis diebus, & exactam victus rationem, ac quantum fieri poterit tenuem, ſeruet. Cum hoc modo quindecim diebus, ſingulis diebus bis, hauſtum ſudoriferum ſumpſerit, rurſus diebus octo in laconico ſudet, ſi non bis in die, ſemel ſaltem, & mane ſumat cum Electuario potionem ſudoriferam, veſperi in laconici ingreſſu ſolum Electuarium, cui hauſtum aquæ cardui ſuperbibere poterit. Dum ſudat partes inunctas bene iſtó vnguento confricet.

Vnguentum.

℞. Saponis Venet. ℥j.ß.
Spiritus vini ℥ß.
Ol. Juniperi ℥ij.
Baccar. lauri ʒvij.
Commiſtis omnibus, f. Vnguent.

Jn tota curatione à venere & vino abſtineat, aerem, quantum poteſt, fugiat, nocturnum non admittat, & temperatiſſime viuat.

De vſu Thermarum Carolinarum in exulcerratione renum & veſicæ, pro quodam Magiſtro,

D. CASPARIS NÆVII

CONSILIVM CCCLXXXIII.

CONSVLTIVS fuiſſet, vt hic domi corpus à collectis hactenus ſuperfluitatibus purgatum fuiſſet, antequam te ad Thermas Carolinas contuliſſes, ſed quia id nunc anguſtia temporis fortaſſe tibi non permittit, facies ad Thermas vbi veneris. Quieſces igitur ibi per diem, ſequenti die ſumes potiunculam ſequentem, qua viis communibus euacuatis facilior fiat tranſitus Thermarum ad locum affectũ, & ne ab ipſis excrementa ad locum affectũ deducta, ipſum magis vellicent & aſperent, erodantq;.

Præparatio ante vſum Thermarũ.

℞. Decoct. commu. flor. & fruct. ℥iiij.
In quibus diſſol.
Fl. caſſiæ extract. cum aqua maluæ ʒvj.
El. de ſebeſten ʒiij.
Bened. laxat. ʒj.
Syrupi violar. ℥j.
Miſc. f. potio.

Tertia, auſpice CHRISTO, inchoabis vſum Thermarum, ac ſumes libram vnam aquæ ex ſcaturigine hauſtæ, calidam probe, & ita citius penetrabit. Continebis te in lecto per horas duas bene ſtragulis coopertum, citra ſudorem tamen, poſt obambulabis in camera vel hypocauſto ad prandiũ tempus vſq;. Hora tertia pomeridiana poteris per horam ante cœnam prodeambulare, & ita obſeruabis motum & operationem aquarum potarum. Solent enim primo flatus & tormina in inteſtinis & viis vrinalibus & membris excitare, quibus ſuppoſitoriis & clyſteribus eſt occurrendum, eouſq;, donec & membra fuerint aſſuefacta, & perceperint Thermæ.

Flatus & tormina à potu therm.

Clyſter.

℞. Maluæ.
Biſmaluæ.
Parietar. veræ.
Fl. chamomil. an. m. j.
Melilot. citrin.
Betonicæ.
Clinopodii veri.
Saxifrag. an. m. ß.
Sem. aniſi.
Petroſelin. an. ʒij.
Medullæ ſem. carthami contuſi & ligati in petia rara ℥ß.
Agaric. trochiſc. ʒj.
Soldanell. ʒij.

Jncidantur, contundantur, & ſtent in infuſione per horam, poſtea bulliant ad caſum tertiæ partis, f. a. colentur cum expreſſione forti:

℞. Colaturæ, ℔. in qua diſſol.
Caſſiæ recens tractæ ℥ß.
El. lenitiu. ʒij.
de hiera ſimpl. ʒiij.
Diaphœnic. ℈ij.
Diacatholic. ʒj.
Ol. commun.
Chamomil.
Anethini.
Cappar. an ℥j.
Sacch. rubri ℥ß.
Vitell. ouor. num. j.
Salis commun. triti ℈ij.
Miſce, f. clyſter.
℞. Suppoſitor. num. v.

Quia vero non dubium eſt, quin propter impuritatem & collectionem in renibus & veſica, ex quibus tu laboras, initio tale quid excitabunt aquæ potæ, non deterrebit te, etiamſi aliquoties ſupra dictis ſubſidiis vtendum tibi erit, quin perges potando, & ſumes ſequenti die libras duas eadem hora, & ita procedes ſingulis, vel alternis ſemper addendo libram aquæ, donec ad eam menſuram perueneris; quæ quater vel quinquies per diem aluum ſubducat. Solent enim Thermæ purgantis medicaminis modo per aluũ & vrinam euacuare certo pondere. Hac menſura purgabis poſtmodum te octo vel decem vicibus, vel tam diu, quam diu abſterſione & mundificatione opus tibi eſſe vrinæ monſtrabunt, quas ſingulis diebus colliges & inſpicies. Et vbi ex diminutione purulenti humoris locos affe-

Thermæ per aluum & vrinam educunt.

ctos mundificatos eſſe animaduerteris, tum naturam Thermarũ in conſolidando ipſos, eo die quo à Thermis abſtinebis, medicamento conſolidante iuuabis. Ad eam rem habebis medicamenta duo conſcripta, quæ Schlakevvaldi, vbi peritum habes Pharmacopœum, maturæ tibi præparari curabis. Is porriget electuarium, de quo ſumes illa die, qua non potas Thermas, drachmas duas, & poſt horam potionis cochlearia duodecim calefactæ, mane hora ſexta, cum quinta electuariũ ſumpſeris. Habet enim conſolidandi facultatem. His vteris ſemper alterois, & vbi etiam Thermas ipſas reliqueris, quo locus bene conſolidetur:

℞. Renum capretorum (Ziegleichen)
num. iiij.

Incidantur laminarum more, vbi à pinguedine bene mundati fuerint, & infundantur in aquis, conſolidæ maioris & Alkekengi per tres aut quatuor dies, immutaodo ſingulis diebus aquam & nouã affundendo. Deinde ℞. veſicam capreti abſciſſo collo, bene mundatam ab omni carnoſitate, & incidatur minutim, & eodem modo infundatur ſeorſim in his aquis. Poſt in furno iam deferueſceote ita torreſiant, ne adurentur, vt pulueriſari poſſint. Pulueriſata ſingula ſeorſim, & poſtquam infra ſcriptum medicamentum ingreſſa fuerint, dentur patienti:

Opiatum ad exulcerationem renum & veſicæ.

℞. Pulu. renum capretor. præparati ℥ ß.
Veſicæ caprati ʒ iij.
Rad. conſolid. maior. ʒ j.
Minor. ℈ ij.
Trochiſc. Alkekeng. ʒ j.
Caudæ equinæ ℈ iiij.
Boli armen. ℈ j. ß.
Semin. 4. frigid. maior. an. ℈ j.
Pulu. liquirit. ʒ j.
Gummi ceraſorum ℈ ß.
Myrtillor. Italicor. ℈ ij.
Sanguin. dracon. ℈ ß.
Olibani ℈ j.

Pulueriſentur pulueriſanda, incid. incidenda minutiſſime, & cum ſ. q. ſyrupi violar. redigantur ad formam opiatæ.

Potio in exulcerationem renum & veſica.

℞. Liquirit. raſæ, & inciſæ ʒ iij.
Paſſul. ʒ j.
Plantagin.
Eupator. an. m. j.
Fol. Myrt. Italic. ʒ ij. ß.
Iuiubar. nu. v.
Myrtill. Italic. ʒ j.
Sem. 4 frig. maior. an. ʒ j.
Sem. an. ʒ j.
Herb. petroſelin. m. ß.

Incid. contund. & ſtent in infuſione ſ. q. aq. Alkekengi, & plantaginis ſimul miſtis per horas duas, deinde bull. ad caſum tertiç partis, vt remaneant libræ ij. Colentur cum expreſſione forti, colentur bis, colaturæ add.

Syrupi violac. ℥ ij.
Miſc. f. potio.

Vbi igitur octo vel decem vicibus menſura purgante vſus fueris, diminues ſemper libram, donec Thermas in totum reliqueris. Hac ratione ſumes. Nec video quid lotio aut balneum iſtarum tibi in tuo affectu prodeeſſe poſſit, niſi velis nonnũquam aut amicorum, aut ſordium abſtergendarũ cauſa lauare. Solent autem hæ Thermæ ratione caliditatis actualis & potentialis etiam inducere ſtypticitatem alui, cui occures glandibus communibus, aut clyſteri, aut pillulis ſumptis cum elaterio, quas ordinaui:

Alui conſtipatio.

℞. Maſſæ pillul. de hiera ſimpl. ℈ j. b. p.
Elaterii g. j.

Subigantur exacte cum melle roſaceo, & miſc. pro duabus vicibus. Sumes etiam interdum drachmas ſex florum caſſiæ cum drachmis tribus e lect. de ſebeſten, in forma boli, vel brodio prunorum diſſolutas. Et quibus epar eſt natura calidum, quale tu habes, & his detrimenti nonnihil minatur, pro quo attendo ſumes eo die mane rotulas tres diarthodon, quod ab Abbatem refertur, in tabulis, & totidem hora ſecunda pomeridiana, eo die quo Thermis non vteris. Inũges etiam eam cutis partem, cui epar ſubiacet in hypochondrio dextro vnguẽto, quod à ſantalis nomen eſt ſortitum, diſſoluto ad prunas mane & poſt meridiẽ, vbi id neceſſitatem exigere animaduerteris. Cum etiam hæ Thermæ nitroſæ ſint, & ſua abſterſione ſæpius vias vrinales excorient, & maxime in canna virili, prodeſt ex ſemine cytoniorum extrahere cum aqua roſarum mucillaginem, & per ſyringam in cannam iniicere. habet enim & vniendi & refrigerandi facultatem. Et ſi ardor non mitigatur, inde ad aliud progrediendum, quale eſt medicamentum, quod ſieff album ſine opio recipit, quod tibi cum reliquis conſcripſi:

Epatis calidi contemperatio.

Ardor.

℞. Aq. plantag. ℥ iiij. ß.
Mucilag. ſemin. pſyllii extract. cum aq. portulac. ʒ j. ß.
Sieff. ſine opio ʒ j.

Diſſoluantur in aquis puris, poſt add.
Mucillaginem bene diluendo ℈ ij. ß.
Spritzwaſſer.

Et quo mundius conſeruatur corpus, eo magis cita ſequetur conſolidatio. Conſultum igitur eſt octo diebus, dum Thermis

vte-

vteris, corpus euacuare, & inteſtina, maxime pillulis de hiera ſimplici cum aggregatiuis:

℞. Maſſ. pill. de hiera ſimpl. ℈ ij.
Aggregatiu. ℈ j.
Diad. ℥ j.

Cum melle rolato, fiant pillul. nu. xxvij. pro tribus doſibus. Deinde abſtine ab omnibus acetoſis, acribus, valde ſalſis, pinguibus & mucillaginoſis cibis, vt materia locum exaſperans ſubtrahatur. Quod ſi ita victus rationem cum Thermis debitam coniunxeris, non dubito quin renes & veſica mundificabuntur. Quod attinet poſtmodum ad conſolidationem pleniorem, illam conſilio Medicorum domi proſequi poteris medicamentis ſumptis. Chriſtus dirigat Thermas ad recuperationem tuæ valetudinis, quam ex animo tibi opto. Reliqua coram audiuiſti.

De Thermis Hirſchbergenſibus,

D. CASP. HOFFMANNI

SReuerſum me ex Thermis Hirſchbergenſibus, clariſſime D. Doctor, appellauit Doctor Iohan. Knoblochius Excel. tuæ nomine, vt quæ mihi de illarū Thermarum viribus, facultatibus, & lauādi modo cognita eſſent, ea ordine Excellentiæ tuæ per literas exponerem. Subeſſe enim cauſas, cur hæc excellentia tua cognoſcere cuperet. Ego vero cum Excellentiæ tuæ nomini ſemper fauerim, & hactenus nulla ſeſe obtulerit occaſio, qua notitia illa inter nos, Brandeburgi primū apud Erneſtum Reuchlinum cœpta, deinde hic Francofurti in nundinis renouata, in amicitiam verteretur: libenter hoc qualecunq; officiolum in me recepi, paratus in multo maioribus Excellentiæ tuæ gratificari, ſi quid iniūgatur tale, quod à me præſtari poſſit. Quæ igitur à me nude & ſimpliciter ſcribentur, ea vt profecta ab animo optime erga Excellentiam tuam affecto, in optimam quoq; partem Excellentia tua accipiet.

Thermarū Hirſbergenſium deſcriptio.

In Sileſia nō procul à montanis Bohemicis oppidum eſt Hirſchberg nomine, à nobis itinere quatridui diſtans. Ab eo non longe abeſt (nempe ſpacio dimidii milliaris) pagus quidam, qui à thermis ibidem ſcaturiētibus nomen ſortitus eſt, & appellatur **zum warmen brunn.**

Ibi duæ potiſſimum inueniuntur aquarū medicamentoſarū ſcaturigines, quæ quamuis exiguo interuallo inter ſe diſtant: tamen in viribus earum non exigua eſt differentia. Vtraque ſcaturigo colligitur in ſcrobe effoſſa, quælibet tamen in ſua propria, vt commodius inſeſſio fieri poſſit, quæ fit ad mentum vſque.

Thermæ ligneæ.

Differentiæ autem cauſa nominibus eas diſtinguunt, vt eam ſcaturiginem, quæ ligneo pariete & aſſeribus continetur, appellent vulgo, ligneum balneum. Eam vero, quæ foris lapidibus quadratis circūdata eſt, intus vero aſſeribus cincta, nominent lapideas Thermas. Ligneum balneum pauperi plebeculæ deſtinatū eſt, & omnibus patet. Eius aqua plurimū ſulphurea eſt, valde exiccat, ex alto trahit, diſcutit, &c. Ad vlcera κακοήθη & diuturna valde efficax. Præterea cachecticis & omnibus aliis, quibus totum corpus, vel vna aliqua pars exiccatione, & calefactione indiget, apprime vtilis.

Hęc ſalutaris aqua cum nos adueniremus in Thermas, per influxū aliquot frigidarum ſcaturiginum prorſus erat vitiata, vt pro calida euaſerit frigida, & protrudebātur quotidie ex lateribus ſcrobis feces argilaceæ, quæ tandem oppleuiſſent totam foſſam, niſi remedium huic malo inuentum fuiſſet. Ego enim motus querelis & precibus pauperū, ſuam & Balnearum vicem dolentium, egi cum Præfecto Kinaſtenſi, qui tum à me curabatur, vt ligna ad ædificandum idonea, & aſſeres ſe miſſurum promitteret. Pecuniam (quæ operariis danda erat) corrogaui, partim à Principe, partim etiam meam addidi. atq; ita auerſis primum frigidis ſcaturiginibus, deinde prorſus obſtructis, effuſo interim die noctuq; fonte cincta eſt foſſa duplici ligneo alueo, vtroq; ſatis valido & arctiſſime compacto, atq; vndiquaq; ita munito, vt nunc Thermæ priorem caliditatē, calorem & efficaciam receperint, cum magna gratulatione & gaudio pauperum. Sed de hoc ligneo fonte nolo eſſe prolixior. Nam de altero, in quo & ego cum Illuſtriſſimo Principe officij magis, quam neceſſitatis gratia laui, malo plura dicere.

Lapideæ.

In his lapideis, (vt appellant) Thermis, lauant ij tantum certis horis, qui non ſunt de infima plebe. Neq; enim quemlibet errone ſcabie ſcarentem, vlcera ſua inferre ſinunt. Et inſident in alueū illum homines ad ſummum ſex. Si qui ſupra hunc numerum ſe ingerunt, iis ſtandum eſt toto lauationis tempore, niſi egreſſis aliquibus ſuccedant.

Aqua harum Thermarum calida dicitur temperate, ſed vt mihi videtur vltra temperiem ad primum gradum accedit. Atq; inde colligo, quod ignis ſubterraneus remotior ſit à ſcaturigine, quodque aqua illa extra canales calefiat. Nam quo ignis vehementior, & aquis vicinior eſt, eo calidiores Thermæ, vt apparet in Carolinis. Hanc puto in itinere deferueſcere, vt minus ſit calida, ac tempe-

Temperamentū thermarum.

Sulphurea minus quàm prior. Aluminoſa & ferrea. Bituminoſa.

rici propinqua. Sulphurea eſt, ſed longe minus, quam illa, quæ in ligneo fonte eſt. Præterea vim haber aluminoſam & ferream. Odor etiam bituminis aliquid ineſſe arguit, & cinerem inſuper ſecum vehit.

Bituminis igitur & ſulphuris ratione emollit & diſcutit, etiam tendones ſcirrhoſos. Ob alumen vero & ferrum aſtringit & corroborat. Itaq; propter mixturam prædictorum partiũ reſoluit, partim vim ac robur membris adiicit, & meatus coarctat. Hinc fit, vt qui fluxionibus (ad ſcapulas, ad ſpinam, ad coxendicem, ad iuncturas manuum & pedum) obnoxii ſunt, ad has potiſſimum Thermas ſe conſerre ſoleant; & ſentiunt ſane ſe iuuari, & aquam hanc minime inefficacem eſſe.

Facultates & vires.

Vidi ipſe viros & mulieres pedibus captos in thermas inferri, poſt aliquot dies baculo innixos ingredi, ac tandem libere ſine vllo fulcro pedibus iam validis incedere. Aliquor Podagricis & Arthriticis, qui carnes in pedibus habebant molles & flaccidas, autor fui, vt eo ſe conferrent, & regreſſi ſunt ſani & gaudentes. Inſtructi autem à me fuerunt antea, ne prius ſe balneis cõmitterent, quam adferrent corpus ad balneatum vſum recte præparatum.

Præparatio ad thermas.

Arthritidis cauſa.

Cum namq; Arthritis ex fluxione oriatur, vt arthritici ipſi teſtari cogũtur, & ad fluxionem quãlibet quatuor illa concurrant: Materia ad fluxum idonea, membrũ mandans, via, & membrũ recipiens. Ego priora duo in me recepi, primum vt materiam alioqui fluxuram, vel per venæ ſectionem, vel per euacuationẽ per commoda interualla detraherem, idq; ea moderatione, ne qua ſequeretur agitatio, quæ magno impetu fluxiones præcipitat ad membra debilia. Deinde vt membris mandantibus proſpicerem, habita ſimul & fomitum & cloacarum corporis ratione. Itaq; & capitis repletionem minuere ſtudui, & exſiccandis reliquiis non in capite ſolum, ſed in toto quoq; corporis habitu intentus fui, atq; interim viſcera coctionibus deſtinata, præcipue ventriculum & hepar ad officium reducere conatus ſum, cum cõſter hæc duo membra vna cum ambitu corporis & venarum, fomites eſſe replerionis capitis & fluxionũ ad membra. Certe cum hi delirãt reges, plectuntur Achiui. Nec minori cura ad cloacas corporis reſpexi, præcipue ad renum, & narium obſtructiones, quę mira dant arthritidi incrementa. Pleriq; etiam ex harum partium obſtructione aduentum paroxyſmi ſibiipſis præſagiunt, non aliter, quam Gallinacei mutationem auræ.

Arthritidis conſideratio.

Ac profecto non leuis anſa redeundi paroxyſmo datur, cum obſtructis cloacis corporis retinentur ea, quæ naturæ ordine expelli debebant, & quaſi regurgitatione quadam in membra à prioribus paroxyſmis debilitata redundant. In eiuſmodi fluxionibus renes ſemper ſuſpectos habeo. Nullum enim hactenus vidi arthriticum (vidi autem quãplurimos) qui à calculo immunis eſſet.

Renes obſtructi fluxionibus occaſionem præbent.

Quicquid autẽ animaduerti reliquiarum ſupereſſe in corpore, id temperãtia in victu, & exercitio moderato, nonnunquam etiam inedia, & balneo laconico diſcuſſum eſt, ne nouæ fluxionis materia coaceruaretur. Vidi qui oleo vitrioli hanc materiam conſumere & exiccare conarentur, eo quod vehementiſſime ſiccet & detergat, & initio ſane iuuamentum percipiunt ægri cum inter vtẽdum ventriculum adſtringi, auidius appetere, & fluxionum materiam minui ſentiunt, ſed tandem cachecticos euaſiſſe ſcio, vt interim de aliis morbis taceam.

Vſus olei vitrioli cachecticos efficit.

Mihi ſane ſuſpecta eſt vis cauſtica, quę remanet in eo oleo, etiam iuxta Paracelſi doctrinam parato. In morbis quidẽ ex craſſiſſimo phlegmate aliquoties vſus ſum, ſed nulli autor eſſe volui, vt cõtinuata vſurpatione aliquot guttarum moderatũ calorem ventriculi, (qui coquendo deſtinatus eſt) obtunderet, & ſanguinis bonitatẽ corrumperet. Si enim ab externis coniiciẽdum eſt de internis, quid aliud in foco coquit, quã calor, & acida corrugare os vẽtriculi, & appetentiam excitare ex aceti vſu nouimus. Tales igitur qui aſſidue hoc oleo vtũtur, etſi per aliquod tempus de bonitate appetentiæ, & fluxionũ exſiccatione ſibi gratulantur, ad extremum tamen, & tempore procedente, nocumenta ventriculo, & reliquis mẽbris illata, cum gemitur agnoſcere coguntur. Sed næ ego ineptio, qui de Thermis ſcribere exorſus ad hæc quodammodo aliena calami ductu deuolui me paſſus ſum. Pergã igitur ad reliqua.

Præparato ad Thermarum vſum corpore, reliqua eos ex Thermis expectare iuſſi, nempe, viarum adſtrictionem, & membri recipientis corroborationem. In arthriticis enim magna eſt viarum fluxionis amplitudo, & laxitas nõ viarum tantũ, ſed & corporis. Eam corrigunt Thermæ vi aluminoſa & ferrea, deinde membra recipientia influxum, ſunt debilia, vel propter ingenitam vitioſam proprietatẽ, vel propter laxitatẽ iuncturarum, propter inferiorem poſitum, præter reſolutas vires ex antecedẽtibus paroxyſmis, &c. vt influxionibus reſiſtere non poſſint, ſed eas prompte recipiãt, & horũ imbecillitati ſuccurrũt Thermæ. Sulphuris enim ratione reſoluitur & diſcutitur id, quod ſe in iuncturas inſinuauit. Ferri ante & aluminis artus roborãtur, aſtringuntur, denſantur, vt

Vis Thermarum.

fluxio-

fluxionibus minus pateant, Hinc itaq; apparet ratio, cur fluxionibus arthriticis obnoxii has Thermas petant, quidq; & quatenus, & quantum ſibi ex iis polliceri poſſint.

Quos non ferant hæ thermæ.

Non tolerant autem hæ Thermæ Gallico morbo infectos. Sæuiſſimi enim in iis cruciatus excitantur. Neq; ſufferunt leproſos, hydropicos, aſthmaticos. Guloſos quoque plus lædunt, quam iuuant. Cuius rei multa exempla vidi in Nobilibus, qui nullã quietẽ ventriculo relinquentes, & ſupra vires cũ onerantes cibo potuq;, aut in febres inciderunt, cum corpora haberent cruditatũ plena, quibus facile putredo induci potuit, aut deterioribus fluxionibus, & atrocioribus cruciatibus correpti ſunt, quam priores erant, de quibus conquerebantur.

Oculis nocent.

Oculis eſſe incõmodam aquam, & alios conqueri audiui, & ipſe ſenſi. Dicitur etiam Epilepſiæ inuaſiones reducere, quod tamen affirmare nolo. Si enim ita eſt, ob bitumen id fieri credo, quod in ea eſſe puto.

Duplex harum thermarum vſus.

Potu.

Porro cum Thermæ in duplici vſu habeantur, nempe, ad potum, & ad balnea. Hæ balneis potiſſimũ ſeruiunt, & externis quoque vitiis vtiles ſunt, vt medicamentum topicum. Quanquam etiam potæ multis eximiam opem contulerint in grauibus morbis, vbi multa ſumpta & admota nihil contulerũt. Vidi præter cæteros ante quadriennium Vratislauiẽſem quendã, Horningum nomine, multo tempore colicis & articulorum doloribus excruciatum, conſilio Vratislauienſium Medicorum, præter ſuam & amicorum ſpem ex potu eius conualeſcere, eleuatisq; in cœlum manibus Deo gratias agentem ſanum diſcedere.

Mane poſt exhauſtum & mundatũ fontem, hauritur aqua recens (antequam quisquam inſideat) ſcaturiens. Antea cantharus ad ipſam ſcaturiginem demitti ſolebat, ad excipiendam aquam puriſſimam. Fluebat enim per lapidem excauatum, tanquam per canalem. Sed ante bienniũ quidam, neſcio an ex imprudentia, vel maleuolentia, lapidem illum mala fide tractarunt, vt mutilato eo, perierit hæc commoditas. Itaque nunc prope ſcaturiginem ſaltem, mundato fonte aqua hauriri poteſt.

Per aluum purgare.

Hauſtum vnum per aluum egregie purgare aiunt, & vidi hoc frequenter fieri in hominibus raræ texturę, habentibus inteſtina acuti ſenſus, ita vt ex ſorbitione ſaltem inde parata aliquoties egeſſerint. Mihi periculum bis facienti vt experirer, num hæc ita ſe haberent, non eſt mota aluus. Cumq; ex hauſtu ſatis magno ventriculũ grauari ſentirẽ, ab experiundo vlterius deſtiti. Nihil enim æque noxiũ eſt, quam aquam medicatã potam retinere in corpore.

Vrinas tamen valde ciet, idq; veteram aliis [illegible] teſtari poſſum. Hoc conſilio Vratislauienſes Medicos arbitror Podagricos & iſchiadicos, bene prius purgatos ad has Thermas mittere, vt poræ reliquias à partibus debilibus auertant, easq; per aluum & vrinam educant, deinde vt in ſeſſione quoque membra debilia roborentur.

Tempus anni idoneum.

Veruntamẽ magis lauandi, quam potandi gratia itur ad has thermas, idq; potiſſimũ in Maij medio, & frequẽtius in Iunio. Nam ibi niuea montium cacumina aërem etiam in medio Maij plurimũ refrigerant, & venti ſpirant frigidi. Puto autem cum membra roboris cõciliandi gratia lauare conſiliũ eſt, aëris potius temperiem, quam mẽſium certorum delectum ſpectari debere, ne videlicet nuda corpora, vel nimio frigore (cui poſt lauationẽ exponuntur) offendantur, vel calore immodico vires diſſoluantur. Cæterũ quibus verno tempore Thermas adire non licuit, ij in Auguſti medio & Septembri ſe ad eas conferunt.

Quot horis & quo ordine lauandũ.

Solent magna ex parte centum horas balneis impendere, ſed ita diſtributas, vt à modicis initiis paulatim ad maiora incrementa progreſſus fiat, donec ventũ ſit ad ſenarium numerum, vltra quem non progrediuntur. Exempli gratia, Per biduum inſident ſingulis diebus hora vna, ſequẽti biduo adiicitur moræ hora dimidia, tum ordine procedunt ad horas duas, tres, quatuor, quinq;, vſq; ad ſex, quoquo diutius lauare conſtituerunt, eo pluribus diebus ſex horis lauant. Has tamen horas ita dimetiuntur, vt media pars illarum antemeridiano tempori, altera medietas pomeridiano tribuatur.

Symptomata balneantium.

Primis inſeſſionis diebus cõtrahitur venter, & augetur cibi appetentia, ſed tamen oportet frugalius vti cibo & potu, quam pro conſuetudine, hoc eſt, tantũ ſumere, quantum ventriculus concoquere poſſit. Nam qui cum cruditatibus inſident, inflammantur, & torminibus cruciantur.

Improba horarum diſtributio.

Vbi propemodũ, ad ſumma peruentum eſt, tum ratio iniri debet, an expediat diutius lauare, vel minus. Mihi ſane nunquam placuit vulgaris ille modus pręſcribendi certas horas, cum ignoretur, quot quiſq; ferre poſſit. Alij enim diutius, alij minus perſeuerare poſſunt. Præterea pro ratione corporum in aliis efficacius, in aliis min⁹ operãtur Thermæ. Proinde præſtare arbitror tempus balnei pro cuiuſq; natura & viribus, ac operationis modo menſurare, in eoque (vt dictum eſt) per gradus progredi, vt aquæ vis ſenſim irrepens, in diſſolutum laxumq; corpus firmiorem impreſſionem faciat. Nam qui impetu aut ſaltu ad Thermas illas proſiliunt,

aut æquo diutius in illis moram trahũt, præſertim ſi cacochymica habeant corpora, & intemperantiæ frena laxent, ij vel ſebribus corripiuntur, vel vlcera iis aut exanthemata erumpunt, quorũ nihil accidit iis, qui Thermis recte vtuntur, vt hinc liquido appareat non Themarum, ſed male iis vtentium culpa accidere, quod quidam languidiores redeunt, quam acceſſerant.

Poſtquam autem ſere officio ſuo ſatisfeciſſe videntur Thermæ, tum ordine retrogrado quotidie de mora detrahitur, & iiſdẽ gradibus diminuuntur, quibus antea augebantur horæ balnei. Neq; enim vacaret periculo, ſi quis repente abrumpere lotionem, aut ab vſu eius nullo interpoſito temporis ſpacio deſiſtere vellet. Metuendum ſiquidem eſſet, ne occurſus extranei aëris repentiuam aliquam alterationem induceret.

Quamdiu lauandum. Vulgarium opinio eſt, tam diu lauandum eſſe, donec cutis rubeſcat & erodatur, biß es außſchleget / & id tribuunt facultati & ludi Thermarum. Cumque illa cutis eroſio ſeu exulceratio apparet, tum ad ſummum balnei peruentum eſſe putant, & tum primum de horis balnei aliquid remittere incipiunt. Ego vero cutis illas eroſiones potius ex multitudine recrementorum, in non probe purgatis, ex cibis ſuperflue, & non iuſto tempore aſſumptis, ex habitu corporis, ex diuturnitate balnei, & acrimonia prouenire puto. Et ſunt, qui bis vel ter exulcerentur.

Arbitrantur autem è Thermis non diſcedendum eſſe, niſi ſanata prius cute, quod fit, cum per continuationem balnei, materia paulatim per meatus digeritur. Metuunt enim ne ſcabiem auferant, quam nun facile poſtea abigi poſſe aiunt.

Refrigerata aqua vis euaneſcit. Multi etiam quibus hora ad lauandum commoda contingere non poteſt, aut alioqui pro voluntate aquam Thermarum in aheno calefactam, in labrum infundi curant, in eoq; tot, quot volunt, horis deſident. Sed viribus eius aliquid decedere perhibent.

Tranſportata ſane aqua in alium locum, non eam habet, quam in propria ſcaturigine efficaciam, cuius rei ſæpe periculum fecerunt Hirſchbergenſes, qui ſaltem medio milliari abſunt à thermis. Ditiores enim, qui vſu earum in grauibus malis liberati erant, curarunt aquam in oppidum tranſuehi, redeuntibus iiſdem malis, vt ea calefacta, quomodo, & quando vellent, vterentur, verum nullam inde opem memorandam perceperunt ſed ſi ſanari voluerunt, coacti ſunt ad ipſam ſcaturiginem reuerti.

Thermis caput non ablauandum. Caput lauare aqua Thermarum non expedit, ſicut alioqui in genere non conſultum eſt thermis ſupbur aut æs habentibus humectare caput. Ego quoties id feci, ſenſi nocumentum. Princeps tamen vltimis lauationis diebus embrochæ ſeu inſtillatione vti ſolet, quæ vt minus ſit noxia, & reliquias in capite abſumat, incoquo herbas exiccantes & corroborantes caput, additis foliis ſenæ, Agarico, radicibus Aſari, &c. Et quanquam mallem inſtillationem interdum ab ipſo omitti, aut eſſe breuiorem, cum ſciam habere ipſum caput repletum vaporibus & negotiis, &c. tamen conniuendum eſt interdum ad quædam, quæ fruſtra reclamantes mutare non poſſumus. *Embrocha.*

Laconicum. Thermis contiguum eſt balneum Laconicum, ſeu ſudatoriũ, cuius vſu corpus præparari poteſt ad lauacrũ, vt apertis cutis meatibus, facilius aqua Thermarum ad interiora penetret.

Carolinæ fortiores. Longe fortiores Thermis Hirſchbergenſib. ſunt Carolinæ, quæ calidæ & ſiccæ ſunt vſq; ad tertium gradum, & habent ſulphur, alumẽ, nitrum, ſuntq; efficaciores ad membra reſoluta & contracta, diſcutiunt dolores ſpinæ, coxendicum, articulorum, diſſipant crurum tumores flatuoſos & laxos, renumq; & veſicæ calculos abigunt. Itaq; Hirſchbergenſes mediocribus artuum malis, & varioribus corporibus: Carolinæ vero vehemẽtibus, & pene deploratis neruorum morbis, & robuſtioribus corporibus conuenire videntur. Præterea hæ diuturnis & contumacibus: illæ recentibus & nõ inueteratis magis ſunt commodæ.

Hæc habui, clariſſime Domine Doctor de Hirſchbergenſium Thermarum viribus, & lauationis conſuetudine, quæ vt à me viſa compertaque ſunt, & vt in calamum venerunt, ita ad Excellentiam tuam ſcribere volui, confiſus maxime humanitate tua à multis prædicata, & quod à Doctore Knoblochio intellexi Excellentiam tuam hoc ita à me fieri velle. Quod ſi hac in re voluntati tuæ ſatisfactum eſt, non omnino operam luſi, ſin minus peto, ne imperitia mea mihi apud excellentiam tuam fraudi ſit, vtque ea, quæ nullo alio conſilio, quam vt Excellentiæ tuæ gratum facerem, ſcribere inſtitui, bono animo accipiantur, bono certe à me ſcripta ſunt. Bene valere Excellentiam tuam opto, rogoque in amicorum numero Excellent. tua me quoq; numeret, & an hæ literæ redditæ ſint ſignificet.

Datæ Francofurti ad Odoram
15. Iunij, Anno
1569.

De

De vera præcauendi, & curandi febrem peſtilentem contagioſam ratione, ex Idiomate Germanico in Latinam linguam conuerſa, à Dn. M. Martino Weinrichio, M. C.

D. Ioh. Cratonis

ITA multa ſunt hactenus ab iis, qui medēdi ſcientia excellunt, vſuq; artis inſignes ſunt, de peſtilentibus morbis eorumq; contagio, ſcripta, atque in lucem edita, vt poſt tot tantosque viros propemodū ſuperuacaneum videatur, quicquam amplius de hoc argumento auctoribus obtrudere. Verum quia communis officii ratio a ſingulis flagitat, vt donis diuinitus ſibi conceſſis plurimorum ſaluti conſulant, & in commune aliquid conferant, volui ego quoque hoc ſcripto qualicunque, quantum poſſum in publico malo aliis inſeruire, ſi qua ratione id poſſem perficere. Nam cum eiuſmodi hoc malum ſit, vt priuſquam conſuli Medici ab ægrotantibus poſſint, & neceſſaria auxilia colligi, de ſalue eorum prope deſperatū ſit: ob id multum intereſt, recte moneri homines, non modo quomodo neceſſaria præcautione & ſalutari remediorum vſu cauere, (quantum quidem humana animaduerſione occurri poteſt) contagium, infectioniſque periculum declinare, verum etiam, ſi qui iam eo malo correpti ſunt, qua ratione alter alteri ſubuenire medicamentis, & vitam, ſi ita Dəo viſum ſit, prorogare poſſit, ne vel ægris auxilium deſit, aut ſani lædantur. Nam ſi tum demum vrinæ offeruntur Medico, cum infecta pollutaq; ſunt corpora, duplex ex eo incommodum mihi naſci videtur. Primum quidem, quod ægro auxilia tardius offeruntur in eo affectu, qui ſubita maxime auxilia deſiderat. Alterum quia ex vrinis infectorum pauca fere Medicus præuidere, & monere poteſt, cum ſæpe in infectorum vrinis nihil lethale appareat, quo tempore etiam morti vicini ſunt Quin & vrinarū circumgeſtatione non modo is, qui defert, ſed etiam Medici, eorumque familia nonnunquam contagio polluitur, vt exempla plurimorum docent excellentiſſimorum Medicorum, qui cum multis potuiſſent arte ſua prodeſſe, aliorum imprudentia, & curioſitate infecti immature vitam amiſerunt. Ideo aliam potius viam ſequēdam cenſeo, quam noſtris hominib. fideliſſime in hoc ſcripto cōmonſtrabo. Etſi autem non ignoro hanc meam, quam præmiſi huic argumento admonitionem iis non eſſe placituram, quibus omnia diſplicent, tamen prætermittenda non fuit, cum videam magno cum dolore meo, quantopere vulgus, hic præſertim, ab vrinæ diuinatoribus decipiatur, iique optimi habeantur, & doctiſſimi, qui plrimum ex iis ariolari, & mentiri poſſunt.

Infectorum vrina fallaces, contagioſa.

Vroſcopi.

Quantum autem ad præſeruationis rationem attinet: Primum eius, & ſummum caput eſt Pietas, & religioſa diuini nominis inuocatio, de qua cum multa quotidie in homiliis publicis ſalutariter proponantur, ea, ſi quis profanus cum ſuo periculo audet aſpernari, ſeipſum accuſet, ſi quid grauius ei acciderit. Sane & antiqui inter ethnicos Medici, peſtilentes morbos ad Deum retulerunt, cum in natura cauſas certas vix inueſtigari poſſe animaduerterent, nec communibus in arte remediis malum illud cedere longo vſu didiciſſent.

Aſtrologi.

Porro Aſtrologi ſyderibus id malum attribuunt, docentque à peculiaribus in cœlo conſtellationibus putredinem ſeu corruptionem quandam in aere excitari; qua attracta homines, qui eius vſu carere non poſſunt, ita inficiantur. Ex eo eſſe, quod regiones & corpora, quæ vi cœleſtium cauſarum occulto conſenſu reſpondent, plus minuſue inficiuntur. De hac cauſa controuerſa cum nemine placet litigare: interim non nego à corporibus cœleſtibus, ſideribuſque vehementes in ſubiectum aerem mutationes imprimi. Hoc ſolum monebo, in primis operā eſſe dandam, vt omnia ea attenuiſſime caueantur, quibus aer poteſt contaminari, cum aeris impuritas & fœtor propagationi veneni ad plura corpora maxime accomodata ſit. Veruntamen halitus ille, qui ex infectis corporibus educitur, & malignam qualitatem contagioſam, ac venenoſam ex putredine, ſeu corruptione potius accepit, præcipua cauſa eſt, cur contagia late diſſeminentur. Ex qua patet, generalis cauſæ præſeruationem poſitam eſſe in aeris puritate conſeruanda, quod fit, cum non ſolum cauetur, ne à corporibus infectis, ſed etiam ab iis qui ægris miniſteria præſtant, malum illud diſſeminetur. Id magiſtratus præcauere poteſt animaduerſione ſua, quam adhiberi mature oportet, iuxta ſalutare illud præceptum, *Principiis obſta.* Dabit igitur operam Magiſtratus Politicus, vt viæ publicæ, plateæ & angiportus in ciuitatibus, eaque loca, quæ ab hominibus frequentantur, pura à ſordibus ſint, morticinia, fimus, cadauera, ſordeſque omnes tollantur. Fontes porro etiam, canales, & flumina munda ſint, cum aquarum immundicies, aerem, & homines polluat, & ſæpe loca ſalubria ab aquarum illuuie periculoſe afficiantur.

Contagium.

Præſeruatio generalis.

Aerem præcipue ignis purgat, Id olim,

Aer vt purgetur.

vt teſtatur Hippocrates, & Medici, in peſtiferis locis luculenti ignes paſſim excitati fuerunt. Nam vbi peſtis aerem contaminauit, experientia docemur ignem ex incenſo iunipero, tædis, & quercinis lignis ac foliis, veneno ei, quod exhalant infecti, & in aerem infundunt, plurimum reſiſtere. Poterit autem quilibet domi ſuæ ſingulis diebus bis vel ter aeris alterandi gratia cum baccis iuniperi, roremarino ſicco, foliis quercinis, vel tæda ſuffitum excitare, maxime hyemis tempore, aut incipiente autumno: & quibus in locis camini extructi ſunt, ii ignem ex aridis lignis quercinis ſibi faciant. Opulentiores ex pharmacopoliis ſibi comparent trochiſcos & pulueres odoratos: vel tale quiddam:

Suffumigia.

Trochiſci odorati.

℞.Zedoariæ.
Angelicæ an.ʒj.ß.
Galangæ.
Xyloaloes an.℈iiij.
Santal. citri.
Sem. citri.
Cort. citri.
Styracis cal. an.℈ij.
Gummi arab.ʒj.
Tragac.ʒß.
Dictam. Cretici.
Benzoin an.℈ß.
Moſch. ambræ an gr. iiij.
Sacch. cand.℥vij.
Diſſol. in aq. roſ.
F. orbiculi pro fumo. Aliquando potes addere ol. Nucis moſch. vel Mac. deſtill. aliquid: Ozylete.

Trochiſci odorati alii.

℞.Xyloaloes.
Ladani an.ʒj.
Styracis cal.ʒß.
Moſchi gr.ij.
Sacch. candi.℥j.ß.
Cum aq. roſa. q. ſ. fiant trochiſci.

Puluis domeſticus.

Si quis priuatim ſibi puluerem velit præparare, ſumat myrrhæ & thuris an.℥ß. roriſmarini ſicci, baccarum iuniperi, fol. quercus an.℥j. ſantal. citr.ʒij. camphor. gr. iiij. f. puluis qui igni inſpergatur. Vtiliter etiam vſurpatur pro fumo faciendo ſuccinum, cum baccis iuniperi admiſtis.

Etiam illud profuerit ex ſuccino in aceto, & aqua roſarum vaporem elicere, quem veſtes & corpora excipiant. Deinde carpum, faciem, & manus eodem aceto & aqua humectare; pauperes, qui ſuccino deſtituuntur, filices fluuiatiles affuſo aceto additis foliis quercus, & roſis ſiccatis calefaciant, & eo modo, quo dictum eſt, fumum corporibus excipiant. Ditiores filicibus acetum roſaceum affundant, & æſtate ſantalos rubros, hyeme angelicam adiungant: poſſunt & alii pulueres odorati ex arte componi, qui in thuribulis diſſoluuntur in fumos, magno cum ægrorum commodo. Nam prunis multorum vti apud infirmos non videtur eſſe cōſultum. Extat puluis Matthioli ad ſuffiendas veſtes eiuſmodi:

Puluis Matthioli.

℞.Baccarum lauri.
Iuniperi an ℥iiij.
Myrrhæ.
Aloes an.℥j.
Ligni guaiacini.
Santal. alb. an.℥ß.
Thuris.
Styracis calam.
Ladani an.ʒij.
Miſc. f. puluis craſſus.

Porro hic monendum, cum homo venenum illud præcipue attractione aeris, & halitus attrahat, non modo ore, verum etiam per poros omnes cutis; aer autem vitietur vaporibus ex infectorum tum corporibus, tum veſtibus emanantibus, & ita multiplicetur ac propagetur: cuiuſque officii eſſe, ſi vel ipſe infectus, vel cum infectis conuerſatus eſt, memor charitatis Chriſtianæ, ne alios petulanter adeat, aut ſocietatib. hominūm ſe ingerat, iis maxime in locis, vbi magni conuentus fiunt, ſed ſponte ſe ab hominum congregatione ſegreget, & ſi omnino ei cum ſanis agendum eſt, ita caute id faciat, ne quid periculi illis creet. Nam qui malitioſe peſtifera illa ſeminaria diffundit, homicida eſt proximi ſui, & pœnas non modo æternas ſibi luendas ſciat, ſed in hoc etiam ſeculo Magiſtratus ſeueritatem experietur. Quin & illud eſſet vtile, eos, qui aliquandiu eum infectis fuerunt, priuſquam ſanis ſe immiſceant, prius in libero aere aliquantiſper hærere, non autem includi ædibus contagio pollutis: quam conſuetudinem occludendi ædes infectas non fuiſſe ſalutarem, multorum locorum exempla docuerunt. Quod ſi malum nimis ingraueſcit, ſatis eſt, ædes ſuſpectas ſigno notari. Plura de hoc erant adiicienda, ſed quia prudentiæ Senatus nihil debet præſcribi, hoc tantum addam. Si quæ errata initio committuntur, & initia periculi contemnuntur, nullo conſilio deinceps facile ſuccurri poſſe. Æquum etiam erat, eos, qui infectos adeunt, inuiſunt, medentur, conſolantur, ſepeliunt, prorſus à ſanorum conſuetudine abſtinere, multo minus decet eos ſponte ſe in ſocietates hominum immiſcere, vel in aliorum ædes ſe ingerere, nec lintea, aliaq; inſtrumenta, quæ infectorum cadaueribus ſepeliendis adhibentur, in ſanis & non ſuſpectis locis vſurpari debent. Neq; vero ſeminarium peſtis homines tantum, ſe[d] [et]iam pecudes & cæte-

Seminaria peſtis etiam in brutis.

& cætera animalia poſſunt circumgeſtare, ideo & in hoc cautio eſt adhibenda.

Arque vt prædicatur omnis occaſio infe-ctionis & contagii, balnea publica, diuerſoria, & compotationes publicæ probibendæ, & omnia loca occludenda, in quibus calefactis multi ſimul conueniunt, & ita ſe quiſque gerat, ne quando ipſe ſauciæ ſuæ conſcientiæ ſtimulos ſentire cogatur. Hyeme autem cum vapor ex hominum corporibus exhalans non ita ſe dilatat in publico aere frigidiore, & facilius ob condenſationem obſeruari oculis poteſt, quilibet videat cum quibus conuerſetur, nec aliorum halitus attrahat. Æſtate autem conſultum eſt, obſeruate venti motum, vt hic halitum colloquentium à nobis abigat. Igitur, qui ſoluere poſſunt, quoties egrediuntur, in ore geſtent cortices citri, vel zedoariam, vel vnum de bis orbiculis.

Trochiſci in ore tenendi.

℞. Corticum citri ʒ ij.
Zedoariæ.
Angelicæ an. ʒ j. ß.
Xyloaloes.
Ireos an. ℈ ij.
Cinamomi.
Caryophyll.
Nucis moſc. an. ℈ j.
Moſchi.
Ambræ an. gr. ij.
Sacchari candi q. ſ. cum mucilagine tragacanthi ex aq. roſ. f. orbiculi parui.

Quibus vero hi nimis cari videntur ob pretium, ſumant loco zedoariæ, angelicam maceratam in aceto, & in ore geſtent. Poſſunt & diuites loco orbiculorum Muſcordino (quod ita vocant) vti. Probo & galangam, & cortices, ac ſemina citri, quibus non ſolum aer occurrens alteratur, quem attrahimus: ſed & corroboratur. In quibus duobus capitibus fere tota preſeruandi ratio poſita eſt, quantum quidem vel Medicus præcipere, vel quiſque ſuo loco exequi poteſt.

Vt autem inſpirationi magis prouideatur, nares mane, cum quis egreditur, hyeme inungat mithridatio, vel theriaca, diſſoluta in rutæ ſucco, qui vero calidi ſunt calido tempore, poſſunt addere aquam roſarum cum pauco aceto, & campbora, & vtile eſt, non modo nares, ſed & carpum, & cor, iis, quæ ſpiritus reficiunt, innngere, ſicut ſupra oſtendi de ſuccino cocto in aceto cum ſilicibus. Quia autem talia medicamenta quibuſdam nimis vilia videri poſſent, quæ tamen ego vtiliſſima eſſe iudico, commemorabo quædam alia. Extat deſcriptio aceti Matthioli eiuſmodi:

Acetum Matthioli.

℞. Myrrhæ.
Aloes an. ℥ ß.
Card. bened.
Maioranæ.
Serpilli.
Zedoar.
Cinamomi.
Calami aromat.
Pulegii.
Roſarum an. m. iij.
Santali albi ℥ j. ß.
Granorum Iuniperi ℔. ß.
Aceti vini q. ſ.

Sacculi cordialis vel Moſcambæ deſcriptio hæc eſt.

Sacculus cordialis.

℞. Sem. acetoſæ.
Citri.
Corticum citri.
Been albi & rubei.
Santal. citrin.
Sp. Indicæ.
Corall. rubeor. an. ʒ j.
Scordii.
Fl. Borrag.
Roriſmarini.
Roſ. rubear. an. p. j.
Croci integri ℈ j.
Spec. Diamoſchi dulc.
Lætit. Galeni.
Cordial. temper. an ℈ j.
Moſchi.
Ambræ an. gr. v.

Incorporentur cum ſyndone f. ſacculus cordialis interpaſſatus.

Quidam præſtantiſſimi Medici in præſeruatione maxime commendant oleum ſcorpionum, quod Clementis nominant, ſi regio cordis, & carpus eo vngatur: poteſt autem ita confici:

Ol. Scorpionum Clementis.

℞. Scorpionum numero centum.
Olei oliuarum antiqui ℔. j.

Coquantur ad mediet. conſumptionem, & diligenter exprimantur. Addatur rhabarbari triti ℥ j. in vaſe vitreo optime clauſo, ſoli 4. diebus exponito. Quod ſi tot ſcorpiones haberi nequeunt, ſumantur 40. additis ℥ ij. theriacæ.

Didici etiam à peritiſſimo Medico, Carpi inſignis chirurgi Bononienſis diſcipulo, ſolitum fuiſſe Carpum eiuſq; familiares circa cordis regionem arſenicum album geſtare, vt cur veneno aſſueſieret, & veneno peſtilentiali poſſet reſiſtere, conſtat autem Carpum cum ſuis ſectatoribus in multis peſtilentiis incolumem fuiſſe ſeruatum. Deſcribitur autem hoc modo:

Arſenicum Carpi ſecretum.

℞ Arſenici cryſtall.
Riſogall. an. ʒ iij. vel ʒ ß.
Cum albo oui incorporentur.

Vel ℞. Arſenici criſtall. ℥ j.
Croci ʒ iij.
Miſc. f. ſacculus cordialis.

Ita fiunt & ſacculi pulueris Bubonis Theophraſti.

Puluis Bubonis Theophraſti.

℞. Pul. Bubonis exſiccat ℥ ij.
Arſenici citri.
Chriſtallini an. ℥ j.
Rad. Diptamni.
Tormentillæ an. ʒ ij.
Margar. non perfor. ʒ j.
Corall. hyacinth.
Smaragd. an. ℈ j.
Croci orientalis ℈ ij.

Singulis ſeorſim pulueriſatis, impaſtentur pro amuleto ſupra regionem cordis. Hos ſaculos qui geſtant, eos moneant, ne ſudent, *Caute.* ne incaleſcentes ſacculi per apertos poros vim ſuam ad cor immittant, & ita nocumentum vel etiam mortem ipſam inferant.

Quanquam vero ego nemini author ſum, vt his vtatur, tamen cum ſciam vehementiora etiam remedia, & venena intra corpus dari à quibuſdam, volui ea nominare tantum, & ſane omnibus prodeſſe abſq; diſcrimine perſuadere mihi neutiquam poſſum. Illis tuendum hoc relinquo, qui aliis talia obtrudunt. Optarim vero audire, quomodo eas rationes, quas Alexander Maſſaria, & *Maſſariæ rationes de amuletis vane patit.* eruditi alii Medicis opponunt, poſſint diſſoluere. Alii non Carpo, ſed Clementi Pontifici attribuunt. Noui in Auſtria magnæ dignitatis virum, qui mirifice commendabat. Plurimi lapidem hyacinthum circa pectus geſtant, aſſignantq; ei peculiares vires, maioreſq;, quam aut Smaragdo, aut Bezoar, in hoc præſertim malo. Porro ad cor muniendum & alterandum aerem, qui attrahitur, contraq; vapores, qui ex impuris locis veſtibus, vel corporibus emanant, pomo Ambræ vtendum eſt tali:

Pomum Ambræ.

℞. Ladani ʒ ß.
Benzoin ʒ iij.
Succini ʒ ij.
Ligni aloes.
Santal. citrin. an. ʒ j.
Roſ. rubear. ʒ ß.

Aſpergantur aq. roſ. moſcat. in qua parum ſit Tragac. Diſſol. miſce ſimul in mortario, addendo.

Olei cinamom. gutt. v.
Caryophyll. gutt. iij.
Macis gutt. j.
Ambræ, Moſci an. gr. v.
Miſce, f. pomum.

Poſſunt tamen & diuerſa fieri, alia quidem pro æſtate, alia pro vſu hyberno. Egentiores autem hunc ſuccum ſibi præparent: *Succus domeſticus.* Sumant aceti quartarium vnum, Rutæ pugillos duos, eam contundant, & exprimant ſuccum per linteolum, addantq; camphoræ & croci an. ʒ j. Inde ſpongiam intingant, & ſecum geſtent, ac ſæpe odorem inde attrahant. Idem ſuccus poteſt naribus illini, & carpo, maxime, qui calidiores natura ſunt, & tempore calido. Magnam enim ad præſeruandum vim habet. Etſi autem difficile eſt iudicare, cur alius citius, vel tardius, aut grauius alio inficiatur, imo cur alii etiam prorſus non inficiantur; tamen illud conſtat, venenum minorem vim habere ad lædendum, in iis, quorum corpora à ſuperfluis excrementis libera ſunt, nec cruditatibus & obſtructionibus laborant. Perinde enim, vt ignis ſoluitur, cum pabulum idoneum, ſubtrahitur, ita hic fieri putandum eſt, vnde cum Philoſophis Medici ita loquuntur: *Nullam cauſarum ſine patientis aptitudine agere poſſe.*

Quapropter ſuadeo fideliter, vt quilibet in victu, cæteriſque rebus modum ſeruet, *Victus ratio in peſte obſeruanda.* ebrietatem & libidines vitet, lætitiam ſectetur, ſalua pietate & pudore. Vitet cibos noxios, & difficilis cōcoctionis, & vitioſi ſucci, vt piſces, qui ſquamas non habent, anſeres & auium flauuitilium carnes, lacticinia, quæ facile corrumpuntur, nimium vſum olerum, fructuum crudorum, boletos item, fungos, & his ſimilia. Vitet obſtructiones & cruditates, vina fortia & fæculenta ne bibat, non vtatur immoderatis exercitiis, quæ in ſudorem, & magnam anhelitus mutationem deſinunt. Aluus ſemper aperta ſit. Abſit triſtitia, & melancholia, & metus, quia cor affligunt, & veneni receptioni cauſam præbent.

Quia vero nemo ita exacte poteſt viuere, quin ſuperfluum aliquid colligatur, moneo eos, qui labore ea non abſumunt, vt de conſilio prudentis Medici qui naturam, vires, ætatem, animi tempus conſiderat, corpus euacuet, prouideat tamen, ne in eos incidat, qui fortia & maligna purgantia exhibent. Nam etſi ea valide purgant, tamen vires deiiciunt & ſæpe graues exulcerationes, tormina, debilitates ſequuntur, & maligna qualitas ſtomacho imprimitur, vt poſtea plura excrementa colligantur, quam euacuatio ſuſtulerit. Quod ſi ob id rurſus & ſæpe ad purgandum redeundum eſt, ſcito, vitam te breuiorem reddere. Abſtinendum igitur ab iis, qui fortiſſimis remediis radicitus omnia ſe expurgaturos gloriantur. Satis magna cura opus eſt, vt ne nimium fiat, etiam cum leuiſſima & tutiſſima dantur, maxime cum eos incidimus, qui temperantem vitam degunt.

Et quanquam non valde dolendum eſt,

eos

eos in eiuſmodi impetitos Medicos incidere, qui neq; ſui neque aliorum rationem vllam habent,& de non intellectis rebus ſibi ſumunt iudicium, tamen ſingulos hic monere volui, ex iis remediis, quæ ad ſolam vrinarum inſpectionem abſque vllis aliis iudiciis præſcribuntur, plus detrimẽti, quam commodi eſſe expectandum. Illas etiam vrinarum inſpectiones, & iudicia de iiſdem pro huius loci vitioſo more, neglecta obſeruatione temporis in morbo, & ægrotantis qualitate, meram impoſturam eſſe. Nam etſi ex iis, quæ narrantur ab eo, qui vrinas defert, ita pronũciat Medicus, vt rem ipſam tetigiſſe videatur: non tamen ex vrina id prævidit, ſed vbi modicum quippiam ex eo colloquio deprehendit, multa garrit apud imperitos, quæ ægro nihil afferunt commodi. Quod ſi hoc modo perſuaſus, remediis etiam vtetis, antequam te viderit Medicus, & naturam tui morbi, eiuſque tempora, & diuturnitatem cognouerit, & num tibi is familiaris fuerit, explorauerit, & in quemuis euentum te curandum ſuſcipit; ipſa vero remedia proſunt, eſt, quod DEO & fortunæ gratus ſis.

Quanquam aut Medici, qui ita caſu felices ſunt in medẽdo, magno beneficio diuinitus afficiuntur, tamen eo non abuti debebant, ſed artem & ſcientiam adiungere felicitati, non compendiis, aut populari fauori fidere. Vbi autem in Medico arrogantiæ plurimum eſt, artis parum, etſi de experientia glorietur, vt circumforanei impoſtores ſolent, tamen tandẽ ſeipſum damnet neceſſe eſt. Singulis etiam ſeptimanis vna ante cœnam hora drachma vna vtendum eſt pillularum peſtilentialium, cum Ammoniaco præparatarum, vel ſi placeant, ex veteri deſcriptione, quanquam conſtat in Ruffi deſcriptione pro Croco ammoniacum poſitum, laudantur maxime à Medicis & poſſunt ſæpius etiam vſurpari. Quod ſi ob vim exiccatoriam ventriculo, non proſunt aliquibus, ii conſulant Medicum. Vtiliſſima enim medicamenta non omnibus conueniunt teſte experientia. Eſt autem earum pillularum deſcriptio talis:

Pillulæ peſtilent.

Pillulæ peſtilentiales.

℞. Aloes
Ammoniaci.
Myrrhæ an. ʒ j.
Cum vino fragrante f. pill.
Vel ſic: ℞. Aloes opt. ℥ j.
Myrrhæ elect. ℥ ß.
Croci ʒ ij.
Cinamomi.
Coriandri præparati an. ʒ j. ß.
Sem. Citri.
Baſilicon.
Acetoſæ an. ʒ j.
Xyloaloes.
Margarit.
Corall. rubeo.
Cornu cerui.
Raſuræ ebor. an. ℈ ij.
Rad. Tormentill.
Dipt. albi.
Terebinth. an. ʒ ij.
Boli armeni veri ʒ vj.
Puln. incorporentur cum ſyrupo de corticibus citri. Miſce fiat maſſa.

Qui calidius epar, & renes habẽt, & calculoſi ſunt, vtantur peſtilentialibus pillulis cum rhabarbaro, ita vt de Ruffi pillulis antea monui, vel antea cœnam quantitate iuglandis nucis terebinthinam lotam in aqua roſarum admiſto ſaccharo ſumant. Video enim peritiſſimos Medicos infectionis tempore vſum terebinthinæ lotæ probaſſe, ac quamuis vera terebinthina caremus, tamen nec noſtra qualiſcunque inutilis eſt. Præparantur pillulæ cum Terebinthina tali ratione.

Terebinthina.

℞. Terebinth. lotæ ter in aq. roſ. ℥ ij.
Rhab. optimi aqua cinamomi irrorati ʒ ij.
Cinamomi ℈ ij.
Puluer. liquiritiæ q. ſ. f. pillulæ.

Verũ quia ſæpe deſcriptio pillularum aloe cum rhabarbaro mutata eſt: ideo hanc deſcriptionem adiungam.

Pillulæ de tribus cum rhabarbaro.

℞. Aloes roſatæ ʒ iij.
Rhabar. el. pulueriſati & aqua cinamomi aſperſi ʒ j. ß.
Agarici rec. trochiſcati ʒ j.
Myrrhæ elect. ℈ ij.
Maſtichis ℈ j.
Cum ſyrupo de corticibus citri q. ſ.

De his ſumatur drachma vna, tribus horis ante prandium.

Hoc modo expurgato corpore, ſecure vſurpantur præſeruatiua. Nam impuris corporibus præſertim aromatica plus obfuerint, quam profuerint, teſte experientia, quæ obſeruatum eſt, vſu aromatum maxime mulieres, & virgines quarum corpora ſunt impura, lædi.

Impura corpora aromatibus lædi.

Quia vero de purgatione dixi, multi autem venæ ſectionem malunt, quam purgationem non modo in curatione, ſed etiam in præſeruatione, ideo hoc rurſus monebo: Cum præſeruatio in eo ſit poſita, vt corpora quæ parum habent ſuperfluitatem, in eo ſtatu conſeruentur: Impura vero ab excrementis liberentur, & exiccentur. Si abundat ſanguis, & corpus plethoricum eſt, non improbare me venam. Sin vero copia non eſt in ſanguine, & nullum indicium pletho-

Vena ſectio.

Vena ſectio abſq; plethora periculoſa.

ræ, venæ ſectio periculoſa eſſe exiſtimari debet. Nihil tamen conſuetudini detraho, & ſi quis obſeruarit, ſe ex hac, vel alia re iuuari, ei minime hoc auxilium intercludimus.

Remedia in præſeruatione adhibenda, quæ ad cor reſpiciunt, & cauſæ peſtilenti aduerſantur.

Puerulis.

PRIMVM hic puerulis proſpiciendum eſt. Quanquam optimum eſt auxilium domi liberos in puro aere, quãtum fieri poteſt, vbi infici nõ poſſunt, continere, & medicamentis non onerare. Tamen ſi periculum metuitur, detur eis mane cochleare vnum oxyſaccharę Nicolai, vel ſumatur aceti quartarius, aquæ roſar. dimidia quantitas, libra vna ſacchari, corticis citri, vel cinamomi parum, hæc coquantur & deſpumentur, vſq; ad mellis conſiſtentiam, detur iis mane cochleare vnum vel alterum. Interdum de meo tabulato ditiores ſuis porrigant.

Tabulati deſcriptio.

Rotulæ pueros à peſte præſeruantes.

℞. Boli arm. in aq. ſcabioſæ loti ℥ß.
Cornu cerui vſti.
Terræ ſigillatæ an. ʒ ij.
Coralli præparati.
Margar. præparatarum an. ʒ j.
Sacch. in aq. roſ. & cinamomi diſſoluti ℔.ß.

Fiat confectio in tabulis. Vel ſic:

℞. Boli armen. cum aqua ſcabioſæ loti ʒ j.ß.
Margar. præpar. ℈ ij.
Fol. auri num. x.
Hyacinthi præparati ℈ j.
Spec. Diamarg. frigid.
Liberantis an. ℈ j.ß.
Sacchari in aq. roſ. & cinam. diſſol. ℥ iij.
Fiant rotulæ.

Elect. de nucibus.

Pauperes ſumant iuglandes, rutam & ſal, & pueris domi exhibeant: vel tale electuariũ conficiant, quo vti etiam adulti poſſunt, maiori ſaltem quantitate, quam infantibus datur. ℞. Iuglandes viginti, Ficus quindecim, Foliorum rutæ duos pugillos, duos item Tormentillæ, Croci, Salis an. ʒ j. Hæc ſimul contundantur, & mellis addatur tantum, quod ſatis eſt, vt fiat electuarium, de quo detur pueris. Adultiores autem vtantur quantitate iuglandis: ſemper habitum hoc fuit pro remedio in tali caſu præſtantiſſimo. Nam infantibus vehementiora exſiccantia prębere, itemq; Theriacam & Mithridatiũ, vel camphorata non laudo. Contuſæ autem Tormentillæ aliquid dari mane in pane cum aceto, & cornu cerui limato poteſt. Vel hoc, quod ſequitur:

℞. Cornu cerui vſti.
Cornu cerui crudi an. ℥ß.
Pul. Tormentillæ.
Corticum citri an. ʒ j.
Sacchari ℥ iij. Miſce.

Infantes purgare velle non videtur conſultum, ſi tamen ſint adſtricta aluo, rotulæ de rhabarbaro dari poſſunt. Earum deſcriptio eſt hæc:

℞. Sacchari albi aqua acetoſæ & cinamomi diſſoluti, & ad perf. cocti ℥ iiij. Extracti Rhabarbari ʒ ij. Cum ſucci roſatum ʒ j. diſſoluti. Rhabarbari optime pulueriſati, & aqua cinamomi humectati ʒ ij. F. rotulæ ſecundum artem.

Pro grauidis & lactantibus.

Præſeruatio grauidarum & lactantium impoſita.

CVM grauidæ multũ in ſe ſuperfluæ humiditatis habeant, & tum plus aeris, quam alias attrahant, ſi quæ fugere poſſunt, iis hoc faciendum eſt. Quibus autem manendum eſt, quantum poſſunt, domi ſe cõtineant, nec in publicum, vel loca ſuſpecta prodeant. Et quia communia illa remedia, quę alias pręſeruationi accommodata ſunt, iſtis non proſunt, præſcribo hũc puluerem, qui non modo vtilis eſt ad præſeruandum, ſed & fœtum roborat.

℞. Raſuræ eboris ℥ j.
Corall. præparat.
Margaritarum an. ʒ iij.
Zedoariæ.
Nucis moſchat. toſtæ an. ʒ j.
Miſce, fiat puluis.

Puluis dant. ...

Si ſuauitas in puluere quæritur, tantum ſacchari addatur, quantum eſt pulueris. Quia vero multæ grauidæ ex pharmacopoliis allata auerſantur, ideo domi tale quid parari poterit. Sume raſuræ eboris ℥ß. Zedoariæ ʒ ij. Nucis moſch. Corall. rub. an. ʒ j. Miſce, fiat puluis, & tantum detur mane, ac veſperi, quantum denario excipi poteſt, quæ doſis eſt, & pulueris antea præſcripti. Mithridatium alii grauidis concedunt, quod non probo. quanquam in priore meo libello olim edito idem admiſi. Ego hoc Electuarium præfero, quod ſequitur:

Electuari.

℞. Conſeru. Borrag. Bugloſſ. Roſar. an. ℥ j.ß.
Corticum citri condit.
Anthos an. ℥ ß.
Rotul. diamarg. frigid.
Diatrion ſantal. an. ℥ j.
Elect. de gemmis ℥ ß.
Boli armen. præparat. ʒ j.
Zedoariæ.
Diptamni.
Croci.
Tormentillæ an. ʒ ß.
Syr. de corticib. citri & acetoſ. citri an. q. ſ. Miſce, fiat conditum.

Pro pueris & virginibus.

Præſeruatio puerorum & virginum.

CVM hoc hominum genus frequenter inſici ſoleat, quod humida, calida raraque corpora habeant, ideo peculiaribus remediis iodigent, cum nec purgationes feraot, quas adulti, & vehementia calida præſeruatiua illis minime conueniant, vt erudi-ti Medici norunt, quorum rationes huc afferre nihil eſt neceſſe; cum hæc pro vulgo ſcripta ſint. Igitur pueri infra annum ſedecimum ætatis, & virgines infra decimumquartum, pro præſeruatione, neq; venam ſecent, neq; fortiter ſe expurgent. Poſſuot autem ſingulis ſeptimanis drachmam ſemis pillularum peſtileotialium dimidia hora ante cœnam ſumere, & ſingulis diebus mane tres pillulas de ſucco Cardui benedicti cum quibuſdam ſpeciebus, quæ pillulæ de carduo nominantur. Sunt autem eiuſmodi:

Pill. de carduo.

℞. Succi cardui ioſpiſſ. ℥ ß.
Rhabar. opt. aq. cinamomi aſperſi.
Agarici receoter trochiſc. an. ʒ j. ß.
Myrrhæ ℈ ij.
Maſtichis ℈ j.
Cum ſyrup. de corticib. citri fiat maſſa.

Mithridatica confectiones innumibus non temere danda.

Cætera remedia ex theriaca vel mithridatio, vel camphora confecta, quæ alii abſq; diſcrimioe omuibus pompoſe commendant, iſtis quidem dari noo debent. Ac quamuis clameot aotiquos etiam Medicos talia huic ætati præbuiſſe, & ſe expertos eſſe ſæpius: non tamen ob id ſequitur, periculum abeſſe, quia ratio repugnat. Poteſt etiam contraria experientia oſtendi, quanto cum periculo talia teneræ ætati obtrudantur. Quod ſi rationes deſiderant, in Doctorum libris requirant: & ipſi æſtimare poſſunt, puerorum corpora facile reſolui. Ideo qui in pueritia adhuc ſunt, vitent electuariū de ouo, quod etſi à Medicis valde celebratur, tameo oon poteſt omnibus eſſe vtile, aut ab omoibus Medicis eſſe laudatū. Nec tameo ego id damno, modo theriaca optima admiſceatur, & crocus non aduratur. Quod vero aiuot, illod eſſe præſtantius, quod ætatem habet viginti annorum, quam quod duorum eſt, nemo ex doctis Medicis accipiet. Maxime autem periculoſa ſunt teneris corporibus remedia, quæ ad formam electuarii de ouo cum ouce vomica, & multis prætetea purgandi vim habentibus, vt helleboro nigro, & io balneo quidem, vt audio, vſurpantur, cum balnea infectionis tempore adultis, & non adultis plurimum noceant, ideo quiſq; eiuſmodi Medicos, & remedia caueat, oec magnis commēdationum titulis decipiatur. Nam certum eſt in his nullam artificioſam componendi rationem elucere, non prorſus tamen aliquam, aut nucem vomicam io peſte dari reprehēdam. Profuerit igitur teoeriotibus & oō adultis tabulatum meum, vel quod Ferdinando Imperatori adſcribitur. Cæteris egentioribus aliud eſt præſcriptum commune liberantis, maxime vero ſi cum aloe roſata ſit prępáratum, quod maxime hic vtile iudico, ſicut & electuarium de nucibus. Electuarii autem liberaotis pro pueris deſcriptio eſt ea, quæ ſequitur:

Elect. de ouo nocet pueritiæ.

Vſus medicamentorū in balneo prauus.

Electuarii liberantis pro pueris.

℞. Sem. Santon.
Boli armeni an. ʒ ij.
Sem. Caulium.
Citri excorticat. an. ʒ ß.
Rad. Tormeotill.
Enulæ an. ℈ ij.
Corall. rubeor. ℈ j.
Smaragd. Hyacinth. Sapphir. an. ℈ ß.
Raſuræ eboris.
Serici crudi.
Sem. plantag. an. ℈ j.
Sacch. albiſſ. ℥ iiij.
In aqua ſcabioſæ, vel acetoſæ, vel cardui diſſoluti, fiant rotulæ.

Quod ſi vero pueri, & qui in tenera ætate ſunt, diſſolutius viucre voluerint, ſciant teſte Galeno, fruſtra multa remedia præſcribi. Nam cum præſeruatio in ſingulorū corporibus tria poſtulet, corporis euacuationē, roborationcm cordis, auerſionem aeris impuri & polluti: certe tria illa oportet eſſe coniuncta, vt corpus purum ſit, & vires cōſerueotur. Diætæ omnem rationem hic præſcribere non poſſum, ſed in hac vna regula poſita ſunt omnia: Cibus ſimpliciſſimus optimus: præcipue autem pueri in cibo vtatur aceto. Pauperes mane buccellam panis in aceto intinctam ſumant cum puluere radicis Tormeotillæ, vel electuarium de nucibus, cuius præparationē ſupra præſcripſi. Sed poteſt & hoc modo confici:

Præſeruationis tria requiſita.

Aliud Elect. de nucibus.

℞. Nucum iuglaodium num. xx.
Caricarum oum. xv.
Rutæ.
Abſinthii an. p. ij.
Rad. Ariſtoloch. vtriuſq;.
Cort. citri an. ʒ j. ß.
Tormentillæ.
Diptamni.
Pimpinellæ an. ʒ ij. ß.
Fl. Borraginis.
Galang.
Oſſ. de corde cerui
Macis.
Myrrhæ.
Boli armeni an. ʒ ß.
Mellis deſpumati lb. iij.
Miſc. f. electuarium.

Poſſunt ita & vſurpari baccæ iuniperi in aceto maceratæ, vel hæc mixtura quantitate iuglandis: Sume plantaginem, Millefolium, incide, adde carui, & Bolum armenum. Miſce cum aceto pini, de hac miſtura poſſunt & adultiores ſumere.

Virginum præſeruatio.

Virgines autem, quibus menſtrua non fluunt, ſingulis ſeptimanis ter pillulas peſtilentiales deglutiant, & quotidie ad præſeruationem Pimpinellam io aqua coquant, addito pauculo ſaccharo, & croco & mane hauſtum vnum bibant. Si fortior vis contra venena deſideratur, poteſt addi angelica in aceto macerata, & enula. Extracta pro his non probo, ob nimium calorem, maxime æſtate, & conſulendus eſt Medicus eruditus. Ancillæ quæ ætatem multam non habent, pimpinellam mane quotidie edant, & in ore geſtent angelicam.

Cautela in æſtate extractorum.

Quod ad attractionem aeris alterandi, & roborationem cordis attinet, hic eadem, quæ ſupra præſcripta eſt ratio, obſeruari debet: ſed in remediis, quæ intra corpus ſumuntur, corpora & anni tempus diſcernendum, cauendumq; hoc inprimis, ne corpora quotidiano vſu remediorum ita alterentur, vt in omni vita reliqua de eo conqueri neceſſe habeant.

De adultorum præſeruatione.

Præſeruatio adultorum.

CVM corporum magna differentia ſit, non modo in temperaturis, verum etiam in indiuidualibus proprietatibus, monendi hic omnes, quibus hoc per facultates ſuas licet, vt tum de purgando corpore, tum venæ ſectione præſeruationis gratia conſilium eruditi Medici ſequantur, non eorum qui temere, & audacter præcipitatum, & antimonium præbent, hoc prætextu, quod omnem impuritatẽ è corpore tollant, & corpora ipſa viuida faciant. Scio ego etiam quibuſdam Medicis perſuaderi, antimonium eſſe ſingulare alexipharmacum contra infectiones. Sed quia arſenico non valde diſſimile eſt, & natura ab eo tanquam à veneno abhorret, & cum inutilibus humoribus etiam bonus exturbat, fieri poteſt, vt in tanta exagitatione, & hypercatharſi corpus eo veneno liberetur: & putredo propter fortẽ exiccationem deſinat. Carere autem periculo, aut omnibus tuto præberi poſſe, non facile adducor, vt credam. Nam certo certius eſt, præcipitatum, & antimonium peſtifera eſſe pharmaca. Nec ſequitur, ob id omnibus danda eſſe, quia paucis, vel aliquibus, vt iſti putant, profuerint. Verum de his ſatis, & volui eos monere, qui moneri ſe patiuntur.

Antimoniũ præcipitatũ. *Arſenicum.*

Particularis vero præſeruatio ſingulorũ corporum eſt, propria Medici, nec Medicis hic quicquam præſcribo: quiſque autem ſuæ conſcientiæ rationẽ habeat, cum Theophraſtus pro experimentatoribus, qui eius ductum ſequuntur, non reſponſurus ſit. Res hominum agitur, & ſcriptum eſt, *Non deſpicias carnem tuam*.

Quia autem iam de præſeruatione agimus, ea vero alteratio quædam eſt, in qua nihil præcipitanter & ſubito, ſed ſeoſim agendum eſt, ſuadeo vt pręſeruatiua illa calida, & exiccantia caute vſurpẽtur, præſertim calido tempore, quod volo magis accipi de iis, quę magoam perturbationem ſpirituum in corpore commouent. Et quanquam in medicamentis præſeruatiuis à me præſcriptis nullus fere exceſſus eſt, vt calori naturali vim inferre, aut viſcera interiora lædere, cum ad membra principalia roboranda directa ſint, ſoleant ; tamen ſi quis animaduerterit naturã ab his abhorrere, aut vehementem corporis alterationem conſequi, ei nolim eſſe autor, vt illorũ vſum continuet, ſed quid ſibi faciendum ſit, experiti alicuius Medici conſiliu ſtatuat. Certe bolus armenus cum ſuccino albo præparatus cum vel ſine ſaccharo, interdum ſumptus plus proderit quam ab indoctis præſcripta electuaria: quomodocunque prædicentur. Ad cordis autem corroborationem, & antidota contra venena quod attinet, præſcripſi aliquot formulas quas hic annectam:

Exſiccantia calida cante adhibenda. *Bolus cum ſuccino albo.*

Electuarium ſalutis Cratonis.

Electuariũ ſalutis.

℞. Macis in ſucco limon. infuſ. & præparat. ℥j ß.
Theriacæ elect.
Mithridat, opt. an. ʒ iij.
Ligni aloes odor. ʒj.
Spec. liberant. Ferdin.
Terræ ſigillatæ veræ.
Succini albi præparati an. ʒj.
Cort. citri pul. ʒj ß.
Conſer. roſar.
Borrag.
Nympheæ an. ℥j. ß.

Cum ſyrup. aceroſitatis citri fiat conditum.

Liberantis Cratonis.

Electuariũ liberans.

℞. Boli armen. Orient. ʒ vj.
Rad. Tormentill.
Dictam. an. ʒ iij.
Zedoariæ ʒ ij.
Margaritar.
Corall. rubeo.
Spec. Diamargar. frigid.
Liberantis an. ℈ ij.
Succi cardui.

Scabioſæ.
Verbenæ.
Veronicæ.
Scordii an.℥ß.
Camphoræ ℈j.
Syr.de acetoſ.citri q.ſ.

Miſce, fiat conditum cum & ſine camphora.

Electuarium de aliud Bolo.

Elect. de bolo.

℞.Boli Orient.aq.ſcabioſ.loti ℥ß.
Diptam.albi.
Myrrhæ an.ʒj.
Rutæ.
Scabioſæ.
Verbenæ an.p.j.
Sem.Pimpinellæ.
Sem.Cardui bened.an.ʒ iij.
Ariſtoloch.vtriuſque.
Tormentillæ.
Baccarum lauri an.ʒ ij.
Macis ℈ij.ß.
Croci,Camphoræ an.℈j.
Nucum iugl.num.xv.
Cum ſyrup.acetoſ.citri fiat electuarium.

Aliud de Carduo.

Elect. de carduo.

℞.Succi cardui ℥ß.
Scordii ʒ ij.
Tormentillæ.
Diptam.
Terræ ſigillatæ.
Corall.alb.
Margarit.
Oſſ.de corde cerui an.ʒj.
Spec.liberantis ʒß.
Mithridatii ʒ ij.
Miſce. Eſt probatiſſ.

Deſcriptio Morſulorum de ſuccino.

Morſuli de ſuccino.

℞.Boli arm.aq.roſ.loti.
Carab.an.℥iij.
Terræ ſigillatæ ℥ij.
Corall.rubeor.℥ß.
Alborum ʒ vj.
Lapid.Smaragd.
Rubini.
Saphyri.
Hyacinth.an.℥ß.
Margarit.ʒ v.
Cinam.ʒ ij.
Caryophyll.℈j.
Sem.acetoſæ ʒ ij.
Cort.citri.
Santal.alb.an.ʒ j.ß.
Rubeor.ʒ ij.
Spodii præpar.ʒ v.
Raſuræ eboris ℥iij.
Croci Oriental.℥j.
Vnicornu veri ℥ß.
Fol.auri puriſſ.num.50.
Miſc.f.rotulæ vel morſuli.

Aqua mortis.

De quotidiano vſu Theriacę hic nihil addam, ſi quis ſibi eam vtilem obſeruet, vtatur. Illud certum eſt, vulgaria illa camphorata, quæ hic circumferuntur, ex Theriaca, Camphora, Ruta, Tormentilla, Diptamno, baccis lauri, confecta eſſe, & plerumque corruptam theriacam immiſceri, & aquas vitæ, quæ mortis aquæ nominari debebant. Certe tanti non ſunt, quanti volunt videri. Et quia ſimplex medicina tutiſſima eſt, & optima: hic ſimplicia quædam non modo peſti, ſed omni veneno reſiſtentia enumerabo.

Smaragdus. *Hyacinthus* *Corallium.* *Margaritæ.* *Bezoar.* *Terra ſigillata.* *Bolus orientalis,* *Succ.alb.* *Cornu cerui.* *Bolus Tocau*

Omnes prope Medici poſt Theriacam & Mithridatiũ Smaragdum laudant, datur ad grana ſex cum Mithridatio. Deinde hyacinthus ita deſcribitur, quod non ſolum intra corpus ſumptus, ſed etiam foris geſtatus peſti reſiſtat. Eandem vim & granata habent, & coralli, & Margaritæ intra corpus receptæ. Bezoar lapis in aulis magni fit, ſed quantum ego obſeruare potui, non præſtat hoc in iſto caſu, quod ab eo expectatur, quanquam in aliis magnis morbis eo feliciter me vſum eſſe ſciam. Quod ſi tamen maiori in quantitate daretur, non dubitarem: etiam in peſte eum profuturum, quod in cæteris venenis facit. Maxime laudatur terra ſigillata, ſi ea vera haberi poſſet. Eius loco bolus Orientalis verus, & ſuccinum album, quod cordi maxime amicum eſt, & contra venena vim habet, vſurpari poteſt. Quia vero de bolo, & terra ſigillata res ſuſpecta eſt: placet eius loco cornu cerui vſtum. Multis in locis maxime in Hungaria ad Tocauium bolus effoditur colore ruffo, quali & bolus ille verus deſcribitur. Eo magno cũ ſucceſſu vſus ſum ſæpe, & plus profuiſſe obſeruaui, quam terram ſigillatã, quæ fere quotannis diſſimilis ebullit, & alit, & aliter præparatur. Ideo interdum ex Turcia affertur alba, interdum pallida & rubra, ſępe cineritia. Non dubito Turcas eam adulterare, & aliquid fraudis ſubeſſe, quod idem cum bolo fieri ſuſpicor, qui raro verus ad nos peruenit. Miretur hic aliquis, cum Turcæ bolum, & terram ſigillatã veram poſſint habere, qui fiat tamen, vt tam graues peſtilentiæ tamque pernicioſa contagia ad Conſtantinopolim & vicina loca dominentur.

Turcarum imprudentia.

De eo ita mihi à fide dignis autoribus narratum eſt: Turcas cum omnia ad ineuitabile fatum referant, exiſtimentq; hominum eam eſſe rationem, quæ pomorum, cũ matura ſunt, decidentium, raro remediis vti, neque alium ab alio infecto abhorrere, nec Medicos magnopere deſiderare. Habet quidẽ Sultanus Medicos aliquos, ſed quam

ties ſebres peſtilentiales dominantur, plurima inſecta generari in aere, quæ in arbores & plantas decidunt, aquas & terræ naſcentia multipliciter fœdant & corrumpunt. Quæ cum manifeſta ſint, qui poſſunt videri putredinem omnem ſuſtuliſſe; Quod autem inquinamenta, quæ in aere hominibus contagioſa & pernicioſa ſint, & vere febres peſtilentes contagioſas gignunt, ex corporibus humanis exhalent, quæ cum corpora multa inficiuntur, & copioſe in aere vagantur, alio quidem in loco magis quam in alio, & hinc inde à vento agitantur, ac niſi à vehemente aeris agitatione diſturbentur, publicam, & contagioſam hominibus peſtem excitant: ex hoc apparet, quod aer ille non quibuſuis animalibus, ſed hominibus fere noceat, in iis locis, vbi inquinamenta & ſeminaria peſtis vigent. Qui vero ita ſentiunt, in febribus nullam eſſe putredinem, ſed incendium tantum, cum iis ſapiat, qui volet. Mihi æque atque illis Hippocratis ſententia nota eſt, quam tamen de omnibus febribus non poſſum interpretari. Itaque plane ſtatuo, non modo in peſtilentialibus; verum etiam in continuis, & intermittentibus febribus putredinem eſſe, quomodo ea à Medicis definitur, etſi communi definitioni Ariſtotelis, qui eam primæ generationi opponit, non reſpondeat. Et illi ipſi qui putredinem negant, debebant alteram etiam definitionem Ariſtotelis intueri, & ei hanc non valde diſſentientem animaduerterent. Vnde etiam eſſent illi putridi vapores, qui in febribus continuis à putridis humoribus in magnis vaſis: itemque in intermittentibus ex paruis tanquam ex foco emanant, & cor inuadunt, & eius calorem natiuum, imo totius potius corporis aggrediuntur, vt fonti vitæ ſicut omnis putredo, aduerſentur? Quomodo etiam vera ratio contagii oſtendi poſſet, etſi putredo & contagium differant? Optarim ſane eos, qui tantopere ſibi in commentis ſuis placent, ad hæc abſque perſonarū inſectatione reſpondere.

In febribus peſtilentibus & continuis putredinem adeſſe.

Poſtremo, vt hanc de præſeruatione doctrinam concludam, monendi ſunt ii, qui tempore peſtis vlcera aperta habent, ea coaleſcere vt non ſinant, ſed magna cura aperta ſeruent. Vbi vero chirurgi ſunt, qui cauteria ex arte inurere poſſunt, ſuadeo vt ſecuritatis cauſa illa ſibi imprimi ſinant: maxime vero ii, qui chronicos affectus habent, iis indigent. An vero in pedibus, vel manibus fieri debeant, Medici conſilium ſequendum eſt.

Cauteria approbat.

Sufficiant hæc de præſeruatione, quæ in tribus, vt dictum, poſita eſt. Primum in alteratione, & mundatione aeris, quem omnes attrahunt neceſſario, & in quo inquinamēta emanantia ex infectis corporibus, permiſcuntur. Deinde vt corpora à ſuperfluitatibus excrementitiis, quæ fomentum ſunt putredinis immunia & libera ſint. Tertio in cordis roboratione, & interna præmunitione contra venena & putredinem. Quomodo autem fieri hæc omnia beneficio moderatæ diætæ, temperantiæ, animi, hilaritatis, & bonæ conſcientiæ poſſint, oſtendi viam, atque rationem ſatis compendioſam. Summa eſt, vt primum omnium ſpes; & fiducia noſtra in DEVM collocetur. Deinde vt quiſque temperanter viuat, & ii quibus hoc licet, ex impuro aere, & locis, in puriorem, & loca ſecuriora, ſe conferant, ſequentes veterem regulam: Fuge cito, longe; & tarde redito. Quibus vero manendum eſt, ii hæc præcepta obſeruent, & his remediis vtantur. Nam medicamēta, & remedia tertia pars ſunt præſeruationis.

Quia vero ſcio, non ſolum vulgus, verū magnates etiam plerumq; ſolere in ea remedia præſeruatiua, quibus magni principes vſi ſunt, inquirere, iiſq; plus quam aliis fidere. De me autem ea in opinione multi ſunt, mihi eſſe notiſſima eiuſmodi antidota, volo & horum aliqua hoc loco aſſignare.

Maximilianus Primus Imperator, ſacratiſſimæ memoriæ ante annos iam octoginta hoc electuario vſus eſſe dicitur.

Electuarium Maximil. I. Imperatoris.

℞. Tormentillæ.
Serpentariæ.
Gentianæ.
Pimpinellæ.
Granorum Iuniperi.
Rutæ.
Abſinthij ana.

Puluetiſentur & cum aceto ac Theriaca commiſceantur. Sumitur de eo mane magnitudine caſtaneæ.

Sequentes vero pillulæ ſingulis ſeptimanis bis vel ter ſumuntur.

℞. Aloes ablutæ aq. roſ. (ego ſumerem aloem roſatam) ℥ ij.
Myrrhæ ſelectiſſ. ℥ ß.
Croci ʒ j.
Agarici trochiſcati ʒ iij.
Rhabarbari ʒ j. ß.
Boli armen. loti.
Ligni aloes.
Pulueris Diptam.
Margarit. an. ʒ ß.
Addito ſyrupo roſ. fiant pillulæ.

Dantur à drachma vna ad duas.

Imperator Carolus V. hoc puluere delectatus eſt, & aiūt in Hiſpania adhuc in præſeruatione magnifieri.

Puluis Caroli V. Hiſpanicus.

eruditi ſint, norunt, qui aliquoties Conſtantinopoli legationis munere functi ſunt. Quia autem noſtris temporibus in Sileſia Marga quædam multis in locis reperitur, quam Paracelſiſtę axungiam ſolis vocant, & pro terra ſigillata vendunt, & à multis commendatur: non obſtabo ego, quo minus ea Marga, ſi vere ſimplex eſt, non compoſitum quiddam, aut mixtum ex aliis rebus: cum vim exiccandi habeat, & venenis credatur reſiſtere, in præſeruatione etiam vſurpetur.

Marga Sileſia.

An autem ad curationẽ aliquid auxilii collatura ſit, experientia docebit. Quæ ad oppidum Strigam reperitur, Hungaricæ non multum diſſimilis eſt. Ad Goldbergam alia eſt, ſed pallidior, & verum bolum colore refert, alia item plane alba. Medici experimentis facultates talium ſimplicium explorent, nec circũforaneis illis chartis nimium fidant. Ego ita exiſtimo, ſi frequenter ſumatur, magnam ſiccitatem, & corporis ariditatem eſſe ſecuturam, quod idem de Bolo Tocauienſi ſtatuo: cui malo ita occurretur, ſi ea terra cum ſaccharo roſato accipiatur.

Strig. Goldberg.

Siccitas terrarum corrigenda ſaccharo roſato.

Habent præter hæc magnam vim, Tormentilla & angelica in aceto præparata, Elenium, Gentiana, Oſtrutiũ, Galanga, Serpentaria, Diptamnus albus, Ariſtolochia, Pimpinella.

Simplicia alexipharmaca.

Inter herbas commendantur Carduus benedictus, Scordium, quod diu incognitum ante paucos annos hic repertum, nunc paſſim haberi poteſt, Scabioſa, Verbena, Acetoſa, Borrago, Nymphæa, Ruta, Tanacet. Cochlearia, quam Dioſcorides valde commendat, Hypericon, Betonica, Saluia, Roremarinum, Meliſſa, Abſinthium, Caltha, Chelidonium, Lyſimachia, Morſus Diaboli.

Inter ſemina præcipuam vim habent Semen acetoſæ, Cardui, Coriandrum præparatum, Aniſum, fœniculum & quædam alia. Semina citri, baccæ lauri, & iuniperi, Cubebæ, Myrrha, Camphora, quæ curatiuum ſingulare eſt, cum tempeſtiue adhibeatur: addo & nucem moſchatam & macis.

De Zedoaria ſunt qui exiſtiment, quod venenum attrahat, quorum ſententiam falſam indico. Caryophillos autem non carere periculo, experientia docet.

Zedoariam non attrahere venenum.

Multa de Euphorbio dicũtur: quod purgãs ſit, & expulſiuum pro fortibus corporibus, facile dabimus, ſed contra venena non ſumitur. Annumerant in horum ordines etiam os de corde cerui. Cornu cerui vſtum & limatum, Vnicornu, ſi haberi poteſt. Santali omnes, Caſtoreum. Sunt quidem & alia tum ſimplicia tum compoſita, quæ tamen his, quorum catalogum adieci, minime anteferenda ſunt. Et certe, qui vno atque altero ex his recte vti didicerit, ſciat ſibi plus profutura, quam omnes operoſas compoſitiones, quomodocunq; commendentur. Ita autem commendo vſum iſtorum tum ſimplicium tum compoſitorum medicamentorum, vt in neceſſario caſu id accipi velim, & de iis corporibus quæ ea ferre poſſunt. Vbi enim neceſſitas non vrget & corpora eorum vſa offenduntur, vitanda ſunt, & obſeruanda optima victus ratio, in cibo, potu, quiete. Temperantia ſane remedium optimum eſt. Didicimus multorum exemplis, intempeſtiuo vſu medicamentorum in peſte plurimos vehementiſſime valetudinem ſuam afflixiſſe. Monendũ etiam hic erat aliquid, de ſex rebus non naturalibus ita à Medicis appellatis: ſed quia pro idiotis iam ſatis pleraque attigimus, & ratio tuendę ſanitatis peculiarem tractatum deſiderat, hic cætera prætereo, & Galeni loco concludam, qui eſt in 1. de differ. Febrium, vbi de præſeruatione ita loquitur: Vna ac prima eſt omnibus intentio, & communis, vt corpus quam maxime ſuperfluitatibus vacet: atque optime ſpiret. Secundo loco, vt præpotenti cauſæ, quo ad eius fieri poteſt, aduerſetur. Quid vocet, præpotentem cauſam, Medici conſiderent & animaduertant cauſam peſtilentiæ ſupra vulgarem putredinis conditionem ſtatuendam eſſe.

Euphorbium.

Intempeſtiuus Medicina vſus noxius.

Præpotens cauſa Galeni.

Reprehenſus ſum à nonnullis, quaſi cum iis ſentirem, qui putredinem in aere & corporibus tempore peſtis in totum tollunt, in quo immerito me accuſari, omnes libri mei teſtantur, qui de peſte à me in lucem ſunt editi: plures etiam epiſtolæ, in quibus de cura peſtilentialium morborum, cum doctis, & excellentibus Medicis diſſerui, idem teſtantur. Diſerte igitur affirmo, non modo eſſe in corporibus magnam putredinem etiam in peſtilentibus à contagione ortis, ſi ad aliquot dies perdurent, & hominem nõ iugulant, ſed etiam in peſtilentibus non contagioſis, à qua & fiant, vulgaris tamen putredinis conditionem longe ſuperantem, vt ſanguis cum mittitur infectis, ſatis demonſtrat, vbi fibræ ſanguinis ita putruerunt, vt ne quidem concreſcere poſſit. Et vnde eſſet contagium, niſi magna quædam putredo ibi exiſteret, quæ ex infectis corporibus vapores emittit? quod ſeminarium peſtis (etſi à putredine differat) in veſtibus & indumentis latet, maxime vero in impuro aere, quem omnes neceſſario attrahunt, & in eo perinde vt infecta, multiplicatur, & ſe propagat latius. Videmus etiam quoties

Putredo peſtilentiæ.

ties febres peſtilentiales dominantur, plurima inſecta generari in aere, quæ in arbores & plantas decidunt, aquas & terræ naſcentia multipliciter fœdant & corrumpunt. Quæ cum manifeſta ſint, qui poſſunt videri putredinem omnem ſuſtuliſſe? Quod autem inquinamenta, quæ in aere hominibus contagioſa & pernicioſa ſint, & vere febres peſtilentes contagioſas gignunt, ex corporibus humanis exhalent, quæ cum corpora multa inficiuntur, & copioſe in aere vagantur, alio quidem in loco magis quam in alio, & hinc inde à vento agitantur, ac niſi à vehemente aeris agitatione diſturbentur, publicam, & contagioſam hominibus peſtem excitant: ex hoc apparet, quod aer ille non quibuſuis animalibus, ſed hominibus fere noceat, in iis locis, vbi inquinamenta & ſeminaria peſtis vigent. Qui vero ita ſentiunt, in febribus nullam eſſe putredinem, ſed incendium tantum, cum iis ſapiat, qui volet. Mihi æque atque illis Hippocratis ſententia nota eſt, quam tamen de omnibus febribus non poſſum interpretari. Itaque plane ſtatuo, non modo in peſtilentialibus; verum etiam in continuis, & intermittentibus febribus putredinem eſſe, quomodo ea à Medicis definitur, etſi communi definitioni Ariſtotelis, qui eam primæ generationi opponit, non reſpondeat. Et illi ipſi qui putredinem negant, debebant alteram etiam definitionem Ariſtotelis intueri, & ei hanc non valde diſſentientem animaduerterent. Vnde etiam eſſent illi putridi vapores, qui in febribus continuis à putridis humoribus in magnis vaſis: itemque in intermittentibus ex paruis tanquam ex foco emanant, & cor inuadunt, & eius calorem natiuum, imo totius potius corporis aggrediuntur, vt fonti vitæ ſicut omnis putredo, aduerſentur? Quomodo etiam vera ratio contagii oſtendi poſſet, etſi putredo & contagium differant? Optarim ſane eos, qui tantopere ſibi in commentis ſuis placent, ad hæc abſque perſonarũ inſectatione reſpondere.

In febribus peſtilentibus & continuis putredinem adeſſe.

Poſtremo, vt hanc de præſeruatione doctrinam concludam, monendi ſunt ii, qui tempore peſtis vlcera aperta habent, ea coaleſcere vt non ſinant, ſed magna cura aperta ſeruent. Vbi vero chirurgi ſunt, qui cauteria ex arte inurere poſſunt, ſuadeo vt ſecuritatis cauſa illa ſibi imprimi ſinant: maxime vero ii, qui chronicos affectus habent, iis indigent. An vero in pedibus, vel manibus fieri debeant, Medici conſilium ſequendum eſt.

Cauteria approbat.

Sufficiant hæc de præſeruatione, quæ in tribus, vt dictum, poſita eſt. Primum in alteratione, & mundatione aeris, quem omnes attrahunt neceſſario, & in quo inquinamẽta emanantia ex infectis corporibus, permiſcuntur. Deinde vt corpora à ſuperfluitatibus excrementitiis, quæ fomentum ſunt putredinis immunia & libera ſint. Tertio in cordis roboratione, & interna præmunitione contra venena & putredinem. Quomodo autem fieri hæc omnia beneficio moderatæ diætæ, temperantiæ, animi, hilaritatis, & bonæ conſcientiæ poſſint, oſtendi viam, atque rationem ſatis compendioſam. Summa eſt, vt primum omnium ſpes, & fiducia noſtra in DEVM collocetur. Deinde vt quiſque temperanter viuat, & ii quibus hoc licet, ex impuro aere, & locis, in puriorem, & loca ſecuriora, ſe conferant, ſequentes veterem regulam: Fuge cito, longe; & tarde redito. Quibus vero manendum eſt, ii hæc præcepta obſeruent, & his remediis vtantur. Nam medicamẽta, & remedia tertia pars ſunt præſeruationis.

Quia vero ſcio, non ſolum vulgus, verũ magnates etiam plerumq; ſolere in ea remedia præſeruatiua, quibus magni principes vſi ſunt, inquirere, iiſq; plus quam aliis fidere. De me autem ea in opinione multi ſunt, mihi eſſe notiſſima eiuſmodi antidota, volo & horum aliqua hoc loco aſſignare.

Maximilianus Primus Imperator, ſacratiſſimæ memoriæ ante annos iam octoginta hoc electuario vſus eſſe dicitur.

Electuariũ Maximil. I. Imperatoris.

℞. Tormentillæ.
Serpentariæ.
Gentianæ.
Pimpinellæ.
Granorum Iuniperi.
Rutæ.
Abſinthij ana.

Pulueriſentur & cum aceto ac Theriaca commiſceantur. Sumitur de eo mane magnitudine caſtaneæ.

Sequentes vero pillulæ ſingulis ſeptimanis bis vel ter ſumuntur.

℞. Aloes ablutæ aq. roſ. (ego ſumerem aloem roſatam) ℥ ij.
Myrrhæ ſelectiſſ. ℥ ß.
Croci ʒ j.
Agarici trochiſcati ʒ iij.
Rhabarbari ʒ j. ß.
Boli armen. loti.
Ligni aloes.
Pulueris Diptam.
Margarit. an. ʒ ß.
Addito ſyrupo roſ. fiant pillulæ.

Dantur à drachma vna ad duas.

Imperator Carolus V. hoc puluere delectatus eſt, & aiũt in Hiſpania adhuc in præſeruatione magnifieri.

Puluis Caroli V. Hiſpanicus.

Off.de corde cerui.
Fragment. quinque lapidum precioſorum an.ʒ ß.
Margar.præparatarum ℈ iiij.
Corall.rub.præpar.ʒ ß.
Trochiſc.de campbora ℈ iiij.
Saccbari diſſolut.in aq.ſcabioſę,roſarum & acetoſæ an.q.ſ.
Miſc.f.confectio in morſulis.

Tabellæ Maximiliani II.

Maximiliano II. Imper. laudatiſſimæ memoriæ à me præſcriptæ ſunt hæ Tabellæ, quas multi magni nominis & dignitatis viri ſibi plurimum profuiſſe teſtantur.

℞.Boli armen.in aq.ſcabioſ.loti ℥ ß.
Margar.præparat.
Coralli præpar.an.℈ iiij.
Sem.Cardui benedicti excorticati.
Citri excorticati an.ʒ ß.
Hyacinthi præpar.℈ j.
Smaragdi præpar.℈ j.
Spec.liberantis.
Terræ ſigillatæ.
Cornu cerui an.ʒ ij.
Folior.auri num.xv.
Ambræ g̃.vj.
Saccbari ℔.ß.in q.ſ.aq.roſ.& cinam.diſſol. addita conſerua roſarum parum, fiat confectio in tabulis quadratis.

Ambra.

Verum hoc loco ſilétio minime prætereire debeo ſacræ Cæſar. Maieſt. Maximil.II. Anguſtam coniugem Mariam, Caroli V. filiam, Dominam meam clementiſſimam, Ambram mihi donaſſe, quam ego pro vero & natiuo ſulphure habeo,dum & ardeat incenſa, & maculas ſulphureas babeat. Valet autem plurimum in affectibus pulmonum, in febribus autem peſtilentialibus præſentiſſimum remedium eſt. Verum hæc Ambra, vt & Bezoar,vulgo non venduntur: ideo ſuperuacaneum de his aliquid ſcribere. Poſſunt præcedentes tabulę etiam hoc modo præparari:

℞.Boli armen.loti aq.ſcabioſ.ʒ j.ß.
Margar.præpar.
Corall.rubeor.præpar.an.℈ ij.
Spec.Diamarg.frigid.
Liberantis an.ʒ ß.
Hyacinth.præpar.℈ j.
Fol.auri num.ix.
Sacch.aq.cinam.& roſ.diſſol.℥ iiij.
Fiat confectio in tabulis.

Alexiterion Iohannis Sigiſmundi.

℞.Specier.cordial.temperat.ʒ ij.
Vnicornu veri g̃.vij.
Raſuræ cornu cerui ʒ j.
Sem.lumbricorum.
Myrrhæ an.ʒ j.ß.
Croci ℈ ß.
Camphoræ ℈ j.
Tburis opt ʒ vj.
Elect.de ouo ʒ iij.
Cum ſyrupo de corticibus citri f. conditum. Doſis ℈ iiij. cum aq.acetoſæ, ſcabioſæ, cardui.

Fuggerorum contra peſtem.

℞.Corticum citri.
Margar.præpar.an.ʒ ß.
Corall.rubeor.
Alborum an.g̃.xiiij.
Carab.præpar.g̃.vij.
Raſuræ vnicornu ℈ j.
Ambræ.Moſchi an.g̃.iiij.
Frag.lapidum quinq; precioſorum an. gr.xviij.
Auri & argenti fini an.fol.xxx.
Off.de corde cerui ʒ ß.
Cinamomi ʒ iij.
Sem.Anthór.ʒ j.
Raſur.eboris.
Rad.Diptamni albi.
Zedoariæ an.ʒ j.ß.
Terræ ſigill.ʒ ij.
Boli armen.præpar.℥ j.ß.
Theriacæ opt.ʒ j.ß.
Mithridat.℥ j.
Aquæ cœleſtis Vigonis ʒ vj.
Ol.Balſami.
Matris Balſami.
Vigonis an.℈ ij.
Sacch.albiſſ.℥ xxiiij.
Cum decocto rad. Meu. Angel. Vincetox.fiat mixtura.

Verum nimis multa cógerenda eſſent, ſi ea vellem huc afferre remedia & antidota, quæ à magnis principibus & in ſummis rebuſpnb.hinc inde in tali caſu vſurputa ſunt. Et per ſe libri omnes remedioȓu pleni ſunt. Ideo & totam banc de præſeruandi ratione doctrinam concludam, & eodem modo, quid de curatione ſentiam, deinceps exponam. Vtinam autem poſſem certam antidotum, & verum alexipharmacum peſtis communicare; ſed ego ita exiſtimo, id ſolius DEI maieſtati eſſe cognitum, & ei eſſe reſeruatum, nobis incognitum, ac ſi quis his communibus antidotis reſtituitur,& ſanatur, ſoli DEO acceptum referat, quia à Domino, vt Pſalmiſta ait, ſalus venit: ob id in omnibus triſtibus caſibus ad religioſam diuini numinis inuocationem,& cultum,pié nobis confugiendum eſt.

Alexipharmacum verum Deo cognitum.

PARS II.

IN QVA DE CVRATIONE peſte infectorum agitur.

HACTENVS de præſeruatione actū eſt, quæ partim quidem generalis, partim ſpecialis ſeu particularis eſt. Generalis ſeminaria remouet peſtis, vel febris vere peſtilentis, quæ ex infectis corporibus, aut in quibus putredo eumgradum aſſecuta eſt, vt contagioſa ſit, exhalant, & vel per aerem, vel per eos, qui ægris aſtant, diſſeminantur & propagantur. Hæc præſeruationis pars tantum à Magiſtratu politico poteſt præſtari, modo id fiat iuxta regulam: *Principiis obſta.* Nimirum, ne quo modo ſeminaria morbida & omnibus exitioſa multiplicentur, facta ſeparatione ſanorum, & infectorum, ac qui iis officia præſtant. Deinde, vt aer perpurgetur, in quo ſi impurus eſt, ſeminaria non modo latent, ſed incrementa etiam ſumunt. Nihil poteſt hic Medicus, niſi monere quæ facienda ſint, modo vſum habeat, neque ex chartis, vel ſciolis artem ſuam didicerit. Scio autem aliam eſſe conditionem ſebrium peſtilentialium ex aere, vel per intemperiem illius diuturnam in ſalubrem, vel per admiſtionem putridorum vaporum, atq; exhalationum corrupti, vel propter alimenta vitioſa aſſumpta, quæ omnia grauis, & peſtilens in corporibus puttedo conſequitur.

Peſtes veterum clementiores.

Et inter vere peſtilentes, videlicet in quibus putredo ad eū gradū deueniet, vt morbidam expirationem corpora habeanr, à qua ſeminaria in aere & veſtibus hærent, & corporibus humanis mediante aere, quem neceſſario omnes haurimus, infeſta & exitioſa ſunt. Nam profecto veteres huius vehementis contagii vim non plene agnouerunt, cum talis peſtis, quales noſtræ ſunr, ab ipſis non deſcribatur, & abſq; vllo metu alicuius periculi ægros curarint.

Quod vero ad particularem vel ſpecialem præſeruationem attinet, hoc eſt, vt corpora ab excrementis libetentur, cor & ſpiritus muniantur, putredo amoueatur, & inquinamento vel ſeminario peſtis antidoto vel alexiterio reſiſtatur, ſatis à me dictum eſt, quomodo id fiar. Quod ſi cui ſcrupulus in iis occurrerit, Medicum conſulat.

Porro, vt curationem attingam, video duo expectanda eſſe iudiciorum genera. Vnum quidem Doctorum, qui vere iudicare poſſunt. Eos; moneo, ne ex hoc Teutonico ſcripto iudices ſententiæ meæ eſſe velint in deteriorem partem, & ſi quid forte hic repeterint, quod aliter dum i in libris legerint, aut cum iis non conſentit, quod à præceptoribus ipſorum eis inſtillatum eſt, meam prius ſententiam paulo exactius cognoſcant.

Alterum genus eſt arrogantium, & indoctorum, qui illud ignoranr, naturam morborum curatricē eſſe? & ſomniant, omnem artem in remediis ſitam eſſe, ſiue ad naturam reſpiciatur, ſiue id non fiat: quæ res facit, vt tantopere ſuis illis ſecretis, & expertis medicamentis confidant, ac prope iurent, neceſſario profuturum, quod præſcribunt, quamuis reipſa maxime noceat. Cum his contentioſis non placet litigare, maxime cum & vulgus, & qui in rebus publ. conſilia gubernant, & de rebus iſtis iudicare debēt, ſibi incognitis, ſui ſimiles ament, & quia illis multum tribuunt, facile aſſentiuntur, & aliis præferendos iudicanr. Eam ob cauſam teutonica lingua de curatione ſcribere vix auſus fuiſſem, niſi Chriſtianæ dilectionis maior ratio, quam nominis eſſet habenda, & commodorum.

Peſtis ſemper contagioſa.

Quam vero nullus morbus recte curetur ex arte, niſi bene cognitus ſit, ſcire conuenir, me poſt multiplicem cum doctiſſimis Medicis noſtri temporis ſententiarum collationem ita ſtatuere. Nullum morbum vel febrem vere peſtem, aut peſtilentem nominari poſſe, niſi contagioſa ſit, & antequam id contagium ab vno ad alium deueniat, & interna viſcera ac vires, præcipue vero cor inuadat, in quo caſu ſubita, malignaque febris a ccepto ſeminario gignitur, & cor in vniuerſum oppugnat. Ac rum, niſi natura ipſa apoſtemata, vel exanthemata protrudat, in primis ſudor prouocandus eſt, & cor diligenter muniendum, quia malum inſpiratione hauſtum eſt. Nominantur quidem & à doctis Medicis catarthi, anginæ, pleuritides, aliquando peſtes, cum ſunt contagioſæ, & multis exitioſæ, & pro peſte æſtimandæ ſunt.

Propriè peſtis.

Verum hic ego proprie de iis ago febribus, cum cor venenato illo contagio inficitur, quæ etſi lateat foris, vix tamen abeſt. Nam morbida expiratio; quam ſeminatium ſequitur, ortum à peculiari putredine habet, quæ ne poteſt quidem abſq; omni ſebre eſſe, etſi pernicioſior eſt ſimplici putredine, & à Medicis hoc reſpectu potius corruptio maligna, quam putredo appellatur; cum febris peſtilens contagioſa à ſeminario peſtis exiſtat, & ſæpe citius hominem iugulet, antequam putredo generetur, vt ita natura eius ſir corrumpere, non putreſacere. Quare hic initio monendi ſunt Medici, diſcernere me ſebres peſtilentiales, quæ capitis dolorem, anguinam, & alia ſymptomata adiuncta

Febris peſtilentialis differentia.

iuncta habent, & ex mala victus ratione, potus,& cibi corruptione, aeris diuturna, & mala intemperie,& ſimilibus cauſis ortæ ſunt,& multis quidem ſunt exitioſæ, ſed ſine contagio, niſi magna ſit corporum conuerſantium diſpoſitio: Et inter febres, quæ morbidam habent expirationem, aqua in aere,aliiſque in rebus,quæ continere illam aerem poſſunt, inquinamenta, & ſeminaria peſtilentiæ,& infectionis,diffundi, propagari,& multis eſſe exitioſa poſſunt. Has febres publicas voco ob id, quod vnis ædibus aut loco non continẽtur,ſed ſe ad alios propagant,pro vt inquinamenta in aere multiplicantur, quamuis ſcio publicum non poſſe certam ſpeciem conſtituere. Si quis malit contagioſas,& non contagioſas vocare, per me licet, qui de nominibus non litigo.

Publica.

Aliæ febres,quæ ex corruptione ciborum, vel ex impuro aere, (in quo tamen non ſunt ſeminaria veræ peſtis, quæ ex infectis corporibus exhalant) ortum ſuum habent, & non ſunt contagioſæ: ſed internam cauſam, id eſt, corruptionem humorum habent, priuatas peſtilentes voco,& ſic à veteribus dictas inuenio, teſte Galeno 3. Epidem. Nam etſi malignæ,& multis exitioſæ ſunt, tamen tantiſper ſunt priuatæ, donec putredo ea illum gradum aſſecuta ſit, vt morbida expiratio emanet,& ita contagioſæ fiant. Hic gradus vero non eſt putredo amplius, ſed potius corruptio ſubſtantialis, quam ſeminarium contagii ſequitur, quod non à ſola putredine,ſed a maligna qualitate eſt, naturæ humanæ prorſus aduerſante,ideoq; niſi ſubito tollatur,hominẽ tollit. Ideo in his morbis cauendum, ne ilico vehementia calida expulſiua,qualia in vere peſtilentibus dantur ab inſpiratione ortis,quæ ſudoribus, expiratione,& diaphoreſi curantur adhibeantur,cum ſola expulſio,& meatuum apertio, & corroboratio cordis ſatis ſit, & putredini reſiſtant,niſi natura per exanthemata ſe exoneret,in quo caſu expulſiua,ſed non fortia conueniunt. Ideo magnum errorem admittunt Medici,qui inter priuatas & publicas, contagioſas & non cõtagioſas nihil diſcernunt,ita vt ex priuato peſtilenti morbo, ſæpe publicus fiat imperitia eorum,qui putredinem augent, & naturam fortibus remediis debiliorem reddunt:(fiunt enim priuatæ peſtilentes contagioſæ,cum putredo ad eum gradum peruenerit, vt morbidam expirationem tota ſubſtantia tanquam venenum,humanæ naturæ exitioſam habeat.) Certe natura cum in morbo nihil expellit, nec abſceſſus,vel exanthemata conſpiciuntur,quomodo Medicus miniſter naturæ id audebit,& illico ad expulſiua & ſudorifera (vt de calidis taceam medicamentis) in curatione feſtinabit? Vnde ſæpe iis, qui non ſunt à peſtilenti ſeminario infecti, humores ad caput aſcendunt,& deliria, ac mentis alienationes ſequuntur, augentur febres, vires deiiciuntur,& natura,quæ ſola eſt morborum curatrix debilitatur. Etſi vero ſæpe ex hac cauſa petechiæ apparent,non ſequitur ideo ab infectione eſſe; quanquam vbi vere peſtilens conſtitutio, & ſeminaria in aere ſunt,omnes morbi malignitatem contrahunt.

Priuata.

In priuatis febribus peſtilentibus vehementer calida expulſiua noxia.

Intempeſtiua expulſio.

Prudens Medicus in peſtilentibus non contagioſis,cum ad putredinem reſpicit,& ad febrem,materias diuertit, & minuit, & membra principalia roborat,& ſic ſatisfacit muneri ſuo.

Cura febris peſtilentium priuatarum.

Cum petechiæ frequentes ſunt, poſſunt recte poſt venæ ſectionẽ (quæ tamen quartum diem antecedat) expulſiua illico dari, non tamen vehementer calida. Satis autem fuerit initio vti cornu cerui, emulſione ſeminum napi,citri,acetoſæ. Interdum ſi febris augetur,bolo,terra ſigillata, Margaritarum emulſione, corallis diſſolutis in ſucco limonum & ribes,quod & in angina efficaciſſimum eſt, naturæ ſuccurrere. Formula poteſt talis fieri.

Petechiæ.

Emulſio exp.

℞.Semin.Card.bened.ʒj.
Napi ℈j.
Aquæ veronicæ & cardui an.℥j.ß.
F.Emulſio.
Colaturæ adde ſyrup.acet.citri ℥j.
Marg.præpar.℈j.
Cornu cerui vſti ℈ij.
Miſc.

Fiat potio ſudorifera & ſæpius repetatur.

Scio ego omnia,quæ putredini reſiſtunt, etiam in infectionibus prodeſſe, neq; nego, commode poſſe adhiberi. Quod vero expulſiua quæ in infectis plurimum valent, & in publica peſte à ſeminario hauſto orta prodſunt,in peſtilentibus priuatis non valde accommodata ſint,recta ratio docet. In publica autem vel contagioſa, plurimiſq; exitioſa,ad præpotẽtem cauſam, id eſt, ad ſummũ putredinis gradum, & expulſionem hauſti ſeminarii reſpiciendum eſt. Verum de his ſatis,cum ex diſputationes Germanicis libris non conueniant.

Signa autem infectorum ſunt. Primum quidem omnium virium imbecillitas, anxietas à deleteria vi,quam ſyncope ſequitur. Vomitus item, & inquietudo, abſq; inſigni doloris ſenſu,calor,frigus, ſitis, carbunculi, petechiæ, ſi materia calida & tenuis eſt. Quod ſi vero meteria in qua contagium dominatur,aduſta,tenaxq; fuerit,comites ſunt

Signa infectorum.

apoſtemata,& bubones. quæ indicia, cum conſpiciuntur, certum eſt ſignum peſtilentis putridæ, præcipue vbi ſeminaria in aere obſeruantur. Hinc & dolores capitis, propēſio ad ſomnum, calor internus circa præcordia, qui tamen foris remiſſior apparet, dolores circa collum, halitus ex ore fœtens. Aliqui obmuteſcunt, delirant, linguam aridam habent. Nares liuidæ fiunt, ſicut & fauces. Adſunt interdum & alia ſymptomata (quæ omnia commemorari non poſſunt) prout ſeminaria malignitatem, & proprietatem certam in ſe habent, cui tantum antidotis occurritur. In aliquibus Theriaca & Mithridatium ſufficiunt, in mitioribus etiam terra ſigillata, bolus, & ſimilia. Quæ omnia conuenit obſeruare Medicum. Etſi vera antidotus ſoli Deo nota eſt, nec omnibus eadem præſcribenda ſunt. Porro hic ſciendum, quamuis natura ſeminaria illa concepta per apoſtemata, puſtulas & petechias expellit, non tamen totam materiam eiici, ſed partem eius intus retineri, quæ fomētum eſt febris peſtilentialis. Antiqui Medici pauca de bubonibus & apoſtematibus ſcripſerunt, & fere ſolos carbunculos nominant. Verum in noſtris regionibus, in quibus humores craſſiores ſunt, abſceſſus frequētes ſunt, & carbunculi periculoſi. Omnia autem peſtis ſigna expreſſe notare, prope impoſſibile eſt. Igitur meæ de curatione ſententiæ, quæ maxime diuino auxilio opus habet, hoc erit fundamentum, quod iam conſtitui, & prætermiſſis ſignis & ſymptomatibus peſtilētialibus à me vel ab aliis iam obſeruatis, hoc moneo, inter initia nonnunquam ſeminaria concepta adeo eſſe lenta, maxime in robuſtis corporibus, vt ſæpe per aliquot dies vel hebdomadas lateant, antequam cor vere oppugnent; ſæpe frigus ſentientibus ægris, interdum calorem & dolorem quendam vagum, in primis circa emunctoria. Ideo hi, ſi cum infectis verſati ſunt, mature ſeparentur, exhibitis expulſiuis, iiſque quæ roborant, antequam malum inualeſcat. Cum vero infectio non amplius occulta eſt, ſed publice graſſatur, non eſt differenda curatio, & natura morbi per ſigna, & proprietates agnoſcenda: conſiderandum ægri corpus, reſiſtendum veneno, natura roboranda. Igitur, ſi corpus ſanguine abundat, aut vitioſis humoribus, nec epar aut venarum meatus aperti, certum indicium eſt, contagium vehementius inualeſcere, & febrem, etſi foris mitior apparet, vehementiorē eſſe. Quamob cauſam ad vtrumq; in curatione reſpiciendū eſt, & curatio ad expulſionem, & ſummam putredinem dirigenda.

Fomes in interioribus latet.

Abſceſſus & carbunculi apud nos frequentes & periculoſi.

Seminaria lenta.

Et vt primū de venæ ſectione more Medicorum dicam, ita ſentio. Etſi venenum inſpiratione hauſtum venæ ſectione non expellitur, & vires in curatione conſtare oportet, quas neq; phlebotomia, neq; purgatione deiicere vtile eſt, tamen ſi corpora plethora laborāt, aut aliis vitioſis ſuperfluitatibus ſcateant, & conſtet adeſſe infectionem, vena ſecanda eſt, non neglecta tamen præpotenti cauſa. Vbi autem nulla plenitudo, nec vlla hinc virium oppreſſio fuerit, non ſubito ad venam Medicis properandum eſt, cum experientia doceat, plures hoc modo tolli, quam ſeruari. Nam miſſo ſanguine, ſi eius copia non adſit, corpora debilitantur, & humores ita commouentur, vt venenum magis dominetur. Nolim igitur eſſe author, venę ſectionis temperanter viuentibus, & plethora non laborantibus, ſicut nec purgationis in non impuris corporibus, cum in his ſatis ſit ſumpto clyſtere ad antidota confugere.

Venæ ſectio

Id obſeruent ii, qui peſtilentium morborum curationem adminiſtrant, & facile coniicient, quam multis vtroq; auxilio hoc, venæ ſectione & purgatione noceant. Certe ſi morbus à ſolo contagio eſt, vt nunc, ſectione hac minime opus eſt, vbi ſcilicet à ſola inſpiratione contracta peſtis eſt. Quod ſi vehemens putredo adſit, vt certe in peſtilentibus non contagioſis, ibi non differenda ſectio, maxime ob victus intemperantiam, & in plethoricis, modo cautio neceſſaria adhibeatur. Peſtilentes autem contagioſæ, quæ tantum ſunt à contagio, non referendæ ſunt ſub regulas, ſeu canones de miſſione ſanguinis, nec eo modo curantur, etſi venæ ſectio interdum non noceat. Quia vero in putridis mature mittendum eſt, de eo pauca monebo.

Si peſtis à contagio ſolo, venæ ſectio non conuenit. In putrida conuenit.

Primum diligenter obſeruandum eſt, cum infectio & peſtilentiales febres ſubitus morbus ſint, qui cor, imo ipſam cordis ſubſtantiam ſæpe adoritur: ſi vires conſtant, ſtatim initio in plethoricis corporibus venam non eſſe intermittendam, vt ab onere natura liberetur, obſtructiones tollantur, & putredo corruptionem non augeat. Vbi autem non eſt ſanguinis copia, & infectio ex contagio infecti orta eſt, non eſt mittendus ſanguis, ſed ſubito veneno occurrendum, modo ad putredinem diligenter attendatur.

Præterea ſi ætas tenera, aut ſenectus obſtet, ob debilitatem natura magis læderetur miſſo ſanguine, & ſatius eſt ſudore contagii ſeminaria euocari, & quotidie vti antidotis, quibus cor roboretur, & vires conſeruentur.

In ſan-

In ſanguineis autem, & vbi ſigna vtraque ſunt, & contagii, & vehementis putredinis, etſi ob magnam plenitudinem & virium ab ea oppreſſionem, vena ſecanda ſit, modus tamen ſeruandus, & parce mittendum, ne æger vires amittat, & natura cui omne nimium inimicum, teſte Hippocrate, proſternatur. Igitur Medici incogitantes ægris ſuis plus nocent, quam proſunt? qui ex recepta conſuetudine ſtatim ad venæ ſectionē confugiunt.

Quod ſi vero plethora adeſt, & magna in ſanguine perturbatio: ſatius eſt bis de die mittere, quam ſemel in quantitate magna.

Eſt quidem vnus ex ſcopis miſſionis ſanguinis non modo plenitudo, ſed & magnitudo morbi, & cum vires opprimuntur, cōmunis ſententia eſt, poſt horam viceſimamquartam mitti iam non oportere.

Verum Medicus conſiderare non tempus debet, ſed morbum, temperamentum, & vires, quæ ex pulſu maxime deprebenduntur, & ſi morbus, ac corpus poſtulant, etiam altero, vel tertio die, viribus non laborantibus, opportunū remedium non eſt intermittendum. Sed Medici periti raro talibus curationibus interſunt: ideo chirurgis hoc dictum eſto.

Cum autem bubones, apoſtemata, & exanthemata apparent, hoc ſciendum, ſi ſine rigore, & calore erumpunt, & nulla ſigna nimii ſanguinis adſunt, non eſſe mittendum ſanguinem; ſed contra venenum pugnandum. Vbi vero plethora eſt, & febris ſe oſtendit, & vires ferunt, magna tamen cautione adhibita, ne veneni vis augeatur, vena ſecari poteſt. Quod vero aliqui exiſtimant, ita trabi intra venas venenum miſſione ſanguinis, recte dicitur in eo caſu, cum natura critice expellit. Sed quia ob copiam natura coacta hoc facit, releuanda eſt ab onere, ſi ſatis manifeſta eſt plethora, & viriū robur, vt ſuperari reliqua materia peccans poſſit. Nam hic ſecundū Deum, natura ſola adiuta remediis veneno reſiſtit, & fruſtra experimentis creditur. Præcipiunt aliqui, vt bubonibus & carbunculis in venæ ſectione cucurbitulæ apponantur, ſine ſcarificatione, vt venenum in eo loco maneat, quo natura ſemel expulit, imo vt & euocetur magis: quorum ſententiam non improbo, modo ne quis grauior dolor conſequatur, & ſuadeo, vt omni cura, id, quod natura aliquam in partem propellit, cucurbitulis, emplaſtris è reſina, & pice euocetur, quod ſi ſuccedit, vena intermittenda eſt, & ſoli veneno occurrendum. Quod ſi natura apoſtema molitur, ſuppuratio tentanda, & vis detrahenda, vt infra docebo, cor muniendum perpetuo, & expulſio adiuuanda.

Cucurbita apponenda.

De loco autem miſſionis ita docent veteres practici, ſi plenitudo adſit, primum clyſtere adhibendum eſſe. Poſtea mediam dextræ ſecandā, & ſi ſanguis abundat, multum mittendum; poſtea in ſiniſtro latere. Nam vtraque æque vicina eſt cordi. Quod ſi vero citra ceruicem, & aures aliquid eruperit, cephalicam ſecant: ſin ſub axillis, baſilicam, vel mediam, quæ ſi non appareat, infra in manu mittendum maxime ad auricularem.

Sin vero circa pudenda ſit eruptio, in pede eiuſdem lateris vena pertundatur. Sed cum circa aures, vel ceruicem quid erupit, capiti proſpiciendum. Si circa pudenda, epati: cum certum ſit, parotides non apparere, niſi affecto cerebro: nec bubones, niſi epate affecto. De his hic locus copioſam mentionem non fert: illud ſaltem concluſionis loco addam, me in febribus cōtagioſis, & à contagione ortis venæ ſectionē ſuadere non poſſe: ſed tantum quia communis opinio vim veritati affert, & quia magna eſt noſtræ gentis intemperantia, vt id fiat, quod tutiſſimum eſt. Et tamen magis ad victus rationem quam ad miſſionem ſanguinis reſpiciendum, & etiamſi ægri, vt vires conſeruentur, interdum cogendi ſunt, vt edant, iuxta ſententiam antiquorum Medicorum, tamen ad eſum carnium ne adigantur. Porrus purus ſit, in quem Senecio ſit impoſitus: poſſunt & ſani homines ea planta in potu vti magno commodo. Raſura autem cornu cerui præſtantiſſimum eſt. Nam prępotenti illi cauſæ non modo medicamentis, verumetiam alimentis & alteratione aeris attrahendi accurate reſiſtendum eſt.

Infuſio Senecionis.

De purgantibus & purgandi ratione

ETIAM purgandi certæ leges ſunt, videndumque, an permittere purgationes vtile ſit, & quando neceſſariæ ſint, vel non ſint, itidemque num præparatio aliqua materiæ præmittenda ſit. Quia vero ſupra monui in præſeruandi ratione, eos, qui impure habeant corpora, (nam hi ſoli ea euacuatione indigent) de conſilio Medici præſentis euacuari oportere, ac victus moderatione, & vſu pillularū, vel orbiculorum cumulationi humorum occurrendum eſſe; plane confido, ſi quis ei conſilio obedierit, eum in curatione euacuationē non deſideraturum. Quippe nullo purgante medicamento ſeminarium peſtis eiicitur, niſi for-

taſſe magna naturæ commotione facta, quod fit ſatis perículoſe cum antimonio, & ſimilibus, quorum vſu natura irritata cum noxiis etiam vtilia eiicit. Qui vero neglecta noſtra ſuperiore admonitione impuritatibus ſcatent, & debiles ſunt, non initio morbi ſtatim purgandi ſunt, cum periculum ſit, ne vires plane concidant. Sed ſi vires conſtant, ſtatim id, quod adeſt, expurgandum eſt, modo ne expulſio impediatur: ſed purgantia ſimul etiam veneno aduerſentur, vt eſt oxymel cum agarico, & infuſo ſenæ, quod pituitam, & aduſta euacuat: facit idem ſyrupus roſatus ſolut. cum decocto Thamarindorum, qui ſiccos bilioſos humores expurgat: vtrunq; veneno reſiſtit, & dantur ab ℥j.ß. ad ℥ij.ß.

Purg. ſimul Alexipharmaca.

Poteſt & decoctum fieri ex herbis, & radicibus, quæ veneno repugnant, & ſolutiua admiſceri & potionem Ruffi, tantopere à veteribus commendatam, pro morbi conditione ſumere, non inutile fuerit.

Potio Ruff.

Et quamuis fatendum eſt, purgantia omnia ſolutiua iis eſſe periculoſa, qui iam infecti ſunt: & humores vitioſos ex ſententia Medicorum prius præparatione indigere, ſi vere ex arte purgatio debet inſtitui, tamen quia tempus & moram eam in præparando morbus ferre non poteſt, ob metum collabentium virium, ideo ſtatim initio purgandum eſt corpus, modo ne venenum, quod purgatione non eiicitur, intempeſtiue commoueatur; ſed onus tantum ſubtrahatur. Ideo, qui hos morbos curant, monitos volo, vt caute & circumſpecte præbeant purgantia, ne plus noxæ, quam commodi ſequatur. Ac niſi ipſa neceſſitas poſtulet, oe oxymel quidem cum agarico, aut ſyrupus roſ. ſolut. (quem ego peculiariter cum extracto Rhabarbari præparari curaui, & certe vtrumque veneno aduerſatur) vſurpandus eſt, ſed tantum veneno occurrendum antidotis expulſiuis, materia per clyſteres ſubtracta. Scribit enim magni nominis practicus, eum qui mature his tribus vtatur auxiliis, clyſtere ſimplici, (non compoſito ex quamplurimis, vt fit plerunq; non ſine læſione) venæ ſectione, & antidoto contra venena & putredinem, certo ſeruari. Ac ſi quis obiiciat, non tuta eſſe clyſteria ob metum ſecuturi fluxus colliquatiui, reſpondeo locum Galeni de colliquatione in febre peſtilentiali, non de fluore alui colliquatiuo accipiendum eſſe. Non interim nego, ſi feces tenues, & frequentes excernantur, rem eſſe in periculo, & magis, aliquando, quam ſi aluus nihil excerneret: ſic & cum vrina nigra & turbida eſt, vel cruda; ſi profluat ſanguis, ſine ægri leuatione, ſi externa refrigerentur, ſi ſudor frigidus circa pectus, & nares liuidæ ſunt, facies ſæpe mutetur, quæ omnia lethalia ſigna ſunt. Sed de quæſtionibus, ex quibus vulgus parum proficit, non eſt hic laborandum. Monui tamen propter eos Medicos, qui in libris editis craſſos errores nobis obtrudunt, & præcipitatum ac antimonium tantopere commendant, cum maiore hominum interitu, quam ſalute, & auxilio.

Cautela.

Signa periculoſa.

Addam autem formulas medicamentorum, quorum ſupra mentionem feci.

Oxymel cum Agarico.

℞. Mellis ℔ j.
Aceti ℔.ß.
Agarici ℥ ij.

Decoq. & colentur, in colatura infunde agarici trochiſc. in petia linea ʒ ij. Seruetur ad vſum:

℞. Huius oxymel. ℥ ij.
Brodii Zinziberis condit. ʒ ij.
Aq. Cinam. ℈ j.
M. f. hauſtus.
℞. Syrup. roſ. ſol. q. v. in ſingulis vnciis infunde Rhab. opt. ʒ j.

Deſcribam autem ordine proceſſum eruditi Medici. Primum is præbet talem potionem, aut medicamentum eiuſdem intentionis & ſcopi.

℞. Aquæ nucum ℥ iij.
Succi val pulu. verbenæ ʒ j.
Theriacæ ℈ ij.
Croci g̃. vj. Miſce.

Aqua nucum ita præparari debet:

Aqua nucum.

℞. Iuglandes virides, incidantur minutim, & infundantur aceto, donec marceſcant, & poſtea deſtillentur: poteſt etiam ſine aceto præparari. vel ſaltem, vt aceto irrorentur. Præparatur & hoc modo.

℞. Nucum iuglandium immatur. circa feſtum D. Iohannis collectarum num. 100.
Scabioſæ.
Verbenæ.
Solani.
Semperuiui an. m. j.
Miſce, & affuſo aceto vini optimi per noctem ſtent in infuſione, mane deſtillentur lento igne.

Ea potio aliquando vomitum ciet, abſq; læſione ventriculi, tamen ſudorem pellit, & vehementer veneno aduerſatur. Vbi autem non multa materia eſt in ventriculo, clyſtere detur ex decocto veronicæ cum butyro bene ſalito, vel ſuppoſitorium. Aliqui cremorem hordei vſurpant pro enemate, quod & ipſe probo, ſi flatus non gignit, cum bene acres humores contemperet. Vbi autem craſſi ſunt humores pituitoſi, neſcio quid conſe-

Clyſter.

conſecuturum ſit. Hunc vſum enematum ea lege pono, quatenus opinio de venæ ſectione locum habet, quam ob magnitudinem morbi nemini eximam, ſaltem hoc aſfirmo, ſi quo in auxilii genere magna cautio adhibenda eſt, id maxime in ſecanda vena præſtandum eſſe.

Iam qui aqua nueum vſi ſunt, duodecim horas quieſcant, & ſaltem interea cor, & ventriculum muniant cruſta panis cum aceto, & abſinthio ventriculo impoſita. Qui ea aqua non ſunt vſi: etſi ſemper abſque incommodo vſurpari poteſt, ſed clyſtere ſumpſerunt, & venam ſecarunt, iis mature hæc potio detur, vt ſudent:

Sud. riferũ.

℞. Aq. Tormentillæ.
Cardui an. ℥ ij.
Theriacæ ℈ j.
Terræ ſigillatæ vel Boli ʒ j. m.
Camphoræ gr. iij.
Aceti roſarum parum. Miſce.

Si deeſt terra Sigillata, vel bolus, eius loco cornu cerui vſurpetur, cum margatis, & oculis cancri. Si ne ſic quidem ſudor ſequitur, non ob id damnandũ remedium. (Nam nec ſudor ſemper prodeſt) & tum electuarium Theriacale de ſuccis cum aq. acetoſæ, vel nucum dari poteſt.

Diaſulphur.

Ad prouocandum ſudorem, & expulſionem multis Diaſulphur placet. Quia vero ſulphuri malignitas non facile adimitur, & ſæpe præparatione fit deterius, ſuadeo, ſi qui rectam præparationem nõ nouit, vt ſecurius agat, & puluere curatiuo cum optima theriaca, & ſucco cardui vtatur. Pauperes coquant Tanacetum in tenui cereuiſia, cum aceto, & hauſtum inde bibant. Calido tempore pro Tanaceto, acetoſa ſumi debet. Addi poteſt & puluis de camphora & Scordio aurei quantitate, vel in aqua cardui benedicti calide ebibatur. Quod ſi potiones ex euomuntur, debent tertio iterari, ſi ne dum quidem manent, hæc potio ſumatur:

Decoctum Tanaceti.

Alia ſudorifera potio.

℞. Extractionis de angelica & Enula an. ℈ ß.
Aquarum ſcabioſæ.
Cardui an. ℥ j. ß.

Sal Angel.

Cui extractio vera angelicę non nota eſt, vtatur decocto, vel ſale angelicæ, qui valide ſudorem mouet, ſicut ſalia ex herbis, quæ in hac affectione vſurpantur, ſcordii, ſcabioſæ, cardui, ſecuriſſima & præcipua expulſiua ſunt. Modum autem præparandi, omnes periti pharmacopolæ ſciunt ex Reymundo Geber, vt non ſit neceſſe a Paracelſiſtis talia petere. Eiuſdem extractionis loco addi poteſt & ſuccus verbenæ optime coctus, & inſpiſſatus ad drachmam vnam, & æger verbenam maſticet. Quod ſi ne ſic quidem continetur potio, ſolus Devs poteſt ſuccurrere. Attamen ʒ j Mithridatii, & ʒ ß. Zedoariæ in Aqua Scabioſæ detur calide, pane etiam calido cum aceto impoſito ventriculo. Fateor extracta & deſtillata in his morbis plurimum valere, ſed artificem, & moderatorem poſtulant. Ideo nõ ita abſque diſcrimine præſcribenda, ſi per ſolos pharmacopœos, & imperitos Medicos gubernantur: multo minus hominibus ea porrigenda ſunt.

Cautela. ſymptomatum.

Porro & illud conuenit obſeruare, vbi magni ſunt dolores capitis, vel ventriculi, & ægri non dormiunt, camphorata caute adhibenda eſſe & calidis temporib. caute calida exhibenda, cum periculum ſit, ne inde vires concidant; & tum porrigendus bolus armenus, terra ſigillata, vel eius loco cornu cerui cũ bene deſtillata aqua, vel pura aqua fontis, & aceto. Sed ſi nullus adeſt capitis dolor, camphora, vel oleum vitrioli bene præparatum, cum ſulphure recte præparato detur, pro vt vires ægri ferunt. Quanquam in hoc caſu, vel iſta febre, camphora, oleum vitrioli, vel bene præparatum ſulphur non ita metuenda ſunt, quam in febribus intermittentibus cæteris & continuis, in quibus iſti experimẽtatores incautiſſime & raro ſine periculo præbent.

Ne quis autem queratur, non integre me ſententiam meam de curatione expoſuiſſe, & non poſſe quenquam ſanari, niſi pharmacopolia Breslenſia ad manus habeat, volo magnorum Medicorum remedia quædam recitare, quæ magno ſucceſſu à plurimis vſurpata ſunt. Poſſem de iiſdem multas experientias veriſſimas commemorare, quas partim ipſe obſeruaui, partim ab aliis audiui fide digniſſimis. Modo illud primum præmittam, nullum eſſe remedium, quod omnibus anni temporib. in hoc morbo præſcribi poſſit. Nam etſi omnes febres peſtilentiales quæ veræ contagioſæ ſunt, de quibus ſolis hic agimus (non de peſtilentibus non contagioſis à ſola putredine ortis) vbi malum extrinſecus contagione deriuatur, & inſpiratione concipitur, expelli debent & quaſi venenum antidoto iugulari, tamen expulſionis modus ſit oportet, & non quodlibet quolibet tempore dandum, inſuper & cor, quod maxime oppugnatur, & vires naturales roborandæ, quod niſi fiat, expulſiua parum profuerint. Extat autem puluis qui ante 43. annos hic magno ſucceſſu vſurpatus fuit, & a multis, vt commune curatiuum ſæpius datur.

Puluis D. Ioh. Heſſi.

℞. Sacchar. cand ℥ iij.
Zinziberis ʒ ij.

Camphoræ ʒj. Miſce.

Hic puluis ab excellentiſſimo Theologo D. Iohan. Heſſo in xenodochia, & alia loca miſſus eſt, & ab infinitis hominibus magno commodo vſurpatus, & multo ante illa tẽpora celebratus. & ſunt hic, qui pro omniũ febrium curatione præbent, quo iudicio, prudentes Medici facile poſſunt coniicere: ſed nõ patiuntur ſibi iſti opiniones ſuas adimi. Datur autem puluis ad ʒj. in aq. cardui vel ſcabioſæ, citiſſime: Aliqui in vino dant, quod non probo. Vtiliſſimum eſt ſumere in aqua, & aceto, in quo Tanacetum ſit decoctum, maxime non calido tempore. Nam tum refrigerantia expulſiuis admiſcenda ſunt. Cur autem hic camphoræ addatur zinziber facile coniici poteſt, quia author camphoram frigidam exiſtimauit, vt & vulgo habetur; ſed camphora abſque dubio eſt tenuiſſimarum partium, calefacit cum calidis, refrigerat cum frigidis. Ideo ei libentius calidis temporibus, bolum armenum, præparatos oculos cancri, vel cornu cerui adderem.

Alius puluis,

℞. Terræ ſigillatæ vel Boli arm. præparati, & in aq. ſcabioſæ loti, zedoariæ, diptamni, tormentillæ, zinziber. an. Camphor. addatur, cum caput non infeſtatur ad quamliber ʒ gr. v.

Datur hic puluis in aq. Cardui ad ʒj. vt ſudor ſequatur, vſurpatus fuit ab excellentiſſimo Medico Florẽtino in Italia, & adhuc hodie celebratur, quanquam Itali ſolam Tormentillam puluerisatam ad ʒj. cum bona Theriaca præbent, quod mihi non diſplicet. Et quia tantopere commendatur puluis Wildii de Euphorbio, eum quoque deſcribam.

Pul. Wildi.

℞. Euphorbii ʒj.
Maſtichis ʒij.
Croci drachmam mediam.
Sacchari ʒ iij. Datur ad ʒj.

Profuit multis in peſte bubonibus inſignita.

Electuarium.

℞. Scordii ʒiij.
Tormentillæ.
Diptamni albi.
Zedoariæ.
Gentianæ.
Angelicæ.
Caryophyllatæ an. ʒj.
Croci.
Camphoræ an. ℈ij.

Puluerisentur omnia ſeorſim, & commiſceantur & aſpergantur aq. cardui, in qua diſſoluantur Theriacæ ʒ ij. & cum ſyrupo de ſucco cardui & ſcordii, fiat Electuarium.

Hoc Electuarium datur in aq. cardui ʒj. vel plus etiam. Præparatur etiam, vel ſine camphora, & efficaciam eius poſſem veriſſimis teſtimoniis oſtendere, & facili ſumptu paratur, & paratu facile eſt. Si quis malit Diaſcordion Fracaſtorii, poteſt eo vti, cum ſit præclariſſima compoſitio; præfero tamen ei compoſitionem theriacalem Matthioli, vel Germanicam meam Theriacam.

Diaſcordii Fracaſtorii. Theriaca Matthioli. Cratonis.

Aliud Electuarium.

℞. Rad. Diptamni.
Tormentillæ an. ℥ß.
Succini albi ʒj.
Camphoræ ʒß.
Hyacinthi præpar.
Auri fol. vel ſubtil. lima. & ſucco limonum vel aceto citri præparat. an. ʒj.

Puluerisentur puluerisanda ſubtiliſſime ſeorſim, & commiſceantur, & aſpergantur aliquoties aqua cardui, in qua decoq. radic. Zinziber. & poſtea commiſceãtur cũ Theriacæ opt. ℥ j. ß. add. ſyrup. ſcordii parum. Detur de eo ʒj. ß.

Aliud.

Curatio Regis Vng. præſeruans [...]

Ludouicus de Leonibus præclariſſimus Medicus hoc præſcripſit Regi Vngariæ, & magno munere affectus eſt.

℞. Tormentillæ.
Diptamni.
Gentianæ.
Terræ ſigillatæ.
Corall. rubeor. an. ʒj.

Sed magis habeo pro præſeruatiuo quam curatiuo, & tamen in carbunculis, vel peſte carbunculis inſignita tutius remedium eſt, quam alii calidi pulueres. Ponit autem Ludouicus de Leonibus, vt à diſcipulo eius obſeruatum reperio, hoc præſeruatiuum.

℞. Sem. acetoſ.
Citri.
Tormentillæ an ʒij.
Boli armen. ℥ij.
Margarit.
Cornu cerui an. ʒj.
Santal. omnium.
Ocymi an. ʒj. f. puluis.

Huius tertia pars ſumitur mane in aq. acetoſæ, & pauco aceto. Hæc autem cæteris addere volui, quum hoc anno 1585. prope in omnibus infectis corporibus carbunculi reperiantur. Electuarium autem ſupra præſcriptum etiam curationi ſeruit, & addi poſſet vnicornu & ſmaragdus, quanquam neſcio, quid noſtris precioſis lapidibus fidendum ſit. Cur magnifaciam illud Electuarium alias ſignificabo, & certum eſt, ſi quid contra peſtem magnam vim habet, hoc eſſe vnum ex præcipuis: nihil tamen cæteris

Electuarium Cratonis.

vel

vel compoſitionibus, vel ſimplicibns detra-ctum volo: & extant multi hinc inde pulueres, multa electuaria, & potiones, è quarum numero ſeligat quiſq; quod maxime arriſerit, tãtum moneo, qnod & antea aliquoties, nimium calidis medicamentis tempore calido natnrám non eſſe debilitandam, nec vrgendos ægros nimium, maxime quorum rara & calida corpora ſunt, vt iuuenum, facileque reſolunntur. Leguntur autem paſſim & alia nonnulla, quæ & ipſa hoc loco placnit adſcribere.

℞. Theriacæ opt. ʒj.
Smaragd. gr. v.
Sem. citri.
Scordii an. ℈ß.
Aq. nucum.
Vel Veronicæ.
Acetoſæ.
Scabioſæ.
Aceti ℥ iij.

Aliud.

℞. Aquæ Buglosſ. ℥ iij.
Margar. præpar. ℈j.ß.
Raſuræ auri ℈j.
Vnicornu veri ℈ß.
Miſc. f. hauſtus.

Aliud.

℞. Ther. elect.
Spec. Liberantis an ʒß.
Pulueris Diptamni.
Zedoariæ.
Terræ ſigillatæ.
Croci.
Boli armen. an. ℈ß.
Aq. Scabioſæ.
Sambuci an. ℥j ß.
Aceti ℥ß.
Miſc. f. potio.

Puluis Diaphoreticus Pragenſium.

Zedoariæ.
Enulæ campan.
Pimpinellæ an. ʒj.
℞. Rad. Scrophul.
Tormentillæ an. ʒ ij.
Croci ℈ij.
Camphoræ ℈ß.
Miſc. Doſis ʒj. cum vini ℥ iij. & aceti ℥ß.

Aliud.

℞. Decoct. rad. Chelid. fact. cum ſuff. q. aceti roſ. ℥ iij.
Theriacæ elect. ʒj. Miſc.

Aliud.

℞. Radic. Cucumeris ſylueſtris q. ſ.

Teratur in mortario cum teuellis foliis ſemperuiui, apii & coriandri benetritis & mixtis, adde mellis & piperis modicum. Seruetur in vaſe ſtanneo, datur quantitas nucis auellanæ ex vino optimo. Tanta eſt vis huius medicamenti, vt qui eo vſus fuerit, tutus ſit a baere venenato, & cũ infectis conuerſari poſſit, & correptus saneſcat.

Aliud.

℞. Sulphuris.
Croci.
Theriac. Venet.
Thuris an. ℈j.
Cum liquore conueniente detur.

Aliud.

Aqua præſeruatiua.

℞. Aquæ deſtillat. ex meditull. radicis perſonariæ maior. & cortice tenero interiore, & ſurculis teneris fraxini arboris. Vſi ſunt Gedanenſes, Anno 1564. preſeruat horis 24. Vide Plinium de Fraxino.

Puluis Alexipharmacus.

Puluis præſeruatiuus.

℞. Boli veri aliquoties loti ℥j.
Rad. Tormentill.
Dictamni.
Tunicæ.
Santal. rubeor. an. ʒj.
Raſuræ eboris.
Spodii.
Corticum citri an. ʒß.
Margarit. ſplendid. ℈ij.
Fragment. Rubini, Granati, Smaragd. Saphir. Hyacinth. an. ℈j.
Raſur. vnicornu ʒß. Miſc. f. puluis.

Aliud.

Potio diaphoretica.

℞. Vnicornu.
Cornu cerui vſti.
Scordii an. ℈j.
Camphoræ gr. iij.
Syrup. de cort. citri ℥j.
Aq. veron. ℥ ij.
Miſc. f. hauſtus ſudoriferus.

Geſnerus in Epiſt. ad Cratonem.

Electuarium Geſneri.

℞. Euphorbii.
Maſtichis an. ℥ß.
Croci oriental. gr. v.
Trita excipiantur melle roſac. f. Maſſ.
Doſis ℈j. ad ʒj.

Florentini Medici.

Puluis Florentinorum.

℞. Euphorbii ℈ xvj.
Gummi elem. ℥j.ß.
Maſtichis ℥j.
Miſce. Doſis ʒj. cum aq. ſcabioſ. vel brodio.

Geſnerus in Epiſt. ad Platerum.

Potio præſeruatiua Geſneri.

℞. Philonii ʒß.
Maſtichis.
Angelicæ.
Tormentill.
Euphorbii.
Camphoræ an. ℈ß.
Aq. acetoſ. ℥j.ß.
Aceti ℥ß. Miſc. f. hauſtus.

Idem.

℞. Theriacæ veteris ʒ j.
Elect. de ouo ʒ ß.
Ol. vitrioli gutt. vij.
Aceti fortiſſimi ℥ j.
Aq. Borrag. ℥ ij. Miſc. f. hauſtus.

Aliud.

Electuarii.

℞. Myrrhæ.
Croci.
Os de corde cerui.
Dictam. alb. an. ℈ ij.
Zinzib. albiſſ. ℥ ß.
Camphoræ ʒ j. ß.
Zedoariæ ʒ ij. ℈ ij.
Tormentillæ ʒ ij.
Theriacæ.
Mithridatii an. ℥ iij.
Miſc. f. electuarium.

Aliud.

℞. Puluer. fol. ſcordii ʒ vj.
Zedoariæ.
Angelicæ.
Caryophyll.
Tormentill.
Dictamni an. ʒ ij.
Gentian. ʒ j. ß.
Croci ʒ j.
Teriacæ veræ ℥ ß.
Syrupi de ſucco ſcordii q. ſ.
f. Electuarium.

Satis iam multa hæc. de quibus omnibus veriſſimum eſt, difficile eſſe vti curatiuis, cum peſtis cor iam obſedit: vt iis accidit, qui in noſocomia altero vel tertio die à cõtagio hauſto transferuntur. Quo loco ne hoc quidem eſt diſſimulandum, crudele eſſe, etiam non infectos in ea loca detrudi. Etiam illi malefaciunt, qui cum lenta inquinamenta conceperint, & in expellendo naturam fortem habent, tamdiu inter homines circumeunt, donec ſubito in publico concidant. Verum vt de compoſitis agam medicamentis, ſi quis compoſitionem deſiderat, in qua fere omnia ea ſimplicia ſunt, quibus veneno reſiſtitur, reperiat huiuſmodi in commentariis D. Matthioli in Dioſcoridem, certe Theriacæ par eſt. Eſt & aqua eiuſdem præſeruans.

Antidotus Matthioli.

Aq. præſeruatiua Matthioli.

℞. Aq. vit. ex vin. opt. quater deſtill. ℔. iij.
Syrupi de ſucco citri ℥ v.
Vini maluat. ℥ iiij.
Antidoti Matthiol. ℥ x.
Camphor. ʒ ij.
Rad. Diptam. alb.
Tormentillæ.
Biſtort.
Zedoariæ an. ℥ ß.
Spc. elect. de gemmis.
Liberantis.
Cinamom. opt. an. ʒ ij.
Moſchi fini ℈ ß. f. infuſio per dies octo ſingulis diebus ſemel agitando. Deinde per tres dies quieſcant, & per declinationem in aliud vas, quouſque clara fluxerit, percolentur. Seruetur vſui vitro clauſo Doſis ℥ j. poteſt miſceri cum ſucco citri vel limonum.

Quinta eſſentia metallorum.

Quod vero aliqui exiſtimant, ſe ex compoſitionibus, quas bolus, gemmæ, aurum, argentum, & eiuſmodi alia ſimplicia ingrediuntur, quintam eſſentiam poſſe extrahere, id falſum eſſe, ſciunt deſtillationum periti, & mera impoſtura eſt; quicquid de auri, & gemmarum deſtillatione dicitur, & tamen ab his non modo principes, ſed & ipſi Medici per ſæpe decipiuntur.

Ferdinandus Imperator cum diligenter in omnia inquiſiuiſſet, tamen in tabulato acquieuit. Imperator Maximilianus magnum volumen collegit antidotorum, quæ à Principibus & doctis Viris hinc inde acceperat, ſed in eo nihil eſt, cui fidere quis tuto poſſit. Contuli & ego cum multis magnorum Principum Medicis. De omnibus idem eſt meum iudicium. A multis annis ſicubi eſſet peſtilentia graſſata, ad eorum locorum Medicos ſcripſi, & quid in infectionibus præſtantiſſimum deprehendiſſent, rogaui. Vt clariſſimi Medici, Hieronymus Donzellinus, qui in Veneta peſte multis profuit: D. Theodorus Zuinggerus, qui infectos Baſileæ inuiſit, & curauit, D. Ioachimus Camerarius Norimbergæ Medicus, id poſſunt teſtari; ſed nihil de me glorioſe prædicabo, cum per ſe cuique æſtimate facile ſit, quantas occaſiones apud tres Imperatores multa inueſtigandi habuerim. Optimum hoc, quod DEI benedictionem adiunctam habet.

Euporiſta pro pauperibus.

Nunc & pauperibus quædam præſcribenda ſunt, quibus in neceſſitate vti poſſint: profuit multis puluis ex camphoræ parte vna zinziberis duabus, ſacchari candi tribus. Addunt aliqui tantum ſulphuris bene præparati, multiplici fuſione in ceram. Sulphur & camphora, pro validiſſimis contra peſtem medicamentis habentur, quod non abiicio, modo videat quis quam bene præparatum ſulphur ſit. Ego loco zinziberis ſumerem cornu cerui, oculos cancri, vel bolum, maxime calidis temporibus. Quod ſi quis meliorem habet præparationem ſulphuris, cum ſale, oleo Tartari, & ſpiritu vini, poteſt ea vti, modo caueat, ne ex ſulphure arſenicum faciat. Id remedium autem ſolis validis corporibus competit. Reliqui inualidiores vtantur plãtagine cum radice, acero-

acetoſam, & Tanacetum coquant in aqua & aceto partibus æqualibus calido tempore. Frigido tempore, Diptamnum album, & Tormentillam ana..contundantur, & coquantur io aq. cardui, vel aqua ſimplici; addant Angelicam præparatam, & frigido in aere aliquid vini addatur. De eo puluere ſumatur quantum quinq; groſſis albis excipi poteſt, & ebibatur. Euocat venenum valide per ſudorem. Poſſunt pauperes etiam coquere ſcordium, verbenam, rutam, tanacetum in aqua, & aceto, & quotidie ſemel vel bis bibere, quãdiu curatione indigent. Hyeme radix chelidoniæ & petaſitis, & lappa maior, & radix gentianæ coquantur in vino, addantur zedoaria & ante præſcripta electuaria. Quia autem infectis pueris, & grauidis propoſita remedia noo daotur, iis etiam proſpiciendum eſt.

Pro infantibus & pueris remedia.

Hirudines & ſcarificatio-nes.

SI Chirurgi rationem tenent tractandi hirudines, & ſcarificationes pedum & natium, hoc auxilium pueris etiam eſſet vtile, maxime in putredine, & peſtilente non contagioſa, ſi ſigna ſanguinis copioſi adeſſent. Sed quia in his locis familiare non eſt, multa de eo eſſent prius monenda, & tamen ſic etiam aliter ab aliis acciperetur. Igitur, ſi teneri adhuc ſunt, detur ſcrupulus vnus contuſæ Tormentillæ in ſyrupo cardui. Quod ſi tertium vel quartum annum ſuperarunt, de electuariis curatiuis ſcrupulus vuus vel ʒ ſ. in aq. cardui detur, & in potu aliquid de tabulato meo iniiciatur, in quo ſit & cornu cerui limatura. Aluus aperta ſit, non tamen vſurpata caſſia, vel prunis cum foliis ſenæ, quibus nonnunquam natura in pueris valide expellens, ab officio ſuo auocatur.

Grauidis quid obſeruandum.

HOc certe attentione opus eſt, ne bis peccetur. Igitur mulieri ſanguineæ & id conſuetæ facere cum vterum geſtauerit, poteſt vena ſecari cum peſtilens eſt febris, non contagioſa, & nondum ſeptimus menſis numeratur à conceptione, ſed per vices ſanguis mittatur, horis duabus aut tribus interuenientibus. Periti chirurgi ſciunt, quomodo coalitio venę oleo aliquo ſit inhibenda, ne altera pertuſio ferenda ſint. Inter vtramque autem miſſionem vtatur grauida bolo armeno, in aq. tormentillæ. Quod ſi non eſt valde ſanguinea, nec antea in pede (quod pleræq; faciunt magno ſuo cum periculo, cum ſint grauidæ) ſanguinem miſit, ſuaden potius medicamentorum vſum. Si nimium eſt ſanguinis, & neceſſitas vrget,

Coalitio venæ oleo inhibenda.

ex duobus malis minus eligendum eſt. Mature autem iis detur tormentilla contuſa, & zedoaria ʒ ß. vt ſudeot io lecto, vel vtantur hac potione.

Decoctum ſudoriferum in grauidis.

℞. Zedoariæ.
Cornu cerui an ℈ ij.
Margarit. ℈ j.
Mithridat elect. ʒ ß.
Decocti Zedoar. in aq. ſcabioſæ ℥ iij.
Syr. de corticib. citri ℥ ß.
Miſce.

Cibo admiſceantur coralli albi præparati, & externis remediis roboreotur. Quia vero fere abortus infectionem ſequuntur, quamdiu infans viuere deprehenditur, abortus præcauendus eſt. Aluus diligenter aperta ſeruetur, & pro corroboratione veſperi, & mane vtantur hoc electuario quaotitate nucis iuglandis.

Electuarium fœtum confortans.

℞. Terræ ſigill. veræ. Vel:
Boli armeni. Vel:
Cornu cerui vſti.
Tormentillæ.
Margaritarum an. ʒ j.
Foliot. auri num. iij.
Sacchari in aq. Borrag. diſſol. ℥ iij.
Miſce.

Et ſi æſtus eſt, de die & nocte aquam Tormentillæ, acetoſæ, vel Borrag. poſſunt bibere, cum tritis Margaritis, & pauca aq. Cinam. & ſyrup. acetoſ. citri.

Quod ſi ita infectæ grauidæ præſcripta antidota ſumpſerint, & retinuerint, & fecerint illa, quæ debent, non quieſcendum eſt in his, ſed cor, & interna viſcera maxime fœtus, cibo, & remediis intus ac foris muniendus eſt. Semper etiam veneno reſiſtendum eſt, & videndum, quid natura valeat, quæ ſi apoſtemate vel exanthemate ſe vult liberare, vt eius diligens ratio habeatur, & apertum ſeruetur, quamdiu id fieri poteſt, quod & io cæteris ægris faciendum eſt.

Poſſunt grauidæ à tertio, & quarto, ad quintum menſem citra fœtus iacturam ſumere Spec. liberaotis ʒ j. in vino panco, vel aceto, vel Theriacæ optimæ ℈ j. cum ſpeciebus liberantis ℈ j. ß. A menſe vero quinto, vſque ad ſeptimum ſumant Theriacæ ℈ ij. Specierum liberantis ℈ j. ß. Iuuet ſudandum epithematibus cordialibus, admixta camphora & corroborantib. præſeruatiuis corroborentur. Aliqui & hoc probant.

℞. Decoct. Zedoariæ in aq. ſcabioſæ ℥ iij.
Mithridat. elect. ℈ ij.
Syrupi de cort. citri ℥ ß.
Miſce. f. hauſtus.

Aliud.

℞. Diptamni albi.
Tormentillæ an. ʒ ij.
Margarit. ʒ j.
Fol. auri num. iij.
Sacchari in aq. Borrag. diſſol. ℥ iiij.
Miſc. f. rotulæ ad roborandum.

Hic monere operæpretium eſt, ſuaderi ab aliquibus, vt materia in apoſtematibus & puſtulis, cucurbitulis euocetur, quod probo, vbi exanthemata ſunt. Ad id frictiones vtiles ſunt veterum, cum aqua, oleo & nitro, vt Ruffus & Aetius docent, verum de his cum de publica peſte & contagioſa agamus, nihil eſt neceſſe doceri. Deſcriptio talis eſt.

Linimentũ ad exanthematum euocationem.

℞. Olei amygdal. amar.
Aquæ an ℥ ij.
Nitri ʒ ij.
Miſc. bulliant vſque ad aquæ conſumptionem, vt redeant ad formam linimenti.

Aq. Acetoſa cum ſucco limonum, vel aceto ſingularis.

Vnum addam, bene deſtillatam aquam acetoſæ cum ſucco limonum, vel aceto pro pueris & grauidis tantum valere ad curandum, quantum fortaſſe nulla alia operoſa compoſitio. Sed multum eſt in deſtillatione poſitum: poſſunt & alii vti, maxime ſi carbunculi appareant.

Quæ victus ratio infectis obſeruanda ſit.

Victus ratio in infectis.

IN victu non eſt indulgendum ægris, ſi nolint edere, ſed cogendi diligẽter, modo vt parum & ſæpe detur, & ii cibi porrigantur, qui in ventriculo nõ facile corrumpuntur, & boni ſucci ſunt. Igitur vtiliſſima iura gallorum cum citro & acetoſa cocta. Item ſuccus ptiſanæ in tali iuſculo coctus. Pauperibus cibi cum aceto præparentur, nec onerentur carnibus: Poſſunt tamen veſci aſſis auiculis, gallinis, carne vitulina. Oua ægris non proſunt, maxime cum butyro. Omnia mediocriter ſalita ſint, & ſi ſalſamẽta ex herbis reſiſtentibus venenis, & putredini ſiant, vtiliſſima ſunt.

Puluis pro cibis.

Poteſt etiam bolus, terra ſigillata, vel cornu cerui in cibos miſceri, vel fiat talis puluis. Sume ſantal. rub & alborum ana vnciam ſemis, cornu cerui vſti ʒ ij. Cinamomi ʒ j. fiat puluis, qui cibo inſpergitur, & quamuis aromata nimium ſumpta non ſemper proſunt, tamen crocus & cinamomi parum tuto datur, admiſtis corallis tritis, vel margaritis. Si valde ſitiunt ægri, non eſt iis nimium indulgendum. Dum edunt, pura concedatur cereuiſia, in qua impoſita ſint acetoſæ vel plãtaginis folia, Senecionis item, & Tormentilla, & frigido tempore Angelica potui imponatur. Omnino autem ii, qui comparare id ſibi poſſunt, raſuram cornu cerui in petia potui addant, & inde bibant: nam vt expertus ſum, etiam ad præſeruationem plurimum facit. Et cum alter, vel tertius dies abiit, & nullum ſignum delirii apparet, nec dolor moleſtus eſt, nec ſuſpicio alicuius interni apoſtematis, vinum tenue purum concedatur, cum aqua, cui cornu cerui fuerit impoſitum, vel aqua Tormentillæ vel acetoſæ affuſa. Inter prandium & cœnam concedi debet aqua acetoſæ, & ei infundi poſſunt olei vitrioli optimi, guttæ tres, quatuor vel quinque. Sin id non haberi poteſt, ſemper antequam bibunt, vtantur particula dimidia tabulati Cratonis, vel liberantis Diui Ferdinandi Imper. Vtilis eſt iiſdem & hic ſequens iulepus:

Raſura cornu cerui.

Ol. vitrioli.

Iulep.

℞. Aquarum cardui.
Scabioſæ.
Acetoſæ.
Borraginis an ℔ ß.
Syr. è ſucco cardui.
è Cort. citri.
è S. acetoſ. citri an. ℥ j.
Camphoræ gr. iij.
Miſce.

Si ventriculus male affectus eſt, omittatur Camphora, & eius loco addantur guttæ duæ vel tres olei vitrioli, & etiamſi Medici, ignorantes naturam olei vitrioli id reprehenderent, tamen non pugnabo cum iſtis. Quod vero aiunt, oleum vitrioli eſſe corroſiuum medicamentum, id vt falſum conuincit experientia, hoc tamen moneo: quod ſine vehementi calefactione exiccet vehementer, præſertim ſi detur cũ refrigerantibus. Dolendum eſt plures Alchimiæ deditos maiorem iſtarum rerum intelligentiam habere, quam doctos, qui iſtis vti neſciunt. Præterea ægris quotidie mane Electuaria præſeruatiua præbeantur, ad dramam vnam ſemis, in aqua cardui, ſcordii, verbenæ, acetoſæ, borraginis, veronicæ, ſcabioſæ, tormentillę: dulcorentur autem cum ſyrupo acetoſitatis citri, de ſucco ſcabioſæ, de ſucco borraginis, de ſucco cardui, ſcordii, pro ægrotantium qualitate.

Ol. vitrioli non corroſiuum, ſed exſiccans vehemens.

Ditiores tertio quoque die drachmam ſemis theriacæ vel mithridatii plus minuſue ſumant, prout vires ſe habent, cum ſaccharo borrag. aut in aquis nominatis diſſoluatur, vt de electuariis monuimus. Multi magni faciunt, & quidẽ merito, Diaſcordium Fracaſtorii: ſubuenire egentioribus debebant diuites, vt dari iis poſſit, ſaccharum roſatum, ſaccharum borrag. an. ℥ ß. ſacchari candi ʒ ij. zinziber. cinamomi & ſantal. alb. an ʒ j.

Electuariũ.

an. ʒj. boli armeni ℥ß. camphoræ ʒj. f. electuarium, de quo ægris detur mane quantitate iuglandis. Vt autem tota curandi ratio concludatur, hoc monebo, in Xenodochiis, quo fere iampridem infecti transferuntur, initio ægris quietem concedendam eſſe, & danda corroborantia, quæ tamen infectioni reſpondent, vt bene deſtillata aqua acetoſæ, quæ prius aceto abluta fuerit: Item plantago cocta addito ſaccharo, maxime vbi carbunculi apparent, nec ſtatim eſſe properandum ad potiones ſudoriferas. Verum vno expulſiuo omnibus velle ſubuenire nõ eſt arti conſentaneum. Nec omnibus conueniunt fortes illi puluetes de euphorbio, & olibano, quibus imprudentes vtuntur, etſi calide ſudorem cient, vtilius eſſet, ſi decoctum radicis bardanæ, acetoſæ, plantaginis vel tanaceti vſurparent. Illud in re tamen optimum eſt, quod euphorbium non valde forte aſſumunt.

Corroborãs Alexipharmacum.

Antimonii.

De præparato Antimonio, quod ita poſt multiplicem fuſionem vocant, & cum ſale nitri, quod ſudores mouet, præparatur, & ſæpe in peſte vſurpatur, ii viderint, quo modo artem ſuam tueantur, qui id laudant, & exhibent.

Cordialia.

Obſeruandum autem, cum æger ſudat, vt à ſomno auocetur, operam dandam: à venæ vero ſectione hauſtus aquæ acetoſæ vel tormentillæ porrigatur, & Manus Chriſti cum oleo cinamomi, vel alia cordialia adiiciantur, cum diligentiſſime cor muniendum, & veneno, ac putredini reſiſtendum ſit.

Poſt ſudorem æger linteis abſtergatur, & mutentur lecti, & puluiſculi madefacti aqua cordiali carpo alligentur. Eadem aqua ſyndones imbuantur, vel lintea duplicata, & regioni cordis applicentur. Reperitur autem in omnibus pharmacopoliis. Idem facit & vnguentum theriacale, quo die & nocte ter cor inungendum eſt. Ad hunc vſum facient hæc:

Vnguentum Theriacale.

Deſtillatum caponis.

℞. Caponem ad iuſtam eliquationem coctum vna cum brodio: Adde fol. Acetoſ. Borrag. Pimpinell. an. m. j. Micæ panis albi ℔ j. Vini generoſi ℥ iiij. Sacch. roſat. Borrag. an. ℔. ß. Sem. acetoſ. Citri, Portulacæ, Coriandri præparati, Cornu cerui præparat. an. ʒ ij. ß. Santal. rub. ʒ ij.

Ponantur omnia in alembicum vitreum & per balneum deſtilientur.

℞. Aquæ prædictæ ℥ iij.
Sy. acetoſ. citri.
Oxyſacchari an ℥j. ß.
Aq. cinamom. ℈j.
Miſc. fiat hauſtus refectiuus.

Vel adde priori deſtillationi aliquid pulueris ſequentis roborantis:

℞. Margaritarum.
Corall. rubeor.
Corn. cerui vſti.
Granat. præpar.
Raſuræ eboris.
Vnicornu an ʒ ß.
Fragm. hyacinth.
Smaragdi.
Rubini an. ℈j.
Fol. auri nu. x.
Miſc. f. puluis.

Aliud.

℞. Aquæ Borraginis.
Bugloſſ.
Acetoſæ an. ℥j.
Marg. præpar. ℈ ij.
Fol. aori nu. iij.
Aq. cinam. ℈j.
Syr. acetoſ. citri ℥ j.
Miſc. f. hauſtus.

Electuarium Cordiale.

Elect. cordiale.

℞. Corall. præpar.
Sigill. Lemnii an. ʒ j.
Raſuræ eboris.
Cornu cerui vſti.
Marg. præpar.
Sem. Coriandri præpar.
Citri excorticati.
Acetoſæ an. ℈j.
Fragment. precioſ.
Oſſ. de corde cerui.
Fol. auri.
Lapidis Bezoar. an. ℈ß.
Camphoræ g̃. vij.
Conſer. roſar. ℥ iij.
Borrag.
Bugloſſ.
Acetoſ. an. ℥ j.
Corticum citri condit.
Conſeruæ Meliſſ. an. ℥ ß.
Syr. acetoſ. citri q. ſ.
Olei vitrioli gutt. viij.
Miſc. f. Electuarium.

Vnguentum Cordiale.

Vnguentum cordiale.

℞. Theriacæ elect.
Spec. cordial. temperat.
Diatrion ſantal.
Liberantis an. ℈j.
Aceti roſac. vel caryophyll. ad incorporandum q. ſ. fiat vnguentum.

Fumus.

In ægri conclaui fumus fiat in vaſculo æreo, affuſa aqua roſat. & pauco aceto additis ſantalis citrinis, cinamomo, & foliis roſ. rubear. puluerilatis, ana... Nam prunis vti apud ægros & trochiſcis non eſt conſultum. Æſtate autem poſſunt conclauia aceto &

aq. roſ. aſperſi. Aqua pro fumo poteſt talis fieri.

Aqua pro fumo.

℞. Aquæ roſ. viol. Lactucæ, Nymph. an. ℥ iij.
Aceti viol. ℥ j.
Santal. citrin. ʒ j.
Puluer. roſar.
Thuris an. ℈ j.
Cinamomi ℈ ß.
Miſc. pro fumo.

Excipitur & aqua ſpongiis, quæ appenduntur. Faciunt huc & poma odorata, & pira, maxime ſi in iis conclauibus non ſunt ægri: verum edere poma illa, non eſt conſultum. Vbi calidæ febres adſunt folia nymphææ, ſed caute, ſupponenda ſunt. Pro capite eſt epithema eiuſmodi:

Epithema capitis.

℞. Nucleor. perſic. ℥ ß.
Sem. papauer. alb. ʒ vj.
Aq. roſarum.
Violarum.
Nymphææ.
Fl. Sambuci an. ℥ iij.
S. anethi ℥ j. f. l. a. emulſio. Colaturæ adde olei roſacei omphacini ℥ ij.
Aceti roſarum ℥ j. f. epithema ad frontem.

℞. Sem. Lactucæ.
Portulacæ.
Papauer. an. ʒ j.
Cort. radicis Mandrag.
Capit. papauer. an. ʒ ß.
Sem. hyoſcyam. ℈ ij.

Contundantur, & fiat leuis ebullitio in aquę fontis ℥ x.

Cum colatura illinatur frons, tempora, nares, commiſſura capitis, & pulſus pro ſomno conciliando.

Pullus columbinus. *Raphanus. Vrtica herba terreſtris.* *Fauces impura.*

Suadent docti quidam Medici, vt pullus columbinus viuus diſcerptus calide capiti imponatur. Raphanus tritus ſoleis applicetur: vrticæ cum radicibus etiam contuſæ, & hædera terreſtris. Si vero fauces impuræ ſunt, gargariſma fiat, ex aqua prunellæ cum pauco aceto, vel oleo vitrioli. Sit autem forma talis:

℞. Diamor. ℥ ij.
Olei vitrioli gutt. vj.
Miſc. illinantur.

℞. Aquæ prunellæ.
Plantaginis.
Fragariæ.
Vermicularis an. ℥ iiij.
Diamor.
Rob. nucum an. ʒ vj.
Mellis roſ. ℥ ß.
Aluminis parum.
Miſc. f. gargariſmus.

Pauperes ſumant quartatium vnum aquæ puræ, & granum Camphoræ iniiciant.

Somnus.

Ad conciliandum ſomnum, ſi ægri debiles ſunt, opiata non ſunt immodice vſurpanda, nihil tamen doctis præſcribo. Quod ſi iam quartus dies præterierit, & natura victoriam ſuam oſtendit, fiat talis ſyrupus, de quo quinquies bibat mane, vſque ad diem octauum.

Syrupus in declinatione.

℞. Roſar. rubear. m. ß.
Zedoariæ.
Sem. citri ʒ ſj.
Rad. Tormentillæ.
Corticum citri.
Santal. citrinor. an ʒ j. ß.
Aq. acetoſæ ℔. ij.
Bulliant & colentur.

℞. Decocti depurati ℥ iij.
Syr. de ſucco acetoſ.
De acetoſ. citri an. ʒ ij.
Miſc. ſic pro vno & reliquis quatuor.

Cacochymia.

Si multi vitioſi humores adſunt, & natura fortior reddita eſt, quarto die tollendi ſunt, ſed innoxiis medicamentis, vt Rhab. ſena, agarico: adhibita opera, ne vires lædantur, & materia valde commoueatur, & ſimul etiam ad venenum reſpiciatur. Igitur & venenata purgantia, & ſcammoneata vitanda ſunt.

℞. Rhabarb. electi ℈ iiij.
Cinamomi ℈ j.
Infundantur in q. ſ. aquæ cichorei & aceti, & ſtent in infuſione per noctem.
Colaturæ ℥ iij. ß. adde elect. roſ. Meſ. ſyrup. roſ. ſol. cum Rhab. ℥ j ß.
Miſc. f. hauſtus.

Eo autem dirigenda curatio, vbi plurimum eſt periculi, nec fidendum vni remedio, ſed vt Hippocrates præcipit, ſemper ad vires reſpiciendum eſt. Doctis non eſt neceſſe hæc inculcare, qui aut excellentes Magiſtros habuerunt, aut vſu multum profecerunt, nec artem ex pharmacopoliis, vel compendiis didicerunt. Meum in hoc ſcripto propoſitum fuit, patriæ ſeruire, cum id tum temporis mei officii eſſet, non modo oſtendere, qua præcautione in tanto periculo vtendum eſſet verum etiam ab empiricis imperitis quid metuendum ſit. Solent enim hi plerunque plus, quam morbi ipſi nocere. Ideo Leonicenus clariſſimus Medicus, gratias ſe DEO debere, profeſſus eſt, quod cognitione artis medicæ non ſolum optimam famam eſſet conſecutus, & prodeſſe quam plurimis potuerit, verum etiam quod ita cauere ſibi ab imperitis didiciſſet. Doctis vero, ſi vitam mihi DEVS protogauerit,

Empirici imperiti. *Leonicenus.*

uerit, in Latino quodam ſcripto de cauſis putredinis, peſtis, & de contagione ſententiam meam diſerte explicabo. Itaque hos interea rogatos velim, ſi in hoc teutonien ſcripto indiſertius quædam tradidi, vt ne id mihi vitio vertant, cum intelligant ipſi, de his ſubtilibus diſputationibus, à tot doctnribus, tamque magnis ingeniis agitatis, nnn poſſe quenquam Germanicis phraſibus cuiquam ſatisfacere. Quod ſi iis ſolis fuiſſet conſulẽdum, qui Latine ſciunt, fuiſſet mihi quinq; minus graue hnc argumentnm Latinis literis tradere. Ioh. Baptiſta Montanus præceptor meus ita olim dicere ſnlebat: *In ingratam animam non intrabit ſcientia: Si intrabit non permanebit, & ſi permanebit, non fructificabit.*

Ioh. Mont. in ſenten.

PARS III.

IN QVA AGITVR DE Apoſtematibus & exanthematis.

SATIS vt opinor fuiſſet, de præſeruatione docuiſſe me nmnia, qnam ego duplicem conſtitui: vnam generalem, in qua cauetur, ne multitudine infectorum inquinamenta, & ſeminaria peſtis in aëre multiplicentur, ant prnpagentur, & initiis cura magiſtratus reſiſtatur. Alteram ſpecialem & particularem ſingulorum cnrporum, quæ ad Medici officinm pertinet, additis etiam præclariſſimis remediis, qnorum vnum aliquis pro magnn ſecreto haberet. Tamen, ne quid in hoc ſcriptn deſit, etiam de apoſtematum curatinne agam.

Obſeruatum eſt in cnntagiis peſtilentialibus noturam per expulſionem apoſtematum, quæ parotides & bubones dicuntur peſtilentiales, & à craſſiori materia nriũtur, nnn tamen ſine calore & venenn, deinde & per exanthemata, quæ ſemper periculoſiora ſunt, ſe ſolere initio exonerare.

Venæ ſectio.

Chirurgus igitur, ſi vocatur ad infectum, vt venam ſecet, & æger ſanguineus eſt, ac vires conſtant, non impedio ſectionem, ſed ſine magna cautione adhibita nemini ſuadeo, & conſulendi in hoc caſu Medici. Ex veteri tamen mnre tundatur externa brachii, vel cephalica, & ſi bubo in collo, vel ſecundum aures, eo in latere mittatur ſanguis, vbi malum eſt. Vbi autem abſceſſus ſub brachiis eſt, eodem in latere epatica ſecanda eſt, vel mediana. Sin vero in pube, ſaphena eiuſdem pedis, & dum mittitur ſanguis, poteſt cucurbitula interea apponi: quanquam magis probn emplaſtrum attractiuum. Venæ etiam ſcordium alligari poteſt. Moneat etiam chirurgus aſtantes, ne ægrum dormire patiantur. Id autem de ſanguineis accipi volo. Quod ſi nimis tarde chirurgus vocatur, properet ad curatiua, ſed calidn tempore calida caute exhibeat.

Cucurbitula.

Scordium.

Attrahentia.

Inſpiciat etiam chirurgus anthraces & bubones, qnn loco eruperint, & ſi rubent, vel pallent, & augentur, in bona ſpe ſit. Si veró nigreſcunt, adhiberi poſſunt ea, quæ optima cuique videntur. Ego ſuadeo, vbi tales bubones & anthraces deprehenduntur, vt viua applicetur gallina, cuius podex deplumatus ſit, & apertus, idque ſæpius fiat, ſi neceſſitas poſtulat, modo ſimul etiam ægro aliquid contra venenum intra corpus præbeatur. Poſtea ſumatur vitellus nui cum ſalis portinne, quanta tribus digitis capi poteſt, & ſuccus ex herba ſcabioſæ, & calide imponatur. Nam id apoſtemati naturam venenatam adimit, & calorem, ſi modo id vlla ratinne poteſt fieri. Obſernaui hic apoſtematibus peſtilentialibus, carbunculis item, & anthracibus omnia medicamenta tepida eſſe applicanda, ne quid frigus retro pellat. Nec apertio differenda ad maturationem plenam, ſed quamprimum pars eius maturuit. Tertio & illud faciendum, vt diutiſſime apertum ſeruetur apoſtema, non cito conſolidetur. Poſtquam autem apertum eſt vtantur chirurgi maturantibus, & mundificantibus. Apoſtemata & bubones ſæpe lenti ſunt, ideo adhibenda fortiter attrahentia emplaſtra, ex gummi ammoniaco, reſina & pice confecta. Hæc omnia vt rectius exequantur chirurgi, breuiter eos de ratinne omni erudiam.

Cataplaſma è vitello.

Medicamenta tepida eſſe applicanda.

Cum æger conqueritur, ſentire ſe in apoſtemate magnas punctiones & calor augetur, indicium eſt affluxum fieri, & apoſtema incrementum ſumere. Tnm igitur iis remediis inſtandum eſt, quæ maturant, & mitigant, vt cæpa cocta cum butyro vel pinguedine capi admiſta theriaca, non vſurpanda autem fomenta aut vnguenta refrigerantia. Cum punctiones deſierunt, nec fluit intus materia, & mitigationem æger ſentit, & apoſtema acuminatum fit, aperiendum eſt. Sæpe etiam citius, vt mnnui. Quod ſi tumnr nimis cito euaneſcit, & deterius æger habet, malum ſignum eſt, & omni contentione hoc agendum, vt euocetur internis & externis auxiliis. Igitur, ſi vocatur chirurgus ad ægrum, qui apoſtema rubens aut pallidum habet, foris ſe attollens, poteſt his emplaſtris vti:

℞. Ammoniaci diſſoluti in aceto ℥j.
Olei lilinrum albor. ceræ, & viſci quercini q. ſ.
Extendatur in modum ceroti.

Ceratum attrahens & emolliens.

Id etſi vulgare videtur, tamen venenum valide attrahit, & emollit apoſtema. Prius enim venenum attrahendum eſt, poſtea emolliendum, & maligna apoſtemata mature aperienda, quamuis non prorſus ſunt matura. Dehinc mundanda, denique conſolidanda. Apponam ergo ordine remedia, quibus tempeſtiue vtetur chirurgus.

Ad apoſtemata eiuſmodi ſemper vſitatum fuit emplaſtrum Diachylon, vt attraheret, & emolliret, ideo ante cætera pono. Quia autem interdũ nimis debile eſt, multum autem intereſt euocari apoſtemata, admiſceatur reſina & pix, & citius rumpatur, aſpergunt aliqui cantharides.

Non ego chirurgos inſtituam, ſaltem cogitent, hoc potiſſimum agendum, vt abſceſſuum & apoſtematum materia euocetur, cum ſe natura exonerat, quam iuuent, nec communia remedia vituperent.

Maturatiuum commune Apoſtematum.

Maturatiua apoſtematum. ℞. Cæparum coctarum in oleo chamomelino q. ſ. & admiſce farinam ſeminis lini, Fœnugræci & florum chamomel. ac ficus coctas, fiat emplaſtrum.

Aliud maturatiuum.

℞. Ficus ſiccas & pingues nu. xv.
Farinæ hordei p. j.
Rad. altheæ coctarum ℥j.
Olei lil. q. ſ.

Miſce, & ſi eſt magna durities, adde axungiæ gallinaceæ cum ammoniaco.

Aliud maturatiuum.

℞. Farinæ frumenti m. iij.
Aq. ſcabioſæ, & olei chamomel. q. ſ.
coquatur & adde croci ℈j.
M. f. emplaſtrum.

Aliud.

℞. Cæpam coctam, infunde in aceto, vel vino granat. & ſyrupo acetoſ. citri ana ℥j. ß. exprimatur ſuccus, & cum aq. tormentillę detur pro eliciendo ſudore. Materia ſeu ſubſtantia ipſius cæpæ apponatur calida buboni, emplaſtri modo.

Cum iam apoſtema ad ſuppurationem peruenit, apertum ſeruetur, & primo imponatur maturatiuũ, & mundificatiuum, quale hoc eſt:

℞. Rad. Altheæ, Scabioſæ, Farinæ hordei, coquantur in aqua ſcabioſæ, adde mellis q. ſ. vitell. oui nu. j. Croci ℈ß.
Miſce fiat emplaſtrum.

Aliud mundificatiuum optimum.

Mundificatiua. ℞. Terebinthinæ lotæ cum aq. ſcabioſæ ℥j.
Succi ſcabioſ. ℥ ij.
Vitell. oui nu. j.
Croci ℈ß.
Miſc. f. vnguentum.

Aliud mundificatiuum, quod incarnat & conſolidat.

℞. Sarcocollæ ℥ß. cum melle roſ. colato q. ß.
Miſc. f. linimentum.

His vtere, dum prorſus conſolidado fiat, & ſi quis chirurgus his diligenter vſus fuerit, non dubito, quin & diuitibus & pauperibus profutura ſint.

Cum autem carbunculi maiorem curam *Carbunculi.* deſiderent ob materiam, è qua fiunt, malignam & aduſtam, ac venenatam, & initio rubore, ac calore ſe prodant, cito occurrendum eſt. Aliqui ſaphyro eum mitigare ſe poſſe putant, ego præfero ſcabioſam contuſam, & vitellum oui cum ſale. Æſtate ſuadeo, vt rana in calida aqua lota carbunculo illigetur, quanquam efficacior eſt buſo ſiccatus. Sed iteratione opus eſt.

Quanquam autẽ omnes carbunculi, & anthraces periculoſi ſunt, & magna inquietudine, moleſtia, nauſea, palmo cordis, & lipothymia erumpunt; tamen ſi vehemens vomitus adiunctus eſt, & carbunculi nigricant, *Periculoſi.* & ſint circa aures, ſub axillis, vel in pube, maxime timendi ſunt. Itemq; ſi aperiantur, nec pus vllum effluit, ſed quaſi ſpuma quædam, & vulnus liueſcit, ac ſic cum ſit, in hoc caſu laborandum eſt chirurgo. Minus periculi eſt, ſi rubeant, palleant, vel vireſcant, & pus effluat, nec in locis nominatis erumpant. Ægro autem, ſi tempus calidum non obſtat, Theriaca vel Mithridatium in ſucco vel aqua ſcabioſæ dentur, ſin vero æſtus eſt, de cornu cerui bibat. Natura tum roboranda, & applicanda remedia, quę molliant, mitigent, maturent, quæ partim antea præſcripta ſunt, partim nunc præſcribentur. Ideo vitello oui ſal, & ſuccus ſcabioſæ, ficus & mel addantur, vel ficus contuſæ cum nucleo auellanarum antiquarum in forma emplaſtri imponantur.

Poſtea ſi materia nimis copioſe affluit, ad apertionem properandũ eſt, & lato ſcalpello ampliandum foramen, impoſito tamen defenſiuo. Sed defenſiua cauté adhibere oportet, habita ratione, & loci, & temporis, ne *Defenſiuo caute adhibendo.* id repellatur, quod natura expellit, & æger iuguletur, aut magis affligatur.

Defenſiuum optimum ita preparatur.

Defenſiuũ. ℞. Boli armen. ℥ ij.
Sanguin. drac. ℈ ij.
Olei roſ. & aceti q. ſ.
F. vng. molle.

Id illinendũ eſt circumcirca, ne rubor & tumor (quæ duo fere ſemper cõiuncta ſunt, cum carbunculis) latius ſeſe diffundant.

Quod

Quod ſi nihil fluit, vel ſi ita fluxit, vt caro proxima corrumpatur, veſicatorio opus eſt, quod ita fit:

Veſicatorium.

℞. Fermenti ad quantitatem ℥ ij.
Cantharidum ʒ ij.
Aceti fortiſſ. q. ſ. Miſce.

Adhibetur hoc fine, vt materia euocata melius fluat: poſtea ita proceditur, ſicut in factis cauteriis. Cum autem putrida caro adimi debet, vnguentum Ægyptiacum proderit. Sed melius eſt cauterium cum auro ignito, nec dolor metuendus eſt, cum per ſe anthrax dolorem magnũ commoueat. Deniq; butyrum ſolum imponitur, vel cataplaſma ex malua vna cum radice eius, & butyro. Remota carne putrida, & aduſta, mundificantia vſurpanda ſunt, quale ſupra vtiliſſimum præſcripſimus.

Debent autem hæc cataplaſmata, quæ anthracibus calidis, & venenatis adhibentur, & paucis horis ſiccantur, ne durities moleſta ſit, renouari.

℞. Farinæ triticeæ coctæ p. j.
Salis ʒ j.
Vitellum oui nu. j.
Mellis q. ſ. eſt. Miſce.

Carbunculo applicanda.

Maturat carbunculum, & aperit, ſi ſæpius renouetur. Aliqui fimum gallinarum, & columbarum adhibent, item raphanum, erucam, & ficus. Laudantur ab omnibus peritis Medicis ad imponendum tres iſtæ plantæ: Morſus Diaboli, Scabioſa, & Conſolida maior. Si recentes haberi poſſunt, contundantur ſcabioſa, & conſolida cum pauco ſale, & recenti pinguedine porci, & calide applicentur, & die naturaliter dematur hoc emplaſtrum. Nam omnes periti chirurgi docent, has plantas mirifice carbunculo reſiſtere. Etiamſi ſola conſolida maior inter duos lapides contuſa imponatur. Ad eundem caſum prodeſt & millefolium, & pomum granatum in aceto coctum. Poſſet quidem aliquis exiſtimare, hæc habere vim repellendi, ſed experientia contrarium oſtendit. Quod ſi eæ plantę recentes haberi non poſſunt, addi poteſt ſiccis herbis, madefactis tamen in aquis ex ipſis deſtillatis, parum theriacæ & applicentur, vt dictum eſt. Attamen dum carbunculus vndique durus eſt, proderit de die bis vel ter oleo Alexandri Benedicti illinere (vel ſi quid melius occurrit) imo & tota ſpina ægri eo vngatur, non intermiſſa corroboratione tam per interna quam externa, vt antea monuimus, aut quæ præſcribi à Doctoribus poteſt. Neque enim in hoc tanto malo ſatis eſt ſemel præſeruatiuo, curatiuo, vel corroboratiuo vti, ſed iteratione opus eſt, quanquam præſeruatiua non ſunt copioſe ſumenda, ne natura obruatur,

Spina inungenda.

& in alios morbos ægri incidant, cum contagionis pericula ſedata ſunt.

Quia vero ex carbunculis multa, & grauia incommoda relinquũtur, mature mundificatiuis vtendum eſt, quæ vtiliter ex terebinthina, vitello oui, ſucco ſcabioſæ, & croco præparantur. Aperta autem ſint tantiſper loca affecta, dum febris, & alia ſymptomata euaneſcant omnia. Tum demum ſarcotica adhibenda, ſed non niſi in primo gradu calida, vel in principio ſecundi, referendo ad membrum, cui applicatur. Etiam periti chirurgi confectionem talium medicamentorum diſcere debebant, & errorem illum exuere, cum exiſtimant vnum emplaſtrum omnibus profuturum, cum id aliquando iis bene ſucceſſit. Interim non cogitant, in iſtis anthracibus malignis, & malis inueteratis nonnunquam ipſa membra integra periclitari: decipiuntur autem hoc falſo principio: Medicos non intelligere, quid chirurgia ſit, & ſi quem ex Medicis obſeruarunt, parum in his verſatum fuiſſe, exiſtimant, ne alios quidem quicquam illis de rebus intelligere.

Sarcotica.

Vt autem occaſionem præbeam diligentiori conſiderationi, & medicamenta accuratius in pharmacopoliis præparentur, ob id Latina appoſui, quæ prima fronte tenuia videntur, ſed à præſtantiſſimis chirurgis ſemper magno in precio habita fuerunt.

Vnguentum ſarcoticum.

Vnguentum ſarcoticum.

℞. Mellis ℔. ß. deſpumetur optime & inſpiſſetur, ac poſtea impone.
Myrrhæ.
Aloës.
Sarcocollæ an. ʒ j. ß.

Subtiliter puluerifata agitentur, ac diligenter commiſceantur.

Poſtea hic puluis, qui carnem in vlceribus regenerat, inſpergi poteſt.

℞. Lithargyrii.
Scoriæ ferri.
Centauriæ minoris.
Aloës.
Thuris.
Maſtichis an. ʒ j.
Miſce fiat puluis.

Vbi vero caro renaſcitur, ſigillatiuum poſtremo adhibeatur, vt ſciunt chirurgi, & hoc modo præparari poteſt.

Cicatricem obducentia.

℞ Lithargirii.
Aluminis vſti.
Plumbi vſti.
Calcis iotæ.
Galbæ, balanſtiorum an. ʒ j.
Pulueriſentur ſubtuliter, & commiſceantur.

Hic puluis in ſindone vel molli linteo excipiatur, & ita crudæ carni aſpergatur, vt cutis ſuperinducatur.

Ita tractandi bubones & carbunculi, voluiq; remedia in aliorum vſum ſubiicere, parum curans, vtrum chirurgi ea grato animo accepturi ſint. Nam mihi nequaquam propoſitum fuit, Doctores vel chirurgos, ſi rem melius intelligunt, hoc ſcripto erudire. Ad extremum pharmacopolas fideliter moneo, vt aquas deſtillatas, quæ intra corpus ſumuntur, non vt hactenus factum eſt, in æreis vaſis, ſed in vitreis vel terreis deſtillent, nec omnia medicamenta, in quibus ſubtiles ſpiritus ſunt, in æreis vaſis aut mortariis præparent.

Aquæ in vaſis vitreis vel terreis deſtillandæ.

Statim enim virtus medicamenti in his mutatur. Medici vero, qui deſtillationes ipſi non tractarunt, idem obſeruent, ne dum roborare vires in animo habent, datis deſtillatis, vires magis deiiciant. Credant experto.

Satis iam multa dicta ſunt de vtroq;, præſeruatione inquam, & curatione, ad laudem omnipotentis Dei: in gratiam vero Inclyti & ampliſſimi Senatus, & populi Vratislauienſis, qua in ciuitate proaui mei Cratones vltra ducentos annos, vt integros, ingenuos, inculpatos, & honeſtatis ac pietatis ſtudioſos ciues decet, quietiſſime & in ſumma cum aliis coniunctione vixerunt, Clementiſſimus DEVS benigniſſime ab ea republica omnia pericula auertat, & præſenti neceſſitati ſuccurrat. Cœpi autem hæc ipſa in ſumma & diuturna imbecillitate mea recognoſcere, quod dum facio, multa ipſe mutanda deprehendo; quædam non ſuo loco poſita, vel repetita: ſed quia dum in opere ſum, graui caſu nouo perturbatus ſum, nec licet quidem mihi, vt volo, ad limam reuocare: maxime cum tanta ſit trepidatio ciuium; vicinorum autem iniquiſſima perſecutio, & merito deploranda. Atque ita his de cauſis æquiſſimis, quicquid bono & pio ſtudio iuuandi alios à me factum eſt, in præſentia boni conſulant, quod æquos iudices facturos ſpero. Reliquis omnia ſalutaria precor. Si vitam mihi Deus produxerit, doctis meam ſententiam firmiſſimis rationibus ita deſcribam, vt confidam me illis eſſe ſatisfacturum.

Cratonis familia.

ASSERTIO

IOHAN. CRATONIS A KRAFTHEIM, III. SACRATISSIMORVM IMPERATORVM Cæſarum Auguſtorum Medici intimi, &c.

Pro tractatu præcedente de Peſte, in quo peſtilentem febrem putridam ab ea, quæ à contagione oritur, lateq; diſſeminatur, diſcernit.

Adiuncta eſt breuis de contagione & putredine, vera etiam curandi & præcauendi contagioſam febrem peſtilentem ratione, commentatio & commonefactio.

NVNQVAM ex Teutonicis libris de Philoſophia & Medicina ſcriptis quẽquam doctorum in Germania, veram magnamq; laudem tuliſſe, & exiſtimationi ſuæ recte conſuluiſſe, arbitror. Neq; enim vt apud Italos atq; Gallos magnifit vulgaris linguæ cultura, cum Principum & Rerumpub. ſcriptores θαύματα quædam τῶν ῥημάτων conſectentur; & de Latinis bonis Germanica non bona faciant; & cum non ſat idonea vocabula in ea ad res, quæ in naturæ cognitione verſantur, explicandas reperiantur; ſæpe iſto modo docti ſcribentes Teutonice hallucinantur. Accedit, quod ii, qui minime erudita doctrina inſtructi ſunt, neq; vllam facultatem Latine ſcribendi habent, & audacia pro ſapientia vtuntur, eaque inſcitiam ſuam armant; maxime ſe libellis Germanicis ad vulgus oſtentant atq; vendiiant, & apud imperitos approbationem quærunt; quorum iudicio cum nihil ſit iniuſtius, ſe ad hunc modum Germanicis ſcriptis eos, qui liberali doctrina atque vſu artis Medicæ præditi ſunt, illorum cenſuræ exponere, parum attentæ conſiderationis & prudentiæ videtur. Ego vero, cum ante annos XXXIII. in hac Republica Medicus, vt appellant, Phyſicus, ſeu Poliatrus eſſem; & officii mei ratio à me poſtularet, vt ciuibus meis in periculo contagionis peſtilentiæ conſtitutis, quantum in me eſſet, conſulerem: Germanico ſcripto id, quod potui, feci. Cum vero hoc triſtiſſimo & afflictiſſimo meo, ac potius totius Reipub. tempore, quo hic lecto affixus iaceo, iterum peſtilentia ſæuiret; neq; vel meus libellus extaret, vel alii hac in parte Reipub. conſulerent: rogatus ab amicis, qui aliquid nugas noſtras eſſe putant, ſcriptum illud ante multos annos diuulgatum, quantum in temporis anguſtia atq; valetudine aduerſa, animi etiam multiplici triſtitia fieri potuit, correxi: & typis deſcribendum ἑκὼν ἀέκοντι δὲ θυμῷ, cum maiorem ratio-

nem

Digitized by Google

nem ciuinm quam meæ exiſtimationis haberem, dedi. Prima autem editio tum in alias reptehẽſiones incidit; tum quaſi ἀσεβείας crimen illi intentatum fuit: quod prouidentiæ diuinæ parum tribuerem. Exiſtimarunt enim quidam me nimium Aſtrologiæ addictum, Peſtis cauſam ad aſtra ſola referre, atque ſtaruere eornm ortus atq; occaſus, ſiderumq; varios poſitns, vt in aëre, ita etiam in corporibus varias tempeſtates excitare. Etſi veto nón diffitear, me tum temporis pluſculum quam velim ſiderali ſcientiæ tribuiſſe: tamen nunquam à pietate diſceſſi: neq; diuinæ prouidentiæ atq; gubernationi, ſiue nobis pœnæ immittantur, ſiue beneficiis cumuiemur, metas poſuiſſe.

Syderum vis.

Vt vero aliæ hyemes frigidiores ſunt propter ſiderum conſtitutiones; æſtates etiam aliæ aliis calidiores: ita & cœli atq; corporum cœleſtiũ ſchematiſmos plurimũ adiumenti ad hominum corpora cõſeruanda & à ſanitate dimouenda afferre, & præcipue morbos per vniuerſum genus hominum vagantes efficere, exiſtimaui. Nec nunc aliter ſentio. Exemplo vt hoc commonſtrem, quæ obſecro alia cauſa

Catarrhi epidemici.

Catarrhi epidemici, qui anno CIↃ. IↃ. XXC. non Europæ tantum, verum magnæ quoq; parti Aſiæ infeſtus fuit, & ab occidente initium ſumens ad orientem vſq; vere, æſtate & autumno, omnes regiones peragrauit, omnibuſq; locis, etiam in quibus eſt puriſſimus & ſaluberrimus aër, labẽ intulit; quam cœleſtis illius origo? Nõ enim à primis qualitatibus hanc populorum calamitatem, quę omnibus partibus anni, omnibus in prouinciis eadem fuit, originem duxiſſe; ſed antipathiam quandam ad cerebrũ babuiſſe, ac præſertim hominibus malũ atq; periculum creaſſe, certum eſt, etiamſi diuinæ prouidentiæ hoc inprimis aſcribendum ſit, quod, laborantibus fere omnibus, ſalubris pauciſſimis exitioſa fuerit. Nam ſi peſtilens fuiſſet; nulla vnquam peſtis generi humano perniciosior extitiſſet. Sed ne de his plura, me ſponte mea ſideralis ſcientiæ infirmitatẽ deinceps agnouiſſe, & hallucinationes ſummorum Aſtrologorũ, eorumq; vaticinationes falſas, minime excuſandas putaſſe, atque admirandi Philoſophi ſententia, qui paucas de cauſis cœleſtib. πίστις nos habere arbitratur, & peculiaribus obſeruationibus commotum, addo etiam vt interdum puræ Religioni aduerſam, reliquiſſe, lubens hoc loco commemoro.

Aſtrologia infirmitas.

Memini Chriſtianiſſimum Imperatorum Maximilianum II. S. M. Cæſ. cui intima conſuetudine atque vſu cotidiano toto eo tempore, quo Romanum Imperium ſapientiſſime & moderatiſſime texit, Deo ſic vitæ meæ curriculum gubernante addictiſſimus fui, & vitam multis laboribus & periculis expoſitam tradnxi, narrare: Se iuuenem cuidam Aſtrologo libellos Ephemeridum (vt erat ingenioſiſſimus & omnium liberaliũ artium ſtudioſiſſimus) mutaſſe, & quoties ille ſerenitatem prædicabat, pluuiam: quoties calorem vel frigus, mediocrem cœli ſtatum futurum ſcripſiſſe, denique rem ipſam oſtendiſſe, propius ſe ad veritatem coniecturis ſuis, quam Aſtrologum vaticinationibus ob inſcitiam artis, ſi ita appellari meretur imperitis, acceſſiſſe. Sed commemorare illa non eſt huius loci.

Aſtrologia incertitudo.

Cauſa editionis huius.

In mea vero proxima editione libelli Germanici, cum mirificas doctorum quorundam, qui non ſatis in hac egeſtate Teutonici ſermonis, ſententiam ſunt aſſequuti, opinationes audiam, quaſi à veterum & recentiorum ſententia diſcedam, cum febrem peſtilentem à putredine oritur, ab ea quæ contagione diſſeminatur, diſcerno: etiamſi in iſta tenuiſſima valetudine ad nullam rem ſim idoneus: tamen ne exiſtimationis meæ negligens videar, Latino ſcripto ab errore eos abducere, & bonis de meo libro incommodius ſentientibus (cum malorum & imperitorum, inuidię etiam morſus, ne curandos quidem exiſtimem) rationes ſaltem probabiles reddere, atque intimum quaſi animi mei ſenſum de peſtilentibus morbis oſtendere diligenter enitar.

Peſtis nomen commune.

Eſt autem peſtis ſeu λοιμὸς nomen commune morbis; qui plurimos ſiue contagione ſiue abſque contagione interimunt. Itaque & Galen. 3. Epid. com. 3. λοιμὸν definit Epidemiam contagioſam & pernicioſam; & vt deinceps oſtendam, peſtilentes febres, ſiue Epidemiæ ſint ſiue σποραδικαὶ, id eſt, ſparſim priuatimque pernicioſæ, ab iis quas vere λοιμώδεις ſtatuit, diſcernit.

Priuata.

Priuatæ ſeu non contagioſæ, ex communi quidem cauſa ortum videlicet, vel ex aëre vel ex victus ratione, habent:

Contagioſa.

Contagioſæ ſola inſpiratione vel contagione peſtiferæ ſunt. Corpora autem humana duabus potiſſimum rebus conſeruari, Aëre videlicet & alimento; quis in ſchola Medicorum eruditus non videt? vtque conſeruationi vitæ ſeruiant; temperamento & naturæ familiaria eſſe oportere intelligit? Ac vt de alimentis primum agamus, humida & ſuauia, temperamento ſimilia & conuenientia nutriendis corporibus exiſtimantur: Diſſimilia ſicca & amara iudicantur. Sed ad alimoniam temperamenti ſimilitudo non ſatis eſt; niſi naturæ quoque accedat. Ea cum à rei ſubſtantia ſit, nulla ratione inueſtigatur: verum ſola experientia deprehenditur. Vtrumq; autem

Digitized by Google

cum eſt in alimento, videlicet temperamenti & naturæ ſimilitudo, conueniens conſeruationi vitæque humanæ idoneum cenſemus: Si vnum adeſt, nutritioni minime aptum eſſe. Sic Margaritæ amicæ quidem naturæ ſunt: ſed cum ſiccæ temperamento, ad nutritionem plane non faciunt. Quæ vero prorſus diſſimilia ſunt, vt Aloe, atque corpus alterant, Medicamenta dicimus. Sicut ea quæ omnino naturæ contraria, corpus humanũ & vitam deſtruunt, venena ſtatuimus. Sæpe autem & iſta quæ alimenti vim obtinent, ita corrumpuntur, vt in venenum tranſeant. Itaque aſſumpta intra corpus humorum malignitatem tantam efficiunt, vt in illis peſtilentem putredinem excitent. Hinc febres peſtilentes priuatas ſeu non contagioſas oriri res oſtendit, multis quidem propter communem cauſam pernicioſas, itaque Epidemias: nondum tamẽ contagioſas: niſi putredo ad eum gradum deueniat, qui νοσερὰν ἀπόῤῥοιαν, id eſt, morbidam expirationem, gignat. Ea vero cum è corporibus expirat, vel in aëre, vel in corporibus poroſis & veſtitu hæret: contagionis & publicæ peſtis cauſa eſt.

Margarita natura amica, ſed nõ nutriunt.

Alimenta corrupta febres peſtilentes putrida priuata cauſa.

Publica.

Appello autem publicam, non quod ita quaſi ſpeciem, quemadmodum quidam interpretati ſunt, conſtituã: ſed vt a non contagioſis febribus has, tanquam publice omnibus hominibus cauendas, cum morbida illa exhalatio veneni inſtar ſit, & aëri inhæreſcat perque eum diſſeminetur, ac non vnis ædibus contagione ſæua atque exitioſa, ſed vniuerſis ciuitatibus & regionibus periculum creet, diſcernam. Cum enim veteres, & Gal. 3. Epid. priuatas nominent, quæ multis abſque peſtilentia publice graſſante infeſtæ ſunt, neque tamen contagioſæ: non dubitaui contagioſas & ab inſpiratione ortas, publicas nominare. Scio vocabulum hoc ab aliis non vſurpari, & incommode poſſe explicari. Itaque de eo non pugno. Quod autem excellentes Medici exiſtimant, aërem ipſum in peſte putreſcere, vel à vicinis paludibus, ſpecubus, & barathris, ex quibus putridus vapor exhalat, vel ex cadaueribus inſepultis: ab aſtris etiam ita aërem affici, vt in ſua ſubſtantia putreſcat & lethales febres mala qualitate ſua inferat: ſcio plurimos amplecti, neque cum iis in vllam contentionem venio. Illud volens cis largior, ex inſpiratione eiuſmodi aëris corpora non diſponi tantum ad ſuſcipiendam febrem peſtilentem, vt loquuntur, atque omnia quæ nutriendo corpori humano ſeruiunt, affici: ſed peſtilentiales febres veras & propter contagionis periculum publice omnibus cauendas conſequi, cum inquinamenta è corporibus humanis exhalent: in quibus laborantibus peſtilentibus non contagioſis, putredo ad iſtum gradum peruenit: vt μιάσματα lethalia expirent. Fateor autem inquinamenta ea quæ ex corporibus exhalant, & ſeminaria peſtis ſunt, non modo in aëre contineri & de corporibus in corpora tranſire, verumetiam, cum aër putridus atque impurus eſt, in eo augeri ac grauius virus concipere: atq; ita febres peſtilentes contagioſas ſæuiores & maligniores exiſtere. Vt enim corpora impura & ex malo nutrimento humoribus malignis ſcatentia facilius, hauſto ſeminario peſtis, inficiuntur, & grauiora ſymptomata conſequuntur: ita etiam quæ impurum aërem attrahunt, (cum cor aëre alterari perpetuo neceſſe ſit: & febris, quæ peſti coniuncta eſt, innato calori cordis ſua venenata quadam vi aduerſetur, vt nihil adiumenti cor ab aëre inſpirato habeat, ſed magis magisq; oppugnetur) maiori periculo tunc expoſita ſunt.

An peſtilentis putrida cauſa.

Quærunt vero homines docti, an peſtis ſine febre homines corripiat & interimat: atque in ea ſententia eſſe Galenum & alios Medicos veteres arbitrantur. Verum cum autoritates ornamẽta potius ſint noſtrarum ſiue ſententiarum ſiue opinionum; & ratio dictare videatur, Febrem, tametſi lateat, vix tamen abeſſe: iudicandum potius eſſe ratione quam autoritate puto. Sed de his prolixam diſputationem hoc in loco inſtituere non oportet. Illud meo libello inſcripſi: multos morbos peſtilentes eſſe, vt Anginas, Pleuritides, &c. quas febres non appellamus. Abſine autem ab illis prorſus febris, iudicent eruditi, & naturam putredinis diligentius conſiderent, cuius quidẽ hoc proprium eſt; vt vitalem & innatum calorem cordis, vapore alias magis, alias minus pernicioſo, oppugnet.

An peſtis ſine febre

Multi autem hoc tempore in ea ſunt ſententia; vt in peſtilenti conſtitutione non exiſtiment aliis morbis homines interire, quam peſte. Id, ſi ægrotantium corpora μιάσματα hauriant: in controuerſiam non vocandum. Si vero ab inquinamentis, quæ ex infectis corporibus exhalant, libera ſunt; nequaquam illis hoc concedendum, etiamſi ſigna quædam, quæ peſtilentem febrem contagioſam conſequuntur, adeſſe reperiantur.

Ceterum hoc veriſſimum, vt fomes morbi Gallici intus latens, omnibus aliis morbis qui corpora occupant, ſeſe implicat & difficiliores curatu facit: ſic peſtis foris infeſta, dum vel peſtilens conſtitutio in aëre eſt, vel μιάσματα aëri, in quo æger eſt, admiſcentur, pericoloſiores morbos facit. Imo μιάσ-

Morbus gallicus & peſtis omnibus ſeſe morbis implicant.

μα\[illegible\] hanſta, ſi morborum cauſæ iam ſint in corpore, illum etiam morbum, quo æger laboraturus fuerat, pernicioſum reddunt.

Aeris corruptio.

De aëris corruptione Galeni noſtri eſt ſententia, τὸ περιέχον ἐμφέρειν τινὰ λοιμοῦ σπέρματα, id eſt, aërem circumferre peſtilentiæ ſemina. Verum hęc neque à magnis & doctis viris, ita vt par fuerat, conſiderata? neque à Galeno explicata videntur. Multi enim exiſtimarunt, & etiam nunc exiſtimant, externam cauſam febris peſtilentialis aerem in ſua ſubſtantia corruptum, & inſpiratum eſſe. Hoc vero, vt fit rebus non ſatis cognitis, multiplicibus inuolucris quaſi tectum & inuolutum reliquerunt. Alii enim de primarum qualitatum alteratione hoc accipiunt: alii de exhalationibus ex locis putridis, vt barathris? vel iis, in quibus cadauera inſepulta putridum quiddam exſpirant: alii de propria ſubſtantiæ corruptione intelligendum putant. Itaque & morbum totius ſubſtantiæ conſequi arbitrantur. Veriſſimum autem eſt & à veteribus, in primis Galeno, hoc traditum: & aerem & medicamenta, ſecundum totam ſubſtantiam in noſtra corpora agere. de morbo autem totius ſubſtantiæ pugnare, haud ſcio, an neceſſe ſit: cum ſubſtantia læſa temperamentum permanere integrum nequeat. Itaque recte ad morbos in intemperie referri eos poſſe arbitror. Sed de his nunc diſputandi non eſt locus.

Morbum totius ſubſtantiæ rectè intemp. adſcribi.

De aëre primum agamus. Eum, quatenus eſt corpus mixtum, putreſcere & corrumpi, nemo, vt arbitror, negat. Mutari etiam ſecundum primas qualitates, cum vel anni tempora eam temperiem non habent, quam natura quaſi illis aſſignaſſe videtur, ſed vel magna ex parte conſtitutio anni auſtrina vel aquilonia eſt: aut cum vna qualitas vehementius intenditur, vt æſtas ſupra modum eſt calida, humida, frigida, vel ſicca: vel cum inſolita in eo varietas, ita vt modo pluuia, modo ſerenitas, modo calor, modo frigus corpus moleſtent, apparet. His vero tribus modis cum afficitur: pro diuerſitate locorum, corpora ad morbos diſponuntur; & morbi vulgares, ſeu Epidemii, plerunque conſequuntur. Ac aerem in primis qualitatibus mutatū, febres peſtilentes priuatas ſeu non contagioſas excitare, eamque corruptionem in humoribus inducere, quæ multorum corpora lædat atque extinguat, iam ante conceſſimus. Peſtilentem autem febrem contagioſam hanc non eſſe, ſemperque diſcrimen inter morbos Epidemios contagioſos & non contagioſos, etiamſi vtrique multis pernicioſi ſint, tenendum arbitror. Ac cum etiam in ſua ſubſtantia aer alteratur & corrumpitur; minime ſimilis perpetuo corruptio conſequitur. Alias enim grauius, aliàs leuius à ſua natura diſcedit. Vnde & morbi grauiores & mitiores excitantur. Porro corruptio illa aëris in ſua natura ſeu ſubſtantia, non eſt intenſio vel remiſſio qualitatum; non putredo, non permiſtio alicuius rei vel vaporis: verum, cum ſua natura, qua corporibus amicus & familiaris eſt, inimicus quaſi naturæ humanæ atque venenum efficitur. De hac corruptione video magnos viros plurimum verborum facere: cogitationes autem eorum ita explicatas, vt intelligi perſpicue queant, meam quidem cognitionem, cum multa, quæ in medium afferunt, mihi ſint tenebræ, effugit. Alii autem hanc corruptionem ex aſtris & ſuperioribus cauſis, alii ex inferioribus deducunt, & diuerſas corruptionis formas ponunt, atq; inde alias corporibus hominum, alias aliorum animalium, peſtem infeſtam eſſe exiſtimant. Ego, ne quid diſſimulem, iſta omnia rectius ad inquinamenta, quæ continet aër, referenda puto. Nam cum ea ex corporibus humanis exſpirant, & aeri commiſcentur, corpora humana tantum afficiunt, cum alia animantia non lædant. Aerem vero, cum ſit miſtum quiddam, putredinem poſſe concipere, quæ eſt propria mixtorum paſſio, nullum (vt dixi) dubium. Sed cum perpetuo vagus ſit, agitetur atque diffletur: quo pacto putredo illa tam diuturna eſſe poſſit, vt peſtem multis menſibus, imo interdum annis, durantem producat; clariorem facem, qua oſtendatur, mihi accendi deſidero. Certe quo putredo in aëre calido & humido erit grauior; eo facilius terminabitur, & morbi ab ea orti ceſſabunt. Exiſtimo igitur neque à primis qualitatibus; neque in propria ſubſtantia; neque corruptione ab aſtris, vel inferioribus corporibus; ſed per admiſtionem μιασμάτων, quę ex corporibus, quam diu ea laborant, exhalant, aërem vitium concipere, eorumque quaſi multiplicatione, aëre exiſtente impuro atque conſtitutione anni auſtrali & turbida, peſtilentias oriri. μιάσματα autem alias vere peſtem contagioſam & exitioſam; alias, cum ſint leuia, popularem morbum inducere: qui in ea corporis parte, cum qua quaſi antipathiam quandam habent, ſeſe effert. Sic Catarrhus epidemius anni M. D. LXXX. μιάσματα haud dubie habuit, quæ in aere ſparſa fuerunt: non tamen ad eum gradum malignitatis peruenerunt; vt, etiamſi cerebrum multorum afficerent, peſtem & interitum afferrent. Ac ſi peſtilentia fuiſſent; quantam ſtragem generi humano, cum pauciſſimo malum

Effectus aeris in qualitate mutati.

Subſtantia corrupti.

Aeris ſubſtantia corruptio quid & quotuplex.

In peſte corruptio ſubſtantia aeris ex inquinamentis corporum.

In aere putredo cur tam diuturna.

μιάσματα.

Catarrhus epidemius.

Corpus diſpoſitum.

non attigerit, dediſſent? Corporum vero prædiſpoſitionem quandam, vt appellant, eſſe oportere, ex qua alia facilius atque grauius, alia difficilius atque leuius afficiantur, neceſſe eſt.

De hac prædiſpoſitione ſiue ſit ex victus ratione, ſiue ex aëre, ſiue ex corporum raritate, certi aliquid conſtituere difficile eſt. Magnæ enim ſunt corporum diuerſitates, ſingulares ſympathiæ & antipathiæ; alia etiam ex cauſis cœleſtibus aliter affecta: denique contagii natura nondum ſatis à doctiſſimis viris declarata.

De contagione.

Cum vero peſtilentes morbos contagione ſerpere videamus, & quid vere ſit contagio, quæ eius cauſæ, à veteribus non explicatum; diſſentientesque de his recentiorum ſententiæ: in pauca, quæ mihi cogitanti in mentem venerunt, conferam.

Contagium à contactu dici, quo labes de corpore in corpus transfertur per debitam & conuenientem applicationem, ſatis ex Lucretio & aliis Latinis ſcriptoribus, qui nomen hoc eleganter per metaphoram à corporis affectionibus ad animum transferunt, patet. Medici vero morbos contagioſos vocant, per quos ratione contactus de corpore male affecto, in aliud ſimilis affectus transfertur; ſiue hoc mediate, ſiue immediate fiat.

Mediatum contagium.

Nam mediatum contagium eſt: cum inter duo corpora medium quiddam exiſtit, per quod maligna & pernicioſa qualitas de corpore quaſi in corpus migrat: videlicet, vel aër, vel fomes, cui μίασμα ſeu inquinamentũ inhæret, & ſimile malũ communicatur.

Immediatũ contagium.

Immediatum vero contagium eſt, cum corpora ſimpliciter ſe contingunt; vt in morbo Gallico (quicquid fabulentur, qui prætextus quærunt) accidit.

Initio vero hoc tenendum, quod ſupra etiam monui: peſtilentes morbos hoc quidem proprium habere, vt ſint plurimis pernicioſi, graues & lethales. Vt autem per contagium communicentur, niſi putredo ad iſtam malignitatem in iis deuenerit, vt morbidam expirationem tranſmittant in alia corpora, non neceſſe eſt. Plurimos enim interire nullis prorſus contagionis indiciis extantibus, apparet.

Priuatæ ſine contagio febres peſtilentes.

Peſtilentes igitur priuatas, niſi putredo in iis orta morbidum expiret, aſtantibus innoxias eſſe affirmamus. Irrident quidem ea, quæ de gradu putredinis dicimus; verum cum illi manifeſtam experientiam oppugnent, ineptum eſt cum illis Theſſalis odioſe diſputare. Satis enim in oculos recte iudicantium, qui in peſte verſati ſunt, incurrit: cum hebetantur quaſi μιάσματα, quæ è corporibus infectis expirant, morbi etiam vim remittere. Ac cum ſola contagione peſtes ſæuiunt: minus remediis morbum cedere, quam cum aëris vel alimentorum vitio putridæ febres peſtilentes oriuntur.

Peſtis contagioſa grauiſſima.

Cæterum cum aer vel per intemperiem, vel exhalationes ſæuas & putridas corruptus eſt, & ad hanc corruptionem μιάσματα & ſeminaria peſtis, quæ plurimis in locis, ex ægrotantibus atque morituris corporibus exhalant, accedunt: vix vllis præſtantiſſimis remediis quemquam iuuari, nec graſſantibus morbis ex contagione ortis, peritos etiam Medicos, niſi diuina prouidentia in tuto eſſe experientia conſtat.

Febrem peſtilentem publicam ? contagio veteribus fuiſſe ignotam.

Hic ſæpe mihi cogitare in mentem venit, veteres illos magnos viros, ex quorum libris atque præceptis nos artem diſcimus, cum peſtilentes morbos nullius periculi ratione habita curauerint, neque vllam contagionis vim, cum laborantes accederent, metuerint; nihil etiam de contagione ipſi ſcripſerint: nequaquã eos peſtilentes morbos, vel ſimiles iis, qui in noſtris regionibus ſæuiunt, & plerunque bubonibus atq; carbunculis inſigniti ſint, præ manibus habuiſſe; ſed illos, quãuis Epidemii eſſent, & multis infeſti, nullum tamen ſeminarium peſtilens exſpiraſſe.

In quibuſdam regionibus peſtis non contagioſa.

Accedit ad hoc, quòd noſtra quoque ætate in multis regionibus Orientalibus & Meridionalibus, peſtilentias plurimis exitioſas fuiſſe conſtat: in quibus tamen neminem contagione contaminatum, nec vllos à conſuetudine ægrotantium refugiſſe legimus.

Peſtilens febris publica [illegible]

Itaque ſtatuo, noſtras peſtilentes febres bubonibus vel carbunculis inſignitas, & ex ſolo contagio ortas, longe deteriores, grauiores, atq; pernicioſiores eſſe; quam quæ vel ex peſſima victus ratione, vel ex aëris corruptione quantumuis ſæua, dum in corporibus nondum ad iſtum gradum peruenit, vt morbidum expirent, oriuntur: easque effugere, vel his affectis mederi, niſi natura valde per abſceſſus expurget, difficilimum eſſe: imo nõdum remedium verum, quod vim illam μιασμάτων plane retundat & exhauriat, repertum. μιάσματα autem ſeu ſeminaria diuerſis temporibus diuerſa eſſe, nec eaſdem vires ſemper habere; ſicut neq; venena, quæ minime eodem modo lethalia ſunt, etiamſi omnia naturæ inimica & pernicioſa ſint.

Hinc autem euidens eſt, illud ipſum, quod contagionem conſequitur, non tam ex contactu eſſe, quam ex qualitate μιασμάτων perniciem cõtactu afferentiũ.

μιασμάτων qualitas pernicioſa [illegible]

Eam vero qualitatẽ, cum nihil vltra proprium gradum agere poſſit, neque à primis, neq; à ſecundis qualitatibus noxiam atq; pernicioſam: ſed ex ipſa ſubſtãtia fluere, atq; in materia illius occultam vim deleteriam reſidere, eiusque natu-

naturam nondum penitus, niſi quatenus ex affectionibus patet, perſpectam eſſe. Vt enim Rheubarbarum non purgat, quia calidum vel humidū eſt, &c. ita μιάσματα illa nō à primis qualitatibus vllis, quæ vel ſenſu vel ratione percipi poſſint; verum ſolo experimento lethalia deprehenduntur. Ac etſi à putredine ortum habent; tamen diuerſum quiddam eſſe, neque ſecundis qualitatibus agere conſtat. Hærent enim ſæpe μιάσματα & ſeminaria peſtis per multos menſes imo annos, in veſtibus & aliis rebus poroſis tanquam in fomite: & ex longinquis regionibus in alias cum illis trāſportata, tandē ventilatis rebus iis exſiliunt: cum nullum plane putredinis indicium in fomite reperiatur.

Diuerſum quidā putredine.

μιάσμα-τα latentia.

Definitio contagii quorundā.

Definiunt autē quidam contagium medium aptum atque idoneum, ſine quo peſtilens illa qualitas communicari nequeat. Niſi enim contactus vel mediatus vel immediatus fieret, quomodo qualitas illa occulta, & tota ſua ſubſtantia, ſicut & multa venenata medicamenta, ſpiritibus corporis humani inimica, tam pernicioſum effectū produceret? Rationem igitur cauſæ ſine qua non obtinere contagium videtur: ita tamen vt vitium à qualitate illa inimica & occulta non poſſit transferri, niſi agens ſupra paſſum dominetur, patiensque, vt loquuntur, ad ſuſcipiendum ſit diſpoſitum; & iuſtum temporis ſpacium ad imprimendum concedatur. De his tribus quaſi conditionibus varie docti homines diſputant: ſed reuera ita in difficili cognitione omnia verſantur, vt ſatisfieri ingenioſis plane non poſſe videatur. Cum vero veriſſimū experiamur, quod Philoſophus ait, nos nihil vel pauca ſcire; patiamur eos, qui ſe omnia ſcire arbitrantur, de omnibus ſibi iudicium ſumunt, & omnes præ ſe contemnunt, deniq; quos Poëta infœlices vocat, cū illis nemo placeat, multa requirere vel etiam inſcitiam noſtram in rebus ſummis atq; in natura abditis, nec dum cognitis, accuſare, & nos noſtrum officium faciamus, ac in recte monſtratis acquieſcamus.

Montani definitionis explicatio.

Ioh. Baptiſta Montanus præceptor meus contagium hoc modo definit: Contagium eſt impreſſio qualitatis præter naturam, vel affectus tranſiens de vno ſubiecto in aliud per contactum immediatum vel mediatum propter cōuenientiam quidē materiæ, contrarietatem vero formæ, interueniente alteratione caloris indebite excoquentis humidum, ſubiectum deſtruens. Hæc definitio etiamſi non tam de tranſitu ſeu propagatione ſeminarii putridi quam de qualitate ſeu de putrida caliditate, vel inquinamēto ipſo quod contagione mediata vel immediata diſſeminatur, agere videatur: tamen in doctorum reprehenſionem propterea cadere non poteſt, cum facile ex vi nominis intelligatur, requiri contactum imprimentis ad impreſſum, atq; aliud contactum ipſum eſſe, aliud quod ſuam efficacitatē habet. Item neceſſe eſſe vt alteratio fiat, & alterans alteratum contingat. Sed in his quidem facile docti & moderati, qui recte interpretando potius declarandas rectas ſententias quam exagitandas, dum peregrinæ opiniones his affinguntur, quæ fortaſſe nunquam autori in mentem venerunt, cenſent, atque multis verbis, nō vt ſtudia diſcētium adiuuent, ſed vt ingenia eorū perturbent & ſua oſtentent, libros complent, acquieſcunt. Itaq; inquieta ingenia & ſcribaces iſtos miſſos faciamus. Ponitur vero in definitione vox *impreſſionis*: quia non ſatis eſt, vt contactus ſubito tranſiens fiat: ſed mora etiam conueniens, qua maligna illa qualitas, defluens ex putredine certi gradus, imprimi poſſit, requiritur. Cæterum qualitatem illam plane præter naturam eſſe, ac cum labem peſtiferam & corruptionem inducat, quaſi è putredine ſit orta, ſiquidem putredinem non infert, verum ſæpe hominem interimit, prius quam vlla putredo conſequi poſſit, ſatis apparet. A forma quidam hoc eſſe arbitrantur. Sed obſecro cum nō ſit regreſſus à priuatione ad habitum ſecundū philoſophos; quid Medicus in morbo à forma procedente dimicabit? Sed his omiſſis quę diſputationes longas minimeq; neceſſarias Medico excitant, pergo ad alia. *Tranſiens de ſubiecto in ſubiectum.* Requiritur enim, quemadmodum Lucret. ait, contactus geminus, duorū videlicet corporum, quorum vnum iam affectum, alterum ad ſimilem affectum obnoxium reddit. Niſi enim ἐπιτηδειότης illa in corpore adſit, impreſſio fieri haud poteſt. Vnde ſit autem quaſi illa corporum ad ſuſcipiendum propenſio, difficile eſt (vt antea dixi) explicare. Cor quidem debile metu & mœſtitia fractum facile ſeminarium attrahit: cum vis ipſa inquinamenti, ad fontem vitæ, videlicet cor, eiuſque calorem innatum & ſpiritus, tanquam venenum vehatur. Certum etiam eſt 2.
impura corpora & multo excrementitio humido abundantia, facilius affici. Peculiare 3.
tamen quiddam eſſe conſtat; quod neque animo ſatis concipi, neque verbis explicari poteſt. Diuinum hoc Medici appellant; quod corpus εὐέμπτωτον (quaſi dicas procliue ad id quod extrinſecus incidit recipiendum) reddit, ſed ita varie explicant; vt nihil certi de illorum ſententia conſtitui poſſit. Aſtrologi ſuas opinationes habent, de quibus in præſentia dicere non neceſſe eſt.

Diſpoſitio corporum qualis.

Per contactum mediatum vel immediatum. Immediate ſe duo corpora contingunt, cum inter illud nullum intercedit medium: Mediatus vero contactus fit, interueniente tertio; quod duo corpora, vt ſimiliter laborent, afficit, vt oſtenſum eſt. Alterat vero medium illud vel realiter, vel formaliter: realiter in iis affectibus, in quibus exhalat impurum quiddam è corporibus, & ſimilem putredinem excitat. Sic morbus Gallicus ſolo contactu, incaleſcentibus ſcilicet corporibus iunctis, immediate transfunditur. In lepra & ſcabie maligna, cum è corporibus quiddam exhalat, vapore etiam illo putrido ſolo translato, non contactu, malum de corpore in corpus tranſit. Sed de his paulo ante diximus. *Propter conuenientiam materia & contrarietatem forma.* Contrarietas vel a materia, vel a forma, vel à præcipuo accidente eſt. Materia, agendi principium non habet; ſed idonea eſt ad recipiendum. Ideo immutatur & alterationes ſuſcipit. Formarum vero propria quaſi eſt contrarietas. Cauſa igitur illa agens & propter diſſimilitudinem formalem cor feriens, orta ab exitioſa putredine & vaporibus commiſta, eandem quam ipſa adepta eſt, malignam qualitatem ad vicina corpora tranſmittit. Nec qualitas illa in peſtilentibus febribus priuatis & nondum contagioſis oritur, niſi certum exitium iam ſit præ foribus: nec contagium ab vno vel altero laborante febre peſtilente putrida ſe diffundit, niſi in extremo periculo ægro conſtituto, & non iam tam humoribus putridis, quam plane corruptis, exſpiret. In eiuſmodi igitur corporibus vel ante vitæ exitum maculæ, vel poſt in corpore conſequuntur: quarum tamen aliæ mitioris mali, aliæ vehementioris corruptionis indicia ſunt. Cæterum cum peſtis contagioſa à contagione morbida videlicet, expiratione originem ducit, ſtatim ſymptomatice vel maculæ vel apoſtemata conſequuntur. Sed de forma quam neque intendi, neque remitti, cum ſit indiuiſibilis, Philoſophi volunt, Medicos diſputare non neceſſe eſt. Illud ſatis cum cauſæ morborum ſunt, eiuſmodi remotionem earum curationem eſſe.

Medium vt alterat.

Contrarietas vnde.

Qualitas pernicioſa contagio quando.

Macula.

Morbi per conſenſum aut hæreditarii male contagioſi dicuntur.

Hoc etiam Medico tenendum, morbos qui per conſenſum fiunt, vel hæreditarii ſunt, non recte contagioſos appellari. Neq; enim vapor à pede aſcendens in cerebrum & Epilepſiam concitans, contagium, cum pes minime Epilepſia laboret, dicendum eſt. Sic neque hæreditarii contagioſi appellandi: eum contagium illud dicamus; quando inquinans & inquinamentū ſimili morbo afficiuntur. In vno vero corpere diuerſæ affectiones in diuerſis partibus generantur. Sic à putredine quæ in aliqua parte reſidens alteri communicatur, diſſimiles affectiones oriuntur, vtpote in febribus intermittētibus, cum in paruis vaſis putredo tanquam in foco reſidet, & ad cor vapores putridi tranſmittuntur: cor tamen febre, non putredine afficitur, nec contagione laborare dicitur.

Qualitas contagioſa non ſpiritualis.

Porro qualitatem illam cõtagioſam non eſſe ſpiritualem, vt quidam ex ſententia Ariſtotelis loquuntur, cum realis fiat alteratio & ſeminaria remaneant in rebus, ſatis patet. Nulla enim qualitas permanens in paſſo poſt diſceſſum agentis, à ſpirituali qualitate prodit: nec ſpirituales qualitates vel mediū vel corpora reuera alterant, nec nouam miſtionem inducunt & priorem mutant. Sed de his ſpiritalibus qualitatibus, ſeu intentionalibus, vt vocant, non neceſſe eſt plura hic agere: cum, vt dixi, omne contagium corpus realiter afficiat & alteret: neque euaneſcens, ſed permanens ſit ea alteratio. Hic tamen Montanus manifeſte ſe declarat: qualitatem corpoream non intelligi debere, quaſi reuera corpus ſit: ſed quia naturam corporis ſequatur. Ideo etiam ſubſtantialis qualitas (licet contagium neque ſubſtantia, neque qualitas ſit) ſeminarium illud peſtilens, quod contagione diſſeminatur, cum aliud nomen non reperiatur, dicitur: quia in ſubſtantia interna iſtæ qualitates occultæ reſident, & promanantes ſubſtantiale quiddam ſecum trahunt, quod aliis communicatum ſiue mediata, ſiue immediata contagione, non ſimplicem putredinem infert; ſed, niſi ſubito remoueatur & cor præmuniatur, exitiotum eſt. Fateor, me hæc non ſatis commode explanare; ſed proferat melius, qui poteſt. Rem ad iſtum modum ſe habere affirmabunt omnes, qui vere peſtilentes febres, hoc eſt ex ſeminario peſtilente ortas, curarunt: & fatebuntur, longe putredinis vulgaris conditionē hanc putredinem quæ ſeminarium hauſtum & attractum ſiue mediata contagione ſiue per aërem, conſequitur, ſuperare. Non enim illa putredo quæ in peſtilentia eſt, cum putredine aliarum febrium, quantumuis malignarum, conuenit; ſed longe pernicioſior eſt. ac, etſi in materia conuenientiam quandam habeat, forma tamen ipſa, cum ſtatim calorem innatum ita oppugnet, vt vitam adimat, diuerſiſſima & aduerſiſſima eſt; vt paulo poſt de putredine declarabimus. Sequitur in definitione: *Caloris imperfecte humidum percoquentis.* Sedem putredinis humidam

Peſtilentis ſeminarii.

Putredo vt non vulgaris, ita longe pericoloſior.

Sedes putredinis.

dam

dam eſſe, & calida & ſicca à putredine tuta: notum eſt iis qui Philoſophiæ principia ſciunt. Fit autem ab imminuto calore, dominante humido, vt deinceps dicemus. Illud ſaltem hoc in loco iterum repetendũ, quidquid aduerſandi ſtudio alii commententur: Putredinem à qua ſeminarium peſtis, quod cõtagione diſſeminatur, oritur, peculiarem gradum obtinere: neq; vim illius in primis qualitatibus, ſiue ea ſit caliditas, ſiue frigiditas, ſiue humiditas vel ſiccitas, vel cum materia, vel ſine materia, reſidere: neq; per eas propagari. Febris enim ardentiſſima non propterea, quia ſummus calor, contagione diſſeminatur, niſi morbida exſpiratio accedat qualis vel in Phthiſi vel in ſimili morbo contagioſo eſt, peſtilens cenſetur. Medii vero diſpoſitio vna ex illis, quæ corpus præparant, præcipua cauſa eſt.

Vt enim funiculus lucernæ probe præparatus fumo ſaltem ignis attactus, flammam concipit, ita & in contagione peſtilenti accidere apparet. Statuimus igitur in vere peſtilentibus febribus & contagioſis per ſolum contagium, exitioſam & lethalem vim diſſeminari, hauſtoq; ſeminario, ſequi quidem putredinem, dum non ſtatim cor opprimitur, verum minime ſimplicem; ſed quã rurſus inquinamenta comitentur. Semper ne vero in peſte adſit febris, poſtmodum videbimus. Iſta nunc ſententia hanc partem concludimus: Per contagium ortum morbum, à maligna qualitate putredinem, niſi cordis vires prius extinguantur, plerũque conſequi. A putredine vero ortam febrem peſtilentem, quam nos priuatam appellamus, neque perpetuo contagioſam exiſtimamus, putredinem quidem ſæuam perpetuo adeſſe: verum ad contagium prius non facere, quã eum ad gradũm deueniat, vt τοιαύτην ἀπόκρισιν habeat. Contagium igitur inter cauſas externas numeramus: cumque hæc vna cauſa ad producendam vere peſtilentialẽ febrem contagioſam & exitioſam ſatis ſit; de cæteris diſputare eos qui cõtentionibus delectantur, æquo animo patiamur.

Priuata quãdo fiat publica.

Nunc igitur de internis cauſis agemus. Sæpe autem dictum eſt: vere peſtilentes & contagioſas febres aliam cauſam non habere, quam contagium à ſeminatio ſeu morbida expiratione corporum infectorum ortum: & quando μιάσματα ſeu ſeminaria illa aeri communicantur, in eo vim maiorem vel remiſſiorem afficiendi corpora, quæ neceſſario aerem attrahunt, acquirunt. quomodo etiam contagione diſſeminentur: & quid contagium ſit antea declaratum. Itaque ſuperuacaneum quaſi videtur, de interna cauſa, videlicet putredine agere. Verum cum Contagium non perpetuo importetur, ſed ſeminarium ſæpe in vno corpore ex putredine certoq; eius gradu oriatur, vt hæc rectius intelligantur, de putredine, principe cauſa interna febrium peſtilentium, tam contagioſarum quam non contagioſarum, pauca monenda.

Interna cauſa.

Morbida exſpiratio.

De putredine.

Primum autem hoc, quod ſæpe oſtendi, repeto: Vere peſtilentem febrem & contagioſam poſſe ab eo, qui peſtilente non contagioſa laborat, initio originem ducere, cum videlicet putredo ad illum gradum peruenit, vt ſit contagioſa, & morbidam ἀπόκρισιν exſpiret. Proinde ſi quis ea febre moritur: non dubium eſt, quin corpus ante obitum morbidam ἀπόκρισιν exhalet, quæ, ſiue mediate ſiue immediate aliud corpus prædiſpoſitum contingat, ſimilem affectionem inducere poſſit. Sitne vere ille peſte extinctus dicendus, vel non cum nondum peſtis ſeu peſtilentia in iſto loco graſſetur; odioſe contendere cum de potentia & actu differentia nota ſit, & an vnius hominis interitus peſtis dici debeat, ſuperuacaneum puto.

De putredine vero cum multa ſcriptis doctorum virorum & diſputationibus publicis Academiarum ſint agitata, eaque in omnium manibus verſentur: non debeo ea repetere: multo minus iudicium meum interponere: cum nullum dubium ſit, vere contagioſas febres, de quibus agimus, à contagione ſula originem ducere; quæ, etſi ſoboles putredinis, ab ea tamen differat. Verum vt eos, quibus forte iſta, quæ in diſceptationem de putredine venerunt, ignota ſunt, à grauioribus erroribus abducam: illud ſignificatione parua oſtendendum: Præcipuum certamen extitiſſe de Ariſtotelica & Galenica definitione putredinis: quoſdam vtramque conciliare inter ſe ſtuduiſſe; alios diuerſiſſimas affirmaſſe. Deuentum autem eſt ex hac controuerſia, vt fit, in aliam. Et quidam in peſtilentibus febribus nullam eſſe putredinem, imo ne in aliis quidem putridis contenderunt, idque de Hippocratis ſententia, qui humores exardeſcere, non putreſcere ſcripſerit, ſe præclare tueri exiſtimarunt. Ad Hippocratis ſententiam quod attinet, nimis abſque ratione de ea cogitatum. Vnde enim iſte ardor niſi à calore præternaturali, quo omnia putrida pollent? Et quis ſanæ mentis ignorat: Omnes quidem libros Hippocratis quædam Hippocratica continere Hippocratis autem non omnia eſſe? Ad definitiones vero quod attinet: moderatis ingeniis vna hæc reſponſio ſatis eſſe po-

Diſceptiones de putredine præcipua.

Putredo Ariſtot. in facto. Medicis in fieri.

teſt : Ariſtotelem putredinem tanquam id quod corruptnm eſt, definire : Medicum vero de ea corruptione , quæ quaſi in via eſt, agere. Aliud vero eſſe putreſcere, aliud iam putridum eſſe, quis non videt ? Ac cum Medicis corporum humanorum conſeruandorum cura incumbat; eaque in humorum integritate tuenda verſetur : de putredine non ita agunt , vti Philoſophi, qui putredinem generationi , in qua actiuæ qualitates dominantur, opponunt ſimpliciter : ſed de pugna in aqua paſſiuæ cum actiuis certant, & eam ſedate coctione ſtudent, quæ præcipue humores tuetur, & omnia immoderata ad moderationem & temperiem reducit. Philoſophi vero duas extremas mutationes mixtorum ſibi propoſitas habent , generationem , & corruptionem. quarum illa ad ortum ſpectat, hæc ad interitum , ad quem naturalia omnia vergunt. Sed aliter ſimplicia corpora, aliter compoſita affici ſtatuunt. Simplicia non putreſcunt : Compoſita vero vel animata vel inanimata ſunt. Animatum interit, qua eſt animal : calore naturali illius qui perpetuo motu eget, immobili reddito.

Motus caloris duplex.

Motus vero caloris cum duplex ſit, ſurſum, & deorſum : ille qui ſurſum fertur, opprimitur à ſuffoçantibus : Motus vero deorſum , deficiente humido ceſſat. Cum vero mixtum ſeu compoſitum , quatenus mixtum conſideratur, corruptionem quandam fieri animaduertimus : cum paſſiuæ qualitates actiuis dominantur. Et, vt dixi putredo eſt , quæ fit, cum humiditas mixti non amplius regitur à calore. Itaque in putredine duo conſequuntur : videlicer, vt putrida calore alieno ſint calida, & qualitate naturæ minime analoga , inimica; deinde, vt omnia contra ac in coctione fit, diffluant. Hæc cum Medici, qui de mediis mutationibus agunt , neque de mutatione ad ſubſtantiæ generationem vel interitum, ſed temperamenti reſpiciunt , conſiderant :

Galeni definitio.

definitionem Putredinis quæ eſt 11. Method. Galen. cum putredinem mutationem ad corruptelam totius ſubſtantiæ putreſcentis, in vnoquoque humido definit , amplectuntur. Ex hac autem definitione ſatis patet, eos de putredine incipiente, cuius certe ſunt progreſſiones atque gradus , non de Philoſophica illa agere. Nunquam vero fit ſubſtantialis corruptio, quin & temperamenti conſequatur : ſed non econtra.

Corrupti. humorum interdũ putredinem præcedit.

Neque omnis corruptio humorum eſt à putredine, cum interdum putredinem præeedat, ſicut in ſanguine extra venas , licet omnium humorum ſit beniguiſſimus & familiariſſimus, apparet. Plerũque tamen hoc accidere, vt res prius putreſiat, deinde corrumpatur ; non imus infitias.

Seminarii peſtilentis origo.

Ac vt de ſeminarii peſtilentis ortu dicamus: cum appareat corruptionem potius quam putredinem hauſtum ſeminarium conſequi, & orta ſuis principiis (quemadmodum in ſcholis loquuntur) atteſtentur: euidens eſt , non tam à putredine, quam à corruptione originem ducere. Totam enim ſubſtantiam ſeminarium hauſtum deſtruere manifeſtum eſt. Putredo vero paulatim ad corruptionem vergit : nec ea , de qua agunt Medici , intimam rei naturam deſtruit ſubito; ſed ſi naturæ robur adſit, coctio aliqua humorum ſperanda.

De coctione humorum Villa noua.

De hac coctione legatur elegantiſſimus libellus Villænouani de ſyrupis inſcriptus. Sæpe autem fit, vt humores cruditate & aliis de cauſis in alienam quidem naturam quaſi degenerent, non tamen putreſcant. quemadmodum videmus in Epilepſia per conſenſum orta : in qua nullus calor præternaturalis adeſt atque moleſtat.

Corruptio humorum ſine putredine varia.

Sic & in vteri ſuffocatione nulla percipitur caliditas, ſed frigiditas interdum manifeſta eſt : & tamen ſæua ſymptomata, non putredini, verum corruptioni abſcribenda, conſequuntur. Corruptio vero non eſt vna, ſicut nec putredo vna cenſenda. Diſſimilia autem habere diſſimiles affectus & gradus , quis negaret ? Hinc tanta morborum varietas & diuerſitas : cui certe alia cauſa, quam putredinis & corruptionis humorum varietas & diuerſitas aſſignari vix poteſt : eſt autem calidi proprium corrumpere, dum is calori innato , qui integer eſt autor omnis conſeruationis, contrarius efficitur. hunc calorem cum & Medici & Philoſophi vnicuique mixto adeſſe proprium & innatum, gubernantem & conſeruantem mixtum ſtatuant; nihil ex eorum ſententia; niſi eo affecto corrumpi poſſe conſequitur . Afficitur autem in putredine, vt cenſent, à calore extraneo, cum humiditas propria, cui innatus calor inſidet, è mixto euocatur; eiuſque forma & per conſequens eius ſubſtantia , corrumpitur. Hæc corruptio proprie putredo dicitur. nam quæ fit à frigore vel ſiccitate, improprie hoc modo appellatur.

Putredinis propria conditiones.

Putredinis enim propriæ conditiones ſunt vt adſit humiditas. Secundo, vt aduentitius calor conſequatur : licet aliquando & internum calorem in corpore noſtro ita affici, Medici exiſtimẽt; vt putredini cauſam præbeat. Hunc igitur mutatum & intemperatum calorem ad temperiem reducere ; &, cum putredine procedente omnia diffluãt, coctione , quæ craſſiura reddit ea quæ diffluere incipiunt, intra ſuos terminus retinere

nere

nere omni ratione ſtudent. Quod autem putridum iam eſt, remouendum quam celerrime, cum benignum & amicum naturæ reddi nequeat: ſicut quod alterari poteſt, euincere atque ad mediocritatem deducere naturæ auxilio; quæ ſola vere coquit & morborum medicatrix eſt, miniſter illius, Medicus, impedimenta remouendo, conatur. Hanc actionem, coctionem Hippocrates nominauit. Sunt autem huius coctionis variæ differentiæ: craſſa enim extenuantur; tenuia incraſſantur; lenta inciduntur, denique omnia ad mediocritatem temperamenti reuocantur; &, vt humores quandam tum ſubſtantiæ tum qualitatis moderationem adipiſcantur, opera datur. Sed hæ verius præparationes quam coctiones dicuntur. Hic interdum Medici & naturæ officia concurrunt: &, cum humoribus coctis facile à facultate expultrice noxia extra corpus expellantur; nunquam ſalubriter à Medico, niſi natura ſuas partes ſimul exſequente, hanc expulſionem fieri poſſe certum eſt. Ideoque & omnis excretio, quæ fit ante illam commoderationem à natura, ſymptomatica cenſetur. Ea re, cum in febribus peſtilentibus contagioſis ſtatim corruptio ingens in corpore ſe demonſtret, atque omne corruptum, vt diximus, & coctioni minime idoneum expellendum ſit, eruditis Medicis in harum curatione nihil prius vel potius faciendum videtur, quam vt corrupta, vel cauſam corruptioni præbentia, per vias maxime opportunas educantur, præſertim cum naturam idem moliri animaduertimus. An vero ἀλλοιωτικὴ δύναμις tunc in officio ſit, iudicare difficile eſt. Expultricem eſſe, cum inter initia natura ſe ſymptomatice exonerat, ſatis apparet.

Coctio Hippoc. præparatio rectius humorum ad expulſionem.

Quia vero toties dictum fuit, propoſitum nobis eſſe diſcernere febres peſtilentes cõtagioſas à non contagioſis, atq; in eo nunc toti ſumus, explicanda ſemel eſt hæc res, & quaſi ob oculos ponenda.

Diuiſio febrium peſtilentium.

Galenum tertio de præcognitione ex pulſibus, hæc ſcripſiſſe de febribus peſtilentialibus putridis manifeſtũ eſt: εἰδέναι μέντοι χρὴ καὶ ἄλλας γινομένας ἄνευ λοιμῶν τοὺς αὐτοὺς τούτους πυρετούς, ὥσπερ καὶ γεγένηνται περὶ αὐτῶν ἅπαντες οἱ ἀξιόλογοι ἰατροὶ, καὶ καλοῦσί γε λοιμώδεις αὐτούς. Scire (inquit) oportet eiuſmodi febres etiam alias abſque peſte accidiſſe: quemadmodũ omnes inſigniores medici de illis prodidere, peſtilenteſq; vocarunt. Tertio vero Epid. has febres ex putredine ortas appellat λοιμώδεις ἰδίως πυρετοὺς καταλαμβάνοντας τοὺς ἀνθρώπους καὶ χωρὶς λοιμοῦ: id eſt, Febres peſtilentes priuatas, corripientes homines abſque peſte. In harũ vero cura libro primo capite 4. de different. febriũ fuiſſe κεφάλαιον putredinẽ, id eſt, præcipuas indicatiuas curationes ad putredinem directas affirmat. Has igitur febres peſtilentes ex putredine ortas, nec dum contagioſas, cum abſque peſte, id eſt, publico hominum interitu, intra paucas ædes (in quibus tamen multis propter victus rationem eandem vel aeris intemperiem ſine contagio, pernicioſæ ſunt) ſeſe continent, priuatas appellaui.

Priuatæ febres peſtilentes.

Cæterum cum Galenus libro ſecundo de Hum. Natura, capite quarto, de peſtilenti aeris ſtatu, ſeu ſeminariis peſtis, ſi ſcripſerit: ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας οὐχ ἁπλῶς ποιότητι λυμαινομένων τοῖς σώμασιν: aliud genus peſtilentialium febrium, quod non à putredine tantum, ſed à corruptione oriatur, & in quo σπέρματα τῶν λοιμῶν à proprietate ſubſtantię potius, quam manifeſta aliqua qualitate lædãt, eſſe ſtatuit. Has autem Germanico ſcripto publicas appellaui: non vt ſpeciem certam conſtituerem, ſed ſolummodo, quia publicum priuato oppoſitum eſt, vt illas à priuatis hac notione (recte ne an ſecus factum fuerit ambitioſe in præſentia contendere non libet) diſcernerem. De nominibus nullam quidem litem cuiquam moueo, neque nomen publicæ peſtis magnopere tuebor: modo de rebus ipſis nobis conſtet. Galenus certe ſeminaria iſta peſtis ἀναπνευστικῆς αἰτίας appellatione deſignaſſe, vel de putredine longe vulgaris conditionem ſuperante, egiſſe videtur. Affirmat autem libro primo de differentiis febrium: ſe plenius dicturum de febribus peſtilentibus in Curatiua Methodo. Verum cum libro decimo ſub finem hoc agere incipit, ſtatim iſta ſententia concludit: ſe alio in loco de his acturum. Id vero vbi faciat, haud ſcio. Dum enim in libros Hippocratis Epidem. commentatur, nullum librum Hippocratem de febribus peſtilentibus ſcripſiſſe ait, & res oſtendit: ægros, quos Hippocrates recenſet, vel non peſtilentibus morbis, vel minime contagioſis, & ex contagione ortis, laboraſſe. Poſſem hoc plurimis verbis explanare; niſi eruditi Medici per ſe hoc viderent; & mihi in iſto ſcripto breuitas ſequenda eſſet, cuius me vel valetudo mea afflictiſſima, quæ ad libros reſpicere vix, imo ne vix quidem, cum lecto affixus ſim; ſinit, admonet. Ad inſtitutum redeo. Peſtilentes febres alias putridas & non contagioſas; alias contagioſas ex inſpiratione ſeminarii à corrupta materia, & quæ plane naturæ inimica eſt, ortas, illud quoque indicio eſt: quod ſeminaria hauſta non putredinem, verum, dum in ſpiritus ſerpunt, ſubitam

Publicæ.

Hippoc. peſte contagioſam non obſeruauit.

Seminaria hauſta non putredinem, ſed interitum afferunt ſubitum.

mortem adferunt. Nihil autem ſubito ad iſtum modum putreſcit, vt animatum concidat. Itaque hinc quidam ſuam ſententiam confirmant; peſtem ſine febre eſſe. Cæterum cum in humores vis contagii defertur; corruptio alias præcedit febrem, & tunc res in maiori periculo eſt, alias ſequitur. Præcedente corruptione, febris contagioſa ab ea, longe deterior putrida, oritur. Quæ vero putredinem ſequitur: tum primum ſeſe prodit, cum expiratio morbida contagium excitat. Ex quo apparet malignam iſtam vim & exitioſam ſeminarii non tam in putredine, quam in corruptio cõſiſtere. Indicat hoc quoque celerita[illegible]di. Putrida enim ſuum tempus habent, neque putridum à puttido contactum ſubito corrumpitur: cum qualitates actiuas & paſſiuas alterari neceſſe ſit. Vis igitur illa contagioſa, non per putredinem, vt dixi, ſed corruptione efficax, quidquid illi obuiam eſt, corrumpit. hinc eum in humores defertur, abſceſſus vel carbunculi conſequũtur. Habent enim quemadmodum Hippocrates de glandulis air, principes partes ſua emunctoria: ideo labem quæ inſpiratione concipitur, ſiue iam μιάσματα illa per os & nares, ſiue per arterias, ſiue per meatus corporis, quos poros appellamus, attrahantur) ad ea deponunt. Cor quidem plerumque ad axillas demittit: Cerebrum pone aures parotides excitat: Partes quæ thoraci ſubiacent affectas, niſi vel malum admodum ſit leue, vel natura non ſatis fortis vel μίασμα minime vehemens, bubones conſequuntur. Magna vero μιασμάτων eſt varietas: ſicut & venena alia cor, alia cerebrum, alia alias partes infeſtant. Potentia etiam nimium μίασματα, ſubito, quemadmodum venena vehementia, hominem è medio tollunt.

Emunctoria viſcerũ.

Rhaſes.

Denique ſi de his autoritate agendum eſt, Rhaſes qui in medicina plurimum vidit, & omnium fere libros veterum euoluit, iudicio etiam recto de iis quæ legit atque collegit, vſus eſt, duas iſtas ſpecies peſtilentialium febrium, videlicet putridarum & contagioſarum, ſtatuit: & oriri ſeminaria ex potridis, quæ non modo peſtilentes contagioſas inſpiratione hauſta excitant, verum etiam corpora ad ſuſcipienda ea prædiſponunt atque idonea reddunt, docuit. Poſſent & ſignis iſta diſcerni: niſi (cum peſtilentium priuatarum putridarum putredo non in temporis quaſi puncto oriatur) ſignorum & ſymptomatum, quibus ſeſe produnt, diuerſitas ſumma eſſet, & de his iam veterum quam recentium libri pleni. Ruffus præcipua collegit, quæ ſtudioſis medicinæ in promptu ſunt. Latitudinem autem quaſi peſtilentis putridæ obſeruare, & quæ mitior atque intenſior, quæque intenſioris cauſæ, conſiderare oportet. Sæpe enim remiſſa videtur peſtilẽs putrida: cum minime ſit, & præſentem mortem propemodum afferat: Porro differre putridas à contagioſis, ἡ θεραπεία oſtendit. Sanguis enim in omnibus febribus putridis, maxime vero peſtilentibus, ex ſententia omnium doctorum, Auicennæ, Aëtii, Pauli, Ruffi, principio mittitur: in contagioſa febre non item. Nam tunc morbida λοίμεξις, ſeu ſeminarium peſtilens inſpiratione hauſtum, foras pellendum. Id quod ſanguinis miſſio non præſtat.

Signa diuerſa publicarum & priuatarum febrium, vt & cura.

Hoc in loco de Petechiis aliquid monendum; quæ alias ab initio putridæ febri non contagioſæ coniunctæ ſunt, alias ſtatim cõtagionẽ comitem habent. Sunt illæ ex Græcia in Italiam non ante multos annos delatæ, ac in primis Aulis ſummorum Regum & Principum in Germania infeſtæ fuerunt. Nunc Rebuſpublicis etiam & ciuitatibus ſæpe pernicioſæ. Hæ alias Cacochimiam in corporibus ſequuntur, atq; tunc plerumq; morbidam λοίμεξιν habent, & contagione diſſeminantur: alias Plethoræ comites ſunt. Differunt autem colore. Quæ à plenitudine ſanguinis oriuntur, pulicares, cum maculæ rubeæ appareant, appellantur. Hę plerunq; febrem peſtilentem ſimplicem non contagioſam ſcilicet, adiunctam habent. Alię Cacochymiæ ſoboles, nigræ, liuidæ, puniceæ, virides conſpiciuntur, & contagii ſeminariũ ſecum ferunt, ac iſtæ quoq; numero, multitudine, & magnitudine diſcernuntur. In his initio ſanguinem mittere, priuſquam appareãt, vel corpora purgare, modo ante quartum diem hoc fiat; nullam reprehenſionem habet: imo vt ſalutare (maxime ſi plenitudinem conſequantur) auxilium commendatur. cæterum ſi poſt quartũ, aut maculis iam apparentibus, ſanguinis miſſione vel medicamentis humores agitentur, & intempeſtiue moueantur: periculo res non vacat. Sed ad ſigna febris peſtilentis nobis deueniendum.

De petechiis ſeu maculis peſtiferis [illegible].

Maculæ pleth.

Cacochymiæ.

Maculæ quidem omnes, febris peſtilentis ſunt indices; ſed non omnes febris peſtilentis contagioſæ. Nam cum in progreſſu morbi, videlicet, quarta, ſeptima, vel nona primum ſe produnt, peſtilentis putridæ notæ ſunt; cum vero initio morbi conſpiciuntur, contagioſam febrem indicant. Habet autem contagioſa febris duos præcipuos comites, (ſi modo naturæ robur tantum ſit, vt materiam expellere, & ad emunctoria deponere poſſit: neque vi deleteria contagii

De ſignis febris peſtilentis.

Maculæ in initio morbi contagioſam indic. [illegible].

ſpiri

ſpiritus opprimantur (videlicet carbũculos & bubones,ſeu Parotides,cum caput afficitur. *Μελάσματα* ſeu nigræ maculæ rarius apparent in viuis, verum cum contagii vis ſubito vitam adimit, in cadaueribus plerunq; ſeſe efferunt. Peſtilentis vero febris putridæ infinita propemodum ſigna & ſymptomata, cum veterum ſcriptis & recentium libellis commemorata ſint; ſuperuacaneum videtur mentionem eorum facere, præſertim, cũ dignotio & curatio à contagione ortarum febrium ſit in manibus. Illud vero de contagioſis m[illegible]nere oportet: conceptum contagium multa peſtilentibus quoq; putridis familiaria conſequi, in primis vero inquietudinem corporis, quam *ἀλυσμὸν* Græci vocant: atq; pro virium corporis & humorum diuerſitate ſymptomata inualeſcere & minui. Calor quidem deleteria vi inſpiratione hauſta retrahitur. Itaq; foris remiſſior apparet, ſed in præcordiis plerumq; incendiũ ſentitur. Pulſus, quia natura valide inſurgit ad expulſionem, ſemper frequens: narium extremitates, item auricularum & pedum, plerumq; frigent. Lotium in peſtilente cõtagioſa fallaciſſimum. Itaq; & Medici errant cum periculo, & alios in errorem inducunt, cum è lotio diuinant. In putrida enim peſtilenti conſpici ſigna putredinis non infitior. A ſola vero contagione cum malum oritur, interdum laudabiles vrinas apparere, natura iã morbo ſuperata ſæpe animaduerſum. Sed de ſignis nõ debeo eſſe prolixior; cum, vt dixi, infinita ſint, & non tantum multorũ morborũ ſymptomata, verum etiam multi morbi exitioſi, vt phrenitides, anginæ, pleuritides, colici dolores, &c. cum peſtilente febre coniungantur. De curandi igitur præcauendi ratione agemus.

μελάσματα cadauerum.

Calor.

Pulſus.

Lotium.

Notiſſimum eſt, è corporibus viuis *ἀτμὸν* & *ἀναθυμίασιν* perpetuo fieri. *Ἀτμὸν* halitum interpretantur: & vaporem, quem calor in corpore agens ab humoribus ad exteriora protrudit, *ἀναθυμίασιν* dicunt. Is vapor cum aeri commiſcetur, quem homines ex neceſſitate perpetuo attrahunt, multa de corpore in corpus neceſſario hoc modo inſalubria tranſeunt. Sanorum quidem corporum vapor, cum nihil habeat corruptionis, neque adiuuat neq; alterius corpus lædit. Verum cum à corruptis & putridis humoribus fit *ἀναθυμίασις*, pro ratione corruptionis vicina corpora affici neceſſe eſt. Itaque peſtilentem affectum vna inſpiratione communicari ſtatuunt Medici. Eſt autem *εἰσπνοὴ* ſeu inſpiratio ad conſeruandum ſpiritũ vitalem neceſſaria. Nam dum reſpiratione vel potius exſpiratione fuligines cordis expelluntur, inſpiratione aer attrahitur, cuius purior pars primum in carne pulmonum elaborata, deinde in ſiniſtro ventriculo cordis, vapori ſanguinis, qui è dextro ventriculo aduenit, commiſta, ſpiritus vitales quaſi nutrit. Huius vero inſpirationis organum, non tantum os eſt, verum nares; aſpera arteria, eius bronchia per ſubſtantiã pulmonis ſparſa. quæ, vt diximus, aerem primum elaborant; & vaporem per *ἐκπνοὴν* reiiciunt. Apparet igitur cum *ἐκπνοὴ* ſeu exſpiratio quaſi pars ſit inſpirationis ſeu reſpirationis, neq; plane huic contraria, non poſſe omnia, quæ inſpirantur, ſummo etiam diaphragmatis & muſculorum thoracis conatu expelli. Cum autem *μιάσματα*, quod ante deduximus, inſpiratione intra corpus deducantur, expulſio illa, qua diſcutiantur & è corpore exterminentur, violentiori motu & auxilio, quo natura adiuuetur, indiget. Affirmat quidem Medicus Gallus Paræus de ſeipſo; cum ex commoto lecto, ęgri *μιάσματα* peſtilentialia attraxiſſet: ita cerebrum, quod affectum fuerat, ſternutatione fortiter concuſſum; vt expulſo per illum motum inquinamento antea hauſto nihil periculi porro ſit conſequutum. At cum in pulmones & cor fertur; atq; per poros & anguſtos meatus attrahitur, natura per *διαφορητικὰ* medicamenta iuuanda eſt, & per halitum ſeu expirationem, quod Græci *διαφορεῖν* appellant, cum ipſa hoc per *διαπνοὴν* præſtare nequeat, adiuuandã. Eſt autem *διαφόρησις* humorum ſeu vaporum diſcuſſio per medicamenta, quæ *διαφορητικὰ* nuncupantur. Ea igitur in curanda febre peſtilente à cõtagione orta adhibenda; & non modo per vaporem vel ſudorem ſeminarium ſiue ex putredine in peſtilentibus febribus putridis, ſiue inſpiratione in contagioſis hauſtum, depellendum: verumetiam malignitas illius infringenda; & cor quaſi aduerſus præſens venenum antidotis communiendum eſt. Itaque cum ſine mora corruptum omne è corpore ſit pellendum, (corruptum enim nihil niſi ablationem ſui indicat) nequaquam Medico ceſſandum. Quibus vero & qualibus medicamentis id efficiendũ; hoc opus, hic labor eſt. Remedia multa oſtenduntur à Medicis: verum, quæ ſine periculo iuuent, perpauca ſunt. Itaque in hanc ſententiam deueni, atque in ea maneo: verum Alexipharmacum peſtis penes Deum repoſitum, & ab eo precibus expetendum. Interea tamen faciendum, quod poſſumus; & vt Celſus noſter præcipit, anceps potius quam nullum remedium adhibendum. neque fidendum, ſi poſt illius vſum æger ſibi melius eſſe dicat; ſed alex. pharmacis & iis quæ vires cordis cõſeruant atq; augent, inſtandũ:

Sternutatio Paræi miaſmata corpora excuſſit.

Scopi curationum.

Curatio.

Verum peſtis alexiphar. penes Deum.

Veterum remedia. Remedia varia in libello Germanico, non tam de mea, quam aliorum ſententia recitaui: & plurima vbiq; reperiri, nemo mediocriter in communib. libellis verſatus ignorat. veteres, bolum, terram Lemniam ſeu ſigillatam, vt loquimur, commendant. Auicenna boli drachmam cum aqua roſacea & vino præſcribit. Gallenus terram Lemniam, cui Dianæ effigies impreſſa ſit, ſuperſtitioſe requirit. Haud dubie habent illa ſingularem ac præclarum vſum; maxime in putridis: verum cum ſint nunc in poteſtate Turcica: quid de iis ſperemus? Cornu cerui vſto ſiue crudo pro iis vtamur. *Recentiorũ.* Recẽtiores commendant nucem vomicam, boletum ceruinum, aliaque medicamenta; quæ, cum corpora iis grauiter afficiantur, in primis valere exiſtimantur. Verum theriacam, Mithridaticam antidotum, & ſimplicia medicamenta, quæ venenis aduerſantur, rectius adhiberi experientia docuit. Repetere vero hoc in loco omnia non neceſſe eſt; cum, vt dixi, in omnium oculos, qui libros peruulgatos inſpiciunt, incurrant. Hoc obſeruandum: cum ſudor in omnibus morbis contagioſis in primis conferat, magno ſucceſſu quoſdam ad hunc prouocandum, tum alia medicamenta ſudorifera, tum ſalia ex herbis, radicibus, & lignis cõfecta adhibere. *Salia ſudorifera.* Commendatur autem Abſinthii: licet vomitum eo moueri compertum ſit. Sal item ſcabioſæ, veronicæ, cardui, item ex radice angelicæ efficaciſſimum exiſtimatur. Sal etiam è iunipero, fraxino, ſingulari experientia cõprobatum. *Salis conficiendi ratio.* Porro, vt ſalia conficiantur, non neceſſe eſt ad noſtri temporis Chymicos confugere. Satis hoc Geber & Raymundus docuerunt: dum cineribus aquam affundendam & decoquendam, deinde refrigeratam percolandam, ac vt loquuntur, depurandam, & lento igne euaporandam, ita vt ſal in fundo remaneat, docẽt. *Camphora & ol. vitrioli.* Plurimum etiam eſſe adiumenti ex camphora atq; oleo vitrioli (quæ duo medicamenta tenuiſſimarum partium ſunt, & calidis commiſta caliditatem cum frigidis frigiditatem quaſi augent, atq; celeriter omnia, etiam purgantia medicamenta ad actum deducunt) res ipſa oſtendit. *Sal chalcanthi.* Quin ſalis chalcanthi (quod ſit vitriolo in aqua diſſoluto, atq; per reſidentiã, vt vocant, depurato, deinde deſtillatione aqueo humore detracto) drachmã exhibent, magnumq; ex eo ſucceſſum ſperant. Verum quid de eo affirmem, nõ habeo. Chalcanthi oleum, & ſulphur recte præparatũ, plus valere mihi perſuadeo, & re ipſa comperi. *Sulphuris tutiſſima præparatio.* Verum cum magna ſit in ſulphuris præparatione, atq; in illius natiua vi, varietas, de vſu ſulphuris hoc in loco plurima eſſent monenda: iis, cum breuis eſſe laborem, & vis morbi prudentem conſiderationem requirat, ac medicamenta deorum manus ſint, temeritas non armanda videtur. Hoc monendum, cum tot præparandi ſulphuris, vt corporibus humanis non noceat, ſint modi, vnum illum, qui per multiplicẽ infuſionem in putiſſimam ceram fit, dum rubeſcat, eſſe rectiſſimum & tutiſſimum. De pulueribus & electuariis variis, quæ iactantur & prædicantur, iudicium meum non interpono. *Succi & extr adiu.* Sunt enim multiplicia & diſſimilia. Succos radicum & herbarum tam extr[...]os, quam expreſſos & excoctos, vt cardui, ſcord[...] ſcabioſæ, veronicæ, vel ſingulos, vel commixtos, pulueribus cordialibus additis, ad drachmam vnam vel duas ſæpe exhibui & profui. Extracti ſucci, quos & quintas eſſentias appellant, ſuos requirũt artifices. Interdum enim vna atq; altera gutta ſatis eſt, cum imperiti multo maiore pondere exhibeant. Ac quam turpiter ſeſe interdum dent horum imitatores, Pharmacopœi ſciunt. *Aq. deſtillata.* Soluuntur vero in aquis deſtillatis, ſed non æreis vel ſtanneis vaſis, verum ex vitro confectis. Et ne Medici temere aquis in ęreis vaſis deſtillatis (vt vocant) vtantur, alias monui. Formulas remediorum in hoc ſcripto præſcribere non debeo: ſi quis eas requirit, in Germanico reperiet. *Probatiorum.* De vſu lapidis Bezoardici etiam, & multis medicamentis oſtendi meã ſententiam. Illud igitur in genere monendum: Omnia, quę valide putredinem oppugnant, & ſeminarium peſtilens inſpiratione hauſtum exterminant, atq; venena depellunt, in curatione contagioſæ febris peſtilẽtis recte exhiberi. *Vena ſectio in præuent probatur, in publica perniciosa.* Cæterum, etſi ſanguinis miſſio μίασματα non exhauriat; in putrida tamen febre peſtilente curanda atque præcauenda plurimũ adiumenti afferre, eamq; minime negligẽdam, ſed adhibendam, modo tempeſtiue fiat, & fateor, & omnib. modis ſecundum præſcriptum doctorum obſeruandam hortor. In contagioſa vero, quæ per inſpirationem ſeminarii excitatur, etiã atque etiam, cum in virium conſeruatione vna ſpes ſalutis ſit, videndum, ne quid temere & abſque ratione fiat. Scio ea omnia, quæ de magnitudine morbi, de plenitudine, & conſuetudine, atq; autoritate dicuntur: verum prudente iudicio iſta ſunt examinanda, & accurata conſideratione vtendum. Nun enim præcepta Medicorum de miſſione ſanguinis ad febrem peſtilentem contagioſam, & ex inſpiratione ſeminarii ortam, recte accommodari; omnes periti & conſiderati, qui præſens periculum intuentur, animaduertunt. Verum putridam ab initio, & ob magnitudinem putredinis

exitio-

exitioſam, ſiue ea maculis inſignita ſit, ſiue non, requirere detractionem ſanguinis nõ dubitamus. Sed cum curandi febres peſtilentes putridas rationem nunc tradere noſtri propoſiti nõ ſit, qui plura de his requirit, ex aliorum ſcriptis ſibi petenda exiſtimet.

Præcauendi ratio. Pergo ad prçcauendi rationem. Ea vero curandæ tanto præſtat, quãto ſanitas morbo anteferenda. Hanc Gal. 1. de diff. febriũ *In duobus.* paucis verbis in duobus conſiſtere nos docuit, cum inquit: Vna ac prima eſt omnib. ac communis intẽtio, vt corpus quam ma[illegible] ſuperfluitatibus vacet; atque optime ſpu[illegible]: ſecundo loco, vt præpotenti cauſæ, quoad eius fieri poreſt, reſiſtatur. Etſi vero is de febribus peſtilentibus putridis præcipue agat: tamen vniuerſæ prçcautioni tam putridarum ſeu priuatarum, quam contagioſarum, quas ſiue recte ſiue non recte in libello Germanico publicas appellaui, hçc *In contagioſis aeris alteratio.* ſententia prælucere debet. In contagioſis vero peſtilẽtibus, & quç à ſola inſpiratione originem ducunt, inprimis aeris, quo quaſi per medium μιάσματα de corpore in corpus deuehuntur, intemperies corrigenda. Cauere enim eam, cũ ſumma aeris attrahendi ſit neceſſitas, viuẽtia non poſſunt: veruntamen, ne cum impetu inquinamẽta ad nos adportet; diligentia adhibenda. Legimus quæ Empedocles, Acron, & alij fuerint conati. Hipocrates ſyluas, peſtilentibus ſeminariis ex Africa Athenas delatis, incendit: cum igneus vapor aerem perpurget, & μιάσματα diſſipet & tollat. Ac Medici etiã nûc cũ ægros adeunt, vapore ignis quem praeferunt, ſe, ne inquinamenta è corpore affecto exſpirãtia attrahant, tuentur. M. Varro, cum Corcyræ peſtis infeſta eſſet, feneſtras verſus auſtrum clauſit, atq; ita ſe ſuamq; familiam conſeruaſſe exiſtimatur. Verum ædib. Varronis ex auſtrali parte fuit periculum. Nobis feneſtræ claudendæ, per quas aërem ventis agitatum ex loco vicino infecto μιάσματα deferre poſſe arbitramur. Ad aerem vero domeſticũ corrigendũ, in primis ſuffitus probantur. Fiunt iſti ex variis rebus. His regionibus cum peculiari quaſi *Iuniperus.* dono diuino iuniperus conceſſus eſſe videatur, eiuſq; fumus pauciſſimis caput offendat: vti eo conueniens eſt. Magna quidẽ pars præcautionis in aeris perpurgatione ſita eſt: ſed ſi medicamentis idoneis vis *Miaſmata infringẽda.* μιάσματα infringatur atq; imminuatur, priuſquam è corporibus exhalent: præcipuum ex eo præſidiũ iis locis, in quibus eſt peſtilentia, hominibus ſperandum. Franguntur autem & imminuũtur, cum vel minus multa corpora ægrotant; plurima recte ſanantur, & non aliis coniunguntur, priusquam μιάσματα ex corporibus & veſtib. plane diſſipentur. Hoc fit idoneis & tutis remediis in curatione morbi adhibitis. Sæpe enim euenit, vt μιασμάτων malitia importunis remediis grauius augeatur, atque inde peſtis grauior fiat, ac ea incremẽta ſumat, vt nulla remiſſio ſit ſperanda, niſi μιάσματα hebetẽtur, vel lethalis eorũ vis inhibeatur. Quantum igitur ſit, ſecundum Deum, in prudentia Medici ſitũ, ſatis apparet. Sed hæc prolixius perſequi non libet. Vt vero attente conſiderentur ab ijs, qui Rebuſp. præſunt, & vt Medici, qui ægris atq; ſanis conſulere debent, etiam atque etiam de iſtis cogitẽt, fidiſſime ſe admonitos meminerint.

Victus ratio diligens, & tempeſtiua excremẽtorum è corpore remotio, ſi obſeruatetur, minime neceſſe eſſet alia multa remedia præſcribere: ſed cum negligentia ſingularis hac in parte appareat; veriſſimũ eſt illud Galeni: Superuacaneum eſſe negligentibus victus rationem optima remedia præſcribere, ita ad vacuationem excrementorum deueniendum. Inter vacuan- *Vacuantia.* tia vero medicamenta Aloe atq; Rheubarbarum facile primas obtinent. Agaricus etiam merito commendatur. Ex his igitur poſſunt medicamenta familiaria, quibus corpora purgentur, confici. Formulas aliquot in meo libello Germanico prçſcripſi &, quantũ tribuam Aloæ toſatæ cum Myr- *Aloe roſata cũ myrrha.* rha, oſtẽdi. Sumitur autem alternis diebus ad ſummum ſcrupulus vnus vel dimidius ante cœnam, & ad drachmas duas Aloes toſatæ, myrrhæ ſelectæ ſcrupulus admiſcetur. Medicamenta quç cor roborant, & ve- *Antidota.* nenatæ qualitati μιασμάτων contraria ſunt, eadem quæ in curatione adhibẽtur; verum κατὰ τὰ μικρά. Ab omnibus mirifice commendatur electuarium è nucibus: eſtque reue- *Elect. è nucibus.* ta magni æſtimandum. Singulari enim iudicio à magnis Medicis approbatum, vel Galeni auctoritas *6.* Epid. comm. *6.* (cum λοιμώδους ἀέρος noxam medicamenta, quæ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν iuuant, corporibus adimant) oſtendit. Itaque & in libro de bonitate & vitio ſuccorum inquit: Qui venenorum compoſitionem tractarunt, nonnulli horum omnium Alexeterium eſſe affirmant; ſi quis caricas vnà cum nucibus & ruta aſſumat. Traditur formula, quam Pompeium deuicto Mithridate, in ſcrinijs illius reperiſſe legimus: ea nuces duas, ficus totidem, rutæ folia xx. & ſalis granum habet. Aetius ad ignem miſcet, & vulgo com- *Iuglans toſta.* pertum eſt, nucem iuglandem toſtam, magno preſidio aduers⁹ venena, comedi. Formulas remediorum à ſummis principibus

vſurpatas, in libello meo Germanico pc ſui, neq; hic repeto. Sed habenr ſinguli ferc Medici aliquod proprium medicamẽtum, cuius periculum fecerunr. Iraq; cum Alexeteria illa, quæ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν auxiliantur, nobis non tam ex manifeſtis qualitatibus, quam experientia ptobẽtur: facile patior,

Experimẽta quæ cautelis adhibenda.

quemlibet ſuis experimentis vti, ea lege, vt Medicus videat atq; conſideret; ne manifeſtæ qualitates corpori, cui antidotus offertur, vel temperamenti ratione, vel ætatis vel circumſtantis aëris noceant. Deinde in qualitate & in quantitate eam moderationem adhibear, quæ rationali Medico digna ſit.

Simplicia.

Calida vt magna vi in expellẽdo naruram adiuuanr; ira ſæpe vires frangunt. In pueris commendatur Coriandrũ præpararum. In adultis verbaſci ſuccus, itẽ ranaceti, acetoſę, enulę. Sed non repeto ea quæ ſunt in libello Germanico.

Odorifera & alia externa.

Odore etiam cum ſpiritus iuuentur: odorata inprimis ad tuitionẽ corporis laudantur. In iſtis quoq; eadem cautio, de qua modo monui adhibenda: & potius ruta cum aceto odorãda, quam aliquid, quod cerebtum lædat, adhibendum. Idem de ijs quæ in ore geſtãtur, vt Zedoaria, cortice citri, radicib. quæ ſunt odore ſuaues, & liquoribus qui aurib. inſtillantur, tenendum. Acida vero omnia tam ſapore quam odore conuenientia eſſe conſtar. Lauanda ſæpe facies aceto, in quo petaſitis radix maceretur, eumq; rara & laxa corpora maxime inſpirationi morbidæ ſint obnoxia: ea quę denſent adhibenda, & balnea inprimis cauenda. Multa autem nõ modo vt corpora condenſent adhibentur: verum etiam vt contra vim veneni muniant.

Oleum ſcorpionu.

Ad hoc repertum eſt ſuperioribus annis oleum ſcorpionum mirifice commendatum. Sed in præcauendo duo maxime, quæ corpora ad ſuſcipiendam morbidam inſpirationem præparant, & vires cordis frangunt, fugienda:

Animi accid. & Venus maxime fugiẽda.

Animi videlicet accidentia, vt triſtitia, metus, &c. atque Venus. Hæc enim ſi quid aliud, ſpiritus exhauriũt, & virtutem cordis labefactant; imo omnes totius corporis vires minuunt, &, ne μιασμάτων malignitati reſiſtere poſſit, faciunt.

Amuleta.

Cordi etiam multa foris adhibenrur, quæ peculiari vi aduerſus peſtilentis ſeminarij impetum facere videntur: vt ſmaragdus, hyacinthus. Multi radices quaſdã, vt plantaginis aquaticæ, petaſitis, valerianæ, & aliarum herbarum geſtãt. Alij alia περίαπτα & Amuleta adhibent. De his Hippocrates noſter ſcripſiſſe exiſtimatur: τὰ φυσικὰ βοηθήματα ἡ λύειν τὴν ἐπιδημίας λοιμικοῦ πάθους.

Argentum viuũ corticε auellanæ incluſum.

Grauius autem eos errare arbitror, qui per venena etiam cor iuuari exiſtimant. Marſil. Ficinus auctor eſt: vt auellanę cortex argẽto viuo impleatur, & appenſus cordi applicetur. Hoc ferendum.

Arſenici vſus ſuſpectus.

Arſenici vſus, qui à multis etiam doctis viris valde commendatur, mihi, ne quid diſſimulem, ſuſpectus eſt.

Correctio.

Si quis tamen eo vti velit, rectius faciet; ſi tam ex cryſtallino quam rubeo Arſenico, mucilagine Tragacanthi adiecta, tabellam quaſi formet, eamque ſerico tegar, & ne ſudore madeſcat atque cutem attingat, caueat: quam ſi in puluerem redigat; & alia cordialia medicamẽta, odorata prę ſertim, quæ veneni labem, ceu vehiculum, ad cor & cerebrum nõ ſine periculo [illegible] ferre poſſent, admiſceat. Theodoſius arbitra[illegible], aſſuetudine quadam venenarę qualitatis cor præmuniri. Alij propria vi, nempe proprer occultam ſimilitudinem cum veneno peſtilẽti, quod ad ſe corde interim illæſo permanente atrrahit, hoc facere contendunt, & auctoritate Tralliani nituntur: qui ſcirrho lienis adhibitum ꝓdeſſe affirmat. Verum quorſum iſta auctoritas obſecro; Mitto hæc, cum ab alijs agitata ſint, atque aliorum iudicio permitto, nec meum interpono.

Nouatores.

Noui noſtri Medici, puluerem Bufonis exſiccati & Margaritas, Corallos, Hyacinthos, Smaragdos, addunt. Radices etiam Dictamni, Tormenrillæ, & Crocum admiſcent. Recta ratione eos vti, mihi non apparet. Exemplis moueri, cum contraria nõ ignota ſint, nequeo. Iraque iſta in medio relinquo: arque vt bufo potius exſiccatus & in vino lotus Apoſtemati adhibeatur (quemadmodum in libello Germanico monui) hortor.

De cura vero ſymptomatum hoc in loco non ago: cũ in Germanico ſcripto quædam attigerim; & melioribus artificib. qui manum adhibent, iſta reliquerim. Hæc vero pauca de alimentorum & aëris corruptione, de cõragione, de putredine, de diſcrimine inter peſtilẽtes febres putridas & contagioſas, de ſignis, deniq; de curandi & præſeruandi ratione, qui attẽte conſiderabunr, haud dubie de meo libello ęquius iudicabunt, & perſpicient, me nunc non primum iſtam diſtinctionem de febribus peſtilentibus putridis & contagioſis (de quibus ante mulros annos cum clariſſimis & doctiſſimis viris medicisq; ſummis D. Iulio Alexandrino, D. Hieronymo Metcuriali, D. Doncellino, D. Petro Monauio Medico Cæſar. D. Ioachimo Camerario electoris Saxoniæ Medico, D. Theodoro Zuingero, & alijs per epiſtolas egi) exeogitaſſe, neque temere has publicas, illas priuatas appellaſſe. Nihil dictum, ꝙ non ſit dictum prius: ſed dicta alias & commodius explicamus

& inter-

& interpretamur. Fateor me in Teutonico libello multis vocabulis corruptis, & in media Germania parum cognitis, vſum eſſe. In iſta autem egeſtate ſermonis, non mirum ſi nec mihi nec alijs ſit ſatisfactum. Ac cum, vt ciuibus meis prodeſſem, & ignaris quaſi medicinæ præcepta darem, iſta ſcripſetim; Platonis illud tenui: μὴ μεγάλα λέγε. His facillimum eſſe contradicere ſcio: nec mihi pauca in mẽtem veniunt; quæ opponere poſſem. Sed cum meliora magiſq; veritati conſentanea non videam, vere affirmo, quamuis à multorum ſententia diſcedam: à v[illegible] tamen, quod ante quadraginta [illegible] opemodum annos ſum amplexus & profeſſus, neque à meipſo, niſi melior ſententia veris rationibus demonſtrata fuerit, non diſceſſurum. Legi veterum & tecentiotum ſcripta: ſi quid in his vidiſſem melius; non obſtinate in iſta ſententia tot annis permanſiſſem.

Hæc autem, chariſſime fili, ad te mittenda putaui: vt ſi forte in teptehenſionem meum libellum venire audires, iute ne an iniuria ſermonibus variotum cenſorũ tuus pater, qui depõtanus ſenex, imo ſeptuagenario ꝓpior, de multis bene mereri voluit, nec ſibi ſuęque valetudini tot annis afflictę pepercit, vapulet, videre atque hoc æquiore animo pati poſſis. Eſſe in hoc quoque ſcripto barbara quædam vocabula & à cõmuni vſu Latini ſermonis temota; tes etiã exiliter & tenuiter explicatas, fateot: verum eum quibus mihi tes ſit, videndum, & dilucide potius quã ornate iſta explicanda fuetunt.

Te medica cum diuinis, atque ſacris & ſanctis legum ſtudijs coniungere lætot: atque vt, quod inſtituiſti, facere pergas, paterne hortor. Aliquot ſeptuagenarios hic peſtis ſuſtulit: &, quod Plinius ſcripſit, peſtilentiam ſenes non attingere, falſum eſſe oſtendit. Si, quod æternus Deus benigne auertat, mihi humanitus quid accideret, cum Catarrhus etiam ſub cane infeſtiſſimus ſit, & ſæpe ſpiritum eripiat, aut ſi etiam inhumanius (ita vt in cadauerum multitudine fit) humatus diceret: me hic, ſingulari Dei ptouidentia, lecto affixum fuiſſe, memineris; atque ciues noſtros amare, & de Republica bene in poſterum mereri perges. Menſe Auguſto anni 1585.

Septuagenarij peſte ſublati.

CLARISSIMI VIRI DOMINI D. HIERONYMI CAPIVACCIJ, Ptofeſſoris Patauini;

De recta cauteriorum adminiſtratione.

IN cauterio adminiſtrando quatuor ſunt conſideranda: Tempus nempe, quo excirari debet: Quantitas diſcreta: Locus vbi excitãdum eſt; poſttemo loco, modus quo tractari oportet. Quib. cognitis nihil aliud in adminiſtratione cauteriotum deſiderare oportet. Quare ne tempus in his, quę inutilia ſunt, conteramus, dicẽdum eſt, cauteria non alia tatione, à viris grauiſſimis fuiſſe excogitata, quam vt eſſent inſtrumẽta, quibus materia peccans, quæ paulatim in corpora generatur & colligitur, per loca minus incommoda euacuaretur, ne vel ſui copia, vel praua qualitate partos corporis, vel principes, vel ad vſum vitæ neceſſarias perturbaret. Quæ quidẽ euacuatio tribus modis fieri poteſt, vel pet teuulſionem, vel per deriuationem, vel per interceptionem.

Quatuor conſideranda.

Cauſa inuentis cauterij.

Euacuatio cauterij triplex.

1\. Per reuulſionem quidem, vt ſi materia, quæ à iecore ad caput defertur, per cauterium in crure dextro excitatum reuellẽdo foras educatur; vel ſi materia ſalſa, quæ in catarrho ad pectus deſtillat, per cauterium in ſutura coronali affixum, reuellendo euacuetur.

2\. Per deriuationem vero, vt ſi materia, quæ à capite ad pectus deſtillat, per cauterium in brachio excitatum ad partem ignobilem deriuetur.

3\. Pet intereeptionem deniq;, vt ſi materia, quæ à capite per ſpinalem medullam ad netuos oſſis ſacri, vel alterius partis defluit, per cautetium in occipitio affixum intercipiendo euacuetur.

Cauterium igitur cum ſit materia ſeu inſtrumentum auxilij quocunq; modo euacuantis materiam excrementitiam, quæ in eorpore generatur & congeritur, cuius generis quoq; poteſt eſſe ſetaceum, poſſunt eſſe veſicatoria, maſticatoria, & errhina, neceſſario ſit, vt ab eodem, à quo indicatur auxilium, indicetur etiam tecta adminiſtratio materiæ eiuſdem auxilij, diuerſa tamen ratione nihil prohibet ab vno plura indicari. Quare ſi materiam ſui copia ſeu qualirare peccantem ſpectemus, indicabit auxilium euacuãs, quod multiplex eſſe poteſt, ptout multiplicitet materia peccat. Verum nulla eſt materia, nullum eſt inſtrumentum, quod multiplici generi euacuantium magis & tutius accommodari poſſit, quam caurerium. Nam ſiue peceet copia, ſiue motu, ſiue quiete, ad ipſam eua-

Setaceum.

cuandam cauterium erit maxime opportunum.

Quid agendum. Illud igitur quod indicatur à materia, hoc vel illo modo peccante, dicitur, Quid agendū; quod nonnulli viri in hoc gymnaſio almo Patauino celebertimi, auſi ſunt aſſerere, adeo eſſe manifeſtum, & vnicuique notum, vt nulla penitus indigeat conſultatione, imo fœminis, & barbitonſoribus eſſe notum. Quin imo hoc dicerent Galen. & Hippoc. & omnes Dogmaticos tanquam ineptos, & in rebus inutilibus verſantes redarguerunt, cum Gal. & cum eo omnes grauiſſimi Medici, & in arte curandi, & in arte de tuenda valetudine nihil aliud contendant, quam vt doceant inuētionem auxiliorum, & rectam agendorum, vel, vt verius dicam, materiarum adminiſtrationē, nec aliud quicquam docere debebant, aut poterant, cum tota curandi & tuendæ valetudinis ratio his duobus tantum perficiatur & abſoluatur.

Cū igitur materia vitioſa ſit illud quod primo, & per ſe indicat auxilium hoc vel illo modo euacuans, ratio dictare videtur, vt ab his, quæ materiæ accidunt, & ipſam comitantur, ſumatur materiæ adminiſtrandę indicatio, quemadmodum & ipſe Galenus teſtatur. Accidit autem materiæ, vt agat in corpus humanum, vt à medicamentis pati poſsit, neq; agere, neq; pati poſſet, niſi eſſet in corpore & exiſteret. Omne autem quod exiſtit, alicubi exiſtit. Hæc autem ſunt, quæ materiæ & vnicuique indicanti ſeu ſcopo, ſeu propoſito contingere poſſunt. Præter hæc non video, quid ipſi perpetuo accidere poſſit. Hæc itaque totam adminiſtrationis materiæ rationem præſcribunt.

Tempus. Quare ſi materiam vitioſam conſideremus, vt hoc tempore, & in pręſenti generatur, præſentia hæc indicabit, hoc tempore cauterium eſſe inurendum, modo nihil adſit, quod prohibeat & impediat. Verū quia repleto corpore periculū eſſet, ne humores in toto peccantes merito doloris eo confluerent, & proinde inflammatio excitaretur, propterea ad cauteria non eſt accedendum, niſi corpus fuerit optime præparatum. *Quando.* Verum non ſat erit nouiſſe, quo tempore inurenda ſint cauteria, ſed quam *Quantum.* diu aperta ſint detinēda ſcire oportet. Hoc autem docebit præſentia humoris peccātis. Nam quandiu adeſt peccans, perdurabitq; illius generatio, tam diu cauteriū reclusum erit ſeruādum, & hoc de tempore.

Poſtquam cognouerimus, quo tempore cauterium ſit inurendum, videndum erit *Locus.* quo loco. Hoc autem nobis ſignificabit exiſtētia materiæ peccantis. Nam ſi materia generabitur in iecore, & petat caput, ideo vt fiat reuulſio ad partem ignobiliorem in dextro crure cauterium excitabitur. Quod ſi crura peteret, non in cruribus, ſed in brachio dextro erit affigendum. An vero in parte interiori cruris, an in parte exteriori ratio venarum eius loci, in quo generatur materia, ad locum, in quo excitatur cauterium, eſt ſeruanda, quemadmodum & in miſſione ſanguinis ſeruari debet, vt docuit Galenus in libro de natura hominis.

At vero ſi in parte ſiniſtra generaretur, & ſurſum in caput raperetur, in crure ſiniſtro, ſin ad inferiora in brachio ſiniſtro excitabitur. Quod ſi non moueretur & generaretur in ventre inferiore, locus eſſet in cruribus, ſin à medio vētre, in brachijs, modo nihil ꝓhibeat. Quod ſi in capite materia generaretur, neq; moueretur in occipitio & in brachijs collocari poſsēt, in ea potiſſimum parte, in qua materia reſideret, tūc enim erit materia remedij deriuantis.

At ſi moueretur ad pulmones, & in occipitio, & in ſutura coronali probe fieri poſſent: tunc enim eſſent inſtrumenta auxilij reuellentis & deriuantis materiā quieſcentem. Si tādem materia in capite generaretur, & ad ſpinalem medullam & os ſacrum, ad lumbos conflueret, tunc cauterium in principio ſpinalis medullæ erit admouendum. Vim enim habebit materię auxilij intercipientis. Et hæc de loco in genere.

Sed vnum eſt animaduertēdum, in quo *In loco affecto quando cautera excitanda.* plerique decipiuntur; Cauterium nunquam eſſe excitandum in loco affecto, niſi dum materiam ibi impactam euacuare volum⁹, præmiſſa tamē totius corporis euacuatione ſeu purgatione, poſt cuius materiæ euacuationē occludendum erit, & ſi opus fuerit alibi erit affigendum. Nam ſi per locum affectum materiam fluentem euacuare volueris, periculum eſt ne affluxu materiæ, & partis imbecillitate, inflammatio aliqua ſuboriatur, quæ tandem in gangrænam degeneret.

Quod ſi quæras locum magis particula- *Locus particularis.* rem, illud vnum eſt præcipue animaduertendum; In capite fieri poſſe in ſutura coronali, in occipitio, in palpebris, in ſupercilijs, & omnibus locis, in quibus pilorum generationem prohibere ſtatuimus, nec non in angulis interioribus oculorum, in naſo, vt polypus abſumatur, & alijs plurib. in locis, in quibus ignis adminiſtratio opportuna videbitur.

Verum vt ſutura coronalis obſeruetur, *Sutura coronalis inueſtigatio.* patientem iubere oportet, vt maſticet. Nam quandoque in ſutura coronali cutis capitis moueri conſpicitur. Quod ſi cutis non

non mouebitur, neque vllum ipſius futuræ veſtigium apparebit, tum radix palmæ eiuſdem parietis fac vt ſummo naſo admoueatur, & ſurſum extendatur. Nam vbi digitus medius attigerit, ibi futuram coronalem adeſſe, exiſtimandum erit.

Non ſolum autem in capite, verum etiã in brachijs, thorace, & alijs partibus excitari ſolent, vt in ore ventriculi, in regione hepatis & ſplenis, infra vmbilicum, in inguine, in pube, in ſcroto, & præſertim genus illud, quod ſetaceũ appellatur, ſed potiſſimum in crure, in loco tribus aut quatuor digitis à genu diſtante, vbi muſculi manifeſto interſtitio diſtinguuntur. Tẽdines enim ſeu chordæ ꝓpe articulos carne ſunt denudatæ. Et hæc de loco dicta ſunt.

An vnum vel plura.

An vero vnum vel plura ſint affigenda cauteria, id nobis præſcribet materia, quæ in vno vel pluribus locis generatur, vel ad diuerſa loca mouetur. Nam ꝓut actio materiæ peccantis fuerit ſumma & vehemẽs, plura indicabit affigenda cauteria. Quod ſi remiſſa fuerit, vnum cauterium ſufficiet. Actionem autem vehementem vel remiſſam nobis ſignificat, & materia copioſa, quæ pluribus in locis generatur, & quæ ad diuerſa loca mouetur. Et hæc de quantitate cauteriorum.

Modus agendi.

Poſtremo loco, cũ cognouerimus, quádo ſit agendum, vbi agendum, & quantum agendum, reliquum erit, vt cognoſcamus, modum agendi, qui modus agẽdi ſumitur à materia, prout facile vel difficulter cedit & patitur. Quare ſi materia fuerit copioſa, vt in corpore obeſo, vel plurimis excremẽtis redundante, tũ ſi nihil aderit, quod prohibeat, foramen amplum & profundum erit efficiendum. Prohibebit autem virtus, quæ cum in ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis conſiderari poſſit, hoc loco virtus, quę ad carnoſum genus pertinet, eſt illa, quæ amplum aut profundum foramen prohibet efficiendum. Sunt enim quędam partes membranoſæ & cutaneæ, quæ profundum cauterium ſuſtinere nequeunt. In his itaq, vlcuſcula, quę excitantur, exuſtiones potius, quam fonticuli ſunt appellãdi. Nam quæ proprie cauteria dici ſolẽt, in occipitio, in ſutura coronali, in brachijs & cruribus inuri conſueuerunt.

Sed in his quoque partibus quandoque euenire ſolet, vt virtutis imbecillitate fonticuli excitari non poſſint. Fit enim interdum, vt patiens adeo contabeſcat, & ſit emaciatus, vt ſolam carnem, oſſa, neruos, & pellem præ ſeferre videatur. Virtus itaque illa, quæ ad ſolidas partes, ad carnoſum genus pertinet, non modo nõ permittit amplum foramen; verum neque vllum erit efficiẽdum cauterium. Quod ſi nihil prohibeat, & paſſio materiæ ſit ſumma, id eſt, ſi difficulter egrediatur, latum potius, quam anguſtum erit moliendum. Quod ſi paſſio materiæ non fuerit ſumma, imo facilis ſit exitus, minus amplum erit efficiendum.

At foramen amplum vel anguſtum fieri poteſt, vel radice ariſtolochię ſeu aſphodelorum ſumme excalefacta, aut cũ ſulphure incenſo, aut ligno, aut metallo, aut cauſtico.

Materia ignis.

Ignis autem materia omnibus clementior eſt aurum, deinde argentum, poſtremum locum obtinet ferrum & æs. Cæſim, punctim, imprimi poſſunt, adigũtur, vt diximus, longius & latius, & in circulum circumferũtur, quæ omnia, vt dixi, paſſio materiæ euacuandæ, vel ſuapte natura, vel ratione loci nobis præſcribit, & vt hoc potius, quam illo modo fiat, hortatur.

Cauſticum quomodo applicandũ.

Quod ſi cauſtica ſunt imprimenda, locum materiæ circumſcribere oportet nucali teſta, vel re alia ſimili, quę ſuis marginibus conſtãs pateat in medio. Ne vero ignis ſeu cauſtici violentia iuſto latius ſerpat ac diffundatur, partes proximæ cerato roſaceo, vel vnguento ex ceruſſa, vel linimento ſimplici, vel cerato ex palmis, vel alio genere eorum, quæ ἀποφλεγμαίνοντα vocãt, ſunt muniendæ.

Cauſticum quamdiu inhærere debeat.

Tam diu autem cauſticum immorari debet, quamdiu pars aut locus ipſe nigreſcat, id quod pro cauſtici vehemẽtia, & natura partis dimetiri debem⁹, ſiquidem vehementi cauſtico in parte molliori citius fit impreſsio, quam in parte dura, quare id totum iudicio artificis eſt permittendum.

Cruſta quomodo auferenda.

Cruſta vero ſiue ἐσχάρα, nõ eſt ſtatim detrahenda, ſed maturare prius oportet, ac veluti maturitate ſua excidere, alioquin vis adferri ſolet, vnde dolor, fluxio, & phlegmone, vna cum febri, quandoq; excitatur. Tempeſtiue deduci poteſt, ſi inſtar crucis incidatur, deinde vel ſolo butyro, vel cum adipe ſuilla, ſine ſale admixto folijs braſsicæ excepto foueatur.

Globuli ex medulla ſambuci imponendi.

Cruſta detracta fiat pillula ex medulla ſambuci, quæ cum ſit mollis, blãda, & quouis modo tractari poſſit, ſi comprimatur, atq; in foramine compreſſa collocetur, ac ita ſtatuatur, vt loco dimoueri non poſsit, folijs vero braſsicæ butyro illitis foueatur, chartaque luſoria vna cum petia ex lino duplicata cõprimatur, & faſcia colligetur, hoc vnum continget, vt ob pillulæ mollitiem & lenitatem nullus excitetur dolor, & ob humiditatem vtriuſque materię, ita imbuatur pillula illa, vt plurimum adaugeatur, quæ cum ob chartæ luſoriæ cõpreſsio-

nem reſurgere nequeat, quam citiſſime vlcuſculum cauum efficietur. Quod ſi loco chartæ lamina vel argenti, vel ęris, vel alterius materię capiatur, maior fiet cõpreſsio.

Vlcere quantum ſatis eſt excauato, aut ambra, aut pillula ex cera vel ligno hederę, vel galerius aut pileus rotundus ex argẽto elaboratus, pluribus in locis perforatus in foramine continuo geſtandus erit, ſi foramen in ea latitudine conſeruare volueris. Quod ſi latius efficere volueris, nihil erit accommodatius, quam pillula ex medulla ſambuci, aut melicę, (eſt ſorbum, frumenti ſpecies) Pillula iam impoſita tunc folio hederę, vel plantaginis, vel charta ſorbilla intra petiam lineam duplicatam vti poteris, cui puluinus, vel lamina, vel charta luſoria ſuperponatur, vt fiat compreſſio. Bis autem in die & petias & folia immutare poteris. Neque pillula illa eſt indies extrahẽda. Eſt enim neceſſe, vt locum ſibi paret, vnde non facile excidat, indies tamen circumagi debet.

Caro luxurians. Quod ſi caro, vt ſępe fieri ſolet, & pręſertim in principio ſuccreuerit, & luxuriauerit, labraq; promineant, tum fila (ſcilicet filamenta concepta) aut ſpõgia noua minutim inciſa, vel combuſta erit adhibẽda, aut puluis aluminis vſti, aut Ellebori nigri aut corallorum rubeorum, aut pręcipitati, aut ęris vſti loti, & ſimilibus caro ſuperabundans erit remouenda. Ad validiora non eſt vt accedamus, niſi neceſsitate coacti. Et nullum auxilium magis eſt pręſentaneum, quam carnem ipſam, & veluti ſemimortuã omni diligentia circumcidere.

At ſi per eiuſmodi cauteria nihil educeretur, vt quandoq; euenire ſolet, ſed veluti acida videantur, tuum erit ex his materiebus, *Attrahentia.* quę vim habent attrahendi pillulam conficere, vt ſi fieret ex pice nauali, cera & puluere, aut Ellebori nigri, aut colocynthidis cum folijs ſenæ. Nam ꝓ natura humoris peccantis hoc vel illo genere pulueris vti poteris. Et loco hederæ ceratum ſacrũ erit adhibendum, aut ceratum ex cera & reſina pini.

Callus. Quod ſi vlcus calloſum reddatur, & propterea nihil excernatur, tum ſcarificãdum erit, deinde cucurbitula ſemel aut bis admouenda. Et ſi patiens ſcarificationem nõ admiſerit, tum loco ſcarificationis, imponatur puluis ſauinæ, vel chalcanthi vſti loti. *Puluis ſauinæ.* Si non cedit, ad μῦσυ, ad præcipitatum optime præparatum eſt accedendum, quo tempore partes circumiacẽtes cerato diachylo cum gummi, vel ſine gummi, vel cerato confecto ex cera & reſina abietina emolliantur.

Anodyna. Quandoq; vero contingit, vt ſucci, qui ad fonticulos confluunt, ſint acres, mordaces, & veluti venefici, ac ꝓinde partes proximas exulcerent, & non ſine dolore excorient, quo loco opportunum erit partes ſpongia aqua dulci tepida imbuta fouere; deinde butyro, aqua maluarum [illegible]prime di[illegible]luto illinire, aut vnguento ex ceruſ[illegible] [illegible]phorato ad formam cerati diducto occurrere.

Præterea eaſdem excoriationes exiccabit ſerum lactis caprini chalybeatum, vel aqua hordei cum malua decocta, aut aqua ſancti Petri, vel Aponenſis, vel mõtis ęgrotum. *Si accedat inflammatio, quid agendum.* Et ſi cõtingat ob inſignem humorum affluxum, vt fiat inflammatio, cuius cauſa dolor excitetur, & corpus erit purgandum, & humores reprimendi. Quare ſi inflammatio erit exigua ob humores iam fluxos, aut affluentes, ſat erit vino auſtero loca illa fouere. Quod ſi ſatis inſignis fuerit inflammatio, tũc vinum erit alterandum cum roſis, cum malicorio, maſtiche, & modico aluminis. Sed quia non ex æquo omnes humores redundant, ſed magis peccat vnus, quam alter, propterea nõ eſſet abs re, ſi pillula ex cera fieret, cui eſſet admiſta aliqua materia, quæ magis hunc, quam illum humorem attraheret, vt ſupra dictum eſt.

Fœtor. Verum quia nedum cito & tuto; verum etiam iucunde remedia ſunt adminiſtranda, propterea ad vitandum prauum odorem, qui ex vlcuſculis interdum exhalare ſolet, danda erit opera, vt petiæ, quibus patiens vtitur ſint odoratæ. Erunt autem huiuſmodi, ſi vel cum moſcho, vel goſſipio moſchato, vel ambra, vel ſpica, vel lauendula, vel alia aliqua materia odorata aſsidue imbutæ fuerint. Poteris etiam cauterium quandoq; abluere ſaltem bis in hebdomada; Tempore æſtatis cum vino albo odorato, vel aqua roſarum, vel oleo de ſpica, & aliquo conſimili. Et hæc ſunt quæ de cauterii adminiſtratione occurrerunt dicenda.

FINIS.

INTER-

INTERPRETATIO GRÆCORVM OCCVRRENTIVM PASSIM IN HIS CONSILIIS, NE QVID LECTOREM PORTE REMORETVR.

Prior numerus cuiuſque paginæ columnam, poſterior lineam denotans.

Col. 24. lin. 21. ἠθμοειδῆ, i. e. *habentia cribri formam.*
26. 30. πρασοειδῆ, i. e. *habentem porri formam.*
121. 23. ὑποκάθαρσιν, i. e. *leuem per medicamentum purgationem.*
122. 5. εὐαίσθητον, i. e. *facile ſentit.*
Ibid. 48. εὐαισθησίαν, i. e. *facilitatem ſentiendi.*
183. 47. πάθος, i. e. *paſſionem ſiue affectum.*
184. 4. ἀναίσθητον, i. e. *ſenſus expers.*
Ibid. 19. πολυπραγμονεῖν, i. e. *curioſum eſſe.*
Ibid. 28. ἡ αὐτοψία, i. e. *propria inſpectio.*
242. 27. ὁμόσιτοι, i. e. *conuictores.*
258. 29. δύσπνοιαν, i. e. *ſpirandi difficultatem.*
Ibid. 31. ὀρθοπνοία, i. e. *frequenti reſpiratione recto thorace facta.*
467. 57. κακοστόμαχος, i. e. *malum habens ventriculum.*
469. 6. σύφαρ, i. e. *exucca pellis.*
483. 8. πάρεσις, i. e. *reſolutio.*
484. 30. ἀτροφία, i. e. *nutritionis defectus.*
499. 13. ἐπίκρασιν, i. e. *contemperationem humorum.*
791. 28. μιάσματα, i. e. *inquinamenta.*
1037. 23. παθήματα, i. e. *epilepticas paſſiones.*
1040. 15. καρδιαλγία, i. e. *oris ventriculi dolor.*

Digitized by Google

INDEX TAM RERVM ET VERBORVM, QVAM MATERIARVM IN HIS CONSILIIS MEDICINALIBVS MEMORABILIVM:

Cuius prior numerus cuiuſque paginæ columnam, poſterior lineam deſignat.

A.

ABORTVS cauſa. 982.55
Abſceſſus an in meſaraicis. 516.8
Abſceſſus ſigna. 903.39
Abſinthium capitis dolorem conciliare. 728.23.
Abſtinentia à potu per quadraginta dies quidam curatus. 361.25
Abſtinentia medicina maxima. 655.52
Abſtinentia ſanitatis mater. 284.46
Actio animalis quomodo perficiatur. 161.54
Actio ventriculi quot modis lædatur. 370.11
Aceti ſcillitici vſum in arthritide maxime commendari. 674.28
Acetum articulis nocere. 585.37
Acetum hydropicis ſitim extinguere. 361.33
Acetum Matthioli pro peſte. 1074.1
Adſtringentia interna caute adhibenda. 593.45
Aer nocturnus catarrhoſis vitandus. 8.39
Aerem frigidum & humidum corrigentia. 148.20
Aerem ſiccum peſti aduerſari. 802.28
Agens debile iteratum valido æquipollere. 304.18.347.1
Alimenta in bilem degenerantia. 26.24
Aloe & ſena cum quibus danda. 20.48
Aloe ventriculo grata. 291.30
Aloes vſus qui. 426.21
Alui adſtricta remedia. 513.41
Alui fluxus vtero gerentibus pernicioſus. 957.26
Alui humidioris cauſa. 573.21
ſiccioris. 24.ibid.
Alui profluuium in hydrope periculoſum. 950.54
Aluo ſuppreſſa decocto guaiaci ſena imponenda. 67.43
Aluum duram in pueris lenientia. 874.16
Aluum lenientia. 747.28.758.57
Aluum mouentia. 315.24
Aluus adſtricta ſenibus tutior, quam profuſa. 577.22.747.33
Ambra cordi roborando vtilis. 662.11
Ambra pro natiuo ſulphure habita. 1093.33
Ambram calorem naturalem corroborare. 335.5
Ambram orientalem cerebrum roborare. 496.48
Amygdalas fœtum roborare. 1009.28
Anagallis in affectu melancholico. 511.18
Anaſarca ſigna. 949.30
Anaſarca ſymptomata. 368.33
Anatomia hydropica. 956.12
Anguillarum caro num cachecticis recte præſcribatur. 932.39
Aniſi ſemen flatus diſcutere. 596.24
Anodyna ad hæmorrhoides. 589.16
Anodyna & corroborantia an in principio recte applicanda. 705.30
Anodynon in podagra. 652.45
Anodynon calculi. 731.48
Antidotus in morbo gallico. 1056.32
Antimonium euellicando purgare. 838.19
Antimonium ſingulare contra infectiones alexipharmacon. 1083.43
Antimonium ventriculo cibis repleto dandum. 838.26
Apophlegmatiſmus in alopecia. 818.10
Apoplexia an morbus hæreditarius. 97.13
Apoplexia cauſa vera. 97.24
Apoplexia cauſa quatuor. 94.54
Apoplexia præſeruatio à ſanguine craſſo ac plenitudine. 100.44
Apoplexia præſeruatio in copia pituita. 99.12.
Apoplexia præſeruatio in intemperie cerebri frigida. 98.22
Aqua ad ceruſſam abluendam. 81.10
Aqua ad fluxiones podagricas nobilis. 45.40
Aqua chalybeata pro extremorum lotione. 699.13
Aqua cauſtica. 840.46
Aqua deſtillata ad calculum. 419.23 & 46.ibid.
Aqua è floribus verbaſci ad dolores podagricos ſedandos. 670.1
Aqua è vitulino epate pedes roborans. 669.40
Aqua ex hirundinibus. 125.41
Aqua in faciei rubedine. 555.6
Aqua in ſuffuſione oculorum experta. 881.46
Aqua ophthalmica ad ruborem. 180.35
Aqua per venas vmbilicales expurgata. 551.51
Aqua podagrica. 657.50.724.30
Aqua præſeruatiua. 1110.13
Aqua præſeruatiua Matthioli. 1111.49
Aqua pro aeris correctione. 791.42
Aqua pro faciei rubente. 824.45
Aqua pro manuum lotione. 848.4
Aqua in pedum tumore. ibid.26
Aqua pro oris colutione in alopecia. 818.20
Aqua vitæ medicamentum regium pro peſte. 807.12. alia aqua in curatione vtiliſſima. 40. ibid. alia. 811.20
Aqua viſcera exſiccans. 824.30
Aquæ duæ peſtis tempore probatæ. 809.33. & 27
Aqua frigida potio pipere corrigenda in renum calculo. 407.4
Aquæ potores acutius videre. 169.18
Aqua theriacalis ſeu philoſophica virtus qua. 107.43
Aquam coctam in conſuetis prohiberi, præſertim ſi aniſum incoquatur. 332.43
Aquam deſtillatam ex vrina humana vel tauri ad frangendum calculum conducere. 398.39
Aquam fœniculi variolas & morbillos expellere 899.50
Aquam fragorum cum ſucco cytoniorum ſanguinem ſupprimere. 590.19
Aquam fragorum in magna renum caliditate plurimum conuenire. 402.20
Aquam hydropicis ipſo intuitu nocere. 361.39
Aquam niuis Martii ad oculorum rubedinem conducere. 180.58
Aries Vratislauienſium cereuiſia cruda. 478.43
Aromata ſenibus noxia. 335.17
Arſenicum Carpi pro peſte. 1074.50
Artemiſia radix cibis incoquenda in articulorum doloribus. 695.58
Articularis materia vnde. 849.22
Articulares morbi incurabiles. 705.3
Articulos corroborantia. 731.5.737.53
Articulorum imbecillitatis & laxitatis ſigna. 670.53
Arthriticum cinere oſſium humanorum combuſtorum curatum. 674.25
Arthriticis vomitum prodeſſe. 690.40
Arthritis quid. 671.14
Arthritidis cauſa dua 711.41.720.3
Artuum corroboratio. 44.30
Aſari radices non admodum tuta. 550.23
Aſcitis quid. 356.10. eius cauſa. 21. ſigna. 45.ibid.
Aſparagi germina ſanguini expurgando idonea. 523.27
Aſparagum podagricis nocere. 638.19
Aſſa elixis cur præferenda. 17.25
ad Aſthma qui procliues. 245.17
Aſthmatis cauſa qua. 238.50
Aſthmatis ſigna. 240.10
Aſthmatici paroxyſmi cur ſubinde recurrant. 242.40
in Aſthmaticis calor naturalis ſemper debilis. ibid.56
Aſthmaticis dolor circa ventriculi orificium communis. 241.12
Aſthmaticis fortia euacuantia noxia. 247.50

Aſtrin-

Aſtringentia ante ſeptimum conuenire. 581.16
Auena frixa egregium in colicis doloribus fomentum. 489.38
Auerroes mentem humore melancholico affici negat. 492.30
Auditus grauitati qualiter medendum. 171.32
Auxilia contra intemperiem. 95.12

B.

Baccarum iuniperi ſumm ad quid conducat. 119.8
Balnea ante cœnam ſomnum conciliare. 528.29
Balnea in catarrhis vitanda. 13.28
Balneum aquæ dulc... melancholicis prodeſſe. 500../.503.37.537.4.549.25.552.25.556.56
Balneum iuniperinum Mattheoli pro podagricis. 761.20
Balſamum arthreticum dolorem intolerabilem leniens. 745.24
Betonica calculo aduerſa. 54.50
Bezoarticum lapidem icteritia nigra laboranti conducere. 496.42
Bolus praſina ſignum. 26.40
Bolus ſigna. 706.15
Bilem in epate frigido quoque generari. 972.8
Boli armeni ſub lingua detenti vis & efficacia. 52.3
Bolus in apoſtemate. 458.49
Bolus in arthritide. 686.4.& 31.1016.38
Bolus in aſthmate. 237.55
Bolus in dyſpnœa. 259.31
Bolus in gibboſitate. 1027.33
Bolus in gonorrhœa. 460.51
Bolus in phthiſi à catarrho. 935.15
Bolus in podagra. 612.17.613.5.620.30
Bolus in raucedine. 942.8
Bolus in renum calculo. 411.1.417.34.418.57.425.57.434.51.454.30.& 36
Bolus in ruptura. 599.29
Bolus in ventris fluxu. 574.47
Bolus pituitam educens. 469.3
Bolus purgans in menſium fluxu. 966.53
Bolus Tokauienſis. 210.56
Brodium zinziberis pro ventriculo. 471.40
Butyrum pituitoſos producere morbos. 626.56

C.

Cachexiæ cauſa. 869.25
Cadauer cur intumuit. 574.17
Calami aromatici extracti vſus. 296.23.414.41
Calceus ex aluta diachalciteidis cerato illita pro arthritico. 675.47
Calculi cauſæ efficientes. 408.59. materialis. 409.1. in eoque cauſa varietatis colorisque. ibid.8
Calculi generatio. 86.50
Calculi generationis cauſa. 396.16.428.8
Calculi generationem prohibentia. 892.55
Calculi materiam euacuantia. 893.10
Calculi & podagra morbi affines. 697.26
Calculorum cauſa duæ. 406.13
Calculus quomodo comminuendus. 419.53
Calculus quomodo morbus. 408.47. quomodo cauſa. ibid.51
Calculoſis à quibus abſtinendum. 399.42
Calculoſis qui cibi interdicti. 891.11
Calculoſis ciborum varietas, nimiaque repletio fugienda. 890.56
Calor natiuus quomodo excitandus. 334.42
Calor non analogos quid faciat. 23.5
Calor peculiaris calculos coquens. 407.30
Calorem epatis humores potius adurere quam concoquere. 246.7
Calorem natiuum extinctum non reduci. 677.30
Calorem naturalem roborandi modus. 70.17
Callum diſcutientia. 173.20
Camphora humido radicali inimica. 203.20
Capillorum defluuii cauſa. 1050.17
Caput catarrhorum fons. 726.3
Caput coitu refrigerari. 176.8
Carica cum nucibus comedenda. 628.1
Carnem alumine vſto & præcipitato conſumi. 50.30
Caſus in colicis doloribus. 486.58
Caſus in podagrico. 658.38
Caſus narratio in febre quartana. 1038.51
Cataplaſma diureticum. 405.48
Cataplaſma è cancris in renum affectione. 403.58.405.39. è parietaria. 419.9.427.24.& 33
Cataplaſma in calculo puerorum. 895.30
Cataplaſma in cruenta ſanguinis mictione. 1005.27
Cataplaſma in intemperie renum calida. 395.4
Cataplaſma in pedum debilitate. 1015.41
Cataplaſma in podagra. 688.50.698.34.401.7
Cataplaſma in tumoribus articulorum. 851.58
Cataplaſma Pauli in hydrope. 381.54
Cataplaſma pro ſcroto tumente. 390.42
Cataplaſma pro ventriculo in febre hectica. 1024.5
Cataplaſma tumores reſoluens. 901.10
Cataplaſma vermes enecans. 587.34
Cataplaſmata in principio & augmento conuenientia. 719.45
Catarrhi cauſa. 1.33.694.58
Catarrhi diuturni periculoſi. 884.35
Catarrhi frequentes vnde. 948.17
Catarrhi generatio. 33.50
Catarrhi infantium ex variis cauſis. 882.35
Catarrhi motus ad exteriora. 24.32
Catarrhi pectorales cur difficulter curentur. 60.15
Catarrhi præſagium. 24.6
Catarrhi ſuffocatiui remedia. 56.47
Catarrhum intercipientia. 35.30
Catarrhos diuturnos melancholicos reddere. 60.26
Catarrhus cur hyeme præcipue infeſtare ſoleat. 7.18
Catarrhus per nares innocens. 24.21
Catarrhoſis parcius cœnandum. 299.18
Catholicon Zuingeri. 157.48
Cauſa timoris audacia, & iracundia in melancholicis. 492.43
Cauſa doloris circa os ſacrum. 758.16
Cautela de balneis. 477.17
Cautela in vſu amygdal. dulcium & eclegmatum. 217.32
Cauteria cum fontanellis non confundenda. 507.37
Cauteria in pedibus, aere germanico, minus tuta. 651.13
Cauteria non è cantharidibus, ſed lapide ruptorio. 51.3
Cauteria podagricis parum conducere. 650.54
Cauterium actuale in ſutura coronali, à phthiſis incremento præſeruans. 219.11
Cauterium cruris ſiniſtri. 444.10
Cauterium in anhelitus difficultate. 264.27
Cautio in decocto chinæ & ſalſæ adhibenda. 560.9
Cautio in myrobalanis. 496.17
Cautio in oxymelite ſcyllitico. 1037.23
Cautio in præparatione confectionis Alchermes obſeruanda. 503.8
Centaurei maioris infuſum ad tollendas obſtructiones in hypochondriis. 553.8
Cerata cerebrum roborantia in epilepſia. 1036.32
Ceratum ad ventriculi calorem fouendum. 577.35
Ceratum aluum ſiſtens in grauidis. 458.30
Ceratum in dolore renali. 430.5
Ceratum in orthopnœa. 255.56
Ceratum in relaxatione peritonæi. 873.29
Ceratum pro bregmate. 38.23
Ceratum pro inteſtino. 595.49
Ceratum ſtomachale à colica. 896.53
Cera vis. 235.5
Cerebri calidi & ſicci ſigna quæ. 174.42
Cerebri frigidi & humidi ſigna. 670.42
Cerebri frigidi & ſicci ſigna. 6.52
Cerebri morbi à catarrho. 83.12
Cerebro diu affecto ſuam temperiem reuocare difficile. 1.22
Cerebrum in epilepſia præcipue purgandum & roborandum. 1036.27
Cerebrum ſiccum memoriam non facilem, ſed firmam efficere. 7.42

Cereuiſia podagricis noxia. 642.30
Cerotum in emolliendis ſcirrhis. 855.49. aliud 856.15.cum ſeqq.
Cerotum in hydrope mirabile. 382.55
Cibebarum vſus in calculi dolore. 426.58
Cibi aluum mollientes. 983.55
Cibi appetentiæ nimiæ cauſa quæ. 346.20
Cibi concocti ſigna. 18.6
Cibi melancholicum ſuccum gignentes. 551.47
Cibo non concocto alius non ingerendus. 9.48
Ciborum lubricantium noxa. 9.21
Ciborum varietas bonæ valetudinis hoſtis. 299.1.525.10
Ciborum varietas & ordo neglectus, quomodo noceat. 298.55
Cibus in expuitione frequenti qualis eligendus. 336.56
Cichorii radices ventriculum corroborare. 305.10.345.17
Cichorium ſeroſa expurgare. 959.51
Clyſter abſtergens in dyſenteria. 579.48. 580.29. adſtringens. ibid.45
Clyſter in aſthmate. 237.45
Clyſter in calculo. 741.6
Clyſter in colica. 474.14. & 476.39
Clyſter in duritie ſplenis. 343.14
Clyſter in conſtipatione ventris. 335.38
Clyſter ex decocto veronicæ in intemperie renum calida. 394.44
Clyſter in febre diuturna. 1018.5
Clyſter in febre tabida. 1020.32
Clyſter in melancholia. 536.33
Clyſter in nephritide. 397.35
Clyſter in renum & veſicæ exulceratione. 1058.8
Clyſter in pectoris grauitate. 262.49
Clyſter in vrinæ ardore. 445.42
Clyſter pro alui ſolutione. 333.18
Clyſter pro faucium inflammatione. 204.30
Clyſter veſicæ iniiciendus in ventris fluxu. 575.23
Clyſter vterinus in menſtrui ſanguinis profluuio nimio. 970.50
Clyſteres acres iſchiadicis conferre. 754.9
Clyſteres in renum calculo. 414.53.451.57.454.45
Clyſteria acria in hæmorrhoidibus prouocandis improbanda. 494.35
Coctio in vaſis æneis noxia. 328.24
Coctionis tempus quod. 17.36
Coctionis vitiatæ cauſa. 366.47
Colica cauſa. 485.28
in Colica tria concurrere. ibid.39
Colicæ præſeruatio. 486.3. curatio. ibid. 21
Colica cur generoſiſſimis medicamentis interdum non cedat. 486.16
Colica quando deſinat in pareſin. 488.9
Colica ſi ſupra vmbilicum, clyſteria parum iuuant. 479.22
Colica vnde. 472.20
Colicam reſolutio quomodo ſequatur. 488.1
Colici dolores quare ſumpto cibo miteſcant. 488.57
Colicus dolor cur tam diu duret, & toties recrudeſcat. 487.40
Color humorum index. 301.52. & 822.12
Collyrium ad viſum. 167.26
Collutio abſtergens & reprimens. 35.53
Collutio ad doloris dentium præſeruationem. 204.20
Collutio pro dentium confirmatione. 203.40
Compreſſionis oris ventriculi cauſa quæ. 326.40
Conceptionis impeditæ cauſa. 986.5
Conceptus inſeruientia. 977. 49. cum ſeqq.
Concoctionem in frigidis haud expectandam. 149.35
Conditum ad cordis palpitationem. 274.45
Conditum cerebrum & ventriculum corroborans in paralyſi. 924.38
Conditum epaticum. 30.2
Conditum in hydrope. 390.17
Conditum polychreſtum. 29.5.& 30.37
Confectio Anacardina. 151.4
Confectio caput roborans. 318.7
Confectio de ſtyrace in phthiſi vtilis. 228.14
Confectio hamech pro melancholico humore purgando. 499.40
Confectio in podagra. 631.8
Confectio in ventriculi affectionibus. 282.43
Confectio præſeruatiua Matthioli pro D. Ferdin. archiducis aula. 1091.31
Confectio ſpiritus refocillans. 95.23
Conſerua roſarum hecticis conuenientiſſima. 1026.11
Conſolidans in ardore vrinæ. 1001.39
Coriandrum pro vaporibus poſt cibum. 29.36
Corpora impura aromatibus lædi. 1078.43
Corpora medicamentis non oneranda. 6.4
Corporis medietas duplex. 145.44
Corpus natura ſiccum ex accidenti fieri humidum. 465.28
Crato ſcammoneatis nunquam vſus eſt in melancholicis. 495.12
Cratonis ſecretum in colica. 477.12
Cretam vulgarem cereuiſiæ acorem tollere. 327.11
Crocum Martis ſanguinem ſiſtere. 590.16
Chryſoliti vſus. 496.37
Cruditas laborioſo exercitio non corrigenda. 34.39
Cruditatis in ventriculo collectæ ſymptomata. 849.35
Cruditatis remedium. 8.59
Cruditatum cauſa quæ. 423.38
Crudorum purgationem ventriculum debilitare. 767.35
Cubebas vertiginoſis conferre. 532.24
Cucurbitula dorſo applicanda in lue vngarica. 813.24
Cucurbitula lumbis applicanda. 209.4
Cura cauſa calida calorem ſuffocante. 372.12
Cura methodica neglecta pœna. 835.56
Cura ſymptomatum in morbo gallico. 1048.20.cum ſeqq.
Curatio doloris calculi. 418.45
Curatio excreſcentiæ carnis. 895.50
Curatio hydropis à vitio ventriculi. 376.10.à vitio ſplenis.377.15. à vitio menſium aut hæmorrhoidum. 45.ibid.
Curatio hypochondriaca. 548.47
Curatio tumoris teſticuli. 593.9.594.53
Curatio in amiſſa appetentia. 858.50
Curatio in anhe.. difficultate. 264.35. 942.32
Curatio in lienis ſcirrho. 870.34
Curatio in materia frigida. 851.4
Curatio methodica in ſcirrhoſo tumore. 853.50.

D.

DEcoctio pro fomento in enterocele. 871.4
Decoctum Auicennæ in variolis & morbillis. 899.49
Decoctum ad prouocanda menſtrua. 971.37
Decoctum calami aromatici. 211.3
Decoctum chinæ & ſaſſafras in catarrho. 55.12
Decoctum conſolidans in cruenta ſanguinis mictione. 1005.5
Decoctum epilepticum. 121.24
Decoctum eryngii in renum calculo. 417.52.
Decoctum galli antiqui in aſthmate. 237.6.& 261.9
Decoctum galli in pectoris grauitate, & difficultate ſpirationis. 261.9
Decoctum galli purgans. 489.4
Decoctum hellebori in morbo gallico. 1440.9
Decoctum in ardore vrinæ. 446.24
Decoctum in comate. 921.8
Decoctum in epilepſia & amentia puer. 875.52
Decoctum in dyſenteria. 584.6
Decoctum in fluxu ventris. 574.54
Decoctum in gonorrhæa. 460.8
Decoctum in ictero. 553.10
Decoctum in magnis renum doloribus. 426.7
Decoctum in melancholia hypochondriaca. 530.22.556.30
Decoctum in menſium retentione. 1034.31
Decoctum in nephritide. 397.59
Decoctum in paralyſi. 1019.17
Decoctum in podagra. 696.54
Decoctum in ſuffocatione matricis. 998.29
Decoctum in teſtis diminutione. 595.12
Decoctum in ventriculo frigido. 320.14
Decoctum laxatiuum in menſium fluxu nimio. 965.43
Decoctum leniens & attenuans in renum affectione & calculo. 404.10

Decoctum leniens in dyſpnœa. 259.56
Decoctum ligni guaiaci in aſthmate. 253.15
Decoctum ligni & ſarſa in capitis dolore. 908.14
Decoctum ligni & ſarſa in catarrho. 67.28
Decoctum ligni & ſalſa in dolore circa os ſacrum. 759.16
Decoctum ligni & ſalſa in iſchiade. 757.32
Decoctum ligni & ſalſa in vigiliis quare improbatur. 450.46
Decoctum pectorale raparum. 62.56. & 75.37
Decoctum polypodii ... enum calculo. 455.8
Decoctum pro fomento in ruptura vmbilici. 982.1
Decoctum pro nimia ſiccitate. 473.17
Decoctum pro ſomno conciliando. 71.15
Decoctum pro vermibus dentium. 204.9
Decoctum radicis Taraxaci ad vapores acres. 823.54
Decoctum radicum althea in calculi præcautione. 893.34
Decoctum raparum in pectoris affectionibus & tuſſi. 217.20
Decoctum raparum in quartana. 770.38. 769.7. aliud 779.7
Decoctum ſalſa in orthopnœa. 255.44. & 258.5
Decoctum ſalſa os corruptum non corrigere. 901.45
Decoctum ſaſſafras ad articulorum dolores. 545.31
Decoctum ſaſſafras ad depellendas oculorum ſuffuſiones. 547.14
Decoctum guaiaci. ibid 38
Decoctum ſeminis fœnugræci in oculorum rubedine. 180.25
Decoctum ſena in canicularibus non nocere. 779.28
Decoctum ſudoriferum in grauidis. 1114.5
Decoctum verbenæ pro dentium dolore. 202.32
Decoctum veronicæ in colica. 479.41
Decoctum veronicæ in flatibus præſtans. 330.36. & 331.1. & 7
Decoctum vincetoxici mire ſudores mouere. 951.46
Decubitus ſupinus cur vitandus. 528.8
Defluxionibus curandis, optima diæta nihil conuenientius. 264.12
Depoſitio in ſenibus periculoſa. 546.22
Deſtillatio epatis vitulini in extenuatione brachii. 866.18
Deſtillationis cauſa à capite. 63.45
Deſtillationes ſalſa quo tempore frequentes. 213.20
Deſtillatum è galbano ad inteſtinorum intemperiem. 483.22
Deſtillatum in hectica maraſmode. 783.42
Dentium ablutio è ligni guaiaci decocto. 196.13
Dentium caſus vnde. 203.30
Dentium doloris cauſa qua. 201.48
Dentium euulſio quid proſit. 933.7
Diæta curatio ſecuriſſima. 8.20
Diæta vniuerſalis regula. 2.10. & 8.48
Diæta equi quam hominis accuratior. 2.21. 401.25
Diæta imperatoris Turcici laudabilis. 314.7
Diæta in aſthmate. 253.44
Diæta in colica. 476.7. 478.27
Diæta in cordis palpitatione. 279.51
Diæta in dolore ventriculi. 324.4
Diæta in flatulenta affectione & doloribus dorſi. 332.9
Diæta in gonorrhea. 459.48
Diæta in hernia inteſtinali. 594.12 596.39
Diæta in hydrope. 360.50
Diæta in orthopnœa. 256.5
Diæta in renum obſtructionibus. 393.28
Diæta in ſanguinis vomitu. 339.12
Diæta in tumore œdematoſo. 845.11
Diæta in ventris fluxu. 575.50
Diæta medicina optima. 6.8
Diæta pro præcautione febris tertianæ. 782.53
Diacytonium in peſte. 798.2
Diacytonium vapores à capite arcere. 545.30
Diachylon è cichorea in melancholia hypochondriaca. 556.52
Diaphragmatonem iecur non tranſcendere. 321.25
Diarrhœa ex ſero caprino orta quomodo corrigenda. 682.11
Diarrhœa quando ſiſtenda. 569.27
Diarrhœam vſque ad partum in aliquibus durare. 958.13
Digerentia in anhelitus difficultate. 264.36
Digeſtiuum ad raucedinem. 942.15 & 34
Digeſtiuum in dyſenteria. 583.59. 1006.49
Digeſtiuum in menſium retentione. 978.25
Digeſtiuum in morbo gallico. 1043.58
Digeſtiuum in nimio menſium fluxu. 965.24
Digeſtiuum in quartana. 770.47
Digeſtiuum in ſanguinis mictu. 457.13
Digeſtiuum in vrinæ ardore. 1002.42
Digeſtiuum in ventriculi imbecillitate. 291.58. 295.40
Dilutum ſena in rubore faciei. 822.23
Diuretica cibis non miſcenda, longeque ante paſtum ſumenda. 9.53. 406.26
Diuretica duplicia. 400.36
Diuretica in arthritide. 675.1
Diuretica in calculo noxia. 625.13. 740.49
Diuretica podagricis conuenientiſſima. 983.59
Diuretica quibus & quando conueniant. 42. ibid.
Diureticorum vſus periculoſus. 408.21
Diureticis calculum induci. 429.7
Docentes officio ſuo ſæpius abuti. 493.10
Dolor pungitiuus cum calore, rubore, venarum tumore vnde. 811.44
Dolor renalis ab externa cauſa excitatus. 87.56
Dolorem mitigantia in morbo articulari. 675.33
Dolorum capitis periodicorum cauſa. 907.37
Dulcium vſus quam noxius. 953.58
Dyſenteria quomodo caueatur. 71.54
Dyſenteria ſigna. 579.41
Dyſenteria vera curatio. 581.26

E.

Ebrietas fluxionum mater. 337.7
Ebrietatis incommoda. 929.30
Eclegma in phthiſi à catarrho. 933.53
Eclegma in raucedine. 942.50
Electuarium à corrupto aere præſeruans. 77.8
Electuarium ad catarrhum. 20.13. 178.55
Electuarium ad nimiam cibi appetentiam, & ſudorem cohibendum. 347.25
Electuarium aluum emolliens in febre tabida. 1020.19
Electuarium aluum ſiſtens, & ventriculum corroborans. 658.39
Electuarium antipodagricum. 1014.31
Electuarium Belgicum Gereonis in melancholia. 496.15
Electuarium caput roborans in arthritide. 679.39. item ventriculum. 727.3
Electuarium conceptum iuuans. 990.19
Electuarium contra epilepſiam. 123.19
Electuarium contra malignitatem è nucibus. 72.8
Electuarium corroborans in ruptura. 599.36
Electuarium corroborans aduerſus peſtis virulentiam. 792.35 796.22. 798.16. cum ſeqq. 808 & 27. 812.44
Electuarium de cynosbate in aluis lubricitate. 959.24
Electuarium epar & ventriculum confortans. 351.54
Electuarium exhilarans. 511.4
Electuarium fœtum confortans. 1114.21
Electuarium Helidæi pro ſanguinis expuitione. 214.30
Electuarium iecur corroborans. 457.50
Electuarium iecur refrigerans. 719.6. 729.1
Electuarium in affectu podagrico. 654.19
Electuarium in affectione renum vaporoſa. 395.48. 415.53. 434.57
Electuarium in aluo fluida. 571.42. 572.13
Electuarium in apoſtemate. 458.58
Electuarium in hydrope. 390.7
Electuarium in immoderato menſium fluxu. 968.51
Electuarium in oculorum ſuffuſione. 346.47
Electuarium in quartana. 780.4. aliud. 30 ibid.
Electuarium in ſplenis obſtructione. 330.58
Electuarium in tertiana. 783.17
Electuarium in vrina ardore. 448.1

Electuarium lapidem comminuens. 455. 56
Electuarium leniens in tumore œdematoſo. 846.9. aliud. 21. ibid.
Electuarium lenitiuum in arthritide. 726. 32
Electuarium lenitiuum pro pueris in tuſsi ex catarrho. 886.10
Electuarium liberantis pro pueris tempore peſtis. 1082.12. aliud. 43. ibid.
Electuarium Maximiliani I. Imperatoris pro peſte. 1090.33
Electuarium poſt cibum præſtantiſsimum. 922.11
Electuarium pro aluo reſtricta. 42.7. 144. 48
Electuarium pro capitis & corporis roboratione. 248.45
Electuarium pro catarrho. 178.55
Electuarium pro fœtus in vtero corroboratione. 926.41
Electuarium pro grauidis in peſte. 1080. 46
Electuarium pro hydropicis ad miraculum membra affecta corroborans. 385.52
Electuarium pro inungendis gingiuis. 196. 24
Electuarium pro paralyſi. 151.15
Electuarium pro præſeruatione à phthiſi. 230.48. & 231.55
Electuarium pro ſpina dorſi intemperie. 350.15
Electuarium pro remouenda mala ſtomachi intemperie. 292.17
Electuarium pulmones confortans. 215.50
Electuarium purgans in alui conſtipatione. 960.30
Electuarium roborans in melancholia hypochondriaca. 538.52. aliud. 539.9. 545.17. 550.37. 554.48
Electuarium ſalutis Cratonis contra peſtem. 1084 36. cum ſeqq.
Electuarium ſolutiuum in podagra. 684. 25. 687.43
Electuarium ſomnum prouocans. 329.28
Electuarium ſpiritus incraſſatos corroborans. 167.52
Electuarium tempore æſtatis & hyemis à podagra præſeruans. 613.50. eius vſus. 614.16
Electuarium ventriculum roborans. 66. 37. 289.40. 302.29. 303.51
Elephantiacis & hecticis quæ vitanda. 841.36
Elephantiaſis incipientis curatio. 837.53
Elephantiaſi mulieres, pueri, & eunuchi, cur raro infeſtentur. 841.56
Ellebori correctio à Cordo propoſita improbatur. 494.48
Elleborus ventriculo obnoxius. 15.20
Embrocha è decocto vulpis. 153.4
Empirica in colica remedia. 482.23
Emplaſtica vis qualis. 506.45
Emplaſtrum abortum prohibens. 985.13
Emplaſtrum ad ventrem. 390.28. 514.51
Emplaſtrum de cancris in renum intemperie. 400.14. 421. 43. de parietaria. 52. ibid.
Emplaſtrum de cruſta panis in alui fluxu. 569.43
Emplaſtrum de matricaria, in imbecillitate matricis. 1013.26
Emplaſtrum è limacibus compoſitum in hydrope. 382.42
Emplaſtrum ex cancris in arthritide. 725. 29
Emplaſtrum in bubonibus. 1049.37
Emplaſtrum in dolore dentium. 933.17
Emplaſtrum in dolore ventriculi cum vomitu. 324.56
Emplaſtrum in dyſenteria valentiſsimum. 582.27
Emplaſtrum in enterocele. 872.24
Emplaſtrum in podagra. 657.59
Emplaſtrum in ruptura. 597.44
Emplaſtrum materiam podagræ è partibus remouens. 701.25
Emplaſtrum pro humeri dolore. 1027.54
Emplaſtrum pro dentium corroboratione. 201.7
Emplaſtrum pro dorſo in nimio menſium fluxu. 968.14
Emplaſtrum ſtomachale in dyſenteria. 1006.34
Emplaſtrum ſtomachale flatulento ventriculo applicandum. 539.55
Emplaſtrum vertici imponendum. 44.16. 205.20
Emplaſtrum vitioſam carnem erodens. 906.10
Emulſio ad renum intemperiem. 347.39
Emulſio in febribus peſtilentialibus. 1098. 29
Emulſio in podagra. 652.36
Emulſio margaritarum Montagnanæ in coctionis difficultate. 305.23
Emulſio vapores acres demulcens. 13.39
Enema carminatiuum. 981.7
Enema in curatione renum calculi. 453. 44
Enema in dolore colico 896.29
Enema in dyſenteria 579.55. 582.56 1006.8
Enema pro aluo adſtricta 549.32
Enema pro colica 482.11
Enematis olea an in colica miſceri debeant 486.54
Enemata quartanam curare, vbi febris initium cum torminibus ventris. 770. 16
Enematum frequentium incommoda. 479.29. 577.2
Enematum vtilitas 526.1
Epar aperientia & corroborantia 853. 58
Epar quomodo fluxionis cauſa 711.53
Epar roborantia 824.18
Epatis calidi contemperatio 1060.28
Epatis calidi ſigna 6.45. & 7 40
Epatis caliditas, & ventriculi frigiditas omnium fluxionum cauſa 86.33
Epatis caliditatem temperantia 545.4
Epatis pars caua in hydrope prius expurganda 951.24
Epatis ſcirrhus ex quibus dignoſcatur. 359.1
Epati refrigerantia prius quam renibus applicanda. 398.36
Epate calentibus cibo concocto, deſiccataque cereuiſia bibenda. 9.37
Epatici qui veteribus dicti. 303.13
Epicraſis in longo morbo facienda. 464. 58
Epilepſia in pueris à pituita. 492.12
Epilepſia & amentia cauſa. 875.15
Epilepſia cauſa. 109.30
Epilepſia qualitas latens. ibid. 46
Epilepſia remedia. 683.13
Epithema pro epate. 457.41
Equitatio podagricis incommoda. 678.3
Erinacei ſylueſt[illegible] ...ero hydropicis ſal[illegible]. 842.34
Errhina in anhelitus a[illegible]...ultate. 264. 45
Errhina in febre quartana. 1041.58
Errhina in orthopnœa. 255.39
Errhinon ad vapores diſsipandos. 317.21
Errhinon in arthritide. 673.39. 716.9. 718.1
Errhinon in menſium ſuppreſsione. 976. 28
Errhinon in obſtructione cerebri. 294.6
Errhinon in phthiſi à catarrho. 934.13
Errores in abuſu guaiaci. 1045.42
Eructationes in hypochondriis vnde. 558. 17
Euacuandi ratio per hæmorrhoides conuenientior. 93.41
Euacuantia in calculo. 482.53
Euacuatio in aſcite ſalutaris. 364.31
Euacuatio in lienis ſcirrho. 870.56
Euacuationis vniuerſalis formulam vnicam non ſemper conuenire. 464.7
Euacuationes poſt crapulam. 441.36
Euaporationum cauſa in caput. 909.3
Eunuchum podagricum fieri non poſſe, teſte Hippocrate. 672.15
Euphorbium in morbo gallico. 1044.20
Euphorbium in neruorum læſione. 901.42
Euporiſton decoctum Tanaceti peſte infectis vtile. 789.5
Euporiſton è ſale in arthritide. 719.38
Euporiſton in ſcabie. 836.56
Excrementorum ortus. 33.16
Excreſcentia in ano tollenda modis duo. 591.14
Exercitii nimii incommoda. 528.34
Exercitia poſt ſumptum cibum vitanda. 526.41. Item poſt balnea. 527.29
Exercitiorum genera. 527.23
Expectorantia non nimis calida. 249. 11
Experimentum contra quartanam. 78. 14
Experimentum in viro aquoſa hernia laborante. 386.6. Item in puero tympanite laborante. ibid. 21
Exſiccatio præcipuum in hydropiſi medicum. 362.4
Exſiccantia calida caute adhibenda. 1064. 12
Exſiccantia valde non tuta. 60.52
Extractum calami aromatici in colica. 477.30

Extra-

Extractum catholi Andernaci 542.54
Extractum corallorum in dyſenteria 582.4

F.

Faciei eryſipelas 833.2
Faciei rubentis cauſa 820.45
Facultatem attractricem medicamentis vehementibus lædi 15.20
Febris maraſmodes ex catarrho raro abſque putredine 1025.25
Febris peſtilentialis differentia 1096.58
Febris peſtilens duplex 800.30
Febris petiularis ſympt... 814.22
Febris putrida ab vlcere ... 226.13
Febris ſymptomatica ex vreterum exulceratione 944.3
Febres ... quam nocturnæ periculoſa 781.22
Febres diuturnas in hecticas tranſire 1027.32
Fel animalium ad oculos conducere 547.43
Filamenta Iohannis de Vigo in ani excreſcentia 591.41
Filij ex parentibus ſenibus procreati raro firmioris ſunt temperamenti 524.37
Flatus diſcutientia quando adhibenda. 486.42
Flatus vnde. 328.16. quomodo vitentur. ibid. 19.
Flatuum deſcenſio 75.45
Fluxiones capitis qualiter arcenda 82.40
Fluxionum materia in podagra vnde 677.40. 749.4
Fluxionum ſeminaria 90.10
Fluxionum via ſeptem præcipuæ, ſecundum Hippocratem 32.5
in Fluxione quatuor conſideranda 409.50. 671.23
Fluxus menſium immoderati cauſa 971.49
Fluxus vteri vnde 959.35
Fomenta in teſticuli diminutione 593.17
Fomentum anodynon in ardore vrinæ. 1001.16
Fomentum ex guaiaco in gonorrhœa. 461.8
Fomentum in anaſarca 366.2
Fomentum in arthritide 1016.50
Fomentum in hydrope 381.46
Fomentum in imbecillitate corporis ratione iecoris calidioris 513.6
Fomentum in ruptura 597.37
Fomentum in vrinæ ardore 447.41
Fomentum iuncturas roborans 49.45
Fomentum pedes roborans 669.38
Fomentum pectorale in phthiſi 235.43
Fotus poſt paroxyſmum 655.23
Fomentum pro doloribus ſpinæ 48.55. & 49.15
Fomentum pro extremorum contractione 701.36
Fomentum pro facie tumida 845.44
Fomentum pro manuum affectu 847.36
Fomentum pro pedibus 935.3
Fomentum pro ventriculo in menſium fluxu 967.9
Fontanella veteribus non vſitata 507.54
Fotus in menſium ſuppreſſione 977.7
Frictiones in Hydrope 362.12
Frigida actu quando conueniant 834.22
Furfuracea in vrina quid indicent 943.49

G.

Galeni de curatione podagræ prognoſticon 666.14
Galeni iecoris de imperfecta iſchiadis articuli luxatione conciliatio 756.8
Gallici morbi definitio 1043.2. eius cauſa externa, 5. interna, 17. ibid.
Gallinæ incluſæ & pinguefactæ in calculi curatione improbantur 452.17
Gallinarũ ſaginatarum vſum neruos lædere 140.28
Gallorum teſticulos bonum præbere nutrimentum 626.36
Generatio nouæ materiæ quomodo prohibeatur 713.30
Gargariſmus ad catarrhum intercipiendum 217.40
Gargariſmus in oculorum ſuffuſione 546.40
Gingiuarum tabeſcentium cauſa qua 195.45
Globuli maſticatorij 392.28
Gonorrhœa à lue venerea 459.35
Grauidarum regimen paulo ante partum 1009.37
Guſtus pro diminutione remedium 179.31.

H.

Hectica ad ſecundum gradum duo requiri 1024.56
Hectica duplex 1024.46
Hectici caloris ſigna 72.58
Hæmorrhoides epate calido ſiccis medicamentis non irritandæ 725.1
Hæmorrhoides quomodo prouocandæ, 494.42. an prouocandæ. 500.26. 735.13
Hæmorrhoides radicem ſcrophulariæ mouere & ſiſtere 589.53
Hæmorrhoidum prouocatio conſuetis vtilis, inconſuetis vero noxia 510.8
Hæmorrhoides ſupprimentia. 588.31. aperientia 58. & 53. ibid.
Hæmorrhoidibus nihil melius in melancholicis 404.29
Hauſtus purgans in arthritide 715.20
Herba & radices pro fomento 483.32
Herbæ pro balneo in hecticis extenuatis. 840.22
Herba pro decocto in paralyſi 923.35
Hernia inteſtinalis cauſa duplex 592.11
Hiera Logadij contra melancholiam 549.53
Hiera in paralyſi exhibita 150.59
Hieram Hermetis ab apoplexia præſeruare 294.7
Hippocratis de remediorum continuatione præceptum 836.31
Hippocratis ſententia de melancholia quomodo intelligenda 492.16
Hordei cremorem inflare 235.19
Hordeum inflare 342.52
Humectantia & emollientia foris & intra primo adhibenda 393.48
Humor melancholicus quomodo contemperandus 93.54
Humoris aduſti ſoboles quæ 9.12
Humores cryſtallini actionis impeditæ cauſa quæ 172.8
Humores aduſtos generantia 208.15
Humores in apoplexia tollendi 93.16
Humores ſeroſi podagræ cauſa 651.3
Humorum contemperatio 4.53. 822.16
Humorum motus in colica ad articulos. 488.25
Humorum præparatio ante vſum falſa. 66.52
Humorum remedia 92.15
Hydropis curatio 360.47
Hydropis definitio. 353.43. eius diuiſio. 354.5. cauſa ibid. 16
Hydropici per vrinam expurgati 351.33
Hydropicum experimentum 847.12
Hydropota raro podagricus 672.14
Hypochondriæ affectionis cauſa 738.58
Hypochondriacum malum diuturnum. 551.34
Hypochondriorum inunctio 845.3
Hypoſarca ſigna 358.15

I.

Icteritia nigra cauſa 443.28
Iecoris maturati ſigna 358.45
Iecur anſerinum maxime nutrire 626.28
Iecur vitulinum calidum capiti melancholia affecto applicandum 497.9
Ignem plus fumi quam flammæ præbere 22.59
Imbecillitas partium non per ſe podagræ cauſa 617.36
Imaginationis diminutæ cauſa 888.26
Immoderatorum breuis ætas 468.13
Immodicus breuis ætas 301.41
Impetiginis cauſa 680.50
Indicationes curatiuæ in hectica à catarrho 1025.15
Infantes ab epilepſia quomodo præſeruentur 928.23
Infectorum ſigna 1098.52
Inflationes quomodo diſſipandæ 313.7
Infuſum Rhabarbari in podagra 613.12
Infuſum ſenæ in pedum debilitate 1015.50
Intemperies vtrum apoplexiæ cauſa. 97.46
Intemperiei frigidæ remedia 92.11
Intemperiem calidam & humidam capitis corrigentia 60.42
Inteſtinorum intemperies in pareſi à colica corrigenda 483.13
Inunctiones pectorales in fluxionibus improbandæ 36.36
Inuſtio futuræ coronalis in vitijs oculorum vtilis 88.28
Ira incommoda 300.30
Iracundia vehemens an paralyticis ſalutaris 149.22

Iura μακρος αιμάχοις non vtilia 467.57

L.

LAſtis conditiones tres 228.66
Lacticinia piſcibus non commiſcenda 290.9
Laconicum in excoriatione veſicæ noxium 431.52
Lapis carpionum pro fluxu ſanguinis narium commendatur 195.29
Lapis nephriticus pro calculo 420.44
Lapidem armenum melancholicis conducere 499.41
Lapidum precioſorum vires 280.46
Lardum in curatione calculi admitti 452.56
Langij verba de cholica 487.19
Lateri dextro quare indormiendum 527.57
Lenientia in melancholia hypochondriaca 514.30
Lenientia ſæpe iteranda 502.40
Lenitiua in menſium fluxu qualia eſſe debeant 973.16
Lenitiua in orthopnœa & viſione deprauata 257.30
Lenitiuum in phthiſi à catarrho 933.45
Lenitiuum in quartana 779.42
Lenitiuum in ſanguinis mictu 457.5
Lenitiuum in ſcirrhoſo tumore 854.37
Lenitiuum pro pueris in calculo 889.55
Lienem maiorem conſenſum quam epar cum ventriculo habere 338.20
Ligatura in hernia 593.34
Ligaturam infra genu podagram excitare 687.3
Ligni præparandi ratio ibid.44
Ligni proportio ad liquorem in morbo gallico 1044.56
Lignum aloes ventriculo amicum 325.28.
Lignum quale eligendum 111.33
Linguæ remedia 655.33
Linimentum ad exanthematum euocationem 1115.17
Linimentum ad renes 412.31.422.58
Linimentum calefaciens 375.36
Linimentum cordiale 281.23
Linimentum emolliens & euacuans. ibid. 41.
Linimentum epar refrigerans 375.13
Linimentum in dolore renali 294.52
Linimentum in elephantiaſi 841.6
Linimentum in melancholia 497.14
Linimentum in nimio menſium fluxu. 968.38
Linimentum in teſtis diminutione. 595.31
Linimentum iuncturas roborans 49.56
Linimentum pectorale in phthiſi 235.37
Linimentum pro pectore in phthiſi ex retentis menſtruis 936.56
Linimentum pro ſcabie 613.31
Linimentum pro ventre in menſium retentione 1034.52
Linimentum vetuſtiſſimum in podagra. 615.7.631.20
Linteum inceratum ventrem mollificare. 472.47
Liquor à calculo præſeruans 412.5
Lixiuium ad diſcutiendum pedum tumorem 390.53
Lixiuium ex euphragia 167.8
Lixiuium è ſtercore ciconiæ in fluxione podagrica 657.12
Lixiuium in affectu melancholico 511.15
Lixiuium in brachij extenuatione. 866.24
Lixiuium in expuitione frequenti 336.39
Lixiuium in orthopnœa 255.59
Localia in furfuribus 819.57
Localia in temperatis rectè adhiberi. 705.39
Lotio pedum in præſeruatione à podagra. 615.13.696.4
Lotio pedum ſomnum concilians. 528.27. 536.13
Lumborum doloris cauſa 84.17
Lumbricorum materia 585.10
Lupulum podagricis nocere 638.19
Lupulorum germina ſanguinem expurgare 523.17
Luti Thermalis emollientis ſuccidanea. 85.56
Lutum S. Bartholomæi in lienis tumore. 444.54

M.

MAcies tympanitidis ſymptoma. 341.27
Malum quando lethale 227.4
Maſſa pillularum ex aloe roſa, ventriculum purgans 283.14
Maſticatoria cur non tuta 251.12. & 255.40
Maſticatoria in corporis imbecillitate 512.58
Maſticatoria in orthopnœa 255.40
Maſticatorium in comate 921.53
Maſtichen & thus ventriculum exſiccare 18.47
Materia frigida ſigna in articulorum tumoribus 830. calida. ibid.52
Mechoacam aluum ſiccare 171.43
Medicamenta aſtringentia duplicia 593.44
Medicamenta fortiora non temerè adhibenda 494.57
Medicamenta lenientia 684.14
Medicamenta optima adhibita cur aliquando non iuuent 667.24
Medicamenta purgantia in podagricis doloribus noxia 707.38
Medicamentum de cinabare 121.36
Medicamenta pro diuerſitate materiæ peccantis contemperanda 706.24
Medicamentum pro oculis ſingulare. 174.5
Medicamentorum forma ſolida quibus conuenientior 12.22
Medicamentorum vſus in balneo prauus 1081.54
Medicina ſimpliciſſima optima 21.53
Medullæ denſitatis cauſa quæ 162.26
Melancholica cauſa antecedentes, ibidem. 39
Melancholiæ hypochondriacæ cauſa quæ. 518.30.548.35.555.32.557.44
Melancholiæ ſigna per eſſentiam 498.12. 541.40
Melancholiæ ſymptomata 739.9
Melancholia hypochondriaca vnde. 548.23
Melancholia igr ſeminarium ibid.23
Melancholia ingenioſis & occupatis moleſta 93.38
Melancholia in quos fit mania 49.9
Melancholia qu 511.38
Melancholiam non à liene ſolum, ſed etiam epate & vtero affecto oriri. 498.33
Melancholici cur iracundi 498.58
Melancholici cur interdum mitteſcant. 493.20
Melancholicis æſtate non conferre 521.28
Melancholicis bona diæta nihil ſalubrius. 529.10
Melancholicis cur vena non ſecanda 494.12
Melancholicis fructus dulces concedi. 522.9.
Melanogogon 510.50
Membra debilia ad officium reducenda. 28.30
Membranarum vitium quomodo curandum 171.17
Membrorum mandantium corroboratio. 714.20
Menſtrua prouocans 1025.59
Menſes prouocantia 1022.15
Menſenterij obſtructionum apertio 145.8
Mithridatium ventriculi calorem excitare 489.57
Mæſtitia incommoda 128.13
Mola quid & vnde 992.58
Mola multiplex 54.ibid.
Molam non vteri ſolum, ſed etiam viri virilis ſeminis formari 996.5
Morauica vina colicis & paralyticis inimica 478.51
Morbi in cognitione plus quam experientia laborandum 909.16
Morſuli ad vapores 424.11
Morſuli calorem roborantes 423.17
Morſuli de Rhabarbari extracto in duo fluida 270.30
Morſuli in alui conſtipatione 960.58
Morſuli in dyſenteria 581.45
Morſuli in febre calida 1011.23
Morſuli in hecticis 1018.35
Morſuli in nimio menſium fluxu, pro quo corroborando 969.7
Morſuli in tabe 778.1
Morſuli in tumore œdematoſo 846.58
Morſuli laxatiui 394.6
Morſuli principes partes roborantes in æchritide 723.32.735.46.740.11
Morſuli reſtaurantes in phthiſi à catarrho 935.1
Motum crudis non competere 300.40
Mulieres craſſæ, niſi extenuentur, non concipere 974.59

Mulie-

Mulſa in paralyſi. 148.44
Mulſam poda[illegible] cu prodeſſe. 46.38
Muſculorum p[illegible] tenſio debilis coctionis ſymptoma. 7.50
Myrobalanorum v[illegible]. 39.15

N.

Narcotica dentibus noxia. 202.6
Narcotica non [illegible] tere adhibenda. 719.47
Natura generoſa potius [illegible]deranda, quam retundenda. 493.5
Natura morborum cura[illegible] & medicus. 705.22.764.46
Nauſea remedium. 416.14
Nephritica remedia. 398.49
Neruos à ſpinali medu[illegible] originem ducere. 162.20
Nodi p[illegible]agrici. 1016.56
Nodulus ad odorandum pro catarrhi exſiccatione. 934.57
Nodulus è nigella in coryza. ibid. 21
Nodulus ex arſenico contra peſtem. 805.48
Nodulus in hydrope. 388.31
Nodulus odoratu caput frigidius roborans. 35.9.

O.

Obſtructiones melancholicæ quomodo tollendæ. 740.30
Obſtructiones ſæpe pariunt miracula. 355.46
Oculi à fomitu defendendi. 687.20
Oculos coitu exſiccari. 176.8
Oculos iuuantia. 881.3. *lædentia.* 13. ibid.
Oculorum arrodinem. 182.8
Oculorum hebetudinis in ſenibus cauſæ tres 165.45
Oculorum obfuſcationis cauſa. 176.30
Oculorum roboratio. 186.43
Odoramentum pro cerebri & cordis confortatione. 154.17
Odoratus pro amiſſione remedium. 179.11
Olei chalcanthini vtilitas. 107.50
Olei vitrioli facultas. 76.7
Olei vitrioli vſum cachecticos reddere. 1064.13
Oleum amygdalarum aluum mollire. 473.24
Oleum Braſſauolæ mirifica efficacia peſtis tempore. 805.51
Oleum chalcanthinum pro ſuffuſione oculorum. 547.4
Oleum deſtillatum pro articulorum contractione. 701.53
Oleum hyoſcyami articulos deprauare. 745.54
Oleum Hypericonis in podagra vtile. 55. ibid.
Oleum in dolore iuncturarum. 686.57
Oleum in paralyſi. 1030.11
Oleum in podagra. 688 42
Oleum in ſpaſmo. 928 14
Oleum Ludouici de Leonibus pro peſte. 805.17
Oleum auorum in vlcuſculis capitis. 820.5
Oleum pro abdomine in dolore colico. 896.45.
Oleum pro abdomine in retentis menſtruis. 978.49
Oleum pro auditus difficultate. 187.33
Oleum pro pectoris illinitione in phthiſi ex retentis menſtruis. 937.33
Oleum ranarum in vehementiſſimis doloribus. 708.15
Oleum ſabinum in colica. 487.24
Oleum ſcorpionum Clementis pro peſte. 1074.40
Oleum ſtomachale contra flatus. 480.10. 514.49.515.15.534.20
Oleum ſtomachale in arthritide. 679.20
Oleum ſtomachale in catarrho. 929.36
Oleum vitrioli pro arthritico. 674.31
Oleum varioli pro oſſium putredine. 196.7 & 203.9
Opiata ad virium roborationem in hecticis. 839.37
Opiata in elephantiaſi. 841.22
Opiata in inteſtinis relaxatione. 871.56
Opiatum ad exulcerationem renum & veſicæ. 1019.52
Opiatum Ludouici de Leonibus. 324.39
Oratores à concione cur ſitiant. 26 50
Orbiculi ad catarrhum tenuem. 210.18
Orbiculi ad materiam craſſam & tenuem. 217.48
Orbiculi ad materiam viſcidam. 210.23
Orbiculi commodiſſ. remedi forma in morbis pectoris. 217.38
Orbiculi ex calami aromatic[illegible] extracto. 36.34
Orbiculi in tumore œdematoſo. 845.59
OrthopnϾ ſigna. 73.27
OrthopnϾ cauſa quæ. 255.5
Oſſa conglutinata non frangenda. 865.24
Otis incommoda. 526.37
Ouum tantum generare ſanguinis, quantum ponderat. 140 40
Oxycroceum cum euphorbio mistum, ad puſtulas excitandas. 117.20
Oxymel Geſneri aſthmaticis prodeſſe. 59.54
Oxymel in dyſpnæa. 259.35
Oxymel podagricis bene diluendum. 707.27
Oxymel pro inciſione materiæ in ventriculi affectionibus. 282.55

P.

Pallor vnde. 301.58
Palpitatio à pericardio, flatu, & aqua pleno. 276.40
Palpitatio ab arctiore pedum ligatura. 277.55
Palpitatio cordis à flatibus. 279.34
Palpitationis cauſa. 277.12
Palpitationis cura. 772.30
Palpitationi qui obnoxii. 276.27
Palpitationem à tremore cordis differre. 276.6
Panis è farina ſine furfure noxius. 342.16
Panis quo candidior, eo accommodatior calculo. 891.36
Paralyſis cauſa. 147 3
Paralyſis in ſenibus quandoque curabilis. 147.50
Pareſis à paralyſi differt. 483.8
Pareſis epidemialis tempore Aerii. 484.11
Pareſis recidiua fere incurabilis. 477.52
Paroxyſmi aduenturi ſigna. 655.18
Paroxyſmi cur poſt cibum exaſperentur. 243.24
Paroxyſmi violenti cura. 254.18
Paroxyſmus cur aliquot poſt cibum horis inuadat. 244.2
Paſſulas, pruna, aut ficus laxare. 125.28
Paſtillus adſtringens in dyſenteria. 581.31
Pæoniæ grana loquelam reſtituiſſe. 155.55
Pectus roborantia. 21.42
Pedes poſt longos morbos ſæpe intumeſcere. 772.36
Pedes roborantia in arthritide. 675.43
Pedum lotio ſomnum concilians. 10.52
Pedum refrigeratio catarrhoſis vitanda. 177.16
Peſtis cauſa. 784.27
Peſtis ſi à contagio ſolo, venæ ſectionem non conuenire. 1100.27
Peſtis tempore quibus fugiendum. 803.6
Peſtis tempore ſi aeris mutatio non conceditur, quid faciendum. 784.45
Phthiſici antiquus alati. 230.16
Phthiſicis deſperati cura. 231.30
Phthiſici & cardiaci omnes tabidi. 235.8
Phthiſicis per aluum non purgandi. 227.57
Phthiſicorum extenuatio vnde. 226.25
Pietas in morbis quid. 739.15
Pila odorata ad roborandum caput in arthritide. 673.58
Pillula ad capitis & ventriculi euacuationem. 90.40
Pillula aggregatiua cur improbanda. 283.7
Pillula catarrhos tollentes, & caput roborantes. 177.1
Pillula debiles fortes quæ. 46.55
Pillula de aloe in febre cum ictero. 781.46
Pillula de ladano & bdellio in alui adſtrictione. 577.31
Pillula de ſuccino in dolore capitis periodico. 907.58
Pillula de terebinthina pro remouenda calculi materia. 406.37.411.40.413.43.420.35.421.7.422.37
Pillula ex aloe in lumbricorum curatione. 587.10
Pillula ex aloe lota pro ventriculi imbecillitate. 291.35
Pillula ex amoniaco in tumore lienis. 444.26
Pillula ex ligno, ſalſa, & china in viſione deprauata. 258.13
Pillula ex terebinthina Cypria in orthopnœa vſurpanda. 255.49
Pillula ex terebinthina cum ſale theriacali in iſchiade. 757.46
Pillula in arthritide. 674.40.679.5.686.20.715.47.728.15.731.42.735.31.

Pillula in catarrho. 929.14
Pillula in comate. 920.55
Pillula in cruenta ſanguinis mictione ante ſomnum degluti enda. 1005.21
Pillula in deſtillationibus accommodata. 87.40
Pillula in exſputione frequenti. 337.45
Pillula in ficu deglutienda in aluo adſtricta. 961.59
Pillula in gibboſitate. 1028.2
Pillula in gonorrhæa. 461.27
Pillula in hydrope. 388.3
Pillula in imbecillitate ventriculi. 290. 27
Pillula in lue venerea. 462.25
Pillula in melancholia. 540.21
Pillula in menſium ſuppreſſione. 975. 54
Pillula in nephritide. 397.9
Pillula in nimio menſtruorum fluxu. 963. 56.967.49
Pillula in paralyſi. 924.19.1029.55
Pillula in pedum debilitate. 1015.59
Pillula in podagra. 612.50.614. 45. 620. 5.& 22.ibid. 630.35.653. 45.658.13. 637.35.699.5.717.29
Pillula in præcautione colici doloris. 479. 11.481.25
Pillula in raucedine. 942.41
Pillula in retentione menſium. 978.16
Pillula in tumore ſchirrhoſo. 854.45
Pillulæ menſes prouocantes. 1033.29
Pillulæ mirabiles ab omni capitis & ventriculi languore præſeruantes. 292. 40.310.12.& 20
Pillulæ oculares fortes. 181.28
Pillulæ peſtilentiales pro pueris & virginibus. 1077.49.1081.21
Pillulæ philonii ſiue de ære vſto in hydrope. 380.9
Pillulæ de cantharidibus. ibid.56
Pillula pro aluo adſtricta. 476.34
Pillulæ pro corpore cacochymico, cum capitis grauitate. 348.30
Pillula pro corporis mundificatione. 91.20
Pillula pro humido ventriculo. 13.4
Pillulæ pro peſte. 790.36.794.12.796. 5.806.40
Pillulæ, pro vtero pituitoſo. 984.18
Pillulæ ſomnum conciliantes. 329.19
Pillulæ tempore æſtiuo minus commodæ. 180.11
Pillulas debiles fortes podagram irritare. 50.33
Pillularum fortiarum vſus in oculorum affectibus ſuſpectus. 181.45
Pineorum fructus paralyticis prodeſſe. 149.2
pinigranorum in paralyſi commendatio. 144.22
pinguia ventriculum laxare. 9.4
piſa fabis præſtantiora. 625.29
pituita excedentis ſigna. 706.11
pituita prouentui in diuerſis diuerſimode obuiandum. 466.6
pituitæ prouentus quomodo caueatur. 93. 24
pituitæ ſigna in ventriculo, ipſius orificio & fundo. 24.37
Pituita ante melancholiam ſubducenda. 767.39
Pituita in vtero & inteſtinis quid efficiat. 963.4
Pituita quartanæ potius cauſa, quam melancholia. 770.8
Pituita quibus ex cauſis generetur. 22. 59
Pituitam digerentia. 248.28
Pituitam in grandinem, & pulmonum calculos vetuſtate concreſcere. 245.3
Pituitoſa materia à capite deſcendentis ſigna. 733.40
Platonis diſputatio de inſania. 493.49
Podagræ cauſa. 680.34.697.49.716. 33.732.51
Podagra inuadentis curatio. 655.32
podagræ materia duplex. 733.12
podagræ metus. 611.50
podagra Bacchi & Veneris filia. 668. 59
podagra intemperantiæ pœna. 762.17
podagra in quibus curabilis. 742.41
podagra & renum dolor plerumque coniuncta. 299.30
podagra quando curabilis. 729.58
in podagra an à medicamentis abſtinendum. 707.4
in podagra duo præcipue conſideranda. 668.35
podagram à morbis pectoralibus ſæpe liberare. 206.20
podagricæ fluxionis via. 671.30. materia. 32.ibid.
podagrici guloſi non curandi. 46.26
podagrici morbi cauſa. 616.56
podagricos dolores vitam prorogare. 762. 7.
podagricorum regula. 654.45
podagricorum tantæ multitudo vnde. 644.2
podagricus abſtinentia vini curatus. 629. 22
podagricus carcere & abſtinentia curatus. 709.20
pomum ambræ pro peſte. 1075.42
pomum odoriferum pro peſte. 812.21
potentillam contuſam calorem extrahere. 898.5
potio ad pituitam educendam. 309. 22
potio contra fluxum ſanguinis & obſtructiones. 339.24
potio flatus diſcutiens. 374.31
potio digerens in menſium retentione. 1030 47.cum ſeqq.
potio euacuans in ardore vrinæ. 1002. 52
potio euacuans in menſtruis albis. 979. 47.
potio euacuans in tumore ſchirrhoſo. 854. 10
potio in calculo. 417.42.419
potio in dolore oris ventriculi. 320.52
potio in exulceratione renum & veſicæ. 1059.49
potio in frequenti exſputione. 337.38
potio in immodico menſtrui profluuio. 967, 53.969.57
potio in nephritide. 397.55
potio in petechiis. 846.23
potio lenitiua in lue venerea. 462.44
potio miraculoſa in cordis palpitatione à ventriculo. 281.35
potio per aluum & vrinam euacuans in ſcabie. 835.6
potio præſeruat[illegible] Geſneri. 1110.52
potio pulmon[illegible] detergens & conſolidans in phthiſi [illegible] retentis menſtruis. 936. 28
potio purgan[illegible] ardore vrinæ. 446.8
potio purgans [illegible]ſenteria. 583.49
potio purgans in [illegible]rope. 372.45.389. 53
potio purgans in ictero. 350.57
potio purgans in melancholico affectu. 530. 54.537.43
potio purgans in podagra. 688.22.700. 47.717.4.736.17
potio purgans in quartana. 768.52.779. 57
potio purgans pro pueris. 879.3
potio purgans pro renum calculo. 272. 26
potio renes refrigerans. 406.59. 411. 24
potio ſanguinem vitioſum digerens. 904. 26
potio ſomnifera. 497.34
potio vacuans in cruenta ſanguinis mictione. 1004.46
potio vitioſos humores euacuans. 904. 47
potio vulneraria. 598.7
potio vermes expellens. 587.26
potus cibum ne ſuperet. 525.40
potus conueniens media curatio. 691. 16
potus in lue Vngarica. 813.30.cum ſeqq.
potus podagricorum diureticus. 704. 54
potus rad. ſarſa cum rad. eryngii in podagra. 651.50
potum chalybeatum non adſtringere ſed aluum turbare. 580.8
potum medicamentoſum cibis male permiſceri. 691.25
portulacæ ſuccum mirandoſe lapidem expellere. 398.43
pueris etiam trimulis ſanguinem ſalutare mitti. 879.45
pulmentum ex puluere rad. altheæ in podagra. 652.13
pulmonis vlcera cur curatu difficilima. 225.54
pulmonum putredinis cauſa. 573.52
puluis à lapide renum præſeruans. 295.10
puluis abortum prohibens. 984.56
puluis ad calculum. 13.49
puluis antigallicus loco guaiaci. 1046.52. cum ſeqq.
puluis aſtringens in dyſenteria. 1006.15
puluis Bezoarticus ad venenis præſeruationem. 887.8

Puluis

Puluis ca‹...› ‹...› natiuum roborans. 330.49
Puluis capitalis in ‹...›re tabida. 1010.45
Puluis Caroli V. prop‹...› 1091.1
Puluis cordialis in hypo‹...› ‹...›driaca melancholia. 532.1.552.18
Puluis catarrhos retrah‹...› 886.49
Puluis contra abortum. 1009.52
Puluis cornu cerui pro col‹...› 482.47
Puluis diureticus pro corporis expurgatione. 107.10
puluis è cydoneis purgans i‹...› ‹...›orbo gallico. 1044.26.1048.‹8.‹ 5
puluis è granis chermes in ‹...›lus lubricitate. 959.53
puluis è ‹...› ‹...› dolore nephritico. 894.33
puluis è zedoaria in dolore colico. 480.59
puluis epilepticus. 883.27
puluis gentiana in dolore vteri ventoſo. 999.25
puluis Hali in melancholica commendatur affectione. 496.10
puluis Ioh. Heſſi pro febrium curatione. 1106.58
puluis in apoplexia metu. 318.41
puluis in calculo & morbis cerebri. 421.27.422.50
puluis in calculo pro pueris. 890.30
puluis in colica expertus. 474.57
puluis in dyſenteria tutus. 581.42. & 59 ibid. & 582.7
puluis in gonorrhœa. 461.22. & 32
puluis in menſium retentione. 1032.9
puluis in menſium ſuppreſſione. 976.43
puluis in paralyſi. 924.52
puluis in ſtrangulatione matricis. 998.44
puluis in ruptura. 597.53
puluis in vomitu. 325.14
puluis Matthioli pro peſte. 1072.7
puluis menſtrua alba ſiſtens. 981.41
puluis nobilis in catarrho ex oſſibus. 37.12
puluis pepticus. 284.31.333.4.391.52
puluis pepticus in tertiana. 783.29
puluis podagricus Donzellini. 545.55
puluis poſt cibum prohibens aſcenſum vaporum. 878.10. ante cibum. 19. ibid.
puluis præſeruatiuus Viennenſis. 1091.52.1110.19
puluis pro bregmate. 106.40.234.2
puluis pro confirmatione dentium. 103.53
puluis pro capitis exſiccatione. ibid.26
puluis pro fumo. 298.38
puluis pro grauidis. 984.41.997.28
puluis pro peſte. 790.25.797.1.801.32.809.17. & 55. 811.11
puluis pro phthiſi. 232.41.235.30
puluis pro ſuffumigio in melancholia. 536.1
puluis pro ſutura coronali. 544.12
puluis pro ſutura coronali in arthritide. 674.16.675.13.730.47
puluis pro vermibus. 898.33
puluis pro vertigine. 318.27
Puluis purgans in alui conſtipatione. 960.44
Puluis roborans & adſtringens in immodico menſtrui fluxu. 960.30
Puluis ſanguinis effluxi. 195.32
puluis ſternutatorius. 337.57
puluis ſtomachalis. 29.20.31.1.191.35.290.51.304.28.311.23.524.539.32.718.41
puluis ſtomachalis in arthritide. 675.58.715.58
puluis bubonis Theophraſti pro peſte. 1075.6.
puluis ventriculum roborans. 470.56
puluis vermes necans. 587.17
pulueres maxillarum luciorum dolorem arthriticum compeſcere. 724.21
pulueres calidi & ſicci periculoſi. 470.41
pulueres humores ſuperfluos abſorbentes. 669.13
practicorum error vulgaris in ſudoriferis. 838.36
præcautio in arthritide. 733.9.742.54
præparantia in podagra. 736.8
præparatio ante vſum thermarum in renum & veſica exulceratione. 1057.35
præſeruantia à calculo. 403.8.420.2.451.20.890.48
præſeruatio à cordis palpitatione. 280.23
præſeruatio à peſte, in quibus conſiſtat. 784.54.787.56.795.58.797.37
præſeruatio à podagra. 294.25.612.6
præſeruatio à ſuffuſione oculi. 877.25
præſeruatio colici doloris. 479.12
præſeruatio corporum ad reſiſtendum veneno. 804.30
præſeruatio generalis à peſte. 1070
præſeruatio grauidarum & lactantium in peſte. 1080.16
præſeruationis à peſte tria requiſita. 1082.30
præſeruatiuum à carie. 1049.10
præſeruatiuum in peſte. 962.10
præſeruatiuum regi Vngariæ à Ludouico de Leonibus præſcriptum. 1108.29
profluuium menſium per menſes tredecim. 971.29
prophylactica peſtis. 296.30
prudentia in morbis quid. 739.20
prudentia in topicorum vſu adhibenda. 744.59
pruritus cauſa. 818.51. curatio. 59. ibid.
purgandi ratio tempore peſtis. 1102.45
purgantia fortiora fugienda. 139.18
purgantia in orthopnœa. 257.37
purgatio in arthritide. 678.29
purgatio in corporis imbecillitate. 512.51
purgatio in renum calculo. 413.8
purgatio in ſplenis duritie. 343.39
purgatio verna in ventriculi imbecillitate. 295.47. autumnalis. 296.1
purgationis domeſtica formula. 27.31
purgationes lenes ſæpius repetenda. 248.2
purgationes & præparationes hyemales. 12.30
puſtula gallica quomodo curanda. 463.55
putredinis ſeminaria qua ratione longe lateque diffundantur. 802.2
pyra partum impedire. 1010.9

Q.

Quartana pediſſequa quæ. 771.30
Quies à cibo tutiſſima, ſed ſomnus vitandus. 10.21

R.

Radix aron ſingulare contra arthriticum dolorem remedium. 745.47
Radix hyoſcyami denti cauo imponenda. 933.23
Rhabarbari infuſum in præſeruatione renum calculi. 414.6
Rhabarbarũ calculoſis & podagricis conuenientiſſimum. 5.21
Rhabarbarum epatis vita. 303.48
Rhapontici vires. 550.17
Raſuram cornu cerui vrinam prouocare. 710.31
Regimen in vſu ſalſæ. 1046.57
Relaxantia in principio non applicanda. 707.54
Regula in vſu guaiaci. 1046.18
Regulæ ſalutares in arthritide. 676.26
Regula in capitis dolore. 121.3
Remedia ad comparandam mentis hilaritatem. 546.10
Remedia interdum mutanda. 249.30
Remedia podagrica. 587.50.745.10. cum ſeqq.
Remedia pro faciei rubedine. 820.15.822.28. cum ſeqq.
Remedium in catarrho & tuſſi puerorum. 874.33
Remedium in duritie hypochondriorum. 819.33
Remedium in peſtilentiis optimum. 789.44
Remedium in tumoris duritie. 847.8
Remedium pro facie & oculorum ſtaudine. 351.51
Remedium pro ictero. 955.24
Remedium pro puſtulis in facie. 823.26
Remedio vni in peſte non fidendum. 296.43
Renes obſtructos fluxionibus occaſionem præbere. 1064.4
Renum calor quomodo ſedandus. 252.55
Renum refrigeratio. 90.20
Reprimentia in principio fluxionum minus tuta. 930.57
Reſolutio in tumore prius, quam ſuppuratio tentanda. 900.58
Reſpirationis difficilis cauſa. 73.48.219.5
Rogatiani abſtinentia. 692.51
Rotula ad epar de Rhabarbaro. 22.21
Rotula ad frigidam capitis intemperiem. 98.29
Rotula ad præſeruationem colicæ. 473.42

INDEX

Rotulæ ad viſcerum & artuum corroborationem. 144.55
Rotulæ corroborantes. 248.46
Rotulæ de Rhabarbaro in renum affectionibus. 405.17
Rotulæ ex oleo caryophyllorum pro ventriculo pituitoſo. 415.40
Rotulæ in anaſarca. 391.32
Rotulæ in gibboſitate. 1028.8
Rotulæ in hydrope. 388.16
Rotulæ in phthiſi à catarrho. 934.43
Rotulæ in phthiſi ex retentis menſtruis. 937.8
Rotulæ in menſium retentione. 978.41. 1032.25.1034.4
Rotulæ in podagra. 688.32.695.48
Rotulæ in præſeruatione calculi. 892.43
Rotulæ in raucedine à catarrho. 942.24
Rotulæ naturalem calorem excitantes. 310.55
Rotulæ pectorales. 395.& 83.5
Rotulæ pro phlegmate. 470.7
Rotulæ pro peſte. 793.17.812.35
Rotulæ putres à peſte præſeruantes. 1079.23
Rotulæ roborantes in melancholia hypochondriaca. 538.39
Rotulæ roborantes in menſtruis albis. 980.36
Rotulæ roborantes in paralyſi. 1029.47
Rotulæ ſublinguales. 392.34
Rotulæ vires corroborantes. 248.46.& 275.40
Rubedo faciei quomodo tollenda. 212.11

S.

Sacculus capitalis. 327.33.392.11
Sacculus cordialis ad palpitationem à flatibus. 275.8.279.12
Sacculus cordialis in phthiſi. 235.53
in melancholia. 533.3
Sacculus cordialis pro peſte. 793.19 1074.16
Sacculus epaticus. 769.21
Sacculus flatus diſcutiens. 782.33
Sacculus in imbecillitate corporis. 513.7
Sacculus in ruptura. 600.23
Sacculus pro bregmate. 40.53
Sacculus ſtomachalis in arthritide. 727.45
Sacculi capitales. 21.19
Sacculi catarrhum exſiccantes & ſuſpendentes. 61.4
Sacculi in calculo puerorum. 890.5
Sal D. Eraſti è ligno iuniperino in podagra comprobatur. 615.10
Salſa pariglia podagricis cur exhibenda. 666.43
Salſa parilia ventriculo noxia. 43.37
Salſedo vnde. 53.7
Sanguis an à liene, vel iecore fluat, quomodo diſcernendum. 338.13
Sanguis grumoſus quomodo diſſoluendus. 874.45
Sanguis niger è naribus demortui cur effluxerit. 574.27
Sanguinis contemperatio. 590.40
Sanguinis effluxum calorem debilitare. 962.58
Sanguinis fluxum cohibentia. 983.45
Sanguinis in reiectione quid agendum. 213.31
Sanguinis peccantis ſigna. 706.7
Sanus ſemper, quaſi monſtrum fœlix. 404.48
Sapo in arthritide. 673.45
Sapo moſchatus in podagra. 669.9
Sarſa calida & ſicca in ſecundo gradu. 506.12
Sarſa num adhibenda. 505.22
Sarſaparillæ etymologia. 505.24
Sarſæ vires. 505.49
Sarſam bonam haberi non poſſe. 507.3
Sarſam non eſſe ſmilacem aſperam. 505.33
Scirrhi lienis cauſa. 443.19
Scopi curatiui in ventriculo frigido & humido. 309.10
Scopi curationis morbi gallici. 1043.52
Scopi duo in faciei rubore. 822.8
Scopus præſeruandi à morbo Vngarico. 799.34
Scopi curatiui. 39. ibid.
Scutum ſtomachale in vomitionibus. 284.& 327.44
Secundina quando adnaſcatur. 1009.20
Seminis eiectio in paroxyſmo. 121.6
Senectutem frigidos & pituitoſos reddere. 465.35
Sena dilutum cuius efficacia. 166.21
Senæ foliorum vis. 3.40
Senæ infuſum in melancholia. 495.27
Senæ infuſum omnium ſenſuum organa mundare. 192.54
Senam ventriculo prodeſſe. 11.51
Senam ventriculum roborare. 166.29
Senſus interiores loco non diſtingui. 508.49
Seroſitas in omento non exſiccanda. 358.58.
Serum lactis in corporis imbecillitate. 513.22
Serum lieni nocere. 445.1
Signa fœtum à mola diſcernentia. 991.25. 996.24
Signa humoris peccantis in capillorum defluuio. 1050.41
Signa molæ, & veræ impregnationis quæ. 993.8
Signa morbi gallici incipientis. 1043.26. confirmati. 41. ibid.
Simplicia compoſitis tutiora. 35.45
Sitis cauſa ante & poſt cibum. 26.43
Sitis lenientia. 630.30
Somni meridiani incommoda. 328.39. 646.10
Somnifera in melancholia minus tuta. 553.51
Somnus in faciei eryſipelate cauendus. 834.9
Somnus meridianus an catarrhoſis noxius. 752.31
Somnus meridianus ſiccioribus naturis non adeo inconueniens. 316.19
Spaſmus in infante, … verſalis. 1039.54
Spaſmus quid. 10 … 21. eius cauſa. 21. ibid.
Species pro vino … atio. 278.59
Spinæ conuulſio … cauſa quæ. 162.49
Spirituum dimi… ſignum. 169.6
Spiritus quid … ficiat. 170.57.& 176.37
Splenetica ex… vra. 444.40
Spongia ter… lis ſanguinem ſupprimens. 590.9
Sputi mult… o ventriculi humidi index. 327.24
Sputi ſanguini… … polari cauſa quæ. 221.
Stercus pauonis … ſtillato carduo vel milleſolio probatur. 121.42
Sterilitatis cauſa præcipua, calida & ſicca intemperies. 991.7
Stillicidium artificiale in dolore renali. 429.58
Stillicidium ex oleo medicato in dolore ventriculi. 323.40
Stillicidium ſupra ſuturam coronalem in iſchiade. 737.38
Stupefacientium vſus. 706.45
Succus domeſticus pro peſte. 1075.59
Succus palmæ Chriſti in aſcite præcipue exhibendus. 364.5
Sudandi ratio quæ. 153.23
Sudor & lotio capitis podagræ cura. 708.52
Sudor non ſemper laſsitudinis indicium. 19.2
Sudor vnde proueniat. 348.9
Sudoris & vrinæ excretionem à podagra præſeruare. 71.10
Sudorifera in aſcite prodeſſe. 364.21
Sudoriferam paralyſi ſalutaria. 149.53
Suffitus vehementes noxii. 54.56
Suffumigium in excreſcentia ani. 591.26.
Suffumigium in podagra. 633.43
Suffumigium in teſticuli diminutione. 595.27
Suffumigium pro efficaciori terebinthinatione. 44.5
Suffumigium pro vtero ad impediendam impregnationem. 986.57
Suffumigium ſacchari. 38.6
Suffuſionis cauſa. 342.15
Suffuſionis oculorum cauſæ. 876.36
Sulphur præparatum vlcus pulmonis extergere & conſolidare. 228.30
Symptomata ex alui conſtipatione. 960.13
Symptomata melancholiam conſequentia. 517.52
Symptomatum cauſa vera in hæmorrhagia narium. 932.54
Symptomatum cura. 376.27
Symptomatum hiſtoria. 6.20.& 127.52 909.41
Synochi putridæ curationis methodus. 70.48
Syrupi ex aquis deſtillatis ventriculo noxii. 1022.10

Syru-

Syrupi m... ancholiam vacuantes. 780. 54
Syrupus abſi... us in febre quartana. 1041.36
Syrupus ad commi... ndum calculum in renibus 272.13
Syrupus ad expurgand... arenulas e renibus 399.3
Syrupus ad pectoris corro... ationem. 210. 13
Syrupus althea ad calculum 702.41
Syrupus cerebrum & ſtoma... corroborans 927.42
Syrupus de ci... borio cum r... barbaro 121. 10
Syrupus de polypodio p... ns in arthritide 673.10
Syrupus de pomis ... cum helleboro in melancholia 550.5
Syrupus de pomis in melancholia 465.41. 502.56.516.24.552.35
Syrupus de ſuccis in renum calculo. 421. 18.426.17.434.44
Syrupus è ſucco centaurij minoris in melancholia præſtantiſſimus 740.33
Syrupus ex floribus perſicorum vel prunorum ſylueſtrium 125.2
Syrupus in aſcite 379.42
Syrupus in colico dolore 481.42
Syrupus in elephantia ſi 838.45
Syrupus in epilepſia & quartana. 1036. 48
Syrupus in menſium fluxu 965.34
Syrupus in podagra 612.38.620.11.687. 49.698.59
Syrupus in renum caliditate 458.36
Syrupus in ſuppreſſione menſium 976.1
Syrupus magiſtralis in anaſarca & catarrho 391.12
Syrupus obſtructiones viſcerum reſeruans in quartana 771.57
Syrupus pro præſeruatione à phthiſi 230. 28
Syrupus pro ſanguinis reiectione 225.17
Syrupi S. Ambroſii excellentia 153.31
Syrupus ſudoriferus Sancti Ambroſii 365. 10
Syrupus vermes enecans 587.31
Syrupus violaceus ſolutiuus 14.40

T.

Tabella Maximiliano II. Imper. præſcripta 1093.14
Tabis remedia 777.58
Tabis ſpeciem ex ſpinali medulla oriri. 229.32
Temperamenti calidi & humidi ſigna. 540.54.670.20
Temperantia podagræ curatio 671.20
Tempora agendi duo in colica 486.1
Terebinthina vſus cum Rhabarbaro in dolore calculi 426.46
Terebinthina non temere vſurpanda 14. 8.
Terebinthum à neruis trahere 85.35
Theriaca cum extracto calami aromatici in dolore colico 481.14
Therma humorem in articulis collectum abſumentes 735.19
Thermæ Landecenſes in podagra 652.3. 653.41
Thermas in annis biſſextilibus non eſſe efficaces 959.41
Thermas poſt chronicum malum improbari 772.48
Thermarum Hirchsbergenſium deſcriptio 1061. 47. cum ſeqq.
Thus memoriæ conducere 13.30
Thuris ſuffitus muſcas fugare 845.33
Teſtis diminuti cauſa 592.6.594.29
Tertiana in pueris minus periculoſa 897. 13
Timoris incommoda 528.57
Tophi in podagra quomodo curandi 737. 22
Tophi podagrici an ſolui poſſint 738.5
Topica in principio doloris applicãda 698. 25.728.33
Topica neruorum origini & membris leſis adhibenda 152.18
Topicis præmittenda purgatio 179.48
Topicorum remediorum intentio triplex 851.52
Tormina à craſſis humoribus 166.37
Tormina poſt ſenam vnde fiant 11.55
Tragea concoctionem iuuans 141.40
Tragea in calculo 417.54
Tragea ſtomachalis 83. 17.198.58
Trochiſci, ad corroboranda viſcera 514. 39
Trochiſci ad pedum ſuffitum 761.10
Trochiſci Alkekengi, & qualis eorum vſus 437.46.442.29
Trochiſci de Lacca in anaſarca 379.15
Trochiſci de violis in dyſpnæa 260.4
Trochiſci in catarrho tenui 10.59
Trochiſci in immoderato menſtrui fluxu 971.6
Trochiſci odorati pro peſte. 1071. 18. & 36
Trochiſci peſtis tempore in ore tenẽdi 792. 9.804.53
Trochiſci purgantes in arthritide 1017.9
Trochiſci ſublinguales in raucedine 942. 57
Trochiſci viperini in ſcabie & articulari dolore 682.23
Tryphera perſica & ſaracenica in arthritide 723.25
Tumor à pituita vitrea in inteſtinis. 25. 37
Tumoris ſcirrhoſi cauſa 813.28
Turcarum imprudentia 1086.53
Tuſsis poſt hydropem malum indicium. 953.57
Tympanitis an hydropis ſpecies 353.23

V.

Vacuationes in morbis pectoris à catarrho improbantur 20.34
Vapor à naribus arcendus in lotione pedum 124.31
Vapores cur copioſi ſurſum exhalent. 23. 40
Vaporum aſcenſus à cibo quomodo reprimendus 80.36
Vaporum aſcenſum prohibentia 20. 30. 821.35
Vaporibus reſiſtentia 98.21
Vena in hydrope an ſecanda 362.40
Venæ ſectio abſque plethora periculoſa. 1079.1
Venæ ſectio an in eryſipelate conueniat. 833.19
Venæ ſectio & purgatio annua cur neceſſaria 648.26
Venæ ſectio in anaſarca quando conueniat 363.26
Venæ ſectio in grauidis non adeo improbanda 983.33
Venæ ſectio in hypochondriaca melancholia 565.16
Venæ ſectio in lienis tumore 444.7
Venæ ſectio in peſte non temere inſtituenda 795.49.& 796.47.808.45
Venæ ſectionem debili ſtomacho minus cõuenire 678.56
Venter quomodo muniendus 47.8
Ventriculi calorem iuuantia 302.10
Ventriculi imbecillitatem corrigentia 713. 46. os eius claudentia 54. ibid.
Ventriculi frigidi, epatiſq; calidioris effectus 541.14
Ventriculi frigidi ſigna 642.& 7.30. 670.29.
Ventriculum confortantia 91. 37.544. 34
Ventriculum frigidum & ſiccum leuantia in epilepſia 1036.41
Ventriculum ſeptem modis laborare per accidens 370.45
Vermium duplex curatio 892.23
Vertiginis cauſa 888.15
Vertiginis cura 316.23
Veſica perfectam vlcerationem difficulter ſanari 437.20
Veſicatoria quando adhibenda 61.19
Veſicatorium in ſutura coronali 214.59
Viarum laxitas quomodo aſtringenda. 714.39.
Victus in cordis palpitatione 277.27
Victus ratio in catarrho ſalſo 928.48
Victus ratio in corporis imbecillitate 513. 33
Victus ratio in epilepſia 124.16
Victus ratio in febribus tertianis puerorum 897.26
Victus ratio in hecticis 1020.55
Victus ratio in lue venerea 462.5
Victus ratio in melancholicis 500.1.& 502 30.535.36.548.48.
Victus ratio in mẽſium fluxu qualis 974. 43
Victus ratio in menſtruorum nimiõ fluxu. 963.30.967.32
Victus ratio in præſeruatione à lumbricis 585.22
Victus ratio in puerũ catarrhoſis. 884. 47
Victus ratio in quartana. 768. 20.781 40
Victus ratio in renali dolore 430.14
Victus ratio in viſorij nerui obſtructione. 877.47
Victus ratio in vſu decocti 1045.53
Victus ratio non ſit euaporans 58.57

Rotulæ ad viſcerum & artuum corroborationem. 144.55
Rotulæ corroborantes. 248.46
Rotulæ de Rhabarbaro in renum affectionibus. 405.17
Rotulæ ex oleo caryophyllorum pro ventriculo pituitoſo. 415.40
Rotulæ in anaſarca. 391.32
Rotulæ in gibboſitate. 1028.8
Rotulæ in hydrope. 388.16
Rotulæ in phthiſi à catarrho. 934.43
Rotulæ in phthiſi ex retentis menſtruis. 937.8
Rotulæ in menſium retentione. 978.41. 1032.25.1034.4
Rotulæ in podagra. 688.32.695.48
Rotulæ in præſeruatione calculi. 892. 43
Rotulæ in raucedine à catarrho. 942. 24
Rotulæ naturalem calorem excitantes. 310. 55
Rotulæ pectorales. 395.& 83.5
Rotulæ pro phlegmate. 470.7
Rotulæ pro peſte. 792.17.812.35
Rotulæ putres à peſte præſeruantes. 1079. 23
Rotulæ roborantes in melancholia hypochondriaca. 538.39
Rotulæ roborantes in menſtruis albis. 980. 36
Rotulæ roborantes in paralyſi. 1029. 47
Rotulæ ſublinguales. 392.34
Rotulæ vires corroborantes. 248.46.& 275.40
Rubedo faciei quomodo tollenda. 812.11

S.

SAcculus capitalis. 327.33.392.11
Sacculus cordialis ad palpitationem à flatibus. 275.8.279.12
Sacculus cordialis in phthiſi. 235.53
in melancholia. 533.3
Sacculus cordialis pro peſte. 793.19 1074.16
Sacculus epaticus. 769.21
Sacculus flatus diſcutiens. 782.33
Sacculus in imbecillitate corporis. 513.7
Sacculus in ruptura. 600.23
Sacculus pro bregmate. 40.53
Sacculus ſtomachalis in arthritide. 727. 45
Sacculi capitales. 21.19
Sacculi catarrhum exſiccantes & ſuſpendentes. 61.4
Sacculi in calculo puerorum. 890.5
Sal D. Eraſti è ligno iuniperino in podagra comprobatur. 615.10
Salſa pariglia podagricis cur exhibenda. 666.43
Salſa pariglia ventriculo noxia. 43.37
Salſedo vnde. 53.7
Sanguis an à liene, vel iecore fluat, quomodo diſcernendum. 338.13
Sanguis grumoſus quomodo diſſoluendus. 874.45
Sanguis niger è naribus demortui cur effluxerit. 574.27
Sanguinis contemperatio. 590.40
Sanguinis effluxum calorem debilitare. 962.58
Sanguinis fluxum cohibentia. 983.45
Sanguinis in reiectione quid agendum. 213. 31
Sanguinis peccantis ſigna. 706.7
Sanus ſemper, quaſi monſtrum fœlix. 404. 48
Sapo in arthritide. 673.45
Sapo moſchatus in podagra. 669.9
Sarſa calida & ſicca in ſecundo gradu. 506.12
Sarſa num adhibenda. 505.22
Sarſaparillæ etymologia. 505.24
Sarſæ vires. 505.49
Sarſam bonam haberi non poſſe. 507.3
Sarſam non eſſe ſmilacem aſperam. 505. 33
Scirrhi lienis cauſa. 443.19
Scopi curatiui in ventriculo frigido & humido. 309.10
Scopi curationis morbi gallici. 1043. 52
Scopi duo in faciei rubore. 822.8
Scopus præſeruandi à morbo Vngarico. 799.34
Scopi curatiui. 39.ibid.
Scutum ſtomachale in vomitionibus 284. & 327.44
Secundina quando adnaſcatur. 1009. 20
Seminis eiectio in paroxyſmo. 121.6
Senectutem frigidos & pituitoſos reddere. 465.35
Sena dilutum cuius efficaciæ. 166.21
Senæ foliorum vis. 3.40
Sena infuſum in melancholia. 495.27
Senæ infuſum omnium ſenſuum organa mundare. 192.54
Senam ventriculo prodeſſe. 11.51
Senam ventriculum roborare. 166.29
Senſus interiores loco non diſtingui. 508. 49
Seroſitas in omento non exſiccanda. 558. 58.
Serum lactis in corporis imbecillitate. 513. 22
Serum lieni nocere. 445.1
Signa fœtum à mola diſcernentia. 991.25. 996.24
Signa humoris peccantis in capillorum defluuio. 1050.41
Signa molæ, & veræ impregnationis quæ. 993.8
Signa morbi gallici incipientis. 1043.26. confirmati. 41.ibid.
Simplicia compoſitis tutiora. 35.45
Sitis cauſa ante & poſt cibum. 26. 43
Situ lenientia. 650.30
Somni meridiani incommoda. 328.39. 646.10
Somnifera in melancholia minus tuta. 153.51
Somnus in faciei eryſipelate cauendus. 834.9
Somnus meridianus an catarrhoſis noxius. 752.38
Somnus meridianus ſiccioribus [illegible] naturis non adeo inconueniens. 316.19
Spaſmus in infante [illegible] verſalis. 039.54
Spaſmus quid. 10 [illegible] 21. eius cauſa. 21. ibid.
Species pro [illegible] 110. 278.59
Spina conuulſi[illegible] cauſa quæ. 162.49
Spiritus dæm[illegible] ſignum 169.6
Spiritus quid [illegible] ficiat. 170.57.& 176.37
Splenetica ex[illegible]rna. 444.40
Spongia ter[illegible] lris ſanguinem ſupprimens. 590.9
Sputi mul[illegible] ventriculi humidi index. 327.24
Sputi ſanguinis [illegible]rpolati cauſa quæ. 221.
Stercus pauonis [illegible] ſillato cardui vel millefolii probatur. 121.42
Sterilitatis cauſa præcipua, calida & ſicca intemperies. 991.7
Stillicidium artificiale in dolore renali. 429.58
Stillicidium ex oleo medicato in dolore ventriculi. 323.40
Stillicidium ſupra ſuturam coronalem in iſchiade. 757.38
Stupefacientium vſus. 706.45
Succus domeſticus pro peſte. 1075.59
Succus palmæ Chriſti in aſcite præcipue exhibendus. 364.5
Sudandi ratio quæ. 153.23
Sudor & lotio capitis podagræ cura. 708. 32
Sudor non ſemper laſſitudinis indicium. 19.2
Sudor vnde proueniat. 348.9
Sudoris & vrinæ excretionem à podagra præſeruare. 71.10
Sudorifera in aſcite prodeſſe 364.21
Sudorifera in paralyſi ſalutaria. 149.53
Suffitus vehementes noxii. 34.56
Suffumigium in excreſcentia ani. 591. 26.
Suffumigium in podagra. 633.43
Suffumigium in teſticuli diminutione. 595.27
Suffumigium pro efficaciori cerebri exſiccatione. 44.5
Suffumigium pro vtero ad impediendam impregnationem. 986.57
Suffumigium ſacchari. 38.6
Suffuſionis cauſa. 542.15
Suffuſionis oculorum cauſæ. 876.36
Sulphur præparatum vlcus pulmonis extergere & conſolidare. 228.30
Symptomata ex alui conſtipatione. 969. 13
Symptomata melancholiam conſequentia. 517.52
Symptomatum cauſa vera in hæmorrhagia narium. 931.54
Symptomatum cura. 376.27
Symptomatum hiſtoria. 6.20.& 127. 52.909.41
Synochi putridæ curationis methodus. 70. 48
Syrupi ex aquis deſtillatis ventriculo noxii. 1022.40

Syru-

Syrupus melancholiam vacuantes. 780. 54
Syrupus abſt... in febre quartana. 1041.36
Syrupus ad commi...ndum calculum in renibus 272.13
Syrupus ad expurganda arenulas e renibus 399.3
Syrupus ad pectoris corro...ationem. 210. 13
Syrupus althea ad calculum 702.41
Syrupus cerebrum & ſtatu corroborans 927.12
Syrupus de cichorio cum rabarbaro 121. 10
Syrupus de polypodio ...us in arthritide 673.10
Syrupus de pomis cum helleboro in melancholia 530.5
Syrupus de pomis in melancholia 465.41. 502.56.516.24.552.35
Syrupus de ſuccis in renum calculo. 421. 18.422.17.434.44
Syrupus è ſucco centaurij minoris in melancholia praſtantiſsimus 740.33
Syrupus ex floribus perſicorum vel prunorum ſylueſtrium 125.2
Syrupus in aſcite 379.42
Syrupus in colico dolore 481.42
Syrupus in elephantia ſi 838.45
Syrupus in epilepſia & quartana. 1036. 48
Syrupus in menſium fluxu 965.34
Syrupus in podagra 612.38.620.11.687. 49.698.39
Syrupus in renum calidit ate 458.36
Syrupus in ſuppreſſione menſium 976.1
Syrupus magiſtralis in anaſarca & catarrho 391.12
Syrupus obſtructiones viſcerum reſeruans in quartana 771.57
Syrupus pro praſeruatione à phthiſi 230. 28
Syrupus pro ſanguinis reiectione 225.17
Syrupi S. Ambroſii excellentia 153.31
Syrupus ſudoriferus Sancti Ambroſii 365. 10
Syrupus vermes enecans 587.31
Syrupus violaceus ſolutiuus 14.40

T.

Tabella Maximiliano II. Imper. praſcripta 1093.14
Tabis remedia 777.38
Tabis ſpeciem ex ſpinali medulla oriri. 229.31
Temperamenti calidi & humidi ſigna. 540.54.670.20
Temperantia podagra curatio 672.20
Tempora agendi duo in colica 486.1
Terebinthinae vſus cum Rhabarbaro in dolore calculi 426.46
Terebinthina non temere vſurpanda 141. 8.
Terebinthum à neruis trahere 83.35
Theriaca cum extracto calami aromatici in dolore colico 481.14
Therma humorem in articulis collectum abſumentes 755.19
Therma Landecenſes in podagra 652.3. 653.41
Thermas in annis biſſextilibus non eſſe efficaces 959.41
Thermas poſt chronicum malum improbari 772.48
Thermarum Hirchsbergenſium deſcriptio 1061.47.cum ſeqq.
Thus memoria conducere 13.30
Thuris ſuffitus muſcas fugare 845.53
Teſtis diminuti cauſa 592.6.394.29
Tertiana in pueris minus periculoſa 897. 13
Timoris incommoda 528.57
Tophus in podagra quomodo curandi 737. 22
Tophi podagrici an ſolui poſſint 738.3
Topica in principio doloris applicãda 698. 25.728.33
Topica neruorum origini & membris laſis adhibenda 152.18
Topicis pramittenda purgatio 179.48
Topicorum remediorum intentio triplex 851.52
Tormina à craſſis humoribus 166.37
Tormina poſt ſenam vnde fiant 11.55
Tragaa concoctionem iuuans 141.40
Tragaa in calculo 417.54
Tragaa ſtomachalis 83.17.198.58
Trochiſci, ad corroboranda viſcera 314. 59
Trochiſci ad pedum ſuffitum 761.10
Trochiſci Alkekengi, & qualis eorum vſus 437.46.442.29
Trochiſci de Lacca in anaſarca 379.15
Trochiſci de violis in dyſpnaa 260.4
Trochiſci in catarrho tenui 10.59
Trochiſci in immoderato menſtrui fluxu 971.6
Trochiſci odorati pro peſte. 1071. 18. & 36
Trochiſci peſtis tempore in ore tenẽdi 792. 9.804.53
Trochiſci purgantes in arthritide 1017.9
Trochiſci ſublinguales in raucedine 942. 57
Trochiſci viperini in ſcabie & articulari dolore 682.23
Tryphera perſica & ſaracenica in arthritide 723.23
Tumor à pituita vitrea in inteſtinis. 25. 37
Tumoris ſcirrhoſi cauſa 853.28
Turcarum imprudentia 1086.53
Tuſsis poſt hydropem malum indicium. 953.57
Tympanitis an hydropis ſpecies 353.23

V.

Vacuationes in morbis pectoris à catarrho improbantur 20.54
Vapor à naribus arcendus in lotione pedum 124.31
Vapores cur copioſi ſurſum exhalent. 23. 40
Vaporum aſcenſum à cibo quomodo reprimendus 80.36
Vaporum aſcenſum prohibentia 20. 30. 821.35
Vaporibus reſiſtentia 92.21
Vena in hydrope an ſecanda 362.40
Vena ſectio abſque plethora periculoſa. 1079.1
Vena ſectio an in eryſipelate conueniat. 833.19
Vena ſectio & purgatio annua cur neceſſaria 648.26
Vena ſectio in anaſarca quando conueniat 363.26
Vena ſectio in grauidis non adeo improbanda 983.33
Vena ſectio in hypochondriaca melancholia 565.10
Vena ſectio in lienis tumore 444.7
Vena ſectio in peſte non temere inſtituenda 795.49.& 796.47.808.45
Vena ſectionem debili ſtomacho minus cõuenire 678.56
Venter quomodo muniendus 47.8
Ventriculi calorem iuuantia 302.10
Ventriculi imbecillitatem corrigentia 713. 46. os eius claudentia 54.ibid.
Ventriculi frigidi, eparisq; calidioris effectus 541.14
Ventriculi frigidi ſigna 642.& 7.30. 670.29.
Ventriculum confortantia 91. 37.564. 34
Ventriculum frigidum & ſiccum lexantia in epilepſia 1036.41
Ventriculum ſeptem modis laborare per accidens 370.43
Vermium duplex curatio 898.23
Vertiginis cauſa 888.15
Vertiginis cura 316.23
Veſica perfectam vlcerationem difficulter ſanari 437.10
Veſicatoria quando adhibenda 61.19
Veſicatorium in ſutura coronali 214.59
Viarum laxitas quomodo aſtringenda. 714.39.
Victus in cordis palpitatione 277.27
Victus ratio in catarrho ſalſo 928.48
Victus ratio in corporis imbecillitate 513. 33
Victus ratio in epilepſia 124.16
Victus ratio in febribus tertianis puerorum 897.26
Victus ratio in hecticis 1020.55
Victus ratio in lue venerea 462.3
Victus ratio in melancholicis 500.1.& 502 30.333.36.548.48.
Victus ratio in menſium fluxu qualis 974. 43
Victus ratio in menſtruorum nimio fluxu. 963.30.967.32
Victus ratio in praſeruatione à lumbricis 585.22
Victus ratio in pueris catarrhoſis. 884. 47
Victus ratio in quartana. 768. 20.781 40
Victus ratio in renali dolore 430.14
Victus ratio in viſorij nerui obſtructione. 877.47
Victus ratio in vſu decocti 1045.53
Victus ratio non ſit euaporans 58.57

Victus ratio peſtis tempore ſeruanda. 797. 54. 1076. 21
Victus tenuis an in decocti ligni vſu ſemper adhibendus 111. 19
Vigiliæ ſenum incurabiles 329. 9
Vigiliarum cauſa 371. 33
Vina acida podagricis noxia 734. 31
Vina Italica & Græca ſuſpecta 299. 37
Vina maluatica colicis & paraliticis inimica. 478. 48. item Morauica.
Vina Medicata parce vſurpanda 314. 28
Vina morauica neruis infeſta 656. 42
Vina potentia ante cibum obnoxia 617. 55
Vinaceorum vſus in podagra 738. 25. 741. 23
Vinaceorum vſus pedum dolori conueniens 475. 6
Vinum à podagra præſeruans 702. 20
Vinum chalybeatum in tumore lienis mirabile 444. 30
Vinum famis præternaturalis remedium. 346. 40
Vinum medicatum epilepticum 876. 6
Vrinam prouocantia 301. 17
Vinum Rhenanum quale ſaluberrimum podagricis 764. 15
Viſcera roborantia in febre quartana. 1041. 41
Viſus diminuti cauſa duplices 168. 49
Vita valetudinaria cauſa qua 5. 46
Vomitorium in ſuſpicione veneni 72. 52
Vomitorium in ventriculi imbecillitate. 291. 45
Vomitum in podagra laudari 687. 14
Vomitus in confirmata hydrope noxius. 378. 34
Vomitus pulli equini, epilepſia remedium 107. 33
Vomitus vſus 284. 24
Vlcera in cacochymicis peſſima 845. 54
Vlceris conſolidatio quietem deſiderat. 440. 48
Vlceris pulmonis cauſa dua 226. 34
Vlcuſcula pſydracia 491. 55
Vnctio viperæ ad ſanandam paralyſin 152. 45
Vngarici morbi varia ſymptomata 799. 30
Vnguenti renalis vires 425. 37
Vnguenti ſantalini vſus pro iecoris caliditate 561. 41
Vnguentum ad hæmorrhoides 590. 47
Vnguentum ad lumbos 457. 37
Vnguentum ad pilorum defluuium. 211. 54
Vnguentum ad renes in arthritide. 718. 16. 727. 22. 729. 25. 741. 54. 744. 35
Vnguentum ad ſpaſmum ventoſum. 425. 10
Vnguentum ad ſpinã in paralyſi 1030. 16
Vnguentum ad ſomnum conciliandum in petechijs 816. 51. aliud ad nares & volas manuum 817. 1
Vnguentum ad ventriculum, & hypochõdria 954. 48
Vnguentum aluum mouens 325. 45
Vnguentum Apoſtolorum conſolidationem cauterij prohibet 50. 28
Vnguentũ cordiale pro peſte 793. 13. 895. 8
Vnguentum de ſcrophularia, in faciei rubore 823. 30
Vnguentum expertum in conuulſione flatulenta 927. 36
Vnguentum expertum materiam ſpongioſam erodens in vlcere vermiculoſo. 905. 56
Vnguentum in alui conſtipatione 961. 11
Vnguentum in anaſarca 391. 45
Vnguentum in ani excreſcentia 591. 36
Vnguentum in febre hectica ſubſtantifice humectans & roborans 1023. 59
Vnguentum in hecticis 1018. 17
Vnguentum in gibboſitate 1027. 46
Vnguentum in paralyſi 483. 49
Vnguentum in renum dolore 1004. 24
Vnguentum in ſpina reſolutione 925. 31
Vnguentum in ſuppreſſione [illegible] 977. 22
Vnguentum mollifican[illegible] 472. 59
Vnguentum nephrit[illegible] 716. 3. 731. 30
Vnguentum ocul[illegible] primum 182. 19
Vnguentum pe[illegible] in dyſpnœa 260. 9
Vnguentum p[illegible] 570. 47. 739. 39
Vnguentum p[illegible] alculo 402. 43. 438. 54. 725. 25
Vnguentum [illegible] capite in catalepſi 1034. 20. pro [illegible] 1035. 13
Vnguentum [illegible] hydropico 388. 40
Vnguentum [illegible] hypochondrijs 550. 52. 553. 18. 782.
Vnguentum [illegible] manibus 847. 45
Vnguentum [illegible] roboratione. 1022. 28
Vnguentum pro ren[illegible] 400. 11. 402. 43. 424. 49. 427. 13. 434. 37. 461. 14
Vnguentum pro ſicco ventriculo 229. 20
Vnguentum pro ſpina in tabe 777. 42
Vnguentum pro toto corpore in quartana 768. 45. pro ſplene. 769. 12. ad ſpinam dorſi 31. ibid. pro liene 779. 28
Vnguentum pro ventre in dyſenteria 1006. 24
Vnguentum pro vermibus 899. 5. & 21
Vnguentum pro veſica 438. 55
Vnguentum pro vniuerſo dorſo 273. 8
Vnguentum purgans ima alui inunctum 470. 27
Vnguentum ſpleneticum 344. 24. 982. 38
Vnguentum ſtomachale in febre tertiana 897. 49
Vrinæ ardoris cauſa 443. 25
Vſtionis modus duplex 117. 46
Vteri dolores præſeruantia 1008. 46
Vtero gerentibus in fluxu quæ exhibenda. 957. 39

Z.

ZEdoariam venenum non attrahere. 1087. 48

FINIS.